




3 a 1 - 6



29

R. 1054

De Collegio de la Compañia de Jesus de Granada

82

ALPHONSI TOSTATI HISPANI.



EPISCOPI AVLENSIS, PHILOSOPHI, THEOLOG


Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Sextam Partem MATTHÆI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Por comission de los Reyes
qui si de los corregidores
libro conprimi a los por-
gavidos del año de 1632
en Granada 27 de Abril
1632. Al. de med rarro

VENETIIS. M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Selsam, fratres.



7 400 40
Talia
MADE IN SPAIN


R. 1054

Del Collegio de la Com. de Jesus de Granada

88



3 a 1 - 6



ALPHONSI TOSTATI HISPANI.



EPISCOPI ABULENSIS,
PHILOSOPHI, THEOLOG


Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Sextam Partem MATTHÆI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO:

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



*Por comission de los S. In
qui si dicey corrigi esse
libro comprido alex por
ganado del año de 1682
en Granada 27 de Abril
1683. H. de med rano*

97-28

VENETIIS. M D X C V I.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.





ALPHONSI
TOSTATI
EPISCOPI
ABVLENSIS
COMMENTARIORVM
In Euangelium Matthæi

PARS SEXTA.

CAP. XXII.



Luc. 14.
Apo. 19

Supra 21

T respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & volebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paratum, tauri mei, & altitia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negociationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

A oēs, quos inuenerunt, malos, & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominẽ non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quõ huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi autem sunt vocati, pauci vero electi.

Infr. di. 35. c. ee
cleric.
Sup. 20.
Mar. 12

Quoniam Christus ostendit Iudæos digne reprobatos, tanquam contemptores diuinæ maiestatis: hic ostendit consequenter eos reprobatos iuste, velut contemptores diuinæ veritatis, cui dupliciter ostendit: primo ipsam veritatem refutando: secundo ipsam impugnando, ibi. *Abeuntes Pharisei*. tertio contrarium errorem amplexando, ibi. *Congregatis autem*. Circa primum Christus procedit per quandam parabolam inuitatorum ad nuptias, quibus nolentibus venire, alii fuerunt inuitati, & venerunt. Et ideo ponuntur duo: q̃a primo ponitur Iudæorum reprobatio digna: secundo gentium vocatio benigna. Secunda ibi, cum dicitur. *Tunc ait seruis*. Circa primum dicitur. *Et respondens Iesus*. scilicet addens locutionem, vel respondens ad facta, aut cogitationes principum sacerdotum. *Dixit iterum in parabolis eis*. Dicitur iterum, quia alias parabolas posuerat. scilicet duas preceden. c. vnam de duobus filiis, aliam de agricolis, nunc autem etiam in parabolis loquitur. scilicet de rege inuitante multos ad nuptias. Et dixit ipsismet

A istas

istas parabolas, quibus dixerat alteras, quia nondum recesserant ab eo. *Simile factum est.* Idem simile est, vel simile factum est. Idem vos fecistis illud simile, quia per operationes vestras iniquas factum est simile regnum celorum regi inuitanti multos, scilicet si vos non repulissetis a vobis diuinam veritatem, non esset simile regnum celorum, idem ecclesia regi inuitanti multos, quorum quidam non fuerunt digni venire, & manducare, & alij vocati sunt, qui venerunt, & manducauerunt. Sed quia vos repulistis Deum fecistis regnum celorum simile regi inuitanti, id per vos factum est simile. *Regnum celorum.* i. ecclesia, sed an sit ecclesia militans, vel triumphans infra dicitur, quia vtraque ecclesia potest signari nomine regni celorum. *Homini regi.* Satis fuisse dici regi, quia si rex erat, homo erat. Nam in brutis non est proprie rex, sed abusive per pauca similitudinem, in quantum in brutis inuenitur aliqua similitudo prudentie, & principatus, vel violentie. *Qui fecit nuptias.* i. honore nuptialis. Nam proprie nuptias faciunt, qui copulantur carnaliter cum illa solennitate ceremoniarum. *Filio suo.* De filio dicitur, quia si fecisset nuptias alicui seruo suo, non faceret tantum apparatus inuitatorum. *Et misit seruos suos.* Serui vocantur secundum consuetudinem sacre Scripture non illi, qui emptij sunt, vel iure bellico possessi, qui non sunt iam liberi, sed illi, qui ministrant, aut qualitercunque famulantur. *Vocare inuitatos.* Ad honorem. n. nuptiarum multos inuitare fecerat rex, & multis diebus aute, sed nunc adueniens tempore nuptiarum, misit vocari illos. *Et noluerunt venire.* An absolute dicerent, nolimus ire, vel ponerent aliquas excusationes apparatus infra dicitur. *Iterum misit.* Erat magna patientia regis quia cum primo vocati venire nolissent, fecit adhuc eos rursus vocari. *Alios seruos.* Sic. n. facilius veniret, quam mittendo rursus primos seruos. *Dicens.* Scilicet iam inuitati fuerant antequam mitterentur serui ad eos. *Ecce prandium meum paratum.* Ista est iuasio ad veniendum dispositis excusationibus.

Tauri mei. Quasi dicat iam non est tempus excusandi, vt differat opus nuptiarum ad alterum tempus. quia hoc esset, si tauri, & cetera animalia, que sunt ad cibum, non essent occisi, sed cum iam occiderim omnia hec, non potest differri, quia periret, id depositis excusationibus dilatatoris, que sunt, venite statim. *Et altilia.* Vocantur altilia omnes aues hic. Nam voluit rex designare omnem cibum de carnibus expendendum in nuptijs per duo, scilicet taurum, & altilia. Per taurum designauit omnia quadrupedia, nam non essent ibi soli tauri occisi, sed etiam vacce, & vitule, & arietes, & forte de alijs speciebus quadrupedum. Nam in nuptijs regalibus non erat verisimile esse solas carnes taurorum, potissime cum essent ibi altilia, ideo comprehensue locutus est. Per altilia designantur omnes carnes auium quecunque ad esum in nuptijs sumebantur. Vocantur autem proprie altilia aues laginate, que studiose cibantur, vt impinguentem, & ita vocantur altilia ab alendo dicta, tales aues sumerentur pro nuptijs regalibus, ideo conuenienter altilia nominauit. *Occisa.* Refertur tam ad taurum, que ad altilia, quia omnia hec occisa erant, alias non statet ratio, quam rex intendit. *Et omnia parata.* Idem iam nihil deest de ceteris apparatus, & ideo non potest sine immenso damno, & verecundia differri tempus nuptiarum. *Venite ad nuptias.* Conclusio est, que ex precedentibus sequitur. i. quia sic est, que omnia parata sunt, vt dictum est, depositis excusationibus venire ad nuptias.

Illi autem. Scilicet inuitati. *Neglexerunt.* noluerunt venire ad conuiuium, & hoc ex contemptu, quia contempserunt regem inuitantem, vel contempserunt conuiuium. *Et abiierunt.* Scilicet omnes inuitati recesserunt ad alia loca,

& non ad nuptias. *Alius in villam suam.* Non declinauerunt omnes ad idem genus operationis, vel occupationis tunc, quando neglexerunt venire ad nuptias, sed diuersis occupationibus se implicauerunt, & quidam de illis inierunt ad villam, idem implicauerunt se agriculturam. Villa signat hic locum patium, vbi sunt domus aliquae colonorum extra urbem, vel magna oppida, & sunt tales domus principaliter facte ad manducandum ibi per agriculturam, cum habitatio principaliter sit in vrbe, vel oppido. *Alius ad negotiationem.* Licet dicatur alius non intelligitur vnicus, sed multi, quia non erat vnicus, qui ad agriculturam aut negotiationem se occupauerat, sed multi, cum iste sint res percipue, quibus hominum communitas se implicat. Vocatur autem negotiatio occupatio emendi, & vendendi ad querendum in delucra, & ita negotiatores vocantur, qui talia exercent. Sic dicitur supra 13. Simile est regnum celorum homini negotiatori, querenti bonas margaritas.

Reliqui vero. Scilicet alij de inuitatis. *Tenuerunt seruos eius.* Scilicet apprehenderunt illos seruos regis, qui ibant ad vocandum eos ad nuptias animo iniuriandi. *Et contumelios affectos.* Idem affecterunt prius contumelios, deinde occiderunt. Contumelia proprie consistit in verbis, sed potest transferri ad facta, & est sensus, quod isti inuitati volentes inferre iniuriam regi, & seruis eius, tenuerunt illos, & irriterunt eos verbis delatoris, & mordacibus ad contemnendum apertis, deinde insulerunt plagas, & ad vltimum occiderunt illos. *Occiderunt.* Istud fuit vltimum malum, quod eis intulerunt, quia mors est vltimum malorum hic, & post illam non restat hominibus malum, quod in ferre possint, sicut dicitur Luc. 12. Dico vobis amicis meis ne timeamini ab his, qui occidunt corpus, & post hec non habent amplius quid faciant. *Rex autem.* Qui miserat seruos ad vocandum inuitatos. *Cum audisset.* Scilicet quomodo contempserant venire, & potissime, quod quidam illorum occiderant seruos suos. *Iratus est.* Iustus iratus est, cum ipse honorare vellent eos inuitando ad nuptias filij sui, & illi eum dehonorerent, immo iniurias ex maligno animo inferrent occidendo seruos eius.

Et misit exercitus suos. Idem misit apparatus belli contra illos, qui intulerant iniurias seruis regis occidendo eos. *Perdidit.* Idem occidit. *Homicidas illos.* Idem eos, qui occiderant seruos regis missos ad vocandum inuitatos. *Et civitatem illorum succendit.* Ad magnitudinem iniurie vindicandam intulit grauius: mam pena, scilicet quod non solum occidit homicidas, sed etiam civitatem illorum succendit, vt esset in memoria eterna vindicta illius delicti. *Tunc ait seruis suis.* Scilicet postquam occidit homicidas, & succendit civitatem ipsorum. Vel postquam apparuit de illorum voluntate, quod iam venire noluerant, neque erat iam dignum eos recipere, etiam si venire vellent. Isti serui sunt omnes illi, qui erant cum rege, quia praeter filium suum omnes de domo sua, & regno vocati serui eius, percipue illi, qui manebant in quotidiano famulatu eius.

Nuptia quidem parata erant. Hic vult ostendere rex, quod alij debeant vocari ad nuptias, & hoc, quia necessitas apparatus facti hoc exigit, ne pereat. q. d. si non essent parata omnia, licet illi rebelles occidissent seruos regis, & venire nolissent, non oportebat statim pcedi ad celebrandas nuptias, sed melius differret ad aliud tempus, vt com modius vocari possent ad honorem nuptialem viri honorabiles de alijs vrbebus, sed quia iam nuptiae paratae erant. i. altilia occisa erant, & tauri, & reliqua disposita. *Sed, qui inuitati erant.* Scilicet illi, quos ego prius inuitaueram, deinde per seruos meos ad vocandum miseram. *Non fuerunt digni.* Non dixit noluerunt venire, sed non fuerunt digni. i. sumere cibum nuptialem,

Exitus viarum quis sit.

tem, & interesse huic gaudio, & celebritati nuptiali. *A* *Ite ergo.* Consequenter importatur, quia omnia parata sunt, & illi qui vocati erant ad nuptias non veniunt ad eas, & si nemo venit perdetur omnia, quae parata erant. Oportet igitur, quod alij veniant ad nuptias, & quia nondum erant vocati alij, & nemo veniret, nisi vocatus conlucit. *Ite ergo.* i. ite ad vocandum alios, qui veniant ad nuptias. *Ad exitus viarum.* i. ite extra urbem ad vias, & vocare eos, quos inueneritis in viis. Et vocantur exitus viarum. i. principia viarum iuxta portas vrbe, quia ibi est caput viarum. Et dicuntur exitus, quia in ipso loco exitus ab vrbe, vel vie capita habent ibi, vbi exitus ab vrbe. i. iuxta portas eius. Vel vocantur hic vie, non quidem itinera, quae sunt extra urbem, sed ipsi calles, qui sunt in vrbe. Et vocantur exitus viarum capita callium. i. vbi est concursus, vel vbi sunt plateae, quia in talibus locis inueniuntur multi concurrentium, & discurrentium. *Et quoscumque inueneritis vocate.* Scilicet non eligatis nunc bonos, vel honorabiles, sicut in prima inuitatione fuerant illi inuitati, qui nuptias praesentia sua honorare possent. Nunc vero, quia subito non poterat fieri electio talium, iussit vocari quoscumque, vt cito haberetur copia inuitatorum ad cibos nuptiales consumendos. *Ad nuptias.* Idem vt comedant in nuptijs. *Et egressi serui.* i. egressi fuerunt famuli illius regis iuxta mandatum illius Domini. *In vias.* in calles ciuitatis, vel extra urbem ad publicas stratas. *Congregauerunt.* i. fecerunt multitudinem quandam ex omnibus, quos vocauerunt. *Omnes quoscumque inuenerunt.* Scilicet non eligentes aliquos, quia ita iusserat dominus. *Malos, & bonos.* Idem honorabiles, & inhonoratos. Nam hic non accipitur malum, & bonum prout ad mores pertinet, sed bonum, & malum, vt pertinet ad nuptias, & quia ibi honor quaeritur vocari bonum, idem honorabile, malum vero, idem non honorabile. *Et implete sunt nuptiae.* i. loca, vel domus nuptialis, vbi erant mensae. Nam non accipiuntur nuptiae, sicut prius, scilicet fecit nuptias filio suo, quia ibi pro apparatu, vel honore nuptiali accipitur. *Discumbentibus.* i. de discumbentibus. Discumbere est ad mensam sedere, vel ad cibum sumendum, etiam si nulla mensa sit. Sic patet supra 14. capitulo, & Luc. nono, cum Christus saturauit turbas, quia dixit discipulis. Facite illos discumbere, Et hoc prouenit ex modo sumendi cibos apud antiquos, nam ad comedendum iacebant extenti super lectum, & ita vocabantur triclinia loca, in quibus comedebant, quia se aclinabant, idem iacebant. Sic patet. 1. Regum nono capitulo. Assumpsit Samuel Saulem, & puerum eius introduxit eos in triclinium. vbi erant inuitati, & dedit ei locum in capite eorum. Et ideo dicitur discumbere, quasi in diuersa cubare, scilicet quia multi iacebant, idem inclinantur, multi iacent ad comedendum, vbi est inuitatio, vel conuocatio. *Intrauit autem rex.* Non discumbere rex in loco publico cum inuitatis illis, sed ad tenendum excellentiam regalem seorsum manducabat, & ita intrare potuit nunc ad videndum eos, qui inuitati erant. *Vt videret discumbentes.* Iam enim dixerant sibi serui, quod vocauerant omnes, quos inuenerant, & plena erant nuptia. Et ideo cum iam discumbere, vt gloriaretur rex videns multitudinem inuitatorum suorum intrauit in nuptias. *Et vidit ibi.* Scilicet in nuptijs inter discumbentes. *Hominem.* Vnum significat, quia forte non erant plures. Vel si erant plures, quid de illis factum est infra dicitur. *Non vestitum veste nuptiali.* Vestis nuptialis est vestis decora, & ad honorem pertinens secundum appellationem vulgarem, talibus enim indui debent, qui ad nuptias vadunt, eo quod vadunt ad honorandum nuptias. *Et ait illi: Amice.* Vocat illum amicum blande loquens, sed postea dure

Ritus antiquorum in cibis sumendi.

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

punit mittendo eum in tenebras exteriores. *Quomodo hic intrasti?* Idem intrare non debuisses ad locum istum nuptialem. *Non habens vestem nuptialem.* Idem vestem honorabilem, qualem te habere decebat, si intrare volebas. *At ille obmutuit.* Idem nihil respondit, quia nihil habebat, quod posset digne respondere. *Tunc ait rex.* Scilicet quando vidit, quod ille nullam excusationem habebat neque pretebat de opere suo. *Ministris.* Scilicet seruis suis, qui erant in nuptijs ministrando discumbentibus. *Ligatis pedibus eius, & manibus.* Idem ligate pedes, & manus eius. Hoc enim erat in carcerem eum, quia incarceratores solent ligare pedes, vel manus, vel vtrumque, & interdum etiam caput. *Mittite eum in tenebras exteriores.* Idem in carcerem tenebrosum. *Ibi erit fletus.* Scilicet in carcere tenebroso flebit propter penas, quas sustinebit. *Et stridor dentium.* Stridor dentium est sonus dentium factus ex contusione dentium, qui solet fieri nobis iniuriis ex magnitudine frigoris. *Multi autem sunt vocati.* Ista est conclusio parabola, & non sunt ista verba pars parabola, sed sunt verba Christi ad ostendendum ad quid inducta fuerit parabola, scilicet, quod non omnes, qui vocantur consequuntur illud, ad quod vocantur.

Pauci vero electi. Dicuntur electi non illi, quos Christus iudicat dignos vita aeterna, ad quam vocat omnes, licet non omnes illuc eant, quia non eliguntur omnes, qui vocantur.

An ea, quae habentur hic, sint continuata ad precedentia, & statim sunt facta. *Quest. I.*

QVAERETUR circa primum an ea, quae habentur hic sint continuata ad ea, quae habentur praeced. c. & an sint statim facta, vel interposito aliquanto tempore.

Dicendum ad primum, quod est ordo continuatus, cum ista parabola, quae hic ponitur adiungatur praecedentibus, tanquam complens illarum sensum. Nam dixerat Christus praecedentibus, in conclusione praecedentis parabola, quod auferetur regnum Dei a principibus sacerdotum, & dabitur genti facienti iustitiam eius. Hic autem adiungitur, quae sit gens, cui dandum sit regnum Dei. Sic dicit Hiero. i. quia dixerat: dabitur genti facienti fructus eius. hic ostenditur cui genti. Secundo patet, quia dicitur hic, & respondens Iesus, & in idem denotat praecessisse aliquid, ergo istud post praecedentia fuit, & non e contrario. Tertio patet, quia dicitur, dixit Iesus iterum in parabolis, ergo iam praecesserant aliae parabola, & iste sunt duae parabolae post praecedentem, scilicet de duobus filiis, aliam de agricolis, & vinga, & ita necesse est, quod ista fuerit post illas, cum hanc dicere, sit iterum dicere, & ita ordo rectus sit inter hec, & praecedentia.

Ad secundum dicendum, quod statim fuerunt ista facta post ea, quae habentur praecedentibus, cap. nam in fine eius ponuntur ille duae parabola, quae Christus dixit contra principes sacerdotum Scribas, & seniores, & illis auditis indignati volebant tenere illum, sed timuerunt populum, qui circumstabat, quia populus fauebat Christo. Christus ergo videns hoc eisdem principibus sacerdotum adiunxit istam parabola, & sic nihil fuit intermedium, sed totus fuit contextus vnus locutionis, quasi ex medietate praecedentibus. c. vbi dicitur: Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum doctores principes sacerdotum, & quae infra, vbi dicitur. Tunc abeuntes Pharisei consilium iniuerunt, vt caperent eum in sermone.

Quomodo dicitur in litera. Et respondens Iesus, cum nihil respondisset. Quæst. II.

Quæretur ulterius quomodo dicitur in litera: Et respondens Iesus. nam non respondit, cum nihil dixissent principes sacerdotum, de quibus habetur præced. c. ad quod ipse responderet.

Dici potest vno modo, quod licet non exprimat aliquid, quod illi dixerint, tamen aliquid dixerunt, quia sicut eum tenere voluerunt, ita & aliqua aspera contra eum dicerent, & ad illa respondit Christus. hoc enim aliqui volunt.

Sed non stat, primò quia non est verisimile, quod taceantur nunc verba principum sacerdotum, quia non poterant tunc aliquid dicere, quod non faceret importantiam, & ita exprimeretur.

Secundo, quia tunc istud, quod in parabola Christus dixit esset in suo ad verba illorum, & tamen non est, sed est quedam consequentia ad duas parabolas positas præced. c. ergo non est responsio ad aliqua dicta, quod dixerint principes sacerdotum, quæ subiceat hic Matth.

Tertio, & precipue, quia nullo modo est hoc verisimile, nam si ista parabola esset in suo ad aliqua verba, quod dixissent principes sacerdotum, quantumcumque illa essent leuia, vel parue importantie exprimerentur, saltim, ut videret quomodo in suo erat ad propositum, & quomodo elidebat intentionem illorum, sed non exprimitur, ergo nulla talia præcesserunt ad quæ Christus respondeat hic.

Quarto, quia aut ista verba principum sacerdotum erant leuia, aut aliquid importabant stylo dignum: si leuia erant non responderet ad illa Christus, potissime pro responsione ponens tam longam parabolam. Si autem erant digna stylo non subiceret ea. Euang. lista: cum multa alia dicta eorum describat, quæ digna sunt scribi in quantum conferunt ad actus Christi, & tamen non expressit illa Matth. ergo nulla talia verba fuerunt principum sacerdotum, ad quæ Christus responderet ea, quæ habentur hic.

Secundò dicunt aliqui, quod dicit Christus respondens, non quod responderet ad aliqua verba principum sacerdotum, quia nulla dixerunt, sed respondit ad animum eorum, & facta. Nam cum Christus finiuit duas parabolas, quæ habentur præcedenti. c. principes sacerdotum, quasi pro responsione ad illas voluerunt tenere Christum, ut eum perderent, sicut dicit præced. c. & Luc. 19. ut in suo magis esset realis, quod vocalis, & ad illa, quæ ipsi cogitabant respondit Christus. Sic dicit glossa, dicit autem respondens. i. obuians præcedenti cogitationi eorum de morte sua.

Sed dicendū, quod et hoc non stat, primò, quia si Christus responderet hic ad ea, quæ cogitauerant principes sacerdotum cum illa non expleuerint, erat respondere ad ea, quæ in corde erant, & ideo ostenderet Euang. lista, quomodo Christus intelligebat ea, quæ cogitauerant principes, sicut factum est supra 9. c. quomodo Christo dicente paralytico: dimittuntur tibi peccata tua, & Scribis, & Pharisæis dicentibus intra se hic blasphemiat. Dixit Christus, quid cogitatis mala in cordibus vestris? Vel si non loqueretur ita expresse, saltim diceret aliqua, per quæ appareret, quod intellexerat cogitationes eorum, sicut Luc. 7. c. de Simone cogitante intra se: Christus pro Magdalenam, quæ tangebatur eum, proposuit Christus Simoni parabolam de teneratore, & duobus debitoribus, per quam manifeste cognouit Simon, quod intellexerat Christus quid ipse de illo cogitauerat, & tamen nihil tale est, ideo non est responsio ad cogitationes principum sacerdotum.

Secundo patet, quia si esset responsio ad cogitationes illorum, ostenderet eos iniqua cogitasse, vel aliqua hominibus diceret, & tamen parabola non pertinet ad hoc,

cum in ea solum agatur de quibusdam vocatis ad nuptias, & non venientibus, & de alijs vocatis, & venientibus, ergo non responderet ad cogitationes eorum.

Tertio patet, quia parabola ista responderet, vel consonat parabola proximo posita de agricolis, nam ibi concluderat Christus, auferetur a vobis regnum celorum, & dabitur genti facienti iustitiam eius, & quia nondum ostenderat, quæ gens erat ista, cui daretur, & quare daretur, ostenditur in parabola ista. Et ita dicit Chrysostomus, quia dixerat dabitur genti facienti fructus eius, hic ostendit cui genti.

Tertio igitur quantum ad principale dicendū, quod accipitur respondere large. i. dicere, & ita Christus non respondit hic alicui, sed loquitur, quasi nullus sermo alterius præcessisset. Et sic accipitur sæpe in sacra Scriptura respondere, sic accipitur supra 1. 5. cum dicitur: respondens autem Petrus dixit. Ediffere nobis parabolam, & tamen certū est, ut ibi apparet ex litera, quod Petrus nulli responderet, sed incipit querere a Christo expositionem parabolæ. Sic et patet Marc. 11. vbi dicitur, quod Christus venit ad siculneam, & nihil inuenit præter folia. Et sequitur, & respondens dixit ei, iam non amplius in eternum quisquam ex te fructum mæducet, Et ita Christus dicitur hic respondere siculneæ, & tamen non poterat illi respondere, cum illa nihil loqueretur, sed respondit ei. i. locus est ad illam, & ita hic Christus dicitur, quod respondens dixit. i. locus est, licet non responderet, & hoc habet modus loquendi sacræ scripture, sed non est modus noster.

An ista parabola sit eadem cum illa, quæ ponitur Luc. 14. Quæst. III.

Quæretur circa istam parabolam, an sit ista eadem cum illa, quæ ponitur Luc. 14. de cæna facta, & vocatis ad cænam.

Aliqui dicunt, quod sic, quia eadem narratur vtrobiusque. Primo, quia sicut hic fuerunt inuitati multi, ita & ibi.

Secundo, quia sicut hic illi, qui iam inuitati erant vocati fuerunt hora ciborum per seruos facientis conuiuium, ita & ibi. Tertio, quia sicut ibi nemo illorum, qui inuitati fuerant venit, sed diuersimode se excusauerunt, ita & hic nemo venit. Quarto, quia sicut hic non venientibus primis introducti fuerunt alii, qui non fuerant prius inuitati, ita & ibi. Quinto, quia sicut hic iubentur vocari illi, qui in viis erant, ita & ibi. In plateis, & vicis, & multa alia sunt, quæ ostendunt idem esse, quod vtrobiusque narratur.

Sed dicendum, quod non stat, quia licet aliquæ similitudines sint inter istam parabolam, & illam: tamen non est eadem, quia ad probandum identitatem, non sufficit probare multam similitudinem, sed apparet aliqua dissimilitudo, & tamen plures dissimilitudines sunt inter istas duas parabolas, quam similitudines.

Primo patet, quia non est idem ordo hic Matthæi, & ibi Lucæ, neque inducuntur ad idem, quia hic Matthæus ponit istam parabolam contra principes sacerdotum, ut patet in principio literæ. f. Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis. i. principibus sacerdotum, quia de his ante hoc mentio erat, & tamen Lucas inducit illam parabolam respondendo illi homini, qui dixerat: beatus, qui manducauerit panem in regno Dei. Lucæ decimo quarto capite. Et ita cum non deducatur ad eundem finem, non potest esse eadem parabola.

Secundo, quia ista, quæ præcedunt hic ad parabolam istam, & quæ sequuntur, non sunt eadem cum illis, quæ præcedunt, & sequuntur Luc. 14. Nam hic ante

ante parabolam istam ponuntur aliæ due parabolæ contra principes sacerdotum, Scribas, seniores, & Pharisæos, ut patet præcedenti. c. & post istam parabolam ponitur quomodo Pharisæi consilium fecerunt, ut caperent Iesum in sermone, & tamen Luc. 14. ante parabolam illam ponitur de inuitatis ad nuptias, quod non sedcant in loco excelso, & quod inuitat aliquos, non inuitet diuites, qui possunt retribuere, sed pauperes, qui non possunt retribuere, ut retribuatur eis in regno Dei, post illam autem parabolam ponitur, quod turbæ multæ secute sunt Christum, & ille cepit eis predicare. Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, &c. & de illo, qui edificat turrim, quod prius expensas computet, non est ergo eadem parabola.

Tertio, quia non intelliguntur de eadẽ re iste due parabolæ, nam ista intelligitur de ecclesia militanti, quod vocatur hic regnum celorum, sed illa, quæ hinc Lucæ 14. intelligitur de triumphanti. i. de vita æterna, ut in quæst. ostenditur sequenti.

Quarto, quia non est idem, qui conuiuium vtrobiusque nominatum fecit, nam istud conuiuium fecit rex quidam, illud vero, quod Lucas ponit, fecit homo quidam, qui non erat rex. Nam dicitur Luc. 14. hinc quidam fecit cænam, & tamen si esset rex non vocaretur homo quidam, quasi non haberet aliam specialem dignitatem, nisi quod homo esset, sed exprimeretur dignitas sua, iuxta consuetudinem sacræ scripture.

Quinto, quia Mattheus vocat istud conuiuium prandium, quia dicitur in litera: ecce prandium meum parati, sed Lucas vocat cænam, quia dicitur. Homo quidam fecit cænam magnam, sed non est idem prandium, & cæna.

Sexto, quia istud conuiuium, quod ponit Mat. fuit nuptiale. i. ad honorem nuptiarum, cum dicitur, quod rex iste fecit nuptias filio suo, & sæpe de nuptiis hic mentio fit, & tamen Lucas nunquam expressit nuptias, sed potius inuitat, quod erat aliud conuiuium ad ostendendum aliquam magnificentiam, cum dicitur, quod hinc quidam fecit cænam magnam, & vocauit multos.

Septimo, quia Mattheus ponit multos seruos missos ad vocandum inuitatos, cum ait: & misit seruos suos ad inuitatos ad nuptias. Lucas autem vnicum seruum ponit missum ad vocandum inuitatos, dicens, & misit seruum suum hora cæne dicere inuitatis, ut venirent.

Octavo, quia iste rex, de quo hic Matth. loquitur, misit bis seruos ad vocandum inuitatos, primo, n. misit ad vocandum, & non venerunt, & ideo rursum misit ad eosdem. Nam dicitur: misit iterum seruos, dicens: dicitur inuitatis: ecce prandium meum paratum. Et tamen Luc. non ponit vocatos esse inuitatos, nisi semel.

Nono, quia inuitati, de quibus hic dicitur, noluerunt venire, quasi aperte ostendentes hoc, cum dicitur, & noluerunt venire, & in secunda vocatione et dicitur: illi autem neglexerunt, & abierunt, sed Lucas ponit, quod inuitati se excusabant, & non negligebant aperte.

Decimo, quia serui, qui ponuntur hic vocasse inuitatos posuerunt suasionem ad veniendum dicentes: ecce prandium meum paratum, tauri mei, & alia occisa, & omnia parata, venite ad nuptias. Sed Lucas non introducit seruum, nisi dicentem, quod venissent ad cœnam, quia omnia parata sunt.

Vndecimo, quia cum ponatur excusationes aliquæ non venientium, tam hic quam apud Lucas, non ponuntur tot, neque eadem vtrobiusque, quia Mattheus ponit duas solum: Lucas vero tres. Et etiam ista duæ non consonant cum illis tribus, quia hic dicitur, quod alius inuitatus in villam suam, & alius ad negociationem suam. Sed Lucas dixit, quod vnus dixit: villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam, alius dixit, iuga bouum emi quinque,

Alph. Toft. in Matth. Pars V I.

& eo probare illa, alius dixit, uxorem duxi, & ideo non possum venire.

Duodecimo (& consonat aliquantulum cum nono) quia inuitati apud Mattheum aperte resistunt seruis vocantibus, quia licet iuerit vnus ad villam, alius ad negociationem, non posuerunt hæc pro excusatione, sed nolentes ire ad nuptias iuerunt ad hæc. Apud Lucam autem non resistebant aperte, quasi venire contemnentem, sed excusabant se humiliter, vti quilibet illorum dixit seruo missio, rogo te, habe me excusatum.

Tertiodecimo, quia inuitati in parabola ista fuerunt nequiores, quam apud Lucam, nam hic quidam inuitati noluerunt venire, alij autem tenuerunt seruos vocantes ipsos, & contumeliis affectos occiderunt, & tamen apud Lucam non fuit occisus aliquis seruus vocatus ad cœnam, sed vnus, qui inuitatus ad vocandum omnes inuitatos rediit ad dominum. Et hoc satis conuenit præcedentibus. Nam ibi omnes inuitati se humiliter excusauerunt dicentes. Rogo te habe me excusatum. Et ideo non erat verisimile, quod tales prorumperent de tali humilitate in tantam insaniam, ut occiderent seruum vocantem eos. Isti autem erant pertinaces, & ceruicosi, cum dicitur prius, quod rex iratus occiderunt homicidas istos, & succenderet civitatem illorum, sed in secunda vocatione dicitur, quod neglexerunt, & abierunt. Et ex hoc satis erat verisimile, ut qui tanta superbia, & ceruicofitate tenebantur, occiderent vocantes se, potissime bis vocarent, & ista vocatio displiceret vocatis.

Quartodecimo, quia rex iratus hic occidit homicidas istos, qui occiderant seruos suos, & civitatem illorum succendit, & tamen apud Lucas nullus de inuitatis occiditur, neque civitas succenditur, & conueniens est vtrobiusque ad præcedentia. Nam hic inuitati occiderunt seruos regis vocantes eos ad conuiuium, ideo verisimile erat, quod rex iratus occideret homicidas istos, & succenderet civitatem illorum, sed apud Lucam inuitati non occiderunt seruum vocantem, ideo conueniens erat, quod non occiderentur ipsi, neque succenderetur civitas eorum, ideo solum ponitur ibi quod iratus est ille, qui eos inuitauerat, quasi inurbane agerent, tamen non habebat causam occidendi illos, ideo solum ponitur ita, sed non aliquid inde secutum. Mattheus autem ponit iram, & stragem, & conflagrationem vrbis.

Quintodecimo, quia non venientibus primis inuitatis vtrobiusque iubentur vocari alij de vicis, & plateis, & tamen hic dicit Mattheus, quod congregauerunt oes bonos, & malos, & implere sunt nuptiæ discumbentium. Et tamen Lucas dicit, quod in introductis omnibus, qui inueniri potuerunt adhuc dixit seruus domino, factum est, quod imperasti, sed adhuc locus superest.

Decimosexto, quia hic non fuerunt vocati, nisi semel illi, qui in viis erant, & in prima vice impleti sunt nuptiæ, sed apud Lucam bis vocati sunt de vicis, qui inueniebantur, nam prima vice seruus vocauit debiles, & pauperes cæcos, & claudos quousque, inuenit in plateis, & vicis civitatis, & tunc adhuc supererat locus, & ideo dixit dominus rursus seruo, exi in vias, & lepores, & compelle intrare, & ita fecit.

Decimosextimo, quia apud Mattheum ponitur hic, quod impletis nuptiis discumbentium intravit rex, ut videret discumbentes, & vidit hominem non vestitum veste nuptiali, & cetera, quæ de illo sequuntur. Apud Lucam autem nihil istorum ponitur. Non est ergo eadem parabola ista, & illa.

Decimooctauo patet, quia August. lib. de Concord. euang. idem dicit. f. parabolam autem istam solus Mattheus narrat, simile aliquid Lucas narrat. Sed non est hoc, ut & ipse ordo indicat.

Decimonono patet, quia ideo tenet Greg. in hom. dicens: hic per nuptias præfens ecclesia, illic per cænam æternam,

A 3 æternam,

æternum, & vltimum conuiuium designatur, quia in hanc. ecclesiam nonnulli exituri intrant, ad illud quod quis semel intrauerit, vltimus non exibat. Et hæc est vera positio.

Aliqui tamen putant, quod sit eadem parabola, & continentur solvere dissimilitudines assignatas supra dicentes, quod aliquid expressit vnus euangelista, quod tacuit alius, sicut in multis aliis rebus fieri solet, & hoc non præstat argumentum diuersitatis inter hæc, sicut fert Greg. vbi supra. & si forte quis contendat hanc eandem esse lectionem. i. eandem esse parabolam intelligi forsitan potest, quia de proiecto eo, qui cum veste nuptiali non venerat, quod Lucas tacuit, Matthæus dixit: Quod vero per illum cæna per hunc prandium dicitur, nequaquam obstitit, quia cum ad horam non apud antiquos quotidie prandium fieret, ipsum quoque prandium cæna vocabatur.

Sed dicendum, quod non stat, quia licet per istum modum possit responderi ad aliquas dissimilitudines supra assignatas, tamen non potest responderi ad omnes saltem ad primas tres, quia illæ ostendunt diuersitatem, & non consistunt in hoc, quod vnus plura, quæ alius exprimat, ideo dicendum est, quod non sit eadem parabola ista, & illa, quam Lucas ponit.

Circa corticem parabolæ seu sensum parabolicum, quid vocatur hic regnum. Quæst. 1111.

Quæretur nunc de applicatione singularium partium metaphore, & primo de applicatione earum quantum ad sensum parabolicum, qui designatur in cortice literæ, deinde ad sensum literalem, quem intendit Christus ponens parabolam. Circa primum erunt dubia iuxta singulas partes, primum est, cum dicatur hic simile est regnum cælorum, quid vocatur hic regnum cælorum. Dicendum, quod regnum cælorum vocatur hic quia in quibus modis, vt ostensum est supra 10. c. q. 52. hic tamen non est dubium, nisi de duobus modis illorum. Iam accipiatur pro vita æterna, vel pro ecclesia militanti, quia vtraque vocatur regnum cælorum. Sed est dicendum, quod accipiatur pro ecclesia militanti. Primo patet ex intentione huius parabolæ, quia ista parabola venit ad concludendum id quod in vltima parabola præcedit. c. non fuerat finitum, quia in illa concluderat Christus contra principes sacerdotum dicens, auferetur a vobis regnum cælorum, & dabitur genti facienti iustitiam eius, & quia non fuerat dictum, cui genti daretur, aut quæ, declaratur hic. Sic dicit Chrysostomus, Quia dixerat dabitur genti facienti fructus eius, hic ostenditur cui genti, & tamen constat, quod ibi accipitur regnum cælorum pro ecclesia militanti, quia vita æterna non auferitur ei, cui semel data est. Etiam, quia dicitur principibus sacerdotum auferetur a vobis regnum cælorum, & ita iam illud habebant. Constat tamen quod non habebant vitam æternam, sed principatum in ecclesia militanti. Iam in templo, & sacerdotio Iudæorum. Etiam, quia dicitur dabitur genti facienti iustitiam eius, vel fructus eius, & tamen in vita æterna neque iustitiam facimus, neque fructus, quia ista facimus quando hic manemus ad merendum vitam æternam, sed ibi non erit iam locus merendi, neque erit aliquid, quod mereamur cum iam tenuerimus, quod petebatur, ergo necesse est hic accipi regnum cælorum pro ecclesia militanti, de qua in præcedenti parabola fiebat mentio.

Secundo patet, quia in hac parabola dicitur, quod iussit dominus introduci ad nuptias omnes quotquot inuenirentur bonos, & malos, & tamen ad vitam æternam nulli mali introducuntur. Tertio, quia in his nuptiis apparuit homo non vestitus veste nuptiali, quem rex ira-

tus est, & tamen in vita æterna nemo est sine veste nuptiali, quia omnes habebunt pulchritudinem animæ, & corporis, in hac autem ecclesia multi inueniuntur sine veste, quia licet fidem teneant non habent opera, neque charitatem. Quarto, quia ille homo, qui intrauerat ad nuptias sine veste excluditur, & mittitur in tenebras exteriores, & tamen de vita æterna nemo excluditur postquam intrauerit. Quinto patet ex assignatione Grego. in hom. ipse enim assignans differentiam inter parabolam istam, & illam, quam Lucas ponit, asserit istam de ecclesia militanti, illam vero de vita æterna accipi, sicut per nuptias præfens ecclesia, illic per cænam æternam, & vltimum conuiuium designatur, quia in hanc nonnulli exituri intrant, ad illud vero quisquis intrauerit, vltimus non exibat. Debet igitur ecclesia militans accipi hic per regnum cælorum.

Quare dicitur, quod erat rex, & vocauit multos ad conuiuium filij sui, & ad quid faciebat istud conuiuium. Quæst. V.

Quæretur circa corticem parabolæ de isto rege, qui fecit nuptias filio suo, & vocauit multos ad conuiuium. Dicendum, quod conuenienter hæc dicuntur, rex enim erat qui istud conuiuium fecit, & vocatur homo rex ex modo loquendi sacræ scripturæ. Nam sufficiebat dici, quod erat rex, licet ad sensum parabolæ aliquid facit, vt infra dicitur, & dicitur, quod faciebat nuptias filio. I. honorem nuptiale, & hoc, vt appareat causa tanti apparatus. Nam si alicuius serui sui nuptias faceret, non honoraret eas tanto apparatu conuiuiarum, & etiam non esset tanta occasio contra eos, qui non veniebant ad conuiuium, sicut nunc cum celebrantur nuptie filio suo. Et iuxta consuetudinem ad istas nuptias fecit rex inuitari multos, & isti inuitati fuerunt multo tempore ante diem nuptiarum, adueniente autem die nuptiarum misit rex seruos suos ad vocandum inuitatos, vt venirent, quia iam dies erat.

Ad quid fiebat nunc istud conuiuium. Quæst. VI.

Quæretur ad quid fiebat nunc istud conuiuium. Dicendum, quod rex iste fecit nunc conuiuium ad honorem nuptiarum, quadrupliciter. n. fieri inuenimus conuiuium. I. ad honorem nuptiarum, vel ad ostendendum aliquam magnificentiam, vel ad gaudium habendum cum amicis, vel ad refectionem pauperum. De primo patet, quia vbicumque nuptie fiunt conuiuia introducuntur, & ista fuit consuetudo semper apud omnes gentes, tam apud Gentiles, quam Iudæos. Et ratio huius est, quia in nuptiis duo queruntur. I. gaudium, & exultatio, & aliud est honor. De primo modo cum Christus dixit supra. c. Non possunt filij sponsi lugere quædum cum illis sponsus est. Et ita letari pertinet ad presentiam sponsi, quod est nuptias celebrare. De secundo patet, quia propter hoc ad nuptias multi vocantur, quia honor magnus non potest exhiberi, nisi a multitudine, & tamen ad gaudium, quod est primus, & potissimum, quod queritur in nuptiis, requiruntur conuiuia, & hoc propter duo. Primo, quia conuiuia directe causant quandam lætitiæ carnalem, vinum enim sumptum causat quædam hilaritatem, vt patet de Esther. 1. c. q. septimo die conuiuij erat factus hilarior post nimiam potationem.

Secundo, quia indirecte causatur gaudium conuiuium, gaudet enim quilibet, quando putat se consequi bonum, quod intendit: tam apud antiquos, qui parum

Quadrupliciter fit conuiuium.

Aniqui volentes tristitiam aliquid ostendere ieiunabant.

de vera beatitudine sciebant, & potissime apud vulgares homines putabatur esse beatitudo hominis in sensu, & tactu ciborum: ergo epulentia ad quandam partem beatitudinis pertinere credunt. Et ob hoc necesse est, quod in cibis, & potibus gaudeant, tamen in consecutione cuiusdam partis beatitudinis. Et ob hoc apud antiquos fuit ista consuetudo, quod quando volebant tristitiam ostendere ieiunabant. Sic patet 1. Regum vlti. quando viri Iabes Galaad venientes tulerunt cadavera Saulis, & aliorum, quæ erant suspensa in muro Bethsan, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus, & ita ieiunium pertinebat ad planctum mortuorum. Sic etiam Dauid, quando audiuit conuulsisse Saulem, & Ionathan in bello ieiunauit 2. Re. c. 1. apprehendens Dauid vestimenta sua scidit, omneque viri, qui erant cum eo, planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam sup Saul, & Ionathan: & ita ieiunare ponitur, vt vna cæremonia planctus, & etiam, quando Dauid fecit planctum magnum pro morte Abner noluit comedere vsque ad vesperam 2. Re. 3. c. Et ob hoc etiam, quod aliqui volebant facere memoriam tristem aliquarum infelicitatum rerum, quæ acciderant, ieiunabant illis diebus quibus memoriam istam facere volebant. Sic enim Iudæi ieiunabant in mensibus certis, quia in illis acciderant eis aduersa, & in memoria illorum malorum ieiunabant, & ita Deus pollicetur, quod illa ieiunia conuertent in gaudium, Zacha. 4. c. ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, & lætitiæ, & in solennitates præclaras. Et ita ieiunium erat ibi oppositum lætitiæ & festiuitati, cum Deus polliceatur, quod conuertet ieiunia in gaudium, & festiuitates, & iste etiam modus obseruatur in testamento nouo. Nam Christus ponit ieiunare pro lugere, & consequenter epulari, pro gaudere supra 9. c. f. Nūquid possunt filij sponsi ieiunare quando cum illis sponsus est? Vel lugere, vt habet litera communior. Veniet autem dies, quando ablati fuerint ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Et ita ieiunare, & lugere pro eodẽ ponuntur. Nam Mar. 2. & Luc. 5. vbi ponitur ista, ponitur semper ieiunare, & nunquam lugere. In quo apparet, quod idem sit ieiunare, & lugere. Et in nuptiis queritur principaliter gaudium, ideo in nuptiis debent esse conuiuia, & non potest esse ieiunium, & ita dixit Christus, quod non possunt filij sponsi ieiunare quando cum illis est sponsus supra 9. & Mar. 2. & Luc. 5. & vocatur filij sponsi omnes amici eius, qui ad eum aliquo modo pertinent, & dicuntur esse cum sponso, quando celebrantur nuptie eius, & tunc non possunt ieiunare, sed oportet epulari.

Secundum est ad ostendendum aliquam magnificentiam, nam in conuiuiis sunt magni sumptus, & magnificentia consistit in magnis expensis, & sumptibus factis, vt oportet. Sic patet Esther 1. c. de Assuero rege, quod tertio anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis, vt ostenderet diuitias regni sui, ac magnitudinem atque iactantiam potentie sue multo tempore. Vel centum octoginta diebus. Et ista est etiam vna de causis, quare in nuptiis fieri debeant conuiuia, quia actus magnificentie sunt in magnis expensis, & ista potissimum sunt circa ea, quæ sunt semel in vita. Sic dicitur quarto Ethicorum cap. de magnificentia, scilicet. Proprium autem quæcumque semel sunt putantur nuptie, & siquid tale, id est propria, quæ pertinent ad magnificentiam sunt illa, quæ semel sunt, vel raro in vita, vt nuptie, & ita oportet ibi magnificè expendere. Et postea ostenditur ibi, in quo consistat ista

Aph. To. in Matth. Pars VI.

magnificentia nuptiarum, & dicitur potissimum, quod in conuiuiis. ideo ad nuptias, quæ semel, vel raro sunt in vita, competit magnitudo conuiuiorum, & tamen, qui ob hoc solum conuiuia facit, vel multa quomodo libet expendit, vt diues appareat, non est magnificus, sed banauis eodem cap. scilicet banauis omnia talia non boni gratia facit, scilicet diuitias ostendens, & propter hoc existimans admitti, id est admirabilem fieri alijs.

Tertium est, quod conuiuia ad gaudium sunt capiendum cum amicis. Sic patet Luc. 15. de filio prodigo, quando redijt, nam pater recipiens illum inter cetera signa exultationis dixit, adducite vinulum saginatum, & occidite, & māducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit. Item patet hoc eodem cap. nam filius senior dixit patri: Ecce tot annis tibi seruius, & mandatum tuum, nunquam præterij, & non dedisti mihi hęcum, vt cum amicis meis epularer. Et ita inuit, quod conuiuium illud facere volebat ad gaudendum cum amicis.

Quarto modo fit conuiuium ad refectionem pauperum. Sic dicit Christus Luc. 14. Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, & claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent unde tibi retribuatur. Nunc autem iste rex facere debuit, vel potuit conuiuium propter tria horum. Primo, quia nuptie erant hic, & dicitur, quod faciebat nuptias filio suo. Secundo, quia ad regem pertinebat ostendere magnificentiam, & illa est ad magno sumptus, quales sunt in conuiuiis, & ita conuiuia qualiter decet facta ad magnificentiam pertinent 4 Ethicorum cap. de magnificentia. Et ista videtur causa, quare factam sit illud conuiuium de quo habetur Luc. 14. Homo quidam fecit cænam magnam, & vocauit multos. Cum enim non exprimat ibi causa aliqua illius magnæ cæne videtur, quod propter magnificentiam fuerit facta. Tertio ad gaudium, quia in nuptiis gaudium petitur, & conuiuia ad gaudium pertinent, ideo conuiuium facere debuit. Quartum non habet locum in presenti, quare iste rex non inuitabat pauperes claudos, & cæcos quibus Christus inuadet conuiuia facere, sed inuitauit viros honorabiles, qui honorarent nuptias. Quod patet, quia illis non venientibus, iussit congregari omnes bonos, & malos quotcumque inuenirentur, vt patet in litera.

Quare bis isti serui inuitatos accersitum iuerunt, & quibus vsi sint suasionibus, vt venirent inuitati. Quæst. VII.

Quæretur de seruis istis missis ad vocandum inuitatos, & quare bis iuerunt, & de suasionibus, quas fecerunt, vt venirent inuitati.

Dicendum, quod rex facturus nuptias filio suo inuitauerat multos, eos scilicet quos credidit asserere honorem nuptiis, & prædixit illis diem nuptiarum, quia tamen multis diebus ante nuptias inuitauerat eos, adueniente die misit ad vocandum eos, ne forte obliuioni tradidissent inuitationem, aut tempus. Vel forte inuitati fuerant ad nuptias sine præfinitione diei, & ideo quando postea fuit dies præfinitus misit rex seruos suos, vt vocarent inuitatos ad diem illum. Cum autem dicitur, quare bis vocauerunt eos, dicitur, quod causa fuit, quia quando primo vocauerunt eos, illi non venerunt, vel quia habebant, siue prætendebant excusationem aliquam, aut quia volebant venire. Quod cum rex inuideret per seruos missos, quia præparauerat omnia necessaria ad nuptias, ne illa periret, iussit eos vocari iterum, vt quod in prima vice venire noluerant

A 4 rant

rant saltem secundo vocati rubore confusi venirent, si non sponte saltem pp verecundiam, vel pp importunitatem petendi, sicut Christus dixit Lu. 11. c. q. cōtinuanti in petendo dat amicus quiddid petit, & si nō propter amicitiam saltem pp importunitatem.

Quare in secunda vice non misit rex eosdem seruos, quos primo ad vocandum inuitatos, sed alios. Quest. VII.

Quare in secunda vice non misit rex eosdem seruos, quos prius ad vocandum inuitatos, sed alios, vt dicitur in litera.

Dici pot vno modo, q missi fuerūt alii, quia forte in secunda vice misit rex plures, quā prius, & ita licet mitteret eos, quos prius, mittebat et alios cum eis. Et sic factum est præced. c. in parabola vineæ, & agricolarum, quia misit dominus seruos ad petendum fructus, & nihil tolerunt, misit autem iterum alios seruos plures prioribus.

Secundo fuit, quia forte in prima vice miserat rex seruos parui honoris, nunc vero misit seruos honorabiliores, & ideo oportuit mitti alios, & hoc fecit, quia forte prima vice serui primi, quia erant contemptibiles, nihil suaserant, isti autem secundi honorabiliores existentes facilius suaderent.

Tertio fuit, quia dubitare poterat dominus, an forte per imprudentiam primorum seruorum inuitati exasperati fuerant, ita, vt nolent venire, misit ergo secundos, qui prudentiores essent, vt non irritarent inuitatos in verbis suis, sed potius suaderent eis venire, & ita secundi posuerunt aliquas suasiones, quas non dixerunt primi.

Quarto fuit, quia forte primi serui mentiti fuerant dicentes, q inuitati dixerant se nolle venire, cum illi aliud dicerent, & ideo misit alios, vt per eos sciret veritatem, nam si primos rursus mitteret, semper maneret idem error, & non informaretur rex de veritate responsionis inuitatorum.

Quinto fuit ad ostendendum, q quiddid rex faceret contra inuitatos non venientes, esset iustus. Nam si mitteret eosdem seruos in secunda vice, & postea eis dicentibus, q nolebant venire inuitati, vel occisus ab eis, si rex iratus occideret homicidas, posset dici, q iniuste ageret, quia serui missi meruerant mala, quæ passi sunt. Cum vero nunc misit seruos primos, & illis non proficientibus, misit alios prudentiores, & honorabiliores, & illis deteriora fecerunt, eos occidendo, signum erat, q proueniebat ex iniquitate inuitatorū, & ita quiddid mali inferretur eis, mererentur ipsi, & videretur iuste illatum esse.

Quare rex fecit fieri persuasiones inuitatis, scilicet ecce prandium meum parauit. Quest. IX.

Quare rex fecit fieri persuasiones inuitatis, scilicet ecce prandium meum parauit.

Dicendum, q fuit primo ad tollendum excusationes, quia forte in prima vice posuerat inuitati aliquas excusationes, quæ non erant peremptorie, sed dilatorie, q. d. nunc non possumus, sed vsque ad talem diem poterimus, ad has autem tollendas posita fuerat suasiones, scilicet ecce prandium meum parauit, tauri mei, & altitia occisa, & omnia parata venite ad nuptias, q. d. si antequam omnia ista pararentur dixissetis, q non poteratis statim venire, ego distulisset diem nuptiarū ad aliud tempus, & tñ nunc iā his omnibus factis non possum differre, ideo non est tempus excusationib⁹, sed reiectis omnibus excusationibus dilatoriis venite statim, quia omnia parata sunt.

Secundo fuit, quia iam magis urgebat necessitas regem, nam prima vice putauit venturos inuitatos, & ideo non misit aliquas suasiones, sed solum, q dicitur eis venite ad nuptias, nunc vero, quia viderat, q non veniebant, & omnia peribant, quæ parata erant si non venirent, posuit istas suasiones, vt inclinaret eos ad veniendum, & ideo dixit tauri mei, & c. Quid per tauros, & altitia signauerit dictum est supra in expositione literæ. Est autem sensus, q rex parauerat omnia necessaria, & opportuna ad nuptias cum dixerit. Et omnia parata. i. parata sunt venite ad nuptias. i. nominauit specialiter tauros, & altitia, quia ista faciunt ad vim suasionis, quædam enim erant ad nuptias parata, quæ & si nuptiæ non fierent, nunc non perirent, vt apparatus vestium, & reliquorum ornamentorum, tam hoium, quam domorum, alia autem erant, quæ dilatando seruati nō poterant, vt carnes pecorum, & auium paratæ ad cibum, ista autem erant tauri, & altitia, ideo ista specialiter expressit.

An isti inuitati simpliciter venire noluerunt, vel excusationes posuerunt. Quest. X.

Quare in istis inuitatis vocatis an simpliciter noluerunt venire, vel posuerunt excusationes. Aliqui dicunt, q posuerunt excusationes. Et patet primo, quia dicitur in litera, q iuit alius in villam suā, & alius ad negociationem, & tñ istæ fuerunt excusationes dilatorie cum nunc occuparentur in his. Secundo patet, quia Luc. 14. c. vbi ponuntur aliqua istorum ponunt excusationes ad non veniendum, & nō recusationes veniendi, quia de quolibet illorum dicitur, q dixerit rogo te habe me excusatum, ergo hic fuerunt excusationes.

Dicendum, q non fuerunt excusationes, sed simpliciter renuerunt ire. Et patet primo, quia dicitur supra in litera, misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire, & ita simpliciter posuit, q nolebant, & non expressit aliquam excusationem.

Secundo patet, quia in secunda vocatione similiter apparet, nam dicitur: Venite ad nuptias. Et sequitur: illi autem neglexerunt, & tñ negligere adhuc est magis, quam nolle, ergo non obieiebant excusationem.

Tertio patet & efficacius, quia aliqui de istis tenuerunt seruos regis vocantes eos, & tumeliis affectos occiderunt, hoc autem non solum est nolle ire, sed etiam vocanti, & inuitanti velle iniuriam inferre.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, q ire in villam, & ire ad negociationem non fuerunt excusationes, cum non fuerint obiectæ, vt excusationes, sed fuerunt illa; ad q declinauerunt isti inuitati, quando ire noluerunt. Et patet ex modo literæ. Nam dicitur: illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in vineam suam, alius ad negociationem suam. i. postquam neglexerunt ire, occupauerunt se istis occupationibus, & tamen ista non fuerunt causæ, vt isti non irent, sed quia noluerunt.

Ad secundum potest dici vno modo, q nihil arguitur ex parabola Lucæ, quia illi excusauerunt se: isti autem ire noluerunt, quia non est eadem parabola, quæ ponit hic Matthæus, & quam ponit Lucas, vt ostensum est supra q. 3.

Aliter potest dici, q dato, q esset eadem parabola, non opposuerunt isti excusationes, sed ire noluerunt: nam si esset eadem parabola, oportebat q aliquid taceret Matthæus, quod expresserit Lucas, & è contrario, vt ex dictis vtriusq; efficiatur vna plena narratio, & esset sensus, q quando prima vice serui vocauerunt inuitatos, inceperunt illi ponere excusationes, quas Lucas refert, deinde cum serui ipsi magis instarent vocan-

vocando, indignati forte inuitati, vel iniquitatē suam magis aperientes dixerunt simpliciter, q ire nolebāt, quod Matthæus expressit hic, deinde cum iuerunt serui alij secunda vice apertius ostenderunt inuitati iniquitatem, & quidam ipsorum neglexerunt vocationem, quod est plusquam nolle, alij autem tenuerunt seruos, & occiderunt illos, & ita quocunq; modo ponatur est verum, quod isti inuitati saltem ad finem non posuerunt excusationē, sed simpliciter recusauerunt ire.

An in occupationibus istorum inuitatorum ponendis Matthæus dissentiat a Luca. Quest. XI.

Quare in istis occupationibus quas ponit hic Matthæus, quibus se tradiderunt isti inuitati, q alius iuit ad villam suam, alius ad negociationem suam. Nam Luc. 14. c. ponuntur tres occupationes, & non sunt eadem. Iure in villam emptā, & emere iuga boum quinque, & vxorem nouiter duxisse.

Aliqui dicunt, q Matthæus loquitur hic breuius, quam Lucas, & Matthæus comprehendit dicta Lucæ in quantum dicit alius iuit in villam suam posuit vnum de his, quæ Lucas in quantum dicit alius in negociationem suam comprehendit alia duo, & multa alia, quia istud nomen negociatio est nomen multa comprehendens.

Negotio quid sit.

Sed dicendum q non stat, quia nullum illorum duorum, quæ Lucas exprimit, potest comprehendi nomine negociationis. Nam vni dicitur iuga boum emi quinque, & necesse habeo probare ea. Alius dixit, vxorem duxi, ideo non possum venire. Primum non est negociatio, quia negociatio est officium emendi, & vendendi ad lucra captanda ex his, probare autem iuga boum non est emere, aut vendere, ideo non est negociatio, multo fortius aut duxisse de nouo vxorē non est negociatio, quia non consistit in rebus, quæ possidetur, aut emuntur, vel venduntur.

Dicendum igitur, q ista parabola non est eadem cum illa, quam ponit Lucas, vt ostensum est sup. q. 3. & ideo occupationes posite hic, & ibi non sunt eadē neque oportet, q reducatur ista ad illas, vel è contrario, vnde ibi posite fuerunt tres, hic autem ponuntur duæ & non eadem cum illis.

Secundo potest dici, si concederet esse eandē parabola istam, & illam, q eadē occupationes ponuntur hic, & apud Lucam, & tñ neque Lucas expressit omnes, quas obiecerunt inuitati pro excusationibus, neque Matthæus, & ita esset, q vltra illas tres, quas ponit Lucas alij obiecerent aliquas negociationes speciales, in quibus erāt occupati. Matthæus autem expressit primam occupationem de illis, quas posuit Lucas, deinde nomine negociationis comprehendit alias particulares excusationes, quas alij opposuerunt, q pertinebāt ad negociationes particulares. Duas vero, quas expressit Lucas, iuga boum emi, & vxorem duxi, etiā non expressit Matthæus, neque èt comprehendit sub illo generali dicto, salius ad negociationem suam, & tamen præcedens positio venor est.

Quare quidam inuitati regis seruos occiderunt. Quest. XII.

Quare quidam de inuitatis occiderunt seruos regis.

Dicendum, q hoc ex summa iniquitate processit, quia cum rex vellet eos honorare inuitando ipsos ad nuptias filij sui, ipsi eum contempserunt, & iniurias illi inferre voluerunt, & tamen quid specialiter mouerit eos ad occidendum illos seruos non apparet.

Aliqui autem putant, q serui illi irruerunt istos verbis amaris, & hoc habet aliquem colorem. Inuoluerant ire isti inuitati ad vocationem primorum seruorum nunc quoque ire contemnebant, quod forrassis videntes serui isti increpuerunt inuitatos verbis mordacibus, & pungituis dicentes, q male agerent, & tunc illi irritati occiderunt seruos.

Sed hoc non stat, primo quia si sic illos occiderent fieret istud subitanæ, ex iracundia, & tñ occisio seruorum illorum non facta est subitanæ, sed ex deliberatione, quia dicitur, q tenuerunt seruos, & contumelios affectos occiderunt, & ita prius affecterunt eos contumeliosis multis, quam illos occiderunt, nō apparet ex iniquitate, & deliberatione occisio esse illos, & nō ex subitanea iracundia, & ista non fecerunt hoc quasi irritati verbis illorum, sed ex alia causa.

Secundo, quia si ob hoc occidissent seruos, istud alieuiaret aliquantulum peccatum inuitatorum, si talia essent verba, quæ versimiliter mouerent inuitatos ad nimiam indignationem, tamen hic non ponuntur aliqua, nisi ad exaggerandum iniquitatem inuitatorū, vt videatur quō iuste illata fuerit eis mors, & ciuitas eorum successa fuerit, ergo non fuit ista causa.

Aliter potest dici, q erat ex magna iniquitate. Scilicet quia isti inuitati nolebant ire ad nuptias, & quia isti serui vocabant eos ad id, quod ipsis displicebat, ita occiderunt illos. Sic fuit præceden. c. in parabola de vinea, & agricolis, nam misit dominus vineæ seruos suos ad petendum fructus vineæ, & agricolæ lapidauerunt eos, & occiderunt.

Aliter èt potest dici, q isti fecerunt hoc ex rebellione, quia voluerunt insurgere in dominum. Forte enim isti inuitati erant subditi illius regis, qui eos inuitauerat, & conceperant facere rebellionem contra ipsum, & voluerunt nunc habere occasionē occidendo seruos illius. Sic enim quando Roboam misit Aduram seruum suum, qui erat super tributa ad petendum tributa a decem tribubus, ille insurgentes vno animo lapidauerunt Aduram. 3. Reg. 12, & ex tñc fuit discessio decem tribuum a domo Dauid, & rebellauerunt contra regem suum Roboam. Si qua forte alia causa fuit non apparet.

An recte rex egerit, vel peccauerit cum occiderit inuitatos, qui non venerunt. Quest. XIII.

Quare rex occidit inuitatos, qui non venierunt, an recte egit, vel peccauit.

Dicendum, q illi, qui inuitati fuerunt ad nuptias non venerunt. i. nemo eorum venit, & tñ nō eodem modo, quia quidam non venerunt, & contempserunt vocationem, alij vero non venerunt, & insuper occiderunt seruos vocantes illos, contra primos iratus est rex, sed non occidit illos: contra secundos iratus est, & occidit illos, & istos iuste occidit, quia erant homicidæ, & hoc inuit litera, cum dicitur perditit homicidas filios. nō occidit, nisi homicidas. Et hoc inuif èt Luc. 14. in alia parabola simili, nam ibi inuitati nō venerunt, quia se excusauerunt, sed nullas contumelias intulerunt vocantibus, ideo qui inuitauerat eos, iratus est, tamen nihil amplius contra illos processisse dicitur. Sed adhuc dicitur magis, infra q. 15,

Quare iste rex succendit ciuitatem illorum inuitatorum. Quest. XIII.

Quare iste rex succendit ciuitatem illorum, quare hoc fecit.

Dicendum, q hoc fuit primo, vt timeretur, & nemo auderet de cetero nocere ei, vel peccare in ipsi.

Sic enim interdum principes pugnantēs cōtra aliqua...

Secundō solet hoc fieri propter magnitudinē peccati...

Quia ciuitas exusta est deletis omnibus, que in ea erant...

Quomodo ciuitas exusta est, an deletis omnibus, que in ea erant, vel quomodo.

Alio adhuc modo potest accipi, quod omnes viri existentes in ciuitate...

Secundo, quia ex magnitudine irę potius mouerēt rex ad inferendum...

Sic enim pro rebellionē fecit Abimelech rex habitatoribus Sichem.

An licuit regi illi occidere omnes, & inflammare urbem.

Quæst. XVI. An licuit regi illi facere istud, scilicet occidere omnes, & inflammare urbem.

Aliqui dicunt, quod sic, primō, quia Christus introducit istud tanquā bonum...

Dicendum, quod nos non obligamur defendere factū istius regis...

Aliqui volunt dicere, quod omnes existentes in vrbe occiderunt, & illi omnes erant homicidę...

Dicendum ergo videtur, quod rex fecit occidi omnes, quotquot erāt in vrbe...

Et apparet hoc primo ex ratione supraposita, scilicet quia occisis illis succendit urbem...

absolutē eorum cum etiam esset aliorum, ergo referatur ad omnes occisos, & sic omnes, quotquot in vrbe erant, occisi sunt.

Hęc autem vera sunt, si solos potētes capere arma occidit. Nam isti poterant esse rei criminis, siue consentiendo, vel resistendo...

Ad argumentum primum in contrarium dicendum, quod poni hoc in sacra Scriptura nō facit rem esse licitam...

An innocēs p̄ nocente ē p̄nien- das.

hoc nō peccauerant. Primo, quia s̄m leges humanas, vel consuetudinē hořum non occiditur vnus p̄ p̄ctō alterius iudicialiter...

An hoc scilicet ite, ergo ad exitus viarum, & cetera, fuerit factum ante occisionem inuitatorum, vel post.

Quomodo ciuitas exusta est, cum dicat hic. Tunc ait rex seruis suis, nuptię quidem paratę erant, sed quod inuitati erant, non fuerant digni...

Quilibet libet est sibi debitor mortis, s̄t si nō cōmittat alia sp̄alia crimina...

dies, & ita periret paratus ad nuptias, pro quo tam ce-
leriter faciebat rex vocari inuitatos, iō nō fuit ille or-
do. Sed dicendū est, q̄ statim, vt rex sciuit occisos esse
suos ab inuitatis, vidit q̄ illi non poterant venire ad con-
uiuium, iō mox fecit vocari alios, iubens seruis exire
ad viarum exitus, vt congregarent quos inuenirent,
vt sic non periret cibus, & interim misit exercitum ad
occidendum homicidas, & succendendam urbem.
Vel misit ad hoc p̄ celebratas nuptias. Cum autem
obijcitur, q̄ non est recedendum ab ordine literę sine
cā manifesta. Dicendū, q̄ verū est, & tñ hic est cā ne-
cessaria satis apparet. sc̄ quia esse non poterat talis or-
do, quia periret nuptialis cibus p̄ moram gerendarū
rerum. Sed dicatur, quare ergo sic ordinata est litera,
quia debuisset primo poni, q̄ rex dixerit seruis, q̄
vocata de exitibus viarū quoscunq̄ inuenirent, &
postea diceretur de exercitiis missis ad perdendos
homicidas? Dicendum, q̄ fuit primō, quia scriptura
tenet magis ordinem artificialem, q̄ naturalem rerū
gestarum, & quia d̄sum fuerat de inuitatis, qui occi-
derūt seruos vocantes se, adiunxit scriptura quid passi
fuerint pro his, licet nō statim fuerint ista passi, & hoc,
vt non cogeret iterum sermonem facere de inuita-
tis. Multas enim in perfectione narrationum, & repe-
titiones intercisarum rerū fieri oporteret, si narraret
res eodē ordine omnino, quo gesta est. Maxime quia
non est possibile, et si velimus, cum sepe aliqua plura
simul facta sunt, ita q̄ vnum nullatenus precessit alter-
rum, & tñ in scribendo nō p̄t hoc fieri, quia necesse
est, q̄ vnum præcedat ad alterum. Secūdo, quia licet
exercitus non occiderit homicidas, & succenderit ci-
uitatem anteq̄ mitteret rex seruos ad exitus viarū, tñ
cepit forte illud fieri ante istud, vt p̄t si statim, vt au-
diuit rex occisos esse seruos ab inuitatis destinavit il-
luc exercitum, & dum iret illuc exercitus, iussit talis
seruis ire ad exitus viarum ad vocandum quoscunq̄
inuenirent, & ideo licet ambo coinciderent in tem-
pore, tñ pro eo tempore, quo præcessit missio exerci-
tus debuit prius dici de illo, licet prius finita est voca-
tio eorum, qui erant in exitibus viarum, quam occi-
sio, & succensio vrbis facta ab exercitu.

Quare dixit rex seruis suis, qui inuitati fuerant non fuerunt
digni. Quæst. XVIIII.

QUARE dixit rex seruis suis: Qui in-
uitati fuerant non fuerunt digni. Nam melius
diceret, qui inuitati erant, non possunt venire, quia ip̄
occisi erant. Dici potest vno modo, q̄ dixit non fuerunt
digni, non sunt iam digni, q̄ d. ex quo illi occiderunt
seruos vocantes se ad nuptias, non sunt digni venire
ad nuptias, & manducare in eis, & hoc q̄ diceret et si
iam venirent non recipiuntur, quia indigni sunt, &
istud dixit rex, quia sciebat illos videre, & hoc cōsonat
dictis præcedētis q̄, quia, qñ ista dicebantur seruis, nō
erant occisi homicide, & succensa ciuitas. Sed pote-
rat dupliciter fieri, vno modo, q̄ rex statim, vt audiuit
occisos seruos suos ab inuitatis, misit alios seruos ad
vocandum quoscunq̄ inuenirent in viarum exiti-
bus, & celebravit nuptias non mittens exercitum, vt
solemnius celebraret nuptias, quibus expleis misit
exercitum ad occidendum, & succendendum, & tñ
planum est, q̄ sciebat rex vivere inuitatos, & posse ve-
nire ad nuptias, sed iam non esse recipiendos, quia fe-
cerant se indignos. Alio modo potest dici, q̄ statim, vt
audiuit occisos seruos, misit exercitum, & simul mi-
sit seruos ad exitus viarum, ideo sic erant viui adhuc
inuitati, quia nondum occiderat eos exercitus, ideo
bene dicitur, q̄ non fuerant digni.

Secundo modo potest exponi, siue viui, siue mortui erant,

q̄ non fuerunt digni, i. fecerunt se indignos. Prius, nō
digni erant, quando inuitati sunt, & tamen occidendo
seruos vocantes eos ad nuptias indignos se reddide-
runt conuiuio. Tertio potest accipi, q̄ indigni fuerunt, i.
indigni erant etiam antequam occiderent seruos vo-
cantes se. Nam ille, qui in tantam iniquitatē pr̄p̄ere
potuit, vt seruos vocantes se ad nuptias occideret sine
vlla causa, iam malus erat, quia non poterat, nisi in val-
de malum talis incidere iniquitas. Sed quocunq̄
modo accipiatur, ponitur vt suasio ad vocandū alios,
quasi dicat nuptię paratę erant pro inuitatis, sed illi
non veniunt neque venient, quia indignos se reddide-
runt, ideo oportet vocari alios, ne cibus pereat.

Cum rex iussit nunc ire ministros ad exitus viarum, an ista
vocatio fiebat intra urbem, vel foris.

Quæst. XXI.

QUARE rex iussit nunc ire mini-
stris ad exitus viarum ad vocandum aliquos ad
nuptias. Et est dubium an ista vocatio fiebat intra vr-
bem, vel foris. Aliqui dicunt, q̄ ista vocatio fuit facta
tam in tra urbem, quam foris, sed Matth. breuiter lo-
cutus est. Lucas autem illud magis aperuit: Luc. 14.
dixit enim dominus seruo: Exi cito in plateas, & vicos
ciuitatis, & pauperes, & debiles, cecos, & claudos in-
troduc huc, & fecit illud seruo, & ait. Domine factū
est, vt imperasti, sed adhuc locus est. Et ait dominus,
exi in vias, & sepes, & compelle intrare. Et ita primo
vocauit eos, qui erant intra urbem, deinde eos, qui
foris, & ita dicunt intelligendum esse, quod dicit Mat-
thæus, licet breuiter dixerit.

Sed dicendū, q̄ non stat, quia non est eadē parabo-
la ista, & illa, q̄ ponit Lucas, vt ostensum est supra q. 3. iō
non est exponenda vna per alteram, & tñ rationabili-
ter dicendum est, q̄ vocatio ista, vel solum fuerit in-
vrbe, vel fuerit intus, & foris. Nam dominus fecit fieri
istam vocationem, vt cito haberentur, qui veniret.
ad manducandum omnia, quę parata erant, & tamē
citius inuenirentur in vrbe, quam foris, ideo creden-
dum est, q̄ in vrbe facta fuerit vocatio.

Secundo patet, quia serui euntes intruderunt tot,
vt implerentur nuptię, & tamen non erat verisimile
tot haberi extra urbem in exitibus viarum, sicut isti,
qui possent replere nuptias, ideo credendum magis
videretur, q̄ intra urbem vocarentur. Tertio, quia iam
paterfamilias non intendebat aliquam electionem face-
re, sed introducere quoscunq̄, vt dicitur in litera, &
ideo quos posset facilius inuenire introduceret, sed
facilius erat introducere eos, qui intra urbem illis oc-
currerent, quam ire foras, ergo saltem quos intus in-
uenirent, intruderent. Quarto patet, quia dominus
dixit quoscunq̄ inuenieritis, vocate ad nuptias, &
illi, ita fecerunt, quia dicitur, q̄ egressi congrega-
runt omnes quoscunq̄ inuenierunt bonos, & malos,
& tñ hoc non esset verum si eos, quos inuenirent in
vrbe non intruderent, ergo intruderunt eos, qui
erant in vrbe. Est ergo dicendum, q̄ ista iussio regis
intelligitur de vrbe, i. de exitibus viarum, id est ite ad
calles, & vicos, & quoscunq̄ inuenieritis ibi vocate.
Et vocantur calles exitus viarum, quia callis publicus
est via, Dixit tñ exitus viarum, id est terminus, in qui-
bus exitus a callibus, finiuntur. Et hoc fit dupliciter,
vno modo finitur callis in concursu, vt in biuio, vel tri-
uio, concurrentibus enim callibus, & se inter canti-
bus finitur callis in platea, q̄ callis vrbis ducit ad pla-
team, eo q̄ platea est locus communis, ad quē hōes
rendunt, ad hos aut viarum exitus iussit rex ire, & nō
ad vias absolute, eo q̄ in istis exitibus magis inueni-
untur homines, q̄ alibi, quia callium concursus, & plateę
iunt.

Callis q. I.

sunt loca magis publica. Et ita nō vocantur viarū exi-
tus ipsa principia viarum extra urbē ad portas. Quōd
si velles alio modo intelligere, oportet dici, q̄ prius
vocati fuerint illi, qui intra urbem inuenti sunt, dein-
de illi, qui inueniebantur extra urbem in exitibus viarum
eo modo, quo dicitur Luc. 14. licet non sit eadē
parabola ista, & illa.

Quare non misit rex ad inuitandum alios, sed misit ad
introducendum eos, qui erant in vijs.

Quæst. XXI.

QUARE non misit rex ad inuitandum alios, sed
misit ad introducendum eos, qui erant in vijs.

Dicendum, q̄ in principio inuitauerat rex eos, qui
erant extra ciuitatem illam, in qua fiebat nuptię in
alia ciuitate. Quod patet, quia d̄, q̄ rex missis exerci-
tibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorū
succendit, & tamen non succendit ciuitatem in qua
erat, cum ibi celebrarentur nuptię, ideo erat alia ci-
uitas. Nunc autem non misit ad inuitandum viros
de alia ciuitate, quia tarda hora erat. Nam quādo mi-
sit rex seruos secunda vice ad inuitatos, iam omnia
erant parata, scilicet tauri occisi, & altitia, vt patet in
litera. Et post hæc illi serui vocantes eos, qui in alia ci-
uitate erant extra urbem nuptiarum, occisi sunt ab
eis. Si ergo rursus ad aliam urbem mittendum esset
ad alios inuitandos, iam perirent tauri, & altitia, iō nō
debuissent mitti ad aliam urbē, sed in ipsa in qua fie-
bant nuptię debebant inuitari, qui inuenirentur.

Sed tunc dicitur, quare non fecit rex inuitari ciues
per domos suas, vt venirent ad nuptias, sed iussit vo-
cari eos, qui erant in exitibus viarum. Dicendum, q̄
fuit primo, quia si per singulas domos inuitarentur,
qui inuenirentur, longa mora fieret, & tamen iā erat
hora ciborum. Eundo autem ad plateas, & concursus
viarum inuenirentur simul multi, & vno impetu, vel
actu deducerentur tot, quot essent necessarii pro nu-
ptijs. Secūdo fuit, quia cum tempus vocationis istius
fuit, quando erat iam hora ciborum, præsumebatur
de illis, qui erant in domibus, q̄ iam sedebant ad su-
mendos cibos, & ita illos frustra erat vocari, illi aut,
qui inuenirentur in plateis, & vijs nondum epulati
erant, ideo illi conuenientius ducerentur, sed præce-
dens causa adhuc melior est.

Quare rex dixit seruis suis. Ite ad exitus viarum,
Quæst. XXI.

QUARE rex dixit seruis suis. Ite ad
exitus viarum, & quoscunq̄ inuenieritis, vo-
cate ad nuptias. Dicendum, quod omnia hæc fiunt
propter accelerationem conuiuij, si enim rex non-
dum paruisset cibos, cum videret, quod inuitati non
veniebant, sed occiderant seruos vocantes, differret
nuptiarum solennitatem ad alterum tempus, quia ta-
men omnia parata erant, ne periret cibus, oportuit sta-
tim fieri conuiuium nuptiale. Sic enim dixit rex: Nu-
ptię quidem paratę sunt, sed qui vocati erant, nō fue-
rant digni, ite ergo ad exitus viarum, id est quia, ita est,
q̄ nuptię, id est nuptiale conuiuium paratum est, &
peribit, nisi statim veniant epulantes, & inuitati non
fuerunt digni venire, vocate alios. Et quia si nunc ser-
ui eligerent quos vocarent ad nuptias, non haberent
cito tot, quot erant necessarii, & sufficientes ad con-
uiuium, iussit rex, q̄ nulla fieret electio, sed quicunq̄
inuenirentur, venirent, & ita tria ponunt in parabola,
secundū Lucā circa istos inuitatos, scilicet inuitare, vocare,
compellere, & habent se per ordinem. Primū fuit in-

uitare, & hoc dicit quāda electionem in inuitanti-
bus, & liberalitatem in inuitatis. Nam a principio ele-
gerunt eos, quos putauerunt esse honorabiles, vt ex
eorum presentia honoraretur nuptię. & hos singilla-
tim rogauerunt, q̄ venirent ad nuptias. Inuitatis autē
erat libertas, quia non cogebantur venire, sed rogabā-
tur. Secundo fuit vocare, & in hoc erat libertas ex
parte vocatorum, sed non erat electio ex parte vocan-
tium, sed quoscunq̄ inueniebant, vocabant, vt veni-
rent, & istud vocatur introducere apud Lucam, i. Ce-
cos, & claudos introduc huc. Tertium fuit compelle-
re, & in hoc neque erat electio vocantium, neque li-
bertas vocatorum, sed quicunq̄ inueniebantur, si
sponte non irent, compellebantur ire. Luc. 14. c. l. Exi
in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur do-
mus mea. Et fuit iste ordo apud Lucam, q̄ prius fuit
inuitare, & deinde vocare, postea compellere. Et quia
non est eadē parabola Lucę, & Matthęi, vt osten-
sum est supra q. 3. non apparet, an idem ordo fuerit
hic, Et tamen saltem constat de duobus, i. q̄ fuit inui-
tare, & vocare, de compulsionem autem non habetur,
sed in secunda vice non fuit inuitatio, quia sic elige-
rentur soli honorabiles, & mora traheretur expectā-
do, vt tot haberi possent, ideo nulla facta electione,
vocabantur omnes.

Quare serui regis congregauerunt omnes quoscunq̄ inueni-
erunt malos, & bonos. Quæst. XXI.

QUARE serui regis congregauerunt
omnes, quoscunq̄ inuenierunt malos, & bo-
nos. Dicendum, quod fuit primo ad obediendum regi.
Ille enim dixerat. Ite ad exitus viarum, & quoscun-
que inuenieritis vocate ad nuptias, & quia nomine
omnium necesse erat bonos, & malos comprehendendi,
vocauerunt tam bonos, quam malos. Secundo, quia
forte rex hoc expresserat, licet Euangelista non retul-
it, nā ita Luc. 14. in alia parabola habetur, q̄ dixit d̄s
seruo: Exi in vicos, & plateas, & pauperes, & debi-
les, & cecos, & claudos introduc huc. Et tamen ceci,
& claudi vocantur mali quātum ad nuptias, ergo oēs
forte iussit vocari expresse rex malos, & bonos, & ideo
serui illos vocauerunt. Tertio, quia ista vocatio fiebat
iam magis ad necessitatem ciborum ne perirent, quā
ad honorem nuptialem, quia inconueniens videbat,
q̄ cibi diligenter, & laboriose parati a nullo sumeren-
tur, sed perirent. Et quia ad manducandum equaliter
proderant boni, & mali, congregauerunt tam bonos,
quam malos. Quarto, quia vigeat tempus sumēdo-
rum ciborum, & si serui vellent vocare solos bonos,
forte differretur, quia non inuenirent statim tot, quot
vellent, ideo oportuit, q̄ tam bonos, quam malos vo-
carent. Considerandum autem, q̄ non vocantur hic
boni, & mali moraliter. Nam cum ista bonitas confi-
stat in habitu mentis, qui est virtus, vel vitium, & illi
habitus non sunt manifesti per se, sicut neque ipsa aīa
non potest videri quis sit bonus, aut malus aperte, sed
ex coniecturis per operationes exteriores iudicamus
bonum aliquem, vel malum, talem autem cognitio-
nem non potuerunt habere serui regis de illis, quos
vocabant ad illas nuptias, quia fuit ista vocatio subita-
nea, & forte nullum actum viderent eos exercere, in
quo iudicarent eos bonos, vel malos, possimē, quia
ex vnica operatione non iudicatur aliquis virtuosus.
sed requiritur, q̄ impermutabiliter operetur bonum
& ethico, & ideo necesse est accipi bonum, & malum
aliter. Secundo, quia esse bonos, aut malos tali modo
parum differebat, nam qui vocantur ad nuptias, ideo
vocantur, vt honorent illas, honor aut secundū vul-
gares impenditur a potentibus, & diuitibus, tales aut,
vt

Ex vnica
bona ope-
ratione nō
potest quis
virtuosus
iudicari

vt communiter non sunt virtuosus, quia multi eorum, qui sunt in principibus, & honoribus patiuntur similia Sardanapalo. i. Ethico. i. sunt dediti vitij, sicut ille pauperes autem licet virtuosus sint paruum honorem impendere possunt sibi estimationem vulgarem, id non vocant aliqui ad nuptias, quia boni sunt moraliter, sed quia diuites, aut potentes sunt, vel famosi, quos vulgus honorabiles vocat. Tertio patet, quia rex non considerauit in isto conuiuio quis esset bonus, vel malus moraliter, sed quis esset decenter, aut indecenter vestitus, vnde illum solum, qui non habuit vestem nuptialem repulit de conuiuio, & posuit in carcere, & tñ solum malum est, quod repellitur, ergo non habere vestem nuptialem erat malum, & non esset malum moraliter. Dicendum igitur, quoniam non vocantur hic mali, & boni moraliter, quod est esse simpliciter bonum, & malum, sed sibi materiam subiectam, scilicet, quod ad nuptias pertinet. Et quia ad nuptias non vocantur homines nisi vt honorent illas, hoc est esse boni ad nuptias. i. posse honorare, esse malum est non posse honorare, sed decolorare, & ita boni vocantur omnes viri honorabiles, quorum presentia aliquem honorem afferre poterat nuptijs. Mali vero dñr viri pauperes, & sine honore, quorum presentia non solum nuptias non honorat, sed et abiectas reddit, & quia de diuitijs potentia fama, & honore, & ceteris, quæ iudicamus hofes sibi vulgarem opinionem honorabiles, non potest constare ex aspectu primo, habemus vñ, per quod indicamus virum honorabilem, vel abiectum, scilicet vestibus, & ita in sacra Scriptura vestes vocantur honor noster. Exo. 33, c. Luxit populus, & nullus ex more indutus est cultu suo. i. honore suo. Nam colere honorare est, & cultus honor est quidam. Sic et in nouo testamento vestes honorem vocamus, sic patet 1. Cor. 12. i. Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his abundantiorum honorem circumdamus. i. plures vestes eis apponimus, & verum est, vt patet de genitalibus organis, quæ iudicamus ignobiliora. i. magis verenda, & illis apponimus plures vestes, sicut nam vestem ultra ceteras vestes corporis. Ob hoc igitur primo aspectu iudicabantur boni pro nuptijs illi, qui vestibus decentibus induti erant, mali autem illi, qui non erant induti decentibus vestibus, & hoc videre poterant serui vocantes ad nuptias. Et quia quidam illorum, quos vocauerant, erant decenter, alij indecenter vestiti, dñs vt vocauerit bonos, & malos. Et hoc patet, quia vt dictum est neminem repulit rex de nuptijs, nisi eum, qui non erat vestitus veste nuptiali, & tñ malum solum est, quod repellimus. Nemo enim repellit illud, quod bonum sibi reputat, ideo apparet, quod indecenter vestiti vocantur hic mali, & ipsi soli mali dicuntur.

Quomodo mali, & boni hoc in loco accipiuntur.

Per quod primo aspectu hoc honorabilis iudicatur.

Quare rex introiit, vt videret discumbentes. Quæst. XXXII.

QUARE REVER quare rex intravit, vt videret discumbentes. Dicendum primo, quod rex intrare potuit ad videndum, deinde quare intravit. Circa primum dicendum, quod presupponitur, quod rex non manducabat in loco, vbi ceteri manducabant nuptialiter, nam si ibi manducaret, non posset intrare ad videndum discumbentes, quia iam ibi esset. Secundo, quia dicitur. Vt videret, nam innuitur, quod si non intraret, non posset illos videre, & tamen videret, si ibi esset ipse cum eis. Tertio, quia dicitur discumbentes, ex quo innuitur, quod alij epulantibus rex non comedebat, sed videre voluit quomodo ceteri epularentur. Circa secundum dicendum, quod rex intravit. Primo ad ostendendum magnificentiã suam, vt ipse gloriaretur coram multitudine epulantium, ipse enim illas magnificas expen-

fas conuiuij faciebat, & ita coram illis, quibus actuater illud beneficium præstabat, appareret gloriosus. Secundo ad honorem nuptiarum, nam sicut ceteri vocabantur ad nuptias, vt illas honorarent presentia sua, & quanto ipsi honorabiles essent tanto celebriores nuptias reddebant, ita & rex honoraret maxime nuptias ex presentia sua, ideo intrare voluit tempore conuiuij, vt sic ex presentia omnium simul honorabiles nuptijs redderentur. Tertio fuit, vt rex letificaret epulantes, cum eis presentiam suam exhiberet, & sic familiaris eis fieret, ne videretur ipsos despiciere. Quarto fuit, vt videret quomodo erant omnia disposita, vt sciret an nuptie filij sui essent honorabiles, & opulente, & quales essent illi, qui ad nuptias conuenerant. Quinto fuit, vt ipse quodammodo videretur ministras eo modo, quod decebat ipsum ministrare. Illi namque, qui nuptialem honorem faciunt, ministrant eis, quos inuitauerunt, & quia istas nuptias facit rex filio suo, ad ipsum pertinebat aliquomodo ministrare, hoc autem fuit, quod ceteris epulantibus ipse non epulabatur, sed introiit ad videndum discumbentes, & assistebat eis saltem modicum, vt sic eos honoraret, & letificaret presentia sua. Sed dicendum, quod licet omnes cause sint conuenientes, quarta est melior, & verior. Primo, quia litera hoc innuit cum dicat. Intravit rex, vt videret discumbentes. Et ita finis precipuus suus erat nunc, vt videret, qui erant illi, qui erant in nuptijs, & qualiter se habebant. Si autem aliquid aliud principaliter intenderetur in isto introitu, exprimeret illud litera, Et non diceret, quod intravit, vt videret discumbentes. Secundo apparet ex effectu secuto, quia cum intrasset, vt videret discumbentes, vidit ibi hominem non habentem vestem nuptialem, & illum expulit, & tamen si non intrasset hac intentione, vt videret discumbentium habitudines, non respexisset tam diligenter, vt videret quis erat indecenter vestitus. Tertio, quia erat causa motiua ad hoc, nam rex cognoscebat eos, quos fecerat primo inuitari, & si illi venissent, non oportebat, vt rex intraret ad videndum discumbentes, sed quia illis non venientibus iusserat rex vocari alios, & illos non agnoscebat, voluit introire, vt agnosceret, qui erant, & quales. Quarto fuit, quia verisimiliter credere poterat rex, quod in nuptijs essent aliqui non decenter induti, nam iussit ipse vocari omnes, quos inueniretur. Sed in communitate multi solent esse indecenter induti, vt pauperes, ideo intravit, vt videret illorum habitudinem.

Notent reges seruare grauitatem.

Quare dicitur, quod rex vidit hominem non habentem vestem nuptialem. Quæst. XXXIII.

QUARE REVER quare dicitur, quod vidit hominem non habentem vestem nuptialem. Dicendum, quod vestis nuptialis est vestis decens talis qualem decet ferre eum, qui ad nuptias inuitatur, & ratio est, quia vt dictum est supra 22. q. qui vocantur ad nuptias veniunt ad honorandum, & honorem non præstare, nisi qui honorabilis est, iudicatur autem honorabilis ille, qui vestibus decentibus indutus est, ideo ille vestem nuptialem habet, qui vestem decentem gerit, quæ est vestis letitig, & honoris, ille autem, de quo dicitur, quod non habere vestem nuptialem, erat vilibus indutus, & abiectus, qui honorem non præstare, sed potius dedecus ingereret, ideo rex ingressus iratus est, quasi ille ignominiam quandã ei interret, & ait, Amice quomodo hic

huc intrasti? voca illum amicum, sed amicum se non esse ostendit cum potius ei mala inferat, quia misit eum in tenebras exteriores, & ideo amicum delusorie, vel per antiphrasim vocare videtur illum. Et dixit: Quomodo huc intrasti? quasi dicat non debuisses intrare, cum non haberes vestem nuptialem. Ille vero audiens verba regis obmutuit, scilicet quia vidit, quod rationabiliter loquebatur, & non habebat quid ei responderet, vel quia audiens regem loquentem, quasi animo feruido, & irato, timuit, & non potuit quiddam respondere, sed timorem elinguem reddidit.

Quomodo dicitur, quod rex vidit ibi hominem non vestitum nuptiali veste, cum plures essent habitus ibi. Quæst. XXXVII.

QUARE REVER quomodo dicitur, quod rex vidit ibi hominem non vestitum nuptiali veste, quia in hoc innuitur, quasi esset vnicus ille, qui sic indutus esset, & tamen videtur, quod plures erant, nam omnes bonos, & malos congregauerunt serui ad nuptias.

Aliqui dicunt, quod non erat, nisi vnus indecenter indutus inter oes existentes in nuptijs, & id illum solum redarguit rex. Dicendum, quod non videtur stare. Primo quia rex iusserat, quod vocarentur ad nuptias omnes quotquot inuenirentur, & serui sic fecerunt vocantes omnes, quos in capitibus viarum, & plateis inuenerunt, sed vbi est magna multitudo virorum, vt in ciuitate, multi sunt pauperes, & indecenter vestiti, & omnes illi, quotquot occurrerunt, vocati fuerunt ad nuptias, ergo multi essent indecentibus, & abiectis vestiti.

Secundo patet, quia dicitur, quod serui congregauerunt omnes, quos inuenerunt bonos, & malos, & tamen mali vocantur hic inhonorabiles, qui non erant decentibus vestibus induti, vt ostensum est supra vicecima secunda, quæstione, ergo plures erant induti vestibus nuptialibus.

Alij dicunt, quod multi erant, sic induti, & tamen rex non vidit nunc, nisi vnum, & ideo illum solum allocutus est, & ei mandauit de nuptijs.

Dicendum, quod non stat, primo quia rex introiit, vt videret discumbentes, id est cuius habitus erant, vt dictum est supra quæstione vicecima tertia, & ita diligenter aspiceret, qui erant decenter, & qui indecenter induti, cum ergo multi essent ibi tales non est verisimile, quod rex vnum solum videret.

Secundo, quia non solum rex vidit, sed etiam tanta iracundia motus est, quod iussit illum hominem repellere, & ligari pedibus, & manibus, & mitti in carcerem, quæ omnia diligenter fierent, & accurare. Non est, ergo verisimile, quod cum tanta attentione regis tam irati, & ministrorum exequentium non videret rex, nisi vnicum indecenter vestitum, si multi ibi essent. Fieri tamen posset hoc, si rex non hac intentione intrasset nuptias, neque tantam diligentiam circa hoc adhibuisset.


Dicendum ergo videtur, quod rex multos vidit ibi indecenter vestitos, & illos oes iussit mitti in tenebras, & tamen Christus solum narrat de vno. Et ratio est, quia istud non ponitur hic intentione narrandi rem gestã, sed vt sit parabola, & vt deducatur ad illud propositum, quod Christus intendit, & tamen ad hoc non plus est, quod essent multi indecenter vestiti, quam vnus, quia sicut vnus repellitur, ita omnes repellerentur, ideo non curauit dicere, quod erant multi. Sic dicit Origenes applicans parabola ad sensum suum, scilicet. Vidit hominem non vestitum veste nuptiali, singulariter dicit hominem, quia vniuersi sunt generis omnes, qui seruant malitiam post fidem, quam habuerant ante fidem.

Alex rex, quando iussit istum, qui non erat indutus veste nuptiali mitti in tenebras exteriores, fecit iniustitiam. Quæst. XXXVI.

QUARE REVER quare rex iussit istum, qui non erat indutus veste nuptiali mitti in tenebras exteriores, nam videtur sibi iniustum factum esse, primo, quia rex iusserat vocari omnes, quotquot inuenirentur, scilicet ite ad exitus viarum, & quocumque inueniretis vocate ad nuptias, sed de his, quos inuenirent in ciuitate manifestum est, quod aliqui essent indecenter vestiti, ergo ipse iubeat omnes vocari tam decenter, quam indecenter vestitos, & ita non erat in culpa, qui sic venerat. Secundo, quia ministri, sic fecerunt, nam

vocauerunt ad nuptias omnes tam decenter, quam indecenter indutos, cum dicitur in lra. Egressi serui congregauerunt oes, quos inuenirent malos, & bonos, sed mali vocantur vestiti indecenter, vt ostensum est supra 22. q. ergo cum ipsi vocauerint, & introduxerint ad nuptias indecenter vestitos, non erant illi in culpa. Tertio, quia dominus hoc iusserat, Luc. 14. l. Exi cito in plateas, & vicos, & pauperes, & debiles, & cecos, & claudos introduce huc, & tamen omnes isti sunt indecenter vestiti, quia sunt pauperes mendicantes, ergo cum ipse iussit, non erant in culpa mendicantes. Quarto, & efficacius, quia illi, qui intrabant compulsi erant turpiter indecenter, aut qualitercumque intrarent, non erant in culpa, quia non veniebant, sed trahebant, & tñ ita fuit de istis, quia dixit dñs seruo: Exi in vias, & lepes, & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea. Luc. 14. ergo iste indecenter vestitus non erat in culpa, neque debebat mitti in tenebras. Dicendum, quod rex iuste indignatus est, & iuste misit in tenebras non habentem vestem nuptialem, vt apparet, quia in hoc fundatur parabola a Christo inducta, cum quantum ad hoc consistat applicatio, & tñ si non esset hoc iustum, quod rex fecerat non videret iuste factum, quod fit in regno cælorum, cum taliter fiat. Ratio autem quare hoc iustum esset, est, quia licet vocantes ad nuptias non eligerent nunc aliquos, sed vocaret quocumque inueniret, tñ dicebant eis, quod vocabant eos ad nuptias, & id quilibet tñ videre deberet se ipsum, an talis erat, vt posset decenter apparere in nuptijs, & qui non esset taliter se habens diceret non possum ire, aut nolo ire. Sed obijcietur, quia isti serui vocates ad nuptias videbant oes, quos vocauerant, & ipsi poterant ex aspectu agnoscere, qui erant digni quantum ad vestes ire ad nuptias, & qui non, & indignos non debebant vocare. Cum ergo vocarent oes non erant in culpa illi, qui vocabantur, & ibant. Dicendum, quod vocati erant in culpa, quia licet serui vocates viderent singulos decenter, aut indecenter indutos, & sciret quantum ad ea, quod apparebant, quod erant digni ire ad nuptias, & quod non, tñ poterat esse, quod tunc indecenter erant vestiti haberent decetres vestes in domo. s. mutatorum, & illis ornati procedere poterat statim digne ad nuptias, & id licet oes vocarentur, quilibet debebat cogitare an tales vestes habebat, vt sibi consuetudinem regionis posset conuenienter in nuptijs apparere, & qui non haberet tales, licet vocaret non deberet ire, serui autem conuenienter agebant vocando oes, quia licet indifferenter oes vocarent, subintelligebatur tñ, quod quilibet irer in habitu, in quo nuptias honoraret, & si forte vellit vocare eos, qui apparerent primo aspectu vestiti decenter omisit ceteris, forte aliqui, qui honorabiles erant dimitterentur, cum contingat sepe eos, qui pulchras habent vestes indutos esse ad tempus vestibus abiectis, ideo serui conuenienter fecerunt vocando omnes, & culpa erat ex parte vocatorum, quia non debuerant venire si seiebant se non esse tales, vt digni posset in nuptijs apparere, licet vocarentur per seruos.

Secundo



Secundo patet hoc, quia quando rex videns hominē F non indutum veste nuptiali dixit ei, quomodo huc intraſti nō habens veſtem nuptialem? ſi prædictus aliquam excuſationem afferret diceret, quia tu iuſſiſti, q̄ omnes venirent, vel quia ſervi tui vocauerunt me, vel quia violenter tractus ſum, & tamen nullam cauſam allegauit, ſed obmutuit, ergo videtur, q̄ nullam cauſam habebat ſaltem apparentem, quam poſſet allegare, quia aliās non diceretur, q̄ obmutuit. Aliqui dicunt, q̄ non tener iſta ratio, quia ille hō non obmutuit, quaſi nullam cauſam haberet, quam allegaret, ſed quia timuit, & erubuit vultum regis com moti ad iram, & non habuit quid loqueretur. Sed dicendum, q̄ non ſtat, quia licet homo ille tam elinguis fieret, v̄r nihil pro ſe rñdere poſſet, quod non eſt ſatis veriſimile, quia licet in principio non rñderet, tñ ſaltem poſtea cum traheret ad p̄nā rñderet, tñ ceteri p̄ eo rñderēt, qui aſiſtebant, cū hoſes ſint promptiores ad releuandum aliquē a p̄nā, q̄ ad nocendum, q̄n nihil eis ille nocuit, q̄a omnis hō naturaliter eſt alteri hōi amicus. Erh. c. 1. & iō cum mandati regis de vocādo quoſcunq̄ eſſet omnibus notū, & maxime ipſa vocatio ſeruorum eſſet nota, ſi iſti poſſent aliq̄ excuſationem afferre, allegaret eā aliquis de præſentibus, v̄r ille hō non traheretur ad p̄nam præcipue in die legitime, & nuptiarum, & tñ nemo allegauit, ſed mandatum regis expletum eſt mirtēdo illum in tenebras, ergo nullam cauſam excuſantem habebat ille nō habens veſtem nuptialem, & ita ipſe erat in culpa.

Ad primum dicendum, q̄ mandatum regis nullā excuſationem afferbat, nam rex iuſſit vocari omnes, & tamen vocabat ad nuptias, ideo ſubintelligitur, q̄ non vocabātur, niſi illi, qui decenter illuc poſſent ire, & ſic quilibet conſiderare debebat ſi poterat decēter ire, alioquin deberet abſtinere a nuptijs. Ad ſecundum dicendum, q̄ vocatio generalis ſeruorum non excuſat quemquā, quia ipſi executi ſunt mandatum regis, & ideo vocatio ſua intelligēda erat, ſicut mandatum regis de vocando. Et ſi obijciatur, q̄ illi videbant ex veſtibus, qui erāt digni, & qui indigni ad eundem. Dicendum, q̄ iam reſponſum eſt ſupra, non enim decuit, q̄ vocarent ſolum decēter veſtitos omniſſis alijs.

Ad tertium dicendum vno modo, q̄ licet vocarētur debiles, claudi, & cæci, & pauperes, dum tamen haberent veſtes decētes non referebat, quia hoc ſolum fuit, quod rex aduertit in nuptijs, ſ. q̄ homo non haberet veſtem nuptialem, poterant tamen iſti habere veſtes aliquas decētes, ideo non erat inconueniēs iſtos vocari. Aliter pōt dici, & melius, ſ. q̄ illud, quod habetur Luc. 14. non eſt eadem parabola cum iſta, & ideo licet ibi iuſſit expreſſe dominus vocari pauperes, debiles, claudos, & cæcos, hic non iuſſit illos expreſſe vocari, ſed q̄ vocarent omnes quoſcunq̄ inuenirēt, & ſub illo mandato intelligebatur, ſi illi poſſent decēter venire, v̄r dictum eſt.

Ad quartum dicendum, quōd hic vocabantur ad K nuptias, quotquot inueniebantur, ſed nemo compellebatur, litera enim ſolum loquitur de vocatione, & non de compulſione, ſed de compulſione habetur Luc. 14. & illa non eſt eadem parabola cum iſta, v̄r oſtenſum eſt ſupra q. 3. & ideo, quia ibi compulſi fuerunt aliqui intrare, & quia expreſſe vocati fuerūt pauperes, debiles, claudi, & cæci, non repulſus eſt aliquis, quaſi indecēter veſtitus. Hic autem, quia non compulſus eſt aliquis, ſed liberum erat quilibet venire, excluſi ſunt, & puniti illi, qui non erant decēter induti.

Quare rex dixit de non habente veſtem nuptialem ligatis pedibus, & manibus mittite eum in tenebras exteriores. Quæſt. XXVII.

Quare rex dixit de non habente veſtem nuptialem, ligatis pedibus, & manibus, mittite eum in tenebras exteriores.

Dicendum, quōd rex voluit, q̄ puniretur iſte, qui ausus fuerat nuptias inhoneſtare præſentia ſua, & ad hoc iuſſit eum mitti in carcerem. Quod patet, quia dixit ligatis pedibus, & manibus, ideſt ligate manus eius, & pedes eius, v̄r nō poſſit fugere, & v̄r magis torqueatur non potens libere mouere membra ſua. Hoc autem fit eis, qui in carcerantur, quia interdum ligantur pedes eorum, interdum manus, interdum v̄runque, & etiam caput. Tenebras autem vocauit rex carcerem, quia erat locus tenebroſus. Et ad magis exprimendum non dixit eum tenebroſum, ſed tenebram.

Sed cur vocauit tenebras exteriores? quia ſufficiebat dici in tenebras. Aliqui ponunt multos modos, ſed illi pertinent ad ſenſum literalem, nunc autem quaerimus ſenſum parabolę, quia interdum literalis ad regem hæc facientē, & v̄r a Chriſto introducitur eſt parabolica, quia non ponit ipſe ad ſignificandum, id quod rex ille fecit, ſed aliquid longius diſſimile.

Sed dicunt alij, quōd tenebrę ſunt duplices, interiores, & exteriores, interiores ſunt ipſa cęcitas mentis, exteriores vero ſunt ipſe locus tenebroſus, quia tenebrę illę extra nos ſunt. Sed dicendū, q̄ non eſt ad propoſitum, quia talis diſtinctio tenebrarum non cōuenit loquentibus in ſenſu parabolico, ſed tunc diceretur, quia mitteretur ille in tenebras exteriores, ideſt non mitteretur in tenebras interiores, ſed iſtam diſtinctionem facere fruſtra erat, quia rex non poterat ponere illum in tenebris interioribus, ſed in ſolis exterioribus. Ideo dicendum videtur, q̄ vocantur tenebrę exteriores, quia erant extra domum regis, in qua fiebat nunc nuptiale conuiuium. Vel melius poteſt dici, q̄ vocantur tenebrę exteriores non ſolum, quia erāt extra domum regis, ſed quia conſuetudo erat in terra Chanaan, in qua Chriſtus loquebatur, q̄ carcer eſſet extra domus habitationum hominum, & erat ille locus terribilis, & multum p̄nalis, & vocabatur communiter tenebra exterior. Et patet hoc, quia non ſolū nunc rex iſte vocauit carcerem tenebras exteriores, ſed etiā Chriſtus ſic loqui ſolitus eſt. Sic patet ſupra 3. c. cū dixit, q̄ filij regni eiſcient in tenebras exteriores.

Quare dixit rex: Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Quæſt. XXXIII.

Quare dixit rex, q̄ mitteretur in tenebras exteriores, & ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Dicendū, q̄ per hoc voluit rex designare penas, quas pateretur ille in carcere, & dixit duas, ſ. ſtridorē, & fletum, ſtridor provenit ex frigore, quia ſtridor eſt ſonitus factus ex concuſſione dentium, & concuſſio illa fit ex magno frigore, ita v̄r quis non poſſit continere maxillas, ſed frigus cōcurrit eas, & allidat dentes dentibus. Fletus autem provenit ex multis malis, immo generaliter ex quacūq̄; triſtitia, aut dolore cauſat, vel cauſari poteſt fletus, & ita, qui in tenebris carceris eſſet p̄ præſentiam malorū, quæ pateretur, & abſentiam bonorū, quæ deſideraret, & quibus careret, fletet. Inter cætera autem mala carceris erat vnum frigiditatis grauis, ita v̄r ſtridorem dentium cauſaret, ideo licet multa mala pateretur in carcerem, hoc erat præcipuum malum ſecūdum ſenſum, ſcilicet frigus pati, ideo iſtud expreſſe poſuit, cætera autem ſub nomine fletus generaliter dixit, q̄a fletus eſt effectus, qui

Carceres in terra Chanaan.

qui ex illis ſequitur. Cauſa autem huius ſtridoris dentium, & frigiditatis magne præcedentis erat indipolito loci, quia carceres erant ſemper ſubterranei in terra Chanaan, & erat ibi aqua, & lutum, & ex illis cauſabatur frigiditas, & omne malum. ſic pater Iere. trigefimo octauo: vbi Ieremias poſitus eſt in carcere & dicitur: Tulerunt Ieremiam & poſuerunt eum in lacum Helcia filij Amalec, qui erat in veſtibus carceris, & ſubmiſerunt Ieremiam in funibus, & in lacu non erat aqua, ſed lutum: deſcendit autem Ieremias in cęnum. Et ita erant alij carceres: nam in alio ſimili carcere poſitus fuerat Ieremias: ſic patet Ierem. trigefimo ſeptimo, ſcilicet, irati principes miſerunt Ieremiam in carcerem, qui erat in domo Ionatham Scribæ: ipſe enim præpoſitus erat ſuper carcerem: itaque ingreſſus eſt Ieremias in domum laci, & in ergaſtula, & ſedit ibi diebus multis. Erat autem iſte carcer tam aſper, quōd poſtquam rex Sedecias eduxit inde Ieremiam ad quaerendum ab eo viſionē Domini, rogauit ille regem dicens: obſecro te Domine mi rex, ne mittas me in domum Ionatham Scribæ ne moriar ibi, eodem cap. & ita tam durus carcer erat, quōd timebat ibi mori. Sic autem erant communiter carceres in terra Chanaan ſive Iudæorum iuxta cuius conſuetudinem Chriſtus loquitur, ideo conuenienter dicitur, quōd qui mitteretur in tenebras exteriores, ideſt, in carcerem, pateretur ibi ſtridorem dentium, & fletum.

Quare dicitur in fine parabolę: Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Et quomodo conuenit cum partibus alijs parabolę. Quæſt. XXXIX.

Quare dicitur in fine parabolę huius: multi ſunt vocati, pauci verò electi, & quomodo conuenit cum partibus alijs parabolę, quia potius v̄r diſcordare: nam hic multi fuerunt vocati, & oēs electi, quia qui recipiunt, & non excluduntur, electi dicuntur, & tamen hic de omnibus vocatis, & receptis nemo excluſus eſt, niſi vnus, qui dicitur nō habuiſſe veſtem nuptialem: ergo non debuiffet ſic dicere, ſed multi ſunt vocati, & multi ſunt electi. Vel ſi aliquam exceptionem notare vellet, deberet dicere multi ſunt vocati, & non ſunt omnes electi, ſed dicere pauci ſunt electi, non v̄r conuenienter dictum.

Dicendum ergo, quōd pauci erant electi reſpectu multitudinis vocatorum. Et hoc quia licet hic non fiat mentio, niſi de vno excluſo, multi fuerunt excluſi, qui non habebant veſtes nuptiales, v̄r dictum eſt ſupra q. 26.

Secundo poteſt dici, quōd etiam ſi ille fuerit vnus eiectus: tamen pauci ſunt electi reſpectu multitudinis vocatorum, quia vocati debent accipi hic non ſolum illi, qui vocati ſunt de exitibus viarum, ſed etiam illi, qui inuitati fuerunt primo, & illi erant multi, ſcilicet, tot, quot ad nuptias ſufficiebant, & de illis nemo fuit electus, quia nemo venit: immo etiam ſi veniffent non reciperentur, quia indignos ſe fecerant. Supra in litera, ſcilicet. Nuptiæ paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant non fuerūt digni. Hoc aut eſt non eſſe electos, quod non eſſe dignos, & iſta eſt melior ſolutio. Tertio pōt dici, & adhuc meli⁹, q̄ nō oportet, q̄ cōueniat iſtud verbum partibus præcedentibus parabolę, quia iſtud nō eſt de parabola, ſed eſt verbū Chriſti, quōd ille poſuit finita parabola ad oſtendendū, ad quē ſenſum dixerit parabola ad oſtendendū, & tñ etiā ſiquis vellet, q̄ pertineret ad parabola, & concordaret alijs partibus parabolę ſatis concordat, v̄r dictum eſt in præcedenti ſolutione.

Alph. Toſt. in Matth. Pars VI.

Circa applicationem parabolę ad ſenſum literalem, quem Chriſtus intendit: & primo quomodo eſt applicanda in generali. Quæſt. XXX.

Quare dicitur nunc circa applicationem parabolę ad ſenſum, quem Chriſtus intendit cum omnia, quæ dicta ſunt pertineant ad applicationem parabolę in ſenſu parabolico in quantum eſt quædam hiſtoria regis, & expulſi de nuptijs, & applicanda eſt primo in generali: deinde applicabuntur ſingulę partes eius, ſicut fecimus in ſenſu parabolico.

Et dicendum, quōd in generali iſta parabola inducitur ad oſtendendum reprobationem Iudæorum, & electionem gentium, & quorundam Gentilium reprobationem. Fit ergo inuitatio, quando Deus vocat aliquos ad Eccleſiam ſuam, vel ad fidem, & primum quidem ſoli Iudæi inuitati fuerunt, quia eis ſolis Chriſtus prædicauit, & eo viuente diſcipuli eius illis ſolis prædicauerunt, quia veterat Chriſtus ire in viam Gentium, & introire in ciuitates Samaritanorum ſupra 10. cap. Et iſti, qui inuitati erant venire noluerunt, licet ſepe vocarentur, ſed potius occiderunt ſeruos vocantes ſe, quia aliquos diſcipulos occiderunt, & contumelijs affecerunt, & ideo cum iam iſti ſe feciffent indignos nuptiarum, ideſt, fidei Chriſti, & congregationis Eccleſiæ eius: iuerunt ſervi iubente rege, ideſt, Apoſtoli, & diſcipuli inſpirante Spiritu ſancto tranſierunt ad vocandum gentes, & congregauerunt omnes quotquot inuenerunt, quia nulla gens eſt, quam non vocauerint, & omnes iubentur venire ad nuptias iſtas. Et intrauit rex in iſtas nuptias, ideſt, Deus reſpexit ad eos, qui in iſta fide, vel Eccleſia manent, & vidit hominem non veſtitum veſte nuptiali, quia vidit quemdam non habentem charitatem, quæ eſt veſtis nuptialis: & contra hunc iratus iuſſit eum mitti in tenebras exteriores, ideſt, in damnationem inferni, & ibi erit fletus, & ſtridor dentium, quia in inferno multæ poenæ erunt.

Quid ſit iſte homo rex. Quæſt. XXXI.

Quare dicitur nunc in ſpeciali circa ſingulas partes parabolę applicandas ſm ſenſum, quē Chriſtus intendebat, & quā iam oſtēſum eſt ſ. q. 3. q̄ regnū cęlorū vocat hic Eccleſia militans, & non triumphans, eſt dubium de prima parte ſequente, ſcilicet, de homine rege, qui fecit nuptias filio ſuo quid iſta ſint, & primò qd ſit iſte homo rex, & quis ſit filius eius, & quę ſunt nuptię iſtę, quas fecit ei. Circa primum dicendum, quōd non eſt dubiū Deum patrem vocari hic hominem regem. v̄runque enim habet. Dicitur enim rex, quia omnia regit: ad ipſum ſiquidē pertinet prouidentia, & gubernatio: ipſe quippe per ſe omnia prouidet, & diſponit ad executionem prouidentię partim per ſe, partim per creaturas ſibi ſubiectas efficit. De quo multa dubia declarata ſunt decimo capitulo, ſupra quaſtione 122. v̄rque ad quaſt. 129. v̄nde non ſolum eſt rex, ſed etiam rex magnus ſuper omnes reges, & ſuper omnes Deos. Plalm. 94. Et ipſe eſt etiam rex proprie noſter ſemper manens Plalm. 72. Deus rex noſter ante ſęcula operatus eſt ſalutem in medio terrę. Et hoc poſſimum habet, quōd ſolus proprie vocatur rex, quia excellentior eſt alijs regibus, & rex ſuper eos. prima Timoth. ſexto cap. quem temporibus ſuis oſtendet beatus, & ſolus potens rex regum, & dominus dominantium, qui ſolus immortalitatem habet, & habitat lucem inacceſſibilem.

B Sed

Sed dicitur: quomodo vocatur homo, cum non sit homo? Nam filius potest vocari homo, quia humanitatem nostram assumpsit, in qua verus homo est, sicut & nos, sed pater, & Spiritus sanctus non assumpserunt humanitatem, ideo neque sunt homines, neque homo.

Dicendum tamen vno modo, quod Deus pater vocatur hic homo, quia concordat hominibus in ratione, & intellectu. Deus enim Spiritus est Ioannis quarto, nos autem spiritum habemus, sibi quem intelligimus ad Romanos octavo, & prima Corinthiorum secundo capitulo: & ideo quantum ad hoc concordamus in actu intelligendi, & quia precipuum, a quo homo vocatur homo, est ratio: cum homo sit intellectus, vel maximè, ut dicitur nono Ethicorum, id est, quod homo est totaliter ipse intellectus suus, vel precipuum, quod est in homine est intellectus, & Deus est intellectus, vocatur etiam Deus homo. Et hoc modo quælibet persona diuina etiam non assumpta humanitate vocatur homo: & sic Christus vocauit patrem suum hominem, & dixit se, & illum esse duos homines: Ioannis octavo: nam cum Indæ arguerent contra eum, quod testimonium suum nihil esset, quia ipse de seipso testimonium ferebat, ait: Et si ego iudico, iudicium meum verum est, quia non sum solus, sed ego, & qui misit me pater, & in lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est: ego sum, qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me pater, qui misit me. Et ita ratio sua fundatur in hoc, quia ipse, & pater suus sunt duo homines, & ideo est sufficiens testimonium eorum secundum legem. Sic etiam omnes creaturæ rationales solent vocari in scriptura homines, & ita diabolus vocatur homo supra decimo tertio capitulo. Inimicus homo supereminuit zizania. Ille autem est diabolus, vtridictum est. & ideo Deus potest vocari homo rex, licet carnem non assumpserit.

Secundò potest dici, quod non oportet quod hic vocemus Deum patrem hominem, sed per hominem regem solum accipiamus hominem illum, cum ista secundum literam acciderunt. Et verum est, quod regnum cælorum est simile illi, scilicet, quantum ad actus suos, ut dicitur sequenti quæstione, & iste est intellectus quantum ad literam, & tamen quia per istum hominem regem debemus rursus aliquid intelligere, & id quod intelligimus est Deus pater: possumus illum vocare hominem eo modo, quo dictum est. Vel aliter dato, quod per illum hominem regem intelligamus aliquid, non oportet, quod illud quod intelligitur sit homo Rex, sed sit aliquid, de quo similia dicantur, sicut de homine regè.

Quomodo est verum, quod regnum cælorum sit simile homini regi. Quæst. XXXII.

Quæritur propter istam assimilationem, quomodo est verum, quod regnum cælorum sit simile homini regi. Dicendum, quod supposito, quod per regnum cælorum accipiat Ecclesia militans: illa est similis homini regi, scilicet: tam illi homini regi, qui verè homo fuit, & rex, quam homini regi designato per sensum parabolæ. De primo dicendum, quod illi homini regi, cui ista acciderunt cum inuitatis est similis Ecclesia, & non est similitudo ista quantum ad personam suam, quasi ipse met sit simi-

lis Ecclesiæ, quia hoc nihil esset dicere, sed est similis ei Ecclesia quantum ad ista, quæ ei acciderunt, cum talia accidant in Ecclesia. Nam sicut ille inuitauit aliquos ad nuptias, & non venerunt, sed occiderunt seruos, & rursus alios vocauit, inter quos fuit homo non habens vestem nuptialem, ita & in Ecclesia accidit iuxta applicationem factam supra quæst. 30. & ideo illi similis est Ecclesia. Si autem accipiat homo rex, id est, Deus pater significatus per hominem regem: dicitur assimilaris sibi regnum cælorum, ut aliqui volunt, quia ad eum pertinet ista, quæ gesta sunt in regno cælorum, & ideo vocatur ille homo rex, quia ut homo nobis loquitur, & conuersatur. Sic dicit Origenes: Simile est regnum cælorum homini regi secundum eum, qui regnat: secundum autem eum, qui corregnat filio regis; secundum ea, quæ sunt in regno, seruis regis, & inuitatis ad nuptias. Additum est autem homini regi, ut hominibus, quasi homo loquatur, & dispense homines non capientes dispensari a Deo, sed tunc cessabit regnum cælorum esse simile homini, cum cessante zelo, & contentione & residuis passionibus, & peccatis, cessauerimus secundum hominem ambulare, & videbimus eum sicuti est.

Sed dicendum, quod propriè regnum cælorum non est simile Deo quantum ad se, neque quantum ad actum suum, sed est solum similis Ecclesia, vel regnum cælorum illi homini regi, cui illa acciderunt. Et patet, quia similitudo supponit distinctionem, & ideo si regnum cælorum sit simile Deo, oportet, quod actus Dei, & Ecclesiæ, secundum quos est similitudo distincti sint. Sed falsum est, quia ista, quæ in Ecclesia fieri dicimus, scilicet, inuitatis vocari, & illis non venientibus alios vocari, & repelli non habentem vestem nuptialem per Deum fiunt: ipse enim est, qui homines ad fidem, vel Ecclesiæ unitatem inuitat, & ipse non habentem vestem nuptialem in tenebras mitti iubet: & ideo non est ipse similis Ecclesiæ, vel regno cælorum in actibus suis, quia actus sui sunt actus Ecclesiæ, vel regni cælorum, & sublati actibus Dei non inuenimus in presenti alios actus Ecclesiæ, vel regni cælorum, sed verè regnum cælorum, id est, Ecclesia similatur homini regi, id est, illi, cui ista acciderunt, quia sicut ille inuitauit aliquos, qui non venerunt, & alios, & venerunt: ita & in Ecclesia fit. Deo autem non fit Ecclesia siue regnum cælorum nisi largè simile.

Quis est iste filius regis, cui nuptiæ fiunt, & quæ sunt istæ nuptiæ. Quæst. XXXIII.

Quæritur, quis est iste filius regis, cui nuptiæ fiunt, & quæ sunt istæ nuptiæ. Dicendum, quod cum per hominem regem, ut dictum est supra quæstione trigesima prima, significetur Deus pater, non est dubium quin filius eius, cui nuptiæ fiunt, sit Christus, qui est eius filius vnigenitus: Ioannis primo capitulo. Non enim habet alium filium de se natum, qui verè sit filius, scilicet, naturalis: multi autem sunt filij eius, sed per adoptionem, & ita omnes nos sumus filij adoptionis ad Romanos octavo, quia Christus dedit nobis potestatem filios Dei fieri, cum credamus in nomine eius: Ioannis primo capitulo: De Christo ergo, qui est vnigenitus intelligitur.

Sed quod sunt nuptiæ, & quæ celebratæ sunt est dubium. Aliq. volunt, quod nuptiæ sint incarnatio filij Dei, quæ natura

humana copulata est verbo Diuino ad humanitatem hypostasis, & est quasi copula coniugalis, & fuerunt factæ nuptiæ istæ in vtero virginis, quia inde sumpsit Christus humanam naturam nostram, & sic verus ille est quasi thalamus coniugalis, vnde de illo processit Christus, sicut sponsus de thalamo suo. Psalmo decimo octauo. Sed in hoc nemo erret, quia nuptiæ sunt duarum personarum, & tamen in incarnatione non sunt duæ personæ, quia est persona assumens, & natura assumpta, & post assumptionem manet vna persona, sicut prius. Sic dicit Gregorius. Tunc Deus pater filio nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit, sed quia ex duabus personis fieri solet nuptiarum coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, ut personam Redemptoris nostri ex duabus personis credamus esse vnitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus, sed ex duabus personis credere compositum nefas vitamus.

Secundò potest dici, quod nuptiæ istæ fuerunt, ut aliqui volunt, in coniunctione hominis ad Christum per fidem, scilicet, quando anima quælibet fidelis vnitur Christo. Est enim hic quoddam genus matrimonij carnale significans istam vnionem animæ ad Christum, ut dicit Innocentius Papa, extra de bigam. capitulo debitorum. & idem Magister quarto Sententiarum distinctio vigesima sexta. Et istæ nuptiæ celebrantur quoties anima fidelis Christo vnitur, & ex talibus nuptijs proles bonorum operum sequitur. Sic dicit Origenes. Coniunctio sponsi ad sponsum, id est, Christi ad animam verbi susceptionem intellige. parus autem bona opera.

Tertiò, ut aliqui dicunt erunt nuptiæ istæ in coniunctione hominum ad Christum, quia est illa coniunctio quasi hominis ad vitam suam. Nam Christus est vita nostra ad Colossens. tertio, scilicet, mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cū apparuerit Christus vita vestra, & vos apparebitis cū Christo in gloria. Huius autem coniunctionis nuptialis nunc habemus promissionem, siue arras, & ideo sumus sponsa. Nuptiæ autem erunt in resurrectione mortuorum, quia ibi perfectè veniemur Christo. Sic dicit Chrysostomus. Cum resurrectio fuerit facta sanctorum, tunc suscipiet hominem vita, quæ est Christus, mortalitatem eius sua mortalitate absorbens. Nunc enim quasi arras futuri coniugij Spiritum sanctum accepimus: tunc autem ipsum Christum plenius in nobis habebimus.

Sed iste modus non conuenit, quia istæ nuptiæ pertinent ad Ecclesiam triumphantem, quæ non potest significari per hanc parabolam, sed necesse est nuptias istas esse in hac vita in Ecclesia militanti. Nam ad has nuptias aliquis intravit sine veste nuptiali, & tamen ad vitam æternam nemo sine veste gloriosa ingreditur. Secundò, quia ad has nuptias quidam intravit, qui exclusus est, & missus est in tenebras exteriores: & tamen quisquis introierit ad nuptias vitæ æternæ vterius non exibat.

Dicendum igitur, quod duplices nuptias facit Deus filio primas in presenti, secundas in futuro, & in vtriusque est epulari. de primis nuptijs dicitur hic. De secundis, ut putatur communiter dicitur Apocalip. decimonono, scilicet. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Et sequitur: beati, qui ad coenam agni nuptiarum vocati sunt. & ob hoc epulæ primarum nuptiarum vocatur prandium: conuiuium autem secundarum vocatur coena, ex eo, quod prandium præcedit ad coenam. Et de his sunt duæ parabolæ: prima est ista, & ideo Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Matthæus nominauit hic prandium, scilicet, ecce prandium meum parauit: tauri mei, & altilia occisa. Secunda est, quam ponit Lucas decimo quarto, & ideo illa vocatur coena, scilicet, homo quidam fecit coenam magnam, & vocauit multos. Sic dicit Gregorius, hic per nuptias præfens Ecclesia: illic per coenam æternam, & vltimum conuiuium designatur, quia in hanc nonnulli exiuri intrant, ad illud quisquis intraverit vterius non exibat. Supposito ergo, quod in hac vita fiant istæ nuptiæ, dicendum, quod sponsa, quam Christus accipit, est Ecclesia: & ideo matrimonium dicitur esse inter Christum, & Ecclesiam ad Ephesios quinto capitulo: Licet quælibet anima possit vocari sponsa, tamen melius est Ecclesia sponsa. Et quia nuptiæ significant copulationem sponsæ ad sponsum: est videndum quando fuerit.

Dici autem dupliciter potest: vno modo, quod fuerunt factæ nuptiæ in Christi incarnatione, scilicet, quod tunc copulauerit Deus pater Christo Ecclesiam in coniugem. Ad hoc enim carnem sumpsit, ut Ecclesiam sibi vnitam haberet. Etiam quia caro, quam Christus sumpsit pars est Ecclesiæ, cum pertineat ad humanitatem nostram, & nos omnes sumus pars Ecclesiæ, vel constitutum Ecclesiam, & hoc tenet Gregorius, dicens: Securius ergo dici potest, quod in hoc Rex pater regi filio nuptias fecit, quia ei per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam lociauit. Vterus autem genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit.

Secundò modo potest dici, quod fuerunt factæ istæ nuptiæ in morte Christi, quia tunc Ecclesiam sibi vnuit. Et hoc videtur conuenientius dictum. Nam in incarnatione videtur facta desponsatio quædam, sed non copulatio, quam nuptiæ significant.

Et patet primo, quia per nuptias traditur sponsa sponso, & manet iam sub eius potestate, & efficiuntur vna caro: prius autem sponsa, licet aliquo modo ad sponsum pertineat, tamen sub eius potestate non manet. Ita fuit de Christo: nam ad hoc carnem nostram assumpsit, ut Ecclesiam sibi vniret, & tamen potestatem super illam non habuit, ut homo vique post mortem: Tunc enim dicit sibi datam esse omnem potestatem in caelo, & in terra, infra vigesimo octavo capitulo: ergo tunc nuptiæ fuerunt celebrate.

Secundò patet, quia quando nuptiæ factæ sunt, manet vxor sub potestate viri, & pertinet ad eum, & tamen Ecclesia non pertinet ad Christum, nisi per passionem, quia tunc eam acquisiuit sibi: ergo tunc nuptiæ factæ sunt. sic patet Actuum vigesimo capitulo, scilicet, attendite vobis, & vnueris gregi, in quo Spiritus sanctus potuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. ergo ante passionem non acquisiuerat Christus Ecclesiam, & consequenter non erat vxor.

Tertiò patet, quia Christus accepit Ecclesiam in vxorem mundam, & immaculatam, & tamen ipse per passionem suam fecit illam mundam: ergo per passionem nuptias celebravit; sic patet ad Ephesios quinto. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, ut eam sanctificaret, mundans illam lauacro aque in verbo, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata.

Ideo dicendū videtur, quod per incarnationem fuit Ecclesia sponsa Christi, sed non vxor. Vel si velis dicere vxorem in quantum

inquantum fuerunt sponsalia de presenti, tamen saltem nondum erant nuptiæ, in quibus consummatur matrimonium, sed fuerunt factæ in passione. Siquis tamen contendat nuptias factas fuisse in incarnatione, non resistimus.

Qui fuerunt isti serui, qui vocauerunt ad nuptias.
Quæst. XXXIIII.

QUÆRETUR cum serui dicantur vocasse ad nuptias, qui fuerunt isti serui.

Dicendum, quod ista parabola ponit seruos in omnibus uocationibus: illa autem, que habetur Luca 14. semper ponit seruum: ista autem communiter habet seruos, & tamen, ut Hieronymus dicit aliqui libri habent hic seruum singulariter missum, & si ponit seruus intelligit Moyses, qui fuit specialiter seruus Dei, quem Deus vocat seruum suum, Num. 12. capit. scilicet. At non talis Moyses seruus meus: Et Malach. vii. Mementote legis Moysi serui mei: Et ad Hebræ. 1. cap. Moyses vocatur seruus Dei: Christus autem filius. Et tunc, quia secundum quædam exemplaria ponitur, quod prima vice misit rex seruum ad uocandum inuitatos, & in secunda vice misit seruos, intelligitur per seruum Moyses, per seruos autem secundæ uicis intelligitur Apostoli, vel Prophetæ. Sic dicit Hieronymus. Misit seruum, nec dubium, quin Moysen, per quem legem veritatis dedit. Si autem seruos legimus, ut pluraque habent exemplaria, ad Prophetas referendum est, qui inuitati per eos venire contempserunt. Serui, qui secundo misit sunt melius est, ut Prophetæ intelligantur quam Apostoli: ita tamen si seruus supra fuerit scriptus: sin autem ibi seruos legas, hic serui secundi Apostoli sunt intelligendi. Considerandum autem, quod isti, qui vocantur non fuerunt inuitati per seruos, sed antequam serui irent iam inuitati erant: cum dicatur in littera, quod misit seruos suos vocare inuitatos, & non dixit, quod misit seruos suos ad inuitandum homines. In quo innuitur, quod per seipsum, vel per alios inuitauerat rex illos antequam seruos mitteret. & hoc est, quod Deus inuitat nos, & tamen vocat nos per seruos suos. Fit autem ista inuitatio dupliciter. Vno modo per ipsum Deum tangendo cor nostrum, siue per natura le lumen impressum nobis, quod signatum est super nos lumen vultus Domini Psal. 4. Siue per speciales pulsationes, & uocationes ad cor nostrum, quas Deus facit mouendo & incitando nos ad bonum. Et hoc vocatur pulsare ad ostium cordis nostri Apocal. 3. ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et istas pulsationes facit Deus, quando vult, & quomodo vult, Ioannis tertio capitu. Spiritus ubi vult ibi spirat, & per talem modum Deus inuitat omnes homines. Et hoc etiam modo conducit operarios in vineam suam.

Alio modo Deus inuitat per alios, scilicet, quando primam notitiam veritatis per aliquos ostendit. Iste autem modus magis conuenit in presenti, eo quod ista inuitatio non est omnium hominum, sed solum Iudæorum, ut infra dicitur. primi enim inuitati Iudæi soli fuerunt: qui autem postea vocati fuerunt, sunt omnes gentes, ut dicitur sequenti quaestione, cum autem omnes homines inuitantur potest esse inuitatio per interiorē inspirationem, vel lumen nobis datum, sed uocatio spiritalis, que fit Iudæis non est ista, cum in ista omnes homines conueniant, sed illa inuitatio fuit facta per Deum loquentem ad Abraham, quando coepit eum separa-

Inuitatio ad cœuiuium Dei dupliciter fit.

Fre a ceteris gentibus, & promittere ei Messiam futurum de semine suo, & in Abraham fuerunt inuitati omnes Iudæi, sicut in ipso separati fuerunt omnes a Gentilibus. Cetera autem doctrina fuit uocatio seruorum ad nuptias. Sic dicit Chrysostomus. Ergo quando misit seruos suos iam inuitati prius erant: inuitati enim sunt homines a tempore Abraham cui Christi incarnatio promittebatur.

Qui erant isti inuitati, de quibus hic dicitur.
Quæst. XXXV.

QUÆRETUR, qui erant isti inuitati, de quibus hic dicitur.

Dicendum, quod hic fuerunt quidam inuitati, & vocati: alij autem solum fuerunt vocati. Inuitati enim fuerunt solus populus Iudæorum: vocati autem fuerunt omnes Gentiles simul postea cum reliquijs Iudæorum. Et hoc patet primo ex ordine rei. nam prius fuerunt alij inuitati, deinde fuerunt alij vocati: ita autem fuit inter Iudæos, & gentes, quia primo specialiter inuitauit Deus solum populum Iudæorum ad notitiam, & cultum suum, & non vocabat aliquem, nisi istos: postea autem vocati fuerunt Gentiles.

Secundo patet ex modo, quia inuitatio fuit specialiter ad aliquos viros vnius ciuitatis, quæ postea successa est. Vocatio autem, quæ fuit post hoc, fuit ad omnes generaliter. Nam dixit Rex: ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias, & ita fuit quantum ad Iudæos, & Gentiles. Nam in primo statu cultus Diuini sola gens Iudæorum a Deo inuitata erat, & tenebatur istum cultum: postea autem cum Gentiles vocati debuerunt iussu Christi omni creaturæ predicari: Euangelium, Marc. decimo sexto, & doceri omnes gentes infra vigesimo octauo.

Tertio apparet ex causa uocationis: nam Rex solos primos inuitauerat, sed quia illi noluerunt venire, & occiderunt seruos vocantes, iussit vocari omnes, qui inuenerunt. Supra in littera, scilicet. Nuptiæ paratæ sunt, sed qui vocati sunt, non fuerunt digni venire: ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate. Ita etiam fuit de Iudæis, & Gentilibus: nam Iudæis iusserat Deus colere eum, & ad illos solos miserat Prophetas, & Christus quoque illis solis iusserat predicare Apostolos supra decimo capitulo, sed quia noluerunt audire verbum Dei, sed potius repulerunt predicantes: iuerunt Apostoli ad predicandum Gentilibus. sic dicitur Actuum decimo tertio: vbi Paulus, & Barnabas dixerunt Iudæis: Vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos vos indicastis vitæ æternæ: ecce conuertimur ad gentes.

Qui sint isti secundi serui vocantes ad nuptias, & que sit ista bina uocatio.
Quæst. XXXVI.

QUÆRETUR, qui sint isti serui vocantes ad nuptias, & quare bis vocauerunt. Vel quæ sit ista bina uocatio.

Aliqui dicunt, quod serui, qui prima vice mittuntur, sunt primi Prophetæ, qui vocauerunt Iudæos ad fidem futurorum: serui autem secunde uicis sunt alij Prophetæ posteriores: omnes enim isti vocauerunt Iudæos. Sic dicit Origenes: Qui primi mittuntur

mi mittuntur serui vocare inuitatos ad nuptias, sunt Prophetæ conuertentes ex populo per suas prophetias, & restitutionem Ecclesiæ ad Christum. Qui autem noluerunt venire in primis inuitati, sunt qui noluerunt audire verba prophetarum. item alij transmissi alia congregatio Prophetarum est.

Secundo dicunt aliqui, quod serui primo vocantes fuerunt Apostoli missi ad uocandum Iudæos ad fidem Christi. Serui secundo vocantes fuerunt alij successores Apostolorum, qui similiter vocauerunt Iudæos. Sic dicit Hilarius. scilicet. Serui primo missi, qui inuitatos vocauerunt Apostoli sunt, qui autem admonentur, ut veniant inuitati antea populus Israel est: in gloriam enim æternitatis per legem est aduocatus. Apostolorum ergo erat primum commune facere eos, quos inuitauerant Prophetæ. Qui verò iterum cum præceptorum conditione mittuntur, Apostolici viri sunt successores eorum.

Tertio dici potest, quod primi serui sunt Prophetæ, qui Iudæos vocauerunt ad Christum, secundi autem sunt Apostoli, & ceteri discipuli Christi, qui vno eodemque tempore Iudæis prædicauerunt, & ita tenet Hieronymus. Misit autem Christus ad uocandum Iudæos quando dixit illis: in viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis, sed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel: supra decimo capitulo, & ita tenet Chrysostomus, hoc autem rationabilis est quam præcedentia.

Primo, quia certum est, quod Prophetæ vocauerunt Iudæos ad Christum, & tamen isto modo non ponuntur ipsi, ut vocantes, & ideo melius est, quod Prophetæ sint primi serui, & Apostoli secundi serui.

Secundo, quia distinguuntur primi, & secundi serui, & tamen inter Apostolos, & successores eorum non est conueniens assignare diuersitatem uocationum, quia eodem modo vocauerunt secundi, sicut primi, quia omnes aperte, & omnes docendo Christi præcepta: ideo melius est accipere Prophetas, & Apostolos, quia inter istos verè est differentia in modo uocationis, quia omnes Prophetæ annunciabant rem futuram: Apostoli autem rem præteritam, & ita essent Prophetæ primi serui, Apostoli autem secundi.

Tertio, quia ita conuenit Prophetis, & Apostolis: nam primi serui solum vocauerunt inuitatos ad nuptias, secundi autem vocauerunt inuitatos, & postea fuerunt apertius multas suasiones, quod conuenit Prophetis, qui de Christo breuius, & obscurius locuti sunt: Apostoli autem multa, & aperte de Christo dixerunt.

Quarto, quia non conuenit hoc dicendo primos seruos esse Apostolos, & secundos esse successores eorum, quia tunc successores Apostolorum perfectius, & apertius vocarent Iudæos ad Christum quam Apostoli. cum secundi nuncij apertius vocauerint quam primi. sed hoc falsum est: ideo non debent sic accipi primi, & secundi serui. Eadem ratione non stat prima positio, scilicet, quod primi, & secundi serui sint Prophetæ: nam tunc non deberent distinguui duæ uocationes, quia omnes Prophetæ tenuerunt eundem modum uocandi, licet quidam altiora quam alij cognouerint: tamen omnes per modum futuri, & absconditi prædixerunt de Christo, & ad illum incitauerunt: & ideo omnes pertinent ad eundem gradum uocationis, & non deberent distinguui duplices vocantes, quia tunc oporteret, quod omnes Prophetæ posteriores plura, & apertius de

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

A Christo dicerent quam priores: cum serui secundi apertius vocauerint quam primi. Sed falsum est, quia multi de Prophetis primis ampliora prædixerunt, & cognouerunt de Christo quam posteriores, sicut Dauid, & Isaias, qui de prioribus fuerunt plura de Christo dixerunt quam Aggeus, & Zacharias, & Malachias, qui fuerunt ultimi prophetarum, qui in canone ponuntur.

Quinto, & efficacius, quia non solum prophetæ vocauerunt Iudæos ad Christum, sed etiam Apostoli, & discipuli Christi. immo isti magis illos vocauerunt quam Prophetæ: si ergo de uocatione prophetarum diceretur non debebat omitti uocatio Apostolorum, sed si isti serui primi, & secundi sint prophetæ non ponetur uocatio aliqua Apostolorum: ideo oportet intelligi, quod uocatio vna istarum sit Apostolorum, & consequenter erit secunda.

Quid sit vocare inuitatos ad nuptias, & quomodo primi, & secundi serui illos vocauerunt.
Quæst. XXXVII.

QUÆRETUR quid sit vocare inuitatos ad nuptias, & quomodo primi, & secundi serui illos vocauerint.

Dicendum, quod illi uocantur, qui iam inuitati fuerant, ut in littera innuitur: & ideo iuxta modum accipiendi inuitationem accipitur inuitatio, ut autem dictum est supra quaestione trigesima quinta: vno modo pro illa prima exhortatione, vel uocatione, quam Deus facit hominibus, ut veniant ad cultum eius, & sit per intrinsecam pulsationem.

Alio modo dicitur inuitatio illa prima ostensio Messie futuri, & bonorum, quæ ex eo haberentur, quæ facta fuit hominibus in Abraham, cui Deus ante ceteros fecit promissiones de Messia Gene. duodecimo capitulo. Accipiendo primo modo inuitationem dicendum, quod qualibet exhortatio facta per homines ad Messiam vel fidem, eius est uocatio ad nuptias, cum Deus inuiter: homo autem tanquam seruus vocet, & ita tam Patriarchæ quam Prophetæ & Apostoli vocauerunt ad istas nuptias. Accipiendo secundo modo solum Prophetæ, & Apostoli, & posteriores vocauerunt ad nuptias, cum inuitatio facta sit in Abraham. Sed istam accipere possumus dupliciter, vno modo, quod fiat per Deum, qui promiserit Abraham Messiam, & bona futura ex eo, & ita inuitatio fit per Deum. Alio modo, quod illa promissio non sit inuitatio, sed promulgatio, quam fecit Abraham de Messia sibi promissa. Et quia alijs hominibus primo innotuit ista cognitio per Abraham dicitur ille inuitasse eos, sed quia Abraham non prædicabat alijs gentibus ea, quæ sibi, & progeniei suæ specialiter promissa erant, melius est quod dicamus inuitationem factam esse in Abraham per Deum.

Sed obijcietur, quod inuitatio fuit facta ad multos, ut hic dicitur, & tamen accipiendo illo modo inuitationem ad solum Abraham facta est, quia ei soli locutus est Deus de Messia, & ceteris promissionibus, Gen. 12. & 13. & 15. cap.

Dicendum, quod illa uocatio, siue inuitatio ad multos facta est, quæ licet solum Abraham esset, cui Deus loquebatur, non pro eo solo fiebat promissiones, sed pro eo, & semine eius: Genes. decimo quinto, imo magis semini eius quam ei, quia amplius ista in semine eius, quam in eo completa sunt: & ideo in Abraham inuitabat Deus semen eius, & sic illa inuitatio fuit facta ad multos. Et hoc innuit Chrysostomus dicens. Inuitati sunt enim homines a tempore Abraham, cui Christi incarnatio promittebatur. Et ita homines

B 3

mines dicit inuitatos, & non solum Abraham, & quod fuerint inuitati per hoc, quod Abrahæ promit- tebatur incarnatio Christi.

Hoc supposito dicendum, quod tam Prophetæ, quam Apostoli, & discipuli Christi vocauerunt inui- tatos: nam inuitati solum vocantur hic Iudæi, quia cæ- teræ gentes non fuerunt propriè inuitatæ, sed postea in defectum inuitatorum vocatæ, vt dictum est supra quæst. 36. hos inuitatos Prophetæ vocauerunt dicen- do multa de Messia, & aperiendo, quæ in eo ventu- ra erant: nam Deus non declarauit Abrahæ singilla- tim facta, & conditiones Messie, sed in generali, & cõfuso dixit quoddam magnum bonum circa illud, scilicet, quod in eo benedicerentur omnes tribus ter- ræ Genes. duodecimo, quod intelligitur quantum ad salutem, quæ proueniret omnibus hominibus G ex morte Christi ad Galat. tertio capitulo, Prophe- tæ autem declarauerunt singillatim ea, quæ circa Messiam euentura erant, & hoc erat eorum officiu, vt aliquid de Messia prædicerent. nam tanto Prophe- ta aliquis erat excellentior, quanto plura, & aptiora de Messia dicebat, vel ad illum apertius deducebat. Et ista fuit causa quare Ioannes Baptista vocatus est plusquam Propheta, quia ceteri de illo, vt de futu- ro pronunciauerunt, Ioannes autem illum digito ostendit: Ioannis primo capitulo, & hoc ostensum est supra vndecimo capitulo, quæstione vigesima- octaua, & trigesima septima, hoc modo nemo de Prophetis fuit, qui ad Christum nos vocaret. Sic enim innuitur Luc. vigesimo quarto, vbi cū Christus ostendere vult ea, quæ de ipso dicta erant in Scriptura, dicitur: Et incipiens a Moysè, & omnibus Prophe- tis interpretabatur eis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant: In quo innuitur, quod omnes Prophetæ, & singuli ipsorum locuti fuerant aliquid de ipso. Apostoli etiam vocauerunt Iudæos ad Christum, & etiam discipuli tam Christo viuente quam post eius mortem, & Prophetæ: sed aliter post mortem, & aliter prius. Nam prius non dicebant Messiam, sed solum prædicabant regnum cœlorum, vt ostensum est supra decimo sexto capitulo, quæstione nonage- sima sexta: post mortem verò aperte dixerunt illum esse Christum, vt patet in sermonibus, quos fecit Petrus ad totum populum statim post Pentecostem; Actuum secundo, & tertio, & quarto, & quinto, & decimo capitulo, & quod non erat aliquid aliud sub cœlo, datum hominibus a Deo, in quo esset salus nisi in nomine Iesu: Actuum quarto capitulo, & ita semper prædicabant vocando eos ad Christum quo- usque repulsi sunt ab eis. Et ita apparet, quomodo primi serui, idest, Prophetæ: & secundi, idest, Apostoli vocauerint inuitatos, idest, Iudæos ad Christum.

Quare mittuntur secundi serui, cum sufficerent primi. Quæst. XXXVII.

Quare mittuntur secundi serui, & secundi serui, quia sufficere videbatur, quod mitterentur primi.

Dicendum, quod cum primi serui sint Prophetæ: secundi autem sint Apostoli, & discipu- li Christi, vt dictum est supra quæstione trigesima- septima, & trigesima octaua: conueniens fuit vtrof- que mitti, quia non sufficiebant primi. Primò, quia Prophetæ dixerunt de Christo multa, sed obscure, quia locuti sunt, vt de re futura: ideo non poterant clare singula dicere: Apostoli autem clare locuti sunt, cum isti narrauerint historiam: illi verò præ- dixerint prophetiam.

Secundò, quia Prophetæ, qui de Christo dixe- runt, fuerunt multo tempore ante ipsum, & ideo opus fuit, vt Christo adueniente essent aliqui, qui actualiter conuerterent animos populi ad Chri- stum.

Tertiò, & principaliter, quia licet Prophetæ de Christo multa prædixerint, non potuerunt designa- re personam eius, quia præcesserunt eum multo tem- pore: & ideo manebat adhuc aliquod dubium quis esset ille, de quo talia dicta essent, ad quod fuerunt necessarii Apostoli qui personam eius ostenderent dicentes illum esse Messiam, qui inter eos talia, & talia egerat.

Quare secundi serui fecerunt suasiones ad inuitatos, & non primi. Quæst. XXXIX.

Quare secundi serui posuerunt suasiones ad inuitatos, & non primi, dicen- tes: Ecce prandium meum paravi &c.

Dicendum, quod cum Apostoli sint secun- di serui ad eos pertinebat facere suasiones, & non ad primos, idest, Prophetas.

Primò, quia primi serui solum vocabant: secundi autem vocantes exprimebant causas vocationis, & magis allociebant, ita Prophetæ, & Apostoli fece- runt. Nam Prophetæ, qui fuerunt primi obscure de Christo, & pauca locuti sunt quasi solum videantur vocare: Apostoli autem multa de Christo dice- bant, & multum aperte, ita vt non solum vocare, sed & vocationis causam, & opportunitatem osten- dere viderentur.

Secundò fuit, quia istæ suasiones pertinent specia- liter ad designationem temporis Messie, & hoc cõ- uenit Apostolis: nam Prophetæ licet de Christo multa dixerint: tamen adhuc futurus erat. Apostoli autem de Christo loquebantur, cuius tempus tunc erat, & ab hoc tempore Apostolorum iam oportebat, quod homines venirent ad fidem Christi, & nõ erat hoc necesse tempore Prophetarum, quia non- dum erat ille, de quo aliquid credi deberet, & hoc innuitur ex verbis suasionum, scilicet, ecce prandiu meum paravi: tauri mei, & altitia occisa: venite ad nuptias, quasi dicat tempore primorum seruorum vocabamini ad nuptias, sed nondum ille erant, sed sperabantur: ideo non vocabamini pro tunc, sed pro tempore illo, in quo sponsus veniret, & paratè es- set nuptiæ: nunc autem parata sunt omnia, quæ ad nuptias pertinent, scilicet, quia Christus venit: ideo venite ad nuptias. ad designandum ergo quod Apo- stoli prædicaturi essent tempore illo, quo Christus venisset, fuit conueniens, quod ex verbis secundo- rum seruorum appareret nuptias iam esse paratas, & non ex verbis primorum: ideo secundi serui dixerunt istas suasiones, & non primi.

Tertiò fuit ad ostendendum conditionem doctri- næ: nam si aliqui rudes, & tardi sunt, vt simplici ver- bo dicto non capiant quod dicitur, adduntur multa alia, vel si solis verbis non mouentur adduntur ex- epla, quæ magis mouent: ideo cum propter verba pri- morum seruorum non venerint inuitati, debuerunt secundi serui plura addere. Sic dicit Gregorius notan- dum, quod in priori inuitatione nil de tauris & altiti- bus dicitur: in secunda iam tauri, & altitia mactata memorantur, quia omnipotens Deus, cum verba eius audire nolumus, adiunxit exempla, vt omne quod impossibile credimus, tanto nobis ad speran- dum fiat facilius, quanto per hæc transisse, & alios audimus.

Quomodo

Quomodo applicetur ad propositum ista suasio: Ecce pran- dium meum paravi &c. Quæst. XL.

Quare applicetur ad propositum ista suasio: Ecce prandium meum paravi tauri mei, & altitia occisa.

Aliqui dicunt, quod prandium Dei para- tur, quando scripturæ impleantur dictis legalibus, & prophetalibus, sicut in prandio diuersi cibi sunt. Sic dicit Chrysofost. scilicet, Cum Dominus Apostolis dixit euntes predicare dicentes, quia appropinquauit regnum cœlorum: hoc significauit, quod hic dicitur: Prandium meum paravi, idest, ex lege, & Prophe- tis scripturarum menfas ornauit.

Alij dicunt prandium esse sermonem Domini. Sic dicit Origenes: Prandium quod paratur, est eloquiũ Dei.

De tauris verò, & altilibus, aliqui dicunt, quod per hæc significatur magnitudo sacre doctrine. Sic dicit Hieronymus: Prandium paratum, & tauri, & occisa altitia per metaphoram opes regie describuntur, vt ex carnalibus intelligantur spiritualia, vel certè dog- matum magnitudo, & doctrina Dei lege plenissima sentiri potest.

Secundò dicunt aliqui, quod per tauros significa- tur patres veteris testamenti, per altitia verò patres noui testamenti, qui simul conueniunt ad conuiuũ nuptiarum Christi, eo quod in eis vtrorun- que doctrinæ capiuntur. Sic dicit Gregorius in Homilia. f. per tauros patres veteris testamenti figurantur, qui ex permissione legis inimicos suos virtutis corporeæ cornu feriebant: altitia verò saginata dicimus: ab eo enim quod est alere altitia, vel quasi alita vocamus: Per altitia ergo patres noui testamenti figurantur, qui dum gratiam pinguedinis, & internæ dulcedinis per- ciipiunt, a terrenis desiderijs ad sublimia cõtemplatio- nis suæ premia subleuantur. Dicit ergo tauri mei, & altitia occisa sunt: ac si dicatur: patrum præcedentiũ mortès aspiciat, & remedia vitæ vestræ cogitate.

Tertiò dicunt alij, quod per tauros designantur il- li, qui in veteri testamento fuerunt simul Prophetæ, & Sacerdotes: per altitia verò, quæ secundum aliam literam saginata dicuntur significantur illi, qui solum fuerunt Prophetæ, & non Sacerdotes. Sic dicit Chry- sostomus saginata dicit Prophetas, qui fuerunt Spiri- tus sancto repleti, tauros autem eos, qui Prophetæ fue- runt simul, & Sacerdotes, sicut Ieremias, & Ezechiel: vt enim tauri duces sunt gregis, ita & Sacerdotes prin- cipes sunt populi.

Quartò, vt alij dicunt significantur martyres per tauros: per altitia verò homines spirituales. Sic dicit Hilarius, tauri gloriosa martyrum species est, qui in confessione Dei tanquam hostia electa sunt immola- ri, saginata verò sunt homines spirituales tanquam cœlesti pane ad euoluendum aues pastæ, ceteros accep- tri cibi vbertate expleturæ.

Quintò, vt aliqui dicunt per tauros, & altitia, quæ sunt partes illius conuiuij designantur partes sac- cre Scripturæ, vel diuini sermones, ita vt per tauros designentur altiora: per altitia vero ea, quæ minora sunt. Sic dicit Origenes: Prandium quod paratur est eloquiũ Dei: fortia quoque eloquiorum Dei tau- ri intelliguntur: suauia verò, & delectabilia eorum sunt saginata. Siquis verò proferat quædam dicta mo- dica, & non firma, & non magnam virtutem rationis habentia, videntur mactata esse quæ proferuntur: sagi- nata autem sunt cum ad vnam quamque propo- sitionem exempla multa rationis probatione repleta inducuntur. Puta si aliquis de castitate sermonem loquatur, rectè intelligitur turrur. Sed cum ipsum ca- Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Statitis sermonem cū rationis probatione de scriptu- ris repletum protulerit, ita vt deleatet, & confirmet animum audientis, protulit eum saginatum.

Sed dicendum, quod non pertinent ista ad sensum literalem, qui queritur, sed ad mysticum, quod par- tim pertinet ad allegoricum, & partim ad tropologi- cum. Ratio autem literalis est hæc, vt per hæc desi- gnentur quædam, quæ importarent necessitatem, & opportunitatem tunc credendi, & non expectandi aliud tẽpus, vt sicut in sensu parabolico ista designat, quod non debeat differri aduentus inuitatorum ex ali- qua causa, eo quod iam omnia parata sunt, quæ pertinent ad conuiuium, & perirent nisi statim irent inuitati ad illa manducandum, quod non erat tempore primæ vocationis, ita & Apostoli, qui erant serui serò voca- tes dicerent aliqua verba, in quibus ostenderent iam venisse tempus credendi, & veniendi ad doctrinam Messie, & non debere expectari ad tempus: cum iam Messias venisset, sicut poterat fieri tempore prophe- tarum, qui erant primi serui. Nam illis vocantibus ad Christum expectabatur tẽpus, in quo homines irent ad doctrinam Christi, & non statim ibant.

Quare dicitur, & omnia parata sunt. Quæst. XLI.

Quare dicitur, & omnia pa- rata sunt.

Dicendum, quod iuxta consequen- tiam præcedentium expositionum posita- rum præcedenti quæstione, cum accipiatur ibi conuiu- ium pro diuino sermone, vel sacra Scriptura dicitur, quod omnia parata sunt, quia in sacra Scriptura quicquid queritur inuenitur. Sic dicit Chrysof. Et omnia parata sunt intelligitur, quod quicquid que- ritur ad salutem, sicut impletum est iam in scripturis: qui enim ignorans esset inuenit ibi, quod dicit, qui contumax est, inuenit ibi quod timeat: qui laborat, inuenit ibi promissa, quibus excitetur ad opus.

Secundo dicunt aliqui, quod intelligitur de introi- tu ad vitam æternam: nam finis est vita æterna: tunc ergo parata sunt omnia, cum est aperta ianua vitæ. Sic dicit Glosa. omnia parata sunt, idest, introitus regni apertus est per fidem incarnationis Christi, qui ante fuerat clausus.

Tertio dicunt alij intelligi de mysterio redemptio- nis nostræ, quæ fuit per passionem Christi, & simili- lis modus loquendi est infra vigesimo septimo, vbi dixit Christus consummatum est, idest, omnia, quæ ad passionem meam pertinent finita sunt, ita pote- runt dici hic consummata omnia, vel parata, id- est, perfecta, vel completa, quæ pertinent ad my- sterium redemptionis. Sic dicit Chrysofostomus, om- nia parata dicit, quæ pertinent ad mysterium Do- minicæ passionis, & nostræ redemptionis.

Sed secundum, quod hæc non conueniunt in præ- senti, cum pertineant ad sensum mysticum, & sint iuxta consequentiam expositionum, quæ posita sunt præcedenti quæstione, sed sicut dictum est ibidem, illæ suasiones inducebantur ad ostendendum, quod iam erat tempus credendi Messiam venisse, & accedendi ad eum, & quod non erat expectandum aliud tem- pus, ita & hoc debet de hoc intelligi, scilicet, omnia parata sunt, idest, omnia, quæ ad Messiam pertinent, iam habentur, & completa sunt, & non sunt expe- ctanda in futurum: & ideo venite ad nuptias, idest, ad credendum in eum, & adhærete ei.

B 4

Quomodo

Quomodo noluerunt inuitati venire, & quare. Quæst. XLII.

QVAERETVR quomodo noluerunt inuitati venire, & quare. Ad primum dicendum, quod nolle venire est noluisse credere. Nam nil aliud erat vocari inuitatos ad nuptias, nisi incitari per prædicationem Iudæos ad credendum in Christum. Nolle igitur venire erat nolle credere, & adherere illi credendo in eum, & colendo ipsum. Hoc Iudæi fecerunt, quia licet prædicaretur illis Christus, noluerunt assentire, sed paucis credentibus, alij manserunt obstinati, & repulerunt verbum.

Ad secundum dicendum, quod quidam Iudæorum crediderunt, quibus Deus dabat spiritum bonum, vt crederent, & salui fierent, ceteri verò quos Deus nō p̄ordinauerat ad hoc nō credebant, licet prædicaretur eis. Sic dicitur de Gentilibus Actuum 13. audientes gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbū Domini, & crederunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Sed illorum, qui credere nolebant quidam hoc faciunt quoniam excæcati erant, sicut dicitur ad Roma. 11. cap. scilicet, cæcitas ex parte contigit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & sic vniuersus Israel saluus fiet. Alij autem nolebant credere, quia inuidia, & iniquitas circa Christum eos excæcauerat, vt eum non agnoscerent esse Messiam, cum potuissent agnoscere, & isti erant principes Sacerdotum, & Scribæ, & Pharisei, & Seniores, quos Christus vocauit cultores vineæ, & a quibus dixit auferendum regnum cælorum præcedenti cap.

Quid sit inuitatos ire in villam, & ad negociationem, & quomodo hæc faciant ad propositum. Quæst. XLIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quod inuitati, qui venire neglexerunt, abiierunt alius in villam suam, alius ad negociationem suam. Quid sit ire in villam, & ad negociationem, & quid faciat ad propositum.

Dicendum, quod ire in villam potest dupliciter accipi. Vno modo ire in villam, id est, quod iste inuitatus vocatus fuerit cum esset in vrbe, & cum neglexit venire iuit in villam aliquam, quam extra urbem habebat.

Alio modo, quod iuit in villam, id est, quod emit villam, & iuit ad illam videndam, & isto secundo modo accipitur Luca decimoquarto, scilicet. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Sed cum ista, & illa non sint eadem parabola, vt ostensum est supra quæst. 3. melius accipitur primo modo. Et tunc dicunt aliqui, quod per villam emptam intelligitur dominatio terrena. Sic dicit Augustinus libro de verbo Domini, in villa emptâ dominatio notatur, ergo superbia castigatur primum vitium: primum homo dominari voluit, qui dominum habere noluit.

Alij dicunt, quod per villam significatur possessio rerum. Sic dicit Gregorius in Homilia. Per villam substantia terrena designatur: exit ergo videre villam qui sola exteriora cogitat, propter substantiam.

Aliter potest dici, quod distinguuntur hic duo genera occupationum circa acquisitionem rerum possidendarum: vnum genus est cum operibus manuum nostrarum aliquid acquirimus, & istud est exire in villam, aliud est sine labore manuum per alios modos lucra quaerere, & istud vocatur generaliter negociatio,

ciatio, & istud magis conuenit in presenti. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum, cum labore manuum nostrarum aliquid facimus puta exercentes agrum, aut vineam, aut opus ligni, vel ferri, villam colere videmur, cum autem non labore manuum nostrarum alia lucra consequimur omnē hoc negociatio appellatur. Et simile quasi Hilarius dicit. Ambitione enim seculi tanquam villa homines occupantur: plures verò ob pecuniæ cupiditatem negociatione detinentur.

Ad secundum dicendum, quod ista faciunt ad propositum: nam ponuntur ista quasi repugnantia conuiuio nuptiali, vel distrahentia ab eo. Nam siue cupiditas rerum terrenarum, siue dominationis, siue quæcunque lucrosa negociationes si eis in mis intendamus necesse est, vt a Deo auertant hominem, & ista sunt, per quæ magis impeditur quis credere, vel postquam crediderit non manet in fide, & operibus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli, & in tentationem, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis primo Timotheo sexto capitulo. Et ita dicit Ambrosius super Lucam. in verbo isto sic emerit militiæ viro contemendarum stipendium præscribitur facultatum, quod neque ille, qui studijs intentus inferioribus possessionibus sibi terrenas coemit regnum cæli possit adipisci cum Dominus dicat, vende omnia, quæ habes, & sequere me. Sic etiam dicit Chrysostomus: O miserimus mundus, & miser, qui eum sequuntur: semper enim mundalia opera homines excludunt a vita, & quoniam in istis duobus homines occupati, id est, cupiditate terrenarum possessionum, & pecuniarum, quæ ex negociationibus acquiruntur, solent fidem deserere, vel opera non tenere: dicitur quod inuitati, qui venire noluerunt fecerunt hæc. Sic dicit Gregorius in Homilia. Qui intentus labori terreno, vel mundi actionibus deditus mysterium incarnationis Dominicæ pensare, & secundum illud vivere dissimulat, quasi ad villam, vel ad negocium pergens venire ad regis nuptias recusat.

Sed obijcietur, quod ista non faciunt ad propositum, quia hoc dicitur contra inuitatos, id est, Iudæos, & tamen illi non omiserunt venire ad nuptias, id est, ad fidem propter occupationes seculi, sed propter inuidiam cum Christum occiderint.

Dici potest vno modo, quod Iudæi quoniam non crediderunt in Christum multipliciter moti sunt ad hoc. Quidam amore possessionum terrenarum, quibus impliciti ad prædicationem fidæ non aduerterunt, & opera tenere non curauerunt. Alij propter negociationem in lucris pecuniarijs idem fecerunt. Alij autem ex sola iniquitate, & inuidia, quæ excæcauit eos, & ideo quidam dicuntur neglexisse, alij autem occidisse seruos vocantes, quod est ex malitia moueri. Sic dicit Chrysostomus: Per occupationem villæ populares Iudæorum signat, quos mundi delectatio separauit a Christo, per occupationem autem negociationis Sacerdotes ceterosque ministros templi significauit, quos lucri obtentu venientes ad mysteriū legis & templi, auaritia separauit a fide, de quibus non dixit, quod malignati sunt, sed neglexerunt: qui enim odio, aut inuidia crucifixerunt Christum, illi malignati sunt, qui autem negocijs impediti non crediderunt, illi neglexisse dicuntur, non malignati.

Aliter potest dici, quod etiam illi, qui Christo iniurierunt, & occiderunt eum ex cupiditate possessionum,

Cupiditas radix malorum omnium.

Iudæi multipliciter moti sunt ad occidendum Christum.

num, & negociationis moti sunt. Nam Sacerdotes, & Pharisei iniurierunt Christo, quia cum ipsi auari existentes vellent tenere populam in consuetudine offerendarum legalium hostiarum, & Christus deduceret ad alium statum, in quo ista non offererentur ceperunt malignari, & iniudere ei, & ita mortem eius tractauerunt, vt eo mortuo semper populus manens in consuetudine legalium sacrificiorum seruiret eorum auaritiæ, vt colligitur ex parabola agricolarum vineæ præcedenti capitulo. Hic est heres venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Quod de Christo, & occisoribus eius Sacerdotibus intelligitur, vt ibi expositum est. Et ideo rectè dicitur, quod propter negociationem, & villam noluerunt venire ad Christum Iudæi inuitati.

Quid sit, quod inuitati tenuerint seruos, & occiderint. Quæst. XLIIII.

QVAERETVR quid est, quod inuitati tenuerint seruos, & occiderint. Dicendum, quod cum Iudæi sint inuitati, & serui sint hic Apostoli, & alij discipuli Domini, vel contemporanei eorum, tenere seruos est, quod Iudæi incarcerant Apostolos, & alios prædicantes de Christo, & post illos occiderunt, vel aliquos eorum. Hoc autem factum est, quia Ioannes Baptista fuit vnus de his, qui de Christo prædicauerunt, & incarceratus atque occisus est a Iudæis supra decimoquarto, & Marc. sexto capitulo. Petrus quoque a Iudæis tenus est: nam Herodes tenuit Iacobum, & iugulauit eum: Actuum duodecimo capitulo videns autem, quod placeret Iudæis appositum, vt apprehenderet Petrum, & tenuit illum in carcere, quousque miraculosè liberatus est eodem capitulo. Alios quoque multos tenuerunt occidentes, & incarcerantes, sicut Stephanum occiderunt Actu tertio, & maximam persecutionem tunc fecerunt in Ecclesia, ita vt dispergerentur illi, qui erant Ierosolymis Actuum octauo capitulo. & hoc prædixit Christus Apostolis, quod tradendi, & incarcerandi essent a præsidibus Iudæorum supra decimo capitulo. tradent enim vos in consilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsidēs, & reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus. Christus etiam prædixit Iudæis, quod hoc facturi essent contra discipulos eius infra sequenti capitulo. scilicet, ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & ex illis occiditis, & crucifigitis, & ex illis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem.

Quare inuitati tenuerunt, & occiderunt seruos istos. Quæst. XLV.

QVAERETVR, quare inuitati tenuerunt, & occiderunt seruos istos, id est, Iudæi Apostolos, & alios discipulos Christi prædicantes Christum. Dicendum, quod hoc fuit, quia prædicabant illis nomen Christi, quæ prædicatio erat illis valde odiola: nam iusserunt principes Iudæorum Apostolis, ne in nomine Christi aliquid loquerentur Actuum 4. & 5. & ita nihil magis odiosum erat eis. Primum, quia per istam prædicationem apparebat ignominia Iudæorum, scilicet, quia ille, quem ipsi occiderant, miracula faciebat: ita enim prædicabat publice Petrus Actuum 3. cap. vos autem sanctum, & iustum negastis, & peristis virum homicidam donari vobis auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit a mortuis. Et ista erat magna confusio Iudæis, quod Messiam suum,

Quare non inuenit Christi est odiosum Iudæis.

occidissent, siue per iniquitatem, siue per ignorantiam egissent: potissimè quia colligebatur, quod per malitiam egissent cum semper fuerint Christum persecuti, quousque illum occiderunt.

Secundo fuit, quia ex prædicatione Apostolorum, & discipulorum sequebatur contra Iudæos malum, scilicet, id quod fuit malum causa occidendi Christum: nam ideo Christum occiderunt, quia deducebat homines ad statum, in quo non manerent legalia sacrificia, neque maneret reus dominatus Sacerdotum, vt colligitur præcedenti capitulo in parabola agricolarum, Apostoli tamen post Christum prædicantes conuertebant homines ad eundem statum, ad quem Christus conuertebat: ideo eadem occasio erat occidendi illos, & incarcerandi, quæ fuerat occidendi Christum.

Quare dicitur contumelijs affectos occiderunt. Quæst. XLVI.

QVAERETVR, quare dicitur contumelia affectos occiderunt.

Dicendum, quod cum intelligatur hoc de Apostolis, & alijs discipulis Christi, quos Iudæi occiderunt dictum est propter duo. Primum ad ostendendum feritatem Iudæorum: nam tam amare sequebantur in discipulos Christi, quod non exaturabat iram eorum mortem inferre, sed & ferocem mortem inferrebant, quod innuitur Actuum 9. Saulus adhuc spirans cædis, & minarum in discipulos. Et ita antequam occiderent afficiebant contumelijs.

Secundo, & præcipue ad ostendendum diuersa genera mortis, quæ Iudæi inferrebant discipulis Christi quosdam iugulando, alios lapidando, alios crucifigendo, alios varijs modis interimendo. sic Christus prædixit Iudæis, quod facturi essent contra discipulos eius sequenti capitulo. ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occiditis, & crucifigitis, & ex illis flagellabitis in vestris Synagogis, & Apostolus quoque varia genera mortis ponit ad Hebræos, qui pro confessione fidei occisi sunt, quorum quidam pertinent ad Apostolos, & discipulos.

Quare non positum est hic de morte filij, sed solum de morte seruorum. Quæst. XLVII.

QVAERETVR cum Iudæi, qui erant inuitati non solum occiderint seruos vocantes ad nuptias, sed etiam filium regis, cuius erant nuptiæ, id est, Christum, quare non positum est hic de morte illius, sed solum de morte illorum, scilicet, reliqui tenuerunt seruos eius.

Dicendum, quod non fuit, primò quia non conueniebant ad parabolam nam parabola, licet non ponatur hic pro sensu, quem facit in cortice, tamen ille literalis est, quia sic realiter accidit, & quia sic accidit, quod occiderunt seruos, & non filium regis, cuius nuptiæ fiebant, positum est sic in parabola, & consequenter non potuit per parabolam significari mors Christi, sed solum discipulorum eius, qui erant serui vocantes ad nuptias. Et dato, quod parabola non signent res gestas, sed factas ad aliquid significandum, adhuc debet dici, quod ista talia figi debent, vt verisimilia vidcantur: non erat tamen verisimile, quod inuitati, qui erant in alia ciuitate extra locum nuptiarum irent ad occidendum filium regis, qui erat in loco nuptiarum. Etiam non habebant aliquam causam ad hoc faciendum, etiam dato, quod vellent, non possent. Quod patet, quia rex erat potentior cum ipse missis exercitibus suis, occiderit omnes homicidas,

das, & succederit civitatem eorum supra in litera. De feruis autem vocantibus erat hoc verisimile, quia illi ibant ad urbem, in qua erant inuitati, & ibi erat oportunitas occidendi eos. Etiam quia contra illos erat aliqua occasio. quia displicebat inuitatis ista vocatio. Etiam poterant hoc facere, quia isti ferui non habebant secum aliquos auxiliares in civitate inuitatorum: ideo tunc occidere illos poterant, & ideo de occisione feruorum vocantium rationabiliter dici debuit, & non de occisione filij regis.

Secundo, & principaliter, quia hoc repugnaret omnino parabola: nam si inuitati venientes occiderent filium regis, non fierent nuptiæ, sed luctus, & tamen in parabola dicitur, quod facte fuerint.

Tertio, quia dicitur, quod non venientibus inuitatis, vocati fuerunt alij ad nuptias, & intrauit rex ad conuiuium, ut videret discumbentes supra in litera: ergo non poterat poni occisus filius regis, quia nihil istorum sequeretur.

Quarto factum est, etiam propter rem significatam per parabolam. Nam non oportebat nunc in ista parabola ostendi mortem Christi cum in precedenti parabola agricolarum illa fuerit designata, & ita satis fuit, quod in presenti ostenderetur mors discipulorum. Sic dicit Chrysostomus de sua autem morte Dominus tacet, quia in priori parabola dixerat, sed ostendit mortem discipulorum suorum, quos post ascensum suum occiderunt Iudæi Stephanum lapidantes, Iacobum Alphaei occidentes propter quæ Ierusalem destructa est a Romanis. Causa tamen quare in eadem parabola non fuerit designata mors Christi, & discipulorum, fuit, quia non poterat esse parabola verisimilis, quæ ytranque designaret propter rationes supra positas.

Quare non ponitur hic de occisione primorum feruorum.
Quæst. XLVIII.

QVAERETUR cum secundum veritatem rei non solum occiderint inuitati secundo feruos, sed etiam primos, quare non ponitur de occisione primorum feruorum.

Aliqui putant, quod Iudæi non occiderunt Prophetas, sicut Apostolos, & discipulos.

Sed dicendum, quod decipiuntur, quia Christus hoc asserit seq. c. i. v. vobis Pharisei hypocrite, qui dicitis si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij illorum in sanguine Prophetarum, itaq; testimonio estis vobismetipsis, quod filij estis eorum, & Prophetas occiderunt. Etiam palam est, quod Iudæi Isaiam occiderint terra secunda per medium: Ieremiã autem in Aegyptum lapidauerunt: Amos veste ferreo per tempora transixerunt. Et ita de alijs multis, ut Hieronymus testatur, & Isidorus in lib. de ortu, & obitu patrum.

Alij autem dicunt, quod licet Prophetas aliquos occiderint Iudæi, tñ non precipue occiderint ob hoc, & ideo non ponitur de illorum occisione. Sed videtur in par. rarij, qd Stephanus loquens qd Iudæos dixit Act. 7. quem Prophetarum non persecuti sunt patres vestri? & occiderunt eos, qui prænuñciabant de aduentu iusti.

Dicendum, qd nō dictum fuit de occisione primorum feruorum, id est, Prophetarum, sed solum de occisione Apostolorum, & discipulorum. Et primo quia non conueniret parabola: non enim esset verisimilis: nam occisus primus feruis ab inuitatis non mitteret rex alios illic, sed vocaret alios, qui nondum essent inuitati, sicut postea fecit. Secundo, quia si primos feruos occiderent, mitteret statim rex exercitus suos contra inuitatos, sicut qñ audiuit, qd occidissent feruos secundos, misit illic exercitus suos, sed non

misit exercitus, nisi post occisionem secundorum feruorum: ergo non occiderant inuitati primos feruos. Sed obijcietur, quia precedenti cap. in parabola agricolarum vineæ misit Dominus vineæ primos feruos, & lapidauerunt atque occiderunt eos, & nihilominus misit secundos, & similiter fecerunt illis, quousque misit filium, quem etiam occiderunt.

Dicendum, quod nō est simile, quia ibi Dominus vineæ mittebat pro fructu vineæ suæ, & licet agricolæ occiderent primos feruos, non cessaret petere fructus suos, neque dimitteret hereditatem suam tam egregiam in manu alienorum: & ideo occisus primus feruis misit alios quousque misit filium, & illum quoq; occiderunt. hic autem mittebat rex ad vocandum, inuitatos quod magis erat in fauorem illorum quam ad vtilitatem regis, cum illis non venientibus nihilominus posset conuiuium fieri per alios, & manducari, quæ parata erant, sicut factum est: ideo si primi ferui occiderentur ab inuitatis non erat verisimile, quod alios illic mitteret, sed exercitus mitteret ad vindictam, sicut fecit, & ideo nō debuit poni, quod primos feruos occiderint, sed solum secundos.

Secundo quantum ad principale, quia primi ferui non occisi fuerunt pro hac causa: licet enim Iudæi Prophetas multos occiderint, ut dictum est, tamen non pro prænuñciatione de Christo, sed quia arguebant vitia populi: & ideo non occiderunt eos pro uocatione ad nuptias. Apostolos autē, & discipulos, qui erant secundi ferui pro hoc solo occiderunt, qd Christum prædicarent: & ideo non debuit dici, quod primos feruos occiderunt, sed solum secundos. Cum autem dixit Stephanus, quem Prophetarum nō sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænuñciabant de aduentu iusti.

Dicendum, qd verum est, qd eos occiderunt, sed nō ex eo, quod prænuñciabant de aduentu iusti, sed quia arguebant vitia populi.

Tertio dicunt aliqui, qd fuit, quia in precedenti parabola agricolarum facta fuerat mentio de occisione primorum feruorum, sicut & secundorum, ideo non oportuit hic exprimi: sicut etiam quia ibi de morte Christi dictum est non oportuit, quod in ista parabola de illa diceretur, sed solum de morte discipulorum, ut dictum est precedenti quæst.

Sed dicendum, qd non stat, quia istud repugnat parabola, ut ostensum est supra, & ideo dato, qd in precedenti parabola nihil de primis feruis dictum esset non diceretur hic, quod inuitati occidissent primos feruos.

Sed dicitur, quare non dicitur hic, quod inuitati occiderint primos feruos, cum utrobique primi ferui fuerint Prophetæ.

Dicendum, qd hoc fit propter rationem rei assignatam per parabolam: nam illa parabola designat, quod Deus mittebat diuersis temporibus ad quarendum fructum iustitiæ in populo Iudæorum, ad quod tam Prophetæ quam Apostoli, & discipuli Christi venerunt, & utique pro hoc occisi sunt: nam Prophetæ, qui admoebant populum Iudæorum ad bonum, & increpabant eos de malis occisi fuerunt ab eis, similiter, quoque Apostoli, & discipuli prædicantes Iudæis vitia eorum, & ideo cum hoc commune esset eis dictum est, quod tñ primi, quam secundi ferui occisi fuerunt ab agricolis: in ista autem parabola agitur de uocatione ad nuptias, id est, ad fidem Christi, & licet ad hoc tam Prophetæ quam Apostoli, & discipuli vocauerint, tamen soli Apostoli, & discipuli occisi fuerunt pro prædicacione Christi: ideo debuit ista parabola ponere uocationem factam a primis, & secundis feruis, tamen non debuit ponere occisos

occisos esse primos ab inuitatis, sed solum secundos, A & ista est vera causa.

Quare rex vocatur nunc rex cum prius vocaretur homo, & quomodo audiuit, & quomodo iratus est.
Quæst. XLIX.

QVAERETUR, quare dicitur, quod rex iratus est, cum audisset, in quo sunt tria dubia. Primum est, quare vocatur nunc rex, cum prius vocaretur homo. Secundo quomodo audiuit. Tertio quomodo iratus est.

Ad primum dici potest vno modo, quod sic vocatur nunc, sicut supra. Nam supra vocabatur homo rex nunc autem vocatur rex, quia dictum est simile est regnum cælorum homini regi, nunc autem ob breuitatem vocatur solum rex, cum etiam intelligatur, quod sit homo rex.

Secundo potest dici, quod hoc factum fuit specialiter ex intentione significandi aliquid: homo enim est nomen masculinæ, rex est nomen potestatis, & ideo cum Deus clementer ad nos se habet, vocatur homo, cum verò seuerè iuxta rigorem iustitiæ vocatur rex, & quia supra dicebat de inuitatione ad nuptias, quæ facta est ex superabundanti benignitate Dei, vocatur ibi homo rex, hic autem agitur de penarum illatione eis, qui contempserunt venire, & occiderunt nuncios: ideo rex vocatur. Sic dicit Hieronymus qñ inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementiæ hominis nomen appositum est, nunc autem quando ad vltionem venit homo siletur, & rex tantum dicitur.

Ad secundum dicendum, quod dicitur audiuisse propter comparisonem ad parabolam, quia rex ille, cui ista acciderunt audiuit, quomodo inuitati occidissent feruos, Deus autem nihil audit, cum neque aures habeat, neque sensationes, quæ ad animalia pertinent, sed dicitur audire, id est, cognoscere: nos enim ea, quæ in facto consistunt, si fieri non videmus aliter scire non possumus, nisi ab alijs referri audiamus, & ita audire est via ad scire. Deum igitur audiuisse facta inuitatorum nihil aliud est quam illa cognoscere, licet audiendo non cognoscat, sed per seipsum, quia in ipso omnia cognoscuntur a se, & ab eis, qui illum clare vident.

Ad tertium dicendum, quod iratus dicitur rex quantum ad parabolam, quia vere ille rex cui ista acciderunt iratus est contra inuitatos, pro tam iniquo opere: Deus autem irasci non potest, quia non cadunt in eum iste perturbationes animi, quas etiam a sapientibus Stoici auferre voluerunt. Maxime, quia ista repugnant Deo secundum naturam: irasci enim passio est appetitus irascibilis, qui est appetitus animalis. Deus autem animal non est, ideo neque irasci potest, sed ita dicuntur de eo per translationem, & effectum, & non formaliter. Iratus enim poenam infert, cum ira sit appetitus vindictæ: Deus autem poenam irrogat, ideo irasci dicitur, quia effectum irati exercet, licet ipse iratus non sit. Sic dicit Origenes: dicitur qui peccant in Deum legis, & Prophetarum verum istæ, qui homo dicitur, & iratus proponitur, ipse est pater Christi. Quod si dixerint hunc ipsum esse, cogendi sunt confiteri quoniam multa in eo sibi passibilem hominum naturam hæc dicunt: nō qd ipse passibilis est, sed quia morem gerit passibilis naturæ hominum, & sibi hanc consequentiam accipere oportet iram Dei, & poenitentiam eius in Prophetis: Ita nunc iratus rex, id est, Deus dicitur, quia poenas intulit inuitatis per dendo illos.

Quare iratus rex perdidit homicidas, & succendit civitatem illorum.
Quæst. L.

QVAERETUR quomodo iratus rex perdidit homicidas, & succendit civitatem illorum. Aliqui volunt, quod civitas intelligatur congregatio iniquorum, & illa succeditur, quia tota congregatio iniquorum æternis ignibus ardebit, & ista est, quam civitatem diaboli vocamus oppositam ad civitatem Dei. Sic dicit Origenes. Civitas impiorum est secundum vniuersumque dogma congregatio eorum, qui conueniunt in sapientia principum huius sæculi, quam succendit rex, & exterminat quasi ex malis edificationibus consistentem.

Sed dicendum, quod hoc pertinet ad sensum mysticum tropologicum, non autem ad literalem, quæ Christus intendit ex parabola elicere. Et patet primo, quia secundum istum sensum non differt perdidit homicidas, & succendit civitatem eorum, quia illud est ardere impios in igne æterno, & tamen in parabola distinguuntur hæc, scilicet, occidi homicidas, & civitatem eorum succendi, ideo in sensu quoque literali oportebit ista distingui.

Secundo, & efficacius, quia manifestum est, quod sola civitas inuitatorum succenditur hic: inuitati autem soli Iudæi sunt, ut ostensum est supra, ideo ad eos solos istud referendum est, & tamen secundum istum sensum de omnibus malis intelligitur: ideo non est ille sensus literalis.

Alij ergo dicunt, quod intelligitur de solis Iudæis, & tamen vocatur civitas eorum corpus ipsorum, ipsi vero vocantur anima ipsorum, & ita tam homicidæ pereunt quam civitas eorum succenditur, quia Iudæi, qui renuerunt ad fidem Christi venire tam in corpore quam in anima ardebunt. Sic dicit Gregorius. Homicidas perdit, quia persequentes interim, civitatem igni succendit, quia illorum non solum anima, sed & caro quoque, in qua habitauerat, æterna gehennæ flamma cruciantur.

Sed dicendum, quod adhuc non est iste sensus literalis, sed est sensus, quem Christus posuit Luc. 19. de destructione urbis Ierusalem. Nam ex eo, quod Iudæi noluerunt venire ad nuptias credendo in Christum, & insuper eum, & Apostolorum aliquos, & discipulos occiderunt, fecit Deus, quod occiderentur Iudæi in obfisione Ierusalem, & ipsa civitas periret exustis, & diruptis ædificijs eius, ita ut non maneret lapis super lapidem, qui non destrueretur. Et hoc factum est propter non credere, & propter occisionem Christi Luc. 19. scilicet, quia non cognouerit tempus visitationis suæ, & ea, quæ erant ad pacem eius.

Qui sunt isti exercitus, quos misit rex, & quomodo Deus habet exercitus.
Quæst. LI.

QVAERETUR qui sunt isti exercitus, quos misit rex, ut occideret homicidas, & civitatem succenderet, & quomodo Deus habet exercitus.

Dicendum, quod Deus habet exercitus, & ita ipse vocatur sæpe in scriptura Dominus exercituum, scilicet, zelus Domini exercituum faciet hoc, & ubique Isaias vocat Deum Dominum exercituum.

Aliqui ergo dicunt, quod isti exercitus sunt Angeli Dei, quia per eos traditur executioni voluntas Dei Psalm. 102. Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute facientes verbum eius, ad audiendum vocem sermonum eius: Benedicite Domino omnes virtutes eius ministri eius, qui facitis voluntatem

luntatem eius. Et quia in exercitu sunt milites, & duces, inuenitur quoque hoc in Angelis. Nam aliqui vocantur milites Iob 25. ca. Nunquid est numerus militum eius? Et intelligitur de Angelis principaliter. etiam Angeli aliqui sunt duces exercituum Dei Iosue quinto cap. de illo Angelo, qui apparuit Iosue, & ait, sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Et de Angelis dicitur per quosdam, quod fuerunt nunc exercitus Domini ad exequendum contra Iudæos. Sic dicit Gregorius: Angelorum agmina sunt exercitus regis nostri: missis ergo exercitibus extinxisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne iudicium Dei per Angelos exercetur.

Sed dicendum, quod iste non est sensus literalis, sed mysticus. Et patet, quia exercitus succenderunt ciuitatem, & ista fuit Ierusalem, & tamen succensio illa non fuit facta per Angelos, sed per homines: sicut enim dixit Christus Luca 19. Inimici tui circumdabunt te vallo, & coangustabunt te, & ad terram prosternent.

Dicendum igitur, quod isti exercitus fuerunt Romanorum, qui sub duce Vespasiano, & Tito filio eius superatis Iudæis diruerunt urbem, & succenderunt. Sic dicit Hiero. per hos exercitus Romanos intelligimus, qui sub duce Vespasiano, & Tito occisis Iudææ populis præuaricatricem succenderunt ciuitatem.

Sed dicitur quomodo Romani vocantur exercitus Dei? Dicitur potest vno modo, quod hoc est, quia omnia sunt Dei, & inter omnia erant Romani exercitus: ideo illi erant exercitus Dei. Secundo potest dici, & melius, quod vocantur exercitus Dei, quia Deo incitante venerunt contra Ierusalem, & non venerunt, nisi Deus illos incitasset, sic patet de Sennacherib rege Assyriorum, quem Deus duxit contra Iudæos, ut puniret eos, sic patet Isa. decimo cap. scilicet, Vt Assur virga furoris mei, & baculus ipse, in manu eorum indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam, & sic etiam Deus vocauit regem Nabucodonosor contra Iudæos, & contra alia regna terræ, & vocat eum seruum suum, qui exequitur voluntatem suam contra illos, Ieremia decimo quinto, & ita alios reges, qui nocebant Iudæis dicebatur Deus vocare ad nocendum eis Isa. septimo, scilicet, Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminis Aegypti, & api, quæ est in terra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum. Et non solum Deus vocat gentes istas ad nocendum alijs quando vult, sed etiam dat eis fortitudinem, ut præualere possint contra hostes, ut ita impleatur voluntas Dei. Sic patet Isaia quinto, scilicet, & leuabit signum in nationibus, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet, neque est deficiens neque laborans in eo, non dormitabit neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius, neque rumpeatur corrigia calcamenti eius, sagitta eius acuta, omnes arcus eius extenti. Et ita de ceteris, quæ pertinent ad promptitudinem, & fortitudinem, quam Deus dabat istis ad exequendum, sic etiam dicitur Abacuc primo cap. de Nabucodonosor, qui datus erat contra Iudæos in executorem: Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, ut corripere fundasti eum. Ita ergo nunc de Romanis fuit, quia Deus concitauit illos contra Iudæos: ideo vocantur exercitus Dei. Sic dicit Chrysostomus Romanus exercitus dicitur exercitus Dei, quia Domini est terra, & plenitudo eius, neque etiam

F venissent Romani Ierusalem, nisi eos Dominus excitasset.

Quare dicitur, quod occisis homicidis dixit rex seruis: Nuptia quidem parata erant, sed inuitati non fuerunt digni.
Quæst. LII.

QUARE DICTUR, quare dicitur, quod occisis homicidis, & ciuitate eorum succensa dixit rex seruis suis, nuptia quidem parata erant, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni venire.

Dicendum, quod iste rex, qui inuitatos vocari faciebat Deus est, qui Iudæos ad fidem Christi vocauerat inuitando, & quia illi noluerunt venire, sed occiderunt seruos vocantes, iussit Deus, quod vocarentur alij, scilicet Gentiles, & ad hoc ponit causam. Nuptia quidem parata erant, id est, iam est tempus credendi, & manendi sub lege Messie, cum ille venerit, & legem dederit, & ideo quia Iudæi credere nolunt, oportet, quod vocentur alij, qui credant. Sic dicit Remigius: Nuptia quidem parata sunt, id est, omne sacramentum humane dispensationis iam paratum atque completum est.

Sed dicitur, qui erant isti serui, quia iam erant priores occisi?

Aliqui dicunt, quod erant Angeli, qui Deo ministrant ad salutem nostram: ad Hebræos primo, scilicet, omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.

Sed dicendum, quod non stat, quia ista vocatio fuit per prædicationem: Angeli autem non prædicant, quia non communicant nobiscum aperte quandiu hic manemus.

Ideo dicendum, quod isti serui erant Apostoli, & discipuli, quos Iudæi non occiderunt, quia non occiderunt omnes, & isti residui transierunt ad vocandum gentes nolentibus Iudæis credere.

Sed dicitur, quomodo autem quando dixit Deus Apostolis, & discipulis, quod irent ad vocandum gentes? Dicitur potest vno modo, quod hoc fuit, quando Christus post mortem suam dixit Apostolis, & discipulis, quod irent per vniuersum orbem, & prædicarent Euangelium omni creaturæ Mar. 16. & infra 28. Nam iubendo hoc intelligebatur, quod si in aliquo loco, vel regione non reciperentur, quod non manerent ibi, vel si verba eorum non prodescent.

Secundo potest dici, & melius, quod hoc dictum est, quando Christus dixit Apostolis: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam supra 10. cap. & tamen persequebantur Iudæi Apostolos, & discipulos cum occiderent eos: ergo recedere debebant inde ex illo mandato Dei.

Sed dicendum, quod adhuc istud non sufficit, quia istud fuit mandatum Apostolis ante mortem Christi in terra Iudæorum, quia tunc si in vna ciuitate persecutionem paterentur, debebant ire in aliam, sed non licebat eis recedere penitus extra terram Israel, cū Deus ibidem vetuerit ire in ciuitates Samaritanorum, & in viam Gentium supra 10. cap. Et patet, quia dixit non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis, quasi dicat, licet fugiatis de vna ciuitate in aliam, non oportebit, ut eatis totaliter extra terram Israel, quia semper supererant aliqua ciuitates, ad quas confugiatis, quia non consummabitis eas, donec veniat filius hominis, id est, vsque ad mortem, & resurrectionem eius, & tamen ad vocationem istam gentium oportebat totaliter relinquere Iudæos, sicut & factum est: ideo non fuit illud mandatum de transiendo

Secundo ad gentes. Dicendum igitur, quod aut queritur quando Deus iussit, quod Apostoli irent ad prædicandum gentibus vocando eos ad fidem Christi, quod erat vocare ad nuptias, aut quando iussit, quod reliquis Iudæis transierent ad gentes. Quantum ad primum dicendum, quod quando Christus vixit non mandauit hoc Apostolis, immo vetuit supra 10. cap. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, sed potius ire ad oues, quæ perierunt domus Israel. Sed post resurrectionem dixit discipulis, quod irent per totum orbem, & prædicarent Euangelium omni creaturæ Mar. 16. & infra 28. dicitur do cete omnes gentes baptizantes eas. Et quando ascendere voluit dixit omnibus, qui congregati erant, eritis mihi testes in Ierusalem, & omni Iudæa, & Samaria vsque ad vltimum terre.

Quantum ad secundum dicendum, quod fuit aliquod præceptum speciale, quod Deus dedit Apostolis, & discipulis prædicantibus in Iudæa: cum enim valde execrati Iudæi nullatenus audire volebant verbum eorum, Deus reuelauit illis, quod recederent. sic patet Actu. 13. cap. cum Paulus, & Barnabas prædicantes Iudæis, & repulsi ab eis dixerunt, vobis quidem oportebat primum loqui de regno Dei, sed quia repulsi estis illud, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Deus.

Quomodo est verum quod dixit rex, scilicet, qui inuitati erant non fuerunt digni.
Quæst. LIII.

QUARE DICTUR quomodo est verum quod dixit de inuitatis rex, scilicet, qui inuitati erant non fuerunt digni.

Dicendum, quod isti se fecerunt indignos vno modo, quia vocantes se occiderunt: non enim est dignus quis vocari quando vocantem se occidit: ist enim, occiderunt discipulos, & Apostolos vocantes se: ideo indignum erat, ut quis eos vocaret amplius. Secundo fecerunt se indignos, quia vocati ad nuptias venire contempserunt. Et istum modum posuit Paulus Actu. 13. cum locutus est Iudæis. Vobis primum oportebat loqui, de regno Dei, sed quia repulsi estis illud, & indignos vos iudicatis vitam æternam, ecce conuertimur ad gentes.

Tertio intelligunt aliqui, quod reddiderunt se indignos, quia putantes melius esse manere sub ceremonijs legis Moyse quam transire ad gratiam fidei Christi reddiderunt se indignos fructu redemptionis per eum factæ. Sic dicit Remigius: Qui inuitati fuerat, id est, Iudæi non fuerunt digni, quia Dei iustitiam ignorantes, & suam statuere volentes indignos se iudicauerunt vitam æternam.

An postquam Apostoli, & discipuli transierunt ad gentes cessauit vocatio Iudæorum ad nuptias.
Quæst. LIIII.

QUARE DICTUR an postquam Iudæi occiderunt prædicatores verbi Christi, & Apostoli, & discipuli transierunt ad Gentes, cessauit vocatio Iudæorum ad nuptias.

Dicendum, quod non, quia semper vocantur Iudæi per prædicatores ad fidem Christi, & vocabantur vsque ad finem mundi quousque fiat vnum ouile, & vnus pastor. Ioan. decimo cap. tunc conuertentur omnes Iudæi, ut asseritur, ad Christum in fine sæculi ad Roma. vndecimo. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & sic vniuersus Israel saluus fiet.

A Sed dicitur, quare ergo dicitur, quod post occisionem vocantium non fuerunt vocati inuitati, quia indigni fuerant, sed vocati fuerunt alij.

Dicendum, quod illi, qui inuitati fuerunt a principio si venissent, nulli alij vocarentur, sed quia illi noluerunt, vocati sunt alij, ita a principio soli Iudæi vocati fuerant, & si ipsi venissent non vocarentur alij, sed quia illi noluerunt venire vocati fuerant alij, & tamen non ideo Iudæi desinunt vocari, sed non vocantur eo modo quo prius, scilicet, ut soli vocentur, sed vocantur simul cum alijs quasi quidam de Gentilibus.

Quare dixit rex quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.
Quæst. LV.

QUARE DICTUR, quare dixit rex quoscunque inueneritis vocate ad nuptias.

Dicendum, quod hoc pertinet ad vocationem gentium: In prima vocatione soli Iudæi vocati fuerunt, & expresse vetitum fuit quæquam alium vocari supra 10. cap. in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel: & ideo in secunda cum non venientibus Iudæis vocatae sunt gentes, putarent etiam Apostoli, quod specialiter aliqua gens vocanda esset, & non omnes: ideo dixit eis expresse, quod vocarent quoscunque inuenerint, & hoc erat dicere, quod omnibus prædicarent, sic dicit Mar. 16. Ite per vniuersum orbem, & prædicare omni creaturæ Euangelium. Ratio huius est, quia Deus, qui omnes condidit, vult omnes saluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire. Tim. 2. cap. salus autem est per fidem, & inuocationem Dei ad Roma. 10. c. f. omnis, qui credit in illum non confundetur, non est distinctio Iudæi, & Græci: nam idem est omnium dominus diues in omnibus, qui inuocant illum: omnis enim qui inuocauerit nomen Domini saluus erit, & tamen credere in eum, per quem est salus, & inuenire viam illam non est homini a seipso, sed oportet, quod per alterum instruat, & ideo oportet, quod prædicetur. Sic dicitur ad Roma. 10. cap. Quomodo inuocabunt eum, in quem non crediderunt? quomodo credent in eum, quem non audierunt? quomodo audient sine prædicatōe? ergo prædicator necessarius est ad omnes gentes, & ita Apostolus concludit tibi, quod omnibus gentibus debebat prædicari Euangelium, & sic factum est, scilicet, in omnem terram exiit sonus eorum, id est, prædicantium.

Quare rex dixit ite ad exitus viarum.
Quæst. LVI.

QUARE DICTUR, quare rex dixit, ite ad exitus viarum.

Dicendum, quod ista vocatio est Gentilium, & iubentur vocantes ire ad exitus viarum, quia ibi erant Gentiles.

Aliqui autem dicunt, quod exitus viarum sunt errores, quia via dicit directionem, & qui sequitur viam non errat. Exitus viarum sunt declinationes a via, & illud est errare, & ita quia Gentiles errant in varijs erroribus idolatriæ dicebantur esse in exitibus viarum. Sic dicit Hieronymus, & Remigius. Gentium populus non erat in vijs, sed in exitibus viarum, qui sunt errores Gentilium.

Secundo dicunt aliqui, quod hoc ponitur ad significandum, quod homines quascunque professionum vocandi erant ad fidem. Nam via viuendi modum significat. sic dicit Chry. Viæ sunt omnes professiones huius

huius seculi, vt Prophetia, & milita, & huiusmodi. Dicit ergo: ite ad exitus viarum, id est, cuiuslibet conditionis homines vocent ad fidem adhuc, sicut castitas via est, quæ ducit ad Deum, sic & fornicatio via est, quæ ducit ad diabolum, & sic de alijs virtutibus, & vitijs. Iubet ergo, vt cuiuslibet conuersationis homines inuident ad fidem.

Tertio putant aliqui, quod innuitur in hoc, quod vocatis ad fidem remittuntur peccata omnium temporum præteritorum, quia via significat tempus vite, exitus via est, quod retro viam est, scilicet peccata temporum præteritorum. Sic dicit Hilarius, per viam tempus seculi intelligendum est, atque ideo ad exitus viarum iubentur ire, quia omnibus retro acta donantur.

Quarto accipiunt aliqui exitus viarum, id est, infortunia, vel defectus in actionibus, & tales vocari iubet, quia facilius conuertuntur ad Deum, quos aduersitas fortuna persequitur quam illi, qui prosperantur, qui non in exitibus, sed in vijs manere dicuntur. Sic dicit Gregorius in scriptura sacra vias actiones accipimus, exitus viarum intelligimus defectus actionum, quia illi plerumque facile ad Deum veniunt quos in terrenis actionibus prospera nulla comitantur.

Quinto dicendum, & melius, quod per hoc innuitur, quod omnes homines vocandi essent, & dixit: Exitus viarum, & non vias, quia exitus sunt capita viarum, vbi solet esse concursus hominum, vt in plateis, quæ sunt extrema viarum, quia ad plateam multæ vie concurrunt, vel interfectiones viarum vbi etiam fit concursus. Et sic est sensus, quod illuc discipuli iret ad prædicandum vbi gentes esse solent, vel conueniunt, & ob hoc Christus solius erat prædicare in Synagogis, ad quas omnes Iudæi conueniunt. Ioan. decimo octauo cap. & iubeat discipulis prædicare super tecta supra 10. ca. quia ibi concurrunt multi seculum consuetudinem terræ Palestinarum, in qua erat Christus cum discipulis.

Quare dicitur, quod egressi serui in vias congregauerunt quoscunque inuenerunt. Quæst. LVII.

Quare dicitur, quod egressi serui in vias congregauerunt quoscunque inuenerunt.

Dicendum, quod isti serui erant Apostoli, & discipuli, qui egressi sunt in vias, id est, iuerunt ad dispersiones gentium, & prædicauerunt omnibus.

Sed dicitur, quomodo serui exierunt in vias, quia rex iusserat eis ire ad exitus viarum, & non ad vias?

Dicendum, quod vtrunque fecerunt: nam ad vias iuerunt, & ad exitus viarum, quia vnum sine altero esse non possit, cum exitus viarum sint extremitates viarum, & eundo in via ibant ad extrema earum, quæ exitus viarum dicuntur, & nihil aliud vtroque significatur, nisi quod iuerunt Apostoli ad prædicandum Gentilibus.

Sed dicitur, quare dicitur exierunt, & vnde exierunt?

Dicendum, quod exierunt de locis, & regionibus, in quibus prius prædicabant: nam iusserat eis Christus prædicare in Ierusalem, & Iudæa, & Samaria. Actu. 1. f. Eritis mihi testes in Ierusalem, & omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Cum autem non recipiebantur iam ipsi, vel non audiebatur verbum eorum, vel non proderat in Ierusalem, & Iudæa, transulerunt se ad gentes. Actu. 13. f. Ecce conuertimur ad Gentes. Et istud fuit exire in vias.

Sic dicit Origenes, scilicet, egredientes serui, siue de Ierusalem, & Iudæa Apostoli Christi, siue ab interioribus Angeli sancti congregauerunt quoscunque inuenerunt.

Sed dicitur quomodo congregauerunt quoscunque inuenerunt.

Dicendum, quod ista congregatio intelligitur per prædicationem. Potest autem accipi prædicatione dupliciter, scilicet, vel quantum ad seipsam, vel quantum ad effectum suum. prædicatione in seipsa est propositio verbi Dei. Et quantum ad hoc verum est, quod Apostoli congregauerunt omnes gentes, id est, congregare voluerunt, scilicet dicentes verba per quæ illi congregari deberent, licet non fuerint omnes congregata. Sic accipitur sequenti cap. cum Christus dixit ad Ierusalem: Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui missi sunt ad te: quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? & ista congregatio videbatur esse per prædicationem, ita Apostoli, & discipuli congregauerunt omnes gentes, id est, congregare voluerunt faciendo id, per quod congregari possent, & deberent proponendo illis verbum prædicationis. Nam omnibus gentibus prædicauerunt, quia in omnem terram exiit sonus eorum. Psal. 18. quod Apostolus intelligit, id est, quod omnibus gentibus prædicatum est Euangelium ad Rom. 10. cap.

Accipiendo secundo modo, quantum ad effectum prædicationis: etiam verum est, quod congregauerunt omnes quoscunque inuenerunt, quia effectus prædicationis erat conuerrere Gentes ad fidem: Apostoli autem congregauerunt non quidem omnes simpliciter, sed omnes, quos inuenerunt. Dicuntur autem inuenti illi, quos Deus disposuerat tangendo corda eorum, vt crederent prædicanti, & omnes isti conuerterunt ad Christum: ceteri autem pro tunc non conuersi sunt, sed potius prædicatores persequerantur. Sic dicitur Actu. 13. vbi habetur de transitu Apostolorum de Iudæis ad Gentes. Sicut autem gentes gauisa sunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot eant præordinati ad vitam æternam. Et ita vtroque modo congregauerunt, quos inuenerunt.

Quare dicitur, quod congregauerunt bonos, & malos. Quæst. LVIII.

Quare dicitur, quod congregauerunt bonos, & malos.

Dicendum primò, quod dicitur hoc ad ostendendum, quod non erat curandum quales fuissent homines ante conuersionem, siue boni, siue mali, sed omnibus prædicandum erat, & omnes recipiendi erant ad fidem, & conuersionem. Sic dicit Origenes. Congregauerunt quoscunque inuenerunt bonos, & malos, quia non curauit vtrum aliquando ante vocationem boni fuerint, aut mali, bonos autem hic simpliciter intelligere conuenit humiliores, & rectiores ex eis, qui veniebant ad cultum Dei, quibus conueniebat, quod Apostolus ait, cum gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi ipsi sunt lex, mali autem erant, qui tales non erant.

Secundo ponitur ad ostendendum etiam dispositionem Gentilium, quia erant præter actus præteritos bonos, vel malos, erant alij naturaliter magis dispositi ad bonitatem alij vero ad nequitiam, virtutes namque omnibus hominibus insunt innatis suscipere, sed perfectis per assuetudinem secundo Esti cap. 1.

Duplex est prædictio.

Est autem prædictio bonis.

capit. 1. & tamen iste inclinationes non apparent in omnibus, sed potius in quibusdam apparent inclinationes ad malum, eos vero, in quibus videmus inclinationem ad bonum aliquod, dicimus naturaliter virtuosos: eos vero, qui ad contrarium vitiosos naturaliter. De virtutibus moralibus qualiter naturaliter insunt quibusdam patet 6. Ethic. cap. vltimo. Et ita dicit Hieronymus: Inter ipsos Gentiles est infinita diuersitas, cum alios sciamus procliuiores ad vitia: alios ad honestatem morum virtutibus deditos.

Tertio dicitur hoc ad ostendendum conditionem harum nuptiarum: nam congregatio ista est ad fidem, & est in Ecclesia militanti, in qua boni cum malis mixti sunt, vt Christus designauit in parabola zizaniorum supra 13. cap. & per hoc differt ista congregatio ab illa, quæ fit ad nuptias vite æternæ, vbi soli boni erunt, quod Christus significat ex parabola iam dicta zizaniorum. Nam triticum, & zizania permittuntur simul esse, & crescere vsque ad messem, & tempore messis alligantur zizania in fasciculos, & exurantur, triticum autem colligitur, & reponitur in horreis. Sic est de ista congregatione, quia quando hic manet Ecclesia, manent boni permixti malis, cum autem cessauerit ista Ecclesia, & venerit congregatio vite æternæ, separabuntur mali a bonis. Sic dicit Christus supra cap. 13. in parabola zizaniorum. Sic erit in consummatione seculi, mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem mittent in caminum ignis: tunc fulgebunt iusti, sicut Sol in regno patris eorum. Idem patet in parabola sægenæ eod. cap. 13. Simile est regnum coelorum sægenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quam cum esset impleta, educentes & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt, ita est in Ecclesia, quia sicut in sægena congregantur indifferenter boni & mali, indifferenter manent, sed sicut quando sægena educta est de mari colliguntur boni, & mali proijciuntur foras, ita erit cessante ista Ecclesia, & ob hoc cum Ecclesiam istam, & futuram Christum per duo conuiuia designauerit, scilicet, per prandium, & cenam, in conuiuio primo quod istam Ecclesiam signat dicuntur congregati boni, & mali, vt patet hic, in alio conuiuio non dicuntur introisse aliqui mali, vt patet Luc. 14.

Quarto ponitur hoc ad ostendendum virtutem huius Ecclesie: nam differt malos ad Ecclesiam venire, quia in ista Ecclesia sunt sacramenta, per quæ mali iustificantur, & efficiuntur boni: & ideo nihil nocet malos ad Ecclesiam venire, dum tamen velent esse boni, quod non fit in congregatione vite æternæ, quia ibi non efficietur bonus, qui prius bonus non extiterit.

Quinto est hoc ad concordandum parabola, & intentioni eius, vt videatur quomodo finis sequitur ex principio: infra enim ponitur quomodo, qui introierat non habens vestem nuptialem eiectus est de domo nuptiarum in tenebras exteriores; non poterat tamen eijci, neque debebat, nisi malus esset: & ideo si malus aliqui ibi erat, oportet, quod tam boni, quam mali congregati fuerint.

Sed dicendum, quod inter istas causas illa est præcipua, quæ ostendit, quod in Ecclesia temper debet manere mali admixti bonis vsque ad consummationem seculi. Sic dicit Gregorius. Hoc dicit, quia in hac Ecclesia, neque mali esse sine bonis, neque boni sine malis esse possunt, bonus autem non fuit, qui malos tolerare recusauit.

Quare dicitur, quod impletae sunt nuptiae discumbentium. Quæst. LX.

Quare dicitur, quod impletae sunt nuptiae discumbentium.

Dicendum, quod hoc dicitur primò, quia plenitudo gentium introiit ad nuptias. Nam iste nuptiæ sunt in copulatione ad Christum per fidem, ad quam fidem tenendam intrauit multitudo gentium, quæ impleuit Ecclesiam. Sic dicitur ad Rom. 10. cap. Cæcitas ex parte contingit in Israel, donec introieret plenitudo gentium, & sic vnuerfus Israel saluus fieret.

Secundo dicitur hoc respectu inuitatorum primorum, id est, Iudæorum qui si venissent, non oporteret vocari alios, & tamen illis non venientibus gentes vocatae fuerunt valde plures quam futuri erant Iudæi, si soli essent.

Tertio dicitur hoc, vt videatur, quod non fuit secutus defectus aliquis non venientibus inuitatis, quia putaret quis, quod cum nemo illorum, qui inuitati erant, venisset, & subito vocati fuerint alij iam paratis cibis, quod pauci venirent, vt ergo videatur, quod multi venerint tot, quot sufficiebant nuptiarum celebrationi, dicitur quod impletae sunt nuptiae discumbentium. Sic dicit Origenes: Nuptiae, scilicet, Christi, & Ecclesie sunt impletae, dum restituti Deo, qui ab Apostolis sunt inuenti, recubuerunt ad epulandum in nuptijs.

Quid est, quod intrauit rex, vt videret discumbentes, & quare intrauit. Quæst. LXI.

Quid est, quod intrauit rex, vt videret discumbentes, & quare intrauit.

Dicendum, quod intrauit, vt videret discumbentes, sicut litera dicit. Nam vocati sunt boni, & mali, & vocantur mali, qui nuptialia vestimenta non habebant: ideo rex voluit videre an inter discumbentes esset quis, qui non haberet vestes nuptiales. Sic dicit Origenes. Sed quoniam bonos, & malos oportuit vocari: non autem, vt mali permanerent, sed vt deponerent vestimenta contraria nuptijs, & induerent nuptialia vestimenta, id est, vitæ benignitatis, & misericordie: ideo rex ingreditur, vt videat discumbentes prius quam apponatur eis prandium, vt retineat habentes nuptialia vestimenta atque delectet, condemnet autem contrarios.

Sed dicitur, quomodo Deus intrat ad nuptias, vt videat discumbentes?

Dicendum, quod Deus vbique est, & non potest intrare in aliquem locum, quia prius ibi erat, sed dicitur intrare in locum aliquem, quando circa illum nihil faciebat, & incipit aliquid facere. Deus etiam omnia semper videt tam bona quam mala. Prou. 15. cap. in omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos, & omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, neque est ei inuisibilis vlla creatura. ad Hebræ. 4. Et tamen dicitur interdum aliqua videre, quæ prius videbat, quia circa aliqua disponit aliquid efficiendo, quod prius non efficiebat, & ita quia in presenti multa mala sunt, quæ Deus nunc non punit, dicitur illa non videre, neque facientibus præsens esse, quando verò pro aliquibus penam imponit dicitur videre illa, & præsens esse, sic dicitur Gen. 18. ca. circa peccatum Sodomorum. Descendam, & videbo, au clamorem, qui venit ad me, opere compleuerunt an non. Quasi opus esset descendere ad urbem Sodomorum, vt sciret, an verum essent, quod peccassent Sodomitæ. Hoc autem descendere, & videre fuit, quia milit

Quomodo Deus dicitur quæ non videre quæ.

misit duos Angelos, qui subuerterunt Sodomam Gen. 19. cap. Ita & nunc quando aliquos non habentes vestes nuptiales mittit in tenebras exteriores dicitur intrare ad videndum discumbentes in nuptiis, id est, eos qui in Ecclesia manent, quia intra Ecclesiam militantem sunt istæ nuptiæ. Sic dicit Chrysof. Non quia alicubi præfens non est, sed quia ubi vult per iudicium aspicere ibi dicitur præfens, ubi autem non vult, ibi dicitur absens, dies autem aspectus est dies iudicii quando visitaturus est Christianos, qui super mensam scripturarum recumbunt.

Quid sit illa vestis nuptialis. *Quæst. LXI.*

QUARE DICITUR, quare dicitur hic, quod vidit hominem non habentem vestem nuptialem, quid sit illa vestis. Dicitur aliqui istam esse fidem, per quam nuptiæ fiunt.

Sed dicendum, quod non stat, quia iste, qui non habebat vestem nuptialem in nuptiis, erat idem quod est esse in Ecclesia, sed non potest aliquis esse intra Ecclesiam, nisi per fidem: ergo fidem habebat, & consequenter non est fides vestis nuptialis.

Dicendum ergo, quod fides non est vestis, sed charitas, & vocatur vestis nuptialis, id est, pulchra, sicut enim in nuptiis homines induuntur vestibus pulchris, ita & omnes vestes pulchras nuptiales vocamus, talis autem est charitas, quæ totum hominem pulchrum reddit, & Deo acceptum, quod non facit fides. Nam etiam in malis est fides, & Demones credunt, & contremiscunt Iaco. 1. cap.

Secundò, quia charitas facit hominem dignum nuptiis, id est, vita æterna, quod non facit fides, neque aliæ virtutes.

Tertiò, quia charitas fuit causa impulsiva ad istas nuptias: nam nuptiæ sunt inter verbum diuinum, & humanam naturam, & inter Christum, & nos, & ad utrumque impulit Christum amor, quem ad nos habet, & ille est charitas.

Quarto, quia ista sola est, per quam differunt filij regni, & exteriores, & ita Christus dixit, quod in hoc cognosceretur an essemus discipuli eius, si diligemus inuicem, sicut ipse dilexit nos. Sic dicit Gregorius. Quid autem debemus intelligere per nuptialem vestem, nisi charitatem? Quia hanc in se Dominus habuit, dum ad sociandæ sibi Ecclesiæ nuptias veniret. Intra ergo ad nuptias, sed sine veste nuptiali, qui in Ecclesia fidem habet, sed charitatem non habet.

Alij dicunt, quod vestis nuptialis est querere gloriam sponsi, qui autem non sponsi, sed propriam gloriam querit, vestem nuptialem non habet. Sic dicit Augustinus contra Faustum, scilicet. Sine veste nuptiali nuptias adit, qui querit ibi gloriam non sponsi, sed suam.

Tertiò dicunt alij, quod vestis nuptialis est gratia Spiritu sancti, & istud etiam verum est, & coincidit cum primo, quia charitas nunquam est sine gratia, & gratia nunquam est sine charitate, licet non sint idem. Sic dicit Hilarius. Vestis nuptialis est gratia Spiritu sancti, & candor habitus celestis, qui bonæ interrogationis confessione susceptus vsque in cætum regni cælorum immaculatus, & integer est reseruandus. Quarto dicunt alij, quod vestis nuptialis est observatio præceptorum Evangelicorum, qui enim illa observat ornatus ad nuptias intrat. Sic dicit Hieronymus. vestis nuptialis præcepta sunt Domini, & opera, quæ cõplentur ex lege, & Euangelio nouiq; hois efficiunt vestimentum. Sed primus, & tertius modus magis conuenit, quamquam alij duo ad hos redeunt.

QUARE DICITUR, quod rex vidit hominem non habentem vestem, cum multi sint huiusmodi, & non vnus. *Quæst. LXII.*

QUARE DICITUR, quare dicitur, quod vidit hominem non habentem vestem, in quo innuitur, quod vnicus erat, & tamē multi sunt in Ecclesia, qui charitatem non habent.

Dicendum, quod in die discussionis multi inueniuntur sine veste nuptiali, qui omnes mittentur in tenebras exteriores, & tamen parabola vnicum nominavit gratia exempli, quia satis erat vnum dicere cum per illum intelligantur omnes non habentes vestem.

Secundò fuit hoc, quia peccatores sunt, qui inueniuntur sine veste nuptiali, & omnes illi sunt, sicut vnus homo, quia licet peccata varia sint, tamen omnes peccatores concordant in hoc, quod a rectitudine deuiant: & ideo omnes sunt vnus homo non habens vestem nuptialem. Sic dicit Origenes: Vidit hominem non habentem vestem nuptialem. Singulariter dicit, quia vnus sunt generis omnes, qui feruant malitiam post fidem, quam habuerant ante fidem.

Quare rex vocat amicum eum, quem condemnat, & quomodo potuit sine veste intrare. *Quæst. LXIII.*

QUARE DICITUR, quare rex dixit homini amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Quomodo vocat amicum eum, quem condemnat, & quomodo potuit sine veste intrare?

Ad primum dicendum putant quidam, quod irrisorie, vel per antiphrasim eum amicum vocet, cum magis, vt inimicum condemnet, & ita Dominos solemus vocare, vel fratres, aut patres ironicè eos, ad quos non gerimus nos taliter qualiter nomina significant, quæ proferimus.

Secundò dicendum, & melius, quod Christus vocabit amicos, quia communicant cum eo in aliquo, scilicet, in fide, licet condemnet eos pro malis operibus. Et quantum ad hoc vocat eos maledictos. Item maledicti in ignem æternum infra 25. sic dicit Hieronymus. amicum vocat, quia inuitatus est ad nuptias quasi sit amicus per fidem. Arguit autem impudentiæ, quod veste sordida munditias polluerit nuptiales.

Quantum ad secundum videtur esse difficultas, scilicet, quomodo aliquis sine veste nuptiali possit intrare in nuptias, quia vestis nuptialis est charitas, vel gratia, vt dictum est supra quæstion. 60. & introitus in nuptias, id est, in Ecclesiam militantem est per baptismum, in quo cū fide infunditur simul gratia, & omnes virtutes gratuita, & ita datur sibi vestis nuptialis. Ob hoc cuilibet baptizato dicitur in baptismo accipere vestem candidam, in qua appareas coram Christo, & illa est nuptialis: ergo nemo intrat sine veste. Aliqui dicunt, quod quidam intrant in Ecclesiam sine charitate, scilicet, qui sicte accedunt ad baptismum: nam isti neque charitatem accipiunt, neque fidem habent.

Sed dicitur, quod non stat primo, quia cum soli eiciantur de nuptiis in tenebras exteriores, qui non habent vestem nuptialem. i. qui sine ea intrauerunt, solum condemnantur, qui ad fidem sicte accesserunt, quod falsum est, quia multi vere accedentes condemnant, quia in mortali decedunt. Secundò, quia cū oēs inuenti sine veste nuptiali foras mittuntur, irremissibiliter oēs qui sicte accedunt

accedunt, condemnantur necessario. Sed falsum est, quia si penituerint de hoc non damnantur.

Dicendum igitur, quod accipitur intrasse sine veste, id est, non habere vestem, quia non respicitur introitus, sed potius finis, vel exitus. Nam etiam si quis habuit vestem nuptialem, quando introiuit in ecclesiam si perdidit illam ita quod inueniatur sine ea in morte, damnabitur, & si quis introiuit sine veste nuptiali, id est, sine charitate in ecclesia, vt quia sicte accessit ad baptismum: postea autem deposita fictione recte creditur saluabitur, quia acquisiuit vestem nuptialem: dicitur tamen quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem, & non dicitur quomodo hic manens iuxta conuenientiam parabola, quia illi, qui in nuptias intrauerunt cum tali veste ibi manebant, cum quali intrauerunt, secus autem in ecclesia, quia cum ista vestis nuptialis sit aliquid spirituale, quod quotidie potest acquiri, aut periri, non attenditur introitus, sed permanens, & exitus cum veste, vel sine illa.

Quare dicitur, quod obmutuit ille qui sine veste nuptiali inuenitus est. *Quæst. LXIII.*

QUARE DICITUR, quare dicitur, quod obmutuit ille, qui sine veste nuptiali inuenitus est. Dicendum, quod tam ad parabola, quam ad literalem sensum causa est, quia deprehensus sine veste videt se errasse, & nullam excusationem erroris sui prætereundere potest, ideo obmutescit. Sic dicit Origenes: Quomam qui peccat, & non induit Christum, non habet excusationem aliquam, ideo obmutescit. Causa autem propria est ex conditione diuini iudicii. Nam in iudicio humano quantumcunque sit aliquid notum, potest aliquid negari, vel dissimulari saltem intentio faciendi, quæ nulli nota est nisi facienti. In iudicio autem diuino erit testis Deus, & Angeli, & totus mundus: ideo peccator non potens negare, neque dissimulare necessario obmutescet. Sic dicit Hieronymus: In tempore enim illo non erit locus impudentiæ, neque negandi facultas, cum Deus, Angeli, & mundus ipse testes sint peccatorum.

Secundo, quia in iudicio illo non solum erunt notæ operationes, sed etiam intentio operantis: Deus enim qui scrutator est cordium testimonium perhibebit.

Tertio, quia in illo iudicio qui condemnantur, non respondent quicquam. Nam conscientia eorum accusat eos conuincens vera esse pro quibus condemnantur, & ideo vere obmutescunt nihil respondendo.

Quare rex iussit mitti in tenebras, qui non habebat vestem nuptialem, & an fecit ei iniuriam, cum eum vocasset. *Quæst. LXV.*

QUARE DICITUR, quare rex iussit mitti in tenebras istum, qui non habuit vestem nuptialem. Nam videtur ei facere iniuriam, quia Deus iussit vocari omnes tam bonos, quam malos: & mali sunt illi, qui vestem nuptialem non habent, non ergo debuit illum mittere in tenebras.

Dicendum, quod Deus mandauit vocari bonos, & malos ad nuptias, quia in istis nuptiis, quæ mali erant, efficiuntur boni: sunt enim nuptiæ istæ in copulatione animæ ad Christum per fidem, & sunt nuptiæ intra ecclesiam, in qua sunt sacramenta, per quæ qui mali erant efficiuntur boni, scilicet, baptismus, & penitentia, ideo conueniens est vocari malos ad ecclesiam. Alph. Toit. in Matth. Pars VI.

siam, vt intra eam boni fiant: immo ad nihil aliud vocantur, nisi vt in ea iustificentur, quia extra ecclesiam nemo potest esse iustus, cum extra eam non sit salus. Licet ergo Deus malos vocet, petit ab eis, quod boni efficiantur, & si non fuerint boni effecti, in culpa sunt, & ideo iuste puniuntur. Sic dicit Origenes: Bonos, & malos oportuit vocari, non vt mali permanent, sed vt deponerent vestimenta contraria nuptiis, & induerentur nuptialia indumenta, scilicet, viscera benignitatis, & misericordiarum.

Quare dixit rex ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras. *Quæst. LXVI.*

QUARE DICITUR, quare dixit rex: Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras. Dicendum, quod innuitur hic incarcerationis eius, qui non habuit vestem nuptialem, incarcerationi autem solent ligari pedibus, aut manibus, aut utroque: damnati autem non sic incarcerationuntur, sed per similitudinem. Et dicitur aliqui quod ligatio ista est condemnatio iudicialis: nam qui condemnatur dicitur ligari, qui non condemnatur dicitur absolui a ligamine, quo tenetur: sic dicit Gregorius: Ligantur tunc pedes, & manus per distinctionem sententiæ, qui modo a prauis operibus ligari voluerunt.

Alij dicunt, quod istud ligamen sit prauarum cogitationum, & actionum, quibus quis ligatur, vt projiciatur in tenebras exteriores. Sic dicit Augustinus 8. lib. de Tri. scilicet, Prauarum vero, atque distortarum voluntatum implicatio vinculum est, quo alligatur, qui hæc agit, vt projiciatur in tenebras exteriores.

Aliiter potest dici, & melius, quod ligari tunc pedibus, & manibus erat fieri alligatum penis, ita quod nullatenus illas possit euadere, & quia homo solet se adiuuare contra nociua manibus repellendo illa, aut pedibus recedendo de loco, in quo nociua sunt: dicitur, quod erunt manus, & pedes ligati, quia neutro modo se adiuuabunt damnari contra poenas, sed necesse erit illas tolerare. Sic dicit Gregorius: Tunc Deus ligat in poena quos modo a bonis operibus ligauit culpa.

Adhuc etiam intelligi potest de cohibitione a malis operibus, scilicet, quod nunc mali operantur mala ad libitum, tunc autem non poterunt mala operari: malum autem dupliciter efficiunt, scilicet, malum committentes, & ad mala currentes. Vtrumque autem tunc impediuntur, quia neque manibus poterimus alicui nocere, neque ad mala current, qui damnari fuerint, sed manebunt sustinentes poenas debitas: vere autem tangitur hic conditio poenarum inferni. Nam per modum cuiusdam alligationis paritur anima, quæ est spiritus, ab igne infernali corporeo, de quo magis dicitur infra 25. cap. cum agatur de poenis inferni.

Quid est mitti damnatos in tenebras exteriores, & qua sunt illæ tenebræ. *Quæst. LXVII.*

QUARE DICITUR, quid est mitti damnatos in tenebras exteriores, & qua sunt illæ tenebræ. Aliqui dicunt, quod sunt istæ tenebræ quadam alienatio, & exclusio a Deo, ita vt illum non cognoscant damnati: execratio enim intellectus tenebra est, sed peccatores quædiu hic manent patiuntur tenebras interiores: quia licet contra Deum errent non recte cogitando, quod de illo credenda sunt, aut quod sunt pp illi agenda, tamen non penitus carent diuina cognitione, & ita tenebras patiuntur, sed

sed intra eum manent, & ideo istæ tenebræ interio- res vocantur: cum autem damnatus quis fuerit pro- fus priuatur diuina cogitatione, & ideo tenebras pati- tur, & exteriores sunt, i. quibus profus extra Deum est, has nunquam patitur mali ante damnationem, quia quantumlibet mali sint non priuatur omnimo da cogitatione de Deo. Sic tenet Augustinus, & Magister tractat. 4. distinctione sequens Augustinû.

Secundo, & melius dicendum, quod exteriores tenebræ sunt locus tenebrosus: nam non est aliud di- cere, quod mittantur in tenebras exteriores, quàm qd mittantur in carcerem, quia carcer est locus tenebro- sus, & possunt vocari exteriores, quia tenebræ intè- riores sunt, quas intra nos patimur, scilicet, tenebræ intellectus. Tenebræ exteriores sunt, quæ extra nos sunt, scilicet, in loco tenebroso, & istæ sunt tenebræ carceris, & in istas mittitur qui damnatus est. Nam tenebras interiores iam secum habet, sic accipit Gre- gorius, scilicet, Tenebras interiores dicimus cœcita- tem cordis: exteriores vero tenebras æternam no- clem damnationis.

Tertio accipiunt aliqui, quod tenebræ absolute sint ipsæ tenebræ inferni, & ibi sint interiores, & ex- teriores. Interiores quidem sunt profundiores, vbi maior est obsecuitas: exteriores vero propinquiores sunt ad os inferni, & locum luctus, & ita in tenebras exteriores mittitur, qui in minori damnatione sunt. Sic dicit Chrysost. Per hoc designatur differentia tor- mentorum in peccatoribus: sunt enim primæ tene- bræ exteriores, interiores autem nouissimi loci, licet aliqui intelligant ex opposito, scilicet, quod interio- res sint minores tenebræ, quàm exteriores, in quo non est insistendum, dum tamen ille inæquales sint, & per eas tormentorum differentia designetur. Ali- ter etiam accipit Chrysost. ligationem pro ligatio- ne in erroribus, quos hic incidimus, & mitti in te- nebras pro diuersitate pœnarum, & loci inferni: ait enim quotiens Deus tenet Ecclesiam suam ingre- ditur ad eam, vt videat discumbentes, & si inuen- rit aliquem non habentem vestem nuptialem inter- rogar eum, vt quid factus es Christianus, si hæc ope- ra diligebas? Talem ergo Christus tradit ministris suis, idest, aliquibus ministris seductionis, & ligant manus eius, idest, opera, & pedes, idest, motus ani- mæ, & mittunt eum in tenebras, idest, in errores, vel gentium, vel iudaorum, vel hæresum. Propin- quiores enim sunt tenebræ Gentilium, quia verita- tem spernunt, quam non audierunt, sed exteriores iudaorum, qui audierunt, sed non crediderunt, sed magis exteriores hæreticorum, qui audierunt, & di- dicerunt.

Sed dicendum, quod secunda positio est verior, & melior, quia nihil significatur hic, nisi incarcera- ri in inferno, & non sit differentia tenebrarum inte- riorum, & exteriorum in inferno secundum diffe- rentiam loci, sed quicunque est in inferno, dicitur esse in tenebris exterioribus. Quod patet quia iste, qui sine veste nuptiali inuentus est, designat omnes peccatores, vt dictum est supra, & iubetur mitti in tenebras exteriores: ergo omnes peccatores mitten- tur in tenebras exteriores.

Secundo patet, quia nemo damnatur, nisi qui in- uenitur sine veste nuptiali in die iudicij, idest, sine charitate, vel gratia, & tamen inuentus sine veste nuptiali mittitur in tenebras exteriores, ergo om- nes damnati ponuntur in tenebris exterioribus.

Tertio, quia si apud inferos poneretur differentia

tenebrarum interiorum, & exteriorum, cum peristû sine veste inuentum nuptiali designauerit Christus condemnandos, qui mittuntur in infernum, non diceretur, quod missus est in tenebras exteriores, sed diceretur absolute, quod missus est in tenebras, vt maneret locus distinguendi interiores, & exte- riores, secundum differentiam demeritorum, & ta- men dixit tenebras exteriores, ergo omnes tenebræ inferiorum sunt exteriores. Et ideo dicendum, quod tenebras exteriores vocantur ratione parabola ipsius carcerem, vt dictum est supra. Quantum ad sen- sum autem literalem nihil significatur hic per tene- bras exteriores, nisi locus tenebrosus inferni in qua- cunque parte eius sit, & non aliqua distinctio tor- mentorum. Sic dicit Origenes: Non solum reie- ctus est a nuptijs, qui iniuriam nuptijs fecit, sed ad- huc ministris regis super vincula constitutus ligatus in cessione, qua non est vsus ad bonum, & apprehen- soria virtute, qua nullum opus bonum impleuit, con- demnatus est in loco ab omni lumine alieno, qui vo- catur tenebræ exteriores.

Quare dicitur, quod in tenebris exterioribus erit fletus, & stridor dentium. Quæst. LXXIII.

QVAERETUR, quare dicitur, quod missio in tenebras exteriores eo qui sine veste fuit nuptiali erit ibi fletus, & stridor dentium.

Dicendum, quod istud ad literam erat verum secundum parabolam, quia ille, qui sine ve- ste nuptiali deprehensus missus est in tenebras exte- riores sustinebat ibi stridorem dentium propter fri- gus, & fletum parietum propter absentiam omnium bonorum, & presentiam omnium malorum quæ su- sinebit: hoc autem Christus inducit ad significandum pœnas quas patitur damnati in inferno, & licet sint ibi multa pœnæ, quales non sunt apud nos, voluit il- las innuere per istas pœnas, quas patiuntur hic homi- nes in carceribus, & ob hoc Christus sæpe nominat ista duo, scilicet, stridorem, & fletum, vt patet supra octauo capitulo de filijs regni qui eijciuntur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium, & supra decimotertio cap. in parabola de sagena missa in mare, & hic. Et hoc quia ista sunt multum commoda ad designandum pœnas inferni, & quia in inferno erit omne malum, sicut in vita æterna est omne bonum, erit pœna inferni in omnibus membris, & sensibus, in quibus homo prauè delectatus est. Sic dicit Hieronymus. In fletu oculorum, & stridore dentium per metaphoram membrorum corporalium magnitu- do ostenditur tormentorum: manus quoque ligatas, & pedes, fletus oculorum, & stridorem dentium ad comprobendam resurrectionis intellige veritatem. Vt illic dentes strideant, inquit Gregorius, qui de ead- em concupiscentias hic versabantur, quatenus singula membra supplicio subiaceant, quæ hic singulis qui- busque vitijs subiecta seruebant. Sed adhuc an se- cundum veritatem sit fletus apud inferos, & stridor dentium, dubium est, de quo dictum est supra 8. cap. quæst. 38. & magis declarabitur de hoc infra 25. cap. vbi agitur de pœnis inferni.

Quomodo est verum, & ad propositum Christi, quod multi sunt vocati, pauci electi. Quæst. LXXIX.

QVAERETUR, quomodo est verum, & ad propositum, quod multi sunt vocati, & pauci electi.

Dicendum, quod quantum ad metapho- ram

Quid vocati quidve electi sibi velint.

ram est hoc verum, & ad propositum, vt ostensum est supra, & etiam quantum ad sensum, quem Chris- tus intendit ex metaphora est verum: inducta enim fuit ista parabola ad significandum vocationem ad fidem Christi, quæ vocatio ordinatur ad vitam æternam. Et est verum, quod multi sunt vocati, & pauci electi, accipiendo vno modo respectu vocationis inuitatorum, & aliorum: nam qui inuitati erant, scilicet, Iudæi vocati fuerunt ad fidem per Aposto- los, & discipulos, & tamen non venerunt. Vocati autem dicuntur omnes illi, ad quos predicatio fi- dei peruenit: Electi autem dicuntur omnes, qui ad fidem per predicationem conuertuntur: Et recte electi dicuntur, quia Deus eligit illos, qui ad eum venturi sunt: Nam licet Predicator foris clamet nemo conuertetur ad fidem, nisi Deus intèrius cor- da tetigerit, sic dicit Christus Ioan. 6. Nemo potest ad me venire, nisi pater meus traxerit eum: & istud trahere est per gratiam, & vocatur gratia electio- nis, & quoniam ita est: quod vobis predicatur fides, qui ad illam non conuertuntur, dicitur quod multi vocati sunt, sed non sunt omnes electi. Sic dicitur ad Romanos decimo capitulo: Non omnes obe- diunt Euangelio: Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? quasi dicat, Non omnes, & quia non provenit hoc ex defectu predicationis, se- quitur ibi: Nunquid non audierunt? Responde- tur: Et quidem in omnem terram exiit sonus eor- um, & in finem orbis terræ verba eorum. Et hoc verum est quantum ad Iudæos, quia illis prædica- rum est, sed conserti noluerunt. Etiam quantum ad Gentiles, quia non fuerunt conuersi omnes, qui audierunt predicationem, sed aliqui eorum perse- quebantur predicationem.

Secundo potest intelligi respectu finis predicationis, & conuersionis: nam ideo predicatum est Euan- gelium, vt omnes conuerterentur ad fidem, ideo au- tem conuersio fit, vt per fidem salui efficiamur. Ioan- nis vigesimo capitulo. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est filius Dei, & credentes vitam habeatis in nomine eius. Dicuntur ergo vocati qui- cunque per predicationem conuersi sunt ad fidem, & tamen non sunt omnes electi, quia non perue- niunt omnes ad vitam æternam. Nam licet quibus- dam Deus det gratiam conuersionis, non dat eis gra- tiam perseuerandi in fide, vel in operibus fidei, & ita pereunt: eligere autem est dare gratiam istam perse- uerandi, & perueniendi. Dicitur eligere, quia ex multis aliquos accipit, quibus istam gratiam det, & non omnibus. De hoc dicit Gregorius: Nonnulli enim bona neque incipiunt, nonnulli vero in bonis, quæ inceperunt, minimè persistant, tanto ergo sibi vniuersisque sollicite metuat, quanto ignorat, quæ restant.

Dicendum autem, quod licet vterque sit conueniens sensus, tam è iste secundus est melior, & quem intendit litera. Nam ex eo quod multi venerunt ad nuptias, ita vt impleverunt discumbentium, & non omnes manserunt in eis, sed qui non habuit vestem nuptialem missus est in tenebras: concluditur, quod multi sunt vocati, & pauci electi, & tamen illud si- gnat, quod multi conuocantur in ecclesiam, & ma- nent in ea nunc, & postea in morte mittuntur ad inferos: ergo intelligitur, quod multi sunt vocati ad ecclesiam, & incorporati in ea, qui non sunt electi ad hoc, quod habeant vitam æternam, ad quam ordina- tur ista ecclesiastica congregatio.

Sed obijcietur, quod non conueniat hoc, quia di- citur, quod multi sunt vocati, & pauci electi, & ta- men hic non ponitur nisi vnus missus in tenebras, Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

A qui non habuit vestem nuptialem: ergo non bene concluditur, quod pauci sunt electi, immo multi sunt vocati, & multi electi.

Dicendum vno modo, quod exponendum est ne- garinè, scilicet, multi sunt vocati, pauci autem electi, idest, non sunt omnes electi, qui sunt vocati, cum vnus missus fuerit in tenebras de illis vocatis.

Secundo potest exponi, & melius, scilicet, scilicet, quod multi sunt vocati, & pauci electi, quia plu- res de vocatis sunt, qui non eliguntur, quàm qui eligi- tur, & hoc accipiendo vno modo vocationis. Nam si accipiat primo modo de dictis pced. q. Vt est, qd plures fuerunt vocati, qd electi, quia plures fuerunt, quos p- dicati est Euangelij, & non conuersi sunt, qd illi, qui con- uersi sunt. Nam de Iudæis pauci conuersi sunt, & oēs fe- rè manserunt in fideles, De Gentilibus quoque, licet multi crediderint, multo plures in fuerunt, qui non conuersi sunt tunc, sed paulisper ista multitudo, qd nunc est credentium creuit, quia partim nata est de illis paucis, qui a principio crediderunt, partim autem p successionem temporum alij conuersi sunt, qui a principio conuerri noluerant, & tunc cum predicabatur, plures erant qui audientes non conuerterantur, qd qui audiebant, & con- uertebantur. Accipiendo secundo modo est verum, quia vocati multi ad fidem, i. conuertuntur ad eam, & in pauci sunt electi, quia pauciores saluatur de Christianis, qd sal- uentur, vbi est cõs positio, & satis verifimilis. Et hoc aliquantulum innuitur Psal. 39. f. Annunciaui, & locutus sum, & multiplicati sunt super numerum, i. annuncia- ui fidem predicandam, & multiplicati sunt, & credentes su- per numerum, idest, vltra numerum electorum.

Sed obijcietur, quod omnes, qui conuertuntur salucentur, & ita sint electi, quia dicitur Actuum decimotertio, audientes gentes gauisæ sunt, scilicet, de predicatione fidei. Et sequitur. Et glorificabant verbum, & crederant quotquot erant præordina- ti ad vitam, idest, electi.

Dicendum, quod multi conuersi sunt, qui perie- runt, sed dicitur, quod crediderunt quotquot præ- ordinati erant ad vitam, sed non dicitur quotquot crediderunt erant præordinati ad vitam, & illud verum est, quia sine fide impossibile est placere Deo. ad He- bræos vndecimo capitulo. & quia multi erant de gen- tilibus quos Deus prælegerat ante mundi constitu- tionem, vt essent sancti, & immaculati cum eo ad Eph. primo capitulo. & in illo statu non poterant sal- uari, quia extra Ecclesiam nullus omnino saluatur, extra de summa tria. capitulo. firmiter oportuit, quod ad fidem, & vnitatem Ecclesie venirent, & isti erant, qui credebant, quando predicabatur eis, & tamen cum istis conuerterantur multi alij, qui non erant præordinati ad vitam: sed de illis, qui conuerri nole- bant erat verum, quod non erant præordinati ad vi- tam: nam sic manentes saluari non poterant: potis- sime cum litera dicat ibi, quod crediderunt quot- quot erant præordinati ad vitam, ergo manet, quod multi conuertuntur, qui non saluantur: immo plu- res de his, qui conuertuntur, sunt qui non saluantur.

Ad rationem in contrarium dicendum, quod multi sunt, qui intra Ecclesiam manent sine veste nuptiali, & in morte mittentur in tenebras inferni per Deum, & tamen multitudinem illam designa- uit Christus in parabola ista per vnicum hominem non habentem vestem propter causam dictam supra, & tamen licet de vno ponatur Christus innuit, quod nos intelligimus tales esse multos, scilicet, qd de vocatis, & incorporatis Ecclesie plures sunt sine veste nuptiali, quàm cum illa, & ideo ex inpossi- to illo concludit, quod multi sunt vocati, & pau- ci electi.

C 2 Tunc

Quæst. 62.

Extra Ec- clesiam nul- lus saluatur.

In q. 27.

In q. 29.

Tunc abeuntes Pharisei, consilium inierunt vt caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces: & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum: dic ergo nobis quid tibi videtur, licet census dari Cæsari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum ait: Quid me tentatis hypocrite? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

Mar. 12.

Rom. 13. Mar. 12. Luc. 20. Act. 23.

Hic ostenduntur Iudæi contradictores diuinæ veritatis ipsam impugnando: & diuiditur in tres partes, quia primo impugnaverunt Christum de veritate doctrinæ, ibi. *In illa die accesserunt.* Secundo de veritate vitæ, ibi. *Pharisei autem audientes.* Prima in duas, quia primo ponitur Phariseorum fallax interrogatio. Secundo ipsius Christi vera responsio, ibi. *Cognita autem Iesus nequitia.* Circa primum dicitur. *Tunc abeuntes Pharisei.* Scilicet, Postquam Christus dixit istam parabolam contra principes sacerdotum, & Phariseos, seniores, & Scribas, dicitur abeuntes, scilicet, recedentes de loco, in quo cum Christo erant. Nam audiebant parabolas, quas ille contra eos dicebat. *Consilium inierunt.* Id est, fecerunt inter se. Nam sine consilio non putabant se præualituros. *Vt caperent eum.* Vt deciperent, vel tenerent in contradictione aliqua, ita vt non posset respondere. *In sermone.* Id est, Per artem verborum volebant eum tenere, & non violenter capiendo, & mittendo manus in eum, quia hoc non audebant. *Et mittunt ei, Id est, Ad eum.* Discipulos suos. Scilicet, Non iuerunt Pharisei, sed discipulos suos miserunt. *Ad querendum, & tentandum cum Herodianis.* Isti Herodiani Phariseis fauebant, ideo iuerunt cum discipulis eorum ad Christum. Qui autem sint Herodiani infra dicitur. *Dicentes.* Scilicet, Discipuli dicentes, quia illi locuti sunt ista verba, licet illa dederant eis Pharisei in mandatis, vt dicerent. *Magister.* Erat enim Christus Magister, quia docebat populum prædicando. *Scimus quia verax es.* Verba ista quamquam vera sint, adulatoria tamen erant, & ad decipiendum composita. Et dixerunt scimus quia verax es, id est, pro nullo homine mendacium diceret. *Et viam Dei in veritate doces.* Scilicet, Doces viam colendi Deum, & perueniendi ad ipsum: & in hac non mentiris, neque falleris in aliquo. *Et non est tibi cura de aliquo.* Id est, nihil facis propter acceptionem personarum, vnde veritatem non peruerteres pro aliquo homine. *Non enim respicis personam hominum.* Declaratio est præcedentis dicti, id est, respicis Deum, vel veritatem, & non hominem. Sed quicumque sit pro quo, vel contra quem loqui debeas, non est tibi cura. *Dic ergo nobis.* Postquam posuerunt ea, per quæ ostendebant conueniens esse petere ab eo dubium istud, incipiunt proponere illud. *Quid tibi videtur.* Scilicet, De hoc, quod querimus. *Licet census dari Cæsari, an*

non? Id est, Nunquid est licitum nobis, qui Iudæi sumus dare tributum Cæsari, qui Gentilis est? Cæsar enim tunc Iudæos regebat sub dominio suo eos tenens.

Cognita autem Iesus nequitia eorum. Hic ponitur responsio Christi contra Phariseos. Et primo ostendit motuum illorum ad querendum esse malum. Secundo ostendit id, quod in questione est verum, & dicitur: *Cognita nequitia eorum, scilicet, quod non querebant desiderio sciendi veritatem, sed capiendi Christum in sermone, vt dicitur supra in litera.* *Aut quid me tentatis hypocrite?* Contumelia est, quia eos hypocritas vocat, quod ad iniuriam pertinet. Et dixit quid me tentatis, id est, ad tentandum me, & capiendum in sermone dicitis hæc verba, & non ad sciendum veritatem. *Ostendite mihi numisma census.* Quasi dicat, Ex denario apparebit solutio questionis. Et potest accipi numisma, id est, figura nummorum, vt dicitur in sermone dicitis hæc verba, & non ad sciendum veritatem. *Ostendite figuram denariorum.* Vel accipitur numisma, id est, nummus. Et est sensus: ostendite mihi numisma census, id est, nummum qui soluitur pro censu. Et iste est melior sensus, quia dicitur numisma census, & non numisma denarij. *At illi obtulerunt ei denarium.* Id est, Vnum nummum qui valebat decem minutos nummos. *Et ait illis Iesus. cuius est imago hæc.* Est sensus, quod Christus accepit denarium in manu, & considerauit imaginem quæ in eo sculpta erat, & de illa quæsiuit cuius erat, vt illi responderent. *Et superscriptio.* Id est, Literæ quæ sunt supra imaginem, vel in circuitu eius, sicut in nostris denarijs sunt imagines regum. & in circuitu est vna linea literarum continens nomen regis, & dignitatem. *Dicunt. Cæsaris.* Id est, quod erat imago Cæsaris, scilicet, Romani Imperatoris, & superscriptio erat nomen Imperatoris. *Tunc.* Scilicet, Quando dixerunt, quod erat imago Cæsaris. *Aut illis.* Id est, Discipulis Phariseorum. *Reddite ergo.* Consequentiam facit, id est, quia sic est, quod est imago ista, & superscriptio Cæsaris. *Quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* Id est, Non est iniustum, quod soluat istum censum Cæsari cum ista moneta, quam soluitis sit illius. *Et quæ sunt Dei, Deo.* Id est, Cuiuslibet reddite quod est sibi debitum, neque est inconueniens, quod aliquid sit debitum hominibus, & aliquid sit debitum Deo. *Et audientes mirati sunt.* Scilicet, Quando discipuli Phariseorum audierunt responsionem ita manifeste, & plane conuincentem, mirati sunt, quomodo potuerit euadere laqueum, quem ipsi instruxerant ad eum capiendum in sermone: nam argumentum cornutum est istud. *Et relicto eo abierunt.* Id est, Quia non potuerunt eum capere in sermone, sicut putauerant, neque iam sciebant quomodo contra eum arguerent videntes se confusos abierunt.

An ista fuerunt facta post præcedentem parabolam statim. Quæst. LXX.

QUÆRITUR, an ista, quæ habentur hic, fuerint facta post præcedentem parabolam, & an statim, vel interposito aliquanto tempore.

Ad primum dicendum, quod est ordo rectus, quia prius fuit posita parabola de inuitatis, deinde fuit facta ista questio Christo. Et patet primo, quia nunquam est recedendum ab ordine literæ sine causa manifesta, & tamen hic nulla causa est, ideo dicendum est, quod talis ordo fuerit, qualis ex litera apparet. Secundo patet, quia eundem ordinem tenent cæteri Euangelistæ. Marcus enim, & Lucas istud referunt, & ponunt sub eodem ordine,

Alig igno-
rantes ex
hoc text. in
sensu, qd
minu Cæ-
saris est de
iure diui-
no, sed qd
insipienter
loquantur,
non opus
explicare
cui liquido
cõstet esse
falsum: im-
mo Cæsa-
reus princi-
patus a pri-
cipio fuit
tyrannicus,
teste Cice-
rone i Phi-
lip. qui lau-
dar interfe-
ctores Iu-
lij Cæsaris

dine, quia postquam dicunt, quomodo voluerunt mittere manus in Christum principes sacerdotum, & seniores pro parabolis, quas contra eos dicebat adiungitur, quod fecerunt consilium contra eum, quomodo caperent in sermone illum, Lucæ 20. & Mar. 12. cap. Ad secundum dicendum, quod istud statim factum est, scilicet, mox, vt Christus dixit parabolas præcedentes, quod patet ex litera, scilicet, tunc abeuntes Pharisei, id est, quando facta sunt ea, quæ habentur supra de parabolis propositis contra illos.

Quomodo isti Pharisei abierunt, & quare. Quæst. LXXI.

QUÆRITUR, quomodo isti abierunt, & quare. Ad primum dicendum, quod isti erant cum Christo, quando proponebat omnes parabolas præcedentes: nam vt habetur præcedenti cap. principes Sacerdotum, & Scribæ iuerunt ad Christum docentem, quæretes in qua potestate hæc faceret, & tunc postquam respondit eis cepit proponere parabolas contra illos vnâ de duobus filijs, aliam de agricolis, & vinea, & post illam istam de inuitatis. Et dum omnia hæc diceret Christus, aderant ei principes sacerdotum, & cæteri: dictis autem illis recesserunt a Christo, & ita potuerunt abire, scilicet, quia ante hoc cum eo fuerant.

Ad secundum dicendum, quod abierunt primo, quia iam nihil cum Christo facturi erant, ideo non erat ad quid manerent cum eo. Secundo, & præcipue, quia confusi erant: nam Christus dixerat contra eos omnes istas parabolas, in quibus eos accusabat: nam in prima dixit, quod meretrices, & publicani præcederent eos in regno Dei. In secunda, dixit quod auferretur ab eis regnum Dei, & daretur genti facienti iustitiam eius. In præcedenti autem dixit ciuitatem eorum exurendam, & ipsos occidendos velut homicidas, & ita non poterant iam suam confusionem sustinere. Tertio, quia volebant ire, vt seorsum manentes consilia fruerentur contra Christum, & hoc litera innuit, scilicet, abeuntes consilium inierunt, vt caperent eum in sermone.

Quomodo dicitur, quod Pharisei abierunt, vt consilium inirent cum ibi non essent. Quæst. LXXII.

QUÆRITUR, quomodo dicitur, quod Pharisei abierunt, vt consilium inirent: nam Pharisei non erant ibi, ideo non poterant abire ad consiliandum.

Dicendum, quod Pharisei erant ibi, & audierunt parabolas præcedentes, quæ etiam contra eos dicebantur, sicut contra principes Sacerdotum, & ideo abierunt. Sed obijciatur, quod isti non venerunt contra Christum, sed soli principes sacerdotum, & seniores populi: isti enim dicuntur accessisse ad eum docentem, præcedē. cap. Dicendum, quod alij etiam erant ibi, sed Matthæus omisit alios notare, sicut multa alia omittit ipse, & quilibet Euangelistarum, & solet vnus omittere aliqua, quæ alius exprimit. Et patet hoc, quia vbi Matthæus dicit, quod accesserunt principes sacerdotum, & seniores populi, dicitur Mar. 11. cap. quod accesserunt summi sacerdotum, & scribæ, & seniores: ita ergo de Phariseis. Dicendum est, quod licet non exprimat ibi, accesserunt tamen & ipsi ad Christum, & patet quia ipsemet Matthæus postea expressit in fine præcedentis cap. cum audissent principes sacerdotum, & Pharisei parabolas eius cognouerunt, quod de ipsis diceret, & ita Pharisei interfuerunt illis parabolis, & et isti de inuitatis, & audita ea recesserunt, vt consilium inirent contra eum. Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Quare potius dicitur de Phariseis, quod abierunt, vt inirent consilium contra Christum, quam de scribis, & principibus sacerdotum. Quæst. LXXIII.

QUÆRITUR, quare potius dicitur de Phariseis, quod abierunt, vt inirent consilium contra Christum, quam de cæteris, cum nunc essent simul principes sacerdotum, & seniores, & Scribæ, & Pharisei. Dicendum, quod omnes isti abierunt, & non solum Pharisei: nam omnes hi erant cum Christo, & audiebant parabolas, vt dictum est præcedenti quæst. & nunc cum nihil acturi essent cum Christo oportet dici, quod omnes recederent. Nisi forte aliquis dicat, quod manserunt principes sacerdotum, & Scribæ, & seniores cum Christo, & abierunt soli Pharisei ad inirendum consilium. Sed non ita: primum quia non est verisimile, quod manserint isti cum Christo recedentibus Phariseis, quia non erat aliquid ad quod manerent. Secundo, quia litera Marci 12. & Lucæ 20. innuit recessisse omnes istos a Christo, scilicet, cognouerunt, quod ad eos parabolas hanc dixerit, & relicto eo abierunt. Tertio, quia Pharisei postquam recesserunt miserunt discipulos suos ad Christum, vt quærent de censu dando Cæsari, & tamen si manserint principes sacerdotum, & scribæ, & seniores cum Christo non erat verisimile, quod discipuli Phariseorum in conspectu eorum aliquid quærent a Christo. Quarto, quia innuit, quod quando discipuli Phariseorum istud quæserunt a Christo, innuit quod nemo erat præsens, nisi populus, Lucæ vigesimo, scilicet, & non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in verbo eius tacuerunt, & tamen si principes sacerdotum, scribæ & seniores essent ibi, quando discipuli Phariseorum istud proponerent, non dicerentur proponere coram sola plebe, ideo non erant ibi illi, sed omnes abierant.

Supposito autem, quod omnes recesserunt, manet dubium, quare potius Pharisei, quam cæteri iuerunt ad inirendum consilium contra Christum.

Dici potest vno modo, quod Pharisei hoc fecerunt, quia licet cæteri persequerentur Christum, tamen Pharisei magis persequerentur eum. Et patet hic in consilio isto. Patet etiam infra in litera: nam iterum dicitur, quod Pharisei audientes quod silentium imposuisset Saducais conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis. Sic etiam Ioan. v. decimo, in tractatu de morte Christi magis nominantur isti Pharisei cum principibus sacerdotum, quam Scribæ, & seniores, licet illi etiam consiliati fuerint in morte Christi.

Secundo potest dici, quod non soli Pharisei inierunt consilium istud, sed omnes illi, qui prius congregati erant contra Christum, scilicet, principes sacerdotum, & Scribæ, & seniores, & Pharisei. Et ita innuitur Marci duodecimo cap. scilicet, Et relicto eo abierunt, & mittunt ad eum quosdam de Phariseis. Et hoc magis innuitur Lucæ vigesimo cap. scilicet, Et querebant principes sacerdotum, & Scribæ mittere in illum manus, & timuerunt populum, & obseruantes miserunt insidiatores: & ita principes sacerdotum, & Scribæ erant, qui miserunt istos insidiatores, & ipsi consilium inierunt, & non soli Pharisei.

Sed tenendo istam positionem, quæ verior videtur, petitur quare dicitur, quod Pharisei hoc fecerunt, cum omnes hoc fecerint.

Dici potest vno modo, quod plurimi istorum erant Pharisei, & ideo attribuitur eis id, quod omnes faciebant. Secundo fuit, quia Pharisei erant magis solliciti ad hoc quam cæteri, & erant acro-

res hostes Christi: & ratio esse videtur, quia ipsierant, qui maiorem sanctitatem in populo simulabant, & qui in maiori opinione a populo tenebantur, & ideo magis eis deperibat de honore viuentis Chriſto quam ceteris, & ob hoc magis mortem eius cupiebant, & cum maiori sollicitudine illam tractabant.

Quare Phariſæi, & ceteri conſilium contra Chriſtum inierunt. Quæſt. LXXIII.

Quare Phariſæi & ceteri conſilium inierunt contra Chriſtum. Dicendum, quod fuit primò, quia ipſi videbant, & agnoſcebant Chriſtum eſſe virum valde prudentem, & ideo non poterant eum decipere, niſi in re, quæ haberet magnam verſimilitudinem: talis autem non occurrit ſubito homini, ſed per multam cogitationem: ideo habenda eſt magna cogitatio, & hoc eſt conſiliari.

Secundò, quia vtdicitur in litera volebant eum capere in ſermone, & ad hoc requiritur magnum ingenium, & res excogitata: ideo conſilium fecerunt.

Tertiò, quia ſæpe eos confundebat in reſponſionibus: cum enim illi proponerent aliquid, quod videbatur concludere ex neceſſitate, Chriſtus ſubito reſpondebat diſſoluendo argumenta, & calumnias eorum, vt patet quando quæſierunt ab eo, in qua poteſtate faceret præcedenti capiti. nam credebant quod non poſſet ad hoc reſpondere. Etiam quando adduxerunt ad eum mulierem captam in adulterio, & quæſierunt an deberet lapidari, vel dimitti: erat enim argumentum cornutum, & quidquid reſponderet, videbatur contra eum debere militare, & ipſe faciliſſe, & aperte reſpondit, ſcilicet, Qui ſine peccato eſt, primùm lapidem mittat in eam: Ioannis 8. cap. & ideo oportebat, quod non proponerent Chriſto ad tentandum eum rem leuem, ſed grauem: talis autem non occurrit homini ſine cogitatione: ideo conſilium inierunt ad hanc rem inueniendam. Sed tunc ſuppoſito, quod conſilium inire volebant contra Chriſtum, quare abierunt ad conſilium faciendum?

Dicendum, quod etiam ſi non inuiti eſſent conſilium contra Chriſtum, abire debebant propter rationes poſitas ſupra, & tamen ex eo, quod conſiliari erant, expediebat quod abirent. Primò, quia coram Chriſto non erat locus cogitandi, & inueniendi quid dicerent, quia quandiu cum illo maneret, oportebat, quod aliquid dicerent ei, vel aliquid audirent ab eo attentè, ſed nullum illorum comparitur ſecum inuentionem conſilij: ideo non poterant manere cum illo.

Secundò, quia iſtud conſilium inueniri debebat, & concludi ex communi cogitatione, & deliberatione, & diſcuſſione inter ſe Phariſæorum & principum ſacerdotum, & ſcribarum, & ſeniorum, & ita debebant colloqui ſuper re iſta, quoaduſque ex intentione omnium concluderetur, quod eſſet conueniens medium ad tentandum, ſed iſta colloctio illorum non poterat fieri coram Chriſto, ſed ipſi ſecretè eam habere debebant: ideo debuerunt abire ad conſilium faciendum.

Tertiò, quia ipſi deliberabant, quod non proponerent ipſi quæſtionem hanc, ſed diſcipuli illorum, quos poſtea mitterent, vt dicitur in litera, & Marc. 12. & Lucæ 20. & ideo conſilium non erat faciendum coram Chriſto, quia hoc erat ſi ipſi met propoſituri erant quæſtionem: ideo abire debuerunt, vt conſiliarentur, & tunc mitterent, quos vellent ad proponendum quæſtionem Chriſto.

Quare Phariſæi volebant tenere Chriſtum in aliquo tentando eum. Quæſt. LXXV.

Quare Phariſæi, & principes ſacerdotum volebant capere Chriſtum, ideſt, tenere in aliquo tentando eum.

Dicendum, quod fuit hoc. Primo, quia fruſtrati fuerant deſiderio ſuo per vnã viam, & redire volebant ad illud per aliam: nam tentauerant Chriſtum ſuper iſta, dicentes: In qua poteſtate hoc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem? præcedenti capiti. & non præualuerunt, ſed fuerunt confuſi: ideo non ceſſante iniquitate eorum licet coniuncta voluerunt tentare eum per alium modum. Sic dicit Chryſoſtomus. Sicut ſi aliquis claudere voluerit aquæ currentis meatum, ſi excluſa fuerit per aliquam violentiam aliunde ſibi ſemitam quærat: ſic Iudeorum malignitas ex vna parte confuſa alium ſibi aditum adinuenit.

Secundò fuit, quia dolebant ſe eſſe confuſos, & abiectos & conuiuijs ſaturatos in parabolis, quas Chriſtus contra eos dixerat, ſcilicet, quod meretrices præcedent eos in regnum Dei, & quæſierunt ab eis regnum Dei, & daretur alteri genti, & quod ipſi, vt inuitati homicidæ occiderentur, & ciuitas eorum ſuccenderetur, ideo pro his volebant vicem reddere capientes eum aliquo modo, vt confundere ipſum, & ſic aliquam vindictam de eo ſumerent.

Tertiò fuit, quia iſti oderant Chriſtum toto animo, & vita eius erat eis difficilis: ideo quidquid mali poſſent agere contra illum agerent, & ita voluerunt illum tenere, quia hoc erat illi magnum malum.

Quare potius voluerunt Phariſæi Chriſtum in ſermone capere quàm in alia re. Quæſt. LXXVI.

Quare potius voluerunt Phariſæi Chriſtum in ſermone capere quàm in alia re.

Dicendum, quod capere eum erat aſſerre aliquam reprehensionem contra eum, ad quã ipſe non poſſet reſpondere, & ita teneretur concluſus. Hoc autem rem facere debebant, vel ex vita, vel ex doctrina, ſed ex vita non poterant, quia manifeſte erat vita ſua ſine crimine, iò ex vita non poterunt eum redarguere, & ob hoc quæſierunt quid calumniarentur in doctrina, ſed calumniari in doctrina eſt capere in ſermone, cum doctrina in ſermone conſiſtat: ideo conuenienter voluerunt capere in ſermone quem aliter ſciebant non poſſe capere.

Secundò fuit, quia volebant ei reddere vicem confundendo eum in illo, in quo ipſe confuderat eos: nam quærentibus eis a Chriſto, in qua poteſtate hæc facis, confudit eos Chriſtus cogendo ad hoc, vt ſuam ignorantiam conſiterentur præcedenti capitulo. Deſiderauerunt ergo ipſi aliam ſimilem ignominiam ei inferre tenendo eum in ſermone.

Tertiò, & principaliter dicendum, quod voluerunt eum tenere in ſermone, quem in rebus tenere non poterant: nam cum Chriſtus dixiſſet multas parabolâs contra Phariſæos indignati ipſi voluerunt eum tenere, & occidere, & tamen timuerunt populum aſtantiem, præcedenti capitulo, & Marc. duodecimo, & Lucæ vigefimo, & ideo, cum non eſſet aliud, in quo eum tenere poſſent, voluerunt ſaltem tenere in ſermone. & hoc expreſſum eſt, quod conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone, quia ſi diceretur abſolutè, vt caperent eum, intelligeretur,

telligeretur, vt caperent perſonaliter, & incarcerationem, vel iniicerent manus ad occidendum: ideo expreſſum eſt iſtud, quia aliud facere non audebant.

Ad quid volebant Phariſæi capere Chriſtum in ſermone. Quæſt. LXXVII.

Quare Phariſæi non conati ſunt capere Chriſtum in ſermone.

Aliqui dicunt vno modo, quod faciebant ad habendum vindictam de eo, quod paſſi erant: ſæpe enim Chriſtus redarguebat Phariſæos, & Scribas, & ſeniores conuincens eos errare: voluerunt ergo ipſi ſemel ſaltem eum in ſermone capere conuincendo errare, vt in hoc vindictam haberent de omnibus confuſionibus, quas paſſi fuerant.

Secundò dicunt aliqui, quod fuit ad inueniendum opinionem eius in conſpectu plebis: ante prædicationem enim Chriſti, & miracula eius Phariſæi erant in magna opinione apud plebem tanquam viri religioſi: Chriſtus autem oſtendebat eorum iniquitates, vt patet ſequenti capiti. vbi ſæpe vocat eos hypocritas, & ita populus iam minus eos honorabat deuotus exiſtens Chriſto, & approbans doctrinam eius, & opera. Cupiebant ergo Phariſæi conuincere Chriſtum coram populo circa aliquam rem, vt erraret, vt ſic concluderent, quod tota doctrina eius, & opera fundabantur ſuper errore, & inciperet populus eum abijcere, & rediret ad exhibendum honorem Phariſæis, ſicut Chriſto faciebat, & hoc innuitur Lucæ vigefimo, ſcilicet. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe. Et ita ſignificatur, quod hoc intendebant, ſcilicet, redarguere eum coram plebe, ſed non potuerunt.

Tertiò debet dici, & melius, quod hoc faciebant ad occidendum illum, ſcilicet, vt caperent eum in ſermone in aliquo errore, propter quem deberet occidi. Et hoc patet dupliciter. Primò, quia dicitur Lucæ vigefimo capitulo, & obſeruantes miſerunt inſidiatores, vt caperent eum in ſermone, & traderent eum principatui, & poteſtati Præſidis, ſed tradere Præſidi non erat, niſi ad mortem, quia ipſi non habebant poteſtatem occidendi quemquam Ioannis decimo octauo capitulo, & ita ad vltimum fecerunt, quia ipſum tradiderunt Pontio Pilato præſidi, vt illum occideret, & cum ille diceret eis. Secundum legem veſtram indicate eum. Reſponderunt illi: Nobis non licet interficere quemquam eodem capitulo. Et ita nunc volebant tentare eum capientes in verbo, vt traderent illum Præſidi ad hoc, quod eum occideret.

Secundò patet, quia cum audiuiſſent parabolâs eius contra ſe dictas indignati voluerunt mittere manus in eum præcedenti capitulo. & Marc. duodecimo: & Lucæ vigefimo: ſed non auſi ſunt timentes plebem eodem capitulo: & ideo quod non auſi ſunt facere per ſe ipſos voluerunt facere per Præſidem, & ad hoc voluerunt eum capere in ſermone, vt ſic capti traderent Præſidi ad occidendum. Sic dicit Beda. Principes quærentes Dominum comprehendere quod per ſe non poterant, præſidis manibus efficere tentabant.

Tertiò patet hoc ex quæſtione, quam propoſuerunt: erat enim iſta ad mortem ſi reſponderet non eſſe ſoluendum cenſum, ſicut illi credebant, quod reſponderet in fauorem gentis ſuæ: & ita iſta fuit vera cauſa, ſcilicet, vt eum occidi facerent propter errorem, in quo eum capere cupiebant.

Alph. Toſt. in Matth. Pars VI.

Quare Phariſæi non conati ſunt capere Chriſtum in factis, & non in ſermone. Quæſt. LXXVIII.

Quare Phariſæi non conati ſunt capere Chriſtum in factis redarguendo eum circa vitam ſuam, ſicut voluerunt capere in ſermone.

Aliqui dicunt, quod hoc fecerunt, quia non erat aliquid reprehenſibile in eo: nam peccatum non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius, prima Petri ſecundo cap.

Dicendum, quod verum eſt, quod Chriſtus nunquam peccauit, neque erat in eo aliquid verè reprehenſibile: & tamen Phariſæi de multis eum redarguebant interdum dicentes eum non eſſe a Deo; eo quod non cuſtodiret ſabbatum: Ioannis nono, interdum dicebant, quod manducaret cum publicanis, & peccatoribus ſupra nono, & Lucæ quinto, & aliquando dicebant, quod erat vorax, & potator vini: ideo videtur quod poterant obijcere ei aliquid iſtorum, & redarguere eum de hoc.

Aliqui dicunt, quod ideo non obiecerunt, quia licet iſta dicerent contra eum ex iniquitate Phariſæi: tamen non erant vera, & ita cum ille ea negaret, ſuccumberent ipſi in probatione, & eſſet eis confuſio, & non Chriſto, & ideo voluerunt eum in verbo capere.

Dicendum, quod non ſtat: nam licet quedam obiectorum eſſent falſa, ſcilicet, quod eſſet vorax, & potator vini, ſupra 11. cap. alia erant vera: ſc. cum publicanis, & peccatoribus manducabat interdum, ſicut patet quoniam comedit in domo Matthæi ſupra nono cap. & ita poterant iſta tanquam vera allegari.

Eſt igitur dicendum, quod licet aliquid poſſent allegare Phariſæi contra vitam Chriſti quod apud eos iudicatur malum, vel imperfectio: tamen non allegauerunt, quia ipſi volebant nunc capere Chriſtum in ſermone, vt facerent illum occidi, vt dictum eſt præced. q. iſta tamen quæſtionem Chriſti ipſi allegarent, vt manducare cum publicanis, & ſimilia, licet apud eos minueret aliqd de honore, & fama: tamen non erat morte dignum, & ideo non curauerunt talia allegare, ſed ſolum voluerunt eum capere in ſermone, vt diceret aliqd propter quod eſt mortis reus.

Quare Pontifices, & ceteri non venerunt ad proponendum Chriſto quæſtionem ſuam, ſed miſerunt alios. Quæſt. LXXIX.

Quare iſti Pontifices, Scribæ, & Phariſæi, vel aliqui eorum non venerunt ad proponendum Chriſto quæſtionem iſtam, ſed miſerunt alios: nam dicitur, & mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis. Dicendum, quod fuit primo propter timorem confuſionis: nam in omnibus quæſtioneſ fuerant a Chriſto tentantes ſuperati fuerant, & ideo timētes nunc ſic confundi non iuerunt, ſed miſerunt alios. Secundò fuit propter turbam: viderat enim turbam quoniam principes ſacerdotum, Scribæ, & Phariſæi, & ſeniores populi confuſi fuerant in quæſtione, quam fecerant Chriſti, & quod Chriſtus multa mala quæſtioneſ eos dixerat in parabolis, & iò illi indignati fuerant: nunc verò ſi rediret ad quæſtioneſ aliqd a Chriſto, putaret populus, quod aſſerere vindictæ fiebat, & non promitteret, ſed turbaret quæſtioneſ. Tertiò, & precipue fuit, vt eſſet locus fraudi: nam volebant eum capere in ſermone, & ad hoc oportebat quod nihil mali ſuſpicaret Chriſtus in quæſtionibus, quia aliâs non poſſent decipi. Si autem veniret ipſi, qui nunc cum Chriſto erant, & quos locutus fuerat, non eſſet locus fraudi: tum quia Chriſtus fortaliſ nolleſ eis rīdere, quia apparet, quod iniquo aſſerere, tum quia dato quod rīdere vellet,

iam sciens, quod tentare eum vellent, cauere verba eorum, & non possent ipsum capere in sermone, oportuit ob hoc ergo mitti alios, & debuerunt esse tales, de quibus verisimiliter non præsumeretur, quod tentare vellent, sed essent viri boni, & iusti, & ita fecerunt. Sic dicitur Lucæ vigesimo capitulo, scilicet, & obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, & caperent eum in sermone. Et ista est vera causa.

Qui erant isti, qui missi fuerunt ad querendum. Quæst. LXXX.

Quæretur, qui erant isti, qui missi fuerunt ad querendum.

Dicendum, quod sicut litera dicit fuerunt discipuli Phariseorum venientes cum Herodianis. Dici potest vno modo, quod non erant illi Pharisei, sed discipuli Phariseorum, ut dicitur hic, & tamen Mar. duodecimo capitulo dicitur quosdam ex Phariseis, id est, de hominibus Phariseorum, qui erant famuli eorum, vel ministri: non tamen erant Pharisei.

Sed dicendum est, & melius, quod illi, qui missi sunt erant Pharisei: & ita litera Mar. duodecimo statit sicut iacet, scilicet, quod verè essent Pharisei. Cum autem dicitur hic, quod erant discipuli Phariseorum concedendum est etiam, eo quod discipuli Phariseorum Pharisei sunt, sicut discipuli Philosophorum Philosophi sunt: & discipuli Geometrarum Geometre, quia Phariseus non dicit progeniem, sed sectam. Erant enim Pharisei, qui sequebantur certam formam viuendi, de qua declaratum est supra tertio capitulo, quaestione sexagesima tertia: discipuli autem Phariseorum erant, qui sequebantur eandem doctrinam, quia alii non dicerentur eorum discipuli, qui non addiscerent ab eis: ergo omnes discipuli Phariseorum erant Pharisei.

Dicitur ergo quare eum essent Pharisei non vocauit eos Phariseos, sed Phariseorum discipulos.

Dicendum, quod hoc fecit, quia non erant aliqui istorum, qui consilium inierunt, sed alij Pharisei missi ab eis. Erant enim isti Pharisei de precipuis, qui cum principibus Sacerdotum fuerunt, quando audierunt parabolas, & inierunt nunc ad consilium faciendum, quomodo Christum caperent in sermone, & alios minores Phariseorum miserunt, qui vocantur hic discipuli Phariseorum. De istis discipulis Phariseorum patet Mar. secundo capitulo, scilicet, erant discipuli Ioannis, & Phariseorum ieiunantes, & veniunt ad illum, & dicunt: quare discipuli Ioannis, & Phariseorum ieiunant, tui autem non ieiunant?

Considerandum autem, quod isti discipuli Phariseorum habebant aliquas ceremonias speciales, quæ ostenderent eos religiosiores ceteris de populo: & erat hoc precipue in ieiunijs, & orationibus, nam corporalem munditiam exteriorem in lotionibus frequentatis, licet nimis haberent Pharisei: tamen etiam alij Iudæi obseruabant tenentes traditiones seniorum Mar. septimo capitulo, sed in ieiunijs, & orationibus ab alijs differabant, nisi a discipulis Ioannis, cum quibus multum conueniebant in vtroque. De ieiunio patet vt supra Mar. secundo capitulo, scilicet, Erant discipuli Ioannis, & Phariseorum ieiunantes. De orationibus patet Lucæ quinto capitulo, scilicet, quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter autem & Phariseorum, tui autem edunt, & bibunt?

Pharisei erant tunc, sicut modo sunt fratres, quibus ceremonijs, & habitibus ostendunt se religiosiores ceteris de populo.

Qui erant isti Herodiani. Quæst. LXXXI.

Quæretur cum dicatur hic, quod venerunt nunc discipuli Phariseorum cum Herodianis ad tentandum Christum. qui erant isti Herodiani.

Dicendum, quod Herodiani ab Herode dicuntur. Quidam tamen dicunt illos esse, qui circa Christum errabant putantes Iesum esse Ioannem Baptistam, & vocantur Herodiani, quia Herodes hanc opinionem tenebat: ille enim dixit quando audiuit miracula Christi, quod erat Ioannes Baptista, qui surrexerat a mortuis supra decimo quarto, & Mar. sexto capitulo.

Sed dicendum, quod istud non stat. Primo, quia isti Herodiani inducuntur hic, vt inimici Christi cum secum eos duxerint Pharisei ad tentandum Christum, & tradendum esse prædici: si tamen putarent Iesum esse Ioannem Baptistam resurgentem a mortuis non persequerentur eum, sed venerantur: ideo non erant isti. Secundo patet, & clarius, quia tunc Herodiani non possent esse vsque post mortem Ioannis Baptiste aliquanto tempore postquam Herodes dixit, quod Ioannes surrexerat a mortuis, & virtutes operabatur in illo, & inde oriretur opinio Herodianorum, & tamen ante mortem Ioannis Baptiste erant iam Herodiani: ergo non vocantur sic Herodiani. Patet hoc, quia Mar. tertio capitulo dicitur exeuntes Pharisei cum Herodianis consilium faciebant contra eum, quomodo eum perderent. De morte tamen Ioannis, & opinione illa Herodis de Christo dicitur Mar. sexto capitulo, scilicet, & audiuit Herodes rex: manifestum enim factum est nomen eius, & dicebat, quia Ioannes Baptista surrexit a mortuis.

Secundo dicunt aliqui, quod Herodiani erant milites Herodis, qui ab Herode vocantur Herodiani: & isti poterant nunc ire cum discipulis Phariseorum ad Christum, quia hoc tempore erant in Ierusalem, quia istud fuit per duos, vel tres dies ante passionem Christi. Die martis hebdomadæ in ramis palmarum. In illa die, qua principes sacerdotum quaesierunt a Christo, in qua potestate hoc facis, præced. cap. & tunc tempore passionis erat Herodes in Ierusalem. Luc. 23. cap. nam ad eum missus est Christus a Pilato, & cum illo erant sui, qui vocantur Herodiani. Sic accipit Beda, & Theophilus. Tertio dicunt aliqui, quod Herodiani erant illi, qui solvebant tributa Romanis: Cæsar enim fecit Iudæos tributarios, & Herodæ præfecit in Iudæa, vt cogeret homines ad tributa soluenda, quidam autem Iudæorum resistebant solutioni: alij autem sponte solvebant, & istos vocabant Iudæi Herodianos. s. quod conformabantur voluntati Herodis. Sic dicit Hierony. Cæsar Augustus Herodem filium Antipatris alienigenam, & profelytum regem Iudæis constituerat, qui tributis præesset, & Romano pareret imperio. Mittunt ergo Pharisei discipulos suos cum Herodianis. i. militibus Herodis, seu quos illudentes Pharisei, quia Romanis tributa solvebant, Herodianos vocabant, & non diuino cultui deditos.

Quarto vocantur Herodiani illi, qui putabant Herodem esse Messiam, quod multi putabant errantes, eo quod defecerat progenies regalis in Iudæis, nam dixerat Iacob, quod non deficeret sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, quousque veniret, qui mitteretur, id est, Messias, & quia iam defecerat progenies illa, & statim successit Herodes in regno, putabant Herodem esse Messiam: hæc autem insania erat, quia Messias futurus erat de stirpe Dauid, & tamen ipsi considebantur Herodem esse alienigenam, & cessasse totam progeniem regalem. Isti autem Herodiani venerunt nunc

Multi putant Herodem esse Messiam.

Herodes non habebat iurisdictionem in Ierusalem, & Iudæa, sed solum in Galilæa, cuius erat Tetrarcha Luc. 3. ca. Et patet hoc, quia licet tametus fuit a Iudæis ad Herodem, sed ad Pilatum, vt eum morti adiudicaret, & ille eum condemnauit, & dixit se habere potestatem hanc Ioan. 19. neque remisit illum Herodi, nisi quia audiuit, quod esset de Herodis potestate, id est, de Galilæa Luc. 23. cap. & tamen Herodes cognito, quod ad Pilatum pertineret iurisdictione, remisit illum Pilato, & ille eum adiudicauit morti eodem cap. Ideo non pertinebat ad Herodem punire nunc Christum pro delicto, & ita non ducerentur Herodiani ad hoc, quod eum caperent pro errore, & ducerent ad Herodem.

Secundo ergo dicendum, & melius circa hoc, quod Herodes erat constitutus a Cæsare Augusto super tributa, vt colligeret illa, & cogeret Iudæos illa soluere, vt dicit Hieronymus. Pharisei autem volebant nunc petere a Christo an liceret dari census Cæsari, sicut quaesuerunt, & putauerunt, quod fauere genti suæ dicens non esset soluenda tributa, hoc autem dicendo offenderet Cæsarem, & etiam Herodem, qui colligebat tributa Cæsaris: & ideo duxerunt secum Herodianos, vt si ille diceret, quod non licebat dari tributa Cæsari, statim raperent eum Herodiani, & traherent ad Herodem, vt illum occideret quasi repugnantem Cæsari quantum ad tributa: quæ Herodes colligebat, & manifestum est, quod sicut ad ipsum pertinebat illa colligere, ita pertinebat cogere solutores, & coercere, & punire quoslibet renitentes, & impedientes. Sic dicit Hieronymus. Propter hoc autem suos discipulos, & Herodes milites simul mittunt, vt quodcunque dixerit deprehendatur, cupiebant autem magis eum aduersus Herodianos aliquid dicere: quia enim eum detinere non poterunt propter turbas, voluerunt ei periculum immittere ex hoc, quod esset publicis tributis obnoxius, id est, obnoxius pena: si diceret contra solutionem tributorum publicorum.

Quare nunc Pharisei adduxerunt Herodianos ad tentandum Christum. Quæst. LXXXII.

Quæretur, quare nunc Pharisei adduxerunt Herodianos ad tentandum Christum.

Aliqui dicunt, quod fuit ad facilius tentandum, quia Herodiani erant homines ignoti: & ideo contra illos minus præsumeret aliquid mali. Sic dicit Glo. mittunt discipulos suos cum Herodianis tanquam ignotis hominibus, vt facilius deciperent, & per illos eum caperent.

Sed dicendum, quod non stat, quia non poterant putare Pharisei Herodianos esse ignotos Christo, cum illi soliti essent eum persequi, simul cum Phariseis, vt patet Mar. tertio.

Dicendum, quod venisse Herodianos erat valde conueniens intentioni Phariseorum, quomodo cum accipiantur Herodiani. Accipiendo enim promittitur Herodis dici potest, quod conueniebat ad duo. Primo, quia Pharisei intendebant capere Christum in sermone, & tradere eum prædici ad mortem pro errore suo, & quia Herodes erat rex tradendus erat ei, sic dicitur Luc. 20. vt caperent illum in sermone, & traderent illum principatui, & potestati prædici.

Sed dicendum, quod licet hoc quidam putent non stat, quia si Christus in aliquo peccaret morte dignus non erat iudicandus per Herodem, sed per Pilatum, qui erat præfes prouinciæ: erat namque Pilatus præfes Iudææ, & Ierusalem: Herodes autem nihil poterat in Ierusalem, & Iudæa, sed solum in Galilæa, cuius erat Tetrarcha Luc. 3. ca. Et patet hoc, quia licet tametus fuit a Iudæis ad Herodem, sed ad Pilatum, vt eum morti adiudicaret, & ille eum condemnauit, & dixit se habere potestatem hanc Ioan. 19. neque remisit illum Herodi, nisi quia audiuit, quod esset de Herodis potestate, id est, de Galilæa Luc. 23. cap. & tamen Herodes cognito, quod ad Pilatum pertineret iurisdictione, remisit illum Pilato, & ille eum adiudicauit morti eodem cap. Ideo non pertinebat ad Herodem punire nunc Christum pro delicto, & ita non ducerentur Herodiani ad hoc, quod eum caperent pro errore, & ducerent ad Herodem.

nebat illa colligere, ita pertinebat cogere solutores, & coercere, & punire quoslibet renitentes, & impedientes. Sic dicit Hieronymus. Propter hoc autem suos discipulos, & Herodes milites simul mittunt, vt quodcunque dixerit deprehendatur, cupiebant autem magis eum aduersus Herodianos aliquid dicere: quia enim eum detinere non poterunt propter turbas, voluerunt ei periculum immittere ex hoc, quod esset publicis tributis obnoxius, id est, obnoxius pena: si diceret contra solutionem tributorum publicorum.

Accipiendo tertio modo Herodianos pro his, qui tributa sponte solvebant, etiam erat ad propositum, quia si illi audirent a Christo, quod illicitum erat solui tributa Cæsari, dolerent se redargui, & conquirentur Herodi accusantes Christum, quod impediret tributa Cæsaris, & ita Christus esset in periculo cum Herode, vel cum Pilato præside, ad vtrumque enim pertinebat vltimæ iniurias Cæsaris, & punire damna illius.

Accipiendo quarto modo est etiam ad propositum, scilicet, quod Herodiani, qui putabant Herodem esse Messiam erant inimici Christi, & quidquid mali possent molirentur contra eum, & istud fortassis est magis ad propositum, & verius quam precedentia. Nam constat, quod Herodiani oderant Christum, etiam non existente ista quaestione tributorum, & quaerebant malum aduersus eum, sicut & Pharisei: immo erant participes Phariseorum in nocendo Christo, sic dicitur Mar. 3. cap. f. & exeuntes Pharisei statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent, & tamen tunc nihil agebatur de tributis, sed de obseruatione sabbathi, & curatione hominis habentis manum aridam sabbatho in Synagoga, quæ quaestio nihil pertinebat ad Herodem, aut Herodianos, qui fauebant tributis: & ideo sicut tunc acceperunt Pharisei Herodianos in socios ad consiliandum contra Christum, quomodo eum caperent, ita & nunc iuerunt, vt caperent eum in sermone etiam si de tributis nihil agendum esset.

Quare isti Pharisei, & Herodiani tentantes Christum dixerunt: Magister scimus, quia verax es &c. Quæst. LXXXIII.

Quæretur, quare isti Pharisei, & Herodiani tentantes Christum dixerunt: Magister scimus, quia verax es &c.

Dicendum, quod isti intendebant capere Christum in sermone, non poterant autem eum capere, nisi ipse putaret eos venire bono, & simplici animo ad eum: nam si fraudulenter venire putaret, aut non responderet, aut caute responderet non aperiendo directè veritatem quaestioni, & tunc non esset eis locus calumniandi contra eum. Si autem crederet eos venire bono animo, aperiret eis veritatem quaestioni, dicens dandum esse census, vel non, & in vtroque erat magna difficultas contra Christum. Ad hoc ergo conati sunt Pharisei, & Herodiani, vt se tales simularent. Et primo simulauerunt hoc in exteriori modestia virtutis, & habitus, & incessus quasi se bonos viros & iustos ostendentes. Sic dicitur Luc. 20. cap. f. Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt eum caperent in sermone, id est, vt ostenderent se desiderio iustitia velle scire, an census dandus esset Cæsari, vt nihil iniustum facerent dando aut denegando.

Secundo in verbo posuerunt istam simulationem: nam principes Sacerdotum, & scribae, seniores, & Pharisei, qui ante hoc venerant ad querendum a Christo, non posuerunt verba blanda, sed iniquitatè, quam corde gerebant, aliquialiter manifestabant in verbo

verbo dicentes, in qua potestate hæc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem? Ibi autem non quasi ex timore animi, & odio, sed ex humilitate, & recto zelo loquentes, dixerunt: Magister scimus, quia verax es.

Omnis hō laudatus placabilis fit.

Tertio factum est hoc, quia voluerunt vti quodam naturali attractiuo: omnis enim homo laudatus benignior fit, & placabilis eis, qui eum laudant, qui autē beneuolus est alicui non abscondit ab eo secreta cordis sui, sicut ab hoste abscondimus. Voluerunt ergo facere Christum placatum, vt plane veritatem aperiret. Et illud est primum ingenium hypocritarum laudare, scilicet, eos, quos oderunt, vt sic eos securos de seipsis reddentes perdant. Sic dicit Chylo. Hæc est autem hypocritarum prima simulatio, quia laudant quos perdere volunt: & ideo in laudem prorumpunt dicentes: Magister scimus, quia verax es. Magistrum eum vocant, vt quasi honoratus, & laudatus ab eis mysterium suicordis simpliciter illis aperiat tanquā volens eos habere discipulos, sed ista dulcedo verborum venenum portabat interius. Sic dicit Hierony. Mellis enim verbis eum interrogant, & circumdabant eum, sicut apes mel portantes in ore, aculeum in tergo.

Quomodo verba ista Phariseorum ad Christum applicabantur ad propositum ipsorum. Quæst. LXXXVIII.

Quæritur quomodo ista verba Phariseorum ad Christum applicabantur ad propositum ipsorum, scilicet, scimus, quia verax es &c.

Dicendum, quod dupliciter deseruiebant intentioni illorum. Primo modo in quantum erant quadā verba laudatoria, & per laudes intendebant eum fallere, vt dictum est præcedenti quæstione, & hoc modo non solum hæc, sed etiam quæcunque verba exprimentia quamcunque laudem Christi facerent ad propositum ipsorum.

Secundò deseruiebant intentioni eorum, quia ista verba faciunt ad propositum huius negocij, quod cōcludere volebant Pharisei, & desiderabant duo, vñū est, quod Christus simpliciter, & sine palliatione aperiret eis secretam sententiam animi sui super hoc. Secundo desiderabant, quod in diffiniendo loqueretur contra Cæsarem, & Herodem colligentem tributa, & sic eum ponerent in periculo.

Circa primum deseruiebant ista verba, quia ponit hic omnes illas causas, quæ possunt mouere ad dicendam veritatem. Nam timebant illi, q̄ Christus occultaret eis veritatem. Ad non dicendum autem veritatem solet mouere vnum de tribus. Primum est, quod veritatem non nouit, vel quia veritatem non amat, & ideo falsitatem exprimit. Secundum est amor, vel reuerentia Dei, qui veritas est, & suadet nobis vera de eo, quod nouerimus dicere, qui autem non amant eum, non curant an veritatem dicant, vel fallant.

Tertium est amor, vel timor humanus, aut aliarum passiones circa hominem, propter quas aueritur homo, vel impeditur a veritate dicenda. Omnia autem impedimenta ista auerunt Pharisei a Christo ostendentes contrarias dispositiones esse in eo, quæ moueant eum ad non mentiendum neque celandum veritatem. Sic dicit Glo. s. tripliciter contingit aliquē veritatem non docere. Primum ex parte ipsius docentis, quia veritatem, scilicet, vel nō nouit, vel nō amat. Et contra hoc dicunt: Scimus quia verax es, id est, veritatem sciens, & amans. Secundò ex parte Dei, cuius timore postposito quidam veritatem de Deo quæmonerunt non purè annunciant, & contra hoc dicunt,

Tripliciter cōtingit aliquē veritatem nō docere.

& viam Dei in veritate doces. Tertio ex parte proximi, ex cuius timore, vel amore aliquis veritatem tacet. Et ad hoc excludendum dicunt, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum.

Secundum erat, quod isti volebant, q̄ loqueretur contra Cæsarem, & Herodem diffiniendo non esse soluenda tributa, & ad hoc conueniunt ista, quæ habentur hic in quantum dixerunt: non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum, id est, licet aliquis sit magnus, & potens non curas complacere ei, propter hoc neque times illum, quæ iustum facis, & verum loqueris. Sic dicit Chry. Non enim respicis personam hominum. hoc enim de Herode, & Cæsare occultè insinulabant. Sic etiam Hierony. ait. blanda quidem, & fraudulenta interrogatio: illuc vocat respondentem, vt magis Deum quàm Cæsarem timeat. pertinet etiam istud ad magnam laudē Christi: nam eum hic de triplici veritate commendat. s. vita, doctrina, & iustitia. Vita quidem in quantum dixerunt: scimus, quia verax es. Ad vitam enim pertinet seruare veritatem in dictis, & factis, & ostensionibus exterioribus, & est veritas moralis, de qua 4. Ethico. circa finem. Doctrina autem veritatem innuunt, cum dicunt: Viam Dei in veritate doces. Veritatem iustitiæ in quantum dicunt: Et non est tibi cura de aliquo. Quia iustitia consistit in commutationibus, & distributionibus, circa quas nocet acceptio personarum, & ista non erat in Christo, quia non respiciebat personas, sed merita.

Quare Pharisei petebant an liceret dari censum Cæsari, & quis census erat iste. Quæst. LXXXV.

Quæritur, quare Pharisei petebant an liceret dari censum Cæsari, & quis census erat.

Dicendum, quod iste census erat tributū annuum, quod Iudæi soluebant Romanis. Modus autem erat quia Iudæi fuerant liberi temporibus prioribus, quādiu reges habuerunt, quia non dabant tributa gentibus alijs, sed principibus suis. Etiam post captiuitatem Babylonicam, & liberationem eorum inde fuerunt liberi, & potissime tempore Machabeorum, qui liberauerunt gentem illam de manibus hostium, & eo tempore facti sunt Iudæi socij, & amici Romanorum. Nam Iudas Machabeus misit legatos, & factæ sunt leges amicitia: inter eos 1. Mach. 8. ca. & mortuo Iuda Machabeo Ionathas frater eius renouauit amicitiam cum Romanis 1. Mach. 12. & manserunt sic vsque ad tempora Aristoboli, & Hyrcani, q̄ fuerunt vltimi duo fratres principes de progenie Machabeorum, & propter discordias eorum Romani se inuicem interfecerunt, & tandem cum ipsi non seruarent Romanis legem amicitia: pugnaverunt Romani contra illos, scilicet, Pompeius consul, & intrauit vrbe, & succendit templum atque profanauit illud, & ex tunc Iudæi, qui prius fuerant amici Romanorum facti sunt tributarij eis, & sic manserunt vsque ad conuersionem totalem vrbis, & gentis. Vnde nunc tempore Christi tributarij erant, & soluebatur tributum istud Cæsari, qui præerat Romanis. Hoc colligitur late ex historia Iosephi in lib. Antiqui. & in lib. de bello Iuda.

Popeius fecit Iudæos Romanis tributarios & profanauit templum, is ex hoc peccato videtur esse a Cæsare, vt dicit Aug.

Alij autem dicunt aliter, quod etiam verum est, scilicet, quod quando Octavianus fecit describi vniuersum orbem, & profiteri singulos se subditos Romanis, soluebant censum, id est, denarium quendam, & ista descriptio facta est in Iudæa, vt patet Luc. 2. & ex illo tempore dicunt: quod mansit tributum annuum, scilicet, quod solueretur denarius Cæsari, & quia

quia erat annua solutio, vocatur census. Cura autem colligendi censum istum in Iudæa erat imposta Herodi regi, siue Tetrarche Galilee. De hoc dicit Hiero. nuper quidem sub Cæsare Augusto Iudæa subiecta Romanis in toto orbe celebrata est descriptio, stipendiaria facta fuerat, & erat in populo magna seditio dicentibus alijs pro securitate, & quiete, quia Romani pro omnibus militarent, debere tributa persolui: Phariseis vero, qui sibi applaudebant in iustitia è contrario nitentibus non debere populum Dei, qui decimas solueret, primitias daret, & cetera, quæ in lege sunt scripta, humanis legibus subiaccere. Cæsar autem augustus Herodem Antipatri filium alienigenam, & proselytum regem Iudæis constituerat, qui tributis præesset, & Romano pareret imperio.

Quam occasionem habebant Pharisei petendi a Christo hoc scilicet, an licet &c. Quæst. LXXXVI.

Sequitur tunc dicitur quam occasionem habebant Pharisei petendi a Christo. Aliqui dicunt, quod faciebant ad tentandum ipsum, & hoc satis erat ad querendum.

Dicendum, quod verum est, quod ad tentandum faciebant, sicut dicitur supra, scilicet, vt caperent eum in sermone, & tamen vltra hoc aliquē colorem ostendere debebant, quia si non esset color aliquis, scirent ipsi, quod Christus putaret eos ad tentandum venisse, & crederent, quod non responderet eis, vel non directè, & tamen ipsi artificiose agebant simulantes se iustos Luc. 20. ergo oportet, quod esset aliqua causa secundum quam verisimiliter incitarentur ad hæc petendum.

Est igitur dicendum, quod prima causa fuit occurusus opportuni temporis: nam forte tunc colligebatur tributum illud: & ideo erat verisimile, quod de illo deberent querere veritatem, & hoc non ad tentandum, sed ad iuste agendum, scilicet, ne aliquid iniustum facerent, vt denegantes tributa Cæsari, si ei erant debita, aut subijciendo seruituti eos, qui de iure erant liberi. Sic dicitur Luc. 20. Miserunt insidiatōres, qui se iustos simularent, scilicet, quod zelo iustitiæ hoc petebant.

Secunda causa erat dubitatio communis: nam inter Iudæos magna dubitatio, & contentio circa hoc erat, quibusdam afferentibus non debere solui tributa, quod Pharisei dicebant, alijs dicentibus, quod deberent solui, & quoniam Christus erat famosus prædicator voluerunt ab eo scire huius dubij determinationem.

Quomodo per hanc quæstionem dicebantur Pharisei tentare Christum. Quæst. LXXXVII.

Quæritur quomodo per istam quæstionem dicebantur tentare Christum: nam dixit quid me tentatis hypocritæ? & ita asseruit esse tentationem.

Dicendum, quod tentatio est velle experimentum capere de aliqua re, & ideo si Pharisei quærent istud a Christo ad videndum, an sciret respondere esset proprie tentatio, & ita solemus dicere quæstiones tentatorias, quas magistri proponunt discipulis suis, Iudæi autem non intendebant hoc: nam non quærebant, vt scirent quomodo Christus responderet, sed fecerunt ad nocendum ei, scilicet, vt respondente eo caperent illum in sermone supra in litera, & ex hoc traderent eum morti tradentes præfidi

A luce vigesimo cap. sed erat tentatio ista quæstio, eo modo quo dicimus Dæmonem tentare homines: proponit enim eis aliquas suggestiones, vel exteriora, quæ illicitent, & hoc non ad videndum quid homo faciet, vel quantum poterit, sed vt illi noccat deducendo eum in peccatum, & ita isti magis intendebant fallere, vel decipere quàm tentare, cum non quæreret experientiam, sed nocumentum, & tamen propositio quæstionis erat tentatio, quia non erat ad finem illum ad quem quæstiones fiunt, cum ille, qui quærit intendat erudiri, & isti non intendebant erudiri ex responsione, sed capere Christum in sermone.

Quomodo ex ista quæstione intendebant capere Christum in sermone. Quæst. LXXXVIII.

Quæritur quomodo ex ista quæstione intendebant capere Christum in sermone. Dicendum, quod argumentum cornutum erat ista quæstio: putabant enim Iudæi, quod quomodo docunque responderet Christus, caperetur, sicut in alijs faciebant, vt quando duxerunt ad eum mulierē deprehensam in adulterio petentes quid de ea fieret. Ioan. octauo. Nam si Christus diceret non esse soluendum censum Cæsari, accusaret eum coram Herode collectore tributorum, vel coram Pilato Præsidi, qui nullo modo pareretur eum viuere tanquā manifestè repugnantem Romanis tollendo tributa, & ad hanc responsionem intendebant eum deducere Pharisei dicentes non est cura tibi de aliquo, id est, non curas an offendas Cæsarem, vel Herodem, dum tamen veritatem dicas. Sic dicit Hierony. quid tibi videret, licet dari censum Cæsari, vt si dicat non debere tributa solui statim audientes Herodiani seditionis reum contra Romanum Principem eum reneant, & hoc maxime volebant Pharisei, quia sciebant iam, quod alij propter istam causam perierant, vt videtur fuisse de Iuda Galileo, qui in diebus professionis auerit populum a professione, & solutione tributi, & perijt ipse cum illis, qui consenserunt ei. Actuum quinto cap. Sic etiam dicit Chrysolom. Quia enim sciebant, quod quidam hanc discordiam meditates occisi erant, volebant ipsum per sermones hos in talem suspicionem immittere.

Sed dicitur, quod non erat difficultas Christo respondere, quia poterat dicere licere dari censum Cæsari, & ita non incurreret in aliquod periculum.

Aliqui dicunt, quod non responderet Christus hoc, quia falsum erat, & nollet falsum dicere.

Dicendum, quod non erat ista causa, quia forte nō est verum, quod esset falsum, sed potius esse videbatur iustum dari tributa, vt infra dicitur.

Sed dicendum, quod ideo erat hoc difficile Christo, quia scandalum sequebatur ex dicto: nam assereret contra sententiam Phariseorum, & contra intentionem populi: Pharisei enim asserabant iniustum esse, quod populus, qui Deo decimas, primitias, oblationes, & cetera iura soluebant, subijceretur legibus, & tributis humanis. Etiam ista erat intentio populi, quia erat sibi nimis fauorabile, & abhorrebant nimis seruitutem, vnde cum Christus diceret eis semel, si filius vos liberauerit liberi eritis, dixerunt semen Abraham sumus, & nemini vnquam seruiuimus: Ioan. octauo cap. & ita si diceret debere dari tributa tam Pharisei quàm populus clamarent, quod reducebat eos in seruitutem. Sic dicit Theophi. totum enim artificium eorum erat vndique præcipitium habens, vt si diceret, quod licet censum Cæsari dari prouocent contra eum plebem, quasi in seruitutem reducentem ipsum populum, si verò diceret,

ceret, quia non licet dari si accusarent eum tanquam excitaret populum contra Cæsarem. magnum autem inconueniens erat: si diceret Christus licere dari tributum, & prouocaret contra se populum, quia tunc prædicatio eius non acceptaretur, neque miracula: & ideo debuit procurare, quod populus esset sibi semper acceptus, & ita fecit, quia semper fauebant ei contra Phariseos, & principes sacerdotum.

Sed dicitur, quod istorum inconuenientium erat maius circa Christum, & quod magis appetebant Pharisei?

Dicendum, quod vtrumque putabant Pharisei esse fati magnum: quia alii non crederent se facere argumentum cornutum per hoc, neque quod caperent eum in sermone per hoc.

Sed dicendum, quod maius videbatur, quod diceret debere solui tributum quam non debere non considerando, quod in vno, vel altero dicere mendacium: sed solum quantum ad inconueniens quod sequebatur contra eum respondendo hæc: nam dicendo, quod non licebat dari tributum Cæsari, incidebat in manus Pilati, & Herodis qui eum occidere vellent, sicut alios seditiosos occiderant pro hac: & tamen esset ei fauor apud populum Iudæorum: quia per hoc liberare volebat eos a seruitute Romanorum. Si autem diceret licere dari tributum Cæsari incidebat in odium populi, & Phariseorum, & tunc erant duo inconuenientia. Primum erat periculum mortis. Secundum erat, quod non acceptarentur verba eius, & facta. De primo patet, quia Pharisei & principes sacerdotum oderant valde Christum, & sepe voluerunt mittere manus in illum, & eum occidere nisi quia timuerunt plebem, quæ fauebat ei præceden. capitu. & Marci duodecimo, & Lucæ decimo nono, & vigesimo, capitu. perdito autem fauore populi auderent Pharisei manus mittere in illum, & perdere. De secundo patet, quia si dicere debere tributa præstari, esset sibi populus odiosus, & putarent eum non esse Messiam, quia Messias liberaturus erat, vt ipsi credebant, populum de omni subiectione: ipse autem subiciebat eos magis seruituri, quam subditi viderentur, & tamē ipse volebat, quod aliquando crederetur de eo, quod erat Messias.

Sed dicendum, quod Pharisei magis cupiebant, quod diceret non licere dari tributa Cæsari, & ad hoc inclinabāt verba eorum vt dictum est. Sic dicit Chrysof. cupiebant autem magis aduersus Herodianos aliquid eum dicere: quia enim eum detinere timebant propter turbas voluerunt ei periculum immittere ex hoc, quod esset publicis tributis obnoxius, & licet satis magnum erat, & acceptū Phariseis, quod Christus totum fauorem perderet erga plebem, & ita ipsi redirent in fauorem, & honorem pristinum: tamen potius volebant, quod responderet non esse reddenda tributa, vt sic occideretur a præside, de quo ipsi valde gauderent. Si autem dicitur, quod ipsi iam poterant occidere eum perdito fauore plebis. Dicendum, quod verum est, quod poterant occidere de facto, sicut nemo hoc impediret, & etiam non perderent aliquid propter hoc apud plebem, sed de iure non poterant, & præses hoc fortassis requireret ab eis: & ob hoc non ausi sunt pontifices Iudæorum occidere Christum, sed deduxerunt eum ad Pilatum, & cum ille diceret sibi legem vestram iudicate eum: dixerunt illi: Nobis non licet occidere quemquam. Io. 18. c. Et ita potius vellent, quod occideretur eum Gentiles quam ipsi. Sic dicit Beda. Quærentes dominum comprehendere summi sacerdotes timuerunt turbam atque ideo quod per se non poterant, terrenis potestatibus efficere tētabāt, vt velut ipsi a morte eius videantur immunes.

F Quomodo Pharisei hoc petierunt a Christo cum scirent verisimiliter, quod ipse diceret tributum soluendum esse cum ipse soluerit. *Quæst. LXXXIX.*

QUÆRITUR quomodo Pharisei hoc petierunt a Christo, quia putare debuerant, quod Christus diceret soluenda esse tributa: nam ipse soluebat tributum Cæsari, ergo diceret licere solui tributum Cæsari. & patet hoc supra. 17. de colligentibus didrachma: nam soluit ibi Christus tributum. Non autem diceret, quod non licebat solui illud, cum ipse solueret: ideo frustra videbatur de hoc queri. Aliqui dicunt quod nunquam Christus soluit tributum Cæsari: nam illud didrachma dicunt, quod non soluebat Cæsari, sed templo: ita tenet Hilarius, & Chryso. & ideo secus erat de tributo Cæsaris: tributum autem templi quod erat in lege Dei impositum nemo dubitaret quin soluendum esset.

Sed dicendum, quod non stat: nam tributū illud Cæsaris erat, vt tenet Hierony. ibidem, & declaratum est supra 17. capitu. quæstio. 186. Alij dicunt, quod dato, quod esset tributum Cæsari soluit Christus ad euitandum scandalum, & non quasi esset obligatus cum ait eod. cap. vt autem non scandalizemus eos &c. nunc autem veritatem responsurus erat non curado de scandalo aliquo cum dictum esset, non est cura tibi de aliquo, & ita poterat dicere non esse dandū tributum Cæsari. Dicendum, quod non stat, quia ex illo facto potius colligitur oppositum, quia de seipso dixit, quod non erat obligatus ad tributa, eo quod erat filius regis, & tamen de alijs, qui non erant tales non dixit, quod non soluerent, sed potius innuit, quod erant obligati ad soluendum. Aliter ergo dicendum est. scilicet, quod Pharisei nesciebant illud factum Christi: accidit enim illud in Capharnaū, & quæstio ista fiebat in Ierusalem, & isti, qui quærebant, nesciebant tan aliquando Christus tributum soluisset: & ideo quæsiuerunt hoc ac si Christus adhuc indifferens esset ad vtramque partem. Alij dicunt, quod dato, quod scirent eum soluisse tributum Cæsari, & putarent, quod diffiniret pro Cæsare volebant hoc querere, quia saltem incurreret in hoc inconueniens. scilicet, quod esset odiosus populo, & non recipiatur dicta eius, & redirent Pharisei ad pristinum honorem suum, & reputationem, quod eis valde gratum esset. Sed dicendum, quod licet hoc satis ster: tamē verum est, quod Pharisei putabant, quod esset Christus indifferens ad respondendum vtroque modo quasi nunquam soluisset tributa, & quod promptior erat ad dicendum non esse præstanda tributa, quam ad illa soluenda, & in hanc partem eum volebāt inclinare ex verbis suis, scilicet, non est tibi cura de aliquo, & non respicis personam hominum. Sic dicit Hiero. & Chrysofotomus.

H De hoc videtur latius D. Abulen. in defensorio suo, par. 2.

I Quis erat Cæsar iste cui tributum reddebatur. *Quæst. XC.*

QUÆRITUR cum quæretur an licet dari tributum Cæsari, quis erat iste Cæsar.

Dicendum, quod nomen Cæsaris non est proprium, sed appellatiuum, & significat dignitatem imperatoriam apud Romanos, cuius origo est, primus qui vocatus fuit Cæsar fuit Iulius dictator fover Pompei, inter quos magna bella acta sunt: & ille vocatus est Cæsar ab vtero casu, quia de vtero casu matris eductus est viuens, scilicet, mortua matre cæsus fuit vterus, & ipse eductus est, & quoniam per multos gradus honorum venit tandē vt Imperator esset, omnes Imperatores ab eo Cæsares appellati sunt. Aliud quoque nomen eis datum est,

Cæsar vñ sic dicitur.

Laudes Cæsaris Augusti.

De hoc videtur latius D. Abulen. in defensorio suo, par. 2.

Nequitia Phariseorum.

est, vt Augustus vocaretur, quod ab Octauiano secundo Imperatore Romanorum cepit: nam ipse adauxit valde rempublicam. Nam inter cæteras laudes suas hoc est, quod gloriatur ciuitatē Romanam inuenisse lateritiam, & reliquisse marmoream: & ideo ab augendo Augustus appellatus est, & post eum cæteri quoque Imperatores Augusti appellati sunt: vnde tenuit ille duo nomina dignitatis imperatorie, scilicet, Cæsar Augustus. Sic patet Lucæ. 2. cap. exijt edictū a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Iste autem de quo hic dicitur non erat Cæsar primus. id est. Iulius: iandiu enim erat, quod perierat: neque etiam Octauianus, qui dicitur Cæsar Augustus: nam 17. anno Christi mortuus est Octauianus, sed erat Tyberius imperator, qui etiam vocatur Cæsar absolute, qui successit Octauiano, & cepit anno decimo septimo, vel 18. Christi: mortuus est autem Christus anno. 18. Tyberij, & ita tota prædicatio Christi, & operationes miraculorum fuerunt sub Tyberio, & Ioannes quoque Baptista tempore Tyberij cepit, & videtur cepisse prædicatio Christi anno. 15. Tyberij. Patet quia Lu. 3. dicitur, quod anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam factum est verbum Domini super Ioannem, & tamē quando cepit prædicare Ioannes, cepit Christus eo, quod statim, vt cepit Ioannes prædicare, & baptizare confluentem toto populo ad baptismū eius, venit quoque Christus, vt baptizaretur ab eo Lucæ. 3. cap. Et statim post baptismum ascendit in montem, & ieiunauit. 40. diebus supra. 3. & 4. cap. & Mar. 1. & Lucæ. 4. completis autem illis diebus ieiunij statim descendit in Galilæam, & cepit prædicare supra 4. & Lucæ 4. & tamen baptismus Ioannis cepit anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris Lucæ 3. cap. ergo eodem anno cepit Christi prædicatio: nunc autem erat annus. 18. Tyberij, quia per triennium Christus prædicauit, & tamē ista quæstio de tributo Cæsaris fuit facta Christo die Martis in ramis palmarū, & die veneris sequenti mortuus est, ergo erat annus. 18. Tyberij quando a Christo quæsitum est de tributo dando Cæsari, & ita de ipso aliās pro ipso Tyberio colligebatur illud tributum.

Quare dicitur cognita autem Iesus nequitia eorum. *Quæst. XCI.*

QUÆRITUR quare dicitur cognita autem Iesus nequitia eorum.

Dicendum, quod hoc dixit Euangelista. Primum ad ostendendum veritatem rei: sic enim fuerat, quod Christus agnouerat iniquitatem cordis illorum, ideo dixit cognita Iesus nequitia. Secundo, vt ostenderet eum Deum, intendunt enim Euangelistæ per omnia ostendere Christum esse verum Deum, & hominem verum, & quia ex hoc ostendebat Deitatem, scilicet, quia secreta cordium agnoscebat, cum Deus solus sit scrutator cordium, & tenum Plal. 7. dixit cognita nequitia eorum, vt nos ex hoc arguamus eum fuisse Deum. Tertio vt concordent verba Euangelistæ verbis Christi: nam Christus dixit Phariseis, quid me tentatis hypocritæ? sed hoc non poterat recte dicere nisi agnosceret corda eorum, quoniam exterius ipsi se iustos simulabant Lucæ 20. capitu. ideo oportebat, vt agnosceret corda eorum. Et ita Euangelista ad reddendum rationem dicti Christi, scilicet, quid me tentatis hypocritæ, dixit cognita Iesus nequitia eorum, id est, ideo dixit quid me tentatis, quia agnouerat nequitiam eorum. Erat autem ista nequitia in duobus. Primo, quia mali erant, & iustos se simulabant Lucæ 20. cap.

Secundo, & deterius, quia ad nocendum erat ista simulatio, scilicet, vt caperent Christum in sermone & traderent eum Præfidi ad occidendum, eodem capitu.

Quare Christus dixit: Quid me tentatis hypocritæ. *Quæst. XCII.*

QUÆRITUR quare Christus dixit: Quid me tentatis hypocritæ?

Dicendum, quod fuit, vt ostenderet, quod agnoscebat eorum propositum inquirendo hoc, cum illi secrete egissent consilium, & intra corda sua proposuissent fallere eum, & nocere illi, & ipse hoc sciebat. Et proderat hoc primo ad ostendendum se esse Deum: Christus enim quamquam se non vocaret Deum palam, tamen talia volebat de se ostendere palam, per quæ manifeste colligeretur eum esse Deum. Duo enim sunt præcipua, in quibus Deus excellit omnia, scilicet, posse, & intelligere, & ideo per vtrumque eorum voluit Christus se ostendere Deum. Per potentiam autem, vt in operibus miraculorum: nam talia, & tanta faciebat qualia, & quantaliter non poterat aliquis facere nisi Deus: per intellectum autem ostendebat Deitatem, in quantum ostendebat se scire ea, quæ solus Deus scit, scilicet, secreta cordium solus Deus nouit: Psal. 7. ipse ergo ostendebat sepe, quod nouerat cogitationes cordium. Sic enim supra 9. capitu. quando Christo dicebat paralytico, remittuntur tibi peccata tua, & ob hoc scribis, & Phariseis intra se cogitantibus, scilicet, hic blasphematur, ipse ait: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et ita secretam cogitationem, quæ nondum prodierat foras per aliquod verbum, statim agnouit ostendens per hoc se esse Deum, de quo illi male cogitabant: ita etiam hic cogitationes, & consilia, quæ Pharisei secrete, & intra se fecerant, ostendit se scire, ex quo Deum se esse ostendebat.

Secundo fuit, vt Christus contrarium induceret ex quæstione ad illud, quod inducere volebant Pharisei: ipsi enim quærebant hoc a Christo coram turba, vt capientes eum in sermone confunderent illum coram populo Lucæ 20. cap. scilicet, & non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, vel multitudine, quasi dicat hoc intendebat efficere, sed non potuerunt: Christus autem vertit illud in contrarium, scilicet, vt ex quæstione ista magnam laudem acquireret per responsonem ad illam ostendendo se esse Deum.

Tertio fuit hoc, vt eis vicem redderet: ipsi enim intendebant eum coram plebe confundere reprehendendo verbum eius, & in super tradere illum Præfidi ad occidendum eum: Christus autem noluit eos in mortem dare, voluit tamen eos coram multitudine confundere. Quod sufficienter egit, in quantum dixit, quid me tentatis hypocritæ? Et illi non responderunt contrarium, quasi verum esset, quod eum tentabant, & hypocritæ erant. Et ita consuevit facere quancumque aliqui ex iniquitate quærebant Ioan. 8. quando quæsiuerunt de muliere adultera, & ille ait: qui sine peccato est, ille primum lapidem mittat. In quo ostendit omnes illos malos fuisse, cum nemo illorum ausus fuerit dicere: ego mittam primum lapidem, sed tacentes abierunt. Sic etiam præcedenti capitu. quando Pharisei, & principes sacerdotum, & Scribæ, & seniores quæsiuerunt a Christo in qua potestate hæc faceret, deduxit illos Christum ad hoc, vt cogerentur confiteri ignorantiam suam.

Quarto fuit, vt Christus se redderet magis admirabilem ipsis Phariseis tentantibus eum cum ex modo



do respondendi se Deum ostenderet, & ita factum est, quia valde admirati fuerunt Pharisei de isto responso Christi Lucæ 20. cap. scilicet, & mirati in responso eius tacuerunt.

Quinto fuit, ut per hoc eorum malitiam conuinceret, & cessarent ab illa: nam contra eum, qui caute las plene intelligit, frustra est vii cautelis: sicut frustra rete iacitur ante oculos pennatorum: Prover. 1. cap. scilicet, quia illud videret, & caueret, sed Christus ostendebat se cognoscere iniquitates cordis eorum ad plenum: ideo frustra erat eum tentare, sed plane, & simpliciter ad illum se habere.

Sexto ut sic videntes seipfos deprehenfos, & agnoscentes eum Deum ex operibus, vel à Deo esse, conuerterentur ad eum, & doctrinam eius reciperent.

Septimo fuit, ut viderent Pharisei qualiter respondebat Christus ad questionem, id est, an dicebat veritatem plane, quia ipsi credebant, quod si Christus non agnosceret dolos eorum, sed putaret, quod simpliciter veniebant, aperiret eis secretam sententiam cordis sui circa hoc. Si autem agnosceret dolum, vel non responderet, vel non directè diceret: nunc autem ostendebat Christus, quod sciebat eos esse tentatores, & tamen respondit: ideo colligere poterant, quod non responderet eis Christus directè veritatem, quam tenebat in corde, licet verba sua vera fuerint.

Octavo fuit ad ostendendum, quod non timebat laqueos illorum, & audebat respondere: nam putabant Pharisei, quod posuerant laqueos in euasibiles, & ideo si Christus responderet necesse erat incidere in illos, ostendit autem, quod laquei eorum erant inutilis, & quod ipse poterat faciliter respondere euitando inconuenientiam eorum. Et ita fuit conueniens, quod vocaret eos tentatores, & non discipulos diceret, aut tacendo esse discipulos acceptaret, quia illi eum magistrum vocauerant. Sic dicit Hiero. Prima ergo virtus est respondentis interrogantium mentes cognoscere, & non discipulos, sed tentatores vocare.

Quare Christus vocauit Phariseos hypocritas. Quest. XCIII.

Quare vocauit illos hypocritas, dicens: quid me tentatis hypocritæ?

Dicendum, quod primo fuit, quia ita erat in veritate, quod essent hypocritæ. Vocatur autem hypocrita, qui aliud foris ostendit, & aliud interius gerit, & est hypocrita nomen Græcum significans ex prima impositione illos, qui vultibus lacuas superponunt, & occultant vultus, quales erant effigiatores comædiarum, & tragediarum, ut alienas personas effingerent. Et dicitur ab hypot, quod est subitus, & crips, quod est secretum quasi subrus secreti, id est, aliud latebat, & erat secretum interius quam foris videretur. Et ab hoc descendit, quod illos, qui bonos foris simulant, cum mali sint, hypocritas vocamus: tales autem erant isti Pharisei: nam veniebant ad Christum sub specie honestatis petentes declarationem questionis, cum tamen intenderent eum capere in sermone, ut illum morti traderent: Lucæ 20. miserunt ad eum insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, & traderent eum principatum, & potestati præsidis, & ideo rectè vocabatur hypocrita.

Secundo vocauit eos hypocritas, quia ista conueniebant verbis suis præcedentibus: nam dixit quid me tentatis? diceret autem aliquis, quod non tentabant, sed bono, & simplici animo petebant, sicut apparebat ex verbis, & habitu ipsorum: ideo dicit

eos hypocritas, scilicet, tentatis me non gerentes interius talem animum, qualia verba foris ostenditis, & ita hypocritæ estis.

Tertio vocauit eos sic ad contumeliam, & redargutionem: nam cum mali essent, & intendentes nocere, erant digni redargutione, & ad hoc vocat Christus eos hypocritas, quod est nomen contumeliæ, & iniuriæ, & ita ad exprobrationem eorum solet illos vocare, ut patet sequenti capitulo. vbi sepe eos hypocritas vocat. De hypocritis, & hypocrita vide multa supra decimoquinto capitulo. quæstio. trigesima tertia, & trigesima quarta, & trigesima quinta, & trigesima sexta. De hoc Hiero. dicit hypocrita est, qui aliud est, & aliud simulat.

Quare Christus respondit istis aspere, cum ipsi blandè quasi uisissent. Quest. XCIII.

Quare Christus respondit istis aspere, cum ipsi blandè quasi uisissent. Nam illi dixerunt, magister scimus, quia verax es: ipse autem respondit, quid me tentatis hypocritæ?

Dicendum, quod Christus solet tenere istum modum, quod interdum ad verba dura respondet blande, & ad verba blanda respondit dure: nam supra 12. capitulo dixerunt Pharisei de Christo, quod non eiecit Dæmones nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum, & Christus respondit blande per solam rationem eos conuincens, scilicet, omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & eodem capitulo postea blande locuti sunt Pharisei dicentes. Magister volumus a te signum videre, & ille durè respondit, dicens: Generatio mala, & adultera signum querit. Hoc autem faciebat Christus ad ostendendum in utroque uirtutem, scilicet, ne duris exacerbatus propter impatientiam videretur dure respondere, quando autem blande loquebantur dure respondebat, ne eorum blanditijs, & adulationibus videretur consentire.

Nunc autem licet blande locuti fuerint respondit Christus aspere.

Primo, quia illi merebantur: nam malitiose loquebantur simulantes iustitiam, & simulata sanctitas duplex est iniquitas. Sic dicit Chryso. non secundum sermones eorum pacificos blande respondit, sed secundum eorum concientiam crudelent aspere dixit, quia Deus uoluntatibus respondet non verbis.

Secundo fuit ad ostendendum, quod sciebat, quid in animo gererent: nam si blande responderet, sicut illi blande locuti fuerant, non ostenderet se scire secreta cordis eorum, quod tamen fuit conueniens ostendere, sed videretur putare, quod tales erant interius quales se exterius prætendebant: ideo dure debuit loqui vocando eos hypocritas, & tentatores.

Tertio fuit ad eos conuertendum ad bonum: nam vocando eos hypocritas, & deregendo vitia eorum flexere poterat eos ad bonum potiusquam blande respondendo. Sic dicit Chryso. dicit eis hypocritæ, ut considerantes eum humanorum cordium cognitorem, quod facere cogitabant perficere non audebant: vide ergo, quod Pharisei blandiebantur, ut perderent: Iesus autem confundebat, ut saluaret, quia utilior est homini Deus iratus, quam Deus propitius.

Quare

Quare Christus cum videret, quod Pharisei cum tentabant, A eis respondebat. Quest. XCV.

Quare Christus cum videret, quod isti tentabant eum, quare respondebat eis: nam erant indigni responsione: solet enim Christus eis, qui tentatorie aliquid perunt non concedere petita, & ideo illi, qui tentantes petierunt signum de celo non obtinuerunt supra 16. capitulo. sed isti tentantes volebant habere responsionem ad dubium: ideo non debebat ei respondere.

Dicendum, quod Christus respondit: primo ut ostenderet, quod non timebat laqueos, quos illi parauerant: nam putabant Iudæi se fecisse argumentum conuictum, & quod respondendo non poterat euadere, quin caperetur: respondit ergo, ut appareret, quod laquei illi nihil valebant.

Secundo respondit ad confusionem Phariseorum: talis enim fuit responsio Christi, quod illa audita tacuerunt, ita quod nihil ultra de hoc locuti sunt, & erubuerunt, quod colligationes suæ fuerunt dissolutæ.

Tertio fuit ad imponendum eis silentium: nam si responderet nollet sumerent maiorem audaciam contra ipsum, quasi non ausus fuisset respondere, & super illa, & alijs quæstionibus eum inquirerent, cum autem sic admirandè loqueretur soluendo laqueos illorum, non auderent ulterius super his neque similibus interrogare, sicut patet infra in litera. Nam quando quæsiuit Christus ab eis de Christo cuius filius est, & illos respondentes ipse redarguit, non ausi fuerunt ex illa die illum amplius interrogare infra in litera.

Quarto fuit ad reddendum Phariseos admiratos de responsione sua: taliter enim respondit, quod ipsi, qui erant hostes eius admirati sunt: Lucæ 20. capitulo. scilicet. Et mirati in responso eius tacuerunt.

Quinto fuit ad laudem suam: nam respondit tam discretè, quod turbæ admiratæ sunt, & non potuerunt verbum eius reprehendere Pharisei coram plebe: Lucæ 20. capitulo. sed potius ex hoc se confessi sunt victos, quia nihil dicere potuerunt contra verbum eius. Si autem respondere nollet, suaderent plebi, quod non respondebat, quia nesciebat, & hoc erat inconueniens.

Sexto fuit, quia responsio ista aliquo modo proderat ad declarandum dubium in quantum dixit: redite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, innuens, quod aliquod ius haberet Cæsar ad tributa petenda.

Cum autem obijceretur, quod non debuit respondere, quia tentatorie quærebant.

Dicendum, quod tentator non meretur concedi sibi quod petit, quia malo animo petit, & ita neque Christus concedit vnquam tentatoribus aliquid, quod ipsi non intendunt, vel non facit ad utilitatem eorum non est inconueniens: sic enim petentibus signum tentando non concessit Christus signum, quod petebant, concessit tamen signum Ionæ Prophetæ supra 12. capitulo. quia illud non erat iuxta uoluntatem eorum, ita isti tentatores petebant responsum à Christo, & non concessit Christus illud, quod ipsi petebant. Ipsi enim volebant, quod diceret non esse præstanda tributa, vel saltem, quod danda erant, ut caperent eum in sermone: quod ipse non fecit, sed taliter respondit, quod eis non profuit, & potius uellent, quod non responderet.

Quare Christus dixit ostendite mihi numisma census, & cur ipse non protulit potius denarium ex bursa sua. Quest. XCVI.

Quare Christus dixit ostendite mihi numisma census. Dicendum, quod Christus uoluit respondere Phariseis conuincendo eos ex moneta, quæ soluebatur, & licet non exhibita procederet argumentum Christi, quia notum erat, quæ esset imago denarij, & superscriptio eius, ut ex illa argueretur, & tamè, quia magis mouet ea, quæ cadunt sub sensu quam ea, de quibus per solam rationem disputamus, fecit exhiberi denarium.

Sed dicitur quare ipse non protulit denarium, ut ostenderet imaginem, sed petiuit ab illis exhiberi? Dicunt aliqui, quod Christus non habebat denarios, & ideo petiuit ab illis.

Dicendum, quod uerum est, quia Christus non gerebat burfam, sed Iudas habebat buriam communem: ille enim seruabat ea, quæ dabantur Christo ad expensas eius, & suorum, & pauperum. Sic dicitur Ioan. 12. de Iuda, quod fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, asportabat, & Ioan. 13. cap. dicitur. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, dixisset ei Iesus eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut ut egenis aliquid daret. Et sicut nunc non portabat burfam, ita & solitus erat nunquam portare, quod patet, quia quando uoluit soluere didrachma tributi in urbe Capharnaum, non habuit denarium, sed dixit Petro, quod iret ad mare, & de ventre piscis educeret staterem, & solueret illum pro tributo supra 17. cap.

Sed dicendum, quod non fuit ista causa quare petiuit ab illis ostendi denarium: nam si ipse non habebat burfam, poterat petere à Iuda, qui habebat loculos, & ille proferret denarium, vel aliquis discipulorum.

Sed dicendum, quod hoc fecit, ut apertius, & efficacius illos conuinceret, ut scilicet, ex pecunia eorum contra eos argueret, ut posset eis dici non erat in hoc multum dubitandum, quia uos ipsi in manibus quæstionis uestriæ solutionem portabatis habentes denarium.

Alia causa fuit, quia Christus licet ista sciret, innuit vel gerit personam nescientis, ut ex eis accipiat ueritatem facit quasi nesciat, quæ moneta dabatur in censum, & ita non poterat ipse proferre denarium, quæ se nescire ostendebat. Sic dicitur Mar. 12. Afferte mihi denarium, ut uideam. Et sic innuit, quod nesciebat, qualis esset denarius ille, nisi videret. Dixit autem ostendite numisma census, id est, nummos, quos datus in censum, & non debet accipi numisma pro figura, & census pro denario, quasi dicat ostendite mihi figuram denarij, quia census non potest significare denarium, sed annuam præstationem tributorum, & patet hoc, quia tam Marcus quam Lucas dicunt afferte mihi denarium, vel ostendite denarium.

Quare Christus cum uidit denarium quæsiuit cuius est imago. Quest. XCVII.

Quare Christus cum uidit denarium quæsiuit cuius est imago? Aliqui dicunt, quod quia non cognoscebat monetam. Sed iste est error, & insania, ipse enim omnia nouit cum Deus sit: potissime, quia uisum ipse, sed & quilibet quantumlibet insipiens, qui esset in uita: 33. annorum, in qua tunc erat Christus, cognosceret monetam currentem regionis sue. i. cuius esset imago, quæ ei interiberetur. Cum ergo hoc quæsiuerit manife-

Hypocritæ unde dicitur.

manifestum est, quod non querebat ex ignorantia, sed querebat hoc, ut Pharisæi confiterentur ore proprio cuius erat imago, & ex confessione illorum argueret contra eos, quod melius fieret, quam quod ipse diceret ista esse imago Cæsaris, ergo date quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sic dicit Hiero. Qui putant interrogationem saluatoris ignorantiam esse, & non dispensationem, discant ex præsentis loco, quod utique poterat scire Iesus cuius imago erat in nummo, & ita in multis alijs quaerit, licet nota sibi sint, ut ex responsione arguat. Sic patet Ioan. 21. cum Christus dixit Petro: Petre amas me? Petrus ait, tu scis domine, quia amo te. Et ita Petrus bene credebat, quod Christus sciebat, an amaret eum, & tamen querebat, sed quæsiuit, ut inferret inde: Pisce oues meas

Quomodo erat verum, quod erat imago Cæsaris in moneta. Quæst. XCIII.

Nota ad quos pertinet ad eundem monetam.

Quæretur cum dixerunt Pharisæi, quod erat Cæsaris quomodo erat verum. Dicendum, quod cum ad principes regionum, vel ad communitates solas, quæ non habent superiorem immediatam pertineat monetam cudere, videntur homines, & regiones moneta illius principis, sub cuius ditione constituti sunt, Iudæa autem constituta erat sub domino Romanorum, & ideo moneta illorum utebantur. In moneta autem illorum erat imperatoris imago, qui præerat illis: ideo moneta, qua Iudæi utebantur, habebat imaginem Cæsaris. Erat autem iuxta consuetudinem denariorum nostrorum, & aliarum nationum, qui habent capita regum, vel totam imaginem regis in vna, vel in vtraque parte, superscriptio autem est quædam circularis linea litterarum in gyro denarii, & intra ambitum superscriptionis continetur imago regis, vel Cæsaris, vel supra caput imaginis expressæ sunt literæ secundum varium modum formandi monetam. De Cæsare isto dicendum sicut supra, quod non erat primus Cæsar, scilicet, Caius Iulius dictator, sed ab illo vocati sunt Cæsares ceteri imperatores. Neque est Cæsar Augustus, id est, Octavianus, sub quo natus est Christus, sed est priuignus eius Tyberius. Sic dicit Hieronymus, & Beda, Cæsarem non putemus Augustum, sed Tyberium significari priuignum eius, sub quo & passus est dominus. Omnes autem reges Romani à primo Caio Cæsare, qui imperium arripuit Cæsares appellantur. Et sciendum, quod ista consuetudo erat apud Romanos omnes imperatores vocari Cæsares Augustos nomine communi dignitatis, sicut apud Aegyptios omnes vocabantur quoque Pharaonés, & postea omnes vocabantur Ptolemæi cum vltra hæc singuli nominibus proprijs vocarentur.

Quare Christus dixit. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quomodo sequatur hæc consequentia ex dictis. Quæst. XCIX.

Quæretur quare dixit Christus reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & cum hic faciat consequentiam, quomodo sequitur ex ratione, quam fecerat. scilicet, cuius est imago. Dicendum, quod istud absolute erat verum, neque indigebat deductione aliqua. scilicet, Cæsari reddenda sunt, quæ Cæsaris sunt, quia de generalibus præceptis iustitiæ est vnicuique quod suum est reddere, sed in quantum faciebat ad presentem quaestionem oportebat deduci, & ad hoc bene conuenit consequentia ista, scilicet, iste denarius, quæ soluitur in tributum, habet imaginem Cæsaris, ergo

est debitus Cæsari, non valet tamen ratio quasi omnis denarius, cui imago Cæsaris inscripta erat Cæsari deberetur, quia nulla moneta maneret in tota ditione Romanorum, cum tota illa imagine Cæsaris insignata foret. Sed est sensus. Vos habetis monetam insignitam imagine Cæsaris, ergo signum est, quod aliquid ei debetis. Et patet, quia moneta non recipitur alicubi ex necessitate nisi in regione, quæ est subdita illi, cuius moneta est, sed inter Iudæos erat moneta Cæsaris: illa enim utebantur, ergo erant subditi Cæsari, & consequenter dare debebant ei tributum. Inueniebatur enim aliquid pertinens ad Cæsarem inter Iudæos, scilicet, moneta eius: ideo illa erat debita ei. Sic dicit Hilarius. Si enim nihil quod Cæsaris, est penes nos resedit, conditione reddendi ei, quæ sua sunt, non tenebimur. Porro autem si rebus illius incumbamus si potestatis suæ iure vitmur extra querelam iniuriæ est Cæsari reddere quod Cæsaris est.

Dixit autem reddite, & non dixit date, quia dare est donare, vel sponte dare. Reddere autem est solvere: nam reddere est iterum dare, vel post dare, scilicet, quidam postquam sibi datum est, reddit, & iste soluit, quia dat quod accepit. In omni enim debito soluendo est reddere, quia nullum debitum causatur nisi ex accipiendo. Deo enim debemus aliquid, quia ab eo suscepimus omne bonum: principibus terrenis debemus tributa, quia ab eis recepimus defensionem, tranquillitatem, & alia bona, & ita de cæteris. Impossibile est enim causari debitum, nisi prius recepimus, nisi eam debitum prouenit ex crimine, & datur in poenam, licet adhuc ibi potest stare ratio accepti, quia qui commisit delictum accepit plusquam ei licebat siue de lucro, siue de honore, vel delectatione, aut vindicta, aut huiusmodi, & ex illa acceptione indebita constituitur debitor. & tali modo loquitur Arist. 5. Ethicorum dicens, quod ille, qui iniustum fecit accepit plus de lucro, & qui iniustum passus est, accepit minus de lucro. Et ita significatur, quod ea, quæ sunt Cæsaris debita sunt Cæsari: ideo non danda, sed reddenda sunt. Et sic dicit Theophylactus.

Quare Christus dixit, reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo, cum non esset ad propositum. Quæst. C.

Quæretur quare Christus dixit, reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, quia videtur, quod non erat ad propositum dici, & quæ sunt Dei Deo, sed sufficiebat dici, reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quia de hoc solo questum fuerat.

Aliqui dicunt, quod vtrumque dixit, quia ex denatio mouebatur Christus ad ista dicendum, scilicet, quia sicut in denario erat imago Cæsaris, ita erat etiam imago Dei, & ideo in quantum erat ibi imago Cæsaris, erat debitus denarius, in quantum vero erat ibi imago Dei, erat dandum tributum Deo.

Sed dicendum, quod non est verum: primo quia Deus non habebat aliquam imaginem, quæ posset inscribi denario sicut Cæsari, qui erat homo, unde Deus conqueritur, quia faciebant ei idolatriæ imaginem ista. 40. capitulo, scilicet, Cui me assimilastis, aut cui me simile fecistis? q. d. nulla imago aut statua potest mihi conuenienter constitui.

Secundo quia dato, quod aliqua imago fingeretur Iudæi non paterentur villo modo talē monetam apud se esse,

esse, neque contingerent illam, sed detestarentur, ut abominationem idolatriæ, & tamen utebantur pariter moneta illa, & Christus eam manibus suis tenuit, ergo nullam talem imaginem habebat.

Tertio, & efficacius, quia manifestum est, quod Romani cuderant monetam istam, cum haberet imaginem, & superscriptionem Cæsaris, & tamen ipsi non inscriberent aliquam figuram Dei Hebræorum in moneta, ergo non habebat denarius talem imaginem.

Quarto apparet, quia si denarius haberet talē imaginem, quando Christus petiuit ostendi denarium, & dixit, cuius est imago hæc, & subscriptio, ostenderetur ei etiam imago Dei, & subscriptio eius. Et hoc maxime dicerent Pharisæi, ut fauerent causæ suæ, scilicet, quod non essent danda tributa Cæsari, sed non dixerunt hoc, sed solum, quod est imago Cæsaris, ergo non erat ibi aliqua Dei imago.

Quinto, quia innuitur ex modo quaerendi Christi, quod si fuerit vnica imago, vel si duæ erant vnus modi erant, quia dixit, Cuius est imago hæc? & tamē si duæ imagines distimiles essent, ibi non diceret cuius est imago hæc absolute, sed: Quorum sunt iste imagines? Dixit tamen, cuius est imago hæc, quasi vnica esset, ergo non erat ibi imago Dei.

Sexto, quia si duæ imagines ibi essent, & ex eo vellet Christus concludere reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo oportebat, quod de vtraque quaereret, secus autem si existentibus ibi duabus imaginibus, vellet concludere reddenda esse Cæsari, quæ sua sunt, quia tunc quaereret solum de imagine Cæsaris, & tamen conclusit de vtroque, & non quaesivit, nisi de imagine Cæsaris, ergo videtur quod non erat ibi alia imago.

Sed dicendum, quod Christus dixit hoc, quia faciebat ad propositum. Primo, quia de Cæsare, & Deo erat contentio, licet Pharisæi non dixerint nunc hoc. Erat enim dubium inter Iudæos, an deberet solui tributum Cæsari, quidam asseriebant, quod sic propter tuitionem patriæ, & alia bona, quæ Cæsar, & Romani conferebant Iudæis. Alij autem, scilicet Pharisæi dicebant non esse tributa soluenda. Et ratio sua præcipua erat, scilicet, quod iniustum erat, quod populum Dei, qui solvebat Deo decimas, & primitias, & alia iura, præstaret tributa hominibus, & potissime alienigenis, & ob hoc Christus respondit, quod aliqua erant debita Deo, & aliqua Cæsari, & quod cuique redderentur, quæ erant ei debita. Sic patet per Hieronymum, scilicet. Nuper sub Cæsare Augusto Iudæa Romanis subiecta, quado in toto orbe est celebrata descriptio, stipendiaria facta fuerat, & erat in populo magna seditio, dicentibus alijs pro securitate, & quiete, quia Romani pro omnibus militarent, deberent tributa persolui, Pharisæis vero, qui sibi applaudebant in iustitia contrario nitentibus non debere populum Dei, qui decimas solueret, & primitias daret, & cætera, quæ in lege scripta sunt, humanis legibus subiacere, & ideo ad hoc respondit Christus, quod licet populus esset ei subditus, & ei deberet multa, adhuc debebat aliqua Cæsari, & illa reddere tenebatur.

Secundo dixit hoc, quod ista duo simul stent: Pharisæi enim ianuebant non stare hæc duo, scilicet, esse populum subditum diuinis præstationibus, & in super tributis humanis. Respondit autem Christi statim hoc, quia ista duo se compliuntur, & ideo dicitur, reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, id est potestis dare Cæsari, quæ ei sunt debita, & et Deo, quæ debita sunt illi. Et ita dicit Theo. date imaginem imaginato. i. denarium Cæsari, potestis enim Cæsari censum dare, & ideo propria offerre.

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

Quæ sunt illa, quæ sunt Deo reddenda. Quæst. CI.

Quæretur cum dicat Christus reddenda esse Deo, quæ sunt Dei, quæ sunt illa, quæ Deo reddenda sunt.

Dicendum, quod aliqui exponunt sic, quod Deus dicatur hic id, quod conuenit animæ: Cæsari dicatur ipsa naturalis conditio corporis, quædam autem sunt debita corpori. i. sustentationi, & sunt ei reddenda. Alia sunt debita Deo. i. animæ. Sin omnibus fm virtutem agere, & et hoc reddendum est, & in hoc Christus mediat inter illos, qui extrema tenebant, quidam. n. imprudenter deuoti dicebant oia Deo danda. i. ad curam animæ, & nullam curam de corpore agenda fore, isti oia dabant Deo, & nihil Cæsari. Alii vero totam occupationem circa carnis delicias confluentes oia Cæsari dant, & nihil Deo: Christus autem dicit tã Cæsari, quã Deo aliquod dandū. Sic dicit Origenes. Possumus autem locū istū intelligere, quod debemus quædam corpori dare, quasi tributum Cæsari. i. necessaria, quæcunque autem sunt conuenientia animarum naturæ. i. ea, quæ ducunt ad virtutē debemus Deo offerre. Qui ergo supra modum docent legem Dei, & de rebus debitis corpori nihil curare præcipiunt, sunt Pharisæi, qui reddere Cæsari tributum verabant prohibentes, s. nubere, & abstinerere à cibis, quos Deus creauit. Qui vero supra modū estimant oportere corporibus indulgere, ipsi sunt, sicut Herodiani, saluator autem noster vult, vt neque virtus minoretur dum supra modū carni seruimus, neque carnis natura granetur dum abundantius virtutibus asheremus. Et idē dicit Theo. quasi Cæsar est vniuscuiusque nostrum corporis inuitabilis necessitas, iubet ergo dominus dare corpori cibaria propria. & vestitum, & quæ sunt Dei, Deo.

Secundo exponunt et quidam, quod Cæsar sit diabolus, & imago eius sit in nobis similitudo eius operibus illius, reddenda sunt autem Cæsari, & demoni, quæ sua sunt. i. abrenunciandum pompis, & operibus eius, & ita est adherendum Deo. Sic dicit Orig. Duæ sunt imagines in homine, vna quam accepit a Deo, altera inimici. Sicut. n. denarius habet imaginem imperatorum mundi, sic qui facit opera tenebrarum istarum portat imaginem eius, cuius sunt ista opera. Dicit ergo reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: hoc est abdicare terrenam imaginem, vt possitis vobis imaginem celestem imponentes reddere, quæ Dei sunt Deo, vt. i. Deum diligamus.

Sed dicendum, quod isti modi pertinent ad tropologiam, & non ad sensum literalem, quia manifestū est, quod hic a Christo de tributis dandis, vel non dandis Cæsari quaerebatur, & ipse de hoc respondebat.

Tertio ergo modo accipiunt alij, quod Christus dicit aliqua debita esse Cæsari. scilicet, præstationem tributorum: Deo autem debita esse opera nostra bona. i. vt cum diligamus, & immaculatos nos custodiamus ab hoc seculo propter eum. Sic dicit Titus. Date Cæsari census. Deo timorem, non exigat Deus denarium, sed fidem. Sic etiam Theophylactus ait: Reddas numisma regum regi: Deus est tibi tradidit intellectum, & rationem, restituas hoc ei non comparatus bestijs, sed in omnibus rationabiliter procedens.

Sed adhuc dicendum, quod non est iste sensus. Primo, quia hoc non præstaret aliquam rationem dubitandi, quia idem argumentum fieret quantum ad oēs gentes, omnes. n. debent Deo innocentiam, & virtuosam operationem, & vsuram de talento tradito, & ita nulla gens deberet esse tributaria, & tamen Iudæi arguebant de se solis, ergo non loquebantur de his debitis Dei, sed de alijs.

D. Se.

Secundo patet, quia spūale debitum, & corporale in nullo se impediunt, neque vnum ingrauat alterū, sicut corporale debitum super alud corporale, quia cum sint eiusdem generis hñt se per accumulationē & vnum efficit alterum maius, & ideo vñ, q̄ potius est sent debita corporalia.

Tertio patet, quia Pharisei, qui defendebant partē hanc non loquebantur de aliquibus spiritalibus debitis Dei, sed de corporalibus, quia spiritalia parum aduertunt. Et patet hoc clare, vt Hierony, ait. f. Iudæa stipendiaria facta fuerat, & erat in populo magna seditio dicentibus alijs pro securitate, & quiete quā Romani pro omnibus militarent, debere persolui tributa, Phariseis vero, qui sibi applaudebant, in iustitia ē contrario nitentibus non debere populum Dei, qui decimas solueret primitias dare, & cætera, quę in lege scripta sunt humanis legibus subiaccere. Et tunc videbatur aliqualis difficultas, scilicet quomodo soluerent tributa hominibus & Deo, cum vtraque essent corporalia.

Dicendum ergo, q̄ accipiuntur hic debita Dei ea, quę erant debita ei corporaliter, secundum legem Moyfi, non quidem pro se, quia ipse bonorū nostrorum non indiget Psal. 15, sed vel pro sustentatione ministrorum, sicut erāt decimę quas soluebant Iudęi ad sustentationem Leuitarum, & summi sacerdotis Nume. 18. vel pro opere sanctuarij, sicut dimidium sicclic, quod dabatur a quolibet transeunte ad numerum 20. annorū, quę pecunia erat ad vsus sanctuarij Exod. 30. c. & vocatur pecunia, vel precium animæ. 4. Regū 12. c. vel erat ad sustentationem sacerdotum, sicut primitię, oblationes, & cætera iura, quę ponuntur Nume. 18. c. vel erant ad honorem Dei, sicut sacrificia, & libamina quantum ad partes illius, quę credebantur in honorem Dei, ista enim debita erant interdum, vt in sacrificiis pro peccato, & pro delicto Leu. 4. & 5. & in multis locis, vt in parietē Leu. 12. & in emundatione neleproforum Leuit. 14. c. & in emundatione fluentium semine Leuiti. 15. & in alijs, in quibus sacrificia ex necessitate fiebant, omnia autem hæc erāt Deo debita, quia licet darentur ministris aut sanctuario, non dabantur, nisi intuitu Dei, & Deus dicebatur ista suscipere, & dare ea ministris pro ministerio, quod sibi exhibebant Nume. 18. c. hæc autem dicit Christus reddenda, quia quando durauit status legis Moyfi, erant Iudæi obligati ad omnia hæc.

Quare Christus dixit prius Cæsari, quam Deo. Quest. CII.

Quæritur cum Christus dixerit tam Cæsari, quā Deo soluenda esse debita, quare prius dixit Cæsari, quam Deo, cum Deus deberet præponi. Aliqui dicunt, q̄ hoc fuit propter ordinem naturālē, quia debitum Dei, & Cæsari sic se habent, q̄ non possumus reddere Deo debitum suum, nisi Cæsari prius debitum reddiderimus. Dicunt enim Cæsare esse demonem, & peccata esse, id quod illius in nobis est, & Deo non possumus bonorum operum debitum reddere, nisi prius a nobis omne peccatum abstulerim. Sic dicit Onge. Princeps mundi. i. Diabolus dicit Cæsari, non enim possumus reddere Deo, quæ Dei sunt, nisi prius reddiderimus principi, quæ sunt sua. i. nisi depouuerimus malitiam vniuersam. Idem quasi vult Ambrosius, super Lucam, scilicet tu ergo, si non vis esse obnoxius Cæsari noli habere, quæ mundi sunt, & bene prius, quæ Cæsaris sunt reddenda decernit, neq; enim potest quis esse domini, nisi prius renunciauerit mundo, quam graua vincula promittere Deo, & non soluere, maior est contractus fidei, q̄ pecuniæ.

Sed dicendum, q̄ iste sensus non est literalis, sed mysticus, vt patet supra q. 104. & præced. q. & ideo rō ordinis non est assumenda ex illo.

Secundo dicunt aliqui, q̄ ideo prius dixit reddendum Cæsari, quā Deo, quia debita humana prius sunt soluenda, quam diuina, eo q̄ ex maiori rigore agit homo cum homine, quam Deus cum homine.

Sed dicendum, q̄ non stat, quia magis tenemur ad debita diuina, quam humana, & illa potius soluenda sunt, immo si debitum humanū militaret contra diuinum debitum iam cessaret esse debitum, sed potius esset indebitum, & esset illicitum talia solui. Sic dicit Chrysostom. Tu autem cum audieris, redde, quę sunt Cæsaris, Cæsari, illa scito dicere eum solum, quæ in nullo pietati nocent, quia si aliquid tale fuerit non auhuc Cæsaris est, sed Diaboli tributum.

Sed circa hoc considerandū, q̄ aut debita Dei sunt spiritalia, vt ad recte viuere, aut corporalia, vt dare aliqua iura ministris Dei. Si primo modo non impediunt se debita ista cum non sint eiusdem generis, & ita non est comparatio, q̄ prius, vel post sit soluendū, & si aliquo casu vnum impediret alterum, semper debitum Dei de recte viuendo debet præcedere, & nullum debitum humanū potest illud impedire, sed potius cessat esse debitum, & ob hoc iuramenta præstita, vel pacta inita, aut quicunq; contractus facti, in quantum militant contra salutem eternā, sed desinūt valere, & infirmantur. Si autem sint debita corporalia, vt soluere decimas, vel primitias, fortitur eandem legem cum alijs debitis humanis. Nam decimæ, ranquam debite exiguntur extra de decimis, c. parochianos, & ita de alijs. Et tunc quamquam sint multe differentię, secundum q̄ quędam debita sunt priuilegiata, & potiora alijs, secundum q̄ præcedere debent in solutione, tamen ceteris paribus debita Dei, & ecclesiæ sunt fauorabilia, & præcedunt ad alia.

Tertio ergo dicendum, q̄ Christus dixit prius de debitis Cæsari, quia de istis erat quæstio, & non de debitis Dei, debita autem Dei non inducuntur hic principaliter, sed accessorie, ideo de illis erat posterius dicendum. Nam Pharisei non querebant, an aliquid dandū esset Deo, sed an esset dandū Cæsari, & ideo Christus respondit, dicens. Reddite, quę sunt Cæsaris, Cæsari. Addidit autem, & quę sunt Dei, Deo, vt responderet quæstioni Phariseorū. s. quomodo stare, q̄ homo esset tributarius Deo, & homini, & ideo dicit, q̄ non obstante, q̄ Cæsari soluatur, quod suum est, etiā Deo reddatur, quod suum est.

An Iudæi erant obligati Cæsari ad tributum. Quest. CIII.

Quæritur an Iudæi erant obligati Cæsari ad tributum.

Dicendum, quod an Iudæi essent obligati ad tale, vel tantum tributum non potest patere, quia consideratio ista est multum particularis. Sed an aliquod tributum esset dandū Cæsari dicendum, q̄ sic.

Et primo patet, quia Iudæi erant subiecti Cæsari, ergo aliquid ei debebant, nam necesse est, quod teneat subditus in tēporalibus ad aliquid dño suo tēporali.

Secundo apparet ex ratione moterę, tenebant. n. Iudæi monetam Cæsaris, & vtebantur ea, ergo tenebantur ei ad aliquid, & istam rationē Chr̄s facit. Nam ostenso, q̄ esset imago denarii, & superscriptio eius Cæsaris intulit. Reddite ergo, quę sunt Cæsaris Cæsari. Et tñ rō ista nō pcedit quasi tota moneta in signa imagine Cæsaris eēt debita Cæsari, sed innuit, q̄ gētes illę, quę tenebant monetam Cæsaris erant subditę, quia

quia aliās non tenerent monetam eius, & consequenter debebant ei aliquid, & ob hoc Christus non dixit dare Cæsari, sed reddite, q̄ signat solutionē, solutio aut non est, nisi de debito, & ita aliquid debebāt Iudęi Cæsari, cum monetā eius tenerent. Sic dicit Hilarius. Si. n. nihil quod Cæsaris est penes nos resederit, conditione reddendi ei, quæ sua sunt, nō tenebimur. Porro si rebus illius incumbamus, si iure potestatis suæ vtamur extra querelam iniurię est Cæsari reddere, quod Cæsaris est. Idem dicit Titus. Subiuitis Cæsaris seruitutem, susceperitis, quæ eius sunt: dare ergo illi censum Deo timorem. Tertio apparet ex ratione publicæ administrationis, & tuitionis, & tranquillitatis. Hęc. n. oīa Cæsar præstabat, nā ponebat præfides, & Iudices, qui foralia omnia diffinirent, & contentiones terminarent, & specialiter criminalia. Nam in ciuilibus Iudæi habebant iudices de seipfis, in criminalibus tamē nō. Vnde nō licebat eis interficere quemquam, sicut ipsi dixerunt Pilato Io. 18. c. etiam tenebat regionē in pace cohibens omnes tumultus, & seditiones, & ad hoc habebat legiones, & centuriones in Iudæa, qui erant Romani, vel Gentiles, vt seruarent tranquillum statū publicum. Etiam faciebat, vt nulla alia gens pugnaret contra Iudæos, & si quis pugnare velle suscipiebat Cæsar defensionē patrię, ideo pro his multa debita erant ei, quia non debebat in his omnibus militare suis stipendijs. Sic. n. dicit Theophilus super hoc verbo: tuē te princeps tuus ab hostibus, vitam tuam reddit tranquillam. Pro his ergo teneris in censu. sed hoc ipsum, quod offers numisma ab eo habes, reddas ergo numisma regium regi.

An Christus dicens: reddite quę sunt Cæsaris Cæsari, significauit aperte, quod tributum dandum esset Cæsari. Quest. CIII.

Quæritur an Christus dicens reddite, quę sunt Cæsaris Cæsari significauit aperte, q̄ tributum dandum esset Cæsari. Aliqui dicunt, non significauit eos teneri, sed solum dixit reddite, quę sunt Cæsaris Cæsari. i. ea, quę sunt Cæsaris reddenda sunt ei, & ideo si quid habetis, quod sit Cæsaris, reddite illi.

Dicendum, q̄ non stat, sed expresse voluit Christus significare aliquid esse debitum Cæsari apud Iudæos quod illi reddendum esset. Et patet primo, quia Christus respondit hic ad quæstionem Phariseorum. san liceat dari tributum Cæsari, & tamen si Christus solum diceret si aliquid debitū est Cæsari reddite illi, nō erat respondere ad quonem, sed ēt nulla quæstione proposita poterat dici si quid est debitum Cæsari, vel Deo reddite illi, & tñ fuit ista rō solio ad quonem, ergo voluit significare aliquid esse debitum Cæsari. Secundo patet, quia si Christus nollet rōdere in speciali ad quæstionem, sed dicere in generali, si quid debitū erat Cæsari reddendum esse illi nō pereret ostēdi sibi denarium, & tñ petiuit, & vidit, & quæsiuit cuius erat imago, & superscriptio, & cum diceretur ei, q̄ erat Cæsaris, adiunxit, reddite quę sunt Cæsaris Cæsari. Voluit ergo aliquid sibi debitum esse apud Iudæos. Tertio patet adhuc efficacius, quia visa imagine Cæsaris, & superscriptione dixit Christus. reddite ergo quę sunt Cæsaris Cæsari, in quo facit consequentiam ex præcedētibus. q. d. quia sic est, q̄ iste denarius habet imaginem Cæsaris, reddite illi Cæsari, quia Cæsaris est, & ita significauit aliquid debitū esse Cæsari in illa moneta.

Quarto patet, quia dicitur hic in litera, & Marc. 12. & Luc. vigesimo capitu. q̄ Pharisei audientes verba Christi mirati sunt, & istud fuit mirari de ingenio responsionis eius, ita vt nihil in ea redarguere potuerint, & tñ si Christus non responderet in speciali ad istam Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

quæstionem, sed solum diceret in generali, si quid debitum est Cæsari reddite illi, nihil admiratione dignū dicebat, quia quilibet quantumlibet insipiens hoc diceret, ergo nō locutus est in generali, sed ostendit aliquid sibi esse debitum.

Quomodo Christus voluit dicere aliquid debitum esse Cæsari, cum esset contra populum. Quest. C V.

Quæritur quomodo Christus voluit dicere aliquid debitum esse Cæsari, & quomodo auis est hoc dicere, quia incidebat in inconueniens. s. quia videbatur subijcere populum seruituti, & ita Pharisei auerterent populum ab eo. Nam ista fuit causa, quare erat ista quæstio tentatio, scilicet, quia quidquid responderet erat inconueniens, & ita Christus non respondit directe.

Dicendum, q̄ licet Christus ostendit debitum esse aliquid Cæsari non incidit in inconueniens aliquod. Et patet primo, quia licet verba Christi, quantum ad sapientes, & aliquid intelligentes ostēderent manifeste debitum esse tributum Cæsari, tñ quantum ad simplices quales est totus populus non videbatur significare, nisi q̄ si aliquid esset debitum Cæsari, q̄ redderet ei, & ita Pharisei non habebant occasionem calūmiantia verba eius coram plebe, quia nō videbat apre dicere contra Iudæos, licet diceret, secus aut si diceret tributum esse soluendum Cæsari sic aperte afferens, quia tunc clamarent Pharisei contra Christum corā plebe, q̄ in seruitutem eos reducere volebat.

Secundo, quia Christus vsus est hic quodam artificio. s. quia noluit quicquā diffinire, quæ si ex seipso, sed respondit quid rō videretur suadere. Si. n. nō accepto denario diceret Christus Phariseis soluendū est tributum Cæsari, vel saltem diceret aliquid est sibi debitū clamarent Pharisei, quia hoc Christus videret a seipso dicere, sed ille petiuit denarium, & cū quæsiisset de imagine, & superscriptione, cuius erat, & rñtum eēt, q̄ Cæsaris, intulit. Reddite, quę sunt Cæsaris Cæsari. s. rō suadet, q̄ si vos habetis apud vos aliquid Cæsaris, q̄ reddatis illud ei, & ita cū ratio hoc suaderet ēt Christo non loquente non poterant quicquam de Christo conueneri, nisi de ratione ipsa conquererentur.

Tertio, quia ipse temperauit valde dictum suum: nam cum arguit de imagine, & superscriptione denarij, bene sequebatur ex hoc, q̄ erat tributum dandum Cæsari, quia quæcunq; præstatio quantumlibet parua esset tributum, & tñ tenebantur ad aliq̄, ergo tenebantur ad tributū, & tñ adhuc ipse noluit cōcludere: reddite ergo tributum Cæsari. Sed dixit reddite, quę sunt Cæsaris Cæsari. Et ita ista locutio est autq̄ bladior, licet in significando equaler alteri. s. reddite tributum. Sed ad hoc, q̄ non exasperentur illi, qui cupiunt habere occasionem, est cautela blande loqui, licet verba in significatione non sint blanda.

Quarto, quia addidit etiam aliud temperamentū. s. Et quę sunt Dei, Deo. Nam si diceret solum reddite, quę sunt Cæsaris Cæsari, esset aliquantulum magis apertū, q̄ significabat eos determinare obligatos esse Cæsari ad aliquid, sed cum addidit, & quę sunt Dei, Deo; videtur quodammodo innuisse, q̄ omnibus soluēda sunt debita cuiuscunq; illa sint debita, & non determinare velle sentire de solo Cæsare, q̄ ei essent obligati Iudæi.

Quinto, quia licet ēt populus videret aliquantulum, q̄ Christus dicebat eos obligatos ad tributa, cum tamē hoc nō diceret, quasi a seipso, sed cogente ad hoc ratione non habebat propter quid conquererentur de eo. Et sic Pharisei visis istis temperamentis vide-

D 2 runt,

sunt, quod nullum inconueniens sequebatur ex verbis Christi de illis, quæ ipsi volebant inducere. Et pater primo, quia ipsi admirati sunt valde de responsione eius supra in litera. Et Mar. 12. c. & tamē si aliquid inconueniens de intentis ab eis sequeretur, non admirarentur, sed potius gauderent, & statim clamarent contra Christum. Secundo, quia Luc. 20. dicitur. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirati in responso eius, tacerunt. Et tamen si incidisset in aliquod de inconuenientibus intentis ab eis inuenirent de quo eum redarguerent coram plebe, ergo sufficienter euitabat per istum modum omnia inconuenientia, & tamen nisi sufficienter euitasset Christus omnia inconuenientia increpassent eum Pharisei, quia hoc maxime intendebat. Sic dicit Theoph. hoc. n. p. cipue intendebant. si increpare eum coram populo, sed non potuerunt propter sapientissimam eius ratiōem. In hoc aut nos instrui mur qualiter respondere debeamus caute tentatoribus nostris non asserendo plane, neque negando, sed prudenter deuitando eorum quōnem, vel medio modo sicut sapientiam nobis datam procedendo. Sic dicit Orige. Discamus ex hoc loco, quod tentantes, neque omnino tacere debemus, neque simpliciter respondere, sed circumpecte, ut prædicamus occasionem querentium in nobis occasionem, & doceamus irreprehensibiliter, quæ possunt saluare volentes saluari.

Quare dicitur, quod Pharisei audientes responsonem Christi mirati sunt. Quæst. CVI.

QVAERETVR quare dicitur, quod Pharisei audientes responsonem Christi mirati sunt. Dicendum quod hoc fuit propter magnitudinem ingenij eius. quod dolosam excogitatos, tam facile dissipasset respondens sine aliqua reprehensione sine vlla deliberatione, & ista causa admirationis erat, quia eum purum hominem putabant, nam si Deum crederent non admirarentur, quia naturale est Deo omnia scire, & non est consilium contra deum. Secundo admirati sunt, quia statim in primo aspectu cognouit eos esse tentatores, & vocauit eos hypocritas, quod erat difficile, & ipsi putauerunt, quod ex perspicacitate ingenij hoc deprehenderat, & non alio modo, tanta admiratio immo stupor tenuit Phariseos, quod totaliter tacerunt Luc. 20. ca. Sed dicendum, quod in hoc apparebat radicatum immo obstinatum iniquitas Phariseorum, quia cum viderent se deprehensos, & machinationes, & dolos suos nihil valere, debuerant conuertere ad eum, & dolere, quod praeue egissent, sed non fecerunt, immo admirati sunt, quod eum fallere non potuissent, & ita desiderium decipiendi adhuc habebat, & dolebant, quod decipere non potuissent. Sic dicit Hieronimus, qui autem credere debuerant ad tantam sapientiam mirati sunt, quod calliditas eorum insidiandi non inuenisset locum.

Quare post responsonem Christi dicitur de Phariseis, & Herodianis, quod relicto eo abierunt. Quæst. CVII.

QVAERETVR quare post responsonem Christi dicitur de Phariseis, & Herodianis, quod relicto eo abierunt. Dicendum, quod hoc debet intelligi de Phariseis, & Herodianis, qui ad tentandum venerunt, non autem de plebe, quæ aderat, nam quoniam venerant illi ad tentandum erat Christus coram plebe, scilicet predicando, vel loquendo, aut miracula faciendo. Quod patet, quia solum Herodiani, & Pharisei venerunt ad tentandum, ut dicitur in litera. Et non venit populus cum eis, & tamen tentatio fuit

Fcoram populo, quia dicitur Luc. 20. ca. & non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, ergo populus stabat cum Christo, quando illi venerunt ad querendum, & populus ille non recessit nunc, sed solum Pharisei, & Herodiani. Causa autem recedendi fuit, quia illi non venerant ad audiendam doctrinam Christi, sed ad tentandum eum, & hoc iam fecerant quantum potuerant, ideo nihil erat eis ad quod cum Christo, ultra manerent, populus autem, quia venerat ad doctrinam manebat cum Christo. Secundo fuit, quia Pharisei, & Herodiani confusi fuerant, eo quod dicit Christus eis valde sapienter, ita ut ipsi nihil replicare potuerint Luc. 20. f. & mirati in responso eius tacerunt, & ita graue erat eis sustinere illam confusionem, quam tamen sustinebant, quandiu manebant coram Christo, & plebe, coram qua ista acciderat, ideo noluerunt ibi amplius manere. Tertio fuit, quia timuerunt maiorem confusionem si amplius manerent, sicut acciderat alijs Phariseis, & Scribis, & principibus sacerdotum præcedentibus, quando quaesierunt a Christo, in qua potestate hæc faciebat, nam postquam respondit illis dixit contra eos tres parabolas ad magnam increpationem eorum, & duas præcedentes, & vnam hanc. Ut ergo non cogere-tur isti audire similes increpationes statim, ut responsum est eis, & viderunt, quod non poterant replicare, abierunt.

Quid est acceptio personarum. Quæst. CVIII.

QUONIAM autem supra in litera dicitur. Non est tibi cura de aliquo, & non respicias personam hominum, quæ manifeste intelliguntur de acceptio-ne personarum, sunt aliqua dubia, hic de acceptio-ne personarum. Et primum est, quid est acceptio personarum. Dicendum, quod acceptio personarum significat quandam considerationem personæ ad faciendum aliquid pro illa, quia talis persona est, non accipere autem personam est non considerare personam ad hoc, quod ei vtilitatem, aut honorem, aut aliquid boni impendamus, quia talis persona est. Considerandum autem, quod acceptio personarum opponitur iustitiæ distributiue. Est autem iustitia distributiua iustitia particularis habitus consistens circa equalitatem in distribuendo, & est ista equalitas non solum in magnitudinem, vel quantitatem, sed solum in proportionem. In quantum diuersis personis datur diuersa premia, vel penas solum in proportionem ad dignitates, aut merita, vel demerita personarum, & dicimus dare equaliter solum in proportionem. id est qualis est proportio vnius personæ ad alteram in merito, vel demerito, talis est proportio premij, vel penæ vni ad præmiu, vel penam alterius, ut si bonitas vnius est dupla ad bonitatem alterius honor illi collatus debet esse duplus, & ita debet comparari et pena solum in proportionem, & tunc est equalitas iustitiæ distributiue, solum in proportionem. Si autem duobus existentibus, qui peccauerint, & vni inferatur pena, alteri non inferatur, non obseruatur iustitia distributiua, vel si vtrique datur pena, & non est talis proportio penæ qualis est peccati, ut si peccatum vnius est duplum ad peccatum alterius, & tamen pena est equalis, vel solum sexquitertia, non seruatur iustitiæ distributiue equalitas solum in proportionem, in omnibus autem modis, in quibus, vel non seruatur iustitia, vel non tenetur totaliter proportio, exitur a iustitia distributiua, & in illis est acceptio personarum, & hoc est respectu boni dandi, scilicet respectu penæ, vel mali. Nam si duo peccauerint equaliter, & vni datur a iudice pena equalis solum in lege, alteri vero datur duplum de pena, quæ lex vult sit aliquid pro personâ, quia tamen sit in malum non est acceptio personarum, sed odium, & ista est prima conditio acceptio-nis personarum. scilicet sit in bonum.

Secundo

Secundo considerandum, quod quicquid que aliquid boni sit considerando solum personam, cui sit, & non conditionem aliquam eius, sed solum personam, scilicet quod est Petrus, vel Ioannes, est acceptio personarum, quia quando consideratur persona, & non meritum est acceptio personarum, & tamen persona nuda non datur meritum respectu alicuius boni suscipiendi, ideo quodcumque sola persona considerabitur est accipere personam.

Sed obijciatur, quod si facio alicui elemosynam solum, quia homo est, non considerando, quod sit pauper, vel iustus, aut aliquid aliud, sola persona consideratur, & tamen non est acceptio personarum, quia tunc esset peccatum, quod falsum est. Dicendum, quod in casu dato non est acceptio personarum, neque est peccatum, & si contingat esse aliquando peccatum non erit, quasi sit acceptio personarum, sed quod inconsiderate dedit dando non indigenti, & non dando famem patienti, & tamen non est acceptio personarum. Et cum dicimus, quod non consideramus nisi personam. Dicendum, quod non consideramus personam, sed naturam, nam esse hominem non dicit personam, sed speciem, & esse hominem est conditio necessaria ad recipiendum elemosynam, nam non homini non fit elemosyna, & per hominem accipio tam hominem, quam animam hominis solum a corpore, quia etiam illi prestatur elemosyna. Tertio considerandum, quod quando fit aliquid boni alicui propter conditionem personæ, interdum est acceptio personarum, & interdum non. Pro quo sciendum, quod aut conditio illa, quam respicimus facit debitum esse personæ, vel competens ei id, quod damus, aut non. Si primo modo non est acceptio personarum, quia illud non est respicere personam, sed meritum, vel causam, nam in quacunque persona inueniretur conditio illa faceret eam dignam illa re, quam ei tribuimus, sed proprie accipere personam est, quando ita damus vni personæ rem, quod non daremus alteri, & tamen si meritum respicimus, dabitur cuiusque habent meritum illud, ergo non accipitur ibi persona, sed causa. Et ita non est acceptio personarum. Si autem conditio illa, quam respicimus non facit debitum esse personæ, vel competens id quod ei tribuimus, est acceptio personarum.

Non homini non fit elemosyna.

Quid sit iustitia distributiua.

Sunt indebita, & faciunt acceptio-nem personæ præter hanc, quæ est esse sapientem, & rite curasse per tempus, & adus lege diffinitos: esse autem nobilem, diuitem, cognatum, affinem, amicum, compatriotam, pulchrum, robustum, pecuniam esse præstitam, preces intercessisse, auxilia aut beneficia quodam recepisse, & quidquid aliud excogitari potest, faciet hic acceptio-nem personarum, quia non est cum faciens gradum esse debitum, vel conuenientem. Et licet hic quædam conditiones sint hic pure extrinsecæ, ut pecuniam esse datam, vel preces oblatas, aut quondam auxilia præstita, aliæ vero absolute pertinentes ad personam, ut esse pulchrum, & robustum, aliæ vero sunt competentes personæ respectu alterius, ut esse amicum, & compatriotam, cognatum, affinem, tamen omnes ponimus in personâ, quasi in omnibus his solum personam consideremus. non aliquid causam meritoriam, quæ facit rem debitam, & ideo in omnibus dicimus esse personarum acceptio-nem.

Quinto considerandum, quod quædam conditiones sunt, quæ faciunt personam dignam ad aliquid, & non faciunt dignam ad aliud, sicut esse cognatum facit aliquem dignum ad hoc, quod instituatur hæres patri monii, & non facit dignum ad hoc, quod fiat magister, vel prælatus ecclesiæ, aut dux belli. ideo eadem conditio personæ in vno negotio considerata facit acceptio-nem personæ, & in alio non facit, sicut si quis instituit aliquem hæredem in bonis suis, quia erat frater suus nihil aliud considerando, non est acceptio personæ, & tamen si conferat alicui episcopatum, solum quia est frater suus, est acceptio personæ, & ita circa singula negocia inueniri poterit, quando fit acceptio personæ, & quando non.

An acceptio personarum sit peccatum. Quæst. CIX.

QVAERETVR an acceptio personarum sit peccatum, & an veniale, vel mortale. Aliqui dicunt, quod non sit peccatum, quia nomine personæ intelligitur dignitas, sed considerare dignitates personarum non solum non est malum, sed etiam est necessarium in iustitia distributiua, ut patet. Et tunc ergo acceptio personarum non est peccatum. Secundo, quia in rebus humanis personæ sunt principales, & res sunt propter personas, & non est contrario, sed acceptio rerum. hæc consideratio ad res ad faciendum aliquid, vel non faciendum non est peccatum: ergo multo minus acceptio personarum. Tertio, quia potius vult, quod non accipere personam, non considerare est peccatum circa actionem. Nam aliquid est licitum fieri circa vnam personam, quod non licet fieri circa alteram, si autem non esset acceptio personarum non est peccatum. Quarto, quia quicunque honorem, vel bonum aliud conferimus alicui personæ: est aliquid considerandum quare illud faciamus, quia fieri sine causa est indebitum fieri, duo autem considerare possumus circa aliquem, scilicet res, aut personas, sed quidam sunt, in quibus non licet respicere ad rem, ut si alicui conferre velimus gradum magistrerii, vel doctoratus, aut prælationem, non sunt consideranda res illius, id est ut multa, aut pauca possideat, sed persona, & tamen personam respicere est acceptio personarum. ergo non est peccatum accipere personas, sed licitum.

Dicendum, quod acceptio personarum est peccatum, virtuti enim non opponitur, nisi vitium, sed acceptio personarum opponitur iustitiæ distributiue, ergo est peccatum. Quicunque enim distribuitur honor, aut iuramentum, vel pecunia inter personas non consideratis dignitatibus earum, id est conditionibus facientibus eas dignas eo bono, quod eis datur, est acceptio personarum, si sit in bono, quia non datur ibi bonum pro merito, sed

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

D 3 solum

solum propter intuitum personæ, qualiter autem fiat hoc, & quot modis dictum est præcedenti q.

Item patet, quia non prohibetur aliquid lege diuina, nisi sit peccatum, & tamen vetatur acceptio personarum, ergo est peccatum accipere personam. Patet hoc Deu. i. lita magnum iudicabit, vt parum, & non accipietis cuiusquam personam. Sic etiam dicit Prover. 13. accipere personam in iudicio non est bonum.

Ad primum dicendum, quod nomine personæ aliqui intelligitur sola persona, aliqui persona, & conditio personæ, quæ non est extrinseca, aliqui autem omnis conditio, siue intrinseca, siue extrinseca, dum tamen non faciat personam dignam eo bono, quod ei confertur. Accipiendo primo modo semper est acceptio personarum, & est peccatum, quia persona sola, non considerata aliqua conditione eius, non facit eam dignam aliquo bono, & tamen dare non digno, vel ei, cui res non conuenit est, accipere personam, quia est dare sine causa, ergo semper est peccatum in materia illa, in qua locum habet acceptio personarum. Accipiendo secundo modo interdum est acceptio personarum, & interdum non, cum quædam conditiones sint, quæ faciunt personam dignam, vel capacem boni, quod confertur, aliquid autem non. Et isto modo accipitur persona, vt conuenit modo loquendi nostro, quia distinguitur res. Nam dicimus, quod aliquando facimus aliquid propter personam, & aliquando propter res, & ita vocamus ibi personam omnem, quod non est extra personam, re autem vocamus quidquid est extra personam, & id est personam, quam conditiones eius intrinsecas vocamus personam, res autem possessas, & quidquid aliud extrinsecum est vocamus res. Accipiendo tertio modo dicendum, quod semper est acceptio personarum cum ibi non agatur pro dignitate, sed pro intuitu personæ. Est autem regula, quod quandoque in dando aliquid bonum alicui consideratur sola persona, vel quæcunque conditiones personæ, siue intrinsece, siue extrinsece, quæ tamen non efficiant personam dignam illo bono, quod ei datur, vel saltem capacem, est acceptio personarum, si est materia, in quam cadat acceptio personarum, vt infra dicitur. Quoniam aliqua materia est, circa quam non contingit accipere personam. Cum autem dicitur nomine personæ intelligitur dignitas. Dicendum quod quantum ad secundum modum intelliguntur omnes conditiones intrinsece quædam quædam faciunt personam idoneam, & capacem eius, quod datur: aliquid non faciunt aliquid ad esse capacem. Primæ vocantur dignitas personæ, & circa istas non est acceptio personæ, & considerare istas non est considerare personam. Secundæ autem non vocantur dignitas, sed solum persona, & considerare illas est accipere personam.

Regula ad cognoscendum, quod est acceptio personarum.

Res extrinsece non faciunt hominem dignum honore.

quo bono, ideo nunquam consideranda est persona circa iustitiam distributiuam, res autem secundo modo acceptæ considerandæ sunt, quia aliquando dignos faciunt recipientes. Cum autem dicitur, quod personæ sunt principales, quam res. Dicendum, quod siue res accipiantur primo modo, id est pro possessis, siue secundo modo, id est pro conditionibus personarum, semper persona est magis præcipua, quam res cum cetera sint propter personam, vel accidentia illius, & tamen licet in gradu essendi, vel naturæ sit persona maior, quam res, tamen comparando ad nos, vel ad retributionem operationum magis præcipua est conditio personæ, quam persona, cum persona non faciat dignum hominem aliquo bono, & conditiones personarum faciunt dignum, & ita, quando sit aliquid propter personam ponitur non causa pro causa, & ideo est acceptio personarum, cum autem sit propter conditionem personæ quia illa potest facere personam dignam bono, de quo agitur, non est acceptio personarum, licet semper sit maior persona, quam quælibet conditio eius in gradu essendi, vel naturæ. Sic etiam in gradu vna multa est maior, quam omne inanimum, & tamen apud homines melius iudicatur, & maioris valoris modicum de pane, vel de auro, quam omnes muscæ.

Ad tertium dicendum, quod procedit argumentum ex equiuocatione, nam non accipitur ibi persona pro sola persona, sed pro conditionibus personæ, vel persona cum conditionibus, nam si consideraretur persona solum pro ipsa persona sine aliqua eius qualitate indifferenter se habent omnes personæ, & nihil licet circa vnâ, quin liceat circa aliam, sed solæ qualitates, vel conditiones quæcunque faciunt differre, & quæ liceat aliquid ad vnâ, quod non liceat ad aliam. Et ideo dicendum, quod si consideraretur sola persona, vel conditiones non facientes dignum, vel indignum nihil differt omittere talem considerationem, immo debet omitteri, quia si teneatur talis consideratio, accipitur non causa pro causa, & est acceptio personarum, & peccatum si accipiantur conditiones personæ, quæ faciunt dignum, vel indignum. Dicendum, quod illæ sunt considerandæ, & tunc licet aliquid fieri circa vnâ personam, quod non licet circa alteram, & considerare tales conditiones non est acceptio personarum, neque vocatur illud accipere personam, sed accipere dignitatem. Ad quartum dicendum, quod quodcumque damus aliquid semper est consideranda causa dationis, & cum dicitur, quod persona est causa, & non res, dicitur, quod vtrūque accipitur equiuoce, scilicet res pro possessis, vel quasi, & res pro omni conditione, quæ non est ipsa persona. Accipiendo primo modo regulariter nunquam est consideranda res circa iustitiam distributiuam, quia non facit hominem aliquo bono dignum. Accipiendo secundo modo est consideranda res, quia solæ res sunt, quæ nos dignos efficiunt aliquo bono. Etiam persona accipitur in præsentibus tripliciter, vt supra dictum est. Accipiendo primo, & tertio modo, nunquam est consideranda persona in distributionibus, quia semper est acceptio personæ, sed sola res. Accipiendo secundo modo est consideranda interdum persona, quando accipitur pro conditionibus, quæ dignum efficiunt, vel capacem alicuius boni, quod distribuitur. Et cum dicitur de dando gradum dicendum, quod ibi non consideratur res primo modo, id est possessa, sed res secundo modo, id est conditiones. Et verum est, quod datur gradus alicui, quia sapiens est, & legitimum est cursum, persona autem non recipitur ibi, nisi accipiatur persona pro conditionibus personæ dignificantibus eam.

An

An exceptio personarum sit peccatum mortale, vel veniale. A

Quæst. C X.

Quæritur circa secundum, id est an exceptio personarum sit peccatum mortale, vel veniale.

Aliqui putant, quod hoc non est semper vno modo, sed aliquando est peccatum mortale, & aliquando veniale secundum conditionem rerum, circa quas accidit, sicut circa mendacium sit. Aliquod n. mendacium est peccatum mortale, sicut perniciosum, & aliquod veniale, sicut iocolum. Dicendum, quod falsum est, sed acceptio personarum semper est peccatum mortale. Et patet primo, quia acceptio personarum semper opponit iustitiam distributivam: & ita acceptio personarum semper est iniustus, sed iniustus facere est peccatum mortale, nam iniustum faciendo aliquem ledimus, ledere autem indebitè semper est contra charitatem, sed quidquid est contra charitatem est peccatum mortale, ideo semper acceptio personarum est peccatum mortale. Secundo patet, & manifestius, quia transgressio cuiuslibet præcepti, & potissime negatiui inducit peccatum mortale, & tamè diuinum præceptum est non accipere personam Deut. i. c. ergo quodcumque acceperimus eas, transgredimur præceptum illud, & sic peccamus mortaliter.

Tertio patet, quia in acceptance personarum semper leditur bonum publicum, vel bona priuatorum ex intentione, ergo est peccatum mortale. De primo, vt in collatione honoris, in quo non est competitio, sicut non est conferre alicui magisterij, vel doctoratus gradum. Circa hæc autem non potest directe noceri vni priuato beneficiando alteri, eo quod gradus collatus vni non tollit, quin detur equalis, vel idem in specie gradus alteri, & idem gradus numero, qui vni datur non poterat dari alteri, competitio tamen non fit, nisi circa idem numero, vt pecuniam, vel rem possessam, & ob hoc beneficiando alicui circa talia non leditur alius directe, cum non tollatur neque minuatur illi gradus, quem habet, & potest etiam dari sibi gradus, quem non habet. Et dixi directe, quia indirectè potest vnus ledi per honorem, vel gradum alterius, vt si cum gradu oritur sibi aliquid ius contra alterum, quod prius non habebat, siue circa res, siue circa honorem, & tamen circa tales honores semper leditur directe respublica, si non rectè distribuatur. Nam omnis honor pertinet ad rempublicam, vel ad principem, qui administrat rempublicam, & ita sola communitas, vel qui vice eius fungitur honorè tribuit, vt gradum, vel statum, & dignitatem, si autem non datur hi honores, siue gradus dignis, leditur valde respublica. Et hoc in duobus. Primo, quia habentur tales honores, scilicet gradus cõpetunt aliqua, vt diffinire, & docere, qui si indigni sunt necesse est, vt male, & insufficienter faciat, quod valde ledit rempublicam, sicut habere ignaros medicos. Secundo, quia quando tales honores dantur indignis, & eos, in quos transfusi fuerint dignos non efficiant, sed potius ostendent indignos, contemnitur apud ceteros honor, qui talibus potuit provenire, & ita leditur valde respublica, cum magna bona sua, id est honores contemnantur, ita vt parua, vel nulla bona iudicentur, & ob hoc peccat administrator reipublice, qui alicui gradum magisterij, vel doctoratus indigno contra leges reipublice confert, & non solum peccat, inquam legis transgressor, sed etiam, vt directe inferens nocuumentum reipublice.

Omnes honores pertinet ad rempublicam, vel ad eius principem.

allegibus, in talibus non rectè distribuens ledit rempublicam, & priuatos, sic est de beneficiis Ecclesiasticis. Sunt autem ista bona competibilia, quia idem numero potest dari isti, vel illi. Si autem prælatus det beneficia indignis ledit rempublicam, id est ecclesiam, & etiam secularè statum, quia non poterit conuenienter ecclesie deserviri, & illa honorari ex personis beneficiatis. Etiam leditur priuatus, quia ille, qui idoneus erat ad recipiendum Ecclesiasticum beneficium, licet nondum haberet ius in beneficio, tamen quia intentio legis erat, quod ei daretur, leditur cum dicit beneficium indigno, quia per hoc tollitur ei aditus ad habendum ius in beneficio illo, quod lex ei dare volebat, & ideo licet nondum priuatur aliquo de iure iam de præsentibus ei competente, tamen priuatur beneficio legis, & hæc est quædam lesio. Idem autè est circa honores, & administrationes publicas in secularibus, quando conceduntur indignis.

Tertia autè bona sunt, quæ pertinent ad priuatos, & dicuntur bona priuatorum illa in quibus priuatus personæ iam habent ius, licet ipsa descendat a bono publico, id est a collatione publica, vel semper sint priuatorum, & non descendant de bonis publicis. De primo, vt in beneficiis, vel in dignitatibus secularibus, in quibus iam aliquid ius quæsitum est alicui personæ, siue ex collatione, siue ex alio modo, quia de illo iam non est indicandum, vt de bono publico, sed vt de bono priuato, quia tunc duobus contendentibus super aliquo beneficio, vel temporali dignitate, quorum alteri ius quæsitum est iure, si iudex adiudicat alteri, cui ius quæsitum non erat in beneficio, vel dignitate, licet datur fortassis respublica, tamen directus leditur hic persona priuata. Et idem est circa prouisiones cathedralium cum alteri iam quæsitum est ius in illa, quia licet beneficium, & dignitas secularis, & cathedra sint bona publica, tamen postquam acquisitum est alicui ius in illis effecta sunt bona priuatorum, & leditur priuati directe, si male in illis distribuatur. Alia sunt bona priuatorum, quæ non descendunt a publicis, sicut domus, vinea, pecunia, pecora, & huiusmodi, & circa hæc contingit fieri iudiciales contentiones, in quibus iudex diffinit distribuendo lucrum, vel penam. Si autem in his adiudicat rem ei, cuius non est, & hoc non ex ignorantia est acceptio personæ, quia non fit distributio secundum dignitatem causæ, sed secundum respectum ad personas. Circa hæc, & circa quæcunque alia, quæ in iudicium veniunt, & multa, quæ non veniunt in iudicium, sicut primus, & secundus gradus bonorum sit acceptio personarum, si non consideratur dignitas in dando, sed persona, sed quodcumque in his non priuatur dignitas, necesse est dari rempublicam, aut priuatos, vel vtroque simul, vt supra dictum est, ergo oportet, quod sit peccatum mortale semper acceptio personarum, & nunquam erit veniale.

Ad rationem in contrarium dicendum, quod quando actus aliquis malus est circa determinatum genus, si est semel peccatum mortale, semper est peccatum mortale, vel desinit penitus esse peccatum mortale, sed non contingit, quod si semel fuerit mortale sit aliquando veniale. Sic patet de adulterio, fornicatione, homicidio, periuicio, & omnibus vitijs. Adulterium enim semper est peccatum mortale, vel si non est mortale nullum peccatum est, vt si quis cognouit uxorem alienam, quam verisimiliter putauit esse suam, vt quia intravit occulte in lectulum eius, vt trigesima quarta, quæstione secunda, capitulo in lectum mariti, vbi in lecto mariti absente uxore clam intravit foror vxoris, & eam ille cognouit putans esse uxorem, manifestum est, quod

Aph. Toft. in Matth. Pars VI.

D 4 nihil

nihil peccauit in hoc, nisi diceretur, quod cum vxore venialiter peccaturus erat ex libidine agendo non excedente matrimonii limites. Sic homicidium est peccatum mortale semper, & tamen potest quis occidere hominem casualiter premissa omni diligentia opportuna, & dando operam licite rei, & tunc manifestum est, quod nullum peccatum est, & ita circa actum, quod semel est peccatum mortale non datur medium, sed vel semper erit peccatum mortale, vel non erit peccatum, sic est de acceptione personarum, quæ ex genere suo peccatum mortale est, cum opponatur iustitie distributiue, quæ est virtus necessario tenenda, & ideo cum non possit esse acceptio personarum, quin agatur contra iustitiam distributiua, non poterit esse quin sit peccatum mortale, & adhuc est grauius, quia circa alios actus, qui regulariter sunt peccatum mortale, vt adulterium, homicidium, & huiusmodi, potest accipere, quod non sit peccatum aliquod, vt in casu supradicto de adulterio, & homicidio. Quia potest incidere ignorantia. Circa acceptionem autem personarum, nunquam potest esse, quod non sit peccatum mortale, eo quod non potest incidere ignorantia, quia de se ipso importat actus iste, quod fiat propter intuitum personæ sine conditione dignificante, si quis autem male distribuat circa quodcunque genus bonorum suprapositorum ex ignorantia dando ei, qui non est dignus, vt quia non egit conuenientem inquisitionem circa personas, vel quia erat iudex imperitus, peccat quidem mortaliter, & est iniustus sic distribuendo, sed non est acceptor personarum, quia non habuit considerationem ad personam. Est ergo semper acceptio personarum peccatum mortale.

Acceptio personarum semper est peccatum mortale.

Item quia peccatum veniale non tollit charitatem, & ideo pro illud non agimus contra dilectionem Dei, neque proximi, & tamen in acceptione personarum semper fit contra dilectionem proximi, vel Dei, aut vtriusque; in quantum per istam acceptionem semper leditur proximus, aut respublica, vt supra dictum est, ergo semper est peccatum mortale. Cum autem obicitur de mendacio, quod aliquando est mortale, & aliquando veniale. Dicendum, quod hoc contingit, quia non est actus circa determinatum genus, nam perniciosum est genus, alterum quam iocofum, & ideo perniciosum est mortale, & iocofum veniale, & tamen adhuc circa hæc stat regula. Nam perniciosum, quod est circa determinatum genus, aut semper erit mortale, aut nullo modo erit peccatum, nam si quis ex intentione dixit perniciosum mendacium, erit peccatum mortale. Si autem non aduertens, neque putans mentiri, sed verum dicere dixit mendacium perniciosum, neque est mortale, neque veniale, quia peccata venialia aliquid voluntarium dicunt.

An in exhibitione honoris consistat acceptio personarum, Quest. CXI.

QUÆRITUR an in exhibitione honoris consistat acceptio personarum. Aliqui dicunt, quod sic, quia honor nihil est, nisi exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. 1. Ethicor. & ideo non est dandus, nisi virtuoso, si ergo alicui non virtuoso demus honorem est acceptio personarum, & illud videretur esse peccatum, quia præiudicatur honori, & virtuti: nam cum bonum debitum virtuti attribuitur non virtuoso sit ei præiudicium, sed peccatum est ledere virtutem, quæ est de maximis bonis, ergo erit peccatum accipere personas circa exhibitionem honoris.

Secundo patet quia, vt dictum est præce. quod propter hoc acceptio personarum est peccatum mortale, &

non veniale. Quia præiudicatur Reipublice aut primatis, & tamen in exhibitione honoris accipere personam est dare indigno, sed in hoc leditur respublica cum honor sit bonum publicum, & dando illum indignis iudicatur minus bonum cum indignis provenire potuerit, ideo acceptio personarum circa exhibitionem honoris videretur esse peccatum.

Tertio patet, quia Iac. 2. super illo verbo. Si introierit in conuentum vestrum vir habens anulum aureum, dicit Glo. quicumque diuitem propter diuitias honorat, peccat, & pari ratione peccat, si quis honoretur propter causas, quæ non faciunt illum dignum honore, & hoc pertinet ad acceptionem personarum, ergo acceptio personarum in exhibitione honoris est peccatum.

Alij autem dicunt, quod non sit peccatum accipere personam in exhibitione honoris, nam quodcunque honoratur quis sine causa, est acceptio personarum in honore: honoratur tamen sine causa quicumque non habens virtutem honoratur, cum honor sit exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. Honoramus tamen principes, & prelatos etiam si mali sint, & etiam hoc Deus iubet. 1. Pet. 2. Deum timete, regem honorificate. Et etiam si mali sint non est eis detrahendum, neque maledicendum, ergo accipere ibi personam non est peccatum.

Secundo patet hoc circa dominos, quia aliquando serui sunt boni, & domini mali, & tamen illi honorandi sunt. 1. Pet. 2. c. serui subditi estote in omni timore dominis, non solum bonis, & modestis, sed etiam discoloris, & irrationabilibus, & a virtutibus separatis, ergo ibi est acceptio personarum sine peccato.

Tertio, quia parentes debemus honorare. Exo. 20. c. & Deutero. 5. & non honorare est peccatum mortale supra 15. cap. & Mar. 7. vbi valde arguit Christus Phariseos, quia subtrahebant honorem parentum distrahentes homines ab hoc, & tamen parentes sunt interdum mali nullo honore digni.

Quarto, quia ducem belli honoramus, & tenemur ad honorem eius. 9. Ethicorum. capit. 2. & tamen interdum dux belli malus est, & ita accipere personam ibi non est peccatum.

Quinto, quia habentibus gradum magisterii, vel doctoratus honorem deferimus, & tamen sepe nullo honore digni sunt, vt quia neque scientia pollent, neque virtutem possident, & non est peccatum illos honorare, est tamen acceptio personarum.

Sexto, quia senibus debemus deferre quandam honorem reuerentiæ. Leu. 19. c. coram capite cano cõsurge, & honora personam senis, & tamen senes interdum nullo honore digni sunt, vt quia virtutem non habent, sed potius sunt digni vituperio, vt dicitur de puero centum annorum, & sic dicitur Dan. 13. Egredia est iniquitas a senioribus populi, ergo non est peccatum accipere hic personas honorando.

Septimo, quia diuites honorare propter diuitias videretur esse acceptio personarum, & tamen non est ibi peccatum, ergo in exhibitione honoris non est peccatum accipere personam. Patet primum, quia dicit Gregorius in quadam homilia. Superbia nostra retunditur, quia in hominibus non naturam, quæ ad imaginem Dei facti sunt, sed diuitias honoramus, & diuitie non sunt causa honoris, cum virtutem non præstent, ergo est acceptio personarum diuitem propter diuitias honorare. Secundum patet, quia super illo verbo Iaco. 2. c. nolite in acceptione personarum habere fidem domini nostri Iesu Christi, dicit Glo. Augu. si hoc, quod Iacobus dicit si introierit in conuentum vestrum vir habens anulum aureum, & c. intelligatur de quotidianis confessoribus, id est leuionibus quis hic non peccat,

si

si tamen peccat & ita voluit dicere, quod non erat peccatum in hoc.

Octauo patet, quia 1. Pe. 2. c. dicitur. Omnes honorate, fraternitatem diligite, & tamen non sunt omnes boni neque virtuosus, ergo aliqui non virtuosus sunt honorandi, & ita nunquam erit acceptio personarum honorando quemcunque qualiscunque sit cum includatur sub numero omnium.

Dicendum, quod accipiendo honorem large pro toto suo ambitu aliquando in exhibitione, vel collatione honoris est acceptio personarum, & est peccatum: aliquando autem non est peccatum. Sed hoc considerandum est, quod acceptio personarum circa quamcunque materiam, in qua innuetur est peccatum mortale, & ideo dare honorem indifferenter non a re nata causa aliqua honoris est peccatum, & est ibi acceptio personarum in exhibitione honoris. Cum autem datur honorem non a re nata causa, vel non existente virtute non est peccatum, non dicitur esse acceptio personarum dando indifferenter honorem.

Honor duo significare potest.

Circa quod considerandum, quod honor aliquando significat statum honorabilem, aliquando solam exhibitionem reuerentiæ. Accipiendo primo modo, nunquam est dandus honor sine causa. i. sine virtute, & non pro quacunque, sed pro virtutibus distinctis a lege, aliis est peccatum mortale, & acceptio personarum, sic enim vocamus honorem quamcunque prælationem, vel dignitatem ecclesiasticam, aut dignitatem, vel administrationem secularem, quia isti non sunt honores, qui exhibentur, sed sunt status honorabiles qui conceduntur, vel conferuntur, & de his dicitur sequenti quæst.

Si autem accipiatur pro honore, qui exhibetur, ille non est status, neque aliquod manens, sed aliis actus honorantis, ex quo nihil relinquitur in honorato, sed totum est in honorante, & est iste honor exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, primo Ethicor. De hoc dicendum, quod aut est honor, qui exhibetur a republica, aut defertur a priuatis personis. Quod qui libet possit illum exhibere. Accipiendo primo modo dicendum, quod circa talem honorem contingit peccare si indifferenter detur, & est acceptio personarum. Talis est honor, qui defertur alicui a tota communitate pro eo, quod aliquid prospere, & laudabiliter egit pro communitate, vt victori belli dat communitas honorem triumphum. Est autem triumphus quædam ceremonia magni honoris, quam impendit communitas duci victori, quando recipitur in urbem, sic Romanis consuetum fuit olim. Talem autem honorem non possunt dare priuati, sed communitas. Sic etiam si oratori agentis causam publicam respublica alium similem, vel dissimilem honorem exhibeat, & generaliter quibuscunque facientibus aliquid in bonum totius reipublice, & quia princeps etiam gerit personam reipublice cum illam administrat, conferre aliquid speciale, & notabile in salutem principis facit hominem dignum illa exhibitione honoris publici, ac si in totam communitatem prestisset beneficium: sic patet de Mardocheo, qui pro eo, quod reuelauerat regi Assuero infidias duorum eunuchorum volentium occidere eum Esther. 2. c. accepit honorem publicum per totam urbem clamante coram eo præcone, hoc honore dignus est quemcunque rex honorare voluerit. Esther. 6. cap. & de tali honore dicendum est, quod non debet dari pro causa determinata, & secundum modum determinatum legibus, aut consuetudinibus reipublice. Si autem administratores reipublice aliter, & alijs personis, quæ nulla beneficia contulerunt reipublice defecerant istos honores, peccant mortaliter, & est acceptio personarum. Et ratio est,

Triumphus quid.

Conferens honoris statum indignis peccat mortaliter.

quia leditur respublica in hoc, cum tales honores debeant dari in retributionem, & ibi dantur sine causa. Secundo, quia minuuntur illi honores, non enim sunt preciosi, cum indignis adueniant, & tamen minuire honorem, quem confert respublica, est illam ledere. Tertio, quia præiudicatur eis, quibus digne deferuntur isti honores, nam nihil videtur illis impensum, cum etiam nullo bono dignis ista data fuerint. Si autem sit honor, qui impenditur a priuatis, aut ille est talis, qui alteri est debitus, & non ei, cui defertur, aut non est determinate debitus iste honor alicui alteri, licet isti etiam non sit debitus neque conueniens. Si primo modo dicendum, quod est peccatum sic honorem deferre, & est acceptio personarum. Sicut episcopo debetur quidam honor determinatus in ceremoniis, quæ sunt ad exhibendum ei reuerentiam. Si autem alicui non episcopo voluerimus honorem impendere per eandem ceremonias, quæ de iure, aut consuetudine circa episcopum sunt, peccatum est: non in quantum impenditur isti res indebita, sed in quantum leditur alicui, cui ista sunt debita. Nam honor episcopalis non consistit in ceremoniis illis solis in quantum ei exhibentur, sed potius in quantum alteri non exhibentur. Nam si omnibus exhiberentur, non esset aliquis honor talia facere circa episcopum, & ideo non episcopo exhibet ceremonias honoris episcopalis peccat, & est acceptio personarum, & sic circa similes honores. Si vero honor sit, qui non determinate debeat alteri, licet non debeat isti, cui defertur, non est peccatum, neque est acceptio personarum: dum tamen bono zelo fiat, quia dare alicui, quod non est sibi debitum, dum tamen non tollatur alteri, quod est sibi debitum non est peccatum, sed potius esse liberalitas, sicut circa pecuniam, aut vrbaniat, sicut circa honorem, & ad hoc nos hortatur Apostolus ad Roman. 12. s. honore vos inuicem præuenientes. i. quilibet nitatur prius alterum honorare, quam ipse honoretur ab eo, & magis, in quo apparet manifeste, quod non sit peccatum, quod quis honoret aliquem, quod non meretur illud, aut plusquam mereatur, nam duo homines, aut erunt æquales, aut inæquales. Si inæquales solum ille, qui est minor in virtute tenetur præuenire alterum in honore, non autem, qui maior est cum potius debeat præhonorari. Si autem æquales sunt, neuter tenetur alteri ad honorem, & tamen Apostolus generaliter dicit omnibus hominibus, quod se in honore præueniant, id est quilibet nitatur alterum magis, & prius honorare, ergo etiam ei, qui honorem non meretur est dandus honor, & non est acceptio personarum indignos honorare. Item 1. Petri 2. c. dicitur. Omnes honorate, fraternitatem diligite, & tamen inter omnes manifestum est, quod aliqui sunt, qui non merentur honorem, ergo non est peccatum honorare indignos, sed potius est supererogatio virtutis.

Honorare aliquos plusquam mereantur non est peccatum.

Considerandum etiam, quod non repugnat rationi exhiberi honorem omnibus hominibus, quia honor non solum datur virtuti, sed etiam non habentibus virtutem, vbi putatur esse virtus. Nam dicitur, quod honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. Vnde non dicitur, quod honor sit exhibitio reuerentiæ facta virtuti, vel virtuoso, sed in testimonium virtutis, & quia possumus attestari esse virtutem, vbi non est potest exhiberi honor ei, qui virtutem non habet, dum tamen possit credi de eo, quod habet virtutem.

Quid honor sit.

Et ex hoc sequitur, quod quilibet homo potest iuste honorari. Primo, quia inuenitur in eo aliquid propter quod ei debet honor, scilicet natura condita ad Dei imaginem. Sic dicit Grego. in quadam homilia, superbia nostra retunditur, quia in hominibus non naturam, quæ ad imaginem Dei facta sunt, sed diuitias honoramus,

Quilibet homo potest iuste honorari.

mus. Et ita innuit, quod homo propter naturam honorandus est, sed hoc in quolibet homine inuenitur, id quilibet homo potest honorari sine peccato, & non est acceptio personarum. Secundo, quia cum datur honor in testimonium virtutis, & de quolibet homine presumatur, quod virtutem habeat, cui quilibet obliget ad virtutem, & et quilibet presumatur bonus quousque probetur contrarium, cuiusque honor aliquis exhiberi potest.

Tertio considerandum, quod cum honor datur semper in testimonium alicuius virtutis, quibusdam datur in testimonium virtutis propriæ, alijs in testimonium virtutis alienæ. Nam prælati debetur honor propter statum, & rectoribus ciuitatum, quia licet ipsi non sint honorabiles, status est honorabilis, & quia non potest diuidi status ab eis quando illum habent, & ita non potest sine illis honorari, debet ipsi cum statu honorari, & ita domini honorandi sunt, & quicumque habeat aliquem gradum, vel modum præfidentie, & non est acceptio personarum, quia digni sunt honore illo, propter statum. Et ita omnes homines possunt dici honore saltem propter naturam digni, unde omnes honorabuntur, ut digni, & ita honor iuste deferretur, vel dato, quod non sint digni non est acceptio personarum.

Ad primum in quo probatur, an sit acceptio personarum honorando eum, qui non est virtuosus, dicendum secundum distinctionem supra datam, quod circa omnes casus contingit esse acceptio personarum in exhibendo honorem, nisi in ultimo casu, quia ille est honor, qui deferretur a priuatis. Et cum dicitur, quod præiudicatur honori, & leditur virtus, quando deferretur honor non virtuosus, dicendum, quod aut quis honorat eum, qui non est virtuosus, aut honorat eum propter rem non virtuosam, sed virtuosam. Accipiendo secundo modo semper est peccatum, ut si quis honoraret aliquem, quia fornicatus est, vel quia coluit idola, vel aliud malum fecit, nam tunc mortaliter peccat honorando, tum quia honorando approbat vitium, tanquam virtutem, dando ei præmium virtutis, tum quia incitantur peccantes ad magis peccandum, tum quia leditur virtus, quia præmium eius tollitur, cum datur vitio. Et cum ista sint opposita, si vitium honoratur, necesse est, ut virtus debeat contemni, tum quia ipse honor vilipenditur, cum rei turpi deferatur. Si autem honoratur, qui non est virtuosus, & tamen non propter rem turpem, non est peccatum, quia aliquid virtutis, vel boni in eo inueniri potest, quod honoret, scilicet natura, quæ honorabilis est propter imaginem Dei, vel virtus, quæ esse præsumitur, & esse deberet, licet non sit, & tunc non præiudicatur honori, neque virtuti, quia datur virtuti præsumptæ licet non existat.

Item, quia etiam si indigno conferatur honor nulli præiudicatur, si honor deferatur a priuatis, secus si a communitate. Nam, quando administratores reipublice honorem deferunt indignis, quia ille honor est de bonis reipublice peccant, quia ledunt rem publicam, dando bona eius indebitè. Si tamen priuatus honoret alterum priuatum nulli præiudicat, nisi sibi ipsi, quia nullius bona tollit. Honor autem ille, quem deferretur in honorante, & non in honorato. Et sicut si quis det rem suam alteri sine causa, id est gratis non peccat, quia nulli præiudicat nisi sibi ipsi, ita qui honorat alterum, qui non meretur honorem non peccat, quia nulli præiudicat, nisi sibi ipsi.

Sed obijcietur, quia tunc etiam si quis honoret alterum pro re turpi non peccabit, quia non perdit ibi, nisi rem suam. Dicendum, quod peccat, ut dictum est, & non quidem in quantum honorem deferret per dandum rem, sed in quantum præiudicat legi fauendo vitij, quæ sunt vetita per legem.

Ad secundum dicendum, quod ledere rem publicam, vel priuatos est peccatum mortale, & tamen in exhibitione honoris etiam non virtuosus non leditur priuatus neque reipublica. Et cum dicitur, quod honor est bonum publicum dicendum, quod hoc est verum quantum ad illos honores, quos deferret communitas, quia illos peccatum est dare, nisi dignis, & secundum conditionem legis. Secus est de honore exhibito a priuatis, quia illud non est bonum publicum, sed priuatum, quia honor est in honorato. Si ergo priuatus honoret aliquem, necesse est, quod honor sit eius cum sit in eo, & ita non erit bonum publicum. Honor autem exhibitus a communitate, quia est in ipsa communitate, est bonum publicum. Cum autem dicitur, quod honor est bonum publicum, dicendum, quod de illo honore, per quem firmiter est aliquis honoratus, verum est, quod est bonum publicum, nam dato, quod aliquis priuatus honoret alium, non est propter hoc simpliciter honoratus, ad hoc autem, quod iudicetur aliquis simpliciter honoratus, necesse est, quod honoretur a republica, vel ab habente administrationem eius, nam cum priuatus honoratur a priuato, non datur necessario opinio in alijs, quod ille sit honoratus, vel honorandus, cum autem a communitate honoratur quis, manifestum est illum honoratum esse, & honore dignum iudicari, quia opinio communitatis non est leuis, sed magne auctoritatis. Non ergo præiudicatur reipublice honorando indignos, quando priuati illos honorant, quia non dant eis de bonis publicis, sed de priuatis, etiam non leditur aliquis priuatus, quia non ille, qui honoratur cum bonum recipiat, neque etiã honorans, quia sponte dat bona sua, & volenti non fit iniustum, ergo non est peccatum.

Ad tertium dicendum, quod honorare diuitem etiam si non habeat aliquam virtutem, non est peccatum, & tamen honorare cum propter diuitias est peccatum, nam diues habet aliquid propter quod honoretur, id est bonitas nature, sed hoc commune est in omnibus. Habet etiam aliud, scilicet quod magis de eo præsumitur virtus prima facie, quam de paupere, & ideo ex hac parte magis honorandus est, quam pauper quousque constet oppositum. Sed adhuc dato, quod constet diuitem non esse virtuosum, & esse pauperem virtuosum quantum ad quadam magis honorandi sunt diuites, non quidem, quia diuitias habent, sed quia habendo diuitias habent maiorem locum in reipublica, sicut principes, vel rectores reipublice etiam si non sint virtuosus sunt honorandi propter rem publicam, quam administrant, ita & diuites, licet non sint virtuosus, quia tamen in reipublicam magnum statum, tenent honorandi sunt. Patet hoc, quia reipublica constat ex bonis priuatorum, & quanto illa sunt plura & maiora, tanto reipublica est maior, & firmior, & honorabilior. Nam in multitudine populi honor est regis, in paucitate plebis ignominia est principis. Pro- uer. 13. c. Etiam, quando omnes de urbe sunt pauperes facile est capi regionem ab hostibus, quia non possunt diu sustinere bellum, & ideo dixit Arist. 2. Politic. quod non debet ciuitas esse pauper, neque multum diues, sed mediocriter se habens. Si enim pauper fuerit non sustinebit bella, si autem multum diues fuerit, omnes cupient inuadere eam, ut raris spolijs impleant, & quia diuites præstant istam abundantiam saltem mediocrem reipublice, ideo honorandi sunt, tanquam meliores partes reipublice existentes, & ideo honorando diuites non honoramus diuitias, sed honoramus rem publicam, cuius ipsi sunt partes magis præcipue, licet quæ tales partes habent, ex diuitijs. Siquis autem honorat diuitem solum propter diuitias peccat, & accipit personam. Nam sicut honorare ipsas diuitias in

Ciuitas non debet esse pauper, neque multum diues.

Principibus malis, & prælati non est maledicendum.

se est peccatum, ita & honorare diuitem solum propter diuitias est acceptio personarum, & peccatum, præiudicatur enim virtuti, cuius præmium tollitur, & datur diuitijs. Ad alia autem argumenta, quæ probant, quod non sit acceptio personarum peccatum, respondendum est. Ad primum dicendum, quod honorare penitus sine causa videtur quædam acceptio personarum, & tamen non est acceptio personarum honorando principes, vel prælatos, etiam si non sint virtuosus, & hoc, quia licet non honorentur ipsi propter virtutem propriam, honorantur propter alienam.

Primo, quia honorantur propter Deum, a quo sunt, & Deus honoratur in illis, tum quia exercent opus Dei, scilicet potestatem, omnis autem potestas, a Deo est ad Ro. 13. c. tum, quia ab eo missi sunt 1. Pe. 2. c. subditi estote omni creaturæ propter Deum, siue regi, tanquam præcellentem, siue ducibus, tanquam à Deo missis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Et ob hoc, quia maledicere alicui repugnat honori eius, nunquam est maledicendum prælato, aut principi, quantumcumque sit malus. Sic dicitur Exo. 22. Principi populi tui non maledices. Et ita Act. 23. c. cum dixisset Paulus contra Ananiam summum sacerdotem, qui eum percuti iusserat in facie, percuti te Deus paries dealbare, & dixerat ad Paulum quidam destantibus, summum sacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus: nesciebam fratres, quod princeps est sacerdotum. Et adiunxit: scriptum est enim principem populi tui non maledices, & tamen si non fuerat princeps, licebat Paulo maledicere illi cum malediceret, nam aliis non malediceret: Etiam ille non allegauit pro se aliam excusationem, nisi quod nesciret eum esse principem sacerdotum. Honorare ergo prælatos, aut quoslibet præfidentes quantumlibet malos, dum præfident, debitum est, & non est acceptio personarum.

Secundo honoratur præfidentis propter communitatem, quia ponitur loco totius communitatis, & quia communitas honoranda est, ipse quoque princeps, vel præfidentis honorandus erit, quia loco Dei, & communitatis ponitur. Sic dicitur Prover. 26. c. Sicut qui mittit lapidem in acerum Mercurij, ita qui tribuit honorem insipienti. Mercurius enim ratiocinio, & mercationibus, & numeris præest, & ideo aceruus Mercurij vocatur aceruus lapillorum, quibus ratiocinatio mercatorum sunt. In illis enim secundum artem arithmetice aliquando ponitur vnus lapillus loco mille marcharum, vel ducatorum, & cum lapillus ille nihil valeat ponitur loco rei magni valoris, ita cum tribuitur insipienti honor, id est honor publicus, siue administratio, nam ipse nihil valeat, & ponitur loco Dei, vel communitatis. Cum ergo ponatur pro re magni valoris, est ei magnus honor tribuendus.

Ad secundum dicendum, quod dominis non virtuosus debent serui honorem exhibere. Sic dicitur 1. Tim. 6. c. quicumque sunt sub iugo serui dominos honore dignos arbitrentur. Et dicendum, quod non est acceptio personarum, quia domini sunt digni honore, ut Apollolus dicit, ergo iuste impenditur, & sine acceptio personarum.

Circa quod sciendum, quod honor non accipitur vniuocè apud omnes honorandos, sed ut dicitur 9. Ethic. ca. 2. alius est honor, qui debetur duci exercitus, alius qui debetur sapienti, alius qui debetur parentibus, alius senibus, & ita de ceteris. Honor ducis exercitus est obedire ei. Honor sapientis est credere ei, & sequi consilium eius. Honor parentum est prouidere eis in necessarijs. Honor senis est assurgere ei. Honor dominorum est timere eos, & ex timore exequi mandata eorum. Sic dicitur Mala. 1. c. Si ego dominus, ubi est

timor meus? & si ego pater sum, ubi est amor meus? quasi dicat proprium dominorum est, quod timeant, & ideo vnus de timoribus vocatur seruilis, & est primus, & debetur eis iste honor timoris, quia timor penam habet. 1. Ioan. 4. c. domini autem penas inferre possunt, eo quod serui sunt simpliciter res dominorum suorum, scilicet organum animatum homo existens simpliciter alterius. 1. Politico. & 8. Ethico. & est seruis possessio domini sui 5. Ethico. vel pecunia eius Exo. 21. c. Item domini sunt digni honore, licet non sint virtuosus, quia præfident, & sunt præfidentes, immo plusquam præfidentes, quia præfidentes imperant politicè, domini autem imperant despoticè, id est ad nutum, & sine lege aliqua. Ergo plus tenetur domino ad honorem seruus, quam subditus principi, vel rectori, & tamen quilibet princeps honorandus est, etiam si non sit virtuosus in quantum præfidentis est. Ergo à fortiori dominus à seruis honorabitur. Cum autem obijciatur, quod honor debetur virtuti. Dicendum quod alius est honor, qui debetur virtuti, & alius, qui debetur domino. Nam virtuosus debetur honor, id est exhibitio reuerentiæ cum quodam amore, & veneratione, dominis autem non debetur amor neque veneratione, sed timor, & timor non debetur virtuosus, sed vtrunque large importatur nomine honoris.

Ad tertium dicendum, quod honorare parentes tenetur, & non est acceptio personarum honorare illos, cum debitum sit illis, & ita est potius actus iustitiæ commutatiue iuxta illud ad Roma. 13. c. Omnibus reddite debita, cui honorem honorem, cui tributum tributum, cui vestigal vestigal. Cum autem dicitur, quod interdum parentes sunt non virtuosus, & ita non erit eis impendendus honor, dici potest vno modo, quod non est idem honor, qui debetur omnibus, ut dicitur 9. Ethico. & ita alius est honor, qui debetur parentibus, alius qui debetur virtuosus. Est autem honor parentum in prouidendo eis de necessarijs ad vitam, ut in cibo, & potu. Sic dicit Arist. 9. Ethico. c. 2. & ista est sententia Christi supra 15. ca. & Marc. 9. ubi increpat Phariseos, qui detrahebant homines ab honore parentum, non tamen verabant illi impendere reuerentiam verbo, & gestu assurgendo eis, sed dicebant non esse prouidendum eis in necessarijs ad vitam, sed quidquid eis dandum erat, daretur templo, & ita voluit, quod non consisteret honor parentum in exhibendo reuerentiam, sed in dando necessaria ad vitam. Quod & Arist. aperuit 9. Ethico. 2. c. loquens de honore parentum afferens, quod parentibus magis, quam nobis in cibo, & potu sufficere debemus, & hunc voluit esse honorem, quod rectissime dixit, cum eadem sit sententia Christi, & eius circa hoc. Virtuosus tamen non debetur talis honor, sed exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, ergo etiam si honoretur parentes non virtuosus nihil fit contra virtutem, aut honorem, secus autem si daremus eis honorem, ut virtuosus.

Secundo dicendum, quod parentibus dandus est honor non solum prouidendo eis, ut dictum est, sed etiam honor obedientie, & reuerentia, tanquam maioribus, & alicui rei diuine super nos statum. Nam reuerentiam, id est esse nobis contulerunt, & etiam obedientia eis prestanda est. Quia licet non habeant virtutem diuinam, in quantum homines habent virtutem diuinam, ut parentes, scilicet quia esse contulerunt, Deum autem honoramus non quidem, tanquam moraliter virtuosum, quia ridiculum esset talia ponere in Deo, ut Arist. dicit. Nam non habet passiones ut habere debeat virtutes moderates, sed honoramus eum, & beatificamus, tanquam aliquid melius super nos existens, quod est principium omnium, ita & parentes

Nota: parentibus magis, quam nobis in cibo, & potu prouidendum.

potius, quam pauperibus, aut constat esse minores pauperibus virtute, aut est dubium. Si primo modo non est acceptio personarum, cum etiam demptis diuitijs tribueretur honor prior illis. Si secundo modo, aut pauperes habent aliquid præter moralem virtutem, ex quo debetur eis honor, sicut est gradus, vel administratio aliqua reipublice, & tunc fortassis propter illam competit eis ius præcedendi, etiam si non essent virtuosus, & si hoc stare præferatur alter eis propter diuitias, est acceptio personarum, & peccatum mortale. Si autem non habeat aliquid tale ipse pauper, sed solum virtutem moralem, tam excellens poterit esse illa, quod merito omnes iudicarent eum præponendum, & tunc si non præponatur est peccatum mortale. Si autem non sit tam excellens, dicendum quod præponere illi diuitem in sedendo, non est acceptio personarum. Si tertio modo dicendum, quod semper ratione dubij debet præcedere dives, tum quia est maior presumpcio pro eo, quod sit virtuosus, tum quia habet aliquid pro quo honoretur, scilicet quia est pars præcipua reipublice, vt supra dictum est, quod non conuenit pauperibus.

Dicendum autem quantum ad intellectum auctoritatis Iacobi, quod aliud est diuitem præferre pauperi in sessione, aliud contemnere pauperem in conspectu diuitis dādo ei minorem locum, quam debeatur priuando eum iure proprie sedis, vel loci. Accipiendo primo modo regulariter non est acceptio personarum neque peccatum. Accipiendo secundo modo est peccatum, quia læditur ius alicuius, & ita debet intelligi auctoritas Iacobi, scilicet quod pauperes intrantes in conuentum contemnebantur, & iubebantur sedere in loco viliori, quam eis deberetur, & cum voce contumeliosa, hoc autem peccatum est, quia paruuli non sunt contemnendi, vt Christus dixit supra 18. c. quia Angeli eorum semper vident faciem patris, & hoc est accipere personas. Quod autem sic intelligatur, patet primo, quia dicitur ibidem: Audite fratres, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & heredes regni, quod reprobis dicitur diligentibus se ipsos autem exhonoraſtis pauperem. Exhonoraſtis autem est priuare debito honore, & ideo non erat hoc non equare pauperes diuitibus, sed priuare pauperes debita sede humiliando eos magis, quam humiliandi erant.

Secundo patet, quia dicitur Iaco. 2. c. si tamen perficitis legem regalem diliges proximum tuum, sicut te ipsum; bene facitis, si autem personas accipitis peccatum operamini redarguti a lege, quasi transgressores. Et ita innuit, quod illi, qui præferrebant diuites pauperibus faciebant contra mandatum de diligendo proximum, hoc autem non est, nisi nocendo proximo in aliquo; ergo non solum non equabantur pauperes diuitibus, sed etiam in conspectu eorum contemnebantur, & cogebantur sedere in loco humiliori, quam eis debitus esset, & hoc erat accipere personam. Fiebat autem propter diuites, scilicet vt quanto magis humiliarentur pauperes magis exaltarentur diuites, quasi multum ab eis differre viderentur, vel si ex aliqua causa speciali competebar alicui pauperi sedes excelsior, quam diuiti, & diues præferbatur ei, aut equabatur, erat acceptio personarum.

Ad tres rationes ostendentes, quod sit peccatum mortale præferre diuitem pauperi, & quod hoc velit Iacobus, dicendum quod verum est, quando non solum pauper non equatur diuiti, sed etiam priuatur sede sibi debita, aliis autem non est peccatum, neque acceptio personarum, vt dictum est.

Ad octauum circa principale, dicendum quod omnes sunt honorandi in quantum in quolibet homine inuenitur aliquid propter quod honoretur. Nam est

natura facta ad imaginem Dei cui debetur honor; vt dicit Grego. Etiam de quolibet præsumitur, quod sit bonus, nisi probetur contrarium, & ideo etiam si de nulla virtute constet, dum tamen non constet de vitijs est honorandus, sed etiam si constet de vitijs alicuius, cum adhuc cum vitijs possit stare aliqua probitas propter illam competet honor, & ideo nullus est, cui non possit alicuius honor impendi, & non est acceptio personarum, quia tunc est acceptio, quando datur honor sine causa, & tamen hic aliqua causa est, quæ facit saltem capacem honoris.

Sed obijcietur si cuilibet homini dandus est honor quomodo potest esse acceptio personarum circa honorem. Dicendum, quod potest esse multipliciter acceptio personarum. Primo circa honores, qui dantur de publico, quia illi non dantur, nisi dignis, & secundum conditiones positas in lege: auctoritas illa 1. Pe. 2. scilicet omnes honorate, non intelligitur de honore, qui datur de publico, sed de honore, qui exhibetur a priuatis, circa quem est minus præiudicium, aut nullum, quod omnibus deferatur.

Secundo potest esse acceptio personarum circa honorem priuatorum, vt si alicui exhibeatur honor, qui determinate est alteri debitus, licet non subtrahatur illi, vt si alicui non episcopus, vel rex honoretur secundum omnes illas ceremonias quibus honor impenditur episcopo, vel regi, peccat enim, qui tales ceremonias impendit, & qui illas tolerat.

Tertio modo si alicui non detur tantus honor a priuatis quantum est exhibendus, vt ex hoc alius videatur excelsior, & ita dicit acceptio personarum Iacobus, quando pauperes humiliantur infra honorem eis debitum in sedendo, vt diuites videantur excelsiores. Iaco. 2. c. & quando cunque fuerit ista acceptio personarum circa honorem est peccatum mortale. Iaco. 2. c. si autem personas accipitis operamini peccatum redarguti a lege, quasi transgressores.

An in iudicijs locum habeat acceptio personarum. Quæst. CXII.

Quæritur an in iudicijs locum habeat acceptio personarum.

Aliqui dicunt, quod non, quia acceptio personarum opponitur iustitie distributiue, vt dictum fuit supra iudicia: in pertinent, vt in plurimum ad iustitiam commutatiuam cum agatur ibi de re, quæ vnus est, quod detur illi, siue sit actoris, siue rei, & non datur res perita vtrique, & in iustitia distributiua facit diuisionem bonorum inter diuersos secundum proportionem dignitatis, ergo non pertinet acceptio personarum ad iudicia.

Secundo patet, quia inflictio penarum pertinet ad iudicia, cum non puniatur aliquis iuste, nisi iudice hoc diffiniente, & tamen circa inflictionem penarum non est peccatum aspicere personas, cum grauius puniatur illi, qui percusserunt regem, quam qui percusserunt ciuem vnum, ergo non habet locum hic acceptio personarum, quia vbicunque illa est semper est peccatum Iaco. 2. c. scilicet si personas accipitis peccatum operamini.

Tertio patet, quia Ecclesiastici 4. c. dicitur, in iudicando esto pupillis misericors, sed misereri illis specialiter est accipere personam pauperis, ergo non est peccatum accipere ibi personam pauperis, & consequenter non habet locum ibi acceptio personarum.

Dicendum, quod acceptio personarum locum habet circa iudicia, immo hoc est, quod maxime corrumpit iudicia, scilicet acceptio personarum. Nam quando cunque iudex scienter absoluit reum, vel adiudicat rem ei, cuius non est, & hoc scienter, siue

Duas causas Deus posuit reatum iudicium perturbantes.

Quomodo acceptio personarum in iudicio locum habeat.

faciat hoc propter pecuniam, siue ob preces, siue ob aliam quamcunque causam, dicitur accipere personam, quia sine causa iudicauit dando alicui bonum, quo non est dignus. Et ideo scriptura asserit malam esse acceptio personarum in iudicio. Prouerbio, 14. c. scilicet accipere personam in iudicio non est bonum. & non solum est malum quoddam, sed habet, quasi totalem corruptionem iusti iudicij, ideo eam Deus vetuit. Sic patet Deutero. primo capitulo, vbi constitutus iudicibus, vt non impedirentur recte iudicare nihil Deus illis vetuit, nisi acceptio personarum, quasi ista sola esset, quæ iudicium impediatur, scilicet: Præcepti illis, dices, audite illos, & quod iustum est, iudicate, siue cuius sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita paruum audieris, vt magnum, neque accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Vnde non posuit Deus, nisi duas causas perturbantes rectum iudicium, Primam, & maximam dixit esse acceptio personarum, secundam dixit esse ignorantiam iuris, & equi, & ideo postquam abstulit acceptio personarum abstulit errorem ignorantie, dicens: Quod si vobis aliquid difficile visum fuerit, referre ad me, & ego audiam. Verum est, quod odium interdum turbat rectum iudicium, vt quando quis vult condemnare aliquem iudicialiter, non vt acquiratur alteri colligatori. Nam tunc non est ignorantia, cum ex intentione agat, etiam non est acceptio personarum, quia ibi semper est intentio dandi alicui bonum, vel vitium, quod non est dignus, & hic iudex non intendit alicui prodesse, sed solum nocere ei quem oderat, ideo non est acceptio personarum, tamen hoc rariis est, ideo Deus non posuit ibi, nisi duo impedimenta recti iudicij, scilicet acceptio personarum, & ignorantiam. Modus autem, quo acceptio personarum habet locum in omni iudicio, est, quia in iudicio semper contendunt duo, & vnus fouet causam iustam, vel ambo, sed vt communter alter fouet iniquam litem, & hoc est, quia vnus eorum habet magis de lucro, & minus de damno, vel petit illud, alius vero habet minus de lucro, & magis de damno. Recurrunt autem ad iudicium, vel ad mensuram, vt faciat reductionem, scilicet auferendo ei, qui habet multum de damno, & imponendo ei, qui minus habet, & ita commentatur reducendo eos ad equalitatem. Illud autem auferre, vel apponere fieri debet secundum merita, ideo dicitur opus iustitie distributiue, & consequenter quando cunque non facit bonam reductionem scienter dando alicui magis de lucro, quam debeat, vel minus de damno, est acceptio personarum, cum fiat distributio sine dignitate. Pro eodem autem accipitur minus de damno dare, vel magis de lucro, quia vtrunque vocatur lucrum, vt patet 5. Ethic. Incidit, ergo acceptio personarum in iudicia, & nihil est, in quo magis incidat, quia non est aliquod iudicium, in quo non possit accidere acceptio personarum, & est non est aliquid, quod magis concernat iudicia, quæ acceptio personarum. Ad primum in oppositum dicendum, quod iudicia tam ad distributiua, quæ ad commutatiua iustitiam pertinent, & in non incidit ibi acceptio personarum, nisi vt opponatur iustitie distributiue, quæ esse deberet in iudicijs. Iustitie autem commutatiue non opponitur, & quia nullum iudicium est, in quo quantum ad aliquid non incidat iustitia distributiua, nullum est, in quo non possit accidere acceptio personarum. Pro quo sciendum, quod in iudicijs quantum ad pretensum duo considerari possunt, res iudicata, siue de qua iudicatur, & forma iudicandi, vel procedendi, quæ tenet ex parte iudicis. Quantum ad primum dicendum, quod in iudicijs possunt interuenire causæ pertinentes ad iustitiam distributiua, & aliæ ad commutatiua. Nam si pre-

atur de aliquo, quod inter plures diuidendum est secundum merita personarum, contentio est super re pertinente ad iustitiam distributiua, sicut aliqui fit in diuisione prædæ, & in diuisione multorum aliorum bonorum. Aliquando autem est causa pertinens ad iustitiam commutatiua, vt quæ agitur de re, quæ non est diuidenda, neque petitur diuisio, sed vni parti insolidum adiudicanda est, vel si aliquid est diuidendum non secundum merita personarum, sed secundum alium quendam modum, & ob hoc plures sunt questiones iudiciales pertinentes ad iustitiam commutatiua, quæ ad distributiua ex parte rei, de qua contenditur. Quantum ad secundum vero, i. formam procedendi dicendum, quod omnis iudicatio pertinet ad iustitiam distributiua. Nam ad iudicium pertinet ad equam litigatam reducendo eos ad equalitatem 5. Ethic. & hoc subtrahendo vni, quod plus habet de lucro, & supplendo alteri, quod minus habet de lucro, & est contrarium in damno. Et quia ista facit iudex consideratis meritis causarum, quæ vocantur hic dignitates personarum eo, quod constituit personas dignas, vt pro eis iudicetur, & hoc facit iustitia distributiua. Dicitur actus iste iustitie distributiue. Debet enim accipi totum lucrum, quod habet vterque litigans, & totum damnum quantum ad illa, de quibus contenditur, & efficiatur illud, quasi vnum corpus, & illud diuidit iudex dando de illo lucro cuiuslibet litigatori tantum quantum exigunt merita cause sue, & eodem modo tantum de damno, id proprie est actus iustitie distributiue in quolibet iudicio quantum ad actum iudicialē quantum ad conditionem rei petite: aliquando pertinet iudicium solum ad distributiua aliqui solum ad commutatiua, & id acceptio personarum accidere potest in quolibet iudicio quantum ad illam adæquationem distributiua, quæ iudex facit, si non faciat illam iuxta merita causarum, illa enim merita sunt causæ dignificantur personam ad hoc, quod pro ea diffiniatur aliquid, cum autem ille non obseruantur, ponitur non causa pro causa, & id semper est acceptio personarum. Ad secundum dicendum, quod in iudicio inferuntur penæ, & pro peccato commisso in vnam personam irrogatur maior pena, quæ pro peccato commisso in alteram, & non respicitur hic persona, sed causa, scilicet quia maior peccatum est percutere regem, quam percutere ciuem, ideo maior poena irrogatur vni percussori, quam alteri, licet percussiones, siue vulnera sint equalia, quia delicta non sunt equalia, immo velle inferre equalē penam vtroque esset acceptio personarum, quia daretur minus de damno, vel pena alicui, quam mereretur, & in magis de lucro, & minus de damno sunt idem 5. Ethic. sed dare magis de lucro sine causa est acceptio personarum, ita ergo dare minus de poena, quæ meretur ei, qui multum peccauit, est acceptio personarum. Et cum dicitur hic respici personam, dicendum, quod non respicit personam, sed qualitas, vel conditio, id est quod vnus sit rex, alius sit ciuis, & istæ conditiones sunt tales, quæ faciunt dignum maiori poena, vel minori percutionem, ideo non est acceptio personarum, quia vocatur acceptio personarum, quando solum consideratur persona, vel conditio aliqua personæ intrinseca, quæ non facit ad maioritatem, vel minoritatem delicti. Hic autem conditio personæ directe facit ad hoc, ideo licet propter differentiam personarum detur in equalitas penæ non est acceptio personarum.

Ad tertium dicendum, quod in iudicio non est respiciendus fauor alicuius personæ, vt pro ea iudicetur contra ius partis, vnde quantumcunque causæ pauperum sunt fauorabiles, & privilegiatæ, quia sunt personæ miserabiles, non est faciendum aliquid contra ius litigatoris, etiam dimissi miserando pauperi, quia illud non est misereri, sed rapere, & iniuriam facere. Sic dicitur

In iudican- do iudex pupillis potest tri- pliciter se, vt pater ha- bere.

disitur EKO. 23. c. pauperis quoque non miseraberis in negotio, vel in iudicio, scilicet vt miserando cōtra ius alicuius facias. Et tamen in iudicando potest iudex pupillis, & orphanis se habere, vt pater tripliciter. Primo concordando causas pupillorum non perdendo aliquid de iure ipsorum, & hoc est prestare illis beneficium. Nam cause pupillorum, & personarum miserabilium ex defectu expensarum, & patrocinij solent perire, quia non hnt prosecutionem, licet inchoent, & ita iura eorum pereunt. q̄ ergo iudex videns hoc in principio liti nitatur concordare partes in fauorē pupillorum, vt non pereant iura eorum, etiam si non tribuat eis plus de iure, q̄ hnt, est illis vt p̄, quia prestat beneficium, quasi conferret eis totum ius, quod hnt. Nam illud perituum erat ex defectu prosecutionis, & quia ad p̄m pertinet beneficij prestare, est iudex, vt pater pupillis si hoc effecerit in causis eorū, & non est in hoc aliqua acceptio personarū, quia ad officij iudicis pertinet concordare partes in exordio liti, si potest, & ad istam concordiam hortari debet. Si autē illam non receperint audiat de iure, & ē, quia hoc sine præiudicio cuiuscunque facit nō est acceptio personarum, nulli enim adimit de iure, quod hnt, & nulli addit, quod non habet. Secundo faciet hoc supplēdo defectum ex parte allegationis in causa pupillorū, pupillū, & personę miserabiles vix habēt patronos cārum suarum, quia non habent quid erogent, & ideo ēt si prosequi nitatur perit interdum aliquid propter defectum allegationis, & quia quidam sunt, in quibus iudex potest supplere, id quod deest partibus, si faciat hoc in causis pupillorū, quia pupilli sunt, & pauperes est illis vt pater, & prestat illis beneficium, quod aliis non prestatet. Tertio faciet hoc recte iudicando in cā eorum, ēt si nullū aliud patrocinij eis prestatet, tāta est niam iniquitas hominū, q̄ seruando alicuius ius suū prestat illi iudex beneficium, licet ad hoc teneat. Sed cum sepe, & plurimi p̄rium faciant, iam ita precibus, & difficultate obtinendum est, q̄ iustitia ministratur nobis in causis nostris, sicut q̄ aliquid liberaliter concedatur, & iō q̄ iudex alicui ministrat iustitiā prestat ei beneficium, & hoc maxime in causis illis in quibus difficile est iustitiā ministrare pp̄ p̄onas cōpensorū. Ita n. q̄i cunque pupilli, orphani, viduę, aduene, pauperes, & generaliter quecunque personę miserabiles contendunt cum diuitibus, difficile ministrat iustitia pauperibus, quia aut pauperes petūt, aut imperunt. Si petunt p̄ diuites, iudices in fauorem diuitum raro audiunt causas illorum, sed pretereunt dissimulant, vel reijciunt eas. Et hoc est, quod Deus conqueritur de iudicibus Isa. 1. c. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, cā viduę non ingreditur ad eos. Iudicare pupillo est audire cām eius, & hoc illi non faciebant, & ita d̄, q̄ causa viduę non ingreditur ad eos. Est n. causa viduę, in qua ipsa est actor, & præsupponitur, q̄ ius ei competat in re, de qua agitur. Hęc causa non introibat ad iudices, i. non permittebant eam proponi in pratorio suo, vel dissimulabant e audire. Quod ergo audire velint causas pupillorū, & viduarum, & iudicent in eis, quod iustum est, licet teneantur de iure, tamen Deus reputat illis ad magnū meritum, quasi beneficia prestarent viduis, & pupillis Isa. 1. c. quærte iudicium, subuenite oppresso, iudicite pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit dominus, & si fuerint peccata vestra, vt coccini, quasi nix dealbabitur. Si autem diuites sint actores, etiam perit causa pauperum, vt si diuites non habentes ius aliquod in re, circa quam agitur, trahant pauperes ad iudicia, & iudices permittant eos vexari calumniōsis dilationibus, & cautelis, etiam si nondum diffinit in causa contra pauperes facit, q̄ causa pau-

perum peccat, cum enim ipsi non possint prosequi per tanta temporis dispensia, & expensarum, oportet vel, q̄ causę cedant, & liti, & iuri, vel q̄ componant perdendo aliquid de iure, & in talibus iudicijs rari diuites petentes, quam iudices audientes peccant. De diuitibus patet Iaco. 2. c. nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? De iudicibus patet, quia ipsi permittunt perire causam, & debent obuiare dispendijs litium, vt non perirent iura pauperum, quod si fecerint prestant eis beneficiū, & sunt eis in iudicando, quasi patres, & tamen fit hoc sine acceptioe aliqua personę.

An in dando elemosynam sit exceptio personarum. Quæst. CXLIII.

QVÆRITVR an in dando elemosynam sit exceptio personarum, vt puta si alicui pauperi dāmus potius, quam alteri alicui.

Aliqui dicunt, q̄ sic, quia acceptio personarum est, quando datur aliquid boni alicui sine causa, & tamen interdum dando vni pauperi potius, quam alteri nulla causa est, ideo videtur acceptio personarum.

Dicendum, q̄ interdum circa elemosynę dationē est acceptio personarum, & interdum non. Ad sciendum autem, quando tam circa elemosynam, quam circa alias adiones dationum sit acceptio personarū, est dicendum, q̄ quandocunque datio illa, quæ fit est determinata lege, vel ratione necessitante ad aliquē modum certum, & dans tenetur ad illum modum seruandum est acceptio personarum non tenendo viam illam, id est si alicui demus non existentibus in eo conditionibus requisitis, etiam si nulli tollamus ius, sic faciendo. Alia regula, quod vbicunque circa actum non sunt determinatę certę cōditiones ex parte personarum, quibus aliquid dandum est, vel agens non est obligatus ad aliquem certum modum determinatum, non est acceptio personarum, etiam si det aliquid sine causa. De prima regula patet, vt in iudicijs. Est enim determinatum de iure circa singulas causas quid debeat distinguere, & iudex tenetur sequi determinationem illam iuris. Si autem non sequatur distinguendo, & attribuendo alicui magis de lucro, quam secundum ius sibi competat, vel minus de dāno, quam ei competebat, & necessario incumbat est acceptio personarum, nam acceptio personarum opponitur iustitię distributiue, iustitia autem dicit equalitatem, equalitas autem est, id quod regula ostendit, quæ facit adæquationem, ius autem est regula equalitatis. Si autem istam regulam nolit applicare iudex ad negocia, impossibile est, quod faciat adæquationem, & ita non erit in actu suo iustitia, quia non constituit equalitatem, & quia illa est equalitas in distribuendo erit in iustitia distributiua. Sed in iustitia distributiua fit quædam cōque nō seruatur equalitas ista ex quacunque causa proueniat, siue ex ignorantia, siue ex odio, siue ex fauore alicuius personę, & in isto tertio modo est solum acceptio personarum, & interueniunt hic conditiones acceptioe personarum, scilicet quod non considerantur dignitates personarum, quæ tribuunt ius, vel auferunt, & ponitur non causa, scilicet quia consideratur persona, vel aliquis alius reus habetur, qui ius non tribuit, & talis pertinet ad acceptioem personę, & supertollitur hic ius partis, quia cum in re, quę venit in contentionem duorum datur alicui magis de lucro, quam competat sibi, necesse est, quod tollatur alteri de eo, quod sibi competet regulariter, & tunc præiudicatur illi. Et dico regulariter, quia potest esse, quod in re, super qua contenditur, nulli litigato-

rum competat ius, sicut accidit circa beneficia, & interdum circa causas prophanas. Dixi etiam, si nulli tollatur ius, ad ostendendum distributionem in bonis, in quibus nulli est ius quæsitum ante distributionem, & tamen distributus aligatur ad certum modum distribuendo, sicut circa prouisionem beneficiorum. Nam quando vacant regulariter, nulli est ius quæsitum, sed habet prouidere prælatus, habet tamen certam formam prouidendi: debet enim prouidere dignis, quæ dignitas limitatur a iure, scilicet, honestas morum, & sufficientia literarum, & personæ legitimatas, & ætatis mensura. Si autem diuis his, vel aliquo hoiū prout de iure limitata sunt prouiderit prælatus alicui de beneficio est acceptio personarum, quia præiudicat communitati Ecclesiasticæ, & bono publico, & transgreditur formam, ad quā erat obligatus, & accipit non causam, vt causam, scilicet, quia afficitur ad personā propter aliquid, quod non reddit personam dignam, aut saltem capacem illius beneficii, & tamen non præiudicat iuri alicui iam existenti: quia nulli quantumcunque digno erat quæsitum ius determinate in beneficio illo, vel ad illud, sed erat capax illius. Idem est circa dignitates, & administrationes sæculares, circa quarum prouisionem est certus modus determinatus a lege.

Secundæ regulæ veritas patet ex opposito. Nam si non est determinatus certus modus circa actum liberum est agere sic, vel sic; & vbi est libertas non est iniustitia, sed acceptio personarum dicit iniustitiam distributiua: ergo neque erit ibi iustitia distributiua, neque acceptio personarum, sicut est in illis; in quibus liberum est donare. Idem autem est si sit determinatus modus actionis ex lege, & transgreditur qui non teneatur illa lege, qualitercunque enim ille fecerit non facit iniustum, neque accipit personam, & ideo Deus, qui nulla lege tenetur non est acceptor personarum quidquid fecerit, vt dicitur infra.

In q. 110.

Hoc supposito considerandum circa dationem elemosynæ, quod aut occurrat vnus pauper, cui dare possimus, aut plures. Si vnicus non potest esse acceptio personarum, siue demus illi, siue non demus. Non dando non potest esse acceptio personarum, quia consistit in dando aliquid sine causa; dando etiam non est acceptio personarum, quia illa opponitur iustitię distributiue, & non potest esse nisi cum aliquid inter plures diuidendum est, & datur alicui sine causa, vel saltem est aliquid quod debeat dari vni de multis cum certa dignitate, & datur vni, in quo non est illa dignitas non dando illud alteri, in quo illa dignitas inueniretur. Si autem multi occurrunt, quibus dari possit elemosyna, aut sunt oēs in necessitate extrema, aut vnus tantū, aut nemo illorum. Si primo modo dicendum, q̄ omnibus succurrere debet si potest, & si non potest succurrat, quibus potuerit, quos propinquiores perditiōi putauerit. Nam ēt extrema necessitas gradus habet, & ideo licet duo sint in extrema necessitate, vnus pōt maiore necessitate habere q̄ alius, vel si omnino fuerint æquales necessitates iuxta arbitrium suum, si nulla alia causa inclināt magis ad vnum, q̄ ad alterum succurrat, cui voluerit, ita q̄ tot succurrat, quos potuerit de illis, qui in tali necessitate constituti sunt, & non est tunc aliqua acceptio personarum, cum non der sine causa, neq̄ agat cōtra modum statuti a lege, & quilibet suscipiens est ibi dignus elemosyna. Si secundo modo dicendū, q̄ indubitanter succurrendū est ei, qui in extrema necessitate consistit potius q̄ alicui alteri si nō pōt alteri succurrere. Et si nolens succurrere ei, qui est in extrema necessitate, dederit elemosynā alteri, est acceptio personarū dando elemosynā, & est peccatū, si aut neutri dā-

ret non esset acceptio personarum, & tñ magis peccaret nulli dando, quā dando minus indigenti. Et dicitur hic esse acceptio personarum, quia contra legē agitur, quæ obligat ad subueniendū ei, qui est in extrema necessitate, & ēt distribuitur ibi nō s̄m quātitatē, quia capaciōr, & dignior est ad recipiendum elemosynam ille, qui est in extrema necessitate, quā q̄ est in minori necessitate. Si tertio modo dicendū, q̄ aut putatur esse illorū necessitas æqualis, vel quasi, aut vnus est valde maior, dum tñ nō sit extrema. Si primo modo dare pōt, cui voluerit, vel nulli, & dando vni, & nō alteri non est acceptio personarum. Si secundo modo, aut concurrunt aliæ conditiones in pauperibus illis, quæ inclinēt ad dandum potius vni quā alteri, quia nouem conditiones sunt, quæ circa hoc cōsiderantur, vt ostensum est supra 6. cap. quæst. 68. aut nullę concurrunt. Si autem aliqua cōcurrunt, poterit esse, q̄ potius debeat dari minus indigenti, quā magis indigenti, sicut si pater in digeat, & alius magis egear, dum tamē nō extreme, potius est pauperi patri quā alteri succurrendum, & nō est acceptio personarum, quia dignitas expōcit hoc, quia magis præponderat ibi artinentia, quā aliqualis excessus paupertatis. Si autem non apparent conditiones aliquæ præponderantes potius debet dari magis indigenti, & tamē etiam si non fecerit non peccat, neque est acceptio personarum. Nam non est acceptio personarum, nisi vbi tenetur quis ad certum modum, sed circa dandam elemosynam istis non est determinatus lege aliquis modus: ergo non potest esse acceptio personarum. Patet quia non tenetur quis regulariter ad dandum elemosynam pauperi extra necessitatem extremam quam non habent isti, de quibus hic dicitur: ergo neque erit obligatio ad certo modo dandum: unde non est circa elemosynam nisi vnus casus acceptioe personarum.

Ad rationem in contrarium dicendum, q̄ occurrētibus multis pauperibus extra necessitatē extremā dare cui voluerit nō dando alteri nō est acceptio personarū. Ratio est, quia nulli eorū dare tenetur, sed est supererogatio dare alicui, & iō nō tenetur ad dandum certo modo, sed vbi nulla est dererminatio dandi, nō est acceptio personarū, quia non fit iniustum, sed cōtra legē, neq̄; contra ius alicuius. Acceptio autē personarū semper dicit iniustitiā distributiua: ergo non est aliqua acceptio personarū dare potius vni quā alteri, ēt si nulla causa moueat, nisi voluntas. Cum autē obijcitur, q̄ datur hic aliquid sine causa, cū non moueat potius causa ad vnu quā ad alterū, ergo est acceptio personarū. Dicit pōt vno modo, q̄ dare sine cā non est peccatū, nisi q̄ lex obligat ad dandū aliquibus, in quibus inueniuntur certę conditiones. Nā tūc dando eis, in quibus non stant istę conditiones, & nō dando eis, in quibus inueniri possent, peccatum est, & est acceptio personarum. Hic autem non est obligatio ad dandum, & consequenter neq̄; ad certū modū dandi, & ideo etiam sine causa dare nō est peccatum.

Secundo dicendum, q̄ hic non datur sine causa, sed cum causa. Nam paupertas est causa dandi, quia inuenitur in omnibus istis, sed cum iste dans nolit dare omnibus, quia non obligatur omnibus dare, aut alicui, vult dare alicui. q̄ autem non fit maior causa dandi vni, quā alteri non facit acceptioem personarum, quia in acceptioe personarum est causa dandi vni, & non alteri, & datur ei, in quo non est causa prætereūdo illum, in quo inuenitur cā determinata a lege, sed quod maius est, ēt si inueniatur maior causa in vno, quā in altero, vtputa quia est pauperior, dum tamen non sit pauper extremē, non est acceptio personarum dare minus pauperi omissio-



gis indigente, cum lex non obliget dari isti, neque illi, ideo non est inustum dare isti omisso illo. Nam ad hoc quod dare isti omisso illo esset peccatum, oportebat quod teneretur dare illi, quem omittimus: quia alias sequeretur, quod neutri dando non esset peccatum: dando autem minus indigenti omisso alio esset peccatum, quod est absurdum, cum melius sit dare alicui, quam nulli dare, sed non tenemur dare ei, quem omittimus, cum non sit in extrema necessitate: ergo dare minus indigenti, omisso magis indigente, non est acceptio personarum.

An sit aliquando acceptio personarum in donationibus, quas facimus sponte. Quæst. CXIII.

QUÆRITUR, an sit aliquando acceptio personarum in donationibus, quas facimus sponte. Dicendum quod contingit sæpe esse peccatum in his donationibus, sed raro contingit esse acceptio personarum. Pro quo præsupponendæ sunt duæ regulæ datæ præced. q. i. q. in donationibus, quæ sunt determinatæ a lege, & ubi dans tenetur sequi certam formam, potest esse acceptio personarum: ubi autem non est certa forma, vel qualitas diffinita in donatione, aut dans non est obligatus alicui legi non potest esse acceptio personarum, sed in donationibus sic est, quod omnes sunt spontaneæ: nemo enim compellitur donare. Si enim compelleretur iam non esset donatio, sed debitum, & ideo cum ad donandum nemo compellatur, neque etiam tenebitur ad certum modum donandi, & consequenter siue donet isti non donando illi, siue quocumque non poterit esse acceptio personarum. Est tamen dicendum, quod peccatum esse potest circa donationem: si enim secundum rationem donatur pro causa honesta, & secundum ceteras circumstantias laudabile est, quia pertinet ad liberalitatem. Si est circa mediocritatem, & quotidianam, aut ad magnificentiam, si est circa magnam. Si autem non observantur circumstantiæ, siue dando plus, quam expedit, aut non cui decet, & ita de alijs vitiosum est, & incidit in prodigalitatem, vel in banauitiam, siue paupercitiam, quæ opponuntur magnificentiæ. 4. Ethic. c. de magnanimitate. Hoc autem peccatum est, tum quia omnes sumus dispensatores Dei, & ratio quæretur a nobis de omnibus, quæ nobis commissa sunt. Donare autem prodigaliter est donare sine causa, ideo est peccatum, & fortè mortale: & maxime in ecclesiasticis personis, quorum bona magis sunt obligata pauperibus, quam bona secularium. Secundo, quia prodigaliter dans destruit substantiam suam, & seipsum destruit, ut dicit Aristot. 4. Ethic. c. de liberalitate, sed seipsum destruire est peccatum mortale: ergo & prodigaliter substantiam effundere. Tertio, quia qui prodigaliter dat cito non habebit quid dari, ubi necesse erit dare, id est, pauperi existenti in extrema necessitate, sed ex culpa sua se talem constituit, ut pauperibus sic indigentibus non possit subuenire: ergo videtur peccare mortaliter cum non solum eis, qui habent competat dare pauperibus, sed etiam eis, qui nihil habent suadet. Apostolus manibus laborare, ut dent necessitatibus pauperibus, ut dicitur ad Ephes. 4. cap. Quarto videtur peccare, quia abutitur bonis sibi collatis. Nam diuitiæ bona vilia sunt, & veniunt ex dono Dei, debent autem ordinari ad sustentationem nostram, & aliorum secundum rationem, qui autem prodigaliter agit, non seruat ordinem circa bona vilia, ideo peccat, & ita circa donationes contingit in multis peccare, sed non esse acceptio personarum propter hoc, quod sunt purè spontaneæ.

Dicendum tamen, quod in vno casu videtur esse acceptio personarum circa istas donationes, ut si alicui occurrat pauper in extrema necessitate, & nolens illi dare, donet sponte alicui non indigenti, neque penitenti, & hoc est, quia tenebatur dare sic indigenti: non dedit autem, & dedit alteri, in quo nulla causa dandi erat: erit igitur acceptio personarum. Sed adhuc dicendum, quod hoc large dictum est. Nam propriè accipiendæ acceptio personarum non est ibi acceptio personarum: quia illa est, quando illa res, quæ danda erat alicui, in quo est causa, non datur ei, sed alteri, in quo non inuenitur causa, & tamen iste, qui prodigaliter dedit non tenetur dare pauperi existenti in extrema necessitate id, quod donauit alteri sponte, cum posset ei dare aliquid aliud dando simul prodigaliter alteri, & tunc non esset acceptio personarum, licet dando prodigaliter alteri peccabat, & ideo etiã donando prodigaliter, & non dando pauperi extreme indigenti non est acceptio personarum, sed iniustum facit, quia non facit ad id, quod tenetur: habet tamen aliquam similitudinem cum acceptio personarum, & ideo aliqui sic eam vocant, sed in veritate non est, & ita manet quod circa donationes potest esse peccatum multipliciter, sed non potest esse acceptio personarum.

An sit acceptio personarum, si prælatus det beneficium, & maxime curatum alicui cognato suo, omisso alio aequaliter, vel magis idoneo. Quæst. CXV.

QUÆRITUR, an acceptio personarum habeat locum in dispensatione spiritualium, ut in prouidendo de beneficijs, & dispensationibus circa aliqua. Aliqui dicunt, quod non est acceptio personarum, quia conferre alicui beneficium, vel ecclesiasticam dignitatem, quia est cognatus videtur pertinere ad acceptio personarum, cum cognatio non sit causa faciens hominem dignum beneficio ecclesiastico, & tñ non videtur hoc esse peccatum, cum conueniat sit hoc apud prælatos. Ecclesiæ: ergo in dispensatione spiritualium non habet locum exceptio personarum. Sed contra videtur quod sit peccatum dare spiritualia indigno, vel dare minus digno omitendo magis dignum, quia super illo verbo Iaco. 2. Fratres nolite in acceptio personarum habere fidem Domini nostri Iesu Christi: Glo. Aug. ait: Quis ferat, si quis diuitem eligat ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructiore?

Dicendum, quod circa hoc sunt duo dubia. Primum est an pertineat ad personarum acceptio personarum, vel sit illicitum, quod prælatus det beneficium, & maxime curatum alicui cognato suo omisso alio aequaliter, aut magis idoneo. Secundum est cum neuter est cognatus, & prælatus inuenit duos dignos ad beneficium, & dat digno, & non digniori, an peccat, & sit acceptio personarum. Circa primum dicunt aliqui, quod sit peccatum, quia pater querit filiam suæ sponsum meliorem, quod potest, & sponsum querit sponsum suæ fidelissimum custodem, sed Episcopus, & quicumque prælatus maior comparatur ad Ecclesiam suam, sicut pater ad filiam, vel sicut sponsum ad sponsum: ergo debet ei prouidere meliorem personam, quod poterit: ergo extraneus preferendus est cognato, si est melior. Secundo, quia Ioannes Baptista fuit valde idoneus ad quamcunque spiritualem administrationem, & tamen Christus prælatus ei Petrum, quia Ioannes erat cognatus eius, & non Petrus. Ergo sic prælatus habens cognatum non dicitur preferre eum in regimine Ecclesiæ alicui alteri aequaliter idoneo: & a fortiori si fuerit magis idoneus alius.

Dicen-

Conditio-
nes que p-
sona digna
reddunt ad
beneficiũ
accipiendũ.

Dicendum, quod aut cognatus Episcopi est aequaliter idoneus, sicut alter cui prouidere potest Episcopus, id est, qui occurrit ita ut ei prouidere possit, aut est minus idoneus, aut nullo modo est idoneus. Si demus tertium gradum dicendum, quod peccat prælatus prouidendo ei, etiam si nullus alius occurreret, cui prouidere tunc posset, a fortiori autem si occurrat alius idoneus, cui prouideat: & est acceptio personarum: accepit enim non causam, ut causam. Nam in his requiritur conditio, quæ personam dignam, & capacitatem faciat secundum legem, & iste sunt quatuor conditiones, scilicet, morum honestas, scientiæ sufficientia, ætatis mensura, & naturalium legitimitas. Cum autem aliquam aliam conditionem, præter has consideraret ad prouidendum de beneficio, propter illam consideratur non causa, ut causa, quia nulla alia facit ad negocium istud, sicut si quis iudicaret inter pauperem, & diuitem, & diffiniret pro diuite, eo quod diues erat. Nam illa non est causa eum faciens dignum, ut pro eo iudicaretur. Ita esse cognatum non est conditio faciens dignum, vel aptum ad tenendum beneficium ecclesiasticum: esset autem causa conueniens ad institutionem hæredis in bonis patrimonialibus, & ideo si Episcopus instituat hæredem in bonis suis patrimonialibus aliquem cognatum suum non bonum omisso aliquo extraneo viro bono non peccat, quia quantum ad istam institutionem, causa faciens dignum est cognatio: idem est etiam circa prouidendum de necessarijs ad vitam ex bonis patrimonialibus: quia magis prouidebit cognato, quam alijs. Secus autem de bonis spiritualibus, quia illa non veniunt iure successione, cum Sanctuarium Dei iure hereditario possideri non debeat. Sed si accipiamus primum, id est, quod sit equaliter idoneus, dicendum, quod non peccat Episcopus prouidendo cognato suo, potius quam alteri. Primo, quia cum non præcedat vnus alterum dignitate est locus gratificationi, siue acceptio personarum.

Secundo, quia sunt duo vincula in consanguineo, primum est amor charitatis, quia alijs esset vetus, sed non est, ut ait Gregorius in quadam homilia innuens, quod non repugnat dominicis præceptis, & tamen non est meritorium, sed quando concurrerint, simul adiuuabitur charitas per amorem naturalē, & amor naturalis informabitur per charitatem: ad extraneum autem idoneum solum est amor charitatis, ideo magis tenebitur cognato ad prouidendum.

Tertio, quia secundum ordinem charitatis magis tenetur diligere quis cognatos, quam extraneos cæteris paribus, & tamen hic cætera sunt paria cum ponatur cognatus aequaliter idoneus ad regimen Ecclesiæ: ergo magis tenebitur illi prælatus diligere, quam extraneum, sed eis, quos magis diligimus, maiora bona præparamus, ideo cognatis tenemur magis occasione crescendi in charitate, quam extraneis, & tamen ex administratione Ecclesiæ crescit valde meritum recte administrantis: ergo magis tenemur velle istud augmentum charitatis pro cognatis nostris, quam pro alijs: & consequenter eis prouidere de beneficijs, cum tales sunt, de quibus confiditur, quod Ecclesiam bene administrabunt. Sunt autem hæc vera, nisi ex hoc quod prælatus potius prouidet cognato suo, quam alteri oriatur scandalum, scilicet, nascatur praua suspicio contra prælatum, quod sit carnalis, vel putatur probabiliter, quod ab alijs trahatur hoc in exemplum, ut pote si prælatus ille sit magis auctoritatis, cuius facta ab alijs in consequentiam trahantur. Nam tali scandalo obuiandum est, & melius erit prouidere extraneo aequaliter idoneo, & tamen etiam si stantibus his, prouidit cognato

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

equaliter idoneo, non fuit acceptio personarum, cum ibi non fuerit factum contra legem de modo prouidendi, & conditionibus personarum, neque tollitur alicuius, neque Ecclesia læditur, neque etiam oportet dici, quod ille prælatus peccauerit permittere nasci talem suspensionem, quia non tenemur auferre omnem occasionem suspiciandi de nobis, quia fortassis nihil boni faciendum esset, si omnes suspensiones tollere vellemus, etiam quia videretur inconueniens, quod cognatus prælatus, qui idoneus est, sicut quilibet alius sit deterioris conditionis, quam cæteri, ex eo quod cognatus suus est prælatus, cum potius hoc deberet ei prodesse, & tamen dicendum, quod melius faceret Episcopus non prouidendo ei de beneficio, si tales suspensiones verisimiliter oriuntur, quam prouidendo: poterit enim facere sibi per alterum prælatum prouideri, & tamen si prouiderat ipse ei non multum differret propter causas præcedentes.

Quarta potest addi, scilicet, quia magis pertinet ad pacem, & quietationem animi prælatus, quam prouidendo alteri: nam cognatus diligit cognatum suum, & ita non procurabit discordias contra prælatum, sicut sæpe subditi faciunt. Etiam quia prælatus confidentius committit ei curam gregis, si bonus est, quam alicui extraneo sciens, quod magis curabit, & sataget exonerare conscientiam prælatus, curando magis sollicitudine de ouibus, quam extraneus, qui non aequaliter diligit prælatum. Vnde facta scriptura approbat talem modum prouisionis, quod videtur significari in eo, quod dixit Pharaon ad Ioseph, Genes. 47. Si nostri in eis, id est, in fratribus tuis esse viros industrios eos magistros pecorum meorum institue. Et ita concessit sibi accipere fratres suos, potius quam a prælationem gregum, si ad hoc erant industrij, sicut alij extranei.

Si autem cognatus prælatus non sit aequaliter sufficiens, sicut extraneus, licet sit sufficiens. Dicendum, quod aut est beneficium, vel dignitas curata, & tunc peccat prælatus dando illud cognato suo minus digno omisso meliori, & magis idoneo. Primo, quia hoc videtur esse contra fidelitatem, quam Dominus requirit in bono dispensatore: non enim fideliter gereret negocia domini sui ille, qui potens rem domini meliorare non faceret intendens prodesse, vel condescendere cognatis suis. Secundo, quia est pertinet aliquo modo ad personarum acceptio personarum, quoniam indigno datur beneficium ecclesiasticum, quia est cognatus, cum non inueniantur in eo conditiones, quas lex requirit: & accipit non cæ pro cæ, sed esse consanguineum, tñ non effugit vitium acceptio personarum, quod inueniens meliorem ad curam animarum committit ea in minus bono, licet bonus sit: hoc autem prælatus, quod cognatis prouidit de cura animarum omittit alijs melioribus tracti cognitionis amore redarguit Hierony. & habetur in Decretis. 4. q. t. c. Moyses, s. extraneus ex alia tribu a Moyse eligitur, ut significaret principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ: at nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, ut non querant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse, sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs delinuti. Si autem sit beneficium sine cura animarum, aut dignitas non curata non est facile dicendum, quod peccat prælatus dando alicui cognato suo idoneo et reperto alio meliori, & hoc quia ea, quæ non habet curam animarum, non exigunt tantam aptitudinem personarum, & hoc verum est nisi alia, quod inuenitur sit multum excedens in aptitudine, ita ut de eam collatus alius iudicet indignus, sed adhuc in hoc non potest tam facile iudicari, sed considerandæ sunt ceteræ circumstantiæ, si forte ille, quod est dignior alia benefici-

E 2 cia

cia habet, de quibus competenter potest sustentari: F cognatus autem Episcopi, qui est minus dignus, & tamen est dignus, forte nulla beneficia habet, quia tunc dare illi beneficium non curatum non esset illicitum: vel forte è contratio erit, quod cognatus prælati abisset, alius vero q aliquo aliter est dignior egeat. Nam tunc acceptio personarum esset dare cognato beneficium omisso altero, sine esset simplex, siue curatum, & ita de alijs particularibus circumstantijs, quæ aliquid conferre possunt ad hoc.

His suppositis concedenda sunt duo argumenta prima huius dubij: primum enim de patre quærente sponsum filij, & sponso quærente custodē pro sponso procedit de beneficio, vel dignitate habēte curam animarum, quia ibi committitur aliquid curæ alterius, scilicet, mulier sponso, vel custodi: & ideo in curatis beneficijs, vel dignitatibus absolutè dicendum est, quod etiam si cognatus prælati est dignus, debet ei præferri, qui dignior est. In non curatis autem non est necesse istud tam strictè seruire.

Christus optime commisit matri Ioanni, & Petro ecclesiam.

Ad secundum dicendum, quod Christus optime disposuit committens matrem Ioanni, & Petro ecclesiam, licet de hoc magis declarabitur, Ioan. 19. cap. sed pro nunc dicendum quod, ut dictum est supra q. 108. quædam conditiones sunt, quæ faciunt hominem dignum quantum ad aliquid, & non faciunt eū dignum quantum ad alia, sicut esse cognatum est conditio faciens aliquem aptum ad hoc, ut instituat prælati hæres in bonis patrimonialibus, sed non facit dignum cum ad hoc quod prælati det sibi ecclesiasticum beneficiū, ita Ioannes erat cognatus Christi, & matris eius, & licet cognatio non faciebat eum aptum ad committendum sibi regendum ecclesiā: faciebat tamen aptum ad committendum ei matrem. Nam honestius committuntur sceminae viris de cognationis gradu propinquo, quàm extraneis, & hoc quia inter tales personas propinquitas sanguinis non permittit aliquid scui criminis suspicari, extra de præsumptionibus, c. cum in inuentute. Petrus autem erat extraneus a Christi cognatione, ideo non erat conueniens ei committi matrem Christi.

Sed sciendum, quod circa argumentum istud potest incidere error: nam licet verum sit id quod concluditur, scilicet, quod Christus nō prætulit Ioannem Petro in regimine ecclesiæ, licet esset Ioannes cognatus, tamen quomodo inferatur hoc ex fundamento est ambiguum, quia aut voluit inferre, quod Christus prætulit Petrum Ioanni in regimine ecclesiæ, quia Petrus non erat cognatus, sicut Ioannes, & hoc solū ex ista causa erit inconueniens, quia tunc est sensus, quod etiam si cognatus prælati sit dignior, quàm extraneus non debeat ei prouidere prælati, sed extraneo minus bono, & hoc penitus est absurdum. Primo, quia tunc ad regimen animarum deberent interdum assumi minus boni omisis melioribus, & esset peccatum eligere magis idoneos, quo nihil est absurdus. Secundo, quia noceret tunc cognatis Episcoporum esse cognatos eorum, & paterentur dispendia sine culpa, & etiam sine causa expressa a iure, quod est inconueniens, cum potius eis deberet prodesse habere tales cognatos. Deus enim sic vult, quod præsumendo alicui bonum, vel dignitatem confert, quod illud proffit ei, & omnibus de cognatione sua. Sic patet 1. Regum 9. cap. vbi cum Deus vellet constituere Saulem regem super Israel dixit ei Samuel ex parte Dei; Cuius erunt optima quæque Israel? nonne tibi, & omni domui patris tui? ergo non debet nocere cognatis prælatorum, quod prælati sunt cognati eorū: cum potius Deus ad bonum eorum istud fecerit. Si autem intelligatur sic, quod licet Ioannes esset Christi

si cognatus non prætulit eum Petro, sed è contrario, scilicet, quia Petrus erat dignior: & attendit Christus dignitatem, & non cognationem, non est hoc facile dicere. Nam nemo auderet negare Ioannem, & quemlibet de Apostolis, super quos Spiritus sanctus descendit, dignos fuisse ad regimen ecclesiarum, & tamen an Petrus fuerit maioris meriti, quàm Ioannes non constat aperte ex aliquo loco scripturæ, neque nos hoc iudicare audeamus. Soli enim Christo ista relinquimus cum etiam de duobus nunc viuētib, quorum vita mediocris est, vel non aperte mala, nouit quis eorum sit maioris meriti apud Deum. Aliter ergo procedit argumentum istud, scilicet, per quandam comparisonem, ut dicatur Ioannes erat cognatus Christi, & tamen non prætulit eum Petro: ergo non debent prælati absolute considerare cognationem ad prouidendum de beneficijs ecclesiasticis, sed merita. Nam si cognationem solum Christus attendisset, non instituisset Petrum, sed Ioannem, vel Iacobum, aut aliquos alios de cognatis suis, & tamen non instituit quemquam eorum prælatum ecclesiæ toti: ergo non attendit consanguinitatem, & tamen neque ob hoc valet argumentum, scilicet, non considerauit cognationem: ergo considerauit dignitatem, & ita erat Petrus maior meritis Ioanne.

Dicendum enim, quod de Christo non erat, sicut de prælati nostris, quia prælati nostri quærunť homines dignos, & non efficiunt illos: Christus autem quæbat illos esse dignos: ipse enim fecit Petrum tantorum meritorum, quantum fuit, & Ioanni quoque dedit gradum perfectionis, quem habuit, & ideo nō elegit Petrum in principem ecclesiæ, quia dignus erat, sed quia voluit eum in principem eligere, fecit eum talem esse, ut eum eligi mereretur, vel saltem electionis capax esset. Et iste est ordo, quem Deus tenet in prædestinatione, non enim Deus prælegit aliquos ad vitam æternam, quia prænouit illos futuros bonos, sed quia ex liberalitate sua eligit aliquos ad vitam æternam, confert illis, quod boni sunt, ut illuc ire possint. Talis ordo ponitur ad Rom. 8. cap. scilicet, Quos prædestinauit, hos vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, hos & magnificauit. Et ita primo ponitur prædestinatio, quæ dicit propositum Dei de dando alicui beatitudinem, quàm iustificatio, quæ dicit merita. Et ita arguetur ex ordine, scilicet, quia prædestinati sunt, vocati fuerunt, & quia vocati fuerunt, iustificati fuerunt, & non è contratio, scilicet, quia iustificandi erant, prædestinati fuerunt: hoc enim esset si iustificatio nostra esset a nobis, & non a Deo. Nam tunc, quia nemo potest habere vitam æternam, nisi iustus, non prædestinaret Deus aliquem, nisi quia præficeret eum futurum iustum, & ita iustitia sua daret causam prædestinationi, & tamen non est sic, sed tota iustificatio nostra est a Deo per infusionem gratiæ, & tamen iustitia est viua: vita æterna est terminus prædestinationis, id est, ad quam prædestinantur qui prædestinantur, sed necesse est semper prius esse terminum in intentione quàm viam, cum aliàs nesciremus quam viam tenere deberemus, non præsupposito termino: ergo necesse est, quod secundum rationem prius sit in Deo prædestinare aliquem, quàm prænocere illum iustificandum, vel disponere illum iustificare, & ita sunt ista quatuor per ordinem, scilicet, prædestinare, vocare, iustificare, magnificare. Prius enim Deus prædestinauit nos, id est, habuit propositum de dando nobis vitam æternam, & hoc est eligere nos, ad Ephesios 1. cap. Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & im-

Ordo in prædestina-tione a Deo obseruatus

maculati cum eo. Deinde vocauit nos, id est, cum essemus infideles, vocauit nos ad fidem suam per prædicationem suam, vel cum essemus in peccato, vocauit nos ad poenitentiam, Lucæ 5. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Et postquam vocauit, iustificauit nos. Nam ipso vocante statim illi, qui a Deo prædestinati erant ad vitam æternam, crederunt, Actuum 13. cap. scilicet, Audientes gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum, & crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Cum autem homines crediderunt iustificati sunt, quia fides purificat. Actuum 10. cap. Fide purificans corda eorum. Iustificat etiam ad Roman. 10. cap. Corde creditur ad iustitiam, id est, fides, qua corde creditur, iustificat (intelligitur simul cum charitate, & gratia gratificante) & postquam Deus nos iustificauit per fidem, magnificauit nos. Quod dupliciter intelligitur: vno modo de magnitudine meritorum, quæ vere magnum faciunt apud Deum. Nam postquam charitas cum fide infunditur, per quam est iustificatio, nutritur charitas, & augetur, & roboratur, & perficitur, ut Augustinus ait: & ita magnificatur homo ad magnitudinem excellentiæ meritorum. Alio modo intelligitur de magnitudine status in ecclesia militanti. Nam quosdam dedit ibi esse Apostolos, alios Euangelistas, alios Prophetas, alios Pastores, & Doctores ad Ephes. 4. & 1. Corinth. 12. cap. Et iste ordo fuit, quem Christus tenuit circa Apostolos, qui fuerunt primitiæ omnis creaturæ Dei ad Rom. 8. cap. De quibus etiam eodem cap. Apostolus loquitur, cum ponit illa quatuor, scilicet, quod Deus prius illos prædestinauit ante mundi constitutionem: deinde in tempore Christus in carne apparens, vocauit eos, quos iam ad vitam æternam prædestinauerat: & fuit vocatio ista per prædicationem, vel singulariter per vocationem, sicut de Petro, & Andrea, supra 4. cap. & de Iacobo, & Ioanne, eodem cap. & Mar. 1. & de Matth. supra 9. & Luc. 5. postquam vocauit iustificauit: quia cum ad ipsum venerunt dedit eis fidem sufficienter pro tunc & gratiam, qua iustificati fuerunt: & hoc verum est de illis quos prædestinauerat. Quod dicitur propter Iudam: quia licet vocatus fuerit, non iustificauit eum Christus, quia non prædestinauerat eum, Ioan. 17. cum dixit: Mundi estis, sed non omnes: ait non de omnibus dico: ego enim scio quos elegerim, quasi dicat, illi, quos ego elegi, mundi sunt: qui vero non fuerunt electi, non sunt mundi, & intelligitur de electione ante mundi constitutionem, ad Ephes. 1. cap. Nam quantum ad electionem in tempore a Christo factam, quæ fuit in Apostolatum etiã Iudas electus est, Lucæ 6. cap. Postquam autem iustificauit omnes, magnificauit eos: quia magnificatio fuit constituere eos Apostolos, quod erat eos ecclesiæ columnas ponere, quod non fecit statim, ut vocauit eos, sed primo docuit eos aliquanto tempore, & cum haberet multos discipulos quadam die existens in monte vocauit illos ad se, & elegit ex illis duodecim, quos Apostolos nominauit, Lucæ 6. cap.

Deus nos dupliciter magnificauit.

4.

In Deo licet non sit prioritas in prædestinatione est tamen ordo, secundum rationem.

Est etiam sciendum, quod sicut ista tam quantum ad Apostolos, quàm etiam ad quoslibet alios prædestinatos habent ordinem secundum successionem temporis, ita & in Deo habent quandam ordinem secundum rationem. Nam non est ibi successio actuum secundum tempus, neque pluralitas illorum: vnde Deus secundum eundem actum numero prædestinat aliquos, & disponit eos vocare iustificare, & magnificare, sed in illo actu secundum rationem accipitur ista distinctio, & pluralitas, & ordo, scilicet, quod cum finis sit prior eis, quæ ad finem, & prædestinare dicatur actum de fine, scilicet, eligere ali-

Alph. Toit. in Matth. Pars VI.

quem ad determinate dandum ei vitam æternam, erit prædestinare prius, alia autem tria pertinent ad viam, & ideo sicut in re est inter ea ordo, & successio, ita in actu diuinæ voluntatis secundum rationem considerabitur ista distinctio, & ordo, scilicet, quod prius disponat de vocando, deinde de iustificando, postea de magnificando. Et ita redeundo ad propositum, vnde de digressi sumus, cum Deus non quærat homines iustos, sed illos tales esse efficiat, non constituit ideo Christus Petrum principē ecclesiæ, quia merita sua hoc exposcebant, sed quia elegit eū ante mundi constitutionem, ut eum principem ecclesiæ constitueret, sic illum magnificando iustificauit illum taliter, ut hunc principatum mereretur, vel eius saltem capax esset. Si autem Christus vellet, quod Ioannes cognatus suus esset princeps ecclesiæ iustificaret eum ad tantam excellentiam, ut princeps ecclesiæ esse mereretur, & siquid aliud maius inueniri posset, & ideo Christus ad constituendum aliquem in principem ecclesiæ non debebat quærere merita, vel dignitatem illius, sed solum quod vellet. Nam volendo eum facere principem ecclesiæ dignificaret eum talibus dispositionibus, ut huius rei capax esset. Quod patet, quia si merita requirerentur, deberat a principio eligere homines sanctissimos, vel peritissimos, aut potentissimos, vel nobilissimos genere, sed nihil istorum fecit, sed potius ex opposito, ut patet 1. Corin. 1. cap. scilicet, Videte fratres vocationem vestram, quia non multi nobiles secundum carnem, non multi potentes, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confunderet sapientes, & infirma mundi dedit, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut destrueret ea, quæ sunt. & quod magis videbatur saltem eligeret Christus viros sanctissimos, sed nō fecit. Nam non elegit Ioanem Baptistam, qui erat sanctissimus, supra 1. cap. Non elegit Nathanael in Apostolum, quem ipse laudauit dicendo, quod non erat dolus in eo, Ioan. 1. cap. Sed homines alios simplices, & imperfectos, qui etiam post vocationem non erant magne auctoritatis, ac sanctitatis vsque post missionem Spiritus sancti. Et hoc fecit, ut non putaretur, quod sanctitas illorum doctrine Christi profuerit, sed Christus illos sanctos effecerit. De prælati nostris secus est, quia ipsi non possunt quandoque dignum efficere, ideo oportet, ut quærant quis est dignus ad hoc, quod illi prouideant, & ideo non est sic arguendum: Prælati nostri, quando recte prouident, conferunt beneficia dignioribus, quos inuenerint: ergo Christus, qui rectissime contulit Episcopatum ecclesiæ, & administravit omnia, dedit principatum ecclesiæ, qui maximus erat, ei, qui dignior erat inter Apostolos suos. Sed sequitur hoc, scilicet, quod eum, cui istum principatum contulit, fecit ceteris digniorē, licet nō esset, quæ ei collatus est. Vel saltē fecit eū tam dispositū, ut mereretur tenere principatum, qui ei collatus est. Nā nō est necesse, quod post collationē principatus contulerit Christus Petro, quod est ceteris maior meritis. Non enim exigebat hoc principatus ille, sed solum exigebat, ut talem eum efficeret, qui digne administrare posset tantum principatum: poterat autem esse, quod quilibet Apostolorum esset tantæ sanctitatis, ut esset capax alicuius maioris administrationis, quàm sit tota ecclesia, si licet administratio inueniretur: & ita minimus eorum sufficeret ad regendum ecclesiam Dei, & ita poterat esse, quod minimo eorum in gradu meritorum committeretur ecclesia regenda. Vnde sicut nemo concedit istam consequentiam, scilicet, Christus commisit ecclesiam Petro, ergo fecit eū digniorē, & sanctiorē matre sua: ita neque

E 3 ista

ista tenet. Petto commissa fuit Ecclesia: ergo erat ante commissionem maior meritis Ioanne, vel datum est ei post commissionem, quod talis esset. Dicendum quod circa Christum non est querenda causa determinata, quare Petro potius quam Ioanni, aut alteri Ecclesiam commiserit, sed quia voluit, cum voluntas sua sit efficax dispositum necessariorum convenientium, ut dictum est. Fortassis ergo de Ioanne dicendum, quod Ioanni noluit committere Ecclesiam, licet ad hoc dignus existeret, eo quod cognatus eius erat non quidem quasi inuens, quod cognatis nunquam providendum esset, sed ut non sumeretur argumentum in deteriorem partem, scilicet, quod quia Christus commiserat istum principatum cognato suo, ita & prelati cognatis suis Ecclesias committerent, licet non essent digni.

An prelati peccet, conferendo beneficium viro digno, pratermissis digniori. Quest. CXXV.

SECUNDUM dubium circa hoc erat, an prelati peccet, providendo alicui digno de beneficio, pratermissis alio digniore. Et non differt istud dubium ab altero, nisi quia ibi comparatur sanguineus prelati minus dignus ad extraneum magis dignum, hic autem uterque est extraneus. Aliqui dicunt, quod est peccatum, & acceptio personarum: agit enim contra conscientiam, qui sic providet, cum conscientia dicitur meliori esse providendum, sed qui agit contra conscientiam, & difficit ad gehennam: ergo peccat mortaliter.

Alii dicunt, quod non peccat, quia satisfacit iuri: ergo non peccat cum peccatum non sit, nisi quia facit contra aliquid quod statutum est, vel omittit facere quod statutum est, & tamen ius non obligat, nisi ad providendum digno: ergo non peccat omittendo magis dignum, cum det digno.

In q. 109.

Dicendum quod sicut supra fuit declaratum acceptio personarum semper est peccatum mortale, quia semper opponitur iustitie distributive, cuius observatio est de necessitate salutis, & ideo si in collatione beneficiorum in hoc casu esset acceptio personarum, esset peccatum mortale, & adhuc gravius quam circa illam. Nam acceptio personarum ubicunque invenitur, semper est peccatum mortale, sed quia contingit repugnare iustitie distributive, cui opponitur acceptio personarum, aliquando in magnis, aliquando in parvis, quanto fuerint maiora ea, circa quae est acceptio personarum, tanto illud est gravius peccatum, & quia spiritualia sunt maiora, quam temporalia, gravius peccatum est acceptio personarum in dispensatione spiritualium, quam temporalium. Et quia acceptio personarum est cum aliquid tribuitur alicui personae prater proportionem dignitatis suae in eis, in quibus est certus modus dandi, est dicendum quod dignitas vel bonitas alicuius potest considerari dupliciter. Uno modo simpliciter, & absolute, vel secundum se, & sic magis bonus est, vel dignior ille, qui magis abundat in donis spiritualibus gratiae. Alio modo consideratur dignitas secundum quid, quantum ad aliquam rem determinatam, & tunc contingit quod aliquis, qui est simpliciter melior vel dignior, non sit dignior quantum ad illam rem: hic autem circa collationem, vel dispensationem spiritualium non potest considerari dignitas, nisi vel simpliciter, vel quantum ad bonum commune Ecclesie cuius administrationem, vel beneficia suscipiunt. Contingit autem, quod aliquis, qui est minus bonus simpliciter, sit melior quantum ad bonum commune Ecclesie, quia licet sit minor virtute, forte erit maior prudentia rerum mundanarum, & erit utilior ad consilia ad

Spiritualia sunt temporalibus maiora.

procurandum bona Ecclesie, & etiam ad conservandam pacem Ecclesie, quae est bonum quoddam spirituale; vel per potentiam adiuvabit ad repellendum inuadentes bonorum Ecclesiasticorum, qui erit magis dispositus ad corrigendum delinquentes, aut per industriam erit aptior ad multa alia, quae cedant in Ecclesie utilitatem, & quia spirituales administrationes principaliter ordinantur ad bonum secundum communem utilitatem, quam ad utilitatem privatam alicuius, iuxta illud 1. Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, scilicet, aliorum, vel Ecclesie, ut colligitur 1. Corinth. 14. cap. & maxime quia dicitur ibi, datur in manifesto spiritus; vel manifestatio, & tamen manifestatio ad alios refertur, & non ad habentem. Et ideo dicendum, quod dare alicui beneficium curatum, vel dignitatem, qui sit minus bonus, dum tamen sit bonus, si est Ecclesie utilior, siue propter sapientiam, vel industriam, vel potentiam, vel propter alia gratis data ei a Deo, non est peccatum, neque acceptio personarum. Unde ad dandum alicui beneficium, vel dignitatem primo considerandum est, quod sit dignus, id est, sit bonus, & competentem scientiam habens secundum conditionem beneficij. Si autem aliquis non sit bonus, id est, sit minus bonus, dum tamen sit bonus, si est Ecclesie utilior, siue propter sapientiam, vel industriam, vel potentiam, nobilitatem, vel alium modum, nunquam est sibi dandum aliquod beneficium, quantumcumque minimum. Supposito autem, quod aliquis sit idoneus, licet sit minor in virtute, & sapientia dum tamen credatur esse utilior Ecclesie, bonum est sibi dare beneficium: immo melius est dare sibi, quam ei, qui virtute maior est, vel in sapientia, & tamen non putatur futurus utilis Ecclesie.

Quid considerandum sit ad dandum alicui beneficium vel dignitatem.

Dicendum tamen de ista utilitate, quod non est vocanda utilitas simpliciter procuratio bonorum temporalium maiorum pro Ecclesia, id est, possessionum vel reddituum, vel defensionem illorum, licet utrumque sit quoddam bonum, sed primum est voluntarium, secundum est necessarium, quia ad illud tenetur prelati, & quicumque gerens administrationem Ecclesiasticam, sed vocatur utilitas spiritualis. Quod patet, quia dignitates Ecclesiasticae sunt spirituales, & non temporales, & ideo quidquid ibi vocatur bonum, est bonum spirituale: bona autem temporalia, quae Ecclesie aduenire possunt intuitu prelati, bona quidem vocantur, sed non absolute bona. Dicitur autem prelati utilis Ecclesie, in quantum fuit ad bonum commune, & hoc consistit in animarum salute, quae intenditur per Ecclesiasticam administrationem, & congregationem. Et istud bonum saluus est multiplex. Primum est doctrina salutaria, quam vel prelati per seipsum ministrare debet, vel providere quod alij dent. Secundum est pax tam cleri, quam omnium populorum sibi subditorum, quia sine pace non potest coli Deus, & hanc prelati valde procurare debent reducendo ad concordiam omnes discordantes, & tumultuantes iuxta vires suas. Tertium est vitiorum correctio, quae directe pertinet ad prelatum: in his enim si sollicitum se exhibeat, & Dominus gratiam ei det aliquid istorum faciendi, dicitur utilis Ecclesie. Vocatur etiam utilis Ecclesie, sed non ita proprie si Ecclesiasticam iurisdictionem tueatur, non sit nens eam a laicis usurpari, & bona Ecclesie custodiat non permittens ab aliquo diripi.

Uterius dicendum, quod si aliquis sit valde bonus in seipso perfectus quidem in charitate, & totus Deo deditus, neque putetur quod Ecclesie erit utilis, non est sibi danda dignitas Ecclesiastica habens curam animarum, immo videtur esse peccatum illi

Prelati non corrigens subditos deponendus.

illi dare, sed debet dari alteri minus bono: si tamen sit bonus, & putetur futurus Ecclesie utilis. Et ratio huius est, quia taliter bonus non faciet id, quod exigitur ad curam animarum. Nam aliqui soli contemplationi dediti nullo modo vacare apti sunt ad exhortandum, & realiter corrigendum vitia subditorum, & tamen qui circa correctionem non adhibet diligentem curam non est bonus prelati, & deponi meretur, immo & privatur vita. Sic enim & Heli summus sacerdos in se bonus erat, & irreprehensibilis, & filios exhortatus est recedere a crimine, sed quia non correxit eos faciendo desistere, Deus comminatus est ei mortem, & intulit. 2. Reg. 2. & 4. c. & idem dicitur extra de symo. c. licet Heli, quod ille propter solam omissionem correctionis filiorum, fractis ceruicibus, expiravit: & quoniam ad prelatum pertinet multum de exercitatione vitae actiuae, & sunt quidam circa solam contemplationem exercitari, qui nunquam se circa actiones exercuerunt, & etiam non videtur esse eis aliqua aptitudo gratis data a Deo, vel innata ad ista faciendum, & tales non sunt in Episcopos promovendi, licet circa se viri sancti existant. Et hoc maxime accidit circa monachos, qui in monasterijs soli orationi, & contemplationi, & lectioni dediti erant, quia postea si proficiantur Ecclesijs illa sola exercant, quae in monasterijs agebant, & isti in vanum vocantur Episcopi, ut dicit Greg. Et habet in Decretis. 36. dist. c. fratrem nostrum Marianum. dicit enim Greg. scribens cuidam alteri de Episcopo illo Mariano, qui monachus prius extiterat: Fratrem nostrum Marianum Episcopum vrbis, quibus vales excita: quia eum obdormitasse suspicor. Dic ergo illi, ut cum loco & mente mutet, non sibi credat solam intentionem, & orationem sufficere, ut remotus nihil studeat de manu fructificare, sed largam manum habeat, patientibus necessitate succurrat, alienam inopiam sua credat. Quod si hoc non habet vacuus Episcopi nomen tenet. Et id est bonitas, vel dignitas circa beneficia, & gradus ecclesiasticos non consideretur in seipsum, vel absolute, sed secundum bonum commune Ecclesie, dicitur singulariter dignior assumptus si ille, qui Ecclesie utilior esse putatur, assumatur ad dignitatem, vel beneficium, & non erit acceptio personarum, quod assumatur ille, omisso alio, qui quantum ad seipsum melior est, sed potius bene provideretur Ecclesie, si assumeretur ille, qui absolute melior est, & tamen non creditur futurus utilis Ecclesie, vel modicum vitis.

Prelati utilis Ecclesie.

In q. 118.

Ad argumentum primum huius dubij dicendum quod est concedendum simpliciter, quod qui ad beneficium curatum, vel dignitatem curatam assumit aliquem bonum omisso meliori, agit contra conscientiam, & peccat, sed bonitas consideranda est respectu illius dignitatis, & administrationis, ad quam assumitur. Nam licet circa seipsum sit valde melior, & tamen ad regendum alios sit minus aptus, non dicitur dignior, vel melior, sed minus bonus, & dignus, & forte indignus vocabitur illo beneficio, & talem assumere potius erit contra conscientiam.

Ad aliud in contrarium, scilicet, quod de iure sufficit providere digno, & non est necesse providere magis digno, verum est hoc quantum ad foralia iuris, sed non quantum ad conscientiam, ut dicitur infra.

Ad argumentum autem primum, & secundum facta in principio precedentis questionis, dicendum quod licet prelati consueverint cognatis suis providere de beneficijs ecclesiasticis non tollitur peccatum, neque acceptio personarum: nam contra legem Dei, & naturalem nunquam praescribitur quantumcumque longa consuetudo, immo quanto fuerit magis antiqua consuetudo, tanto peccatum est grauius. Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

uis, extra de consuetu. cap. cum tanto. sed circa hoc distinguendum est, sicut precedenti quaest. scilicet, quod aut consanguineus prelati est indignus, aut dignus, sed minus dignus quam extraneus, aut aequaliter dignus, aut magis dignus. Si primum nunquam est ei providendum de aliquo beneficio, quia ista esset simpliciter acceptio personarum. Si ponatur secundum, & sic circa beneficium, vel dignitatem cum cura: etiam est acceptio personarum, quia meliori providere tenetur, ut gerat fidelem administrationem prelati de bonis Dei. Nam bona Ecclesie non sunt sua simpliciter tanquam domini cum non possit illa vendere. Etiam non potest illa dare, cui voluerit adnutum, sed secundum certam formam limitatam a iure, & ita est dispensator, & non dominus. Sic dicitur 1. Corinth. 4. cap. ubi Apostolus loquitur de prelati: Sic nos existimet homo, ut Dei ministros, & dispensatores ministeriorum Dei. Et sequitur. Hic quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Fidelitas autem consistit in hoc, quod non permittat iuxta vires perire rem domini sui, & meliorem eam quantum potuerint, sed qui potest ponere meliorem ministrum, & non ponit, non meliorat rem domini sui quam meliorare posset, quae est res Christi, siue Dei, ideo male agit. Et tamen circa hoc distinguendum est, an sit beneficium, vel dignitas cum cura animarum, vel non, sicut supra diximus. Si ponatur tertium, scilicet, quod sit aequaliter idoneus cognatus prelati, sicut alius tam ad bonum commune Ecclesie, scilicet, administrationem, & regimen quam simpliciter in bono virtutis, potest prelati sine peccato acceptio personarum gratificare cognatum suum propter causas expressas precedenti quaest. Et hoc verum est, nisi sequeretur inde scandalum, vel suspicio contra ipsum, quod non propter merita, sed propter affectum carnis daret, & alij prelati haberent occasionem, vel colorem ad dandum cognatis suis bona Ecclesie indignis excellentibus. Unde interdum a bono abstinendum est, ne inde ad malum detur occasio. Et ista causa creditur fuisse a pluribus, quare Christus non commisit Ioanni Evangelistae Ecclesiam principatum, sicut Petro, ut ille esset ad hoc dignus. Si autem ponatur quartum, dicendum est, quod non solum licet dare cognatis, immo illis danda sunt bona Ecclesie, quia alios non bene dispensarentur spiritualia, si darentur minus dignis omittis dignioribus, & noceret Ecclesie Dei propter cognationem, quod non est faciendum: unde sicut non licet prelati dare bona Ecclesie cognatis suis affectu cognationis, quando alij inveniuntur meliores, ita neque licet dare alijs minus dignis dando cognatis suis si digniores sunt, quia in hoc etiam praedicator Ecclesie.

In quo consistit fidelitas ministrorum Dei.

Christus cur Petro, non Ioanni regendam tradidit.

An penes dispensationes, quae sunt ad habilitandum personas possit accidere acceptio personarum. Quest. CXXVII.

QVAERITUR, an circa dispensationes, quae sunt ad habilitandum personas, vel legitimandum eas possit accidere acceptio personarum acceptio, cum ista dispensatio sit administratio rerum spiritualium.

Aliqui dicunt, quod non, quia praesertim diuitum pauperi pertinet ad acceptio personarum, Iacobij secundo capitulo, & tamen secundum iura facilius dispensatur cum diuitibus circa gradus prohibitos, ut possint contrahere matrimonium, vel ut matrimonium contractum teneat, cum pauperibus: ergo non est acceptio personarum in hoc, quia si esset acceptio

E 4 ceptio

ceptio personarum, esset peccatum, & esset contra ius: & tamen non est contra ius, ergo non est acceptio personarum.

Dicendum, quod circa dispensationes potest accipi interdictum acceptio personarum: multa enim sunt iuris statuta, in quibus per inferiores, alia autem sunt, in quibus per solum summum Pontificem dispensari potest. Considerandum tamen quod omnis dispensatio est voluntaria iurisdictionis: nunquam enim prelatatus cogitur dispensare in aliquo, sed conceditur ei, quod dispense, si voluerit. Ratio autem est, quia dispensationes proueniunt ex eadem radice, ex qua ius commune: fuit enim conditum ius commune propter bonum publicum omnium, qui illo iure reguntur, & quia secundum multa varia, que accidunt in particularibus, euenit quod id, quod communiter est bonum obseruatum secundum formam iuris, efficiatur in aliquo casu malum, & nocuum reipublice obseruatum. Sic & hoc siue propter personam, siue tempus, vel loca, aut alias condiciones. Ista autem, que sunt particularia, que vniuersali ratione comprehendere non possunt, non potuerunt expressè poni in iure, & ideo conueniens fuit, quod relinquere in potestate presidentis circa talia cum acciderent ordinare, sicut ei videretur. Ex hoc sequitur, quod circa omnem dispensationem ad hoc quod recte fiat, debet considerari fauor publicus, siue bonum commune, sicut & iura propter bonum commune statuta sunt. Ex quo datur prima regula, quod si prelatatus quicumque dispense circa ea, in quibus de iure potest, & ex dispensatione non sequatur aliquod bonum publicum directe, vel indirectè, neque etiam obuietur alicui damno publico peccat, quia contra intentionem iuris facit, cum ius non concesserit dispensandi potestatem, nisi quia iure ad literam obseruato sequebantur interdum inconuenientia, & dico directe, vel indirectè: quia interdum non est directe bonum commune, sed personarum priuatarum sequitur bonum publicum, sicut aliqui sunt illegitimi, & non possunt promoueri, neque beneficia obtinere, nisi ex dispensatione. Si tamen illi sunt aliunde persone valde idonee ad ministrandum, quoniam bonum publicum est bonos ministros habere, cedit in bonum publicum dispensare cum talibus, ut possint promoueri, & obtinere beneficia. Et hoc verum est circa illos prelatos, qui non possunt condere iura, sed sequi iura condita, & que habent potestatem dispensandi ex iure, secus de illo, qui est supra ius, quia cum ille posset tollere ius, & condere ius nouum, per quod liceret id, quod ex dispensatione licere non debet, aut potest, non videtur secundum rigorem iuris peccare etiam si dispense non contendendo ad bonum publicum, & tamen in foro conscientie peccare videtur: quia ad eum pertinere videtur bona iura conseruare, & non violare, neque mutare, & tenetur respicere bonum publicum Ecclesie, quia etiam Ecclesia non est sua, sed Christi, & tenetur ille fideliter administrare, sicut dispensator.

Secunda regula, quod licet prelatatus nunquam cogatur cum aliquo dispensare, tamen si ipse videt damnum publicum imminere circa aliquid, si non dispense, & bonum magnum sequi si dispense, peccat non dispensando, si petatur dispensatio, vel pertineat ad eum illam facere nullo petente. Ratio est, quia ideo commissum est prelatatus circa quaedam posse dispensare, quia voluit ius, quod in quibusdam dispensaret suadente necessitate, vel utilitate publica: tenetur etiam prelatatus bonum publicum conseruare, & procurare, & ideo si viderit imminere damnum reipublice non dispensando in aliquo, peccat, si non

Nota quin que regu las circa di spen satio nes spiri tuales.

dispensat. Ratio tamen, quare ius nunquam compellit prelatatum dispensare in aliquo, est: quia dispensatio fieri debet, quando sequatur damnum non dispensando, aut sequitur utilitas publica dispensando: quando autem hoc sequatur non potuit iure diffiniri, quia consistit circa particularia, sed relinquatur conscientie eius, cui committitur potestas dispensandi, si autem ille recuset dispensare, dicitur quod non est conueniens causa dispensandi, & ad probandum, quod erat conueniens causa, oportebat contendere coram superiore, ut, probata causa, ille compelleret inferiorem ad dispensandum, sed ista sunt dispendia, & dilationes. Ideo fuit conuenientius, quod si inferior, ad quem pertinet, noluit dispensare, vel iudicet non esse dispensandum, recurratur ad superiorem, qui hoc poterit non habita aliqua controuersia iudiciali contra eum, qui dispensare noluit: & ita ius non compellit aliquem dispensare: si is, ad quem recurritur etiam dispensare noluit, recurratur vsq; ad vltimum superiorem, & si ille dispensare noluerit non est aliquis, per quem compellatur, ideo non fuit conueniens quod compellatur quis ad dispensandum.

Tertia regula est, quod omnes cause mouentes de iure ad dispensationem, & condiciones personarum, cum quibus dispensari posset, obseruanda sunt, alioquin peccat dispensans. Causa enim generalis in omni dispensatione est fauor publicus, id est euitare malum publicum, vel procurare bonum publicum: in super circa quaedam dispensationes sunt determinate alie condiciones de iure circa personas, cum quibus dispensandum est, & si ille non seruetur, peccat dispensans, ut de iure vetitum est, quod quis habeat plura beneficia curata, vel plures dignitates etiam in diuersis ecclesiis. Relinquitur autem potestas dispensandi in hoc cum personis sublimibus, & literatis. Extra de preben. c. de multa. Si ergo cum non sublimibus, id est nobilibus, & non literatis dispense, circa hoc non euitat peccatum dispensans, licet nemo eum increpet, quia sedes Apostolica est, eodem cap.

Quarta regula est, quod si prelatatus dispense cum aliquo non seruatis conditionibus iuris, neque causa motiua, id est fauore publico peccat, & est acceptor personarum, siue dispensando circa alios seruet ista, siue non seruet, siue nunquam dispensauerit, nisi cum isto, & hoc patet per predicta.

Quinta regula est, quod si in aliquo petente dispensationem circa aliquid inueniatur condiciones speciales iuris, si que sunt, & in super fauor publicus, & prelatatus noluit dispensare cum illo, non est acceptor personarum, sed peccat. Quod autem peccet, patet per secundam regulam, quia facit contra intentionem iuris. Quod vero non sit acceptor personarum, patet, quia acceptio ista consistit in dando alicui bonum preter proportionem dignitatis sue: hic autem nihil datur, sed potius est preiudicium communitati in non dando: ergo non est acceptio personarum.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quod interdum est acceptio personarum in dispensando, ut supra dictum est, sed cum dicitur in matrimonio circa gradus prohibitos cum hoc fiat in proportione dignitatis, & intentione iuris, eo quod esse diuites facit personam dignam, vel idoneam ad dispensandum cum eo in gradu prohibito, & esse pauperem facit personam non idoneam. Pro quo considerandum, quod ut dicitur supra in q. 108. quodammodo condiciones sunt, que faciunt hominem dignum, quantum ad aliquid, & non quantum ad alia, sicut esse cognatum non facit aliquem dignum, ut prelatatus ei prouideat de aliquo beneficio ecclesiastico, & non facit eum dignum, ut prelatatus instituat eum heredem in bonis patrimonialibus suis, vel de eis abundantius illi prouideat quam alijs dignioribus non cognatis, ita esse diuitem

diuitem non facit aliquem dignum gradu doctoratus, vel magisterij, & tamen facit dignum, ut cum eo dispense, circa gradus prohibitos in matrimonio. Et ratio est, quia dispensatio in gradibus prohibitis ad matrimonium fit propter pacem procurandam, vel vitandas discordias aliquas, que aliter vitari non poterant, nisi coniungendo extremos, & distantes per vinculum affinitatis, & cognationis mediæ: bella tamen, & discordias magnæ non possunt suscitari inter pauperes, sed solum inter potentes, omnes autem potentes sunt diuites, cum potentia hoc modo dicatur multitudo subditorum, & famulorum, ergo inter diuites est causa dispensandi ad tollendas istas lites, & discordias, inter pauperes autem nulla causa subest, & ideo non est acceptio personarum sic facere, cum suadente iure, & dignitate fiat.

An pens prelatorum electio sit peccatum, & acceptio personarum eligere minus bonum prætermissio meliore, id est an sufficiat in foro conscientie eligere idoneum. *Quest. CXVIII.*

Quæritur, an circa electionem prelatorum qua electio est aliquid spirituale possit incidere acceptio personarum.

Aliqui dicunt, quod sic, & stat specialiter dubium circa hoc, an quando habemus in electione æqualem facilitatem habendi meliorem, sit peccatum eligere minus bonum, qui tamen bonus est, & idoneus. Et dicunt, quidam, quod est peccatum. Dicit enim Hieronymus super Leui. & habetur in Decretis. 8. q. 1. cap. licet ergo. l. Requiritur presentia populi, ut omnes sciant, & certi sint, quod qui præstantior est omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad sacerdotium. Ergo eligere meliorem doctiorem, & sanctiorem debemus, & contrarium facere peccatum erit. Secundo quia præferre magis dignum minus digno est personam accipere quod semper est peccatum, sed hoc facit qui habet facultatem eligendi meliorem, & eligit solum bonum, ergo accipit personam, & peccat. Tertio quia secundum ordinem charitatis in spiritualibus beneficijs magis bonus semper est præferendus minus bono, & tamen electiones sunt bona spiritualia, quia per eas acquiruntur ius ad dignitates Ecclesiasticas, que sunt bona spiritualia, ergo non licet ibi eligere bonum omnino meliori. Quarto patet, quia ut dicit Grego. & habetur in decretis di. 4. c. denique qui precessit dignitate, debet præcedere sanctitate, & si non præcellit, vilissimus reputandus est, sed quilibet debet cauere ne eligat vilissimum, ergo tenetur eligere meliorem, & non sufficit eligere bonum. Quinto quia Anselmus in Monologion. cap. 68. dicit. Quis negat quæcumque meliora sunt in potestate magis debere esse in bonitate? ergo semper debet homo magis velle quod melius est, & contrarium faciendo peccare videtur, cum non habeat bonum in voluntate, sicut in potestate. Sexto quia fatuus reputatur, qui propositis duobus bonis quorum vtrumque potest haberi æquali facilitate, accipit minus bonum illorum, ergo eadem ratione in electione, qui potens eligere magis bonum, eligit minus bonum, peccat.

Aliqui dicunt, quod non est peccatum eligere minus bonum, qui tamen est bonus. Primo quia secundum ordinem charitatis quilibet tenetur plus prouidere salutis, quam alienæ, & tamen pro se non tenetur eligere, quod melius est, quia tunc teneretur quilibet ad consilia, cum melius sit illa obseruare cum præceptis quam sola præcepta, & tamen non tenetur hoc facere, ergo multo minus tenebitur eligere me-

liorem, cum possit eligere bonum, & eligat. Secundo quia magis tenetur electus in pastorem curare de se, & grege, quam eligens de pastore eligendo, & tamen tam ad regendum seipsum quam oues, sufficit qui bonus est, ergo non requiritur eligere meliorem.

Tertio patet, quia ille, qui facit totum, ad quod tenetur non peccat, & tamen qui eligit idoneum facit id, ad quod tenetur, quia ad hoc ius urget, ergo non peccat, etiam si non eligat meliorem, licet possit.

Dicendum, quod autem queritur generaliter circa electiones prelatorum an possit incidere acceptio, aut queritur in casu speciali supraposito. Si queratur in generali, manifestum est, quod potest esse acceptio personarum, quia ad bonitatem electionis multa de iure requiruntur tam ex parte electorum, quam ex parte eligendi, & ex forma electionis, & ceteris circumstantijs, sed considerando illa solum, que sunt ex parte eligendi seruanda, certum est, quod si aliquid illorum desit in electo scientibus electoribus defectum illum, est acceptio personæ, & peccat mortaliter, scilicet, quia dant ei aliquid bonum præter proportionem dignitatis, id est, quod non est dignum, & hoc circa quamcumque conditione requisitam ex parte electi, quia omnes, que de iure assignantur seruanda sunt. Si autem queratur specialiter circa istum casum, scilicet, an eligere minus bonum sit peccatum, omnino meliori, dicendum, quod aut queritur circa electiones, que regulantur solo iure communi, ut electiones Episcoporum, & abbatum, aut circa alias electiones, que regulantur quibusdam iuribus municipalibus, vel specialibus.

De istis dicendum, quod seruanda est forma statutorum suorum, & quoniam quaedam statuta aliquarum communitatum, vel congregationum iubent debere eligi in rectorem, vel gubernatorem meliorem, & magis idoneum, si ibi eligatur bonus, & non optimus est acceptio personarum, & peccat electores. Si autem expresse non caueatur hoc, reddit ad dispositionem iuris communis.

Si verò hoc queratur circa electiones Episcoporum, & abbatum, que regulantur iure communi, est duplex opinio tam apud iuristas quam apud Theologos, opinioniones verò iuristarum ponit Glo. 4. q. 1. c. licet ergo. Dicunt enim quidam, quod semper tenentur electores eligere meliorem, & non sufficit eligere bonum, si facilius melior haberi potest, unde dicunt, quod si maior pars capituli vult eligere bonum, & minor pars meliorem, potest minor pars appellare contra electionem maioris, & erit iusta appellatio, quia iustam causam assignant, & erit electio maioris partis cassanda. Alij dicunt de quibus est Hugotius, & Ioan. glossator vbi supra, quod qui eligunt de aliena Ecclesia debent eligere meliorem, qui non nisi pro melioratione debet egredi electio Ecclesiam propriam, si autem de sua eligunt, sufficit, quod eligant bonum, & non requiritur, quod eligant meliorem, & dicunt, quod appellatio facta in contrarium a minori parte non nocet, quia non est iusta, neque recipienda. Circa theologos quoque eadem dubitatio est: dicunt enim quidam tenentes primam opinionem iuristarum, quod non sufficit eligere bonum, sed requiritur eligere meliorem, si ille facilius haberi potest, & aliter est acceptio personarum, & infideliter agitur. Alij autem dicunt tenentes secundam opinionem iuristarum, quod sufficit eligere bonum, quia nulli facit iniuriam eligens bonum, etiam si non eligat meliorem. Nam neque Ecclesie preiudicat, neque personarum quæ eligere omittit, etiam quia talis elector facit totum, quod tenetur, & ideo nihil amplius ab eo requiritur. Dicendum est pro veritate, & concordia harum positionum, quod non est difficile vtrumque sustinere, & in sententia non

Iuristarum opinio de electione prelati.

non multum differt vna ab altera. Considerandum est ergo, quod si eligere volunt Episcopum, vel Abbatem, aut volunt eligere de eadem ecclesia, vel de alia. Si de alia, dicendum, quod non debent eligere nisi meliorem, equalem autem non, quia fit præiudicium Ecclesie sue, quod pro equali electio foras progrediatur. Et ita est de iure quantum ad tutores, vel curatores, quia si de alia ciuitate dandus est tutor, vel curator, oportet, quod sit melior quam quicumque alius, qui in eadem vrbe dari posset. Si autem volunt eligere extra Ecclesiam, sed de corpore Ecclesie dicendum, quod aut eque facile est eligere, & electionem consequi effectum circa meliorem, sicut circa bonum, aut non est æquale facile. Si non est æquale facile, non tenentur electores eligere meliorem, sed tam de iure quam secundum conscientiam sufficit ibi eligere bonum, ut si quis minus bonus est potentior, aut nobilior, aut habet alia genera fauorum, per quæ impediri poterit electio, quæ fieret de meliori, ne fieret, aut ne facta consequeretur effectum, si autem eque facile est eligere, & electione sortiri effectum de meliori, sicut de bono, peccant electores non eligendo meliorem, quia non tractant fideliter rem Dei cum possint illam meliorare, & non meliorant. Et tamen de rigore iuristen electio facta, neque est cassanda, etiã si probetur, quod melior fuit electus à minori parte, vel quod omisus fuit melior, & si fiat appellatio a minori parte eligente meliorem contra electionem maioris partis, non facit inualidam electionem, quia non fuit allegata causa iusta, & tamen electores peccant secundum conscientiam, quia non procurant fideliter res Christi, neque etiam satisfaciunt iuri, cum iura non solum velint bonum, sed etiam meliorem. Quod patet ex auctoritate Hieron. in allegato. ca. licet ergo 8. q. 1. & idem vult Leo Papa. 63. di. cap. Metropolitanano, scilicet, defuncto Metropolitanano ex presbyteris, & diaconis optimis in Ecclesia ordinetur. Ergo non sufficit bonum eligere, & ista bonitas, vel dignitas debet considerari absolute, id est, quantum ad se, vel quantum ad bonum commune Ecclesie. Si enim aliquis magis dignus potest faciliter haberi, & praefertur illi aliquis minus bonus, necesse est, quod hoc fiat propter aliquam causam, quæ aut pertinet ad conditionem eligendi, & dignitatis electionis, aut non. Si pertinet ad negocium illud, iam quantum ad illam causam est dignior ille, qui eligitur, quam qui omittitur. Si vero non pertinet ad negocium, id est, non potest facere electum magis, vel minus aptum ad dignitatem ad quam eligitur, erit manifeste exceptio personarum, quia accipitur non causa, ut causa.

Considerandum etiam, quod de intentione iuris est, quod eligatur bonus secundum certas conditiones, & etiam, quod in illis accipiatur qui excellentior poterit inueniri saltem intra corpus Ecclesie sine difficultate, & tamen si primũ non obseruetur, id est, conditiones illæ taxate, voluitur, quod esset electio inualida, & irritaretur, & tamen si non eligeretur melior cum potest haberi, & eligatur bonus, quod non cassatur. Ratio differentie est, ut non fiat intricatio aliqua circa valorem electionum. Nam cum conditiones requisite in eligendo sint certe de iure, manifeste potest apparere an aliqua earum desit electo, & ita apparebit an electio fuerit debita, vel an sit cassanda. Si autem cassari deberet electio quando cumque non fuit electus melior, qui eligi poterat, non maneret aliqua electio certa, quia statim electo vno poterat opponi, quod alius melior eligi poterat cum quilibet habeat aliquem meliorem se, vel habere possit. Etiam esset alia difficultas, quia dato, quod opponeretur expresse quod talis erat melior, qui eligi poterat, & non ele-

gerunt eum, deberet tunc fieri discussio, quis melior erat, vel dignior, & multa sunt in quibus non potest discutiri quis sit maior altero, sicut in bonis spiritualibus, quæ solus Deus nouit in nobis quanta sint, & etiã circa scientiam, vel industriam, aut quasdam alias qualitates, quæ hominem aptum reddunt, vel dignum Ecclesiastica dignitate. Et ita lites fierent interminabiles, & ideo licet ius voluit, quod dignior deberet eligi, tamen non irritauit neque irritandam esse præcepit electionem, quæ facta est de bono, cum potuisset melior eligi. Hoc ergo modo concordantur due illæ opinioniones tam Theologorum quam Iuristarum. Prima enim loquitur de electione faciendâ ad hoc, quod electores satisfaciunt intentioni iuris, & conscientie. Secunda procedit in electione secundum rigorem iuris ad hoc, quod electio facta valeat, & non cassetur. Suppositis his pro vtraque parte poterat responderi, & tamen, quia verius videtur, quod dictum est, id est, quod teneantur electores eligere meliorem respondendum est ad tria vltima.

Ad primum dicunt aliqui, ut sanctus Thomas de Aquino, quod quilibet tenetur magis sibi ipsi quam proximo, & tamen magis tenetur Christo quam sibi, prælati autem non solum eligunt, ut prosit plebi, sed etiam, ut sit minister, & vicarius Christi, qui magis bonum habere vult potius quam bonum solum.

Secundo dici potest, & melius, quod non est eadem ratio; nam pro nobis est quoddam bonum determinatum, quod est totaliter sufficiens deducere nos ad vitam æternam, quam vltimo speramus, & est observatio mandatorum, & ideo licet sit aliud maius bonum, scilicet, observatio consiliorum per quod possumus peruenire ad maiorem gradum glorie, non tenemur velle illud, & prosequi, homo autem eligitur in prælatum, ut regat ecclesiam, & raro contingit, quod idoneitas alicuius sit totaliter sufficiens ad regendum Ecclesiam, & ideo iura non posuerunt illas conditiones determinatas in eligendo quasi habitus illis sit simpliciter sufficiens ad regendum Ecclesiam, sed quia secundum fragilitatem humanam si maior idoneitas requireretur rari inuenirentur, qui possint esse prælati, & tamen multi prælati sunt necessarii, ergo non debuit ius graues, & difficiles conditiones ponere pro idoneitate eligendorum, & tamen, quia non sufficit quilibet habens illas conditiones optat ius, & innuit, quod quanto excellentior inuentus fuerit in conditionibus illis eligatur, cum vix etiam sic sufficiat ad regendum. Tertio potest dici, & adhuc planius, ut colligitur ex supra dictis, si quod non tenetur homo pro seipso eligere maius bonum, quia illud non potest haberi cum æquali facilitate, cum qua bonum quod habet. Si enim non esset maioris difficultatis aliquo modo obseruare simul consilia, & præcepta quam obseruare sola præcepta potuisset Christus sub necessitate consilia sicut præcepta, & ita obligamur ad meliora bona, & tamen seruare consilia est summæ difficultatis, ut seruare virginitatem, & abjicere omnia tenendo voluntariam paupertatem, & ita de alijs. Nam dixit Christus supra 19. cap. quod non omnes hoc capiunt. id est, consiliũ de virginitate seruanda, sed quod potest capere capiat; ideo neque posuit illa Christus sub præcepto, neque nos ad illam tenemur. Et tamen circa electionem ponitur casus, quod sit equaliter facile eligere meliorem sicut minus bonum, & electionem sortiri effectum: ideo hic illicitum erit non eligere meliorem eligendo minus bonum. Secus autem est, quando eligere meliorem, & electionem consequi effectum non est tam facile, sicut eligere minus bonum, quia tunc diximus non teneri electores etiam in foro conscientie eligere meliorem, sed sufficit eligere bonum,

Ad

Ad secundum dici potest, quod bonus electus sufficit ad regendum se, & gregem, & eligens non debet magis optare, quam ut electus ad hoc sufficiat, & tamen in potestate electi est, quod talis sit, ut regere possit, & conueniat ad hoc, si vult adaptare se probitati, & manere in illa, non est autem in potestate eligentis, quod talis maneat electus: ideo debet eligere eum, de quo magis verisimile sit, quod ad probitatem non recederet. Hoc autem est magis verisimile, quia quãto quis melior tanto in eo virtutes solidiores sunt, igitur meliorem eligere debet. Secundo potest dici, & melius, quod bonus sufficit ad regendum se, & Ecclesiam sibi commissam non simpliciter, sed secundum humanam fragilitatem, & licet ad maius conari velit, fortassis non potest, & ideo quantum ad ipsum fortassis sufficit, id est, quod Deus non imputabit ei ad penam, quod non egerit melius, & tamen in casu dato eligentis facile est eligere alium meliorem, sicut istum, qui forte sufficit ad regendum simpliciter: ideo peccati non eligit illum, sicut si quis eligatur bonus, & tamen non simpliciter sufficiens regere sicut potest, & non exigitur ab eo plus, quia iam ipse satisfaciunt iuri. Si autem aliquis eligeretur simpliciter sufficiens ad regimen Ecclesie, qui posset multo melius quam alius regere, & nollet melius, & sufficientius regere, quam alius regebat, manifestum est, quod peccaret, ita in potestate electi non est melius regere, in potestate autem eligentis est meliorem eligere: ideo licet non regat melius electus quam potest & regit, non peccat, eligens autem peccat, cum possit meliorem eligere, & non eligat. Tertio potest dici, & adhuc apertius, quod electus tenetur plus de seipso curare, & de grege suo quam eligens de electore, & tamen electus bonus sufficit ad regendum se, & gregem secundum illam bonitatem quam habet, & non tenetur habere maiorem, quia non possit illam habere sine magna difficultate, sed eligens, ut præsupponitur cum equali facilitate poterat eligere meliorem, vel minus bonum, ergo tenebatur eligere meliorem, & peccat non eligendo, licet electus solum bonus existens sufficit ad regendum se, & subditos, & non oportet, quod regat secundum maiorem gradum bonitatis.

Ad tertium dicendum, quod qui facit totum, quod debet, satisfaciunt iuri, & non peccat: & in eligendo minus bonum non satisfaciunt iuri, quando cum equali facilitate poterat haberi melior. Nam iura non solum petunt bonum, sed optimum, ut dicitur 63. distin. cap. metropolitanano, aut sanctiorem, doctorem, & meliorem, qui sit in tota plebe 8. q. 1. ca. licet ergo. Siquis autem tenere velit aliam positionem poterit respondere ad sex argumenta prima in contrarium. Ad primum de auctoritate Hieronymi dicunt quidam, quod Hieronymus consulit id, quod est honestatis, sed non innuit, quod est necessitatis. Sed dicendum aliter, & verius, quod dictum Hiero. obligat, & est præceptum, non quod Hiero. det, quia illa præcipere non poterat, sed quod innuit esse Dei præceptum, & tamen obligat in foro conscientie ad hoc, quod optimus eligatur, & tamen si contrarium fiat, non est electio nulla ipso iure, nec est ipsa irritanda ob hoc. Ad secundum dicunt, quidam, quod præponere minus dignum magis digno non est exceptio personarum, dum tamen sit sufficiens ad illud, quod præponitur, sed exceptio personarum est si præponatur indignus digno. Dicendum, quod ista solutio non stat. Primo quia etiam præponendo minus dignum magis digno est exceptio personarum, quia necesse est, quod propter aliquam causam hoc faciat qui eum præponit, & tunc, vel illa causa confert aliquid ad rem, de qua agitur, aut non. Si confert iam non est minus dignus, qui præponitur, sed plus cum illa causa propter quã proponitur, faciat illum digniorem. Si autem non confert iam est exceptio personarum, quia assumi-

Responsio ad res. 6. in contrarium secundum opinionem.

tur non causa, ut causa. Secundo patet, quia agit contra formam determinatam a iure in fauorem alicuius personæ, Ergo est exceptio personarum. Si enim iura non precipiunt eligi magis dignum, neque obligarentur ad hoc eligentes secundum conscientiam, si sufficeret eligi dignum non esset exceptio personarum eligere minus dignum omisso magis digno, cum hic non præiudicetur ei, & quia nihil illi erat debitum. Etiam non præiudicatur iuri cum non sit statutum contrarium, quia ubi non est obligatio ad sequendum certum modum in dando aliquid, vel si est statutus certus modus, & tamen datus non obligatur ad illud non potest esse exceptio personarum, ut ostensum est supra q. 17. & ista est veritas. Et tamen hic est obligatio ad eligendum meliorem, quando cum equali facilitate haberi potest. Sed dici deberet ad istud argumentum, quod licet verè sit exceptio personarum eligere minus dignum omisso magis digno, tamen non vitiat electionem, ita quod sit irrita ipso iure, vel irritanda, et si appelletur contra eam. Ad tertium dicunt quidam, quod secundum ordinem charitatis melior est semper preferendus, & tamen non est necesse, quod preferatur, quia ius hoc non exigit semper. Sed dicendum, quod hic melior preferendus est, & de iure tenemur illum preferre, cum velit ius debere eligi meliorem, sed non est talis obligatio, quæ facit aliquid contrarium non valere. Ad quartum dicendum, quod ille, qui præcedit in dignitate debet præcedere in sanctitate non comparando ad id, quod alij de bonitate habent, sed ad id solum quod habere obligantur. Nam quilibet clericus tenetur esse melior quam laicus, & quilibet prælatus esse debet melior quam subditus, eo quod laici obligantur solum ad decem præcepta Decalogi, & ad alia præcepta legis Christi, quilibet autem clericus in sacris tenetur ad hæc, & insuper ad alia, ut ad dicendum officium diuinum, & ad seruandum castitatem, & ad quasdam carmonias alias honestatis, prælati autem tenentur ad hæc omnia, & insuper ad curam regiminis, & in opiam alienam suam faciunt, quia aliis vacuam nomẽ Episcopi habet. 86. dist. ca. fratrem nostrum, & ita seruare quolibet id ad quod tenetur solum, quilibet clericus est sanctior laico quolibet, & quilibet prælatus est sanctior subditis, & tamen laici potest non solum seruare ea, ad quæ tenentur, sed etiam multa alia, ita ut plura obseruet quam teneatur seruare prælatus; tunc autem non est incommuniens, quod laicus sit sanctior prælato, sed est inhonestum, & turpe, quando prælato non seruante id, ad quod tenetur, laicus seruans id, ad quod obligatur, efficitur sanctior prælato, sed adhuc non sequebatur ex hoc, quod dignior sit eligendus cum eligatur dignus, probatur tamen ex alijs rationibus. Ad quintum dicendum putant quidam, quod est verum de debito honestatis, sed non de debito necessitatis. Aliter dicendum, & melius, quod quando bonum est in potestate nostra si nulla difficultas esset in illo potius facere deberemus maius bonum, quam minus, & tamen si difficultas aliqua est potius in maiori quam in minori non tenemur ad maius bonum, & tamen in casu dato equaliter potest eligere quis meliorem, & minus bonum, ergo malum facit eligendo minus bonum. Ad sextum eodem modo est dicendum, & tamen in omnibus his est dicendum, quod licet melior debeat eligi, non cassatur electio facta de minus bono, & hoc sufficit pro veritate illius positionis.

An sit exceptio personarum, quod eligendus in prælatum sit de corpore Ecclesie. Quest. CXIX.

QUÆRITUR an sit exceptio personarum, quod eligendus in prælatum sit de corpore Ecclesie. Et videtur, quod non accidat hic exceptio personarum: nam eligere de corpo-

re

re Ecclesiæ, & non de foris videtur ad acceptionem personarum pertinere, tum quia accipitur non causa ut causa: nam esse de hac Ecclesia, ubi vacat dignitas non facit dignitate dignum, quia tunc omnes essent digni. Secundo quia multi possunt alibi foras digniores inueniri, & tamen eligere de gremio Ecclesiæ potius quam de foris non videtur esse peccatum cum statuta Ecclesiarum hoc contineant, & etiam iuri cōsonet, ergo non est acceptio personarum.

Dicendum, quod circa electionem prælati de eadem Ecclesia, ubi est dignitas vacans potest esse acceptio personarum. Si enim in eadem Ecclesia nemo inuenitur dignus secundum conditiones determinatas à iure, & foris inueniuntur aliqui, accipere de ipsa Ecclesia indignum solum propter hoc, ut sit de Ecclesia acceptio est personarum, & peccatum, quia accipitur non causa, ut causa, & dant alicui bonum præter proportionem suæ dignitatis. Si autem in eadem Ecclesia inuenitur aliquis dignus, etiam si foris inueniatur aliquis dignior, non tenentur illum eligere, & non est acceptio personarum, quia licet ille, qui foris est dignior est simpliciter, vel quantum ad se, ille tamen, qui de Ecclesia est dignior videtur respectu boni communis, & tamen in electionibus prælatorum magis considerandum videtur bonum commune, quam excellentia, vel bonitas priuata. Excellet enim ille, qui de Ecclesia est, quia si bonus est, præsumitur verisimiliter, quod magis diligit Ecclesiam cui præficatur quam ille, qui de foris eligitur eo, quod is qui de Ecclesia est, & in ea nutritus est, habet quandam amorem ad illam Ecclesiam quam non habet extraneus, & tamen, qui amat est magis sollicitus, & aptior ad regimen pastorale. sic enim Christus dixit Petro, quando voluit eum constituere principem Ecclesiæ. Si diligis me, pascue oves meas Ioan. 21.

Secundo, quia qui est de Ecclesia, melius nouit mores Ecclesiæ, & eorum, qui in illa sunt, & ideo facilius inueniet modum conuenientem regendi, quia sciet, quæ sunt illa, quæ reformatione egent.

Tertio quia facilius videtur eligere eum, qui de Ecclesia est quam extraneum, & facilitas ista maior excusat electores à crimine secundum conscientiam, quod non elegerint alium meliorem, qui non erat de Ecclesia.

Quarto ad conformationem conscientie eligentium: nam illi tenentur prius scire an ille, quæ eligere volunt sit talis qualem iura statuunt, & tamen magis hoc scire possunt de eo, qui est in Ecclesia, cum eis quæ de alieno cuius neque vitia nouit, neque virtutes nisi per famam. De collega autem suo sciant per quotidianam conuersationem: ideo securius eligent de corpore Ecclesiæ, quæ de foris. Et propter istas causas non est acceptio personarum de eadem Ecclesia eligere si inueniatur ibi idoneus, etiam si foris inueniatur magis idoneus, quia istæ rationes prædictæ videntur facere magis dignum quantum ad bonum Ecclesiæ eum, qui in seipso est minus dignus, & sic statuta municipalia, quæ hoc cauent, non ponunt aliquid iniustum: nam etiam ius commune hoc vult, scilicet de eadem Ecclesia debeat eligi successor prælati defuncti. Sic dicit Leo Papa. 63. dist. c. Metropolitanano s. Metropolitanano defuncto, cum in loco eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad Ciuitatem Metropolitanam conuenire debent, ut omnium clericorum, atque ciuium voluntate discussa ex presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel Diaconibus optimus ordinetur. Idem dicit Hieron. super Leui. & 8. q. 1. ca. licet ergo, si requiritur in ordinando sacerdote populi presentis, ut sciant omnes, & cuncti sint certi, quod qui presentior est ex omni populo ad sacerdotium eligitur. Et ita de eadem Ecclesia eligitur cum de eodem populo eligatur: nam non eligitur mere laicus, sed clericus, qui de Ecclesia est, & ideo iura non cōcedunt electionem fieri de alienis extra corpus Ecclesiæ nisi in defectu regulariter, vel propter manifestam vilitatem. Et ob hoc si electores volunt aliquem extra Ecclesiam eligere necesse est, quod ille sit melior quolibet de Ecclesia, pro equali enim non licet eligere alienum, sicut in datione tutorum aut curatorum si plures sunt equales in eadem urbe potest dari quilibet illorum. Si tamen aliquis extra urbem illam datur, oportet quod sit melior omnibus, qui de eadem urbe dari poterant, & ideo si intra eandem Ecclesiam vnus sit dignus, & alius dignior eligere dignum omisso digniore, qui cum equali facilitate eligi poterat, acceptio est personarum, & tamen licet foris inueniatur dignior, dum tamen intra Ecclesiam inueniatur dignus, non est acceptio personarum eligere minus dignum. Habet autem ista fundamentum ex eo, quod Deus dixit Israelitis de constitutione regis, scilicet, Non poteris hominem alterius gentis facere regem, qui non sit frater tuus. Deut. 17. cap. licet tibi nullo modo licebat: hic autem non debet fieri, nisi quando non inuenitur idoneus intra Ecclesiam, vel pro euidenti vilitate eius.

Ad argumentum dicendum, quod accipere prælatum de eadem Ecclesia non est acceptio personarum, & statuta illa, quæ hoc cauent iusta sunt. Cum autem obijciatur, quod assumitur ibi non causa, ut causa dicendum, quod falsum est, immo esse de eadem Ecclesia est quædam conditio faciens ad dignitatem personæ eligendi propter quatuor rationes suprapositas, & tamen est verum, quod non dignitas plene cum ista conditio quasi nulla alia exigatur, quia tunc esset verum, quod quilibet de Ecclesia posset eligi dignus in prælatum, sed ista supra alias, quæ de iure requiruntur conferunt multum ad dignitatem eligendi, sola autem existens neque sufficit, neque prodest.

Cum autem dicitur secundo, quod possunt inueniri plures digniores extra Ecclesiam, dicendum, ut supra, quod si inuenitur idoneus in Ecclesia, non oportet recurri ad extraneos, etiam si sint digniores, quia digni, qui intra Ecclesiam sunt, eo quod de Ecclesia sunt, iudicantur digniores quantum ad bonum commune Ecclesiæ his, qui de foris sunt, licet illi absolute sint digniores, id est, quantum ad se, & tamen si de foris aliquem eligi placuerit, oportet quod sit dignior quam quilibet de Ecclesia, & regulariter fieri non debet, nisi, ut dictum est, pro necessitate, vel manifesta vilitate.

An Deus sit personarum acceptor. Quæst. CXX.

QUÆRITUR an Deus sit acceptor personarum. Aliqui dicunt, quod sic, quia duorum hominum qui sunt vnus conditionis vnus assumitur per gratiam, & alium relinquit in peccato, & ad penam, ut patet in Jacob, & Esau, Mala. 1. cap. & ad Ro. 9. c. ergo accipit personam, cum sine causa det bonum, & potius vni quam alteri.

Secundo, & quod minus videtur, quia duo homines sunt interdum in peccato mortali, & peccatum vnus est valde grauius quam peccatum alterius, vel vnus commisit multa, & alius solum vnum, & eum, qui grauiora, & plura commisit, pulsatur per donum, & vocat ad se, & iustificat, & eadem beatificat, eum vero, qui minus peccauit non vocat neque iustificat, sed damnari permittit, hoc autem videtur manifeste iniustum, vel acceptio personarum cum minus bono det maiora bona, ergo est acceptor personarum. Alij dicunt, quod Deus non est acceptor personarum, quia acceptio personarum est peccatum, & tamen in Deo non est pecca-

atum, ergo non est in eo acceptio personarum. Secundo quia Deus vetuit nobis acceptionem personarum tanquam malam Deut. 1. ca. f. non accipietis cuiusquam personam, ergo non acciperet ipse personam, quia videretur valde inconueniens. Dicendum, quod in veritate Deus non est acceptor personarum: nam acceptio personarum est iniquitas, & ex natura sua dicit iniquitatem, & ideo non potest esse in Deo, apud quem nulla est iniquitas, sed sanctus, & incōtaminatus est, & non sunt in eo vlla tenebræ. 1. Ioan. 1. ca. Secundo patet, quia scriptura testatur hoc sepe de Deo dicens, quod non sit acceptor personarum, ut dixit Petrus Act. 10. c. Nunc cognoui in veritate, quod non sit acceptor personarum Deus, sed in omni genere, qui facit iustitiam acceptus est illi. Tertio patet, quia non solum non est acceptor personarum, sed et minus accipit personas, quod homines illas accipiat, & propter hoc homines non debent accipere personas, quia Deus non accipit illas. Sicut patet Deut. 1. quod iustus est iudicare, siue cuius ille sit, siue peregrinus nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, ut magnum, neque accipietis cuiusquam personam. quia Dei iudicium est. Quasi dicat iudicium Dei est, & non hominum. Si ergo esset iudicium hominum solum liceret fieri acceptionem personarum, sed quia est iudicium Dei non licet, ergo magis à Deo est aliena acceptio personarum quam ab hominibus sit, vel esse debeat. Quarto quia dicitur. 2. Paralipomenon 19. cap. non est apud dominum Deum nostrum iniquitas, neque acceptio personarum, neque cupido munerum, & ad Ro. 2. dicitur non est personarum acceptio apud Deum, sed quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et ad Ephe. 6. ca. dicitur. Et personarum acceptio non est apud Deum. Et ita sepe in scriptura. Quinto quia non potest vllō modo in Deo esse ista acceptio. Nam ut dictum est supra q. 13. vbi non est obligatio ad certum modum agendi, quia non est determinatus certus modus, vel quia agens non est obligatus ad illum, non potest esse acceptio personarum, & ideo circa donationes non est acceptio personarum, supra q. 14. & tamen Deo non est præscriptus aliquis modus agendi, cum non sit obligatus alicui legi: ideo circa actus suos non potest esse acceptio personarum. Sed dicendum, quod illæ duæ rationes, quibus aliqui probant Deum non esse acceptorem personarum non sunt conuenientes totaliter. Prima dicit, quod accipere personam est peccatum, sed in Deo non est peccatum. Dicendum, quod licet non possit esse peccatum in Deo, & consequenter, neque acceptio personarum, tamen materialiter poterit esse in eo acceptio personarum. Secunda dicit, quod Deus vetuit acceptionem personarum, ergo non acciperet ipse personas. Sed dicendum, quod hoc non tenet, quia aliqua Christus vetabat, quæ tamen ipse faciebat, sicut venit discipulis portare panem in via. Mar. 6. & tamen ipse portabat panem semper in via, & ideo dicit supra. 16. c. quod obliti sunt discipuli eius panes accipere. In quo innuitur, quod soliti erant portare panes semper ad viam. Etiam vetuit Christus discipulis portare secum pecuniam supra. 10. & Mar. 6. & Luc. 10. ca. & tamen ipse portabat pecuniam, cum Iudas ferret oculos eius, & emebat omnia, quæ necessaria erant Christo, & suis, & interdum dabat aliquid inde pauperibus Io. 12. & 14. ca. & ita poterat vocare acceptionem personarum, & ipse acciperet personas. Dicendum tamen, quod licet argumentum non teneat de forma, tamen Deus vetans acceptionem personarum, non acciperet personam. Et ratio diuersitatis est inter hæc, & illa, quia quantum ad illa, quæ non erant secundum se mala, sed erant mala, quia venientia cum Christo poneret legem alijs, & non sibi, non erat inconueniens, quod illa non seruaret, & tamen quæ-

tum ad illa, quæ sunt secundum se mala, sicut Deus illa vetuit, ita ipse non facit illa, quia valde inconueniens videretur, quod ipse faceret aliquid quod est secundum se malum, tale autem est acceptio personarum, ideo Deus non faceret illud. Ad argumenta in oppositum est respondendum. Ad primum quod dicitur, quod Deus accipit personam, quia vnus accipit ad gratiam, alteri dimittit in peccato dicendum, quod non est acceptio personarum. Primo quia Deus non obligatur ad aliquem certum modum agendi, & ideo non potest esse in actu suo acceptio personarum. Secundo quia etiam circa nos non est acceptio personarum in tali actu. Nam aliqua sunt dationes bonorum, quæ pertinent ad iustitiam, quia taxati sunt lege sic fieri debere, siue quia debitum est hoc personis, quibus sunt dationes, siue quia debitum est communitati, vel rationi sic debere fieri, licet alicui personæ non sit ius questum sicut est in collatione beneficiorum. Aliæ sunt liberales donationes, vbi nulli debitum est, neque ratio urget dare, sed liberaliter donamus. Circa primas est acceptio personarum, circa secundas non est acceptio personarum, quia in eis non est aliqua causa vrgens ad dandum, & dando vni, & non dando alteri nulli præiudicamus, cum etiam nulli dando non peccaremus. Et ita patet supra 20. de mercenarijs, quia paterfamilij dedit æqualiter parum laborantibus, sicut & multum laborantibus, cum dedit tantum laborantibus, quantum meruerat, & quia cōquererentur primi mercenarij, dixit ipse, an non licet mihi facere quod volo? an oculus tuus malus est, quia ego bonus sum? Quasi dicat: Liberum est mihi facere quod volo de meo, ita & quantum ad Deum, quod enim Deus det alicui gratiam, aut de peccato suscitet ex liberalitate facit. Quod ergo isti det gratiam, & non illi, non est acceptio personarum, cum neutrum faciat ex debito, sed cui voluerit. Et sic dicitur ad Ro. 9. cui vult miseretur, quæ vult indurat. Et sic fuit de Jacob, & Esau, de quibus allegatur: Nā antequam quicquam boni, aut mali egissent Jacob dilexit, Esau odio habuit, & non dilexit. Nā non oderat antequam peccaret, cum odium non sit nisi pro peccato, sed non diligebat. Et hoc non erat ex operibus, sed ex vocate ad Ro. 9. quia non dum egerant bonum, aut malum, ut ibidem dicitur. Ad secundam dicendum, quod etiam non est acceptio personarum, licet videatur alicui pauca considerari magis graue quam præcedens. si deteriori maiora bona dare: nā vbi ex meritis datur aliquibus bonum, non debet dari deteriori magis de bono, imo non debet dari aliquod bonum, sed quoniam non datur ex meritis, sed ex mera liberalitate donantis neque est aliqua obligatio ad dandum certo modo, nihil plus refert malo quam bono, & magis malo, vel minus malo. Secundum circa conferre gratiam, vel suscitare de peccato sic est, quia nemo meretur sibi dari gratiam neque suscitari de peccato, cum mereri non sit, nisi per gratiam, & isti gratiam non habent. Siue ergo existentem in graui peccato siue in paruo Deus suscitet ex liberalitate agit, & ideo si suscitet illum, qui est in graui peccato liberaliter facit. Si autem illum, qui in paruo peccato est, non suscitet non facit ei iniuriam, quia ille non meretur suscitari, id non est acceptio personarum in his, sed de hoc magis videbitur, quoniam agitur de iustitia Dei.

In illa die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes. Magister, Moyses dixit: Siquis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta defun-

Mat. 22. &
Luc. 20.
Act. 23.
Deut. 25.

31. q. 2. c. fi. defunctus est, & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo. Similiter secundus, & tertius vsque ad septimum. Nouissime autem omnium, & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in celo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis, ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: Non est Deus mortuorum, sed viuentium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.

Exo. 3. Mar. 12. 28.

Hic ostendit quomodo Iudæi Christum impugnant in veritate doctrinæ.

In illa die. Hic ostenditur consequenter quomodo Iudæi Christum impugnaverunt in veritate doctrinæ, ad quam pertinet resurrectio mortuorum, quæ est de articulis fidei. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur Iudæorum interrogatio: secundo Christi responsio, ibi. Respondens autem Christus. Circa primum dicitur. In illa die. I. in qua tentauerunt eum discipuli Phariseorum cum Herodianis super tributo an liceret illud dari Cæsari, ex quo apparet, quod statim factum est post præcedentia. Accesserunt ad eum. I. cum forte doceret in uenerunt eum in loco publico. Nam non ibat ad quærendum eum in locis priuatis. I. intra domum in qua hospitaretur, vel ad quam aliquando diuertet. Sadducæi. Quædam secta Iudæorum erat, de quibus dictum est supra 3. ca. q. 63. Qui dicunt resurrectionem non esse. Ista est opinio Sadducæorum, & super hac re interrogauerunt. Et interrogauerunt eum. Interrogatio erat magis argumentatio quam quæstio, cum conarentur argumentando deducere eum ad inconueniens, I. quod non esset possibilis resurrectio. Magister. Vocant eum magistrum, quia habebat officium docendi cum publice predicaret concurrentibus omnibus ad eum audiendum. Moyses dixit. Hoc habetur Deut. 25. ca. Siquis mortuus fuerit. Scilicet, Siquis habens fratrem. An vero mortuo aliquo, qui neque fratres haberet, neque filios reliquisset alij cognati eius suscitarent semen eius dicitur infra. Non habens filium. Scilicet Masculum. Nam per foeminas non computabatur successio patrum. Sed an etiam intelligatur de foemina infra dicitur. Ducat frater eius. Scilicet, Frater minor eo, Deut. 25. Vxorem illius. Scilicet, Vxorem defuncti, & ideo si moriens sine filijs, moreretur etiam sine vxore, quia nunquam vxorem habuerat, vel quia illa mortua est ante virum non erat remedium aliquod ad suscitandum semen mortuo.

Et suscitabit semen fratri suo. Idest, Gignat filios ex vxore mortui, qui nominentur ex nomine mortui, & succedant in illius bonis, & censeantur filij illius, & vocatur semen filius, quia ex semine gignitur. Erant autem apud nos. Idest, Inter nos. Ista est positio casus, & conuenienter procedunt. Primo enim posuerunt ius, ex quo arguere intendunt. Deinde ponunt casum, deinde illum applicant.

Septem fratres. Ibi omnes acceperunt eandem mulierem in vxorem successiue. Et primus. Idest, Maior. Vxore ducta defunctus est. Non est sensus, quod defunctus fuerit statim postquam vxorem duxit, sed quod

ille mortuus est post consummatum matrimonium, & tamen antequam moreretur vxor.

Sine filijs. Idest, Non relictis eis superstitibus. Et ista est causa dubitandi. Nam si filios reliquisset non debebat frater eius alius accipere vxorem mortui. Et non habens semen. Idest, Non habens filios, scilicet, neque tunc habebat, quando mortuus est, neque prius habuerat.

Reliquit vxorem fratri suo. Idest, Quia non habebat semen reliquit vxorem fratri suo. Illud est enim reddendum causæ huius. Nam si semen habuisset non acciperet vxorem frater illius. Et dicitur reliquit, non quod ipse reliquit quasi cõmendans fratri suo, quod acciperet vxorẽ eius, sed reliquit, scilicet, secundum dispositionem legis, idest, quia eo moriente tenebatur frater eius illam accipere.

Similiter, & secundus, & tertius. Scilicet, Acceperunt eam quilibet succedendo alteri, & moriebatur quilibet sine semine. Nam si vnus ex ea gigneret filios, qui manerent superstites ei non acciperet alius de fratribus mulierem illam. Vnde ad septimum. Idest, Etiam mortuus est septimus frater, & sic nullus frater supererat, qui eam suscipere ad suscitandum semen.

Nouissime autem omnium, & mulier defuncta est. Hoc facit difficultatem. Nam si moreretur ipsa ante primum virum illius censeretur vxor in resurrectione secundum opinionem Sadducæorum, quia ille superuixerat mulieri, sed quia illa superuixit omnibus videretur eandem habitudinem habere ad omnes, & ita nullus illorum vxor est, aut saltem est difficultas, cuius illorum est.

In resurrectione autem. Idest, In statu resurgentium, quem Christus prædicabat, vel quem Pharisei asserabant. Cuius erit de septem vxor. Quasi dicerent, non poterit esse vxor omnium, ergo erit alicuius eorum specialiter, & non videretur esse magis vnus, quàm illius, & ita erit inconueniens, quod sequitur posita resurrectione. Omnes enim habuerunt eam. Quasi dicat cum omnes habuerint eam in vxorem equaliter non videretur cuius sit. Respondens autem. Hic ponitur Christi responsio, & diuiditur in duo, quia primo soluit eorum argumentationem. Secundo confirmat suam positionem, scilicet, de resurrectione, ibi. De resurrectione autem. Circa primum dicitur. Respondens autem Iesus. Voluit respondere illis ad tollendum errorem illorum circa rem magnam. Ait illis. Idest, Sadducæis interrogantibus. Erratis. Idest, Ista argumentatio vestra non valet quidquam, procedit ex quadam suppositione erroris. Et erat error, scilicet, quia putabant, quod nuptiæ sint in resurrectione.

Nescientes scripturas. Idest, Procedit error vester ex eo, quod nescitis scripturas, & ideo ex scripturis arguit contra illos. Neque virtutem Dei. Idest, Potestatem eius, scilicet, quia Deus potest facere resurrectionem mortuorum. Et dixit ista duo ad ostendendum duos errores Sadducæorum. Primus erat, quod non erat resurrectio. Secundus quod si futura esset resurrectio in illa homines non haberent actus vegetatiue, & sensitiue parris, quos hic habent, scilicet, manducare, bibere, gignere per copulam, & alia omnia. Ad ostendendum primum errorem dixit. Erratis nescientes scripturas: quasi dicat, si scripturas sciretis non dubitaretis de resurrectione, quia ille ostendunt illam. Ad ostendendum secundum errorem dixit. Neque virtutem, idest, nescitis virtutem Dei, secundum quam homines possunt esse, & viuere in æternum alio modo nobiliori quam nunc viuunt, & ideo putatis, quod non possint viuere sine cibo, & potu, & venereis, & tamen si sciretis virtutem Dei, non diceretis ista. Nam licet secundum modum naturalium,

Duo errores Sadducæorum.

Angeli corporeis rebus non viuuntur.

Iem, quem nunc habent homines non possint perpetuari sine generatione facta per copulam neque diu manere sine cibo, & potu, tamen per virtutem Dei magnam alium modum viuendi habebunt, in quo neque manducabunt, neque bibent, neque copulis vacabunt.

In resurrectione enim. Dat causam dictorum, scilicet, erratis, quia in resurrectione, idest, in statu resurgentium non erit quod putatis. Et non vocatur resurrectio ipsa resumptio corporum, quia illud erit in instanti, scilicet, in momento, & in actu oculi, vt dicit Apostolus. Et ibi non est copulari, cum non sit duratio talis, in qua possit fieri aliquis actus huiusmodi, idest, manducare, copulari, sed accipitur pro statu resurgentium, qui erit perpetuæ durationis, & in illo poterat dubitari, aut esset futuri huiusmodi actus, & Christus dicit, quod non.

Neque nubent, neque nubentur. Accepit nubere actiue licet secundum proprietatem vocis nubo solam passionem signet, & pertineat ad foeminas, & tamen secundum antiquam consuetudinem accepit. Et dicitur nubere actiue iuxta istam literam, idest, vxorem accipere, & pertinere ad viros. Et nubi passiuè, idest, foeminam accipi ad viros. Et est sensus, quod in statu resurgentium neque viri accipient vxores, neque foemina accipient maritos, & ita Lucas magis expressit dicens. In resurrectione mortuorum, neque nubunt, neque ducunt vxores.

Sed sint sicut Angeli Dei. Idest, Homines non viuunt ibi modo animali, quo hic viuunt, sed sicut Angeli Dei. Angeli enim viuunt, & tamen, quia puri spiritus sunt, neque venerea exercent, neque manducant, neque bibunt. Tales erunt homines, quia licet secundum substantiam erunt corporei, quia eadem corpora resument, tamen secundum conditionem, erunt spirituales, scilicet, quia non habebunt illos actus, quos nunc exercent habentes corpora, sed illos actus solos, quos exercent, si spiritus essent, sicut Angeli faciunt, qui spiritus sunt.

In celo. Ista determinatio potest referri tam ad Angelos quam ad homines. Referendo ad Angelos est sensus, quod Angeli Dei, qui in celo sunt habent istam vitam, quod corporeis rebus non viuuntur. Referendo ad homines est sensus, quod sunt homines post resurrectionem in celo sicut Angeli Dei, idest, talem vitam ibi agent, qualem agunt Angeli Dei, & tollit in hoc errorem Sadducæorum, scilicet, non putetis, quod post resurrectionem homines redeant ad viuendum in terra, quia tunc consequens videbatur, quod viuerent modo animali manducando de his, quæ terra gignit, sed erunt homines in celo. Et ideo intelligendum est, quod erit vita spiritalis, quia ibi non est cibus, neque potus, neque feces residua, aut aliquid talium, sed pura spiritualitas, & incontaminatio. De resurrectione autem. Hic probat Christus suam positionem circa veritatem resurrectionis. Prius enim abstulit argumentationem, deinde confirmat quod dixit, quod resurrectio futura sit. Mortuorum non legistis. Idest, Nunquid non legistis, q. d. legisse debuissetis, quia quotidie poterat vobis occurrere, & ideo non debeatis dubitare de resurrectione. Vel legitur affirmatiue sicut iacet, scilicet, Non legistis, idest, licet legeritis non intellexistis, ita enim dixit Christus Phariseis: Eantes discite quid est misericordiam volo, & non sacrificium supra 9. c. idest, ite ad addiscendum, quia non intellegistis scripturam. Quod dictum est a Deo. Sunt verba, quæ sequuntur, scilicet, ego sum Deus Abraham. Dicente vobis. Non dixit hoc ad eos, sed ad Moysem. Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob. Ista ponuntur Exo. 3. ca. vbi

Deus loquebatur Moyssi in monte, cū arderet rubus & non exureretur, quare se sic Deus vocauerit infra dicitur. Non est Deus mortuorum, sed viuentium. Hic concludit probationem, quasi dicat Deus dixit se esse Deum Abraham, & Isaac, & Iacob, & tamen, si illi essent totaliter mortui non esset Deus illorum, quia essent simpliciter non entes, & non entis nihil est Deus neque Dominus, cum non ens non possit possideri, & tamẽ Deus possidet illos, in quantum vocat se Deum illorum, ergo non erant simpliciter mortui, sed aliquando erant futuri viuentes, vel aliquo modo tunc viuebant. Et audientes turbæ. Qui erant prius cum Christo audiendo verbum eius, & audierunt nunc istam quæstionem Sadducæorum, & responsonem Christi.

Mirabantur in doctrina eius. Idest, mirabantur de doctrina, scilicet, quia tam profundè, & aperte ostendebat veritates, & tam subtiliter, & insolubiliter concludebat aduersarios.

Quando Sadducæi proposuerunt Christo istam quæstionem de resurrectione. Quæst. CXXI.

Quæretur quando Sadducæi proposuerunt Christo istam quæstionem. Dicendum, quod eadem dies fuit in qua Pharisei cum Herodianis tentauerunt Christum super solutione tributi, & recedentibus illis, accesserunt Pharisei. Quod patet, quia dicitur hic in illa die, scilicet, in qua facta fuerant præcedentia, quæ dicuntur de Phariseis, & Herodianis. Est etiam dicendum, quod ista fuit dies tertia, idest, dies martis post diem in ramis palmarum, in qua facta fuerunt omnia, quæ habentur ex præcedenti cap. ex loco, vbi accesserunt principes sacerdotum, & Scribæ ad Christum docentem, & quæsierunt in qua potestate hæc facis, & continuata fuerunt omnia vsque ad locum istum, & etiã multa, quæ infra habentur.

Vbi erat Christus quando accesserunt ad eum Sadducæi, & quid faciebat. Quæst. CXXII.

Quæretur vbi erat Christus quando accesserunt ad eum Sadducæi, & quid faciebat. Aliqui putant, quod Christus erat in domo, quia multam fecerat in publico, & forte ad domum eius venirent Sadducæi.

Dicendum, quod hoc factum est in Ierusalem sicut, & præcedentia: nam ibi erant Pharisei, & Sadducæi, & cæteri tentatores, quia erat locus in signis, vbi erant viri periti, & religiosi secundum legem. Extra autem non facta fuit aliqua istarum tentationum, neque quæstionem ex principio præcedentis capituli vbi Christus intrauit in Ierusalem vsque ad mortem.

Etiã dicendum, quod non fuit facta quæstio ista in loco priuato, idest, in aliqua domo, ad quam Christus diuerneret, sed in loco publico, scilicet, cum Christus erat docens turbas. Et colligitur ex fine literæ, scilicet, & mirabantur turbæ in doctrinam eius, idest, quando turbæ viderunt quomodo solueret argumentum Sadducæorum mirata sunt de doctrina eius, ergo oportet dici, quod turbæ erant præsentibus Christo, quando venerunt Sadducæi ad quærendum in hoc, & erat prædicando turbis.

Qui erant isti Sadducæi, qui ad Christum accesserunt. Quæst. CXXIII.

Quæretur de istis Sadducæi, qui accesserunt ad Christum, qui erant. Dicendum, quod Sadducæi non sunt genus aliquod hominum, sed facta illorum, qui certum modum tenebant

Tres sectæ Iudeorum religiosorum.

Errores Sadduceorum qui a Phariseis erant distincti.

bant vitendi: nam inter Iudeos multæ sectæ erant, & ponunt aliqui fuisse octo sectas, sed præcipuas ponit Iosephus libro 2o. Antiquitatum, & libro 2. de bello Iudaico fuisse tres, scilicet, Phariseorum, Sadduceorum, Hesenorum, in Evangelijs autem non fit mentio nisi de Phariseis, & Sadduceis, quia Hesenii non tenabant Christum, neque aduersabantur ei in aliquo sicut Pharisei, qui erant eius æmuli, & interdum Sadducei. De istis Sadduceis dictum est supra 3. capitu. quæstio. 63. Isti vocantur Sadducei, id est, iusti, quia in Hebræo vocantur Zadichim, & per formationem latinam vocantur Sadducei, vocabant se autem iustos, cum non essent, negantes enim ea, quæ præcipua sunt in fide non poterant esse iusti, cum sine fide non possit quis placere Deo. Iustus quoque ex fide vivit, ad Rom. 1. capitu. Erant autem isti præcipue distincti ab alijs, id est, a Phariseis in positione fidei. Nam isti negabant resurrectionem, & Angelos, & spiritus esse, vt patet Actu. 23. capitu. Pharisei autem omnia hæc concedunt, eodem capitu. Hic autem de resurrectione sola dicitur, quod resurrectionem negant, quia de alijs non erat opus dici. Et ob hoc Sadducei, & Pharisei erant inter se multum aduersi. Sic dicit Hierony. duæ hæreses erant in Iudeis vna Phariseorum, altera Sadduceorum. Pharisei traditionum, & obseruationum, iustitiam præferabant vnde, & diuisi dicebantur a populo: Sadducei autem, qui interpretantur iusti, & ipsi vendicabant sibi, quod non erant de Phariseis resurrectionem corporis, & animæ credentibus consentientibus, quia angelos, & spiritum Sadducei iuxta actus Apostolorum omnia negabant: Idem dicit Origenes, & Theophi. Et Beda, & ob hoc licet multæ aliæ sectæ essent Iudeorum, quæ inter se quantum ad quedam alia differrent, tamen omnes Iudei diuidebantur in istas duas, quia erant sectæ oppositæ in fide. De Sadduceis dicunt aliqui, quod non suscipiunt omnes libros veteris testamenti, sed solos libros Moyfi sicut Samaritani.

An Sadducei ventebant ad tentandum Christum, vel bono animo, & quomodo accesserunt ad Christum, cum Phariseis, cum inter se non conuenirent. Quæst. CXXIII.

Quare accesserunt Sadducei ad Christum. Dicendum, quod de Phariseis præcedentibus apparet, quod tentantes venerint. De Sadduceis autem non dicitur hic, an ad tentandum venerint. Nam neque in modo querendi plene apparet, neque etiam ex modo respondendi Christi, quia Phariseis respondit aspere vocans eos hypocritas, & tentatores, istos autem neque hypocritas neque tentatores vocauit, sed plane eis respondit, & ideo possit satis teneri, quod animo sciendi venerint, & non tentandi. Dicendum tamen, quod communiter tenetur oppositum. Chryso. enim vult, quod ex præsumptione quadam venerint, & tanta fuerit cecitas mentis quod etiam si viderent ante hoc confusos Phariseos, non erubuerunt ipsi venire, aut enim Confutatis Phariseorum discipulis, & Herodianis Sadducei se immittunt, cum tamen ex confusione priorum oporteret eos effici pigriores, sed presumptio inuerecundæ quid & pertinax, & impossibilia tentans, propter hoc, & Evangelista stupens eorum dementiam hoc ipsum significat, dicens. In illa die accesserunt ad eum, & non erubuerunt neque timuerunt statim accedere.

Quare Sadducei cum Phariseis simul tentabant Christum cum potius deberent Christum adiutare. Quæst. CXXV.

Sed dicitur, quomodo cum Pharisei tentassent Christum Sadducei tentabant illum, quia potius deberent adiutare. Nam erant multum contrarii Pharisei, & Sadducei, & si Pharisei Christum impugnantem verisimile erat, quod Sadducei fauerent illi, sic enim fuit circa Paulum. Nam cum videret contra se cõcitatum totum populum Iudeorum, in quibus aciores erant Pharisei putauit non esse aliud modum euadendi, nisi procurare discordiam inter Phariseos, & Sadduceos, & sic factum est Actu. 23. ca. scilicet Sciens autem Paulus, quod vna pars esset Sadduceorum, & alia Phariseorum, exclamauit in consilio. Viri fratres ego Phariseus sum filius Phariseorum de spe, & resurrectione Iudeorum ego iudicor. Et cum hoc dixisset facta est dissensio magna inter Phariseos, & Sadduceos, & soluta est multitudo, & exurgentes quidam Phariseorum pugnant dicentes, nihil mali inuenimus in homine isto, quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus? & ita licet odissent Paulum, qui laudauerat Christum, quia tamen dixit tenere, quod illi tenebant resurrectionem mortuorum contra Sadduceos, dixerunt eum non peccasse, & liberabant illum, ita ergo fieri deberet nunc.

Dicit potest vno modo, quod etiam sic fuit hic aliquantiter. Nam quando Christus confudit Sadduceos ostendens esse resurrectionem contra eorum intentionem placuit Phariseis, & laudauerunt dicta eius. Sic patet Luce 20. vbi post responsum Christi ad Sadduceos sequitur, scilicet, respondentes autem quidam scribarum dixerunt, magister bene dixisti, isti tamen Scribæ de Phariseis erant.

Secundo potest dici, & melius, quod licet asserendo resurrectionem, & probando illam faueret Christus parti Phariseorum, qui hoc tenebant, tamen non ob hoc adiuuabant Pharisei Christum contra Sadduceos, neque Sadducei contra Phariseos, sed potius conueniebant simul ad tentandum Christum. Ratio diuersitatis inter Christum, & Paulum videtur, quia Paulus non offenderat specialiter Phariseos, licet non introduceret aliquos Gentiles in templum, vt assererent Iudei, & prædicando Christum oes Iudeos offenderet, in speciali non offenderat Phariseos, neque Sadduceos adhuc, & ideo quilibet pars poterat esse pro eo quæ ipse vellet laudare. Paulus autem caute laudauit Phariseos, & quæ postio illorum vera erat quantum ad hoc, & non Sadduceos, quoniam falsa erat assertio, & ideo statim Pharisei ceperunt pro eo pugnare, vt eum liberarent. De Christo tunc erat: non solum offenderat Iudeos in generali arguendo oes malos, sed et in speciali arguebat Phariseos, & Sadduceos. De Phariseis patet, quia vbiq; vocat eos tentatores, & hypocritas, vt patet supra 15. & supra in lra. & multas alias cõtummelias eis dicit, vt magis apparet sequen. c. Sadduceos quoque arguit, quia potissima positio eorum erat non esse resurrectionem mortuorum, & in ista Christus maxime assererat, & ostendebat, & ideo tã Pharisei q; Sadducei erant occasio impugnandi Christum, & nulli erat motiui defendendi eum, & quia istud non erat notum, sed multo an hoc Christus erat solitus dicere multa Phariseos, & resurrectionem asserere Sadduceos, tã Pharisei q; Sadducei an hoc illi psequerentur, sed magis Pharisei, quibus erat maior fauor populi, & intantã erant odiũ tã Phariseorum q; Sadduceorum Christi, quod non solum quilibet p se, sed interdum vtriq; simul veniebant ad tentandum Christum. Sic patet supra 16. c. l. Er accesserunt ad eum Pharisei, & Sadducei tentantes eum, & rogauerunt eum, vt lignum de celo eis ostenderet. Dicendum etiam putatur nunc, quod Pharisei, & Sadducei

Prava Antiquorum Philosopherum opinio de resurrectione.

cei nunc conuenerant, vt Christum tentarent, & quod recedentibus Phariseis accederent Sadducei, vt si isti non possent saltem illi superarent. Sic dicit Chryso. Quando recedebant Pharisei, accedebant Sadducei forte tali consilio, quia decertabat quis eum ante deprehendere posset, & si rone eum superare non possent, saltem per ipsam frequentiam subuerterent sensum eius. Et ita vult Chry. quod in hoc concordabat Pharisei, & Sadducei, quod vtriq; volebat Christum superare, sed predebant qui eorum prius superarent, sed Hiero. potius tenet, quod inter se conuenerat, vt eum tentaret, & quidã tentant prius, alij posterius. Ait. n. Pharisei, & Sadducei, qui inter se prius sunt, & tandem Iesum pari mēte conserunt. Origines quoque dicit, quod Sadducei insidiantes Christo, quæstio ad eum de resurrectione proposuerunt. Theoph. quoque ait, quod accedentes Sadducei dolose ad Iesum, narrationem quandam inquit fierunt, per quã ostēderent resurrectionem non esse, neque factam, neque fiendam.

Quomodo Sadducei poterant opinari non esse resurrectionem. Quæst. CXXVI.

Quare accesserunt Sadducei ad Christum. Dicendum, quod primo fuit, quia Diabolus astute indaxit eos in hunc errorem, sicut inducit homines in alios errores, per quos pereant, erat aut maxime iste cõtentionis ad hoc. Nunc nihil est, per quod homines magis alliciantur ad bonũ, & caueant mala, q; si sciant, vel credant futurã esse resurrectionem. Et in illo statu a ciuã bonis bona magna, malis vero dura supplicia. Sed vero auferat ista spes, & fides, nihil enim, quod hominem impellat ad bonũ, aut a malo distrahatur, sed effrenate ibit in omne malum. Sic dicit Chryso. videns. n. Diabolus, quia iustitiam Dei omnino exinguere non potuit, introduxit hæresim Sadduceorum, qui dicebant non esse resurrectionem mortuorum, quæ res omnino propositũ iustitię faciendę frangit. Quis. n. contentus erit aduersus seipsum quotidie lucramina exercere, nisi ad spem resurrectionis aspiceret?

Secundo, quia Sadducei existentes non magni ingenij, & confidentes nimium cogitationi suę incidunt in hunc errorem. Videbant. n. corpora mortuorum penitus dissolui, ita vt de carnibus nihil videretur reliqui, quod sensibus subiaceret, ideo putabã impossibilem esse resurrectionem. Sic dicit Grego. Sunt autem nonnulli, qui considerantes, quod spūs a carne soluit, & quod caro in putredinẽ vertitur, quia putredo in puluere reducitur, & puluis in elementa soluitur, vt nequaquã ab hæmanis oculis videatur, resurrectionem posse fieri desperant, & dum ossa arida inspiciunt hæc vestiri carnibus, rurumq; ad vitam virefcere posse non cõfidunt, & in hoc sequuntur isti positionem antiquorum Philosophorum, qui resurrectionem non solum fieri non putabant, sed et asserentes eam diridebant. Sic patet Act. 17. c. vbi Paulus dicitur Athenis in Ariopago cõte de resurrectione mortuorum loqueretur diridebat eum Epicurei vocantes eum seminiferium, id est verborum seminiferum, quasi sola verba diceret, & nullã rationem, neque verisimilitudinem assereret.

Tertio fuit, quia Sadducei putabant non esse aias, quæ essent soluta a corpore, sed perirent cum corporibus opinantes esse animas languinẽ, vel substantiã quandã corporeã in medullis, aut in cerebro, vel statum molie, vel harmoniã quandã corporis, vel virtutẽ vegetantem corpus, quæ esset virtus materialis iuxta varias positiones, quas recitat Aristot. ab alijs fuisse assertas 1. de Anim. quidquid aut. istorum eẽt non potest manere resolutio corpore, & tunc impossibile

Alph. Toft. in Math. Pars VI.

erat resurgere quemquã, quia resurrectio est reditio eiusdem, qui prius fuit ad vitam, sed non potest esse idem numero, qui prius fuit, nisi sint eadem partes substantiales, quæ illam rem constituiebant prius, sed anima est forma substantialis, ideo si illa non redierit eadem, non erit possibilis resurrectio, & ista est causa quare pecora non resurgunt, neque resurgere possunt, sicut homines, scilicet quia animę brutorum non possunt manere post mortem in ipsorum, animę autem hominum maneat post solutionem corporum, & ista tamen Sadducei putabant, quod non manebant animę hominum post corpora, ergo necessario sequebatur ex positione eorum, quod non esset resurrectio.

Quare pecora, & bruta aialia non resurgunt, sicut hoies.

Quomodo Sadducei potuerunt credere, quod animæ non manerent post corpora. Quæst. CXXVII.

Quare accesserunt Sadducei ad Christum. Dicendum, quod istud non putant oes, nã quod negat Sadducei resurrectionem omnes credunt, quia Christus illud asseruit, vt patet hic, & Mar. 12. & Luc. 20. & Actu. 23. cap. quod tamen negant manere animas post mortem, non apparet, ista manifeste.

Sed dicendum, quod est cõs positio, quod illi credebat aias perire cum corporibus. Sic dicit Origenes. Non solum carnis resurrectionem negabant, sed & aie immortalitatem tollebant. Idem et dicit Hierony. I qui resurrectionem corporum non credebat, & aiam putabant interire cum corporibus, recte istius modi fabulã fingunt. l. de septem fratribus. Et idẽ tenent Beda, & ceteri. Istud quoque vñ innui Actu. 23. c. c. dẽ de Phariseis, & Sadduceis, quod Sadducei resurrectionem, & Angelum, & spũm esse non dicit. Pharisei aut vtraque confitentur. Et ibi accipi vñ pro aia soluta a corpore cum distinguat ibi spūs ab Angelo. Est verũ, quod potest accipi ibi angelus, p angelo bono, quod est spūs ad nos datus, & ad nos missus, & ministrat nobis ex mandato Dei ad Heb. 1. c. spūs aut pro angelis malis. i. demonibus. Et ita non ponet ibi quidã de aia. Sed dicendũ vñ, quod intelligat illud de aia soluta a corpore, quia Actu. 23. post dictum fuerat, quod Sadducei negant resurrectionem, & angelũ, & spũm, dẽ quidam Phariseorum exultantes Paulum, dixerunt: Nihil mali inuenimus in homine isto, quid si spūs locutus est ei, aut angelus? Et non potest ibi accipi spiritus pro demone, quia illud ponitur ad excusationem Pauli. l. quod nihil mali inueniebatur in eo, & tũ si spiritus. i. demon loquebatur ei aliquod malũ erat in eo, scilicet colloqui demonibus, quod erat lege vetitum: Etiam quia demones non dicerent, nisi mala, prædicare autem pro veris, ea quæ demones dixant malum erat, ideo oportet intelligi de anima, quod aliqua anima soluta a corpore locuta esset Paulo.

Secundo patet, quia etiam si accipiatur ibi spiritus pro demone adhuc debet intelligi, quod Sadducei ponebant non esse animas aliquas separatas a corporibus. Et ratio accipitur ex fundamento positionis eorum, nã ipsi non ponebant, nisi entia corporalia, spūs autẽ purus, qui sunt substantię separatę non ponebant, & ideo angelos, qui sunt substantię separatę non ponebant, et demones non ponebant cũ sint substantię in materialibus, aias aut in corporib? hoium ponebant cũ hoies viuere viderent, & tũ si separaret aia a corpore plẽ manẽs eẽt. purus spūs, ergo talẽ aiam non pcedebat, quia si pcederet posse aiam manere, cum esset pars humanę speciei a fortiori possent esse angeli, & demones, qui essent substantię separatę sũ spũm, & non pertinerent ad aliquod corpus, tanquam partes spõi, & ita etiã non ponebant animas separatas a corporibus.

F. poribus.

poribus. Iosephus autem lib. 2. de bello Iudaico, ubi ponit de tribus sectis Iudeorum, dicit de Sadduceis, q̄ non ponunt honores, neque penas animarum post mortem, sed an ponant animas manere post corpora, vel non, nullatenus expressit, sed ex comparatione positionis eorum ad positionem Hellenorum, & Phariseorum colligi manifeste dat, q̄ illi velint animas non manere post mortem, cum illi, qui animas manere asserunt, constituent illis delectationum loca, aut penarum duritiam. Si n. manerent, necesse erat eas circa bonum aliquod, vel malum occupari, cum sint spiritus rationales, quibus repugnat ociositas, quia nihil habent, p̄ q̄ ab operatione impediuntur, quia iam sunt infatigabiles postq̄ a materia separatae sunt. Cum autem quaerit quomodo potuerunt credere Sadducei, q̄ non manerent animas post corpora, dicendum q̄ hoc procedit ex errore circa substantiam animae: nam qui ponunt sanguinem esse animam, vel cerebrum, vel harmoniam corporis, aut virtutem materialem vegetantem, vel aliquid simile, nō p̄nt dicere, q̄ animae maneat post corpora, cum ista sint corporalia, quae et cū corporibus corrumpuntur, & si quis poneret animam esse aliquid istorum, & tñ poneret eam manere post corpus, adhuc grauius erraret, cum impossibile esset naturaliter talia incorrupta manere solito corpore. Sed dicitur vnde prouenit Sadduceis, q̄ putarent substantiam animae esse aliquid tale, quod post mortem non maneat? Dicendum, q̄ prouenit primo ex errore communi aliorum hominum, nam et multi Philosophorum circa animae substantiam errauerunt, vt colligitur ex 1. de Ani. Et sicut illi falsè opinati sunt, ita & Sadducei opinari potuerunt. Secundo accidere potuit ex principio Genesis, nam Gene. 2. c. dñs formauit Deum hominem de limo terrae, & inspirauit in faciem eius spiraculum vite, sed spiraculum significat flatum, id putauerunt, q̄ anima erat flatu quidam, & quia mortuo homine cessat ille flatu putauerunt, q̄ anima perit corpore resoluto. Sic enim putauerunt insipientes. Sap. 2. c. dicentes spūs noster tanquam mollis aer diffundetur, & tñ quod diffundit aer est, id putauerunt animam esse aerem, vel fumum existentem in naribus, eo. c. & hoc conuenit lra. Gen. 2. c. f. spirauit in faciem eius spiraculum, sed spiraculum faciei in naribus, & ore apparet.

Quomodo Sadducei potuerunt credere non esse resurrectionem. Quæst. CXXXIII.

Quæretur quomodo Sadducei potuerunt credere non esse resurrectionem, & quomodo poterant sustinere inter Iudeos cum talia sentirent. Et videtur difficultas circa primum, quia sacra scriptura ostendit futuram resurrectionem in multis locis, ideo poterant ipsi scire resurrectionem esse futuram.

Dicendum, q̄ putabant non esse futuram resurrectionem, quia animae non manebant post corpora, & ubi non manet anima non potest esse resurrectio, vt dictum est precedenti quaest. Secundo, quia licet scripturae hoc dicant illi non intelligebant eas, cum aliquantulum essent obscurae, & ita non arguebant inde resurrectionem. Tertio, quia potius ex sacra scriptura se putabant ipsi habere argumentum ad ostendendum non esse resurrectionem futuram, vt patet, quia contra Christum arguerunt de suscitatione feminis per deductionem ad impossibile, & ita non solum non credebant resurrectionem non esse futuram, sed etiam putabant, quod ex scriptura tollebat resurrectio. Quarto fuit hoc, quia isti non legebant illos libros, qui apertius resurrectionem ponunt, in quibusdam enim libris sacrae scripturae resurrectio innuitur, sed obscure, sicut in libris Moyfi. In aliis autem apertius insinuat, sicut

Dan. 11. & Ezech. 37. & Iob 19. & in alijs. Istos enim libros non recipiebant Sadducei, quia illi non recipiebant, nisi quinque libros Moyfi, sicut Samaritani, ceteros aut respiciunt. Sic dicit Hieronymus super Matth. Sadducei quinque tantum libros Moyfi recipiebant prophetarum vaticinia respicientes, & ideo non erat mirandum, si ex scripturis illis non colligerent futuram esse resurrectionem, cum etiam nos, quos gratia noui testamenti amplius illustrauit, fortassis ex talibus scripturis non colligeremus resurrectionem, nisi Christus dixisset ex illis hoc concludi.

Quomodo isti Sadducei poterant sustinere inter Iudeos cum assererent contra legis veritatem manifeste, & in re maximi prauidicij. Quæst. CXXXIX.

Sed quaeritur quomodo tolerabantur isti inter Iudeos, cum manifeste assererent contra veritatem legis, & in re maximi prauidicij, quia nihil melius est, & quod magis ad bonum moueat, quam resurrectio, & vita futura in gaudio, vel in pena.

Aliqui dicunt, quod Sadducei non erant de Iudeis, licet haberent aliquam similitudinem cum Iudeis, & ideo ipsi tantum poterant errare, vt solum reciperent quinque libros Moyfi, respicientes alios, quos ceteri Iudei recipiebant, & alii Iudaei eos non corripiebant, sci licet quia non erant de gremio eorum, & ita non poterant illos punire pro errore, licet vellent. Sic enim erat de Samaritanis, q̄ aliqua similia Iudeis habebant. Non enim erant ipsi de stirpe Iudeorum, sed gentiliū translati de terra Medorum, & Persarum in terram Iudeorum, qui quinque libros Moyfi recipiebant, & legales caeremonias exercebant, sed alios libros non recipiebant, neque erant sub potestate Iudeorum, sed separati habitabant in ciuitatibus Samaritanae, & ibi templum aliud constituerant in monte Garizim praeter templum Ierusalem, vt declaratum est late. 3. Reg. 17. c. circa finem.

Sed dicendum, q̄ non stat, nam Sadducei erant Iudei, & de gremio Iudeorum inter eos manentes, & vt boni Iudei reputabantur nihil contra legem agentes, intantum vt sic se ipsos Sadduceos, id est iustos nominare auderent, quasi non solum legem seruarent, sed etiam omnia ad punctum tenerent. Cum autem dicitur, q̄ erant segregati, sicut Samaritani non est verum, neque verisimile. Primo, quia Samaritani non erant de stirpe Iudeorum, sed de gentilibus, qui translati fuerunt per regem Assyriorum in terram Israel, vt colligitur. 4. Reg. 17. c. Sadducei autem Iudaei erant. Vnde Iosephus. 2. libro de Bello Iudaico ponens tres sectas Iudeorum, dicit fuisse vnam Sadduceorum, & ita ipsi erant de Iudeis secundum originem, & actualement conuersationem.

Secundo, quia Samaritani erant valde odiosi Iudeis, ita vt Iudei in opprobrium vocarent aliquem Samaritanum. Sic patet Ioannis octauo cap. ubi Iudei dixerunt Christo Samaritanus es tu, & Daemonium habes, & tamen nemo in improprium Sadduceus vocabatur, cum potius esset nomen laudis, scilicet, quia iusti vocabantur.

Tertio, quia Samaritani non conuersabantur cum Iudeis in cibo, & potu, neque in alijs communionibus, neque de manu illorum cibum, aut potum recipiebant, sic patet Ioan. 4. c. ubi mulier Samaritana dixit Christo petenti ab ea bibere, scilicet quomodo tu Iudeus cum his bibere a me potis, quae sunt mulier Samaritana: & sequitur ibi causa. Non. n. conuenerunt Iudaei Samaritanis, & tamen Iudaei conuebantur Sadduceis cum manerent in vrbe Ierusalem, in qua fuit nunc illa quaestio, ergo non erant, sicut Samaritani separati.

Quarto,

Quarto, quia Samaritani non veniebant ad terram Iudeorum, neque Iudei in terram Samaritanorum, sed abstinabant abinuicem, sicut a gentilibus. Sic patet, quia quando Christus misit discipulos ad praedicandum per omnes ciuitates Iudeorum, dixit q̄ non irent ad ciuitates Samaritanorum, & tamen de Sadduceis nihil tale erat, sed potius ipsi manebant cum Iudeis. Nam nunc in Ierusalem erant, quando hoc quæserunt. Etiam conuersabantur cum Phariseis, cum aliquando irent cum eis ad tentandum Christum supra 16. c. Et etiam Christus non responderet eis nunc verbum coram alijs Iudeis, si ita separati essent, sicut Samaritani a Iudeis.

Quinto, quia Samaritani, & Iudaei non conueniebant ad orandum in eodem templo, sed Iudei habebant templum in Ierusalem, Samaritani vero in monte Garizim non longe ab vrbe Sichem, de cuius constructione dictum est. 4. Reg. 17. c. circa finem, & illud templum erat causa maximarum inimicitiarum inter Iudaeos, & Samaritanos, dicentibus Iudeis, q̄ oportet orari, & fieri caeremonias in templo Ierusalem: Samaritanis vero dicentibus, q̄ oportet orari in templo, quod ipsi habebant in monte Garizim. Ioan. 4. c. cū dixit Samaritana ad Christum. Domine video, quia propheta es tu, patres nostri in hoc monte adorauerunt, & vos dicitis, q̄ Ierusalem est locus, ubi oportet adorare. Sadducei autem in templo Ierusalem adorabant cum alijs Iudaeis. Nam nunc in templo erant, quando istud a Christo petierunt, Christus enim docebat tunc turbas, cum dicitur, q̄ audita responsione hac turbas mirate sunt in doctrina eius, & tñ Christus non docebat, nisi in templo, & synagogis: Ioan. 18. c. quando autem erat in Ierusalem non docebat, nisi in templo Luc. 23. c. & infra 26. quotidie eram vobiscum in templo docens, & non me tenuistis, ergo erat nunc in templo, & ita Sadducei erant in templo, cum ibi a Christo hoc interrogauerunt, sed Samaritani nullatenus intrarent in templum, ergo non erant tales Sadducei, quales Samaritani, & ideo licet concordarent in hoc, quia solos libros Moyfi recipiebant Sadducei, sicut Samaritani: non erant alieni a populo Iudeorum Sadducei, sicut Samaritani, sed erant pars populi, & habebant Iudei potestatem corripiendi Sadduceos, si in aliquo errarent, sicut quoslibet alios Iudeos, & sicut nos habemus potestatem puniendi, & corripiendi quoscunq̄ hereticos, qui inter nos sint.

Dicendum ergo, q̄ Sadducei de Iudeis erant, licet errarent circa resurrectionem, occasio autem errandi eis erat id, quod dictum est praeced. q. & sup. q. 127.

Quomodo Pharisei permittebant talia impunita q̄ Sadducei errarent tam periculoso errore contra fidei veritatem. Quæst. CXXX.

Sed manet tunc dubium, quomodo Pharisei permittebant talia impunita. q̄ Sadducei errarent, tñ periculoso errore q̄ veritatem fidei, potissime cum hoc esset intentionem eorum, quia ipsi primum sentiebant. Aliqui dicunt, q̄ ista non habebant aliquam punitionem inter Iudeos, & ideo licet Sadducei errarent in hoc manebant impuniti.

Dicendum, q̄ non stat, quia minora peccata puniebantur pena grauius. s. pena mortis, vt colligere ligna in sabbaro. Nu. 15. c. Etiam blasphemia quæcunq̄ morte plebebatur, vt patet Leuit. 24. c. & tamen negare id, quod scriptum erat in lege Dei, & dictum erat per prophetas, erat blasphemia, quia per hoc mendacem faceremus Spiritum Sanctum, quo dictante oia dicta fuerunt, quae in sacra scriptura expressa sunt. 2. Pet. 1. c. ergo morte plebebatur si quis negaret ea, q̄ Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

Scripta erant in sacris libris. Sic erat de resurrectione, ergo blasphemus erat, qui negaret resurrectionem. Est dicendum, q̄ si quis apud Iudeos negaret aliquid eorum, quae in sacris libris scripta erant, tanquam blasphemus habebatur, & occidebatur. Et tñ negare resurrectionem non erat apud Iudeos peccatum, vt ipsi iudicabant eo, q̄ non putabant illam contineri in lege Dei vel in sacris libris, & ideo non habebatur apud eos p̄ fide, vel iustitiam, sed licebat cuilibet opinari, vt vellent, vnde apud illos resurrectionem futuram esse problema neutrum erat, & ita accidit, q̄ aliqui opinarentur eam futuram, & alij non. Quod patet, quia ponitur positio Phariseorum, & Sadduceorum de resurrectione tanquam opiniones ipsorum. Act. 23. c. f. q̄ Sadducei dicunt non esse resurrectionem, neque angelum, neq̄ spiritum: Pharisei autem vt runque confitentur. Et non dicit ibi litera, q̄ Pharisei tenebant veritatem catholicam, & Sadducei errarent, sed ambe velut opiniones positae fuerunt: & ista est vera causa, quare Sadducei, qui se iustos estimabant, & vocabant, tenebant istam positionem. i. quia non putabant eam repugnare legi. Et etiam alij Iudei non credebant repugnare legi. Nam etiam si Pharisei putarent, q̄ positio Sadduceorum repugnabat legi non permitterent eos impunitos, & tñ quia istam rem velut dubiam putabant, nulli qualitercunq̄ opinanti penam aliquam inferebant. Itē patet hoc ex eo, quod Iosephus ponit lib. 2. de bello Iudaico, & in lib. Antiquitatum. dicens fuisse tres sectas apud Iudeos, & ita positiones istorum non vult esse aliquid, quod in lege esset, quia illud commune esset, sed singulares ipsorum inuestigationes modo sapientialij, & vna est Phariseorum, alia Sadduceorum, ideo licet Pharisei valde irascerentur Sadduceis pro contrarietate positionum, & interdum multum contenderent, non faciebant illos puniri pro hoc errore, quia non poterant conuincere eos errare.

Quomodo tantus error poterat Iudaeis accidere, & maxime Phariseis, quod de resurrectione dubitarent, cum ex sacra scriptura clarè pateat. Quæst. CXXXI.

Sed quaeritur quomodo tantus error poterat accidere Iudeis, & potissime Phariseis. Nam Sadduceis non erat tam admirandum, eo q̄ illi non recipiebant, nisi quinque libros Moyfi, vt dictum est supra q. 133. ex illis autem non colligitur resurrectio, nisi multum obscure, & modo argumentatio viribus ingenij, vt ibi dictum est: Pharisei tamen, & ceteri Iudaei recipiebant omnes libros canonis veteris testamenti, ex illis autem clare patet resurrectio Dan. 12. & Ezech. 37. & Iob 19. & in alijs locis, ideo mirandum est, quomodo illi possent dubitare circa resurrectionem.

Aliqui dicunt, q̄ Pharisei, & ceteri Iudei non dubitabant circa resurrectionem, sed tenebant eam, vt certum articulum fidei, & tñ non poterant probare eam contra Sadduceos, quia Sadducei non recipiebant libros illos, ex quibus clare Pharisei resurrectionem probarent. Dicendum, q̄ hoc non stat, quia non solum Pharisei non poterant conuincere Sadduceos de resurrectione, sed et ipsi non tenebant hoc tanq̄ fidem, sed velut opinionem, nā si ceteri Iudei essent certi, quod esset resurrectio, & q̄ hoc innueret ex sacra scriptura, etiam si non possent conuincere Sadduceos non sustinerent eos, sed abicerent illos velut hereticos a consortio suo, si non possent punire, aut si possent punirent eos velut errantes contra legem, sed neque abiciebant eos, neque puniebant, ideo non iudicabant eos aperte aliquid contra legem Dei sentire, sed Pharisei,

F 2 & ca:

& ceteri Iudæi dubitabant de hoc, licet potius tene- rent, q̄ esset resurrectio, sicut qui circa aliquid opi- nantur, tenent vnam partem cum formidine alterius. Sed tunc manet dubium, quomodo Pharisei circa hoc dubitabant, cum scriptura expresse ponat resur- rectionem.

Dicendum, q̄ mouebantur primo propter multi- plicitatem expositionis sacræ scripturæ, quia licet satis aperte innuat, q̄ erit resurrectio potest tamẽ ca- lumniari scriptura, vt recipiat aliũ sensum, quẽ mul- ti putant esse verum, licet non sit, & ita circa multa alia ponunt Iudæi aliquos sensus valde erroneos, qui- bus tamen aliquantulum potest litera distorte saltem ap- plicari. Sic ergo licet ibi aperte, & vere scriptura de re- surrectione loquatur, Iudæi accipere poterant de ali- qua alia re.

Secundo erat propter cecitatem, aut parnam intel- ligentiam Iudæorum illo tempore, in multis enim ex- rabant Iudæi etiam tempore Christi male exponen- do, & putabant esse aliqua in sacra scriptura, quæ nõ erant, & alia erant in ea, quæ putabant ibi nõ esse, si- cut supra quinto cap. dixit Christus. Dictum est anti- quis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicũ tuum, id est Iudæi putabant hoc sibi dictũ esse a Deo, & tamen Deus nunquam mandauerat odio haberi inimicum, sed potius benefacere ei, sed ipsi male in- terpretando putabant hoc esse in lege Dei, sicẽt ex le- ge Dei, ex sacris libris colligitur, q̄ Messias futurus erat Deus, & tñ Iudæi tẽpore Christi putabant Mes- siam suum esse futurum purum hominem, licet val- de iustum, & alia multa. Ita ergo licet ex scriptura ha- beretur futuram esse resurrectionem, ipsi putabãt nõ esse futuram, quia non exponebant bene illa loca scri- pturæ, sed putabant esse quãdam alias suscitationes hominum magis metaphoricẽ dictas, sicut dicitur, su- scitans de terra inopẽ, quæ non est suscitatio de mor- te, & tales errores manent hodie apud Iudæos, nõ pu- rant, q̄ Messias purus homo sit, & etiam de resurre- ctione non habent certam sententiam, sicut neq; Iudæi illius temporis, licet habeant omnes eodẽm li- bros, quos illi habebant, & potius isti certi esse debe- rent de resurrectione, & circa alias veritates sacrę scri- pturæ, cum maiori tempore circa sacram scripturam studuerint, & plura commenta viderint, quæ illi non habebant.

Tertio, & precipue erat propter nescire dare mo- dum illius resurrectionis, quia si resurrectio futura e- rat, oportebat scribi an omnes resurgerent, vel pauci, & quæ, & qualis esset dispositio resurgentium in cor- pore, & quid post resurrectionem habituri essent de bono, vel malo, & multa alia. Hæc autem nesciebant Iudæi, quia scriptura veteris testamenti non exprime- bat illa, sed ponere resurrectionem non determina- tis his, videbatur esse inconueniens, ideo distraheban- tur a ponendo resurrectionem. Vnde illi, qui eam po- nebant asseriebant circa ea multa falsa, & inconueniẽ- tia, vt dicit Iosephus lib. 2. de bello Iudaico. I. q̄ pone- bant animas bonorum vltra Oceanum in quodam lo- co delectabili, animas vero malorum in alio loco in- de remoto, vbi omnia incommoda paterentur, & di- cit, q̄ ita Iudæi posuerunt resurrectionem, & gaudia bonorum, & pœnas malorum, sicut sapientes Græcorum posuerunt loca inferorum, Sisyphos, & Tanta- los, & Ixionas, & Titios. Ista autem apud Virgilium in 6. Aeneidos referuntur, & apud Quindium, & ceteros poetas vulgata sunt, vnde Iosephus non vult apud Iudæos maiorem certitudinem esse de resurrectione & gaudis bonorum, & pœnis malorum, quam erat de his apud sapientes, & poetas Græcorum. Dicit ta- men ibidem inuenta fuisse hæc ad componendum

F mores hominum, vt spe bonorum futurorum, & po- tissime timore malorum arcerentur a malis, & virtu- tes colerent, & ideo etiam apud Iudæos non vult Iosephus firmam fuisse positionem de resurrectione, quasi esset ex lege Dei, vnde neque ipse ostendit se il- lam positionem tenere, quod tamen faceret, si puta- ret ex lege Dei illã haberi, sed magis credit ingenio humano hoc introductum, & creditum a multis. Et ita licet Pharisei assererẽt resurrectionem, velut rem verisimiliorem, tamen non tenebant, vt firmam sen- tentiam habitam ex sacris libris, & ob hoc non cõdẽ- nabãt Sadducæos, tanquam hæreticos, sed susinebãt velut opinãtes in eo, i quo licebat sic, vel alit̄ opinari.

Quomodo Sadducæi poterant negare resurrectionem cum illa in facto ostenderetur per mortuos suscitatos. Quæst. CXXXII.

Q V A B R E T V R circa p̄cedentia dato, q̄ Sad- ducæi possent negare resurrectionem vel- lut non clare ex scripturis probatam, quo- modo poterant negare, quia inferebatur ex eis, qui erant in facto. Primo, quia in veteri testõ ap- paret, q̄ aliqui suscitati fuerint a mortuis, vt Elias sus- citauit filium mulieris Sareptanę, 3. Reg. 17. c. & Eli- seus suscitauit filium Sunamitis mulieris. 4. Reg. 4. c. & illum, qui postea in sepulcrum eius proiectus est, ga- mox, vt terigit ossa Elisæi reuixit hõ, & sterit supra pe- des suos 4. Regum 13. c. Secundo patet, quia Christus suscitauerat tres mortuos, scilicet filiã Archisynagogi supra 9. c. & Mar. 5. & filiũ viduę in vrbẽ Naim Luc. 7. & Lazarum in Bethania Io. 11. c. & ista erant noto- ria, & potissime duo, scilicet de filio viduę, & de Lazaro, quia coram multo populo vtrunque factum est, vt patet ibidem, & ita non poterant Sadducæi negare resurre- ctionem, cum omnibus esset nota.

Dicendum ad primum, q̄ istud faciebat probatio- nem aliquam pro Phariseis, & aliis Iudæis, qui recipie- bant oēs libros sacros, secus de Sadducæis, qui non re- cipiebant, nisi libros Moysi, prædicta autem hñr in li-bris Reg. quos illi non recipiebant.

Ad secundum pot̄ dici vno mō, q̄ tam Phariseis, quam Sadducæis erant notę suscitationes mortuorũ, quas Christus faciebat, & tñ adhuc manebat dubium de resurrectione, quia non negabant Sadducæi resur- rectionem mortuorum, quã aliqui mortui speciatim suscitantur ad vitam mortalem, sed negabant illã re- surrectionem, quę generalis assereretur, in qua hoies resurgerent ad immortalem vitam, suscitationes aut̄, quas Christus faciebat, erant particulares. sicut quouũ hoĩum, & erant ad vitam mortalem, quia illi suscita- bantur, & cum viuerent temporibus suis, moriebantur rursus, sicut ceteri, qui non fuerant suscitati, & ita li- cet Sadducæi concederent suscitationes factas a Chri- sto, dubitabant adhuc de resurrectione mortuorũ, & tunc etiam si concederent id, quod erat in lib. Regũ, non erat inconueniens.

Secundo potest dici, q̄ Sadducæi negabant omne resurrectionem, eo q̄ tollebant perpetuitatem ani- marum, & non dabant esse aliquem spiritum separa- tum a corpore, cum negarent angelum, & spiritum. Act. 23. c. immo dicendum, q̄ necessãrio sequebatur ex positione Sadducæorum nullam esse resurrectio- nem. s. neque particulare, quã aliquis resurgat postea moriturus, neque generalem, quã resurgat quilibet, nunquam moriturus, quia resurrectio est reuincio aĩæ ad corpus. Et tñ Sadducæi ponebãt non manere cor- poribus solutis animas ipsas, sed perire cum eis, vt di- ctum est supra 27. q. ergo neque temporalem resur- rectionem concedebant.

Sed

Sed tunc dici poterit vno modo, q̄ Sadducæi nega- bant etiam Christum suscitasse aliquos mortuos, quã licet factum fuisset non viderant illud ipsi, & ita illud negare possent.

Sed istud non esset satis conueniens, quia impudẽ- tię magnę est nagare, quod sciunt ceteri, etiã si is, qui negabat illud ignoret, sed manifestum est, q̄ pluri- mi Iudæorum viderant Christum suscitantem filium viduę in Naim Luc. 7. & Lazarum in Bethania Ioan. 11. & 12. c. iõ confunderetur Sadducæi ista negantes. Secundo, & melius poterant dicere, q̄ iste quã Chris- tus faciebat non erant verę suscitationes, quia non redibant idem homines numero. Vnde hoies erant isti, quos Christus faciebat redire per operationẽ suã, sed non erant resurgentes, quia nõ erant illi, qui prius fuerant cum non redirent eodẽm animã, sed forma- bantur aliæ virtutes materiales, quibus possent corpo- ra vegetari, & videbantur esse idem homines ppter similitudinem lineamentorum.

An Sadducæi negarent resurrectionem vniuersalem, vel parti- cularem, vel vtranque. Quæst. CXXXIII.

S E D quæretur cum possit intelligi Sadducæos negare vtranque resurrectionem, de qua dicitur hic. Dicendum, q̄ ex suppositione Saddu- cæorum negantium animas manere post cor- pora vtraque resurrectio debet negari, & etiam litera quæstionis, & responsionis præsentis potest applicari aliquo modo ad negandum vtranque resurrectio- nem, & tamen magis videtur conuenire, quod de so- la resurrectione generali ad vitam immortalem intel- ligatur, & saltem, q̄ de hac esset discordia inter Pha- riseos, & Sadducæos.

Primo apparet ex modo quærendi Sadducæorum nam proposito casu de septem fratribus, & vna vxore eorum per successionẽ quærent, cuius erit vxor mul- tier illa in resurrectione. i. in statu resurgentium, & ita præsupponunt ex dictis Christi, vel Phariseorum futu- ram resurrectionem, in qua omnes tam viri, quam feminæ resurgant. & tunc resurgentibus septem vi- ris, & vxorẽ videbatur manere dubium cuius futura erat vxor.

Secundo patet, quia si de resurrectione particulari loquerentur, licet suscitaretur mulier, forte nõ susci- tarentur fratres, qui fuerant viri illius, & ita non esset difficultas circa coniugium, sed posset ipsa trãsire ad alia vota. Vel dato, q̄ aliquis illorum suscitaretur non sta- tim suscitarentur oēs, & iõ non stare dubium de om- nibus, sicut postherunt casum Sadducæi, ergo oportet q̄ ipsi locuti fuerint de resurrectione generali.

Tertio apparet, & efficacius ex responsione Chri- sti, nam dixit eis: Erratis nescientes scripturas, in re- surrectione enim neque nubent neque nubentur, sed sunt, sicut angeli Dei. s. viuentes spiritualiter, & ta- men in resurrectione ista, qua suscitantur aliqui parti- culariter nubunt homines, & nubentur, & non sunt, sicut angeli Dei, sed manducant, & bibunt, & postea moriuntur, ergo Christus respondit de generali resur- rectione, in qua sunt, sicut angeli Dei.

Quarto patet, quia si de resurrectione particulari loquerent Sadducæi, non indigeret Chrs aliqua pro- batione ex scripturis, sed suscitaret corã eis mortuũ aliquem, & esset probatio apertior, & tñ nõ fecit, sed induxit scripturas in probationem, ergo non quærebãt de particulari resurrectione, sed de generali.

Quinto patet, quia si inter Phariseos, & Sadducæos contenderetur super resurrectionem particulari, licet Sadducæi non scirent aliquos fuisse suscitatos a mor- tuis, tamen Pharisei sciebant hoc, quia constabat eis

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

A de illis, quos Elias, & Eliseus suscitauerunt, cum ipsi haberent illos libros, & ideo nõ haberent istam rem velut dubiam, & opinabilem, sed certã, & Sadducæos negantes hoc abicerent velut hæreticos, & tamen manebat semper istud dubium in ter eos, non solum post illos libros, ex quibus probabatur suscitatio mor- tuorum, sed etiam post resurrectionem Christi, qui dum inter homines maneret suscitauerat tres mor- tuos, de quibus notum erat eo tempore apud Iudæos, cum tempore Pauli fuerit facta contentio inter Pha- riseos, & Sadducæos subintroducta ista quæstione, q̄ adhuc tunc durabat Act. 13. c. ergo non erat conten- tio super resurrectione aliquorum, sed super suscita- tione generali. Sexto patet ex eis, quæ ponit Iosephus lib. 2. de bello Iudaico, circa lectas Iudæorũ, & in lib. Antiq. Nam ipse refert suscitationes mortuorum fac- tas per Eliam, & Eliseum, & hẽt eas pro certissimis, tanquam ex sacris libris collectis, sed de generali re- surrectione, & de statu animarum post mortem ni- hil asserit, sed ponit velut opinioniones sapientum diuer- forum ad similitudinem Græcorum poetarum. Vñ ex modo suo loquendi non multum stat Iosephus in illis, sed potius vult subintroducta hæc esse per inge- nium ad componendos mores hominum.

Quare potius Sadducæi negabant resurrectionem generalem, quam particularem. Quæst. CXXXIII.

Q V A B R E T V R quare potius Sadducæi negabant resurrectionem generalem, & quærebant de il- la, quam negabant resurrectionem particularem, cum videatur vtraque pertinere ad potentiam equa- lem effectiuam.

Dicendum, q̄ considerato fundamento eorũ vtra- que resurrectio negatur, cum dicant aĩam non mane- re resoluta corpore, & tamen resurrectio non est, nisi aĩa corpori reuincatur, & tamen ipsi magis dubitabãt de generali resurrectione, quã de particulari, quia cre- debant particularem fieri posse aliquo mō, licet nõ ve- re, generalem autem nullo modo: etiam multas diffi- cultates esse putabant in generali resurrectione, quas non videbũt in particulari, & ideo licet vnam conce- derent, vel non negarent, alteram negabant.

Primo, quia videtur eis minor potentia requiri ad resurrectionem particularem, quam ad generalem. Nam in particulari putant, quod propter dispositio- nem materię facilius est ibi gigni animam, quẽ sit ali- qua virtus materialis, quam in generali. Nam cum su- scitatur particulariter aliquis parum post mortem sus- citatur, quando nondum est corpus multum aliena- tum a conditione naturali, sicut in puella filia Ar- chisynagogi a Christo suscitata, & in filio viduę susci- tato in Naim, & ideo Iudæi putabant, q̄ Christus non poterat suscitare Lazarum, licet iã suscitauerat alios duos mortuos, eo q̄ erat corpus eius multum aliena- tum a naturali conditione. Nam dixit Martha soror Lazari. Dñe iam sc̄tet, nam quattuordecim dies est. Er hoc dixit ex infidelitate, quasi ex hoc, q̄ erat quattuordecim dies non posset suscitare. Quod patet, quia dixit Christus statim nonne dixi tibi, quia si credideris, videbis glo- riam Dei? Io. 11. a fortiori ergo, quando tpe resurre- ctionis corpora non solum sunt elongata a naturali conditione, sed etiam penitus dissoluta, ideo illam re- surrectionem non putabant posse fieri. Secundo, quia quædam corpora non solum a naturali dispositione sunt alienata, sed et materia eorũ vñ deficere, cũ nõ maneat aliquid, qd̄ sensui subiaceat, & istud turbat multũ populares, & simplices, & hoc putabãt Saddu- cæi asserere nimã difficultarẽ, sic dicit Grego. sunt aut̄ non nulli, qui considerantes, q̄ spiritus a carne soluitur.

F 3 quod

Quæ caro in putredinem vertitur, q̄ pulvis in elementa soluitur, vt nequaquam ab humanis et oculis videtur, resurrectionem fieri posse desperant, & dum ossa arida inspicunt, hæc vestiti carnibus rursusque ad vitam virefcere posse diffidunt, hæc autem non accidunt circa particulare resurrectionem in qua nihil istorum factum est. Tertio pp̄ additionem resurgentium, quia in ista particulari resurrectione, qui resurgunt, sunt s̄m conditionem nostram passibiles, & iterum morituri. Qui vero secundo resurgent, ponuntur futuri immortales, quod est supra conditionem hoium, & ita magis est mirandum ibi de immortalitate, q̄ de resurrectione, & hoc valde turbabat Sadduceos, vt ista resurrectionem negarent, & iō dato, q̄ futura esset non poterant intelligere, q̄ hoies aliter se haberet, q̄ nunc. Quarto, quia videbatur eis, q̄ repugnabat sacre Scripture, vt patet ex argu. quod contra Christum induxerunt, & putabant ipsi, q̄ illud concluderet, quia alijs non dixissent illud. Nam credebant, q̄ repugnabat legi de suscitatione feminis, ergo nō credebāt, q̄ futura erat, & alia similia erant, quæ difficiliorem reddebant vñā resurrectionem, quam aliam.

Quomodo Sadducei erat aliquod motuum ad bonum faciendum, cum negarent resurrectionem, & animæ immortalitatem. Quæst. CXXXV.

Quæ resurrexerunt cum Sadducei nō haberent spem de resurrectione, quō erāt eis motiuū aliquod ad faciendū bonū, quia nullū v̄ superesse ablatæ spe resurrectionis mortuorū. Sic dicit Chry. videns diabolus, q̄ iustitiam Dei omnino extinguere nō potuit, introduxit hæresim Sadduceorum, q̄ diceret nō esse resurrectionem mortuorum, quæ res omnino propositum faciendæ iustitiæ frangit. Quis n̄ contētus erit aduersum seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem resurrectionis aspiceret. Idem et apostolus 1. Corin. 15. c. ostendit dicens, q̄ si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi quid inde prodest, si mortui non resurgunt? quasi dicat inutilis fuit ille labor, si mortui nō resurgunt. Et iterū dicit, q̄ si mortui non resurgunt, & in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus oibus hoibus.

Dicendum, q̄ nihil est, quod magis a malo arceat, & ad bonum inducat, quam spes de immortalitate, & resurrectione mortuorum, in qua perpetuis fruuntur gaudijs, qui boni fuerint, & eteris adigentur cruciatibus, qui fuerint mali. Vnde etiam gentiles, qui de resurrectione nihil per certitudinem scire poterāt finxerunt futuram esse quietem animarum repositam bonis, prais vero tormenta. Et licet hoc non putaret verum, s̄ngebant illud pro vero asserentes, vt Tullius ponit in lib. de Somnio scipionis, & Virg. & plurimi poetarum. Hoc autē nō fuit introductum ab illis, quasi sic fore crederent, sed ad reformandos mores hoium, vt timore penarum futurarum a malo cauerent, & sic inciperent virtutes colere, quod eos bonos ciues efficeret. Sic dicit Iosephus 2. li. de Bello Iudaico, hoc introductum esse a sapientibus Græcorum pp̄ causam prædictam. Et idem sentit Pythagoras Philosophus, vt refert Quidius 13. lib. Metamorpho. introductum esse hoc ad incutiendum hominibus timorem per poetas, scilicet.

*O genus attonitum gelida formidine mortis.
Quid flyga, quid amnes, quid numina vana timentis?
Materiem vatum, & falsi pericula mundi?*
Et n̄ isti putantes se falsa dicere, verum dixerunt ponentes immortales aias, & gaudijs, & penas post mortem. Pythagoras vero, qui eos corrigere putauit asserens non esse statū talis aiarum post mortem, sed aiam solutā

De vno corpore statim intrare in aliud, valde errauit. Nūc vero cū cognita est veritas de resurrectione, & certa est retributio futura pro bonis & malis, est fortius motiuum ad bonū, q̄ aliqui fuerit. Sed de Sadduceis dicendum, q̄ licet non sperarent resurrectionem habebant motiuum ad bonum, & ad cauendū malū spe boni presentis, & timore mali presentis, licet nihil post mortem esse putarent: credebant Deum esse potentem facere bonum hic homini, & et inferre mala quæcunque vellent. Ille autē vtraque in lege expresserat, q̄ n̄ seruarent legem abundanter oibus bonis, & nullo malo afficerentur, cum vero derelinquerent illam, oia mala inuenerent eos: Leui. 26. & Deut. 28. & 29. Dicendum tñ, q̄ istud motiuum est paruū, multū n̄ fuit, q̄ si scirent nulla bona, aut mala relinqui post mortem, non cessarent persequi quodcunque delectabile eis, & potissime circa quædam, ad quæ valde afficiuntur contemnentis quæcunque mala eis ob hoc hic acciderent poterant, & quæcunque bona habituri erant abstinere ab illis malis, sed immortalitas, & eternitas penarum nemo est, quem nō exterreant, si aliquid recte sentit. Cum autē obijciatur de dicto Chry. dicendum, q̄ illud intelligitur de fortibus temptationibus, resistendo concupiscentijs suis. Nam circa talia forte nemo, aut pauci cohibere velent per totam vitam oēs voluptates suas, vt colliguerent aliqua bona in vita, vel euitarent mala, quæ eis inferri possent in vita, secus est de operationibus exterioribus, quas exercendo non frangimus aium, neque concupiscentijs repugnamus, & ita erant obseruantie ceremoniales veteris legis. Tales autē non erat difficile obseruare spe bonorum terre, q̄ Deus se daturum promittebat Isa. 1. Si audieritis, & in mandatis meis ambulaueritis, bona terre comeditis. Ad s̄m, quod d̄r de auctoritate Apostoli, dicendum q̄ intelligitur de toleratione maximorum malorū vique ad ipsam mortem, Nam cum Apostolus pugnaui q̄ bestias Ephesi morti erat expositus. Etiam dum dicit, q̄ si in hac vita tantum speramus in Christo, nō est resurrectio mortuorum, miserabiliores sumus oibus hoibus, quia nulla bona conferri poterant in hac vita, quæ equalerent malis, quæ Christiani pro Christo patiebatur. Simile modis mortis, sicut ibi dixit Apostolus: Quotidie morior fratres pp̄ gloriam vestrā, & iō non poterat esse aliquid, quod ad ista moueret, nisi spes de bonis in resurrectione mortuorum, quia illa sunt maiora, q̄ mala, quæ hic patimur ad Ro. 8. nō sunt condignæ passionibus huius t̄pis ad futuram gloriam, quæ reuelabit in nobis. Et ita licet ad obseruationem legis veteris poterant mouere bona, & mala, quæ in p̄nti erāt, n̄ ad obseruationem legis nouæ, in qua expresse cohibentur passionibus animi, & exponit se hō multis difficultatibus, non sufficiebant bona presentia, sed sola spes de resurrectione poterat mouere.

Quomodo Sadducei errare tantum poterant, vt dicerent non esse Angelos, nec spiritus. Quæst. CXXXVI.

Quæ resurrexerunt cum poterant in hoc errare tantū, vt dicerent non esse Angelos neq; sp̄m, cū in sacra Scriptura sepe fiat mētio de Angelo & sp̄. Aliq̄ dñt, q̄ hoc accidit, q̄ Sadducei nō recipiebant oēs libros veteris testi, sed solos libros Moyfi, & q̄ in alijs h̄t de Angelis, & spiritib⁹, nesciebāt ipsi esse Angelū, & sp̄m. Sed dicendū, q̄ non stat, q̄ est in libris Moyfi de his habem⁹ sepe. Patet Gen. 16. de Angelo, q̄ apparuit Agar apud puteum, & Gen. 18. de tribus Angelis Abrahæ Gea. 19. c. de duob⁹ Angelis eūtib⁹ Sodomā, & Gen. 21. de Angelo, q̄ ostēdit puteū Agar, & 22. c. de Angelo, q̄ dixit Abrahæ ne imolaret Isaac, & 24. c. de Angelo,

Angelo, qui comitaretur Eliezer ad accipiendā vxorē p̄ Isaac, & in multis alijs locis librorum Moyfi. Idem etiam de spiritu. Nā Gen. 6. dicitur, non permanebit spiritus meus in homine, & Gene. 7. d̄r, ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ, & Gene. 8. adduxit spiritū super terram, & Gene. 1. spiritus domini ferebatur, & Num. 11. c. auferam de spiritu tuo, & Num. 14. sermū memi Caleb, qui plenus alio spiritu.

Dicendum, quod adhuc his stantibus non credebant Sadducei esse Angelos, licet reciperent istos libros, & diceb̄t de Angelis, q̄ Angeli proprie sumpti eo mō, quo Sadducei negabāt eos esse, sunt substantiæ spirituales pure, & quia intentio Sadduceorū esset, q̄ nihil esset preter corporea non credebāt aliquē sp̄m, qui esset a corpore pure ablarus, sed velle esset corpus, vel virtus corporis. Angelos autē, quos in scriptura legebat putabāt fortassis esse homines a Deo missos, & alijs hominibus incognitos. Et hic error potest accidere ex significatione nominis, quia Angelus apud Græcos idē est, quod nuncius, & apud Hebræos Malachī idē significat, ideo quilibet hō a Deo missus poterat vocari Angelus, idēst Nūcius eius, & tales Angelos concedent Sadducei, sed nō Angelos, qui sunt puri spiritus.

Angelus Græce, Μαλαχαι, Latine Nūcius.

Secundo potest dici quantum ad hoc, q̄ accipiant Angeli non pro hominibus, neque pro puris spiritibus, sed pro substantijs quibusdam corporalibus rationalibus habentibus corpora subtiliora, q̄ sunt corpora nostra. Et ad hoc mouet, q̄ quia, q̄ de Angelis fit mētio in scriptura illi apparebant in corporibus, vel exercebant res corporales, sicut Angelus, quē vidit Agar, q̄ 1. d̄r, q̄ vidit posteriora eius, & tres Angeli, qui manducauerunt cum Abraham Gen. 18. c. & duo Angeli, qui intrauerunt Sodomā, & putauerūt cines illos esse viros, & illi manducauerunt cū Loth Gen. 19. c. & Angelus, qui luctabatur cū Iacob Gen. 32. c. & ita de alijs, iō non putabant Angelos esse spiritus puros. Et hoc satis est verisimile, quia et Philosophi aliq̄ putauerūt, sicut Apuleius Platonius esse Angelos anima corpore aerea mēte rationalia. A fortiori ergo Sadducei, qui grossiores erant hoc putare poterunt, & tales Angelos diceret scripturā accepisse, sed non alios, qui sint puri spiritus. De spiritu dicendū, q̄ facilius erat eis negare illum, quā negare Angelos quōcūque accipiant sp̄m. Pōt. n̄ accipi spiritus pro demone, q̄ est spiritus nō alligatus corpori, & ita est purus, & non est Angelus, iō distinguit Angelus a demone, quia Angeli soli boni sunt, cum Angelus sit nomen officij, & boni sunt, quia a Deo mittuntur.

Angelus, & demon differunt.

Alio modo accipitur pro omni substantia immateriali, & ita aia separata vocat̄ spiritus. Vtroque mō vocant Sadducei sp̄m, quia ipsi non cōcedunt, aliq̄ substantiam spiritualem pure a corpore ablatam, & ita siue sit demon, siue anima separata nō differt tantū ad eos. Raro n. de his, siue de demonibus, siue de aiaibus separatiss habet̄ in libris sacre Scripture, & potissime in libris Moyfi, nam in alijs aliquid habetur.

Respon. ad rationē cōsuetudinis.

Cum autē obijciat, q̄ in libris Moyfi ponit de spiritu. Dicendum, q̄ neque accipit pro demone, neque pro aia separata. Nam Gen. 1. cum d̄r: Spiritus domini ferebat̄ super aquas, accipitur pro vento misso à dño, vt ibi expositum fuit, & Gene. 8. cū d̄r: Adduxit spiritum super terrā: intelligit de vento cū dicatur, q̄ adduxit illum super terram, & imminute sunt aque. Et ita flatu ventorum erat, qui siccabat terrā, & Gene. 7. accipitur pro anima, sed non pro anima separata, sed coniuncta cū dicatur ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ, & talem animam non dicunt Sadducei esse spiritum, idēst substantiam pure spiritualem, sed spiritū, idēst spiraculum, vel flatum carnis, quem habet quantum

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

A dia viuūt. Cum autem dicitur Numeri 11. de spiritu, accipitur pro inspiratione diuina ad prophetandum, & talis spiritus non est aliqua substantia per se, sed accidens perficiens intellectū hominis inspirati a Deo. Et ita etiam accipitur Numeri 14. spiritus domini inspiratione, vel motu animi ad aliquid agendum, vel cauendum, & non est substantia aliqua spiritualis. Et ideo dicendum, quod existētib⁹ libris Moyfi poterant bene negare Pharisei spiritus, quia ibi non habentur: Angelos et negabant, sed hoc non ita conuenienter.

Quomodo Sadducei recipiebant solos quinque libros Moyfi, & non alios. Quæst. CXXXVII.

Quæ resurrexerunt cum Sadducei recipiebant solos quinque libros Moyfi, & non alios, quia tempore Sadduceorum, quando Christus erat, omnes libri veteris testamenti erant, qui sunt nunc in canone, quomodo ergo alij Iudei patiebantur eos inter se viuere, cum non reciperent alios libros sacros, quos ipsi recipiebant, quia hoc videbatur esse plusquam heresis, velut si quis nunc reciperet euangelia, & non Epistolas Pauli, neque alios libros noui testamenti.

Aliqui dicunt, q̄ erat de Sadduceis, sicut de Samaritanis, illi enim recipiebant quinque libros Moyfi, & nullos alios.

Dicendum, quod non potest esse simile, nam Samaritani non erant de populo Iudeorum ex origine, sed gentiles, & non commemorabantur in eodem, cum Iudeis, sed separati, & multæ aliæ difference erant eorum a Iudeis, & nihil tale erat de Sadduceis, vt ostensum est supra, & ideo non erat mirandum, q̄ Samaritani non reciperent plures libros, sed potius erat mirandum, quomodo illos quinque recipere volebant. Sadducei autem erant Iudei, ideo de illis erat mirandum, quomodo non reciperent omnes, quos Iudei recipiebant.

Secundo, quia eo tempore, quo Samaritani ceperunt colere Deum Isaac, non videbantur esse alij libri conscripti apud Iudeos, qui faci reputarentur aut non erant multū publicati, cū ipsi fuerint conuersi ad hūc cultū t̄p̄ regis Ezechie, vt colligitur 4. Re. 17. c. & tunc neque erant scripti libri Regum, neque alij prophetales posteriores, & ita et si vellent nō poterāt accipere a principio sue conuersionis oēs libros sacros, quia tunc nō erant. Causa autē quare post conuersionē suā non reciperunt alios libros, qui apud Iudeos ceperūt esse sacri, fuit prima, quia Samaritani ceperunt totam suam eruditionem ab illo sacerdote, qui missus est de captiuitate ad eos erudiendum, manendo cum eis 4. Regum 17. Ille autem non dedit eis alios libros, nisi quinque libros Moyfi, cum tunc nulli alij essent. Postea autem quidquid adueniret inter Iudeos, & putaretur factum, non putarent Samaritani pertinere ad sanam doctrinam, quia institutor, & fundator vitæ, & cultus eorum non dederat eis alia, & ideo non introducerent alios libros, nisi quos acceperant a principio.

In q. 129.

Quare Samaritani solos quinque libros Moyfi receperunt.

Secundo, quia Samaritani erant hostes Iudeorū, & dicebant Iudei Samaritanos esse alienos a Deo: Samaritani autem e contrario dicebant. Et si quis peccaret apud Iudeos circa ceremonias colendi Deum fugiebat ad Samaritanos, & apud eos tenebat̄, vt amicus, in quo valde offendebantur Iudei, vt dicit Iosephus lib. 11. Antiquitatum. Et satis apparet ista contentio Io. 4. cum dicitur, q̄ Iudei non conuenerunt Samaritanis, ita vt neque de manu eorum aquā recipiant, aut aliquid ad cibum. Etiam contendebant super locum orandi dicentibus Iudeis adorandum esse in templo Ierusalem: Samaritanis autē dicentibus adorandum esse

F 4 esse

esse in templo, quod est in monte Garizim. Io. 4. & iō existentibus odijs, & contentionibus mutuis, si quos libros inciperent Iudæi de nouo, rāquam sacros venerari non solum non reciperent illos Samaritani, sed etiam detestarentur illos, atque contemnerent, ideo nūquam receperunt, nisi quinque libros Moyfi quos a principio eruditionis sue habuerunt.

Sed causa quare a principio sacerdos, qui introduxit cultum Samaritanorum nō dedit eis plures libros sacros fuit prima, quia eo tempore non erant oēs libri sacri, qui postea fuerunt, & iō ēt si vellet nō posset tradere eis libros oēs, sed dedit illos quinque, qui tūc erant. Sed obijciatur, q̄ erant plures, quia tēpore regis Ezechie facta est eruditio Samaritanorum, & tunc poterant esse alij libri, scilicet libri Samuelis, & liber Iosue, & Iudicum, & Ruth, & liber Isaie, quia omnia hæc præcesserant.

Dicendum, q̄ iste sacerdos, qui erudiuit Samaritanos non erat de regno Iuda, sed regno Israël, quia erat de captiuitate translatus in terram Assyriorum 4. Re. 17. & illi sacerdotes cum populo eorum Israël erāt idolatree ex tempore, quo diuisum est regnū sub Roboā filio Salomonis, & iō non haberent illi aliquos libros, nisi illos, qui fuerant ante diuisionem regni, qui esse poterant liber Iosue, Iudicum, & Ruth, & duo libri Regum. Et rñ quidā putant istos nondum fuisse scriptos, sed postea per Iaiam, vel Ieremiam, aut aliquē de prophetis scriptos esse, & ita sacerdos ille non poterat eos tradere Samaritanis. Secunda causa quantū ad vtrunq̄, & quæ est præcipua fuit, quia ēt si tempore sacerdotis illius, qui erudiuit Samaritanos essent oēs libri sacri Iudæorum non traderet eis, nisi quinque libros Moyfi. Et est ratio, sc̄ quia ad hoc ille datus est. Causa. n. huius instructionis fuit, quia translatis Iraelitis de terra sua, s. de vrbibus Samarie transtulit rex Assyriorum gentiles de diuersis regionibus ad populandum regionē illam, qui tenebant ritus suos gentiles, & non colebāt Deum Israël, pp̄ quod Deus misit leones p̄ eos, & lacerabant illos, & intellexerunt gentes ob hanc causam euenire. Vñ dñs 4. Reg. 17. q̄ ita nūciauerunt regi Assyriorum, t. Gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samarie, ignorant legitima Dei terrę, & immisisti in eos dñs leones, & interficiunt eos, eo q̄ ignorent ritum Dei terrę. Et sequitur: Præcepit rex Assyriorum dicens: Ducite illuc vnum de sacerdotibus, quos in de captiuos duxistis, vt vadat, & habitet cū eis, & doceat eos, quō colāt dñm, & ita non debebat docere eos, nisi ritum colendi, sed ceremonie totius diuini cultus continentur in libris Moyfi, iō sacerdos ille non reliquit eis, nisi quinque libros Moyfi, & ita ēt si oēs alij libri sacri tunc essent, nō dedisset eis sacerdotes, nisi libros Moyfi, & tñ illi nō receperunt postea alios pp̄ causas supra positas, iō nō hñt Samaritani, nisi libros quinque Moyfi. De Sadduceis autē longe aliter est, quia non erant diuersi, neque separati a Iudæis, sed ipsi Iudæi erant, & semper fuerunt Iudæi, & inter Iudæos conuersati. Et ideo nō videbatur aliqua causa, quare non reciperent eisdem libros, quos alij Iudæi recipiebant.

Sed dicendum, q̄ ideo non recipiebant Sadducei, nisi libros Moyfi, quia ita erat apud Iudæos de libris sacris, sicut de resurrectione. Nam quia resurrectio nō tenebatur ab eis, vt certus articulus licebat eis opinari circa illam, & quidam dicebant futuram resurrectionem, alij vero illam negabant, & vtrique quieti manebant inter Iudæos, ita & circa libros. Non enim erat librorum numerus determinatus, quos sub necessitate in auctoritatem teneri oporteret, & ideo licebat tenere quosdam non tenendo alios, & non reputabatur apud Iudæos blasphemiam, neque hæresis.

De libris Moyfi secus erat, quia ibi continebatur tota lex, quam obseruare debebant, & non obseruando illam non erant veri Iudæi, ideo omnes tenebantur ad illam, & putabant se teneri.

Canon librorū veteris testam. quomodo institutus est.

Canon tamē sacrorum librorum, ita institutus est, scilicet q̄ ab antiquo fuerūt in sacris locis seruati quidam libri a prophetis conscripti, quorum auctoritas erat irrefragabilis, & omnes illi constituerunt vnum canonem. Omnes enim libri sacre Scripture prophetice scripti sunt, scilicet Spiritu Sancto dictante 2. Pe. 1. c. prophete autem mentiri non possunt scribēdo, quia Spiritus Sanctus per eos loquebat, & iō sequit, q̄ quidquid prophete scripserint necesse est esse verū. Ad hoc autē, q̄ sciretur vere an pphete scripserint, vel quisquā de sensu suo aliquid addiderit, oportebat sic libros custodiri ab origine, vt certum esset, q̄ nemo eis aliquid addidisset, aut subtraxisset, & ita seruati fuerunt aliqui libri in templo in locis reconditis, per quos veritas aliorum poterat probari, vel corruptio, & illi, vt authentici ab omnibus Iudæis doctissimis accepti sunt. Hunc modum faciendi canonē habuerunt Iudæi ex eo, q̄ mandauit Deus Deuter. 3. 1. c. 1. q̄ scriberetur Deuteronomium legis, & poneretur in latere arcæ, & custodiretur cum arca in terra sancta Sacerdotum, & quolibet septennio, sin anno remissionis congregato toto populo legeretur corā eis ille liber, qui de latere arcę tolleretur, & hoc, vt non posset illi quisquā vitare addendo, vel subtrahendo, sed manere, sicut a principio fuerat. Sic ēt patet Deuter. 17. vbi Deus iussit, q̄ cum rex sederet in folio regni statim faceret sibi describi Deuteronomiū legis cuius exemplar acciperet a Leuitis, scilicet ne acciperet ab alijs, apud quos esset vitiatas libere, & hoc, quia Leuitæ habebant librum Deuteronomij, qui erat in latere arcę. Illi ergo libri, qui apud Iudæos in sacratio templi seruati fuerūt a principio, quorum veritas certa erat, assumpti sunt in canonem, vt regulariter haberent, & approbarent ab eis, quia canon regulam significat. Quod autem generaliter, & regulariter habetur, canonicum vocatur.

Horū autem librorum viginti, & duo soli apud Iudæos inuēti sunt, iō viginti, & duo faciūt apud eos canonē sacrarū scripturarū, quem canonem describit Hierony. in prologo Galeato, qui incipit viginti, & duas literas, & est super libris Regum distinguens illos in legem, & prophetales, & agiographa, quinque legales, octo prophetales, nonum agiographos, quorum omnium nomina ibi ponuntur, & dicuntur isti esse in canone, vt quidquid extra hos inuenerimus sciamus inter apocrypha cōputari, vt ibi dicit Hiero. Alij ponunt esse viginti, & quatuor libros canonis. s. addentes Ruth, & Cantica canticorū, quos per se cōputant, sed quocunq̄ cōputarentur illi soli notari p̄tinebant ad canonē scripturarū inter Iudæos, & illos eisdem libros vocant nunc canonē suū. Ecclesia autē hos eisdem in canone recepit, sed ultra hos alios habet. s. libros duos Machabæorū, & Tobie, & Iudith, de quibus an sint in canone, vel in qua auctoritate eos Ecclesia teneat, ponit Hiero. in prologo Galeato prædicto, & nos in expositione eius posuimus. Hunc canonem, ita nunc firmiter tenemus, q̄ si quis assereret aliquid contra aliquē illorū librorū, vel nollet eū recipere in auctoritate, deteriorē eū hgeretico putaremus. Sic dicit Augu. in epistola ad Hiero. & in Decretis distin. 9. cap. ego solus, ego solus illis scriptoribus, qui iam canonici nominantur, didici hunc timorem, honoremque referre, vt nullum eorum scribendo errare audeam credere, aut si aliquid in eis inuenero, quod ut deatur contrarium veritati, nihil aliud estimum, quam vel mendosum esse codicem, vel non esse affectum

assēcutum interpretem, quod dictum est, vel minime intellexisse non ambigam. Dicere autem, quod aliquis de scriptoribus istorum librorū mentitus fuerit scribendo aliquid nefas est, vt ait Hieronym. super Naum, & 23. q. 5. c. quid ergo, sed potius teneretur qui liber pro veritate horum librorum defendenda pugnare vsque ad effusionem sanguinis. 25. q. 1. sunt quidam. Canon autem iste non erat determinatus tempore Christi, & ideo Sadduceis licebat recipere solos quinque libros Moyfis, non curando de alijs, sed nūc quia determinatus est, etiam inter eos nefas putaretur si quis aliquem illorum, 22. librorum canonis recipere nollet, & tamen licet non tenebatur canon sub tanta auctoritate inter Iudæos tempore Christi, q̄ erant isti Sadducei, sicut nunc inter nos, & inter illos, tamē libri illi, qui nunc in canone sunt, certi erant, & repositi in locis sacris, & semper sic custoditi, vt de illorū fide minime, nec tunc, neque nunc dubitare possim. Sic dicit Aug. 1. 5. de ciui. Dei, & tamen quia tunc nō erat ista distinctio canonis, ita vulgata, neque approbata apud omnes, sicut nunc, licebat quibusdam Iudæis non recipere quos vellent præter libros Moyfi, q̄ semper fuerunt necessarii, ideo Sadducei, licet non reciperent nisi libros Moyfi, permittebantur quieti vivere inter Iudæos.

An Sadducei quæsierint de resurrectione animo tentandi Christum, vel addiscendi, & in quo differant tentatio Pharisæica, & Sadduceæ. Quæst. CXXXVIII.

Vide sup. de hoc q. 124.

Quæretur an Sadducei quæsierunt a Christo de resurrectione animo tentandi Christum, vel addiscendi.

Aliqui dicunt, quod hoc fecerunt animo addiscendi. Et patet primo, quia erat inter Pharisæos, & ipsos ista contentio de resurrectione. Act. 23. & quia Christus præcipuus in sapientia habebatur, & in opinione omnium quæsierunt ab illo de veritate huius rei. Secundo, quia si inquirerent animo tentandi, & non addiscendi non responderet eis Christus, & tamen respondit directē ad dubium, ideo videtur, q̄ quæsierint, vt docerentur. Tertio, quia si tentatores essent, & non intendentes addiscere, diceret eis Christus hoc, sicut dixit Pharisæis supra in litera. s. quid mentatis hypocritæ? sed istis nihil dixit, ergo non erant tentatores, sed intendebant addiscere.

Sed dicendum, q̄ vere tentatores erant, & non intendebant addiscere. Primo patet, quia si intenderent doceri procederent per quæstionem modo doctrinali quærendo a Christo, & tamen processerunt modo argumentatiuo, non. n. interrogauerunt an esset resurrectio, sed probare nitebantur, q̄ non esset possibilis, ergo tentabant.

Secundo patet, q̄ si quærerent, sicut discipuli neutram partem assererent cum quæstio sit dubitabilis propositio, qui autem nihil asserit non potest errare cum error sit in asserendo falsum pro vero, vel in negando verum, tanquam falsum, & tamen Christus dixit Sadduceis: Erratis nescientes scripturas, ergo aliquid asserbant ad cuius probationem argumentum inducebant.

Tertio patet, quia dicitur infra in litera. Pharisæi autem audientes, q̄ silentium imposuissent Sadduceis, conueniunt in vnum, & tamen silentium non ponitur interroganti, sed argenti, qui cōtendit aliquid esse verum, quod defendere vult, ergo Sadducei non interrogabant, vt addiscerent, sed locuti sunt terātes.

Quarto patet, quia Luca. 20. vbi ponitur ista interrogatio Sadduceorum, dicitur in fine. Et non aude-

bant eum amplius interrogare, & tamen si quæsiuissent modo doctrinali ad addiscendum, quanto melius eis responderet, tanto magis audent interrogare, quasi contra facta quadam familiaritate ex doctrina, ergo non quæsierunt doctrinaliter, sed tentatorie, & ad ostentationem.

Quinto, quia doctores sacri, vt Hiero. Orige. Chryostomus, & Theophilus tenent, q̄ dolose istam quæstionem proposuerunt Sadducei.

Sed dicendum, q̄ isti tentabant Christum non eo modo, quo Pharisæi. tentare quidem dicitur omnes illi, qui interrogant non ad finem, ad quem est interrogatio. Est autem interrogatio secundum se ad sciendum, qui autem interrogat non, vt sciat, sed propter quodcunq̄ alterum tentare dicitur, sed qui interrogat interdum vult ex responsione alterius inferre, aliquid malum contra respondentem, & ista est pessima interrogatio tentatoria. Aliquando tentat interrogans, vt experiatur scientiam respondentis. Aliquā interrogat tentans, vt ostentationem quandam sui faciat conuincendo respondentem, vel cogere eum ad confitendum ignorantiam suam. Prima tentatio est, quam fecerunt Pharisæi supra in litera quærendo de tributo soluendo Cæsari, quia intendebant, q̄ Christi responderet non esse dandum tributum, & ita eū traderent in manus præsidis ad mortem. Luc. 20. c. & taliter non tentabant nunc Sadducei, quia non intendebant, q̄ aliquid malum sequeretur Christo ex responsione.

Secundus modus tentationis interrogādo est, quē magistri tenent quærendo aliquid a discipulis, & istū ēt modū non tenuerunt Sadducei, quia hoc mō non interrogat, nisi qui putat se sapientiore altero, quia aliās interrogatio sua cederet sibi ad ignominiam.

Tertius modus est quem multi obseruant, vt glorientur, & istum modum tenuerunt nunc Sadducei, voluerunt enim nunc ostentationem quandam sui facere faciendo interrogationem Christo, quam soluere non posset, & ipsi gloriosi appaerent superādo eum, quem ante hoc nemo superauerat. & decepti sunt in hoc valde Sadducei putantes se habere argumentum insolubile contra Christum, quasi aliquid scirent, cum nihil scirent, & ideo facile fuit Christo eos conuincere. Sic dicit Chryost. Hęc autem interrogatio fuit cum presumptione ignara, quæ precedentibus facilior est, hominem enim putantem se aliquid scire, cum nesciat, vito scienti facile est conuincere.

Ad primum dicendum, quod licet aliquod motuum esse poterat ad hoc, quod Sadducei quærerent, vt addiscerent, tamen non quæsierunt sic. Nam ipsi pro firmo tenebant, quod non erat resurrectio futura, ideo non quæsierunt, quasi de re incerta, sed potius induxerunt argumentum, quod putabant esse insolubile ad confirmandum positionem suam.

Ad secundum dicendum, q̄ tentabant Christum Sadducei accipiendo tentationem tertio modo, & tamen respondit eis Christus propter aliquas causas, quæ dicuntur infra.

Ad tertium dicendum, q̄ vere tentatores erant, & tamen Christus non dixit eis, & hoc, quia Christus dixit Pharisæis, quod erāt tentatores, & hypocrite, quia hoc ignorabatur, & fuit conueniens, quod ipse illud aperiret, & ideo dixit eis, quid me tentatis hypocritæ? recte enim hypocritas eos vocauit, quia hypocrita aliud foris videtur, & aliud intus est, & sic Pharisæi quærentes ibi foris se istos simulabant Luc. 20. c. & intus quærebant Christum tradere morti. eod. c. nunc autē Sadducei foris ostendebant malum suum. Ostentationem, quia cum quærerent a Christo arguentes contra

contra id, quod ille assererat manifestum erat, quod ostentationem volebant, & ita hypocritas non erant, sed presumptuos, ideo non vocavit eos hypocritas tentatores, sicut Phariseos.

Aliter potest dici, quod etiam Christus dixit Sadduceis malum suum, sicut & Phariseis, sed quia non erat idem malum Pharisæorum, & Sadduceorum tentantium Christum, non eodem modo locutus est utriusque, dixit enim Phariseis, quod erant hypocrite, quia iniquitatem absconditam gerebant, Sadducei vero nullam iniquitatem abscondebant, sed cum insipientes essent se sapientes arbitrabantur, & hoc ipsum Christus eis aperuit, dicens: Erratis nescientes scripturas, & ita Sadducei non quaesierunt animo addiscendi scripturas.

Quare potius Sadducei quaesierunt de resurrectione, quam de aliquo alio. Quæst. CXXXIX.

QUÆRETUR quare potius interrogauerunt circa resurrectionem Sadducei, quam circa aliquid aliud. Dicendum, quod primo fuit, quia ipsi volebant habere gloriam, quandam contra Christum superando eum, ipse autem dixerat, quod resurrectio mortuorum erat, & hoc saepe assererat, & circa hoc se putabant habere firmius argumentum, quam circa aliquam materiam, ergo potius voluerunt in hoc arguere, quasi in hoc facilius Christum superarent.

Secundo fuit, quia Sadducei tenebant specialiter istam opinionem contra Phariseos, & ceteros, Christus autem contra eam solebat asserere, ideo ut eam defenderent, voluerunt circa hoc arguere potius quam circa aliud, quia forte nullum aliud erat, in quo Christus repugnaret specialiter Sadduceis, nisi in hoc.

Tertio fuit, ut haberent honorem contra Phariseos, Nam inter Sadduceos, & Phariseos erat contentio illa de resurrectione, & saepe fiebat seditio super hoc, ut patet Act. 23. & neutra pars manebat simpliciter victa, ita ut se superaram faceretur. Voluerunt ergo contra Christum super hoc arguere, ut si eum in hoc superarent, sicut ipsi credebant, qui erat sapientior ceteris, & talis putabatur, haberentur ut totaliter superari Pharisæi.

Quarto, quia forte putauerunt, quod Christus vellet approbare nunc sententiam Sadduceorum. Nam ante hoc Pharisei quaesierunt a Christo de tributo tentantes eum animo tradendi ad mortem, super quo putabant fortassis Sadducei Christum indignatione nimia commotum contra Phariseos velle contra illos asserere, & ita quaesierunt de contentione, quæ erat inter eos, & Phariseos, scilicet de resurrectione, & induxerunt pro se argumentum, ut facilius Christus approbaret sententiam eorum, quasi scripturæ auctoritas ad hoc cogere, sed præcedentes causæ verisimiliores sunt.

Quare Sadducei potius quaesierunt de resurrectione, quam de angelo, vel spiritu. Quæst. CXL.

QUÆRETUR cum etiam opinio Sadduceorum esset contra Phariseos, & contra sacram scripturam non solum negando resurrectionem, sed etiam negando Angelos & spiritus, quare non etiam quaesierunt de illis, vel quare potius de resurrectione, quam de aliquo istorum.

Dicendum, quod non quaesierunt de omnibus, vel de duobus, quia essent duæ, vel tres quaestiones. Non est autem modus conveniens, quod de multis simul quaeratur, sed de vno solo, & responso ad illud quaeratur de

aliis, & sic de vno istorum casu quaerere debebant. Cum autem quaeritur quare potius de resurrectione, quam de angelis, vel spiritibus quaesierunt.

Dicendum, quod fuit primo, quia Christus magis loquebatur de resurrectione, quam de angelis, vel spiritibus. Nam resurrectionem saepe prædicabat cum prædicatio Christi esset, quia appropinquabat regnum celorum supra 4. & hoc etiam iubebat Apostolis prædicare supra 10. c. sed regnum celorum est post resurrectionem, ideo saepe de resurrectione loquebatur. De angelis autem forte raro loquebatur. Nam non habetur usque nunc, quod populo dixerit aliud de angelis. Discipulis autem sic supra 16. c. filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & supra 18. c. angeli eorum semper vident faciem patris mei. populo autem non legitur de angelis prædicasse. de spiritibus autem non legitur prædicasse, nisi in quantum miracula faciens eis ciebat spiritus immundos, ideo de spiritibus, aut de angelis non quaesierunt, sed de resurrectione.

Secundo fuit, quia dato, quod Christus equaliter loqueretur de vno, & de alio: tamen potius debuerunt quaerere de resurrectione, quam de angelis, & spiritibus, quia maior contentio erat super illa. Homines enim magis curant de eo, quod ad eos magis attinet, & tamen esse resurrectionem, vel non esse maxime pertinet ad hominem, cum in hoc consistat totum bonum, in quod tendimus. esse autem angelos, vel non parum aut saltem minus ad nos attinet, ideo minus de hoc quaerendum erat.

Tertio, & precipue fuit hoc, quia quaesierunt Sadducei ad ostentationem suam. scilicet se sapientes ostenderent conuincendo Christum, sicut ipsi confidebant se posse facere, & hoc erat concludendo se esse auctoritatem, quam induxerunt, sed ad probandum non esse angelos, & spiritus non putabant se habere aliquam convenientem probationem, ideo non quaesierunt de illis, sed de resurrectione sola.

Quarto, quia declarata ista quaestione videntur aliquid quodammodo declarata, & tunc declarata aliqua aliarum non est ista declarata. Patet, quia resurrectio propter hoc principaliter negatur, quia non putantur manere anime solute a corporibus. Si autem resurrectio est, necesse est manere animam corpore solutam, quæ debeat corpori reuniri, & tunc patet solutio ad quaestionem de spiritibus, quia si resurrectio est, spiritus sunt scilicet illi, qui corporibus reuniantur, & interim manent a corporibus soluti, & sunt substantiæ pure spirituales. i. quæ non habent materiam, tanquam partem sui. Ex hoc etiam soluitur quaestio de angelis. Nam propter hoc negant Sadducei angelos esse, quia angeli sunt spiritus puri, & putant ipsi, quod non potest esse aliqua substantia pure spiritualis, sed omnem substantiam dicunt corporalem, & tunc si resurrectio est, anima separata est, & spiritus est, & substantia incorporea est, ergo angelus esse potest. nulla difficultas restat ad hoc, quod sit, & tamen si concedatur angelum esse, non sequitur inde, quod sit resurrectio. Etiam licet spiritus sit, anima separata non sequitur esse resurrectionem, quia multi ponunt animas separatas manere incorruptibiles, qui tamen resurrectionem negant, sicut aliqui philosophorum, & ideo convenientius fuit de hac quaestione quaeri, quam de alijs, i. de angelis, & spiritibus.

Quid sit suscitatio seminis. Quæst. CXXI.

QUÆRETUR cum isti Sadducei quaesierint a Christo de seminis suscitacione introduciendo istud hic ut argumentum, quid sit suscitatio seminis. Dicendum, quod suscitatio seminis vocatur, quod aliquis homo

homo habens uxorem moriebatur sine filiis, quia nunquam illos habuit, vel quia non erant superstites, & manebat uxor, & aliquis de propinquis defuncti, siue frater eius, siue alius cognatus accipiebat eam in uxorem, & ex illa gignebat aliquos filios, quorum primogenitus vocaretur nomine defuncti, & reputaretur filius eius, & succederet defuncto in bonis, velut filius eius legitimus, & vocaretur de progenie eius, & non de progenie gignentis, quasi non attineret ad eum, sed solum ad defunctum: dicitur ergo suscitare semen alicui, gignere filios pro illo, quia filij dicuntur semen, eo quod de semine sunt. Qui autem filios pro altero gignit, semen illi suscitatur. Et dicitur ab hac proprietate, quasi presupponatur, quod uxor defuncti susceperat semen a defuncto dum viveret, ex quo conceptus fuerit, moritur, ut dicit Apostolus. 1. Corin. 15. & non surgeret inde seges aliqua, nisi vir tute solis calefieret, & animaretur, ita censebatur facere iste vir secundus, licet in veritate non possent manere semina ex priori viro, quæ animarentur per sequentia, cum non sint viri semina formabilia, sed formativa, & organativa, sed talis est modus cogitandi eorum, qui vulgariter aduertunt, & tamen sol faciendo ea, quæ dicta sunt dicitur suscitare omnia semina terræ, quia sine eius vigore non surgerent, ideo dicebatur iste vir secundus suscitare semen viri defuncti præcedentis.

Ad quid proderat suscitatio seminis. Quæst. CXXII.

QUÆRETUR ad quid proderat suscitatio seminis. Dicendum, quod proderat ad habendum heredem, & conservandum posteritatem, & nomen, si nemo moreretur sine filiis non habebat legitimos heredes, & denoueretur ad propinquos, qui non censentur esse heredes eius, sed patrum suorum, quibus directe succedebant, & ideo cum isti essent heredes extranei, dicebatur iste non habere heredem. Secundo fiebat ad seruandum nomen defuncti, nam cum quis moritur relictis filiis in illis seruatur nomen patris etiam si alio nomine vocentur, cum pater in illis videatur manere, eo quod eadem persona censetur filij cum patre, cui succedit. Si autem non maneat filij non est, in quo maneat nomen patris. Nunc vero cum suscitatur semen defuncto, censetur filius eius esse, quod nascitur, ideo nomen suum manet in eo secundum opinionem, ac si vere esset filius eius. Tertio, quia seruatur hoc modo distinctio progenierum, & linearum. Nam per quemlibet derivatur vna linea, cum autem aliquis sine filiis moritur, erumpitur illa successio, & cessat linea. Si autem fiat suscitatio seminis, manet linea, quia ille, qui nascitur ex tali suscitacione subrogatur defuncto, ut filius, & per eum continuatur linea illa, & ita censetur manere illa progenies, quæ semel cepta fuit.

Quare lex de suscitacione seminis data fuit Iudeis, & an alia gentes illam habebant. Quæst. CXXIII.

QUÆRETUR quare lex de suscitacione seminis data fuit Iudeis, & an aliqua alie gentes habebant illam. Aliqui dicunt, quod non habebant illam aliquæ alie gentes, quia Deus nimis cauebat, ut Iudei non imitarentur Gentiles in conuersatione, ut patet Deuter. 12. c. f. cum disper-

diderit Deus gentes, ad quas ingrederis possidendas, atque habitaueris in terra earum, caue ne imiteris eas, postquam fuerint reintroeunte subuersæ, & requiras ceremonias earum, & tamen, si Deus daret Iudeis aliquam legem, quæ esset inter Gentiles per hoc magis induceret Iudeos ad tenendum conuersationem Gentilium, ergo non daret eis aliquam legem, quæ esset apud Gentiles.

Dicendum, quod suscitacionis lex erat apud Gentiles antequam eam Deus daret Iudeis, immo dicendum, quod ista fuit causa præcipua, vel quasi, quare dedit eam Iudeis, quia erat apud Gentiles, & ita de multis alijs legibus est intelligendum, quod ideo dante fuerunt Iudeis, quia apud Gentiles erant, & hoc est de legibus illis, quæ male erant, sicut de libello repudij, & vrsuris & occisione inculpatis, vel casualis homicidii cum capiebatur ante urbem refugij. Nam dare libellum repudij malum erat, & dare ad vrsuras etiam extraneis, & occidere casuale homicidam, & tamen ista pro lege tenebantur apud gentes regionis Chanaan, quia Deus dedit legem Iudeis, & antequam daret, & ita ipsi videntes tunc legibus Gentilium, quia nondum legem a Deo acceperant, vtebantur his legibus. Si autem Deus nollet eis concedere istas leges, quando dedit legem, sed vteret vrsuras, & libellum repudij, & vindictam de casuali homicida, cum essent Iudei afflicti ad hæc non possent ad bonum redire, ut cauerent istas imperfectiones assuetas Ierem. 13. c. Si potest Aethiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et ob hoc non potentes tolerare hanc difficultatem recederent a tota lege Dei.

Secunda, quia istæ leges erant, quasi quædam privilegia respectu vtriusque, cum concedant homini facere aliquid ad nutum, & si viderent Iudei, quod gentes, quæ in circuitu erant talibus legibus vtebantur, quas ipsi non habebant, putarent se inferiores, & clamarent quousque, vel concederentur eis, vel totaliter decederent a legislatione, sic apparet. 1. Reg. 8. ca. vbi cum populus peteret regem a Samuele, ille ex parte Dei dissuasit eis petere ostendens difficultates, & onera, quæ sustinerent existente rege, & auditis his adhuc non assenserunt Deo, neque Samuelli, sed dixerunt. Nequaquam, sed Deus erit super nos, erimus quousque nos, sicut omnes gentes, & indicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et ita volebant esse minores alijs gentibus, sed putauerunt se minores, quia non habebant regem, sicut & alia gentes, & non potuerunt quiescere quousque illum habuerunt, ergo si viderent, quod gentes vicine haberent aliquas leges libertatis, quas ipsi non haberent clamarent. Deus ergo dedit eis legem de libello repudij, & vrsuris, & vindicta, quia inter gentes hæc erant. De libello patet in legibus humanis agitur, De repudij, ut in libro Digestorum, & Codicis, & ita fuit apud multas gentes. Etiam, quia libellus repudij, & pluralitas vxorum pertinebant ad idem, & tamen tempore Iudeorum, & prius erat inter Gentiles pluralitas vxorum, ut patet de Iacob Genesi. 29. & 31. & orauit Socrer suus Laban, eodem capi. quod super filias suas non introduceret Iacob alias vxores, si de iure tamen & consuetudine esset penitus interdicta si multa vxorum pluralitas non peteret hoc Laban sibi concedi a Iacob, quasi in donum. De vrsuris etiam apparet, quod apud Gentiles erant permixte. Nam etiam leges humane, quæ fuerunt ante legem Christi concesserunt vrsuras. De suscitacione seminis eodem modo dicendum, quod fuit apud gentes. Et patet, quia tempore Iacob, & filiorum suorum, & nepotum seruabatur ista lex inter gentes, ut patet Gen. 38. c. vbi Iudas acce-

accepti vxorem de Chanaanais, ex qua genuit tres filios. f. Her, Onam, Sela. Et primo dedit in vxore Thamar, quæ erat gentilis, & cum mortuus esset ille sine filiis, iussit secundo filio suo. i. Onam accipere vxore eius Thamar, vt suscitaret semen fratri suo. Et ob hoc dicitur. eo. c. q. ille sciens non nasci sibi filios, sed fratri defuncto semen fundebat in terra. vnde & iste semine mortuus est, & dixit Iudas Thamar, q. maneret vidua quousque crederet Sela tertius filius, & daret eam illi vxorem, & illa hoc petebat, & Iudas dicit se peccasse, quia non dedit ei in virum suum filium Sela, ergo tunc seruabatur suscitatio seminis ad vnguem, & cum eodem rigore, cum quo apud Iudæos, & ideo data fuit in legem, quia apud gentiles hoc seruabatur, & licet aliqua istarum legum male essent, sicut lex de vstris, & lex de repudio, & de vindicta casualis homicidæ, tamen vt Iudæi nouerant, non tantam legem Dei permisit eis legibus istis, non tantam bonas statuens, sed vt malas permitteret propter eorum imperfectionem, sic Christus dixit, q. ad duritiam cordis Iudæi libellus repudij datus est supra 19. c. & idem de vstris.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quod Deus volebat distrahere Iudæos a consuetudinibus Gentilium quantum ad illa, quæ mala erant. Nam bona, quæ gentiles faciebant per legem naturalem, vt dicitur ad Roma. 2. c. gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, q. legis sunt faciunt. Non vetabat Deus facere Iudæos, immo incitabat ad illa faciendâ, & dabat de hoc legem, sicut apparet de decalogo, qui continet præcepta iuris naturalis, & quæcunque alia pertinentia ad ius posituum, sed quia multa mala gentiles in consuetudinem deduxerant, quorum plurima lege approbata erant, illa Deus volebat extirpare de Iudæis, sed quia Iudæi erant viri imperfecti, & ideo non poterant sustinere legem simpliciter bonâ, oportuit, q. permitteret Iudæis quædam mala de illis, quæ gentiles faciebant, quæ etiam lege approbaretur, aut saltem inculcata esse ostenderet. Sed mala gentiliun erant duplicia, quædam circa Deum, & aliando in cognitione eius, & in cultu ei dando. Alia erant mala contra proximos, vel contra rationem ipsam. Prima mala nullatenus concessit Deus, quia per hoc omnino recedebatur ab eo, & nullum bonum manere poterat, ideo colere alium Deum præter se, & quæcunque ceremonias idolorum multum districte veruit, & penas graues apposuit contra facientes. Secunda autem mala aliquantulum permisit quantum ad illa, quæ minora erant vt libellum repudij, qui contra rationem matrimonij est, & contra naturalem intentionem, & pluralitatem vxorum, & vstras, quæ etiam contra charitatem, & in damnum proximi sunt, & contra naturalem rationem, & vindictam de homicidio casuali, quæ est tam contra charitatem, quam contra iustitiâ, & hæc per legem aliquo modo licita esse ostendit veteribus, vel vt ab eo permiffa. Et patet, q. de hoc intelligatur, quia Deuteron. 12. c. cum dicitur, caue ne imiteris eas, postquam fuerint reintroeunte subuersæ. Sequitur. Et requitas carum onias earum, & dicas, sicut coluerunt gentes istæ Deos suos, ita ego colam, non facies similitudinem Domino Deo tuo, & datur causa, omnes enim abominationes, quas odit dominus? Deus tuus fecerunt dijs suis offerentes filios, & filias, & comburentes igni, & ita solum auertit Iudæos a conuersatione Gentilium quantum ad ea, quæ pertinent ad cultum diuinum. Non erat sic de suscitatio seminis, & libellus repudij, & vstris, ideo ista permisit Deus Iudæis propter hoc præcipue, quia apud gentiles in legem habebantur, & maxime suscitatio seminis, quæ multo tempore ante dationem legis Moyfi populo

Mala gentiliun erat duplicia.

Iudæorum fuit. quando Iacob cum filiis suis erat in terra Chanaan, & post hoc descendit Iacob in Aegyptum cum tota domo sua, & mansit ibi cognatio Hebræorum plusquam 200. annis. f. 215. vt declaratum est Genesi. 15. & Exod. 1. & 2. c. & post hoc in primo anno, quo exierunt Israelitæ de Aegypto data est eis lex in monte Sinai, & ibi fuit dictum de suscitatio seminis. Et sic suscitatio seminis, plusquam 300. annis habebatur apud Gentiles, antequam daretur Iudæis in legem.

Quare Deus voluit, quod Iudæi haberent legem de suscitatio seminis, & quare ipsi illam volebant. Quæst. CXLIIII.

Quare Deus voluit, q. Iudæi haberent istam legem de suscitatio seminis, & quare ipsi illam volebant.

Dicendum, quod primo fuit, quia gentiles utebantur hac lege, quæ erat, quasi quoddam priuilegium, & Iudæi putarent se minores alijs gentilibus si non vterentur ea, ideo volebant illam habere, vt dictum est præced. q.

Secundo fuit, quia per suscitatio seminis putabant se Iudæi quodammodo felices, qui enim moriebatur sine filiis, putabatur apud antiquos esse infelix, eo quod tota eorum felicitas putabatur esse habere multos filios. Vnde quando cognati Rebecce imprecari sunt ei prospera recedenti, nihil habuerunt, q. magis peterent, quam multitudinem filiorum, scilicet. Soror nostra es crescas in millia, Genesi. 24. capi. Et ob hoc mulieres habentes multos filios putabant se felices, sicut dixit Lia, quando natus est Aser, quem filium reputauit, cum esset filius ancilla sua. f. Hoc p. benedictione mea, beatam quippe me dicent mulieres, scilicet quia tot filios habeo. Genesi. trigesimo. in tantum autem erat ista opinio inter antiquos, quod qui moriebatur relicto filijs, putabatur viuere: Ecclesiastici 30. mortuus est pater eius, & non est mortuus, reliquit enim filium similem sibi. è contrario q. non relinquebat filios, putabatur simpliciter mortuus: erat enim magnum opprobrium inter Iudæos mulierem sterilem esse, & virum sine filiis, & ideo potius volebant mulieres mori, quam sine filiis viuere; sicut dixit Rachel viro suo Iacob. Da mihi liberos alioquin moriar, id est fac, quod concipiam, quod si non feceris, volo mori, & quia contingebat aliquos mori sine liberis susceptis vxoribus, & manentibus, dabatur pro illis suscitatio seminis, vt ita non viderentur mortui sine filiis.

Felicitas Iudæorum in filiis.

Tertio fuit, quia Israelitæ valde cupiebant memoriam post se relinquere, & quod haberent posteritatem, per quam nomen eorum extenderetur putantes se per suam posteritatem viuere, & ideo credebant maximum infortunium esse, si quis careret posteritate. Sic patet ex verbis Saulis de Dauid, cum ipse cognouit, quod Dauid regnaturus esset, credidit quod occideret omnes de domo ipsius, id dixit ei. Nunc scio, quod certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel, iura in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. 1. Regum 24. c. & ita putauit Saul maximum malum esse deleri nomen suum de domo patris sui, id est de cognatione. Et hoc erat non manentibus aliquibus de eius progenie. Si enim aliud maius malum esse putasset, quod posset sibi inferri per Dauid pro illo non inferendo potius orasset, & inorauit pro isto, ergo istud credebatur summum malum, & infortunium, & quia multi erant quorum nomina non poterant manere per filios eorum, cum nullis relique-

querent succurrerit eis lex, vt aliunde possent filios habere, qui nominarentur nomine defuncti, & succederent ei in hereditate, & nominarentur posteritas illorum posteritas defuncti. Hoc autem fiebat per suscitatio seminis, ideo illa fuit conueniens ad intentionem Iudæorum.

Quomodo conueniebat ista suscitatio seminis ad intentionem Iudæorum, cum illi, qui nascebantur non essent filij ipsorum. Quæst. CXLV.

Sequitur quomodo conueniebat ista suscitatio seminis ad intentionem Iudæorum, nam ipsi desiderabatur per filios suos in posterum viuere, & permanere, & tamen ipsi, qui nascebantur per suscitatio seminis, non erant filij ipsorum, ideo non proderat eis.

Dicendum, q. quantum ad aliquid realiter proderat, quantum ad aliud vero ex opinione ipsorum. De primo patet, quia Iudæi volebant habere filios, vt seruaretur posteritas, & nomen eorum in ipsis, sed quantum ad hoc, ita fiebat per filios legales, qui erant alieni, sicut per naturales. Nam illi, qui habebantur ex suscitatio seminis, non debebant nominari ex nomine patris sui, neque de familia eius, sed ex nomine defuncti, & de familia eius, ita vt gignentes isto modo non viderentur habere filios, & mortui illos habeant. Et ista causa ponitur Gene. 38. quare Onam non cognoscebat Thamar, sed semen fundebat in terram, vt ibi dicitur, scilicet videns filios non sibi nasci, sed fratri, & ideo si defunctus vere reliquisset filios posteritas sua, & nomen conseruaretur in illis, ita in filijs suscitatis seruabatur posteritas sua, & nomen suum, quia vocabatur illa progenies defuncti, & non gignētis. Vnde potius manebat sine posteritate ille, qui filios gignebat suscitando semen alteri, quam ille, qui defunctus erat sine liberis, immo gignens auferbat sibi ipsi posteritatem, & nomen gignendo filios pro alio. Et ob hoc cognatus Booz noluit accipere Ruth in vxorem, quæ erat vxor defuncti, dedit enim cam, scilicet neque enim posteritatem domus mee delere debeo, id est nolo delere eam, quæ tamen deleretur, si vellem suscitare semen alteri, ideo quantum ad hoc habebant id, quod optabant.

Secundum erat quantum ad opinionem ipsorum, & istud erat, quia filios alienos, tanquam suos reputabant, & sic putabant se non esse sine filijs, si acciperent filios ex alijs, qui aliquo modo nominarentur eorum nominibus. Sic patet de Sara, quæ non habebat filios, & ideo dixit ad Abraham: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem, ingredere ad ancillam meam, si forte ex illa suscipiam liberos, & ita fecit Abraham, & sic putabat Sara, q. ipsa poterat habere filios ex ancilla sua, id est quod filij ancille sue essent aliquo modo filij eius. Et patet, quod ad illos afficeretur, tanquam ad filios, nam non toleraret aliter illud, quod est durum apud omnes feminas. Nam zelant viros suos, & dolent valde si alijs mulieribus committantur, & tamen Sara passa est hoc, immo ipsa petiuit a viro suo, vt hoc faceret, ergo valde afficiebatur ad filios gignendos ex ancilla, cum propter illos sustineret, quod vir suus committeretur alteri mulieri, quæ forte magis diligeret, quam eam. Sic etiam fuit de Rachel, & Lia, quæ viri suum orauerunt, vt accederet ad ancillas earum ad hoc, q. ex illis ipse susciperet filios, & quando nati sunt filij ex Bala ancilla Rachelis, ita Rachel letata est, quasi essent filij eius: Gene. 30. c. & idem fuit de Lia, quando nati sunt filij ex Zelpha ancilla eius eodem c. ita de viris erat, quod cupiebatur, quod filij nascerentur eis ex vxoribus eorum, etiam si ipsi non gignerent illos,

ideo erat multum conueniens lex de suscitatio seminis intentioni Iudæorum.

Quare Gentiles a principio habuerunt istam legem de suscitatio seminis, & alie gentes postea de ea non curauerunt. Quæst. CXLVI.

Quare gentiles a principio habuerunt istam legem, de suscitatio seminis, & alie gentes postea non curauerunt de ea.

De primo dicendum, q. eadem cause, scilicet duæ vltimæ, quæ mouebant Iudæos etiam mouebatur gentiles ad suscitatio seminis, cupiebant enim valde sui memoriam relinquere, & nomen suum non perire, quod putabant fieri relicto filijs, & si non suis saltem alienis, quos suos putaret. Etiam erat hoc ex quadam opinione communi, putabant enim mortuos non esse totaliter mortuos, si filios, aut posteritatem relinquerent, eos vero, qui sine posteritate moreretur, dicebant esse penitus mortuos, ideo ob desiderium istius immortalitatis volebant fieri suscitatio seminis. Et ista causa maxime mouebat Iudæos, consolabantur enim valde cum sciebant se relinquere posteritatem, & si non veram saltem legalem. Illi enim, qui per suscitatio seminis acquirerebatur mortuo, erant legales filij, scilicet quia lex dabat eos sibi in filios. Sic dicit Chry. quia enim immitigabile malum erat mors apud Iudæos, qui omnia pro presenti vita faciebant, in legem deduxit Moyses defuncti sine filijs vxorem fratri dari oportere, vt defuncto filius nasceretur ex patre, & non excideret nomen eius, quod erat quædam mortis mitigatio.

De secundo dicendum, quod licet primo tempore Gentiles hoc opinabantur bonum, ceteri posteriores non arbitrati sunt illud expedire, eo q. non erat tantum desiderium de conseruatione nominis, quod precipuum erat, quia licet desideraret conseruationem, tamen non afficiebant ad filios alienos, quasi eos suos estimarent, vnde magis zelabant vxores, vt etiam eis decedentibus vellent, quod vxores manerent in perpetua viduitate, quam q. aliorum frueretur amplexibus, ex quibus gignerentur filij ad ipsorum posteritatem nominandos, & ita generaliter cessauit lex de suscitatio seminis apud gentiles.

Quare apud Christianos non est seminis suscitatio. Quæst. CXLVII.

Quare apud Christianos non est suscitatio seminis.

Dicendum, q. non conuenit eis talis lex. Primo, quia suscitatio seminis repugnat aliquantulum fidei, & desiderio resurrectionis, nos autem tenere debemus firmiter spem resurrectionis mortuorum, & secundum hanc alliciemur ad omnia bona agenda, & ad toleranda quæcunque mala, vt dicit Apostolus 1. Corin. 15. & 1. ad Thessa. 4. c. postquam enarrauit apostolus de resurrectione mortuorum, ait: Itaque consolamini inuicem in verbis istis, scilicet in verbis de resurrectione futura, & ideo quidquid repugnat certitudini fidei resurrectionis a nobis valde euitandum est. Et ob hoc Apostolus 1. ad Thessa. 4. c. arguit valde eos, qui tristantur de morte propinquorum, quasi in hoc inuuant se non habere spem de resurrectione illorum. Dicit enim nolimus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut ceteri, qui spem non habent, scilicet de resurrectione. Repugnat autem aliquantulum huic spei suscitatio seminis, quia illa pronem ex desiderio semper viuendi hic. Nam qui relinquit filium putat se semper viuere quandiu ille manet, & vt semper

per censeatur viuere vult, q̄ suscitatur ei semen, quādo ipse non reliquit filium, velle autem semper hic viuere, & nō deleri de memoria repugnat nimis spei resurrectionis, quia qui tantum ad ista aspicuntur nō videntur habere spem de resurrectione, sed in nobis debet apparere valde desiderium, & spes resurrectionis, & futurę vite, quia non habemus hic ciuitatē permanentem, sed futuram inquirimus ad Hebrę. 13. c. ideo non debet esse magnum desiderium viuendi hic neque suscitatio seminis, quę prouenit ex inconsolabilitate morientium, & ex immenso viuendi desiderio.

Secunda causa est, quia seminis suscitatio repugnat honestati graduum consanguinitatis, & affinitatis, qui sunt in matrimonio vetiti in nouo testamento. Nam sicut inter consanguineos vsque ad quartum gradum in clusiuē seruatur prohibitio, ita & prohibitio in affinitate seruatur vsque ad quartum gradum primi generis affinitatis in clusiuē extra de consan. & affi. c. non debet, & tamen si fieret seminis suscitatio acciperet homo in vxorem affinem primo gradu, scilicet vxorem fratris, quia sicut frater, & frater, vel soror sunt in primo gradu consanguinitatis, ita sunt in primo gradu affinitatis homo, & vxor fratris sui. Infringi autem istos gradus est contra honestatem noui testamenti, ideo non debuit in eo esse seminis suscitatio. Tertia cā est, & efficacior, quia fieret expresse contra legem euangelicam. Nam vnitas vxoris est de nouo testamento, & indissolubilitas matrimonij, vt colligitur supra 19. c. q. 29. & extra de diuor. c. gaudeamus. Sed si fieret suscitatio seminis cōtingeret, quōd idē haberet duas vxores simul, vt si quis haberet vxorem, & moriente fratre eius deberet suscitare semen eius, oportebat, quōd acciperet vxorem illius in vxorem, & tamen non licet duas vxores habere in nouo testamento, ergo neque suscitare semen.

Quarta causa fuit, quia istud desiderium, & opinio iam cessauerat in hominibus tempore introductionis noui testamenti, iam vltra ea, quę Christus tradidit in lege sua, acceperunt Christiani de legibus fratribus, id quod eis bene visum est pro singulis nationibus, vel in generali de legibus gentiū, quę tunc erāt, & tamen apud gentiles non manebat eo tempore suscitatio seminis, ergo multominus esse deberet apud Christianos, qui minus curiosi esse debent de rebus huius seculi. Patet antecedens, nā optimę leges Gentilium erāt leges Romanorum, immo illis regebatur orbis tpe Christi. In illis autem inuentę fuerunt tunc aliquę de legibus veteribus Gentilium, & Iudeorum, scilicet de viuris dandis, & de libello repudij, de pluralitate tamen vxorum, & de suscitatioe seminis nulla lex apud Romanos erat, quod pater ex libris digefflorum, & codicis, in quibus omnia iura Romanorū continebantur, ergo multo a fortiori, neque vxorum pluralitas, neque seminis suscitatio debuit esse apud Christianos.

An cuiilibet morienti sine semine debebat suscitari semen, presertim si in parua etate moriebatur. Quęst. CXLIII.

QVÆRETUR nunc circa eos, quibus semē suscitandum erat, id est pro quibus, nā non est suscitandum pro quolibet, in quo primum supponendum est, quōd non suscitabatur, nisi morienti sine filijs, quia qui filios reliquit semen habet, ideo non potest ei semen suscitari. Sed dubium est, an cuiilibet morienti sine semine deberet suscitari semen. De quo sunt multa dubia, & questiones, in quo est prima conclusio, quōd non est suscitā-

dum illi, qui in parua etate moriebatur, in qua neque poterat gignere, neque filios habere.

Causa prima huius est, quia suscitatio seminis erat, quasi quędam viuificatio seminis, quod defunctus putabatur posuisse, & non poterat illud virtute defuncti viuere, & viuificabatur agente viro alio, sicut semina putrefacta in terra non surgunt in herbam, nisi virtute solis alantur, & viuificentur, illius ergo semen suscitandum erat, qui semen habere poterat.

Secunda causa ex eodem fundamento, quia lex fingebat esse idem semen defuncti, & istius, qui suscitabatur. Vnde non dicebatur iste dare semē defuncto, sed suscitare illud, scilicet semen, quod ille posuerat, & inutile factum fuerat, & tamen in paruulo non potest fingi hoc, quia ille non potest semen habere, ergo neque ei debet semen suscitari, ratio autem istarum fictionum multum seruat legem, intantum, q̄ vbi non habet locum fictio, neque habet locū dispositio legis, sicut est de filijs adoptiuis, & arrogatis. Nam illi sunt filii legales, quia sola lex facit eos vocari filios, & ideo attinentia eorum vocatur cognatio legalis, extra de cognatione legali c. vnico in tex, & glo. ita autem sunt legales filii, qui habentur per suscitationem seminis, sed in arrogatis, & adoptiuis fingit eos lex filios arrogantis, vel adoptantis. Et ob hoc ille, qui non potest habere filium naturaliter non potest illum adoptare, vel arrogare. Et quia impotentia est duplex, quędam simpliciter, illorum, qui nullū p̄t gignere, & alia respectu alicuius, alicuius est tantę etatis, qui filius meus esse non potest, et si ego alios gignam, iō datur fm legem humanam duę conclusiones. Prima est, q̄ qui naturaliter est impotens ad gignendum, neminē potest adoptare, vt in sti. de adoptio. §. sed, & istud intelligitur de castratis, & spadonibus, & hermophroditis, & illis, qui nullo mō p̄t gignere. Secunda conclusio est, q̄ non potest quis aliū adoptare, nisi tantę etatis sit, vt possit esse naturaliter pater eius, & quia naturaliter ad annum 18. p̄t hoīes gignere disposuit lex, q̄ nō possit quis aliū adoptare, nisi eū precedat annis 18. vt in sti. de adop. §. minores, iō et circa filios, qui sunt ex suscitatione seminis cum illi sint legales debet seruari ratio fictionis, sed illa est, vt semē defuncti, & suscitatis videatur esse idem, sed paruulus non potest habere semen aliquod, iō paruulis morientibus non poterat secundum rationem legis suscitari semen. Tertia causa est, quia ad hoc, q̄ suscitatur semen alicui necesse est, q̄ suscitatur de vxore defuncti Deut. 15. & Ruth. 3. & 4. c. illa autem non existente, vt si mortua erat ante virum, non suscitabatur semē illi, sed paruuli non habēt vxores, neque habere possunt, ideo non potest illis semen suscitari.

De filiis adoptanti-bus.

Quarta causa est, quia suscitatio seminis est, vt nomen defuncti non deleatur de progenie sua Deut. 25. & Ruth. 4. c. non potest autem deleri nomen illius, qui nomen non habet, & tamen paruuli nondum habebant nomen in tribubus, & familijs suis, ergo non poterat deleri nomen eorum, & q̄r, neque suscitari. Et patet, quia inter Hebręos non transibat, aliquis ad nomen diues, vel pauper, quouique esset annorū 20. & soluebat tunc dimidium sicli pro anima sua, & ita transibat ad nomen: Exod. 30. c. & tamen paruuli nondum veniebant ad annum 20. ideo non poterat nomen eorum deleri, neque suscitari.

Quarta causa est, quia suscitatio seminis est, vt nomen defuncti non deleatur de progenie sua Deut. 25. & Ruth. 4. c. non potest autem deleri nomen illius, qui nomen non habet, & tamen paruuli nondum habebant nomen in tribubus, & familijs suis, ergo non poterat deleri nomen eorum, & q̄r, neque suscitari. Et patet, quia inter Hebręos non transibat, aliquis ad nomen diues, vel pauper, quouique esset annorū 20. & soluebat tunc dimidium sicli pro anima sua, & ita transibat ad nomen: Exod. 30. c. & tamen paruuli nondum veniebant ad annum 20. ideo non poterat nomen eorum deleri, neque suscitari.

An cuiilibet adulto, qui naturaliter poterat iam habere filios, suscitaretur semen, si moreretur sine liberis. Quęst. CXLIX.

QVÆRETUR an cuiilibet adulto, qui naturaliter poterat iam habere filios, suscitaretur semen, si moreretur sine liberis.

moreretur sine liberis. Dicendū, q̄ non, & est secunda conclusio, q̄ multis decētibz sine liberis, & iam potentibus generare non suscitabatur semen. Quod patet, quia pueri vltra annum 14. dicuntur apti ad generandum, vt ait I. I. d. 1. E. thymo. & extra de spon. impu. ca. puberes, & tñ si quis moreretur in anno 15. vel 17. nondum accepta vxore non suscitabatur ei semē. Causa prima est, quia vt dictum est præce. q. non suscitabatur semen alicui, nisi vi non periret nomen eius de cognatione sua, & tñ tales, qui in 15. aut parū vltra decedunt non possunt perdere nomen, quia nondum illud hñt, cū in anno 20. transeant ad nomen. Exo. 30. c. ergo nō suscitabatur semen illis. Secūda causa est et, vt dictum est, quia non potest suscitari semen, nisi ex vxore defuncti, & tamen tales frequenter non habēt vxores, ergo non erat suscitandum illis semen.

An in omnibus, qui acceperant vxorem suscitaretur semen. Quęst. CL.

QVÆRETUR ad in omnibus, q̄ acceperant vxores suscitaretur semen. Dicendum, q̄ ad hoc, q̄ alicui morienti sine filijs suscitaretur semen, oportebat q̄ suscepisset vxorem, non tñ oībz, qui vxores suscepserant, vel habebāt suscitabatur semen. Requiritur. n. vxor ad suscitationē seminis, & sunt duę conditiones. Prima est, q̄ iam vxorem acceperit. Secūda, q̄ illa superviueret, nam si mortua erat ante virum, vel simul cum illo, non poterat suscitari semen, quia lex iubebat de vxore defuncti suscitari semen, vt patet hic, & Deut. 25. & Ruth. 4. c. Sed nō est verum, q̄ oībz relinquentibus vxores suscitabatur semen cum multę alię conditiones requirerentur, vt infra dicitur. Vnde si quis accepisset vxorem antequā esset adultus, vt in anno 10. vel 11. et si moreretur manente vxore, non debebat ei semen suscitari pp causas supra positas, scilicet quia nomen non habebat: Etiam quia non poterat habere semen prohibente etate, ideo neque suscitari poterat ei semen, sed iudicandum erat de eo, ac si non accepisset vxorem, eo q̄ lex vetat matrimonia in tali etate contrahi, & si contrahantur de facto tenent.

Si quis acciperet vxorem per verba de presenti, & nondum cognouisset illam, an deberet ei semen suscitari. Quęst. CLI.

QVÆRETUR si quis acciperet vxorem per verba de presenti, & nondum nuptias celebrasset, neque traduxisset eam, neque cognouisset, & ita sine filiis decederet, an deberet ei semen suscitari.

Aliqui dñt, q̄ sic, quia in isto inueniunt cōditiones suscitationis seminis, scilicet quia vir moritur, & vxorem relinquit, & est talis, qui nomen habet, & qui semen habere poterat, ergo debet ei semen suscitari.

Dicendum, q̄ illi non suscitabāt semen. Primo, quia ad hoc requirebat vxor defuncti superstes, & tñ iste non reliquit vxorem, quia non habuit eā, nā non fuit vxor, sed sponsa, quia licet iura vxorem interdū vocēt eā, quę per verba de p̄nti accepta est, licet nondum sit cognita, tñ non accipitur sic in locutione nostra, neq; in mō loquendi veteris testamenti, & ita non habet iste vxorem. Secundo, quia non manet hic ratio fictionis legis, eo q̄ ad suscitandum semen fingit lex, q̄ semē defuncti sit idem cum semine viuētis, quod illud suscitatur, vbi aut nullum semen defuncti est, & manifeste apparet, q̄ nullum sit, non habet locum suscitatio, quia illud esset semen dare, vel de nouo ponere, & nō suscitare. Et patet hoc, vt dictū est supra q. 148. Nam ob hoc non suscitatur semē paruulis morientibus, quia

semen non habuerunt, & tñ iste, sic moriens non habuit semē, cū non tetigerit mulierē, ergo nō suscitatur ei semen. Tertio, quia quicunque suscitatur alicui semē suscitatur ex vxore sua, & non ex aliena, & cā est, quia in aliena nullo mō est semen defuncti, neq; et p̄tiner. aliquid ad defunctū, sed sponsa nondū cognita non pertinet ad defunctum, cū nō fuerint facti vna caro p̄ copulam carnalem, iō ex tali nō suscitatur semen, sed illā accipiet in vxorem alius, quicunque, & nō erit, vñ suscitatur semen tali defuncto. Ad argumentum dicendum, q̄ non suscitatur semen ex tali muliere, quia non habet iste defunctus oēs conditiones ad hoc, q̄ ei suscitetur semen, nam deficit ei precipua, scilicet habere vxorem, q̄ non habet, nam sponsa est, & non vxor, & multum differt inter vtranque, quia vxor habita, & traducta potest repudiari, sponsa aut nondum cognita repudiari non potest, vt colligitur Deute. 24. c. f. Si accepit hō vxorem, & habuerit eam. i. tenuerit in domo sua: sponsa non est traducta in domum, iō non potest repudiari. Vxor aut iam cognita, quia traducta est, repudiari potest. Eodem mō hic sponsa non pertinet ad defunctum, quia non fuit effecta vna caro cum illo p̄ copulam carnalem, vxor aut facta fuit eadem caro, ideo ex vxore suscitatur semen, & non ex sponsa, & ita huic morienti nondum cognita sponsa non suscitabitur semen.

Vxor, & sponsa. dist. ferunt.

Si quis sine liberis moreretur, & habuisset vxorem qua moreretur tamen ante virum, vel simul cum viro, an suscitandum erat ei semen. Quęst. CLII.

QVÆRETUR si quis moreretur sine liberis, & habuisset vxorem, moreretur tñ an virū, vel simul cum illo, an suscitandum erat ei semen.

Dicendū, q̄ suscitatio seminis est data in subsidij, vt ei, qui nō habet filios naturales, dentur filii legales, & quia subsidium non est, nisi in defectum, non suscitabatur semē defuncto, qui filios relinquebat, etiam si haberet vxorem, de qua possent alij gigni, & sicut ad suscitationem seminis requiritur, q̄ defunctus non habeat filios, ita requiritur, q̄ habeat vxorem superstitem. Nam sine illa non est suscitare semen, iō si illa moritur ante virum, vel simul, non est quō viro suscitaretur semen. Sic enim dicitur Deut. 25. q̄ frater defuncti accipiat vxorem illius.

Causa prima est, quia aliter non esset quō posset intelligi suscitatio seminis, nā suscitatio seminis est, quasi viuificatio seminis præexistentis secundum legis fictionem, sed vbi defunctus non posuit semen non potest esse viuificatio, ideo non potest esse suscitatio.

Secunda causa, quia suscitatio seminis fiebat ad hoc, q̄ filii inde geniti, aut aliquis illorū pertineret ad mortuum, & tamen si non gigneretur illi filij de vxore defuncti, non erat aliquid quomodo pertineret ad defunctum, quia non respectu ipsius, quia ipse non genuerat, neque etiam per fictionem, quia non erat persona aliqua, quę ad eū pertineret, ex qua gigni possent filij, qui reputarentur eius, ideo non poterat suscitari ei semen.

Si quis habens vxorem moreretur sine liberis, si illa erat impotens ad gignendum, an suscitandum erat semen illi viro. Quęst. CLIII.

QVÆRETUR si quis habens vxorem moreretur sine liberis, si illa erat impotens ad gignendum, an suscitandum erat semen illi viro. Dicendum, q̄ non, & ratio est, quia non potest fieri suscitatio ex aliqua, nisi ex vxore defuncti, sed ex vxore defuncti impotente nihil potest gigni,

gigni, ideo illi defuncto non suscitabitur semen. Et patet, quia si illa mulier est impotens, aut sit ratione etatis, aut propter aliam impotentiam naturalem, utpote, quæ est sterilis, vel arca, vt a nemine cognosci possit, aut perpetuis maleficijs detenta respectu omnium virorum. Si primo modo licet cum illa matrimonium contractum teneat, tamen si est antiquæ etatis non potest concipere, vt si defuerunt ei fieri muliebria, esset enim miraculum talem mulierem concipere. Sic patet Gen. 18. c. vbi ostendit scriptura conceptum Saræ ex Abraham fuisse miraculosum, quia defuerant Saræ fieri muliebria, & ob hoc vocatur emortua vulua Saræ ad Rom. 4. c. Si quo, ergo mortuo sine liberis maneat vxor eius tam antiqua, vt ei muliebria fieri defuerint, non potest suscitari ibi semen, quia talem mulierem nemo potest accipere in vxorem, cum inutile sit, & potissime ad suscitationem feminis, cum manifestum sit, quod ex illa nemo potest gigni.

Si secundo modo etiam non potest suscitari semen. Primo, quia talis decessit sine vxore, nam talia impedimenta faciunt personas impeditas ad procreandum perpetuo, & contractus factus cum illis non tenet, vnde non sunt vxores, & sic talem habens moritur sine vxore, sed non habenti vxorem non suscitatur semen, ergo non potest huic defuncto suscitari semen. Secundo, quia ad suscitationem feminis debet frater, aut cognatus defuncti accipere in vxorem illam, quam defunctus habuit, & tamen talem nemo potest accipere in vxorem, quia habet impedimentum perpetuum, & ita est illegitima persona ad contrahendum, ideo non suscitabitur ex ea semen. Tertio, quia dato, quod de facto quis vellet ex ea suscitare semen non posset, quia non potest gignere, quæ sic est impedita, & ideo neque viro suo suscitabitur semen.

An patri morienti suscitandum esset semen, qui filios adultos genuisset, & sine liberis mortui essent. Quæst. CLIIII.

Quæretur si quis moreretur sine filijs relicta vxore potente gignere, & tamen aliquando habuerat filios, quæ puenissent ad etatē adultam, & suscepissent vxores sine liberis tamen morerentur ante patrem suam, an patri morienti suscitandum esset semen. Dicendum, quod non, quia non suscitatur semen, nisi ei, qui sine semine moritur, sed iste non mortuus est sine semine, ideo non suscitatur ei semen. Patet, quia iste ex vxore genuit filios, & illi peruenientes ad etatem adultam susceperunt vxores, & ideo pater illorum quocumque tpe iam moreretur, non diceret mori sine prole. Accidit autem, quod morerentur filij ante patrem, ideo non dicit sine prole mori, quia filios genuit, qui etiam prolem hñe poterant, sed potius filij illius, qui accepit vxoribus sine prole mortui sunt dicerent esse sine liberis, & illis debet semen suscitari ex vxoribus eorum, & non patri ipsorum ex vxore sua, licet vxorem potentem gignere relinquat, & iste casus ponitur Ruth. 4. c. nam Elimelech mortuus est relicta vxore sua Noemi, & mortui sunt duo filij eius Maalon, & Chelion relicti vxoribus, & sine prole, & tamen non fuit suscitatum semen ipsi Elimelech ex vxore sua Noemi superstiti, sed filio suo Maalon ex vxore sua Ruth, eo quod ille, nunquam habuerat filios.

Si quis moreretur relicta vxore sine liberis masculis, relicti tamen filij, an illi semen esset suscitandum. Quæst. CLV.

Quæretur si quis moreretur relicta vxore sine liberis masculis, relicti tamen filij, an illi semen esset suscitandum. Quia

Effet semen suscitandum. Dicendum, quod non, quia cessat ratio legis, fiebat. n. suscitatio feminis ad hoc, quod non deleteretur nomen defuncti, quod conseruatur in posteris, & tñ in filiabus potest seruari nomen defuncti saltem indirecte, ergo existentibus eis non fiebat suscitatio feminis. Patet hoc, quia per filios directe seruabatur nomen patris, eo quod mulier non computatur in genealogia virorum, tanquam medium, per quod deriuetur progenies, neque et filij in consuetudine veteris testamenti nominantur de progenie matris, sed patrum, filij tñ indirecte potest seruari nomen patris, non tanquam ipse ponatur in linea genealogie, quia ex eis nascuntur filij, qui seruant progeniem, & nomen a uorum, vnde si quis relinqueret vxorem suam, & nullum filium illa acciperet virum, & filius inde genitus saltem vnus nominabatur de progenie, aui materni, & succedebat aui materno in hereditate, & nomine, & progenie, & non succedebat patri suo, sed alij fratres eius si qui essent succedebant patri eius, & computabantur de familia patris, vt declaratum est satis Num. 27. c. cum ergo filius sufficienter faceret ad conseruationem nominis paterni non erat opus, quod suscitaretur semen morienti vxori filijs, si filias haberet.

Secundo patet, quia non solum non erat opus suscitari semen tali morienti, sed et fieri non debebat, quia sic Deus iubebat, quod si quis moreretur sine filijs masculis, & relinqueret filias, quæ ille succederent in hereditate patris Numeri 27. c. & tñ si semen huic suscitandum esset, deberet dari tota hereditas defuncti viro suscitanti semen eius pro illis, qui nascuntur ex hac suscitatione, sic patet Ruth 4. c. vbi Booz accepit in vxorem Ruth, quæ fuerat vxor Maalon defuncti ad suscitandum illi semen, & cum ea accepit totam hereditatem Maalon, ergo existentibus filiabus non erat suscitandum semen defuncto.

Tertio patet, quia quando semen suscitabatur tota hereditas defuncti reuertebatur pro illo, qui nasceretur ex suscitatione feminis, & tamen iubebat Deus paternam hereditatem dari filiabus non existentibus filijs, ergo non poterat suscitari semen tali viro, cum ille, quod nasceretur ex suscitatione feminis non haberet aliquid, in quo succederet, & tamen nomen progeniei seruabatur simul cum hereditate, ideo non poterat suscitari semen tali viro.

Si quis moreretur sine liberis, relicta tamen vxore, quam repudauerat, an posset ei semen suscitari. Quæst. CLVI.

Quæretur si quis moreretur sine liberis, relicta tamen vxore, quam repudauerat, an posset ei semen suscitari. Dicendum, quod non, quia ad suscitationem feminis requiritur, quod defunctus relinquat vxorem, & tamen, qui relinquit vxorem repudiatam, non relinquit vxorem, cum illa non sit vxor defuncti, quia repudium totaliter dissoluebat matrimonium, ideo non poterat ei suscitari semen.

Sed ponatur, quod vxor repudiata volebat, quod ex ea suscitaretur semen defuncto, cum ipsa fuisset aliquando vera vxor eius, an posset suscitari? Dicendum, quod non, quia semper manet ratio, quod illa non erat vxor defuncti, quando ille mortuus est, lex tamen iubet de vxore suscitari semen, hæc autem non erat vxor. Nam post datum repudium potuit illam quicumque accipere in vxorem, ita quod non incideret in adulterium, quia soluta erat a lege viri Deut. 24. c. Secundo patet, quia lex suscitandi semen erat circa viros superstites penalis, & aequaliter odiosa. Circa feminas autem ex quibus suscitabatur, erat fauorabilis. Quod patet, quia

An ex muliere repudiata possit suscitari semen.

quæ suscitantes semen alijs interdum perdebant posteritatem familiarum, & ideo recusabant accipere vxores defunctorum ad suscitandum semen. Sic patet Gen. 38. c. vbi Onam suscepta Thamar vxore fratris sui defuncti ad suscitandum semen, non cognoscebat eam, sed semen fundebat in terram, videns quod non sibi, sed fratri suo filij nascerentur. Etiam cognatus Booz noluit accipere Ruth in vxorem ad suscitandum semen Mahalon defuncto, dicens: Neque etiam posteritatem familiarum meam delere debeo, id est nolo delere Ruth. 4. c. Et ideo viris nolentibus suscitare semen imponebatur poena Deut. 25. c. & Ruth 4. mulieribus autem erat fauorabilis suscitatio ista, & ideo ipse petebat coram iudicibus suscitationem feminis, scilicet, quod compellerent fratrem defuncti suscitare semen fratris, & si non volebat facere, ipsa mulier inferebat poenam viro soluendo calciamentum eius, & spuen- do Deuter. 25. sed in odium alienius non est concedenda alicui actio, nisi ei cui de iure competit, ideo mulieribus iam repudiatis, quibus non competeat ius suscitationis etiam si sponte se offerrent ad suscitandum, non concedebatur suscitatio, quia erat in odium virorum, qui ad hoc cogebantur.

Sed ponatur, quod cognatus defuncti consentiret suscitare semen ex illa muliere repudiata a defuncto, an posset fieri. Nam hic cessat ratio præcedens, scilicet odium virorum.

Dicendum, quod neque etiam isto modo. Primo, quia lex non implebatur, quæ iubebat ex vxore defuncti hoc fieri, & cum ex lege sola esset introducta suscitatio feminis, non licebat aliter fieri quam lex dispone- ret. Secundo, quia simile est si moriente aliquo sine vxore aliqua mulier extranea diceret, quod volebat accipi a fratre defuncti ad suscitandum semen, nam non compellebatur ille eam accipere, & etiam si non consentiret, non poterat accipere ad suscitandum semen, cum illa nullo modo ad defunctum pertineat. Sic autem erat de repudiata, quia desierat esse vxor, & ideo iam erat extranea respectu defuncti, sicut qualibet alia, immo minus licebat ad hoc accipi repudiatam quam aliam extraneam, quia illa quæ nunquam fuerat vxor alicuius, poterat accipi ab eo in vxorem, sed illam, quæ quis repudiauorat non poterat rursus accipere Deut. 24. cap. ergo mulier repudiata non poterat accipi ad suscitandum semen.

An quocumque quis moriebatur sine liberis relicta vxore potente ad gignendum, suscitaretur ei semen. Quæst. CLVII.

Quæretur, an quocumque quis moriebatur sine liberis relicta vxore potente ad gignendum, suscitaretur ei semen. Dicendum, quod in aliquibus casibus non suscitabatur. Vnus est, si nullus cognatorum illius superesset, nam suscitatio non fiebat, nisi a fratre defuncti, Deuteron. 25. vel a cognatis eius, Ruth 3. & 4. c. ergo quando nemo supererat, non poterat suscitari semen, & hoc est, quia videbatur esse quodammodo eadem persona cum defuncto.

Secundus casus est, quando ille, qui sic moriebatur erat minor omnium cognatorum suorum, nam minores tenebantur suscitare semen maioribus. Si ergo moreretur minor etiam superstitibus maioribus non tenebatur suscitare semen illius.

Tertius casus, in quo non suscitabatur semen erat, quando fratres vel cognati volebant tolerare poenam legis, nam tunc non compellebantur suscitare semen Deuteronomi. 25. cap.

A Siquis habuit filios & illi mortui sint, antequam vxores acciperent, an suscitandum sit illi semen. Quæst. CLVIII.

Quæretur, si quis habuit filios, & illi mortui fuerunt antequam acciperent vxores, & post eos pater mortuus est relicta vxore potente generare an suscitandum sit semen illi.

Dicendum, quod sic, quia verè iste moritur sine semine, & in eo sunt omnes conditiones feminis suscitandi, ideo suscitabitur ei semen.

Sed obijcietur, quia supra quæst. 154. dictum est de eo, qui filios habuit, & illi acceptis vxoribus mortui sunt sine filijs ante patrem, quod licet moriatur pater eorum post eos relicta vxore potente gignere, non erat ei semen suscitandum.

Dicendum, quod in illo non erat suscitandum semen sed in isto, sed ratio diuersitatis est, quia in illo casu pater non est mortuus sine semine, cum filios habuerit adultos, & iam habentes vxores, ita vt ipsi quoque semen habere possent, isti autem non, ideo pater non est mortuus sine liberis, ac si non nati essent, quia non peruenierat ad tempus, in quo sibi successores relinqueret possent. Secundo patet efficacius, quia nomen patris seruat in filijs, & ideo morientibus vtriusque suscitandum est semen, ne maneat deletum nomen, & ideo suscitabitur semen filijs, vel patri, non autem vtriusque, quia tunc duas suscitationes faceret duas lineas: & ob hoc si suscitatur semen patri non suscitatur filijs, si suscitatur filijs non suscitatur patri, & tñ in casu, in quo mories habuit filios adultos, qui vxores acceperunt, & sine filijs mortui sunt, suscitatur semen illis filijs, quia ipsi dicuntur mortui sine semine: ergo non debet suscitari patri, quia suscitando semen illis suscitatur patri, sed quando quis habuit filios, & mortui sunt ante etatem adultam, & postea pater moritur, non potest filijs suscitari semen, quia semen non habuerit, neque vxores, ideo suscitabitur semen patri, & ita est in presentia. Et de hoc etiam dicitur seq. quæst.

Quot modis dicebatur aliquis mori sine semine, & in quibus casibus suscitabatur semen. Quæst. CLIX.

Quæretur quot modis dicebatur aliquis mori sine semine, & in quibus casibus suscitabatur semen. Dicendum, quod loquendo generaliter dupliciter moriebatur quis sine semine. Vno modo quando moriens quis non relinquit liberos, neque illos vnquam habuit. Et istud contingit tripliciter. Vno modo, quod iste nunquam habuerit vxorem, neque habere potuerit, utpote, quia mortuus est in etate pupillari, nondum perueniens ad pubertatem. Alio modo, quia potuerat accipere vxorem, & tñ non accepit, & sic non relinquit liberos. Alio modo, quia habuit vxorem, & tñ nunquam ex ea genuit liberos, sed mortuus est antequam haberet. Primo modo non competit suscitatio feminis, quia non est suscitandum semen, nisi illius, quod semen habuit, vel habere potuit, quia alias non potest fingi filius defuncti ille, quod per feminis suscitationem natus est, cum ille nullum filium hñe potuerit, & lex non fingit, quod est impossibile. Secundo etiam modo non suscitatur semen, quia licet talis habere potuisset semen etate ad hoc sufficiente, tñ non habuit vxorem, de qua semen heredit, neque de qua nunc possit per alium suscitari, & tñ ad suscitationem feminis sp requiritur vxor defuncti, de qua suscitetur Deut. 25. c. Tertio modo competit propter feminis suscitatio, quia ille semen habuit, sed fictio- ne legis mortificatus est in vtero vxoris, sicut semina in terra, quæ non germinauerunt, & postea virtute celesti pullulant, ita semen defuncti in alio vxoris mortificatum manere censet, & vir superueniens

Quid ad feminis suscitationem requiratur.

adiuuans illud dicitur suscitare fortificando, sicut sol terra nascens, sed ista fictio legis est, & non veritas. Secundus modus principalis moriendi sine femine est, quando quis accepit vxorem, & genuit filios, & tñ ante mortē patris mortui sunt in parua ætate, vel aliquid aduult, nondum tñ acceptis vxoribus: iste n. sine filijs mortuus dicitur, i. q. moritur, & tunc quādo moritur nōn habet filios, & tñc suscitatio seminis fieri debet, si vxorē relinquat, & cognatos, q. possint semen suscitare, quia competit isti intentio legis. Vult enim lex fieri suscitationem seminis, vt non deleatur nomen alicuius ex defectu posteritatis, sed iste nunq. habuit posteritatem, quia posteri eius censentur non fuisse, cum nunquam peruenerint ad talem statū, vt in eis nomen paternum firmiter manere potuerit, iō suscitabitur semen huius. Sed obijcietur, q. nō debeat ei suscitari semen, quia iam iste habuit posteritatem, & sic nō est sine femine mortuus. Si autē diceretur, q. mortuus est sine femine, eo q. illud semen nō permansit, Dicendum q. esset, q. si quis genuisset filios, & inde accepissent vxores, & ide alios filios genuissent, & tñ nepotes, & moreretur filij, & nepotes, & pronepotes, si qui essent ante patrem, & maneret vxor illius adhuc apta ad gignendum, q. ex ea deberet suscitari semen illi auo morienti, & tñ nemo dicit huic semē suscitandum esse: ergo neque suscitabitur ei, qui genuit filios, & mortui sunt ante pubertatem, & pater post illos decessit relicta vxore quantumlibet apta ad gignendum. Dicendum, q. in primo casu istorū non suscitatur semen, in secundo autem sic. Rō autē differentie est, quia qñ quis moritur sine liberis, ita vt non possit cōtinuari linea progeniei, in qua ille erat, oportet, q. semen illius suscitetur, quia aliās delectur nomen progeniei illius, cum nemo iam succedat in illa, ideo cum sic moritur filius ante patrem, oportet, q. suscitetur semen filio, vel patri, vt non deleat progenies: sed aliquis casus est, in quo non potest suscitari semen filij, ideo suscitabitur semen patris, & aliquis casus est, in quo non potest suscitari semen patris, iō suscitabitur semen filij. Et est vnus casus, qñ moritur quis relicta vxore, ex qua habuerat filios, & tñ illi mortui sunt ante p̄m in ætate pupillari: non potest, n. hic suscitari semen filiorum, quia ad hoc requirebat, q. illi relinquerent vxores, ex quibus fieret suscitatio: & tñ non relinquerunt. Etiam requirebatur, q. illi potuissent habere semen ante q. morerentur, etiam si nō habuissent, & tñ isti impuberes existentes, neque vxores habuerunt, ex quibus suscitetur, neq. ipsi semen habere potuerunt impediēte ætate, iō non pōt fingi, q. suscitetur semen ipsorum, q. ip si nullū ponere potuerunt, q. fingatur mortificati, & per alium debere suscitari, ideo non suscitabitur hic semen filijs, sed patri.

Alius casus est si pater genuit filios, q. puēnientes ad pubertatem genuerunt filios, & mortui sunt filij illius viri, & nepotes, s. filij filiorum suorū ante mortē eius: & postea ipse auus existens mortuus est sine filijs, i. nullos hns, qñ mortuus est: relicta tñ vxore potest ad gignendum nō dēt suscitari in isto casu semen auo, neque nepotibus, sed filijs. Causa est, quia nepotibus non pōt suscitari semen, quia illi mortui sunt in pupillari ætate non susceptis vxoribus. Etiam ipsi nūq. fuerunt potentes ad hndum semen, iō non est modus, quo eis posset semen suscitari: auo ēt non suscitatur semen, cū filijs suis mortuis possit suscitari semē, eo q. illi acceperunt vxores, & fuerunt potentes ad gignendum, & genuerunt. Manent tamē sine femine nunc, sed non possunt simul manere sine femine pater, & filij eius, quia vxorumque est idem semen, iō si manet pater sine femine, non manet filius sine femine, & ē contrario. Et ideo non est vnusque suscitandū

Casus in quo semen filij nō est suscitandū.

F semen, sed aut soli patri, aut solis filijs, in presenti autem filijs suscitandum est semen, & non nepotibus, neque auo.

Siquis mortuus est relicta filijs paruulis, & vxore ad gignendum apta, filijs non peruenient ad ætatem adultam, an illi semen sit suscitandum. Quæst. CLX.

QVAERETVR de alio casu omisso, qui etiam est principalis circa seminis suscitationem, s. si quis mortuus est relicta filijs paruulis, & vxore apta ad gignendum, & filij mortui sunt post patrem antequam perueniant ad ætatem adultam, an illi semen sit suscitandum. Dicendum, q. huic viro semen suscitandum est, licet filios reliquit, qñ mortuus est, quia dñ mortuus sine filijs, vel semine, q. isti filij mox vt nati sunt, mortui sunt, vel saltem antequam peruenirent ad ætatem adultam & puberem, vt acciperent vxores, & gignere possent. Sacra autē scriptura pro eodem cōputat filios non esse, vel cito post natiuitatem mori, siue ante completam ætatem. Sic patet, vt quidam voluit de Salomone, qui vocauit se vniuersum corā matre sua: Prouerb. 4. c. & tñ illa habuerat alium filium, quē ex adulterio cum Dauid excepit 2. Reg. 11. cap. illē tñ mortuus est paucis diebus postquam natus est, 2. Reg. 12. c. iō censetur nunq. vixisse. Sic etiam censetur in iuribus humanis non natus, qui statim, vel parum postquam natus est, moritur, vt extra de verb. sign. c. nam & ego. & in isto casu dicendum, q. vxor defuncti dēt accipi ab aliquo de cognatis eius ad suscitandū semē defuncto, quia aliās non satisfit intentioni legis, quia nomen istius ita delebitur si quis non suscitatur ei semē sicut si nunq. filios habuisset, vel mortuus esset sine illis. Sed hoc verum est, qñ vxor defuncti manens nondum accepit alium virū. Nā si post mortem viri manentibus filijs paruulis accepit ipsa alium virū, etiam si post mortem illi paruuli ante ætatem adultā, nō potest illa accipi ad suscitandū semen, quia iam alterius viri vxor est, & non pōt accipi ab aliquo de cognatis defuncti. Item q. cum alius vir acceperit eam, etiam si posset accipi ab aliquo cognato defuncti, iā non esset apta ad suscitandū semen, cū non p̄tineret ad defunctū, sed magis ad alium, q. eā acceperat. Et ob hoc dato, q. mortuo viro, & manentibus paruulis filijs, vxor acciperet alterū virum, & ille cito moreretur: & interim filij paruuli relicti morerent, ita q. maneret ista mulier libera ad suscitandū semen viro prioris, cuius nunc paruuli mortui sunt, non posset accipi ad suscitandū semen illius defuncti, cuius mortui sunt paruuli, ēt si ipsa velit, & aliquis de cognatis defuncti. Rō est, q. ista mulier iā magis dēt accipi ad suscitandū semē viri posterioris q. prioris, si illius semen suscitandū sit: & dato, q. non sit ei suscitandū semen, vt pote, q. reliquit filios adultos coniugatos, adhuc non pōt accipi ad suscitandū semen viri prioris. Et rō est, q. ista mulier per hoc, q. transiit ad alterū virū, desijt esse prioris viri, & sic nō hēt locū lex, q. dicit ex vxore defuncti suscitandum semen. Item q. non hēt locum fictio legis, s. quia non pōt suscitari in ea semē illius defuncti, q. non censetur in ea esse semen defuncti prioris, sed huius, qui vltimo eam tenuit. Sed tunc dicitur, qñ cōtigerit mori virum habentē paruulos filios, qui nondum possunt accipere vxores, an mater debeat expectare non accipiendo virum, donec illi accipiant vxores, vel quāto tempore, an aliquo tēpore tenetur expectare. Dicendum, quod ista expectatio non tenetur erat ad mulierem, sed etiam ad cognatos viri. Nam sicut mulier tenebatur ad suscitationem seminis absolute; ita & cognati viri defuncti tenebantur ad suscitationem sub conditione, si nolebāt sustinere poenam

nam legis, licet non erat tanta expectatio virorum, sicut mulieris, quia si mulier expectaret debebat manere vidua, sicut dixit Iudas ad Thamar nuntium suū: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus, & accipias illum Gen. 38. c. viri autem non tenebant coniugibus expectare, eo q. licebat tunc viro habere plures vxores, ideo etiam si statim, vt moreretur quis manentibus filijs eius paruulis, de quibus dubiū erat, an perueniret ad ætatem adultam aliquis de cognatis eius, ad quem pertinere suscitatio feminis in casu, in quo suscitandum esset, suscipere vxorem poterat postea suscitare semē defuncti, si accideret paruulos mortui ante ætatem adultam, quia cum vxore, quam nunc acciperet, poterat postea accipere vxorem defuncti. De muliere secus erat, quia si nunc acciperet alium virum, non poterat postea morientibus paruulis accipi in vxorem ab aliquo cognato defuncti ad suscitandum semē: & hoc quia non poterat eadem mulier habere duos viros, sicut poterat idē vir habere duas vxores iuxta consuetudinem veteris testamenti, vt patet supra 19. c. q. 32. Etiam quia dato, q. mulier transiens ad alterum virum maneret libera, moriente quoque illa, non poterat iam esse apta ad suscitandum semen viri prioris, vt ostensum est precedent. Ideo si mulier acciperet alterum virum, non poterat iam suscitari semen viri defuncti, & ita manet dubiū, an mulier illa expectare debet, & quādiu.

Dicendum, q. si vir moreretur sine liberis tenebatur mulier expectare quousque videret, an aliquis de cognatis viri eam suscipere vellet ad suscitandū semen: Cui autem moreretur habens paruulos filios, non tenebatur mulier expectare aliquāto tēpore: sed statim, vt transfret tempus luctus secundum cōsuetudinem legis veteris, licebat mulieri accipere alterum virum eo tempore, quo liceret accipere virum si maneret filij defuncti habentes vxores, & cui non esset semen suscitandum, vnde si accideret, q. muliere accipiente alium virum post mortem prioris manentibus filijs morerentur, statim paruuli, non poterat iam suscitari semen illi viro, sed manebat sine nomine. Et hoc patet primo, quia in poenalibus nihil magis imponendum est, q. lex statuit, quia odia restringi debent, de regul. in regula odia. sed lex non imposuit mulieribus aliquā expectationem in tali casu, neq. cognatis defuncti, ideo etiam si non expectent nō tenent aliquā poenalegis. Secundo, quia ex hoc sequeretur magnū inconueniens, s. q. subtraheretur multiplicatio prolis, & cogentur mulieres maiori, & meliori parte vite suæ interdum continere, & vtrunque est magnū inconueniens. De primo patet, quia si mulier teneretur expectare quousque filij acciperet vxores, teneretur interdum expectare quasi per viginti annos, quia tanto tēpore solent adolescentes accipere vxores, & in toto isto tēpore cessabit ista mulier à propagatione prolis, & sic multum minueretur de multitudiē prolis, q. poterat gigni, si liceret mulieribus post mortem virorū transire ad alios viros: & tñ hoc erat valde, tam cōtra intentionem Dei, qui volebat multiplicari populum illum per propagationem carnis, quia ita crescebat cultus eius: & ideo dicebat, q. non esset sterilis vtriusque sexus in Israel Deuter. 7. c. q. contra in tectionem hominum illius temporis, qui putabant fecunditatem esse in multiplicatione prolis. sic patet Gen. 24. vbi cognati Rebecca imprecantes ei prospera, dixerunt: Soror nostra est, crescas in millia. Et Lia dixit: Hoc probenedictione mea, beatam me dicent mulieres Gen. 30. ca. & hoc propter multitudinem filiorum. Erat et contra intentionem legis, quia si mulier tāto tempore expectaret, forte interiret elaberetur ei tempus gignendi, & quando deberet accipi ad suscitandum semen

Quanto tēpore vxor defuncti expectare debeat ad suscitandum semen viri sui.

Amen, esset inepta, vt pote, quia ei muliebria fieri cessarent, sicut de Sara dicitur Gen. 18. cap.

Erat quoque inconueniens, q. mulieres tanto tempore cōtinere tenerentur, quia vix talis difficultas est in nouo testamento, immo non est, quia obseruatio continentia, & viduitatis res est voti, & nō præcepti, & ideo non tenebatur mulier aliquo tēpore expectare, an filij paruuli sup̄uenirent: sed statim vt finiret tēpore luctus poterat transire ad alia vota, si paruuli, qui miferant post mortem mariti essent tunc superstitēs. Si autē durante tempore luctus illi morerentur, erat suscitandum semen defuncto ac si decessisset sine liberis: & tñc non licebat mulieri accipere alium virum, sed accipienda erat ab aliquo cognato defuncti ad suscitandum semen.

Quæ persona requirebatur ad suscitationem seminis, & cur. Quæst. CLXI.

QVAERETVR, quæ personæ requirebant ad suscitationem seminis, & cur.

Dicendum, q. duæ, s. vxor defuncti, & cognatus aliquis defuncti: Deut. 24. c. & non existentibus his, non poterat esse suscitatio seminis. De vxore defuncti primo dicendum est. Et est causa, quia suscitatio seminis fiebat ad hoc, q. nō deleteretur nomen defuncti de familia sua, sed nasceretur filius, qui reputaretur esse filius defuncti, & succederet ei in nomine, & in hereditate, & in oibus tanquam esset verus filius. Istud autem in veritate nō erat, quia mortuus nō poterat filium gignere, sed fictio legis obtinebat: lex autem non fingit sine causa, iō vult habere magnam verisimilitudinem ad fingendum: est autem similitudo tanto maior, quāto magis accedit ad identitatem, & ad hoc debuit fieri suscitatio seminis in vxore defuncti. Nam si in aliqua alia fieret nō pertineret illa aliquo modo ad defunctum, & ideo filius inde natus nō censet esse defuncti, vxor autem defuncti pertinebat ad eum, quia cū illo effecta fuerat vnacaro, ideo in hac magis haberet locum fictio.

Secundò, quia suscitatio seminis quāto ad id, q. d significat non haberet locum in alia, quia lex fingit, q. defunctus semen iecerit, & illud fuerit mortificatum, & ad hoc, q. viuificetur indiget alterius adiutorio, & ille dñ suscitans semen defuncti, & ideo non dñ, q. accipiens vxorem defuncti gignat semē defuncto, vel det ei semen, sed q. suscitetur ei semen, suscitatio autem adiutorij importat, & non præstationem totius operis, tanquā filius genitus sit filius defuncti, & non gignentis, sed ille solum adiuet ad gignendum, sicut femina iacta in terra mortificatur, & non possunt viuificari virtute iacentis, sed virtute cœlestis luminis, sic in femine defuncti, quod virtute defuncti non potuit viuificari, & fingitur viuificari virtute seminis sup̄uenientis viri, ista tamen non possunt fieri, nisi in vxore defuncti, quia in illa fuit aliquādo semen eius, & censetur manere in ea, & postea viuificari, in alijs autem mulieribus nō est semen defuncti, ideo de eis non potest fingi, quod suscitatur semen defuncto, & sic est valde necessaria vxor defuncti ad hanc suscitationem.

Quare cognatus defuncti requirebatur ad seminis suscitationem. Quæst. CLXII.

QVAERETVR de cognato defuncti, quare requiratur ad suscitationem seminis.

Dicendum, q. licet lex iubet cognatū hoc facere, sed Deute. 25. c. non habetur, nisi de fratre, & tamen alij etiam nō fratres, dum tñ essent cognati defuncti

In q. 172

poterant suscitare semen eius, vt patet de Booz, qui suscitauit semen Mahalon, & tñ non erat frater eius, sed cognatus Ruth 3 & 4. ca. Sed de hoc magis infra dicitur. Causa autem quare frater, vel cognatus regitur ad suscitationem est, primò propter accessum ad identitatem. Nam iste nasciturus, qui succedet in nomine, & progenie defuncti, debet iudicari filius eius: & ad hoc requiritur, quòd accedat ad identitatē maximè q̄ potest accedere, hoc aut tunc fit, quando per alterum fratrem fit, quia fratres reputant esse eadem personam pp̄ esse illis multa cōmunia, sc̄ carnem, & sanguinem, & radicem, vt dicit Aristo. 8. Ethic. Non existitibus autem fratribus fiebat per cognatos alios, qui etiam propinqui erant. Si nulli autē erant cognati non poterat semen suscitari defuncto.

Secundò fiebat propter opinionem defuncti. Nam homines videntes solent reputare filios fratrum suorum, quasi filios proprios; ergo & morietes magis reputabunt suos eos, quos fratres ipsorum susceperint ex vxoribus ipsorum defunctorum.

Tertiò & recipiē fiebat pp̄ ius successionis. Nam ille, qui accipiebat mulierem defuncti ad suscitandū semen accipiebat oīa bona defuncti, vt patet Ruth 4. c. & hoc fiebat, quia ille, qui nasceretur ex illa suscitatione seminis erat hæres defuncti, sed homines non pmittēt extraneos succedere in hæreditate eorum existentibus cognatis, ideo lex non permisit, q̄ alieni suscitarent semen defuncto in præiudicium cognatorum. Et ista est causa potissima. Nam aliàs ē extranei acciperentur ad suscitandū semen defuncti, & filij inde geniti reputarentur fictione legis filij defunctorum, cum similia in adoptionibus, & arrogationibus fiant. Nam ex alijs patribus, & matribus adoptando, & arrogando nobis filios efficiamus.

An ex muliere repudiata à viro mortuo, possit ei suscitari semen. Quæst. CLXIII.

QVAERETVR nunc de aliquibus circa mulieres illas, ex quibus semen suscitandum erat. Et primū dubium est, an ex muliere repudiata à viro mortuo possit ei suscitari semen. Aliqui dicunt, q̄ sic, quia repudiata vxor fuit, & lex dicit ex vxore defuncti hoc fieri Deuter. 25.

Dicendum, q̄ non potest fieri ex repudiata. Primo, quia mulier, quæ repudiabatur poterat transire ad alterum virum, & ita non poterat accipi ab aliquo ad suscitandū semen defuncti, quia non potest esse eadē vxor duorum virorum.

Secundò, quia mulier defuncti compellitur ad suscitandū semen defuncto, & si alteri nubat quousque requisierit omnes cognatos defuncti, & nemo velit eam accipere ad suscitandū semen, incidit in penam quasi adultera. Sic patet de Thamar Gen. 38. quæ danda erat in vxorem Sela filio Iudæ, vt suscitaret semen fratri suo, & quia inuenta est concepisse ex alio viro, iubebat eam Iudas produci ad exurendum: & tñ nō exureretur, nisi teneretur expectare: ergo tenetur, sed repudiata, quæ ad alium virum iam transiuit non potest teneri ad hoc, ergo non poterat ex ea suscitari semen. Tertiò, quia dato, q̄ mulier repudiata non transiisset ad alium virum, non poterat compelli ad aliquid istorum. Nam per hoc, q̄ repudiauerat eam viuerat libera à lege viri: ita q̄ non posset eam repetere ad thorum, neque ad habitationem, neque accusari de adulterio si cum alio inueniretur, vt colligitur Deuter. 24. ca. sed poterat adharere cui velle: ergo non poterat cogi ad suscitationem seminis, etiā si virum nō suscepisset. Quartò, quia dato q̄ ipsa vellet, nō reciperetur ad suscitationem istam. Nam mu-

lieribus defunctorum competeat ius contra cognatos defunctorum ad petendum quemlibet illorum in virum ad suscitandum semē defuncti, & si illi nolent ipsa inferebat penam, sc̄ discalciando, & spuendo Deuteron. 25. c. Etiam competeat ius & vultus ei, q̄ si ex ea per suscitationem nasceretur filij, illi succederēt in bonis defuncti: & ita cum nihil competeret ei in bonis defuncti ante hoc, p̄ suscitationem pertinerent bona defuncti ad filios mulieris, sed ista nō cōcederentur mulieri sponte se offerenti, si aliàs ei non competeant de rigore, cum esset in præiudicium cognatorum defuncti, ideo non concederent repudiatæ, cui nullum ius manebat ad virum neque ad bona eius. Quintò, quia mulier repudiata erat, sicut qualibet mulier extranea respectu defuncti, & tamen extraneis mulieribus non concederetur suscitare semē defuncto, etiam si ille vellent, ergo neque repudiata, quia non erant vxores defunctorum, quod lex volebat. Sextò, quia ad huc facilius erat quamlibet extraneam admitti ad suscitationem seminis quam repudiatam, quia quamlibet aliam mulierem poterat accipere defunctus dum viueret in vxorem, sed eam, q̄ repudiauerat non poterat Deuter. 24. c. ergo multo minus poterat admitti ad seminis suscitationem, cū ille, qui suscitaret semen, agat loco defuncti, sed defuncto non licebat accipere repudiatam: ergo multo minus agenti loco eius.

An sponsa per verba de presenti debebat accipi ad suscitandū semen defuncto. Quæst. CLXIII.

QVAERETVR, si quis haberet sponsam per verba de presenti, & non consummato matrimonio moreretur, an sponsa illius poterat, vel debebat accipi ad suscitandū semen defuncto.

Dicendum, q̄ licet hoc non dixerit expresse lex, tamen ex ea colligitur. Nam Deuter. 25. ca. dicitur, q̄ si quis moriatur sine liberis vxor eius non nubat alteri, sed accipiat eā frater eius, id est defuncti. Si ergo sponsa vocatur vxor habebit locum lex in illa, si autē non vocatur vxor non habebit locum. Est autem dicendum, quòd sponsa non vocatur vxor in modo vulgari, neque in modo loquendi veteris testamēti, & ideo non tenetur ad suscitationem seminis, neque recipitur etiam si vellet. Primo, quia vxor cognita potest repudiari in veteri testamento, sed non sponsa incognita Deuteron. 24. cap.

Secundò, quia nō stat ratio legis in illa. Nam ideo lex iussit accipi vxorem defuncti ad suscitandū semen, quia censetur manere in illa semen defuncti, qd̄ per virum superuenientem viuificatur, & tamen in sponsa nondum cognita neque traducta non potest fingi hoc, ideo non accipitur ad suscitationem seminis.

Tertiò, quia non admittitur ad suscitationem istā mulier extranea, quæ ad defunctum nō pertineat, & tamen sponsa non traducta, non pertinet ad defunctum, quia non fuit facta vna caro cum eo per seminis commixtionem: ergo neque sponsa accipietur ad hoc.

Quartò patet, q̄ manifestè intelligatur de muliere cognita lex suscitationis seminis. Nam dicitur, quòd quando mortuus fuerit vnus de fratribus, vxor eius non nubat alteri: & ita ponit lex, tanquam accidens mori illum sine filijs, & tamen qui habet sponsam, & nondum habuit vxorem manifestum est, quòd si moritur morietur sine liberis, ideo non intelligitur de vxore non cognita, id est de sponsa, sed de vxore traducta, & cognita.

An

An frater defuncti liceret accipere vxorem fratris, de qua frater filios non procreasset et si de alijs genuisset ad suscitandū semen. Quæst. CLXV.

QVAERETVR si quis haberet multas vxores, & ex vna, vel ex aliquibus haberet filios ex alijs autē non haberet, an frater defuncti tenebatur accipere illam, quæ non habebat filios, & suscitare ex ea semen defuncto. Accidebat autē iste casus sæpe in veteri testamēto, eo q̄ licebat tñc homini habere multas vxores simul, vt patet de Elcana patre Samuelis, q̄ habebat duas simul. 1. Reg. 1. ca. & Dauid habebat multas. 2. Reg. 3. & 5. c. & 1. Paralip. 3. in nouo autem testamento vetita est multitudo vxorum; vt declaratū est supra 19. c. q. 3. 5. & q. 13. 8. Dicendū q̄ in hoc casu non erat semen suscitandum defuncto. Et patet primò, quia lex suscitationis seminis erat in illo, qui non reliquerat filios, sed iste filios habebat: ergo non erat suscitandum ei semen. Secundò, quia suscitatio seminis fiebat ne periret nomen, & tñ existente saltem vno filio nō debebatur nomen defuncti, sed seruabatur, ideo non oportebat ex alijs vxoribus defuncti, ex quibus nō susceperat filios, suscitari semen. Tertiò, quia lex de suscitatione seminis dabatur, vt suscitaretur semen defuncto, & non, vt suscitaretur semen vxoribus defuncti, & tñ si existentibus filijs defuncti ex vna vxore suscitandum esset semen ex alijs vxoribus, iam nō esset hoc suscitare semen defuncto, sed vxoribus defuncti, quia nō fieret illa suscitatio in fauorem defuncti, sed vxorum suarum, cum iam defuncto satisfactum esset quia ipse filios reliquebat, & tamen nō erat vxoribus semen suscitandum: ergo non erat in tali casu suscitatio seminis. Quartò, quia qñ suscitabatur semen defuncto omnes possessiones eius perueniebāt ad illi, qui suscitabat semen eius, vt postea haberet eas, q̄ nasceretur inde, sicut factum fuit de Booz accipiente Ruth vxorē Mahalon defuncti ad suscitandū semē eius. Nam oīa, q̄ possidebat Mahalon accepit Ruth 4. c. & tunc daret, q̄ filij quos defunctus reliquisset priuarent hæreditate paterna, cum tota perueniret ad eū qui semen suscitabat: & hoc est magnū inconueniens, quia magis pertinerent ad defunctum filij naturales, quos ipse genuit q̄ filij legales, q̄ sunt p̄ suscitationem seminis: & ideo ad eos potius debet pertinere hereditaria successio, & consequēter nō fiet suscitatio seminis in tali casu. Quintò patet, quia si existentibus filijs suscitaretur semen ex vxoribus illis, ex quibus nō genuerat, vel ex quibus non manebant filij superstitēs: necesse erat, q̄ ex tot vxoribus suscitaret, quot essent illæ, quæ non hnt filios: & ita interdum accideret ex multis vxoribus defuncti suscitari debere semen, & tñ Deute. 25. c. inuēit, q̄ ex vna tantum vxore suscitabatur. I. vxor eius non nubat alteri: ergo non erat accipienda aliqua illarū ad suscitandū semen. Sextò, quia si multæ vxores manerent ex quibus defunctus nō acceperat filios, & ex omnibus suscitandum esset semen, cum cognatus defuncti debeat suscitare semen eius teneret ille accipere multas vxores simul: hoc autē est inconueniēs, quia pluralitas vxorum poterat esse licita dispensatiue, aut pmissiue, aut alio modo: tñ nunq̄ erat sub p̄cepto, quia minora bona non cadunt sub p̄cepto, sed sub p̄missionione. Nisi fortè dicat, q̄ non tenebatur idem cognatus defuncti ad accipiēdas oēs illas in vxores, sed plures cognati tenebātur ad plures singuli ad singulas. Et hoc etiam falsum est, quia Deute. 25. c. non dicitur, quòd debeat suscitare semen defuncti, nisi frater eius, & non ponuntur ibi multi, & tamen si istud fieri deberet, cum sæpe accideret scriberet illud lex. Non ergo suscitabatur semen defuncto ex vxoribus illis in tali casu.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

QVAERETVR, si quis habebat multas vxores, sicut fiebat in veteri testamento, & ex nulla illarum filios genuit, vel genuit, & mortui sunt, ex qua illarum frater tenebatur suscitare semen. Quæst. CLXVI.

Dicendum, q̄ aut omnes ille erant apte ad gignēdum suscitandū semen, aut non, si aliqua erāt inepta non est quæstio de illis, quia non erat suscipienda mulier ad suscitandū semen, ex qua semen suscitari nō poterat, sed de illis dubium manet, quæ apte sunt, vocantur ineptæ, vt si qua illarum esset senio confecta: ita vt concipere non posset, si quæ desiderant ei fieri muliebria, sicut dicitur de Sara: Gen. 18. cap. vel si erat aliqua sterilis, de qua constaret aliquo certo signo, vel maleficiata perpetuis maleficijs, aut arcta ita, vt à nemine cognosci posset, aut si aliqua illarum post mortem viri prioris acceperat alium virum, quod fieri poterat, quando vir morietis reliquerat paruulos filios. Nam tunc non erat ei semen suscitandum, nisi paruuli morerentur ante ætatem adultam, in qua acciperet vxores, quia tunc si manebat virum defuncti, & cognatus aliquis eius, suscitandum erat semen illi, & tñ vxores defuncti non tenebantur expectare aliquanto tpe si moreretur vir habens paruulos filios, sed statim poterat alteri nubere. Si ergo ita esset, q̄ aliqua vxorum defuncti acceperat viros post mortem defuncti, & alia non illæ, quæ acceperant, erant ineptæ ad sustinēdum semen defuncti, quia pertinebant ad alios viros, quæ autem non acceperant viros erāt aptæ. Si autem oēs, aut multæ illarum erant apte ad sustinēdum semen, aut oēs erant æqualiter principales, aut non: si primo modo poterat suscitari semē ex omnibus his, ideo erat in optione fratris defuncti, an vellet accipere vxores omnes, quas habebat defunctus, & si vellet omnes tenebantur omnes ille eū in virum accipere, & si aliqua istarum acciperet aliquē in virum, vel commiseret alicui alteri nō matrimonialiter, poterat accusari de adulterio, quia non licebat ei accipere alterum in virum, neq̄ commiseri alicui, quousq̄; refutaret frater defuncti eam in vxorem accipere, vt dicit infra. qñ autē recusaret accipere aliquam illarū licebat iam illi transire ad quemcunq; virū vellet, quia libera erat à iugo viri mortui. Si autē frater defuncti nollet accipere omnes, aut oēs essent principales, aut omnes minus principales, quia ille, quæ fuerant principales defunctæ fuerāt ante virum, aut quædam sic, alię sic. Si primo modo erat in optione fratris defuncti eligere quam vellet. Si secundo modo etiam eligere poterat, cum omnes sint inter se æquales. Si tertio modo distinguunt quidam, quia aut erant omnes, vel multum minus principales, & vnica erat principalis, aut erāt multę principales, & erat vnica minus principalis, vel multæ. Si primo modo dicit, quòd magis principalem tenebatur accipere ad suscitandū semen.

Si autem secundo modo, dicunt, quòd in optione illius erat accipere quam vellet, de illis alijs autē placet, quòd quandocunq; erant multæ vxores, & vnica accipere volebat, vel paucas, erat in optione eius accipere quam, vel quas vellet, istud autem non est totaliter determinatum, quia Deuteronomij vigesimo quinto cap. vbi habetur de his nō fuit expressum circa hæc.

G 3 Quæ

Quæ vxores vocabantur principales, & quæ minus principales. Quæst. CLXVII.

Sed quia distinximus de vxoribus principalibus, & minus principalibus, est dubium, quomodo vocabantur sic.

Dicendum, quod hoc accidebat multipliciter. Vno modo, quia vna vxor erat libera, & alia ancilla, quia tunc libera erat vxor magis principalis, ancilla autem erat minus principalis: sic fuit de Abrahâ, q̄ habuit duas vxores vnam ancillam & aliam liberam ad Galathas 4. c. Sara enim erat libera: & ideo erat vxor principalis eius. Agar autem fuit ancilla: Gen. 16. & 21. immo erat ancilla Saræ: Gen. 16. c. & ideo vocabatur minus principalis, sic etiã fuit de Iacob, qui habuit quatuor vxores duas liberas, s. Rachel, & Liam, & duas ancillas earum, s. Bahalam, & Zelpham: Gene. 29. & 30. c. Sic etiã fiebat, quando Israelitæ volebant aliquas ancillas suas de gentilitate susceptas vxores accipere. Nam cum ibant Israelitæ in bellum, & in medio captiuorum esset pulchra mulier, sed placeret in oculis ipsius in cuius fortem cadebat, poterat eam in vxorem accipere: Deuteron. 21. & tunc generaliter omnis ancilla accepta in vxorem erat minus principalis vxor respectu vxoris, quæ erat libera.

Secundo modo vocabantur vxores minus principales, quando accipiebantur affectu coniugali: & tamen non interueniebant ibi pacta legalia, vel donationes propter nuptias. Vxor principalis vocabatur illa, circa quam seruabantur ista cæremonia legales: fiebat autem ista minus principalitas vxorum, vt quãdo aliquis diues, vel potens volebat accipere in vxorem aliquam mulierem minorem seipso in statu, quia placebat oculis eius, tunc non accipiebat eam cum solennitatibus istis, & cæremoniis legalibus: ista autem tunc vocabatur minus principalis vxor respectu illius, quæ cum istis solennitatibus accepta fuerat, erat autem tantum ista inæqualitas, quod vxores magis principales vocabantur semper vxores, & minus principales vocabantur interdum vxores, & interdum concubinae. Sicut apparet de Agar, q̄ vocatur vxor Abrahæ Gen. 16. & Cethura etiam vocatur vxor Gene. 25. & tunc postea, tam Agar quàm Cethura vocantur concubine eod. c. Sic etiã patet de vxore Leuitæ quæ occisa est in Gabaa, quæ aliquando vocatur vxor, & aliquando concubina Iudi. 19. c.

An mulier possit, vel teneatur suscitare semen viro priori mortuis filijs, & mortuo secundo marito. Quæst. CLXVIII.

Quæretur, si quis moriebatur habens filios paruulos, & vxor illius nubebat alteri, & interim moriebatur filij viui defuncti, & post hæc moriebatur vir secundus mulieris istius, & liberabatur illa à lege eius, an possit tunc, vel deberet mulier ista suscitare semen viro priori.

Dicendum, quod in hoc presuppouendum est, quod viro illi suscitandum erat semen si esset aliquis, qui posset suscitare, ad suscitandum autem requirebantur duo, i. vxor defuncti, & cognatus eius. Si ergo isti nunc essent suscitandum erat semen: maximè quia iste censebatur mortuus sine filijs: & ideo vel ei, vel filijs suscitandum erat semen, non autem filijs, quia paruuli erant, & non poterant dici illi mori sine femine, sed patri, vt ostensum est supra. Hoc ergo supposito, dato quod defuncto maneret cognatus aliquis, erat dubium, an ex illa muliere debebat suscitare semen defuncto.

Dicendum, quod non tenebatur mulier ad istam suscitationem casu isto. Et ratio est, quia ista deserat pertinere ad virum, & inceperat pertinere ad sequentem,

ideo non tenebatur ad suscitationem seminis. Nam lex iubet, quod non nubat mulier defuncti, sed accipiat eam cognatus defuncti: & ita erat obligatio imposta mulieri ad suscitandum semen, ita quod si transfret ad alterum, antequam ea in recusatent cognati defuncti, poterat accusari, vt adultera Gen. 38. c. manebat autem ista obligatio moriente viro sine liberis, quia lex inducebat illud vinculum, licet matrimonium quantum ad se iam esset dissolutum. Si autem vir mortuus est habens filios, & mulier ista transfret ad alterum, cessauit tota obligatio eius ad virum priorem, obligatio autem semel extincta non redijt, ideo non potest redire iterum ista mulier ad hoc, quod sit obligata ad suscitandum semen defuncti.

Sed dicet, quid si mulier sponte vult suscitare semen viro illi priori, an liceat. Aliqui dicunt, quod sic, quia ista fuerat mulier defuncti, & hoc requirebatur ad hoc, quod posset suscitare semen.

Dicendum, quod non admitteretur ad suscitandum semen, quia istud erat aliquid in fauorem mulieris, s. quod si suscitarent semen defunctorum efficeretur hereditas defunctorum eorum filiorum, qui ex eis nascerentur, & hoc erat in præiudicium cognatorum defuncti, ad quos deuolueretur hereditas si non suscitaretur semen defuncto, sed in odium eorum non admitteretur mulier illa, nisi de rigore iuris ei competeret. Non tamen competebat, vt ostensum est cum non posset illa compelli ad suscitationem seminis, ergo non permitteretur à cognatis defuncti suscitare semen defuncti.

Secundo, quia etiam sequebatur aliud inconueniens cognatis defuncti: illis enim erat aliquo modo præiudicialis, & odiosa: lex de suscitando semine, cum per hanc cogerebat accipere in vxores illas, quas nollet: & patet, quia si non esset odiosum, & difficile, non poneretur pena in lege quod non suscitantes semen Deut. 25. c. & tamen in odium, & penam cognatorum defuncti non permitteretur aliquid mulieri, nisi de iure ei competeret, sed non competebat, ideo etiam si vellet non admitteretur ad suscitandum semen.

Sed dicetur, quid si etiam cognatis defuncti placeat, & aliquis illorum vellet assumere illam ad suscitandum semen an possit. Dicendum quod non licebat. Primo, quia non fiebat suscitatio seminis, nisi ex muliere defuncti: & tunc ista non erat vxor defuncti, sed alterius, qui eam immediatè habuerat: ergo non erat apta ad suscitationem seminis. Secundo, quia si aliqua prorsus extranea mulier vellet suscitare semen defuncto, & placeret cognatis defuncti, adhuc non posset, quia lex non habebat locum in ea, cum non esset vxor, & tunc ita erat aliena illa, postquam fuerat vxor alteri, ideo non licebat ei suscitare semen defuncto.

Tertio patet, quia hoc erat expressè contra legem. Nam Deute: 25. c. dicit, quod si quis moreretur sine liberis, vxor eius non nubat alteri, sed frater defuncti accipiat eam, & tamen illa nupsit iam alteri, vt presuppouit: ergo non poterat suscitare semen.

Quarto, quia motuum legis cessabat. Nam ideo iussit lex, quod ex vxore defuncti suscitaretur semen, quia suscitatio seminis non est appositio noui seminis, sed viuificatio præexistentis, quod mortificatum videbatur, & censetur viuificari per semen superuenientis viri, & sic mortuus presuppouitur semine positum, sed illud fuisse mortificatum, & tamen semen illius non potest fingi positum, nisi in vxore sua: ergo non potest alia mulier accipi ad suscitandum semen, nisi vxor defuncti, & tamen ista fictio cessat in muliere, quæ alteri nupsit, mortuo priore viro, cum non censeatur in ea manere semen prioris viri, sed illius solum, quem proximè habuit, ideo non potest accipi ad suscitandum semen.

Ad

Ad quid tenebatur vxor moriente viro secundum conditionem veteris testamenti. Quæst. CLXX.

Quæretur de vxore moriente viro ad quid tenebatur secundum conditionem veteris testamenti. Dicendum, quod aut vir relinquebat filios, aut non: si relinquebat filios poterat illa nubere cui vellet, & non obligabatur ad aliud. Si non relinquebat semen, aut erat mulier apta ad gignendum, aut non: vt pote, quia sentio confecta, vel manifeste sterilis, aut arcta, vel quocumque impedita, ita vt non possit gignere. Si non erat apta non tenebatur ad aliquid, cum non posset suscitare semen: & tamen non debebat nubere alteri viro, quia si nuberet, ostenderet se aptam ad gignendum cum matrimonio ordinem ad prolem: & tunc esset in culpa, quia si apta esset ad gignendum, deberet suscitare semen, sed manebit soluta, & non poterit cognatus aliquis defuncti illam cogere ad suscitationem seminis. Si autem erat apta ad suscitationem tenebatur mortuo viro, & elapsò tempore luctus, quod de lege, vel consuetudine apud Iudeos seruabatur, admonere omnes cognatos defuncti secundum ordinem maioris, & minoris propinquitatis, vt aliquis eorum acciperet eam in vxorem ad suscitandum semen defuncto: & vsque ad illud tempus tenebatur semper abstinere à quolibet viro, & si quis de cognatis viri vellet eam accipere in vxorem, tenebatur manere cum illo, si autem nemo illam vellet accipere de cognatis defuncti, erat ipsa libera à lege prioris viri, & poterat nubere cuiunque vellet, neque poterat ei quicquam obijci. Si tamen antequam omnes admonerent, vt eam aliquis acciperet, contraheret ipsa cum alio viro, vel fornicaretur tenebatur tanquam adultera ad penam, sicut si esset coniugata, vel desponsata per verba de presenti, & fornicaretur cum aliquo, vt dicitur sequenti quæst.

Sciendum tamen, quod quando mulier defuncti admoneretur quilibet cognatorum defuncti, vt eam acciperet, si ipse volebat tenebatur, illam citare coram iudicibus, & ibi propositura erat querelam suam, s. quia ille volebat suscitare semen defuncto, & tunc si ille diceret, quod verum erat, quod volebat, adiudicantibus iudicibus mulier soluebat calciamentum de pede illius, & spuebat in faciem eius, dicens. Sic fiet viro, qui non vult edificare domum patris sui. Et vocabatur deinde domus illius domus discalciati: Deut. 25. Et sicut de vno fecisset de omnibus factura erat, & sic quousque omnes eam accipere recusarent, & sustinerent iudicialiter illam penam, non licebat mulieri accipere aliquem alium virum. Si autem aliquis de cognatis viri eam acciperet, manebat apud eam tota hereditas viri pro femine nascituro. Si autem nemo eam acciperet, poterat ea accipere quemcumque vellet in virum, & tamen nihil manebat penes eam de hereditate viri sui, cum non suscitaret semen eius.

Quomodo potest stare, quod dictum est preceden. q. s. quod si mulier mortuo viro sine femine alteri commisceatur adulterata censebatur, cum ipsa non esset coniugata. Quæst. CLXX.

Quæretur, quomodo potest stare, quod dictum est præc. q. s. quod si mulier mortuo viro sine femine si antequam requireret oēs cognatos viri iuxta formam ibi datam acciperet alium virum, vel fornicaretur, quod poterat accusari, vt adultera, quia talis accusatio non competit nisi contra coniugatam aut desponsatam per verba de presenti, sed ista non erat coniugata, aut desponsata. Dicendum, quod tenebatur de adulterio quomodocumque. permitteret se cognosci ab aliquo viro, siue matrimonialiter, siue fornicarie, & de-

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

bebatur lapidari, vel cremari, quod patet ex his, quæ habentur Gen. 38. c. vbi primogenitus Iudæ accepit Thamar vxorem, & mortuo illo sine femine accepit eam secundus frater, s. Onan, & illo quoque mortuo sine femine acceptura erat eam Sela tertius frater: sed antequam illam acciperet, inuenta est prægnans Thamar, & condemnata est ad ignem, & exusta fuisse, nisi si quia innocentiam suam probauit, aut culpam saltem excusauit, vt patet ibidem: Ita autem secundum Iudeos paterebatur mulier, quæ hoc faceret. Nam lex suscitationis seminis fuit inter Iudeos, quia erat prius inter gentes, vt ostensum est supra. & ideo sicut erat poenalis apud gentes, esset quoque apud Iudeos.

Et tamen in hoc differt, quia inter Hebræos non imponebatur talis pena regulariter, sed adultera lapidabatur Leui. 20. & Ioan. 8. c. & dixi regulariter, quia interdum pro fornicatione exurebatur mulier: vt si filia sacerdotis fornicaretur in domo patris exurebatur flammis Leui. 21. c. sed quidquid poenæ imponeret non differt in hoc cum videatur imponi poena indebita. Et obijcietur contra prædicta, quia ad Rom. 8. dicit Apostolus, quod mortuo viro soluta est mulier à lege viri: ita vt non iudicaretur adultera si fuerit cum alio inuenta: & tamen hic erat mortuus vir: ergo non poterat accusari mulier de adulterio, licet contraheret cum altero, vel quomodocumque commiseretur ei.

Dici potest, quod dictum Apostoli est regula, & tenet generaliter in omnibus, nisi in quibusdam casibus à lege exceptis. Et iste est vnus, vel forte vnicus, quia non inuenimus alium casum, in quo mortuo viro teneatur mulier de adulterio, si cum alio inueniatur.

Secundo potest dici, quod generaliter est verum, quod mortuo viro, soluta est mulier à lege viri, & tamen hic non est mortuus vir huius mulieris, quia licet vir mortuus sit verè, tamen fictione legis viuus quousque illa accipiat virum vnum de cognatis eius, qui suscitaret semen illius.

Tertio potest dici, quod non est mortuus vir, quia licet vir prior sit mortuus, manet vir eius vnus de cognatis viri sui ex legis ordinatione, & si fornicatur dicit fornicari viuente viro, & ita est adulterij rea.

Quarto potest dici, & fortè melius, quia licet mulier soluta erat à lege viri mortuo viro, tamen non erat soluta ab onere legis. Nam dicitur Deuteron. 25. ca. si vnus ex fratribus mortuus fuerit absque liberis vxor eius non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen defuncti, & quia lex imposita hic facta per mulierem necessitatem suscitandi semen volente aliquo de cognatis defuncti, teneatur mulier abstinere ab extraneo coitu, quousque sciat, an aliquis de cognatis viri velit eam accipere in vxorem.

Sed tunc quando obijciat, quod non potest ista mulier teneri de adulterio, quod solum competit contra desponsatam & coniugatam, dicendum quod verum est: & tamen mulier ista, licet non sit coniugata, neque desponsata in veritate, censetur desponsata, eo quod lex despondet eam alicui cognatorum defuncti, si voluerit eam. Ideo ad petitionem illius tanquam sponsæ sui debebat mulier illa cremari, vel lapidari, si acciperet alium in virum, vel fornicaretur cum eo. Poterat etiam quilibet alius propinquorum illam accusare, vel forte quilibet de populo, quia adulterium est crimen publicum: Et in criminibus publicis competit cuilibet de populo ius, & admittitur ad accusandum secundum leges humanas, & fortè ita erat inter Iudeos: sic fuit de Thamar, vt dictum est, quia ex hac causa eam accusauit Iudas, & producebatur ad incendium, nisi quia se excusauit Gen. 38. c. sed maximè competebat accusatio directe cuilibet propinquorum, quia cuilibet

In q. 143. & 144.

Adultera inter Hebræos lapidabatur.

In criminibus publicis competit cui libet de populo ius ad accusandum.

G 4 erat

erat debita mulier volente altero eam recipere, & re-
ctè imponcbat mulieri pœna. Primò, quia mulier pec-
cabat contra legem. Secundò, quia ille ad cuius peti-
tionem puniebatur, habebat ius mulieris, idest erat ei
debita, & velut pro sibi illata iniuria conuenienter eã
ad mortem accusabat. Primum patet, quia Deutero.
25. ca. dicitur si mortuus fuerit vnus de fratribus sine
liberis vxor eius non nubet alteri, sed accipiet eã fra-
ter eius. Secundum patet eo. c. cum dicitur. Sed acci-
piet eam frater eius. Et postea dicitur: Si aut nolu-
erit recipere vxorem fratris sui, quæ ei ex lege debetur. Er-
go antequam illi nubat, debita est ei, & ideo nõ est so-
luta ab omni vinculo, & consequenter si alteri nubat,
vel fornicetur pœnam incurrit, quia est sub lege viri
velut si esset sponsa de presenti, vel esset matrimonii
consummatum.

An si defunctus haberet fratrem valde parue ætatis vxor ac-
cipere posset aliquem alium cognatum ad suscitanda
semem. Quæst. CLXXI.

QUÆRITUR, si defunctus haberet aliquem
fratrem valde parue ætatis, quomodo vxor
defuncti accipere posset in virum ad susci-
tandum semen, & an poterat accipere ali-
quem alium cognatum defuncti, qui non esset tam
propinquus, vel poterat accipere aliquem, qui non ef-
set decognitione.

Dicunt quidam, qd in tali casu non tenebantur vxor
res defunctorum ad suscitandum semen eorum, sed
poterant nubere quibus vellent. Sic colligitur Ruth.
1. c. vbi dicitur, qd Ruth, & Orpha nurus Noemi iã vi-
dua, mortuis filiis Noemi, volebant venire cum Noe-
mi de terra Moab, quæ erat terra earum, in terram Is-
rael, quæ erat terra Noemi: & dixit ad eas Noemi, Re-
uertimini filia Moabitæ, cur venitis mecum enim
senectute confecta sum, neque apta vinculo coniugali
neque filios habeo in vtero, & si ista nocte concipi-
pere possem, & parere filios si eos expectare velitis,
donec annos impleant pubertatis prius eritis vetula
quam nubatis. In quo innuit, qd si filij essent paruuli,
non tenerentur eos expectare, sed poterant nubere
alijs viris, sicut Noemi iurabat nubibus suis, qd reuer-
terentur in terram Moab, & ibi nuberent.

Alij dicunt, quod in hoc casu debebat mulier acci-
pere aliquem alium de cognatione defuncti ad susci-
tandum semen, & hoc sufficiebat. Sed dicendum est,
qd si paruulus esset ille, qui erat propinquior defun-
cto, & cui cõpeterat suscitare semen eius, aut mulier
defuncti expectando istum, donec veniret ad annos
pubertatis, excederet tps gignendi, aut non. Si non ex-
cederet ips, tenebat expectare. Sic patet de Thamar
vxore primogeniti Iudæ mortui sine liberis quam se-
quens frater, idest Onan accepit ad suscitandum se-
men, & illo quoque mortuo sine liberis manebat a-
lius filius parvus frater defunctorum, s. Sela, & dixit
Iudas ad Thamar. Mane in domo patris tui i veste vi-
ditatis, donec crescat Sela filius meus, & dabo eum
tibi, & mansit expectando Thamar, quousque venit
Sela ad annos pubertatis, & cum non daretur ei vidēs
se delusam cogitauit qualiter ipsa fraudaret Iudam,
& ita factum est. Gen. 38. Et tamen si nõ tenerentur
expectare quousque ille cresceret, non maneret ipsa
expectans tanto tempore ad mandatu Iudæ in vidui-
tate, & quod maius est, quia licet fornicaretur non te-
neretur ad pœnam aliquam si nõ teneretur expecta-
re paruulum, donec esset pubes. Si autem mulier tan-
ta ætatis esset, quod expectando paruulum vique ad
pubertatem transcenderet tempus gignendi, nõ de-
bet eum expectare, quia tunc sequerentur duo incõ-

uenientia. Primū, quia non fieret suscitatio seminis,
cum mulier ista esset ineptra ad suscitandum semē re-
pore, quo paruulus perueniret ad pubertatem. Secū-
dum quia mulier ista perderet tps suum gignendi, cū
de alio viro concipere posset post mortē viri prioris.

Dicendum ergo, qd in tali casu ista mulier debet ac-
cipi in vxorē ab alio de cognatis defuncti pretermis-
so illo paruulo. Et istud satis poterat fieri, quia si vnus
de cognatis defuncti cederet iuri suo, nolendo susci-
tare semen defuncti, trāsibat potestas ad alium, vt pa-
tet in Booz, & alio cognato suo, qui propinquior erat,
& noluit suscitare semen Mahalon. Ruth. 3. & 4. c. a
fortiori ergo fieret, si vnus cognatus esset impotens
transiret ius suscitandi ad alterum, quia si sola volun-
tas poterat transferre ius de vno in alterum, posset il-
lud a fortiori transferre impotentia, & necessitas, &
ita transiret ius de vno in alterum, si essent multi co-
gnati impotentes, siue propter ætatem, siue propter
alterum impedimentum quousque perueniret ad
illum, qui esset potens fm ordinem propinquitatis.

Quibus competeat hoc ius de suscitacione seminis defuncto-
rum, vel cui erat imposta necessitas in veteri lege.
Quæst. CLXXII.

QUÆRITUR, nunc circa suscitantes semē
defunctorum, quibus competeat hoc ius
vel erat imposta istam necessitas.

Dicendum, qd istud partim erat ius, partim
erat onus: & tñ potius erat onus qd ius. Primum,
patet, quia si non esset hic ius aliquod, vel fauor qua-
rundam personarum, posset quilibet de cognatione
aspirare ad illud incõsulto alio, sed falsum est, quia sic
bat fm ordinem maioris, & minoris propinquitatis;
& non licebat minus propinquo suscitare semen de-
functo, nisi expressè renuñciaret iuri suo, qui magis
propinquus erat, vt patet de Booz, qui non potuit ac-
cipere Ruth in vxorem ad suscitandum semen Ma-
alon defuncti, donec alius, qui erat propinquior cede-
ret iuri suo, & cessit realiter Ruth 3. c. & 4. c.

Secundum patet, quia obligabantur viuetes ad sus-
citandum semen defunctorum, & cū sibi ipsi filios gi-
gnere debèrent, gignebant alijs. Sic patet Gen. 38. &
Deut. 25. c. Tertium patet, quia ius quod habebat illi,
qui semen suscitabant erat, qd haberent omnia bona
defuncti, & ptinebat ad eos vnusfructus illorum, & ser-
uabant bona pro illo, qd nasciturus erat ex feminis su-
scitacione, vt patet Ruth 4. cum dixit Booz qd esset
e cognatus suus in ius, s. Testes vos estis, qd possede-
rim hodie oia qd fuerunt Elimelech, & Chelio, & Ma-
halon tradente Noemi, & Ruth Moabitidem vxorē
Mahalon in coniugium sumptserim, vt suscitè nomē
defuncti in hæreditate sua. Erant autem multa onera
in suscitando semen. Primum, qd cogebatur quis acci-
pere determinatam vxorē, s. vxorē defuncti: istud aut
erat valde durum, quia nõ bene accipitur in vxorem,
nisi ea qd placet, multi autem sunt, qui vxores accipe-
re nolunt, quia ab alijs cognita fuerunt, & assuetæ ali-
quando moribus aliorum: hic autem accipiebatur vxor
ab alio cognita, & non quia placebat, sed quia lex
inbebat, ideo erat onus. Secundò quia gignebat filios
alteri, & non sibi. Nam saltè primogenitus nominabatur
nomen defuncti, i. ad posteritatem suam pertinebat, &
non ad familiam gignētis: hoc aut erat tam graue, qd
quidã pp hoc incidebat in re non humanã, s. priuantes
se naturali delectatione licita. Sic patet de Onã filio
Iudæ, qd accepit Thamar in vxorē ad suscitandum semen
fratris sui defuncti Gen. 38. c. & dr. Ille aut sciens non
sibi nasci filios introiens ad vxorē fratris semen sum-
debat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.

Multa onera in suscitando semē.

Tertio

In q. 16.

Tertio quia ex ista suscitacione seminis continge-
re poterat interdum, quod aliquis maneret sine filiis,
& nomē suum deleteret, vt quis suscitaret semē al-
teri, & nasceretur vnicus filius, ille pertinebat ad de-
functum, & maneret pater eius sine liberis, qui perti-
nerent ad eius cognationē. Hoc aut erat magnum in-
conueniēs, sic patet Ruth. 4. c. cum dixit Booz ad co-
gnatum suum, qd acciperet Ruth ad suscitandum se-
men defuncti, & ille noluit, sed ait. Cedo iuri propin-
quitatis: neq; enim posteritatem familiæ nræ delere
debeo, idest nolo delere, sed hoc nõ diceret, nisi inter-
dum suscitando semen alteri, contingeret deleri no-
men, & progeniem suscitantis.

Quarto patet, quia imponebatur pœna non suscitã-
ti semen Deut. 25. c. & grauis quidem, s. qd discalci-
batur, & spuebat in faciem eius, & manebat in pepe-
tuum infamatus, s. qd vocabatur domus discalciati in B
Israel, & tñ, si plus esset de fauore quam de grauitate,
vel pœna, nõ imponeretur pœna aliqua a lege, sed qui-
libet sponte suscitaret semen defuncti, cum quilibet
apparet id, quod delectabile est, & fauorabile.

Quinto patet, quia qñ quis sperabat fauorem, qui
erat circa suscitacionem seminis, multi illū desidera-
bant, cum aut coniungebatur cum oneribus, quæ cõ-
iuncta erant mulieri fugiebant vtrunq;. Plus ergo ef-
fe putabant de odio, & onere qd de fauore. Sic patet
Ruth. 4. c. qñ Booz petiuit a cognato suo, an vellet e-
mere agrum Ruth, qui pertinebat ad eum iure propin-
quitatis, & ait ille ego agrum emam, cui ait Booz,
qñ emeris agrū de manu mulieris Ruth quoq; Moa-
bitidem, quæ vxor defuncti fuit debes accipere, vt sus-
cites nomen defuncti, cui respondit ille. Cedo iuri
propinquitatis: neque enim posteritatem familie nræ
delere debeo, tu meo vttere priuilegio, quo me liben-
ter carere profiteor.

De ista suscitacione dicendum, qd pertinebat ad fra-
tres defuncti. Deut. 25. c. Et ratio est, quia ille qui na-
sceretur, debebat vocari, & reputari filius defuncti,
ideo debebat habere ad illum maximam identitatē,
quam habere poterat, non poterat autem esse maior
quam, qd a fratre defuncti gigneretur cum fratres ha-
beant identitatem sanguinis, & radicis, vt dr 8. Ethic.
alia etiam causa ad hoc erant, vt dictū est supra. Sed
dicendum, qd non solum fratres, sed etiam alij cogna-
ti poterant suscitare semen defuncti. Quod patet de
Booz, & cognato suo, qui non erant fratres, & tñ ad
ambos pertinebat suscitacio seminis, & patet, quia
Booz, & cognatus suus non erant in eodem gradu, cū
dixerit Booz qd alius erat propinquior, quã ipse, Ruth
3. & 4. c. & tamen si fratres essent, ambo attinerent ad
Maalon in eodem gradu, ergo non erant fratres. Er-
go ad non fratres defuncti pertinebat suscitacio semi-
nis, sed dicendum, qd directius pertinebat ad fratres.

Sed obijcietur, quia Deut. 25. c. vbi ponitur de sus-
citacione seminis solum dicitur de fratribus, s. frater
defuncti accipiet eam in vxorem, & tota illa lex lo-
quitur de fratre.

Dici potest vno modo, qd accipit fratres largè pro
cognatis, quia quatuor modis accipiuntur fratres, vt
dicit Hierony. super Matth. 1. natura, gente cognatio
ne, & affectu. Natura vt Esau, & Iacob, gente vt om-
nes Iudæi fratres inter se vocantur Deut. 17. c. nõ po-
teris super te constituere in regem extraneum, qui nõ
sit frater tuus, idest qui non sit de gente Iudeorum,
porro cognatione vocantur fratres omnes, qui sunt
de eadem familia, sicut Gen. 13. c. dixit Abraham ad
Loth. Non sit rixa inter me, & te qm fratres sumus.
Affectu vt omnes Christiani seq. c. omnes vos fratres
estis. Hic potest accipi frater tertio modo, idest cogna-
tione, & ita omnes cognati vocabantur fratres. Sic

etiam accipitur sepe in nouo testamento, vt supra 12.
c. ecce mater tua, & fratres tui stant foris, & tamen
Christus non habebat fratres, sed cognatos, & supra
13. c. dicitur. Nonne mater eius dicitur Maria, & fra-
tres eius Iacobus, & Simon, & Ioseph, & Iudas, & so-
rores eius nonne omnes apud nos sunt? & tamen ne-
que fratres neque sorores habebat Christus, & non
solum qui virginitatem Mariæ nesciebant vocabant
istos fratres Christi quasi putarent eos filios Mariæ,
& Ioseph, sed etiam Apostolus ad Gala. 1. c. vocat Ia-
cobum fratrem Domini, idest cognatum.

Secundo potest dici, & melius, qd accipitur frater
pro germano, quia manifeste colligitur ex litera, qd
ibi de fratribus agatur.

Sed dicendum, qd dixit ibi solum de fratribus: pri-
mo, quia licet ad omnes cognatos pertineat ista sus-
citacio, tamen primo, & directius pertinet ad fratres
quam ad alios, & hoc, quia isti sunt propinquiores.
Secundo, quia casus ponebatur ibi de fratribus, ideo
oportuit, qd lex sequens de fratribus diceret. Dicitur
quando habitauerunt fratres simul, & vnus ex eis abli-
que liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet
alteri, sed accipiet eam frater eius, & tamen cognati
idem faciebant, sed de illis non fuit ibi expressum. De
hoc tamen, sã cognati obligarentur ad suscitacionē
seminis, sicut fratres, dicitur infra,

In q. 17.

An omnibus fratribus equaliter competeat suscitare semen,
vel erat inter eos aliquis ordo præcessionis, vel iuris, vel
obligationis. Quæst. CLXXIII.

QUÆRITUR cum fratribus defuncti primo, &
directius competeret suscitare semen, an om-
nibus equaliter cõpeterat, vel erat inter eos aliquis
ordo præcessionis, & iuris, vel obligationis.

Dicendum, qd scriptura non ponit aliquem ordinē
Deute. 25. c. vbi ponitur ista lex de suscitacione semi-
nis, sed solum, qd si moreretur aliquis acciperet frater
eius vxorem defuncti, & suscitaret ei semen, erat tñ
aliquis ordo inter illos. Erat autem ordo, qd mortuo
aliquo sine liberis frater eius, qui erat sequens in or-
dine natiuitatis acciperet vxorem eius ad suscitandū
semen, & si iste moreretur, nõ suscitato semine, suc-
cedebat sequens frater fm etatem quousque omnes
morerentur, & finirentur accipiendo mulierem, vel
aliquis suscitaret semen, aut moreretur mulier. Nam
si quis illorum suscitabat semē etiam illo mortuo nõ
tenebatur alius accipere mulierem illam ad suscitandū
semen, quia iam suscitatum erat.

Ordo ob-
seruatus
in susci-
tacione se-
minis de-
functi.

De ordine isto patet primo, quia si nõ esset aliquis
ordo inter fratres nunquam fieret suscitacio seminis:
erat enim istud potius onerosum quã appetibile, &
fauorabile, vt ostensum est præce. q. & ideo quilibet
de fratribus recusaret illud, & imponeret onus alte-
ri, dicens, se non obligari plusquam alios, & ita susci-
taretur discordia inter fratres, & nullus vellet susci-
tare semen defuncti. Dato autem, qd esset ordo debe-
bat esse ille, quem diximus, quia sicut prioritas nati-
uitatis tribuit ius ad præcedendum in alijs, ita & hic cõ-
sit quoddam ius, & priuilegium, sicut dixit cognatus
Booz ad ipsum, tu meo priuilegio vttere, licet esset et
onus, ideo priores natiuitate debebant præcedere.

Secundo patet ex ordine, qui ponitur Gen. 38. c. Cū
enim mortuus fuit Her primogenitus Iudæ præcepit
Iudas sequenti filio, s. Onan accipere vxorem fratris
sui ad suscitandū semen, & illo mortuo, dixit, qd daret
Sela, qui erat minimus ad suscitandum semen.

Tertio patet hoc ex ordine cognatorum suscitandi
semen: nam qñ illi suscitabant semen, ille qui
erat gradu proximior suscitabat semen. Sic patet de
Booz,

Booz & cognato eius, quia qñ Ruth voluit, q̄ Booz acciperet eam in vxorem dixit ille, q̄ erat alius propinquior, & si ille vellet acciperet. In autem ipse eam acciperet Ruth. 3. c. & ita postea fuit, quia Booz noluit accipere Ruth in vxorē quousque cognatus eius cessit iuri propinquitatis Ruth. 4. c. ita ergo inter fratres esset, quia primus deberet suscitare semen defuncto, nisi secundus cederet ei ius suum nolendo suscitare semen defuncto, & tamen nō poterat cedere ius sine illa p̄tia, quæ habetur Deute. 25. c. q̄ si requisitus nollet suscitare semen disscaliaret eum mulier coram iudicibus, & spueret in faciem eius, & diceret, sic fiet viro, qui non vult suscitare semē fratri suo, & tūc tertius frater poterat suscitare semen, & si nollet, sed alteri cederet, pateretur eā ridem p̄nam.

Quartō patet hoc ex casu, quem posuerunt hic Saducæi dicentes fuisse septem fratres, & primus accepit vxorem, & mortuo illo sine liberis accepit eā secundus, similiter tertius, & quartus, & vsque ad septimum, & nouissime mulier mortua est, & ita ponunt talem ordinem fuisse in accipiendo vxorem ad suscitandum semen qualis erat ordo in natiuitate eorum.

An in omni casu obligentur fratres suscitare semen fratris defuncti. Quæst. C. LXXIII.

Quæretur, an in omni casu tenerentur fratres suscitare semen fratris sui defuncti, vel erat aliquis casus, in quo nō tenerentur.

Aliqui dicunt, q̄ interdum non tenebantur fratres superstitēs suscitare semen defuncto, quod aliquādo contingeret, q̄ moriētē vno fratre ceteri fratres eius haberent coniuges, & sic non possent suscitare semē defuncti. Dicunt ergo quidam propter hoc, q̄ quando quis moriente fratre suo habebat vxorem, non tenebatur suscitare semen illius, sed in omnibus alijs casibus tenebant superstitēs suscitare semen defuncto.

Sed dicendum, q̄ non stat: immo etiā si fratres defuncti haberent vxores suscitare debebant semen defuncti. Quod patet, quia si habens vxorem non deberet suscitare semen alterius, rarō contingeret suscitari semen defunctorum. Nam contingeret, vt in plurimum, q̄ moriētē vno de fratribus, reliqui, siue essent plures, siue vnus, haberent vxores, & ita in casu illo nullus suscitaret semen defuncti. Vnde contingeret plures non suscitari semen quam suscitari, Deus tamen dabat regulam istam tanquam generalem, s. q̄ suscitaretur semen defunctorum, nō perirent nomina eorū. Ergo videtur, q̄ etiā si habebant alij fratres vxores, suscitare deberent nomen defuncti.

Sed in hoc incidunt duo dubia. Primum est, q̄ nō poterant suscitare semen, qui iam habebant vxores, quia ad hoc oportebat accipi alias vxores, s. vxorē defuncti. Secundum dubium est, dato q̄ liceat eis, an obligentur ad hæc. Dicendum, q̄ ista non impediabant, & est dicendum de primō, q̄ licebat cuilibet istorum habenti vxorem accipere insuper vxorem defuncti. Nam vxorū pluralitas nunc est illicita extra de diff. c. gaudemus. & supra 19. c. q. 31. & tamen in veteri testamento licita erat, sicut fuit de Elcana viro sancto patre Samuelis habere duas vxores, & ex vna illarū Deus dedit ei miraculose filium, qui fuit propheta magnus 1. Reg. 1. & 3. c. & ita Deus approbabat illud. Sic etiā Dauid erat vir sanctus, & habuit multas vxores 2. Reg. 3. & 5. & 1. Paral. 3. c. Etiam Deus dixit ad Dauid 2. Reg. 12. cap. Dedi vxores Domini tui in sinu tuo, & tñ si habere multas vxores esset malum, non fecisset hoc Deus, qui non est auctor mali, & si fecisset permissiue saltē, non refret hoc ei, quasi expro-

brādo beneficium collatum, ergo erat licita vxorū pluralitas. Sic ostensum est supra 19. c. q. 32. nunc autem erat maxime licita, quia erat pro causa honesta & Deo imperata. sed suscitandum semen.

De secundo dicendum, q̄ nō solum erat licitum, immo etiā obligabantur, & dependēt vnū ab altero, quia si licitum erat nulla dubitatio est, quin esset necessarium. Nam nō manet difficultas, nisi quia habenti vxorem datur vxor marito, & hoc non est incontinentens, quia si quis non haberet vxorem manifestum est, q̄ tenetur accipere vxorem defuncti etiā si illa nō placeret in oculis eius. Ergo cum liceret habenti vxorem accipere aliam vxorem, tenebatur accipere illam, quia aliter non poterat semen suscitari & manifestatur plus, quia habenti vxorem in veteri testamento licebat superducere aliam vxorem, ergo sicut non habens vxorem cogebatur accipere vxorem defuncti ad suscitandum, ita & habens vxorem tenebatur superducere aliam, s. vxorem defuncti.

Secundō quia, vt dictum est, si fratres defuncti habentes coniuges non tenerentur suscitare semen defuncto, rarō suscitaretur semen defunctis, cum plures cōtingeret fratres defunctorum esse coniugatos quam sine vxoribus, & tñ lex erat generalis, q̄ frater defuncti suscitaret semen eius, ergo etiā in isto casu tenebantur suscitare semen.

Tertiō patet, quia hoc dato raro, aut nunquam suscitaretur semen defunctis: cum enim suscitare semē esset onerosum, & cōter videretur hominibus difficile, posset fieri fraus, vt nunquam fieret suscitatio, s. quod fratres minores acciperent cito vxores, vel saltē sponsas, & ita nunquam tenerentur ad seminis suscitationem.

Quartō patet de suscitatione seminis Mahalon ex Ruth quādo eam accepit Booz: nam tam ipse quam cognatus eius erant homines antiqui fati, & venerabiles, vt colligit ex verbis Booz, qui laudauit Ruth, eo quod non secuta fuerat iuuenes, sed eum Ruth. tertio cap. & ideo non erat latus verisimile, quod tam Booz quam cognatus eius non haberent vxores, & tamen Booz accepit Ruth in vxorem, & cognatus eius non se excusauit quin acciperet quasi habens aliam vxorē, ergo vxores habentes non excusabantur, quin tenerentur suscitare semen defunctorum accipiendo alias vxores.

Quintō patet ex casu, quem posuerunt hic Saducæi de suscitatione seminis de septem fratribus, qui acceperunt eandem vxorem successiue, & quilibet tenebat eam, donec moreretur ipse, & postea suscipiebat eam sequens, & ita de omnibus factum est. Non erat tamē verisimile de omnibus, his, quod omnes manerent tunc sine vxoribus, quando illam suscipiebant, quia tunc omnes sex fratres manerent sine vxoribus, quousque moreretur primus, & omnes quin; quousque morerentur primus, & secundus, & maxime erat hoc non verisimile quantum ad septimum, scilicet, quod ille maneret semper sine vxore quousque omnes sex fratres eius haberent successiue eandem vxorem, & morerentur: Nam licet hoc erat possibile non erat verisimile, accidit tamen, quod omnes isti septem fratres acciperent eandem vxorem successiue: ergo aliquis istorum, vel fortē multi habebant alias vxores quando istam accipiebant, & ita fratres defunctorum tenebantur ad suscitandum semē defuncti, & ad accipiendum vxorem eius etiā si quilibet istorum haberet iam vxorē aliquam, vel multas.

An erat generale, quod quocumque moreretur vnus de fratribus tenerentur omnes alij suscitare semen eius, vel speciale in primogenitis. Quæst. C. LXXV.

Quæretur, an erat generale, q̄ quocumque moreretur vnus de fratribus tenerentur alij suscitare semē eius, vel erat speciale in quibusdam ipsorum.

Dicendum, quod lex de suscitatione seminis Deut. 25. c. generaliter loquitur, s. quando habitauerint fratres simul, & vnus absque liberis mortuus fuerit, vxor eius non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius. Et ita innui videtur, q̄ quilibet de fratribus teneretur suscitare semen alterius fratris sui prius motientis.

Aliqui autem esse dicunt, q̄ solum intelligitur in primogenitis, s. q̄ si ille moreretur sine liberis frater eius sequēs acciperet vxorem illius ad suscitandum semen, & si ille quoque sine filijs moreretur succederet tertius, & vsque ad vltimum, & ita fuit in presenti, vt reculerunt Saducæi, quia septem fratres successiue habuerunt eandem mulierem, dicunt etiā, q̄ hoc non habebat locum in minoribus fratribus, vt si moreretur frater minor sine liberis relicta vxore, & frater maior non haberet vxorem, nō tenebatur accipere vxorem defuncti ad suscitandum ei semen.

Causam autem esse dicunt, quia suscitatio seminis fiebat ad familias conseruandas primogenitorum, & nomina, per quos principaliter deriuabantur familie patrum. Et ideo primogeniti pro seipsis semen gignebant, & non tenebatur illud suscitare pro minoribus. Ista positio est satis rationabilis, & est multorum, & tenuimus eam Deute. 25. c. Et nō solum hoc de primogenito, in quo videbatur speciale, sed etiam de alijs non primogenitis, s. quod maiores nunquam tenerentur suscitare semen minorum, vt in casu, quē posuerunt hic Saducæi de septem fratribus, s. quartus etate moreretur ante secundum, q̄ nō teneretur secundus suscitare semen quarti, etiam si nullā vxorem haberet, sed si moreretur quartus, obligabatur quintus, sextus, & septimus ad suscitandum semen illius, & si possent maiores suscitare semen minoribus, saltē non obligabantur suscitare, quia maiores natiuitate respectu minorum habebant locum primogenitorum.

Si autem staret ista determinatio manebat dubium, s. si essent multi fratres, & aliqui de medijs morerentur, an minores illis tenerentur suscitare semen ipsorum, dato q̄ primogenitus non teneretur ad hoc respectu aliquorum suorum fratrum. Tenentes positionem prædictam respondent sub dubio dicentes, q̄ fortē non tenebantur maiores ad hoc, quia suscitatio seminis fiebat propter suscitationem familie, & nominis primogenitorum, & sic si primogenitus filios habebat, non erat necesse, q̄ alij minores adinuicem sibiipsis semen suscitarent, & sic volunt istam legem restringere ad primogenitos, s. q̄ solum fieret ista suscitatio seminis moriente primogenito alicuius.

Alij dicunt rationabilem positionem esse, q̄ lex ista intelligatur de omnibus fratribus, siue moreretur primogenitus ante alios, siue quilibet minorum fratrum, q̄ manentes tenerentur ad suscitandum semē defuncti. Et patet hoc, quia lex generaliter loquitur, s. quādo habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit. Si tamen de solo primogenito intelligeretur non diceretur, & vnus ex eis sine liberis mortuus fuerit. Quia hoc indeterminate ponitur, & potest referri ad quemlibet eorum, s. q̄ si moriatur sine liberis, q̄ superstitēs suscitet semen eius. Et non solum potest referri: immo videtur, q̄ ex modo loquendi non possit intelligi de solo primogenito,

sed oporteat intelligi etiam de alijs, quia aliter nō diceretur vnus ex eis, sed primus ex eis. Ideo magis concordando literę legis videtur securus tenendū, q̄ intelligat de omnibus, s. q̄ cuiuslibet hominis, qui moreretur sine liberis erat suscitandum semen, siue esset primus de fratribus, siue medius, siue minor. Et ratio huius est, quia causa, quam isti ponunt de suscitatione seminis non fuit præcipuum motiuum, s. q̄ per primogenitos principaliter familie patrum extēderentur, sed præcipuum motiuum erat, quia iudai putabant se vivere si relinquerent posteritatem etiā si essent mortui, & si sine liberis morerentur, putabant se omnino mortuos, & infelices Ecclesta. 30. Mortuus est, & non est mortuus pater eius: reliquit enim filium similem sibi. Et ostensum est supra. & quia ista opinio erat cōs omnibus iudæis, siue primogenitis, siue non primogenitis, debeat suscitari semē omnibus. Etiam omnes alie cause, quæ assignate fuerunt supra, de suscitatione seminis competunt tam primogenitis quam non primogenitis. Ideo dicendū, q̄ si primogenitus moriatur oēs fratres inferiores per ordinem tenerentur suscitare semen illius, & si aliquis alius de fratribus moriatur (etiam si sit minor) omnes tam superiores q̄ inferiores tenerentur ad suscitationem seminis illius. Dubium tñ manet de solo primogenito, s. si aliquis de minoribus fratribus moreretur, an primogenitus teneretur suscitare semen illius, cum ipse esset, cui primo competeret ex ordine propinquitatis posse suscitare semen. Ratio dubitandi est, quia qui suscitaturus erat semen defuncti, vocare debebat primogenitum suum nomine defuncti, Deute. 25. ca. & iste non vocabatur filius patris sui, sed defuncti, & defuncto succedebat in hæreditate, & nomine familie, & tñ per lineam primogenitorum deriuabatur semp familia, & ipsi succedebant in honore paterno, & tñ primogenitus, qui nasceretur ad primogenito suscitante semine alicuius de fratribus suis, debebat ei succedere in dignitate, & nunc non poterat, quia non pertinebat ad familiam patris sui, sed ad familiam defuncti, ideo erat difficultas, quō accipiendi essent illi, qui suscitare deberent semen defuncti. De alijs autē minoribus primogenito non erat dubium aliquod, eo q̄ per ipsos non tenebatur linea principalis progenie. Etiam quia non succedebant aliquibus in dignitate, sicut filij primogenitorum, ideo dato quod primogenitus istorum, q̄ suscitarent semen fratrum nominarentur ex nomine defunctorum, & computarentur in familia ipsorum, non erat inconueniens. Dicendū, quod nō obstantibus prædictis oēs fratres tenebantur ad suscitationem seminis fratris defuncti et si ille, qui mortuus erat esset minimus ætate, & tenebatur tam primogenitus q̄ alij ad suscitationem istam, eo quod lex generaliter loquitur. Cum autē obijcitur, quod primogenitus primogeniti suscitantis semen non succederet ei in dignitate, & honore, sed computaretur de familia defuncti, dicendū, quod verū est, & tñ hoc non erat inconueniens, quia ille, qui erat nunc primogenitus primogeniti in ordine natiuitatis non vocabatur primogenitus eius, sed aliquis, quē postea gigneret, esset primogenitus eius quantum ad ius primogeniturę, licet primus esset primogenitus in carne, quia tñ non succedebat in iure primogeniturę, non vocabatur primogenitus simpliciter. Sic enim fuit de Rubē filio Iacob, qui fuit primogenitus eius in carne, & tñ primogenita eius mutata sunt ad filios Ioseph, & ad Iudā, vt patet 1. Paral. 5. c. filij quoque Ruben primogeniti Israelis, ipse quippe fuit primogenitus eius, sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph, & nō est ille reputatus in primogenitum. Et ita iste, qui esset primogenitus

genitus quantum ad ius, esset ille, per quem computaretur familia paterna. Sic. n. de multis factum est. Nā Abraham prius genuit Ismaelem, quam Isaac, ut patet Gen. 17. & tunc Deus promittebat ei dare filium, qui natus fuit post, scilicet Isaac, & tñ non successit Ismael in iuribus primogenituræ, neque per eum deriuata fuit posteritas Abrahæ. Nam Deus dixit Abrahæ. In Isaac vocabitur tibi semen: Gen. 21. c. Sic etiam patet de David, qui multos filios habuit, & minimus eorum fuit Salomon. 1. Paralip. 28. & tñ in eo manserunt primogenita, cum ipse in regno successerit, & per eum describitur linea progeniei David, ut patet supra 1. c.

Sed obijcietur quid si primogenitus suscitaret semen alicuius fratris sui, & non nasceretur ei, nisi vnicus filius, quia tunc non poterat fieri, quod dictum est. Nam si ille pertineret ad defunctum maneret primogenitus sine prole, si autem pertineret ad primogenitum non esset suscitatio seminis. Dicendum, quod si primogenitus volens suscitare semen alicui fratri suo minori acciperet uxorem illius, & non haberet, nisi vnum filium, aut illum susciperet ex vxore defuncti, aut ex alia vxore, si de vxore defuncti necesse erat, & pertineret ad suscitationem seminis, & reputaretur filius defuncti. Si autem de alia vxore pertineret ad eum, & non ad defunctum, & tunc non esset suscitatum illi semen, sed deleteretur nomen defuncti, & hoc non erat inconueniens, quia si accidebat interdum, & acciperet quis uxorem defuncti ad suscitandum semine, & non nasceretur filius, & deleatur nomen defuncti. Sed vñ inconueniens, quod primogenitus gigneret aliquem, & tñ non pertineret ad eum, quia tunc censetur, manere sine filiis, & periret nomen suum de stirpe sua, sed progenies principaliter deriuabatur per primogenitos. Dicendum, quod verum est, quod cessabat linea primogeniti, & delebatur nomen suum in familia sua, tñ neque delebatur progenies, neque peribant primogenituræ iura, quia progenies illa, quæ deriuanda erat per primogenitum deriuatur nunc per minorem, cuius censetur esse filius ille, quem genuit per seminis suscitationem primogenitus. Nam per quemlibet filium deriuatur progenies patris. Primogenita etiam non peribant, sed transferebantur ad minorem, quia iste, qui erat nunc in carnem filius primogeniti, & secundum legis fictionem erat filius minoris, retinebat iura primogenituræ, & non est hoc inconueniens, quia aliqui sic fiebat, ut si primogenitus moreretur sine filiis, & alius frater eius, qui solus erat, acciperet uxorem illius ad suscitandum semen, & ante hoc ipse habens aliam uxorem genuisset filium qui viueret, & ex vxore defuncti etiam data sufficienti opera non posset gignere prolem, manebat primogenitus sine prole, & delebatur nomen eius in familia sua, sed manebat familia, quæ deriuabatur per alium filium minorem, & primogenita transferebantur ad ipsum. & ita manet, quod omnes fratres tenebantur indistincte ad suscitandum semen in alijs fratribus prius morientibus.

An si essent plures fratres quidam legitimi, quidam vero non, omnes isti tenerentur ad suscitationem seminis, vel qui eorum. Quæst. CLXXXVI.

Quæretur, quid si essent multi fratres, & quidam essent de matrimonio legitimo suscepti, alij vero ex concubinis, an omnes isti tenerentur ad suscitationem seminis, vel qui eorum. Dicendum, quod lex nihil de hoc determinat, cum raro fiat mentio in veteri testamento de filiis concubinarum: leges enim veteris testamenti non complebant aliquam legislationem, ut patet comparando illas ad leges Romanorum, & quarumcunque

aliarum gentium, quæ valde multe erant, leges autem Iudæorum erant valde pauca. Et hoc forte factum est, quia populus erat rudis, & non erat opus, quod intricaretur multitudine legum, vel quia volebat Deus cetera relinquere arbitrio iudicum, vel quia in ceteris voluit, quod ipsi sibi ipsi leges instituerent, quæ non essent tñ contra illas, quæ Deus considerat, vel quia voluit, quod in alijs sequerentur leges forales aliarum gentium vicinarum, quæ forte bonæ erant, quantum ad id, in quo non tangebatur cultus idolorum. Aliqui ergo dicunt, quod omnes fratres tam ex vxoribus quæ ex concubinis tenebantur ad suscitationem seminis, eo quod lex generaliter loquitur. Sed dicendum vñ, quod lex suscitationis seminis de solis natis ex legitimo matrimonio intelligitur. Et patet hoc primo, quia licet lex generaliter loquatur, non videtur intelligenda de filiis concubinarum, eo quod scriptura intelligenda est secundum modum suum, lex autem Moysi non solet facere mentionem de filiis concubinarum tanquam de filiis, sed subicit illos omnino, & tamē hic loquitur de fratribus, ideo accipiendum est de fratribus ex legitimo matrimonio procreatis. Patet hoc, quia filij David sepe enarrantur nominati, ut patet 2. Reg. 3. & primo, & quinto Paralip. 3. c. & tamen non ponuntur in aliquo istorum locorum nomina filiorum concubinarum. Nā 1. Paral. 3. c. vbi plus exprimitur quam alibi, ponuntur omnia nomina filiorum David ex matrimonio procreatorum cum sorore sua vnica, & dicitur. Omnes hi habuerunt sororem nomine Thamar. Et subditur: absque filiis concubinarum, & illorum non ponitur aliquod nomen, tanquam si illi nihil essent. Secundo patet, quia filij concubinarum nullius dignitatis erant in veteri testamento, neque poterant aliquando habere aliquam præminentiam in ecclesia Dei, ut in populo Dei, sicut dicitur Deut. 23. c. quod non intrabit de scorto natus in ecclesiam Dei, id est in honorem aliquem populi Dei, & tñ de concubina natus, est natus de scorto. Sed in suscitatione seminis erat honor, & dignitas, quia licet esset onus aliquod, erat tamen honor, & priuilegium, sicut dixit cognatus Booz ad ipsum. Tu meo priuilegio vtare, quo me libenter carere profiteor, & ostensum est supra q. 172. succedebat enim qui suscitabat semen, sicut patet de Booz Ruth. 4. c. cum dixit ad populum. Testes vos estis hodie, quod possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech Mahalon, & Telson, tradente Noemi, & Ruth Moabitum, uxorem Maalon, in coniugium sumpserint, ut suscitent nomen defuncti. Et tamen manifestum est, quod illegitimi, sine filij concubinarum non succedebant in bonis paternis. Etiam secundum statum Gentium, & veteris testamenti, sicut dicitur Gen. 25. quod Abraham dedit omnia, quæ habebat filio suo Isaac, filiis autem concubinarum largitus est munera. Ergo si in bonis fratris non succedebant illegitimi, minus haberet ius succedendi in bonis alienis, ergo ex hac parte non competeret eis suscitare semen. Tertio, quod sicut suscitans semen succedebat in bonis defuncti, ita & in dignitate, vel administratione, officio, vel honore, ut ille, qui nasceretur ex suscitatione haberet omnia hæc, & tamen illegitimi non erant capaces alicuius dignitatis, vel honoris, sicut neque nunc sunt. ergo non admittebantur ad suscitationem seminis.

Quarto patet, quia filij concubinarum non accipiebant partem hereditatis inter fratres suos, neque succedebant in aliquo honore paterno, & ob hoc filij legitimi eieciunt a se filios concubinarum, vel illegitime natos. Sic patet de fratribus Iephte Galaaditis. Nam ipse erat filius mulieris meretricis, & fratres sui eiecerunt eum de domo patris sui dicentes. Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre

matre natus es: Iudi. 11. & tamen qui cogebantur suscitare semen fratrum suorum succedere debebant in bonis eorum, & honore, ergo illegitimi, qui in nullo istorum succedebant, non poterant suscitare semen.

An illegitimi cogentur suscitare semen fratrum suorum illegitimorum. Quæst. CLXXXVII.

Quæretur dato, quod non tenerentur illegitimi suscitare semen fratrum suorum legitimorum, an cogentur suscitare semen aliorum fratrum suorum illegitimorum.

Aliqui dicunt, quod sic, quia non poterant illegitimi suscitare semen fratrum suorum legitimorum, eo quod erant illis impares, cum non possent succedere in honoribus, neque in dignitate, & tamen non erant hæc impedimenta in illegitimis, cum non haberent hæc, & essent pares, ideo possent illis suscitare semen. Dicendum, quod circa hoc sunt duo dubia. Primum est, an suscitandum est semen illegitimorum, quando moriebantur. Secundum est, dato quod suscitaretur semen illorum, an tenerentur ad hoc illegitimi.

Ad primum dicendum, quod non apparet manifeste ex lege suscitationis, an esset eis suscitandum semen, quia lex illa non descendit ad multa particularia. Et fortassis ratio est, quia explanatio istarum legum in casibus dubijs pendebat ex vsu. Nam datæ fuerunt leges istæ per Moysen, & postea ceperunt obseruari a Iudæis, & eo modo quo ceperunt obseruari interpretando eas de istis, vel de illis, ita postea obseruatae sunt, & vsus ille erat obtinens legis vim, quia consuetudo de iure est optima legum interpretis.

Dicendum tamen vñ, quod non suscitabatur semen illegitimorum, quando moriebantur sine liberis. Patet primo, quia suscitari semen alicuius erat ad quendam honorem defuncti, & tamen illegitimi nullum habebant honorem, ideo non suscitabatur semen eorum. Patet hoc, quia Deuter. 23. c. dicitur, quod de scorto natus non intrabit in ecclesiam Dei in sempiternum, id est non habebit honorem aliquem in tota multitudine, quæ vocatur ecclesia.

Secundo patet, quia suscitatio seminis erat, ut non periret nomen defuncti in familia sua, ut patet Ruth 4. ca. Nam ad hoc dixit Booz se accepisse Ruth uxorem Mahalon ad suscitandum nomen defuncti, ut non deleatur nomen eius in hereditate sua, & tñ illegitimi non habebant hereditatem aliquam in qua maneret nomen eorum: ergo non poterat suscitari nomen eorum.

Tertio patet, quia suscitatio seminis erat, ut continueretur familia defuncti, ut videretur habere successorem, sed iste erat quidam honor, scilicet manere nomen, & familiam ab aliquo denominatam, sed scriptura non dat aliquem honorem illegitimis, ideo non erat suscitandum semen eorum.

Quarto patet, quia quando suscitabatur semen alicuius, ille qui suscitabat succedebat in hereditate defuncti, & filius genitus ex ista suscitatione habebat totam hereditatem defuncti, ut colligitur Deuter. 25. & Ruth 4. c. & tñ illegitimi nullam hereditatem habebant, in qua quis succederet eis, cum ipsi nulli succederent. Sicut dixerunt fratres Iephte Galaaditis. Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre natus es: Iudi. 11. Sed aliquis obijciat, quod licet non succederent patribus succedebant mulieribus, & inde poterat habere hereditatem, in qua aliquis eis succederet. Dicendum, quod non stat, quia istud est non succedendi in veteri testamento, sicut nunc. Nā si illegitimi nunc non succedunt illegitimis patribus, sed succedunt matribus, quando illi non habent legitimos, sed

In nouo testamento filij procedunt ex falsa imaginatione, quasi talis esset mortuus, sed illegitimi nunc non succedunt illegitimis patribus, sed succedunt matribus, quando illi non habent legitimos, sed

in veteri testamento non erat sic. Nam patribus non succedebant, sicut neque nunc, matribus autem non succedebant, quia nullus poterat succedere matri in veteri testamento, siue legitimus, siue illegitimus, eo quod matres nihil habebant, in quo quis eis succederet, sed quicunque succedebat debebat succedere patri. Causa huius erat, quia in veteri testamento non succedebant filia patribus in aliquo, sed totam hereditatem paternam habebant filij etiam si vnicus esset Num. 27. Sed adhuc obijcietur, quod filia succedebant in aliquo casu non stantibus filiis Num. 27. & 36. & in isto casu saltem illegitimi nati de istis feminis succederent matribus, & ita possent filios suos relinquere hæredes. Dicendum, quod etiam hoc non stat, quia quando filia succedebat in hereditate paterna non extantibus masculis erat istud ad hoc, quod per istas filias suscitaretur nomen paternum, scilicet quod ipse acciperent viros, & gignerent viros, in quibus conservaretur nomen, & progenies aut materni, ut colligitur Num. 27. c. & ibi satis declaratum est. Si ergo contingeret istas habere filios legitimos non succederent isti in aliqua parte hereditatis, & ita manet id, quod prius, quod nullus posset eis succedere. Sed forte aliquis dicet, quod istud non constat, quia lex non determinat de hoc, id poterat esse, quod filij illegitimi succederent matribus in hoc casu. Dicendum, quod non stat, quia si filij illegitimi succederent matribus contingeret, quod hereditas vnus tribus transferebat in alteram, sed hoc non stat, ergo non succedebant illegitimi. Quod autem non posset transfere hereditas de tribu in tribum, patet Num. 36. ca.

Quod autem sequeretur hoc, patet, quia Deus iussit, quod filiabus Salphaad daretur possessio, quæ danda erat patri earum in terra Chanaan, cum non haberet filios, Num. 27. & post hoc conquesti sunt filij Manasse, de cuius tribu erant filia Salphaad, dicentes, quod filia Salphaad acciperent viros de qua tribu vellent, & sic transferebat possessio eorum ad aliam tribum, & minueretur de tribu eorum, id est Manasse, Num. 36. Et tunc Deus iussit, quod qualibet mulier acciperet virum de tribu sua, & de familia sua, ut non transferebat possessio de tribu in tribum, & de familia in familiam, & tamen contingeret, quod mulier cognosceretur formæ carie a viro alterius tribus, licet non posset eum accipere in maritum, & nasceretur inde proles. Si autem illi filij succederent matri, cum illi essent, de illa tribu, de qua erat pater eorum, quia filij sequuntur familiam patris, & non matris, transferebat possessio matris in alteram tribum, quod erat inconueniens: ergo non succedebant matribus filij illegitimi, & sic patet, quod cum filij illegitimi nulli succederent, non habebant hereditatem aliquam, in qua succederet eis quisquam, & consequenter non debebat suscitari semen illorum.

Sed obijcietur, quod etiam si illegitimi non haberent possessionem aliquam ex iure successionis, haberent saltem quia emerant, vel quia donatum acceperant, aut aliquo alio titulo acquirerant, & ita haberent, in quo quis eis succederet, qui suscitaret eis semen.

Dicendum, quod neque istud stat, quia non erat in veteri testamento, sicut nunc: nunc enim possunt vendi hereditates, & transeunt totaliter ad alios, inter Iudæos autem, non, quia si quis venderet ibi hereditatem poterat redimere eam quancumque vellet dato precio, & computatis ibi temporibus fructuum, & si non redimeret ipsa redibat sine redemptione in septimo anno Leui. 25. & in anno quinquagesimo omnis hereditas redibat ad antiquos possessores, & omnis homo ad familiam suam, & omnis seruus in libertatem, & ideo si quis emisset possessiones non poterat esse diu turnus possessor, neque transferebat illas ad posteros suos, ideo legitimi non poterant isto modo habere aliquas

aliquas possessiones quas transmitterent ad heredes, & consequenter neque ex donatione, aut ex quocunque alio titulo, quia omnia hæc dissoluebat lex, & faciebat redire possessiones ad priores possessores, & familias quarum erant in anno septimo remissionis, vel saltem in anno quinquagesimo Iobelaï, vt declaratum est Leui. 25. c.

Ad secundum dicendum, qd cñ semen illegitimum non esset suscitandum, non tenebantur aliqui, siue legitimi, siue illegitimi suscitare illud. Et tamen dato, qd suscitari deberet, manebat dubium, an illegitimi tenerentur ad illud.

Sed dicendum, qd non erat in hoc multum dubitandum. Nam illegitimi non admittuntur ad suscitandum semen legitimum propter inæqualitatem dignitatis, & tamen illegitimi erant æquales alijs illegitimis, ideo poterant succedere eis in suscitatione seminis. Secundo patet, quia non sequitur in hoc inconueniens, quod supra sequebatur si suscitarent illegitimi semen legitimum, quia illegitimi nullam hereditatem habent, in qua alij illegitimi eis succederent, & ita staret ibi successio in suscitatione seminis siue susceptione in hereditate.

An alicui ex fratribus relinquatur filias, & non filios teneantur alij fratres suscitare semen. Quest. CLXXXIII.

QVAERETVR, quid si aliquis de fratribus mortuus reliquit filias vel filiam, & non filios, an fratres eius teneantur suscitare semen defuncti.

Aliqui dicunt, qd tenebatur frater suscitare semen defuncti, & ad hoc inducunt opinionem contrariam, vt eam improbant. Dicunt enim, qd licet filia per se non faciat continuari lineas familiarum patris, quia transibant ad illas tribus, de quibus accipiebant viros, tamen poterant accipere viros, ex quibus susciperent filios, qui nominarentur nomine aorum, & illi succederent in hereditate earum, & continuarent lineam ipsorum, sic factum est de filiabus Salphaad, quæ acceperunt tales viros, vt innuitur Nume. 27. & 36.

Illam opinionem improbant isti dicentes, qd non stat, quia mulieres istæ accipientes viros transibant in illam tribum, vel familiam, de qua erant viri, & sic et transiret possessio ad aliam tribum, in qua non proprie continuaretur familia descendens à capite alterius tribus, ideo filij Manasse perierunt a Moyse, qd filia Salphaad, quæ successerat patri suo in hereditate non acciperent viros de alijs tribubus, ne ipsi perderent aliquid de possessione sua, s. qd transiret ad aliam tribum, & accresceret alteri tribui, & Deus sic iussit fieri Nume. 38. c. Ideo dicunt isti, qd si moreretur quis relicta filia, & non filijs haberetur, ac si non genuisset quemquam, vel moreretur sine liberis, ideo alij fratres eius tenebantur suscitare semen illius. Et probat hoc, quia Deuter. 25. dicitur, qd primogenitus ex suscitatione vocabitur nomine defuncti, sed femina non potest vocari nomine patris, ideo non manebit in femina successio, sed suscitabitur semen defuncti. Dicunt tñ, qd si interdum defunctus relinqueret filiam, & nullus esset in cognatione, qui posset suscitare semen eius, erat per filiam suscitandum nomen patris. Dicendum tñ, qd licet ista positio videatur aliquibus rationabilis, & ita eã recitauimus Deut. 25. (aliorum referentes opinionem) tamen non est omnino vera. Quod patet, quia nunquam est suscitandum semen defuncto, nisi quando non manet ei semen, & tamen manente filia manet semen patri, quia per illam potest continuari familia patris, ergo non est suscitandũ ei semen. Quod autem per illam possit continuari, patet, quia illa accipiet virum, qui gignat ex ea filios,

qui nominetur nomine Aui materni, & sic non delebitur nomen defuncti in possessione sua. Sic patet Nume. 27. vbi filia Salphaad conuestæ sunt, quod grauabatur pater suus, s. quod debebatur nomẽ suum de familia sua, eo quod non reliquerat filios masculos, ideo perierunt, qd daretur eis hereditas, & qd ipse facerent ne periret nomen patris sui de familia sua, & Deus iussit dari illis hereditatem dicens. Iustam rem postulãnt filia Salphaad, & sic innuebat Deus, qd dando filiabus hereditatem paternam non existentibus masculis sufficenter nomen patris in sua familia conservabatur, & tamen non erat necesse suscitari semen alicuius, nisi quando non poterat conservari nomen eius in familia sua, ideo existentibus filiabus non erat suscitandum semen alicuius.

Secundo patet, quia quando moriebatur aliquis sine filiis relictis filiabus deuoluebatur hereditas eius ad filias, Nume. 27. c. & tamen si aliquis suscitaret semen defuncti dari debebat ei tota hereditas eius, sicut fuit data Booz suscitanti semen Mahalon Ruth 4. c. Ideo non erat semen alicuius suscitandum si filias relinqueret, quia non haberet aliquid suscitans semẽ cum tota hereditas patris maneret penes filias, suscitatio tamen fiebat ad continuandum nomen, & tamen nomen defuncti non conservatur, nisi in possessione sua Ruth 4. c. ergo non poterat suscitari semẽ, quia si suscitaretur, oportebat totam hereditatem auferri filiabus, quod Deus fieri vetuit.

Tertio patet, quia filij nati per suscitationem seminis erant filij legales, & non veri, & ita neque veri nepotes inde sequebantur, filij autem nati ex filiabus defuncti erant veri nepotes defuncti, ideo praferri debebant veri legalibus, vnde existentibus veris nõ oportebat quærere legales, qui erant per suscitationem seminis, ergo in tali casu non erat semen suscitandum.

Cum autem obijceretur, qd necessaria erat suscitatio seminis etiã extantibus filiabus, quia per filias non poterat conuenienter familia patris continuari, eo qd ipse transibant in familiam virorum suorum. Dicendum est, qd verum est, qd femina transibant semper in familiam virorum suorum, & tamen si femina succedebat in hereditate patris suis, & filij nati ex eis saltem aliqui illorum non transibant in familiam, in quam transibant matres, sed nominabantur de familia aorum maternorum, & accipiebant illorum nomina, & sic continuabatur progenies aorum per illos ac si essent nepotes aorum ex masculis, & nõ ex filiabus. Sic enim factũ est in filiabus Salphaad, quia ipse innuebat, quod conservarent nomen patris sui, si daretur eis hereditas, quæ danda erat patri eorum, Nume. 27. capit. Et tamen istud non erat nisi, quod acciperent viros, de quibus acciperent filios, & illi conservarent nomen patris earum. Et hoc idẽ erat quando suscitabatur nomen alicuius. Nam certum est, quod ille, qui nascebatur, non erat filius, neque nepos defuncti, neque erat de progenie eius, sed alterius fratris sui, & tamen computabatur de progenie defuncti propter legalem identitatem. à fortiori ergo nepos ex filia quamquam esset natus ex patre alterius familiae, & tribus, vocaretur de familia Aui materni.

Cum autem dicitur, quod filij Manasse conuesti sunt, quod filia Salphaad accipiebant hereditatem, & poterant capere viros de alia tribu, & sic transiret possessio eorum ad aliam tribum. Dicendum, quod iam statutum erat, quod filij nati ex istis mulieribus, ex quibuscumque maritis earum computarentur de progenie Salphaad, quia loco eius succedebant, & tamen, licet hoc de iure obtineret, de facto tamen illi non videbantur esse de tribu Manasse, sed de tribubus illis, de quibus essent patres eorum, & sic videtur

tur teneri possessio à viris alterius tribus, vel familia, ideo Deus iussit, quod semper femina acciperent viros de eadem tribu, vt omni tempore maneret possessio vnius tribus in potestate virorum, qui de iure, & de facto essent de eadem tribu.

An lex ista de suscitatione seminis intelligatur de solis fratribus, & cognatis. Quest. CLXXXI.

QVAERETVR vterius, an ista lex de suscitatione seminis intelligatur de solis fratribus, vel cognatis.

Aliqui dicunt, quod soli fratres obligabantur ad suscitationem istam. Et patet primo, quia lex de suscitatione seminis ponitur Deuter. 25. c. & tamen ibi non dicitur, nisi de fratribus, s. quando habitauerint fratres simul, & vnus eorum mortuus fuerit sine liberis vxor eius non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & tamen alij cognati non erant fratres, ideo non tenebantur suscitare semen.

Secundo patet, quia Iudæi nõ erant obligati ad faciendum aliquid, nisi id, quod scriptum erat in lege, immo non licebat eis aliud facere, quia dicitur Deuter. 12. c. quod præcipio tibi hoc facito tantum Domino Deo tuo, neque addas quicquam, neque minuas, sed de cognatis non erat scriptum, ergo non tenebantur.

Tertio patet, quia ista lex de suscitando semen erat penalıs, quia imponebatur pena non suscitanti Deuter. 25. ca. & erat onus quoddam, vt ostensum est supra q. 172. Penalia autem restringenda sunt, & fauores ampliandi, sed lex solum expressit fratres, ergo de eis solis intelligenda est.

Quarto patet, quia si cognati essent obligati ad suscitationem seminis defunctorum, etiam si non superessent fratres, vel nunquam fuissent, tenerentur vxores defunctorum admonere cognatos defunctorũ, vt eas reciperent in vxores, sicut admonebant fratres defunctorum Deut. 25. & non licebat eis nõ admonitis istis suocere alios viros, qui non essent de cognatione, & tamen non obligabantur ad hoc. Ergo neque cognati obligabantur ad suscitandum semen defuncti. Patet consequentia, quia si vxor defuncti non obligabatur ad suscitandam obligationem faciendam, liceret ei accipere in virum quem vellet, & tamen si illa acciperet in virum quem vellet, non poterant cognati defuncti suscitare semen eius, cñ suscitatio non possit fieri, nisi ex vxore defuncti Deut. 25. ca. ideo nõ obligarentur cognati defuncti ad suscitandum semẽ, quia aliàs esset obligatio ad impossibile. Quod autem non obligaretur vxor defuncti admonere cognatos defuncti, vt aliquis eorum acciperet illam in vxorẽ, patet de Ruth, quæ erat vxor Mahalon defuncti, cuius cognatus erat Booz Ruth. 3. & 4. cap. & tamen nõ erat obligata ad accipiendum Booz in virum neque alium cognatum eius. Nam Booz dixit ei. Benedicta filia tu à Domino, quia priorẽ misericordiã posteriore superasti, quia non es secuta iuuenes, s. sed petiuit ipsum in virum. Ruth 3. c. Et ita dicebat Booz, quod Ruth fecerat misericordiã petendo ipsum in virũ, & tamen si obligata esset ad suscipiendũ semen viri sui, non faceret ei misericordiam, ergo non erat obligata ad suscitationem, & consequenter nõ erãt cognati obligati ad hoc.

Quinto patet, quia si cognati essent obligati ad suscitationem seminis daretur eis pena, quando nõ suscitarent, & tamen non irrogabatur eis pena, ergo nõ erant obligati ad hoc. Patet primo, quia quando aliquis de fratribus defuncti requisitus volebat suscitare

semen defuncti, inferebat ei pena, quæ habetur Deut. 25. cap. sic ergo fieret cognatis nolen tibus suscitare si obligati essent, & tamen non infligebatur pena cognatis defuncti nolentibus suscitare semen. Quod patet in cognato Booz, quia ille erat propinquior, & ad illum potius pertinebat suscitatio seminis, quam ad Booz: Ruth 3. & 4. cap. Et tamen cum ille noluit suscitare semen, nõ fuit illi inflicta pena, s. quod mulier detraheret ei calceum, & spueret in facie eius, vt patet Ruth 4. c. Quæ tamen erat pena non suscitantis semen Deuter. 25. c. ergo non obligabantur cognati suscitare semen defunctorum, sed soli fratres.

Alij dicunt, quod non obligabantur soli fratres suscitare semen defunctorum, sed cognati, Quod patet primo, quia si non essent obligati ad suscitandum semen non inferretur alicui illorum priuatio iuris proprii propter non suscitare semen defuncti, & tamen multi priuabantur iure suo, quia non suscitabant semen defuncti: ergo erant obligati ad hoc. Primum patet, quia non priuatur aliquis iure suo, nisi ex causa.

Secundum patet, quia Booz habebat alium cognatum, cui prius quam ei competeat redimere possessiones venditas à Noemi, & cum dixisset, quod volebat redimere agrum, dixit ei Booz, quod acciperet simul Ruth vxorem Mahalon defuncti in vxorem, & quia non accepit illam vxorem, non potuit redimere possessionem, sed transiit hoc ad Booz, quia dixit Booz ad cognatum suum, quod quando acciperet possessionem de manu Noemi, acciperet etiam Ruth in vxorem ad suscitandum semen defuncti. Et posuit ista duo tanquam connexa, & inseparabilia: ergo erat cognatis obligatio ad suscitationem seminis defuncti. Tertio patet, quia si nõ esset obligatus cognatus Booz ad suscitandum semen Mahalon defuncti accipiendõ Ruth in vxorem, non inferretur ei aliqua contumelia, quia non accepit, & tamen illata fuit ei quædam contumelia, s. quod calceus de pede eius solutus est, Ruth 4. cap. & ista erat pena non suscitantis semẽ Deute. 25. ca. ergo obligatus erat ille ad suscitandum semen.

Quarto patet, quia si non esset obligatio ad suscitandum semen, nõ extantibus fratribus defuncti, potuisset Ruth accipere in virum quẽ vellet, & tñ nõ potuit: ergo erat obligata ad suscitandum semen. Patet primum, quia mortuo viro soluta erat mulier à lege viri, & poterat nubere, cui vellet, vel commiseri, ita qd non iudicaretur rea penã ad Ro. 7. c. suscitatio autem seminis, quando fieri debebat arctabat mulierem ad expectandum fratres defuncti. Si ergo non obligaretur mulier ad suscitandum semen, manebat ei libertas ad quemcunque virum, & tamen nõ mansit ipsi Ruth libertas. Nam quando petiuit Booz in virum dixit ille, quod erat propinquus, & tamen alius erat propinquior, & si ille eam accipere nollet in vxorem ipse eam sine dubio acciperet, Ruth 3. ca. Ergo Ruth obligata erat ad suscitandum semen, & non solũ non poterat accipere quemcunque vellet, sed cognatum defuncti, sed etiam non quemcunque cognatum, sed secundum ordinem maioris propinquitatis, quia aliàs cum Ruth petuerit Booz in virum ipse acciperet eã, & non diceret, quod erat alius propinquior: potissime, quia nõquam ausus est illam accipere, quousque alius expresse renunciavit iuri propinquitatis, ergo tã Ruth quam cognati defuncti erant obligati ad suscitandum semen eius, quia si non essent illi obligati, nõ poterat esse obligata Ruth, cum non essent fratres aliqui, qui possent eam suscipere, sicut dixit Noemi, quod non habebat vltra filios, Ruth primo ca.

Quinto patet, quia Ruth erat vxor Mahalon defuncti, & petiuit à Booz, quod acciperet eam in vxorem

Seminis suscitatio fit ex vxore defuncti.

rem ad suscitandum semen iure propinquitatis, dicens. Extende pallium tuum super ancillam tuam, quia cognatus es; ecce iure cognationis dixit, quod debebat eam accipere, ergo obligatus erat propter cognationem ad suscitationem feminis.

Sexto patet; quia Booz suscepit Ruth in vxore ad suscitandum semen defuncti, & omnes possessiones eius, Ruth 4. c. f. testes vos estis hodie, quod possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Mahalon, & Chelion tradente Noemi, & Ruth Moabitidæ vxorem Mahalon in coniugium acceperim, vt suscitarem nomen defuncti in hereditate sua, non erant ergo soli fratres defuncti obligati ad suscitandum semen, sed etiam cognati eius.

Dicendum, quod vtraque istarum positionum poterat satis colorate sustentari, & responsiones habere ad opposita; & tamen veritas est, quod fratres soli defuncti obligabantur ad suscitationem feminis defunctorum; ceteri autem cognati non obligantur ad suscitationem: sicbat tamen eis suscitare semen si vellet, & gaudebant tunc quibusdam priuilegijs, & iuribus.

Circa quod sciendum, quod quantum ad hoc erant tres status hominum, scilicet fratres, cognati, extranei. Fratres tenebantur ad suscitandum semen defuncti, & si nolebant puniebantur, sicut habetur Deuter. 25. cap. Extranei non obligabatur ad suscitationem feminis, & non recipiebantur ad hoc, etiam si sponte ipsi suscitare vellet semen defunctorum. Cognati autem non obligabantur suscitare semen defunctorum, ideo non puniebantur, etiam si non suscitarent, sicut puniuntur fratres, Deut. 25. cap. Et tamen si vellet suscitare gaudebant quibusdam priuilegijs, quod succedebant in hereditate defunctorum. Si autem nollet suscitare, neque puniebantur, neque priuabantur aliquo iure iam eis competente; & tamen non gaudebant aliquo priuilegio, neque iure, quod eis competere posset suscitando semen defunctorum. Et sic factum est nunc in Booz, & cognato suo, quia ille cognatus erat propinquior cui prius competebar ius suscitandi semen, & succedendi in hereditate; & quia noluit suscitare semen non potuit gaudere priuilegio successione bonorum, neque redemptionis eorum, quamquam voluisset illogaudere, & Booz qui erat cognatus in minori gradu suscitauit semen, & successit in bonis, vt patet Ruth 4. cap.

Argumenta prima probant, quod soli fratres obligabantur ad suscitationem feminis, & quia hoc verum est, non oportet responderi ad ea, sed concedenda sunt argumenta. Alia probant, quod cognati tenebantur ad suscitationem, sed hoc non est verum, ideo respondendum est ad ea.

Ad primum cum dicitur, quod non priuatur iure suo nisi ex causa, concedendum est: dato enim, quod quis priuatur iure suo interdum sine culpa, vt accidit in tredécim casibus, tamen nunquam priuatur sine causa. Cum autem dicitur, quod cognatus Booz priuatus est iure suo, negandum est, quia nullum ius acquisitum ei erat, quo priuatus fuerit: nam ius redimendi erat annexum suscitationi feminis, ideo qui nollet suscitare semen, non gauderet illo priuilegio, & tamen dato, quod non suscitaret semen defuncti, non priuatur iure aliquo, quia aliud est perdere, & aliud non acquirere. Ille autem non acquirere, vel impediatur acquirere, sed non perdebat quicquam de eo, quod iam acquiserat, vel habebat, & tamen non acquirere non venit in penam, sed ex voluntate, & ex omissione alicuius actus, quem si iste faceret acquireret.

Ad secundum dicendum, quod recte concludit, &

concedendum est quicquid inducit, scilicet, quod antequam erat ius redimendi rem venditam iuri suscitationis, vel ipsi suscitationi feminis, ideo cognatus Booz obligatus erat accipere Ruth in vxorem si vellet accipere possessionem defuncti, ista tamen obligatio erat conditionalis, ideo cum posset cognatus Booz nolle redemptionem possessionum poterat non obligari ad accipiendum Ruth in vxorem, & sic factum est, quia cessit iuri suo, & successit in illo Booz. Si tamen simpliciter obligaretur cognatus ille Booz ad suscitandum semen defuncti dato, quod vellet cedere iuri successione, & redemptionis possessionum non satisfaceret ad hoc, quod esset a pena liber, sed adhuc puniretur. Quod patet de fratribus nolentibus suscitare semen fratrum suorum defunctorum, quia non solum nihil habebant de possessione eorum, sed etiam vxores defunctorum spuebant in facies ipsorum, & discalciabant eos dicentes. Sic fiet viris, qui non suscitant semen fratrum suorum, vel non edificant domos eorum: Deuteronom. vigesimo quinto. Et tamen cum cognatus Booz cessit iuri successione, & redemptionis, non fuit ei vltra irrogata aliqua pena, scilicet illa quæ habetur Deuteronom. vigesimo quinto, ergo non erant cognati obligati simpliciter ad istam suscitationem feminis defuncti, sed sub conditione.

Ad tertium dicendum eum dicitur, quod si non fuisset cognatus Booz obligatus ad suscitationem feminis, quod non inferretur ei aliqua contumelia, verum est. Quod autem dicitur, quod fuit ei inflicta aliqua contumelia negandum est; neque valet, cum dicitur, quod calceus ei ablatu est; quæ erat poena, quæ infligebatur Deuteronom. vigesimo quinto capitulo, non suscitantibus semen. Nam non fuit factum in cognato Booz, sicut ibi, quia in Deuteronom. vigesimo quinto capitulo, sicbat detractio calcei ad contumeliam, sed cognato Booz fuit facta ad confirmationem cessionis, quia talis erat consuetudo, & aliter non erat summa cessio, vel translatio iuris. Sic dicitur Ruth quarto capitulo. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, si quando alter alteri suo iuri cedebat, vt esset summa cessione solvebat homo calciamentum suum, & dabat propinquo suo, hoc erat testimonium cessionis in Israel.

Ad quartum dicendum, quod non licebat Ruth accipere in virum quemcunque vellet de extraneis, neque etiam de cognatis viri sui defuncti licebat ei accipere quemcunque vellet, sed solum propinquorem si ille vellet eam accipere, & ideo Booz noluit accipere Ruth in vxorem quousque cognatus eius expressit cessit iuri suo Ruth 4. c.

Circa quod sciendum, quod Ruth erat obligata ad suscitationem feminis viro suo defuncto, & cognati eius non erant obligati, quia tamen licebat eis suscitare semen defuncti, si vellet, tenebatur Ruth admonere eos, an vellet semen suscitare, & si deberet suscitari semen, erat ordo, quod inciperetur a propinquo, ideo neque Ruth poterat accipere in virum ipsum Booz, quousque sciret, an alius cognatus Booz, qui erat propinquior viro suo defuncto vellet eam accipere, neque etiam Booz poterat illam accipere gratis se offerentem quousque constaret ei de voluntate cognati, an scilicet vellet eam accipere, & ideo non accepit eam, quousque cessit iuri suo cognatus eius, Ruth quarto capitulo, & tamen ex hoc non sequitur, quod aliquis istorum duorum cognatorum defuncti obligatus esset simpliciter ad suscitandum semen eius, Ruth autem erat obligata ad suscitandum semen viri sui defuncti si quis istorum vellet eam accipere. Vnde ipsa magis erat

gis erat obligata ad suscitandum semen defuncti. Sic etiam erat de respectu vxoris defuncti ad fratres eius, quando aliqui erant, qui posset suscitare semen eius. Nam vxor erat tunc obligata ad istam suscitationem volente aliquo de fratribus defuncti: alioquin accusaretur tanquam adulterij rea, si nollet, aut si alicui commiseretur nondum requisitis fratribus defuncti, an vellet eam recipere in vxorem, & tamen fratres defuncti, licet essent obligati non erant tantum obligari, quia erat eis liberas, an vellet suscitare semen defuncti, vel subire poenam legis, scilicet, quod discalciarentur, & spueretur in faciem eorum, Deuteronom. 25. cap.

Ad quintum dicendum, quod Ruth petiuit Booz in virum iure cognationis, Ruth 3. cap. Et poterat Booz accipere eam hoc iure, consentiente & cedente alio cognato suo, qui erat propinquior. Et tamen non erat obligatus ad hoc, sed si susciperet eam gauderet priuilegio successione in hereditate defuncti: si autem non susciperet, non gauderet illo priuilegio successione in hereditate defuncti: & tamen non puniretur in aliquo.

Ad sextum dicendum, quod verum est quod Booz accepit Ruth vxorem defuncti cognati eius in vxorem ad suscitandum semen eius: tamen non erat obligatus ad hoc, sed licebat ei accipere, vel non accipere: voluit autem sponte accipere, vt non deleteretur nomen mortui cognati sui.

Quæ persona erant magis obligata ad semen suscitandum. Quæst. CLXXX.

Quæst. CLXXX. circa feminis suscitationem, cum aliquæ personæ illud suscitarent, quæ persona erat magis obligata ad suscitandum. Dicendum, quod vt supra declaratum est, & habetur Deuteronom. 25. cap. ad suscitationem feminis requirebatur vxor defuncti, & frater eius, vel aliquis de cognatis, & non erat eadem habitudo obligationis, vel necessitatis his tribus, quia cognatus minus obligabatur, quam frater, & vxor: immo non obligabatur cognatus, & obligabatur frater, & vxor. Frater autem obligabatur, sed minus quam vxor: ipsa vero vxor obligabatur plus quam alii.

De cognatis patet, quia vt declaratum fuit precedenti quaest. ad cognatos defuncti pertinebat suscitare semen eius non extantibus fratribus, & tamen non erant obligati ad hoc, ideo si vellet suscitare gaudebant quodam priuilegio, & priuabant alios priores isto iure, vel priuilegio, scilicet, quod succederent in bonis, vt pote si quis defunctus haberet fratres, & alios cognatos, & nemo fratrum, neque cognatorum vellet suscitare semen eius, nisi ille cognatus, qui attineret ei in minimo gradu, ille auferret alijs ius successione, quod alijs pertinebat ad eos secundum ordinem propinquitatis, & deuoluebatur ad istum. Sic patet in Booz, & cognato eius, quia ille cognatus erat propinquior, quam Booz, Ruth 3. cap. & competebar ei prius succedere in possessionibus defuncti, & redimere eas, quam ipse Booz: vnde requisit eum Booz, an redimere vellet eas iure propinquitatis, quia tamen non accepit Ruth in vxorem, transiuit istud ius ad Booz, qui erat in minori gradu propinquus, & accepit Ruth in vxorem.

De fratribus autem defuncti dicendum, quod erat magis astricti ad suscitandum semen defuncti, quia non erat eis liberum suscitare, & non suscitare: ita quod a poena essent immunes, sicut erat in cognatis, sed si nollet suscitare priuabantur priuilegio successione, quia transibat ad cognatos aliquos, & iniustitiam. Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

De fratribus defuncti, quos ad suscitandum semen defuncti erant astricti.

per afficiebatur infamia, & contumelia, quia iudicialiter condemnabatur, scilicet, quod vxor defuncti discalciaret quemlibet istorum nolentium suscitare semen defuncti fratris, & spueret in faciem eius: diceretque: Sic fiet viro, qui non edificat domum fratris sui, & sequebatur eum tunc infamia perpetua, scilicet, quod vocabatur domus illius in æternum, domus discalciati in Israel.

Erat autem ordo in hoc, quod si haberet defunctus multos fratres ille, qui propinquior ei erat ordine natiuitatis admonendus erat suscipere vxorem defuncti, & si nollet debebat eum citare mulier coram iudicibus, & infligebatur ei poena, quæ habetur Deuteronom. 25. cap. Deinde requirebatur sequens frater, & si nollet suscitare semen infligebatur etiam ei poena, & sic fiebat per omnes fratres defuncti, quotquot illi essent tam coniugatos, quam non coniugatos, & si nullus vellet suscitare semen, infligebatur poena omnibus: post hæc autem mulier admonere debebat omnes cognatos defuncti, vt acciperet eam in vxorem incipiendo secundum ordinem a propinquo, si quis vellet eam accipere, quousque nullus maneret in tota cognatione, scilicet, intra cognationis gradus determinatos secundum consuetudinem Iudæorum, in quibus vocabantur aliqui cognati, & si quis vellet eam accipere, tenebatur esse vxor illius: & tamen dato quod nullus eam vellet accipere, non erat infligenda poena aliqua alicui istorum, sicut fratribus defuncti, vt declaratum est precedenti quaestione.

De vxore autem defuncti dicendum, quod ipsa vxor de erat magis obligata ad suscitationem feminis, & hoc erat in quatuor. Primum erat, quia ipsa tenebatur requirere fratres defuncti, an vellet quicumque istorum eam in vxorem, & nullus tenebatur eam ad monere. Secundum erat, quod ipsa non solum erat obligata respectu fratrum, sed etiam respectu cognatorum: ita quod non licebat ei accipere in virum quemquam de extraneis quousque omnes fratres, & cognati defuncti requisiti ab ea nollet eam accipere in vxorem, & tamen de nullo istorum dicitur, quod teneatur admonere vxorem defuncti. Tertium erat, quia si mulier non admoneret omnes fratres, & cognatos defuncti, vt aliquis acciperet eam: & ob hoc si nullus eam acciperet, non erat aliqua poena cognatis, & fratribus, etiam si acciperent alias vxores, & tamen si mulier non admoneret fratres, & cognatos defuncti, & nuberet alicui alteri, vel commiseretur ei fornicarie, erat adulterij rea, & accusaretur ad mortem: sicut patet de Thamar, quæ reperta est prægnans antequam acciperet eam in vxore Sela, qui suscitaturus erat ex ea semen fratrum suorum defunctorum, & adiudicata est morti, vt exureretur, & fuisset exusta, nisi se iustificasset, Gen. 38. c. Quartum est, quia obligatio fratrum defuncti ad suscitandum semen erat conditionalis, scilicet, si vellet, alioquin tolerarent quandam poenam legis, Deut. 25. cap. in muliere autem erat simpliciter necessitas suscitandi semen, ita quod si nollet suscitare semen eius accipiendo aliquem in virum, antequam fratres, & cognati defuncti recufarent eam accipere, lapidanda erat, vel cremanda, sicut adulterij rea, vt supra probatum est, ideo maior erat obligatio mulieris ad suscitandum semen, quam alicuius alterius.

Quare magis obligatur vxor defuncti ad semen suscitandum, quam fratres, & cognati. Quæst. CLXXXI.

Quæst. CLXXXI. quare magis obligabatur vxor defuncti ad suscitandum semen eius, quam fratres, & cognati.

H Dicen.

Dicendum, quod erat propter multa. Primo, quia naturaliter erat mulieri maius debitum ad hoc quam alijs: quia vir, & vxor erant effecti vna caro, quia per matrimonium efficiuntur duo in carne vna, Gen. 2. cap. & tamen frater cum fratre non est vna caro, neq; pater cum filio, ideo est maius debitum vxoris ad virum, & e contratio, quam fratris ad fratrem. Et sic Apostolus iussit, quod magis diligant viri vxores suas, quam quoscumq; alios, dicens: Viri diligite vxores vestras, sicut corpora vestra, ad Ephes. 6. Et tamen nullas tenetur magis, aut æqualiter diligere carnem alterius, quam carnem suam: ergo maior est obligatio dilectionis viri ad vxorem, & vxoris ad virum, quam ad aliquem alium. Et licet Apostolus non dixerit illud de vxore respectu viri, sed de viro respectu vxoris.

Mulier magis viri diligere tenetur, quæ e contratio.

Dicendum, quod magis adhuc ex debito tenetur vxor diligere virum, quam vir vxorem, eo quod plura recepit vxor a viro, quam vir ab vxore: cum mulier naturaliter sit deficiens, & vir sit custos eius, & pater in necessarijs, & qui magis recipit, magis tenetur amare, vt Christus intulit, Lucæ 7. cap. In parabola vnus feneratoris, & duorum debitorum. Magis ergo tenebitur vxor viro ad suscitandum semen eius, quam quisquam aliorum: cum suscitatio feminis sit quædam vtilitas viro, quia per hoc seruatur nomen eius non deletum, quod alias deleteretur.

Secundo fit hoc propter legalem conuenientiam, magis enim conuenit femina ad suscitationem feminis secundum intentionem legis, quam aliquis de alijs, scilicet, de fratribus, & cognatis. Quod pater, quæ intentio legis erat, quod suscitaretur semen defuncto, ita quod qui non habuerat filios veros, haberet filios legales, & ad hoc quod isti similes viderentur filijs veris oportebat, quod esset maxima identitas, quæ esse poterat inter istos filios legales ad naturales, & veros, scilicet, quod esset ab eisdem principijs. Veri tamen filii, si aliqui fuissent ipsius defuncti, essent ex vxore illa: ideo filii legales maxime conueniebant ex parte vxoris defuncti, quam ex parte aliquius viri, quicumque ille esset.

Tertio fit propter conditionem suscitationis feminis. Nam suscitatio feminis censebatur, quando gignebatur aliquis filius ipsi defuncto, eo quod gignebatur illum esse de femine defuncti, quod susceperat vxor eius in vtero, & tamen illud non fuerat sufficiens ad generationem fetus, nisi viuificaretur fetus virtute seminis illius viri, qui accipiebat vxorem defuncti, sed ad contrinendum semen defuncti, respectu cuius filius genitus dicitur esse de femine defuncti, vel esse filius eius, nullus magis agebat, quam vxor defuncti: ideo ipsa maxime obligari debebat ad suscitandum semen defuncti.

Quarto, quia vir & femina sunt inæqualis dignitatis naturaliter: ideo circa eandem rem majori priuilegio gaudere debuit vir quam femina, & sic circa feminis suscitationem debuit magis obligari femina, quam vir.

Quinto, & potissime facit, quia Deus volebat nimis procurare suscitationem feminis mortuorum: & ad hoc videbatur expediens, quod omnes obligarentur, ad quos pertinebat, quia si relinqueretur in libertate istorum, multi illorum nolent suscitare semen defunctorum. Si autem obligarentur omnes, esset scandalum, quia si vir obligaretur ad suscipiendam femina aliquam in vxorem, quæ forte non placeret oculis eius, cum essent Israelitæ duri cordis, occiderent vxores. Et ista fuit causa, quare permittum fuit Israelitis repudiare vxores, quod si non liceret eis abicere illas repudiando illas cum displicerent eis, occiderent illas. Sic dixit Christus supra 19. cap. Ad durtiæ cordis

dis vestri libellus repudii datus est, a principio autem non erat sic ista durtiæ cordis, quod occiderent vxores: & sic non fuit conueniens, quod obligarentur viri in Veteri Testamento ad accipiendum vxores defunctorum ad suscitandum semen ipsorum: vxores autem debuerunt obligari, quia ex obligatione earum non sequebatur istud inconueniens. Debuit tamē imponi quædam poena viris, vt suscitarent semen defunctorum, vt timore illius incitarentur aliquando ad suscitationem hanc.

Si vxorem fratris defuncti septimus frater duceret, & nullus nisi septimus ex ea prolem suscipere, cuius eorum nomen sortiretur. Quæst. CLXXXII.

QUÆRITUR vterius si essent multi fratres, sicut nunc Sadducei posuerunt casum, quod erant septem fratres, & mortuo primo, & relicta vxore secundus voluit suscitare semen illius, & consequenter omnes vsque ad septimum: & nullus eorum suscipere vxorem ex ea, nisi septimus quis illorum faceret filium natum nominari de nomine suo. Nam lex iubet, quod filius natus ex hac suscitatione nominetur nomine defuncti: omnes autem sex præcedentes mortui sunt, & quilibet illorum habuit mulierem illam in vxorem. Est ergo dubium cuius eorum nomen sortiretur.

Aliqui dicunt, quod non poterat dari in tali casu cuius nomen vocaretur, sicut crediderunt nunc Sadducei de muliere, quæ habita fuit a septem viris, quærentes cuius illorum erit in resurrectione. Si enim esset aliqua causa, quare magis eēt vnus, quæ alterius non arguissent sic contra Christum putantes deducere eum ad inconueniens, vel impossibile. Nam si posset determinari cuius illorum erat vxor, argumentum suum contra resurrectionem non procederet, ita dicunt isti nunc, quod non constaret cuius istorum esset iste filius.

Dicendum, quod in hoc non est magna difficultas, & argumentum Sadduceorum non est simile proposito nostro: quia si in resurrectione habituri essemus vxores, quas habueramus viuentes, esset aliquis difficultas circa hoc, cum quilibet contraxisset cum illa æquale vinculum matrimonii: ideo non appareret manifeste, quis potius eam habiturus esset. Secus autem est de filio genito: quia aut quæreretur quantum ad veram filiationem, aut quantum ad filiationem legalem. Si primo modo patet ex casu, quod iste erat filius septimi viri, si autem quantum ad legalem filiationem erit filius illius, cuius nunc suscitabat semen iste septimus.

Sed tunc manet dubium, cuius semen istorum suscitabat iste septimus.

Dicendum, quod de secundo, & tertio, & quarto, & quinto non est dubium, sed solum de primo, & sexto. Causa est, quia secundus, tertius, quartus, & quintus non fuerunt primus, cui successit suscitans semen: etiā non fuerunt vltimus, cui successit ille, qui suscitauit semen realiter: ideo de istis est dubium sublatum, sed de primo est dubium: quia ille fuit, propter cuius mortem accepta est vxor eius ad suscitandum semen defuncti, & postea alii continuauerunt. De sexto autem est dubium, quia septimus accepit vxorem per mortem sexti, & illius vxorem dicitur accepisse, & nunc ex illa genuit primogenitum, ideo ille nominandus est nomine sexti, qui vocatur hic defunctus.

Est tamen dicendum, quod in veritate iste filius genitus nominandus est ex nomine primi defuncti. Nam propter mortem eius secundus accepit vxorem eius: ideo tertius non accepit vxorem secundi propter secundum, sed propter primū, cum ipse secundus accepit

accepit vxorem primi propter primum: tertius ergo propter primum accipiet, quia quidquid est causa causa est causa causati, & sic de quarto, & quinto, & sexto, & omnibus quorū quot fuerunt. Vnde ipse septimus censetur successisse primo, & non alijs, quia propter primum omnes susceperunt illam vxorem, & si secundus habuisset filios non suscepissent eam reliqui: & sic vsque ad vltimum nominabitur: ergo semper filius genitus ex tali suscitatione nominabitur ex nomine primi, quia illius suscitatur semen.

An omnes nati ex feminis suscitatione nominabantur nomine defuncti, & quare. Quæst. CLXXXIII.

QUÆRITUR, an nati ex suscitatione feminis nominabantur nomine defuncti, & quare. Dicendum, quod non nominabantur omnes nomine illius: satis enim erat, quod primogenitus ex suscitatione nominaretur nomine defuncti, quia ad hoc lex cogit, Deuter. 25. cap. scilicet, sed frater eius accipiet eam ad suscitandum semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit. Hoc enim communiter tenetur, & ita nos solemus interdum asserere recitantes communem positionem, sed infra verum dicitur. Et tunc est dubium, quare vocabatur primogenitus iste ex nomine defuncti. Soler dicit, quod lex voluit quantum posset identitatem filij legalis ad naturalem. Nam non habuit iste defunctus filios naturales veros, & lex vult ei fingere filios, & ad hoc quod filij ficti videantur aliquo modo esse filij defunctorum: oportuit, quod esset magna similitudo inter filios illos ad defunctos, & ad hoc fecit lex, quod solum fieret ista suscitatio ex vxore defuncti, in qua videbatur esse semen defuncti, & a fratribus defuncti: quia illi maxime identificabantur defuncto. Ita ergo ad hoc, quod ipse filius magis videretur pertinere ad defunctū etiam in nomine debuit simulari ei. Nam si vocaretur alio nomine, poterat putari, quod iste ascriberetur ei, qui ipsum genuit, & non defuncto: vt ergo appareret quod pertineret ad defunctum vocandus erat primogenitus in suscitatione nomine defuncti, & sic minus dubitaretur de qua progenie esset. Et in hoc erat aliquid speciale, scilicet, quod vocaretur filius nomine patris. Nam in alijs nascensibus non imponebatur semper primogenitis nomen patrum: nam alioquin omnes directe descendentes per eandem lineam progeniei vocarentur eodem nomine: quod est falsum. Item pater, quia Ruben erat primogenitus Iacob, Gen. 49. & 1. Paralip. 5. & tamen non fuit vocatus Iacob, sicut pater suus. Etiam Isaac fuit primogenitus Abraham, quia in eo vocatum est semen Abraham, Genes. 21. c. vel secundum carnem erat Ismahel primogenitus eius, Genes. 16. cap. & tamen neuter vocatus est nomine patris, & ita ferè de omnibus alijs, quorum nomina scimus in Veteri Testamento. Et dicunt rationem esse, quia cum in alijs sint filij veri secundum carnem, non oportet quæri aliam simulationem ad ostendendum simulationem, & tamen in suscitatione feminis cum genitus non esset filius verus defuncti oportuit induci aliquas assimilationes legales ad hoc, quod appareret ei qualitercumque similis, & filius eius.

Sed obicitur, quod non vocaretur filius primogenitus ex suscitatione feminis natus nomine defuncti, quia Booz accepit Ruth vxorem Mahalon defuncti ad suscitandum semen eius, Ruth 4. cap. & genuit ex ea primogenitum, quem non vocauit Mahalon ex nomine defuncti, sed Obed, eodem cap.

Aliqui tenentes communem opinionem dicunt, quod iste Obed non fuit primogenitus Booz ex Ruth, & Alph. Tost. in Math. Pars VI.

per quem deriuatur familia Mahalon, & qui pertinet ad feminis suscitationem: quia primogenitus debebat vocari nomine defuncti, Deuter. 25. & iste non nominaretur sic.

Secundo probant, quia si Obed pertineret ad suscitationem feminis Mahalon, vocaretur filius ipsius Mahalon defuncti, & non patris sui naturalis, & tamen vocatur filius Booz, & non Mahalon, vt patet Ruth 4. cap. vbi describitur progenies a Phares vsque ad Dauid, & ponitur ibi Obed filius Booz, & non Mahalon, & idem supra primo, & Luca 3. cap. vbi est genealogia Saluatoris semper ponitur Booz pater Obed, & nunquam Mahalon.

Sed dicendum, quod in veritate Obed fuit ille, per quem familia Mahalon continuata fuit: & ille pertinet ad suscitationem feminis eius. Quod patet, quia Booz accepit Ruth in vxorem ad suscitandum semen Mahalon, Ruth 4. & non legitur alium filium ex ea genuisse ante istum: ergo iste erat primogenitus, qui pertinebat ad feminis suscitationem.

Secundo apparet hoc, & clarus, quia quando mulieres congratulabantur Noemi nato Obed dixerunt ei: Benedictus Dominus, qui non passus est, vt deesset successor familiae tuæ: ergo videtur quod iste Obed erat successor familiae Elimelech viri Noemi, & Mahalon filij eius, qui erat in familia Noemi. Ergo pertinet Obed ad Mahalon, & est filius eius legalis, per quem continuatur familia eius, vt non deleatur nomen patris: hoc patet Ruth 4.

Aliqui ergo volentes tenere, quod primogenitus ex suscitatione semper vocabatur nomine defuncti, & non potentes negare quin Obed pertineat ad familiam Mahalon, & ad suscitationem feminis eius, dicunt, quod iste Obed non fuit primogenitus in ista suscitatione feminis, sed licet pertineat ad familiam defuncti, non vocatur nomine eius, sed volunt quod fuerit alius primogenitus, quod vocatus est Mahalon, sicut defunctus. Et iste fuit forte secundus, & non oportuit, quod vocaretur nomine defuncti.

Sed dicendum, quod hoc non stat, quia necesse est, quod iste Obed fuerit primogenitus Booz: x Ruth. Primo, quia quoniam natus est Obed, congratulabantur mulieres ipsi Noemi de natiuitate eius, Ruth 4. cap. & in ista natus natus esset ante Obed, potius congratularentur de illo, quod de natiuitate Obed, vel de alijs: ergo iste erat primogenitus. Secundo, quia si alius fuisset primogenitus, ille pertineret ad defunctum: quia dicitur Deuter. 25. cap. quod primogenitus ex suscitatione feminis vocaretur nomine defuncti: & de alijs nihil dicit, quasi vel solus primogenitus pertineret ad defunctum, vel ipse plusquam alii, sed de Obed manifestum est, quod pertinebat ad Mahalon defunctum, & quod ipse erat, per quem continuabatur familia eius cum mulieres congratulando Noemi dixerunt: Benedictus Dominus, qui non passus est, vt deesset successor familiae tuæ in Israel, Ruth quarto capitu. Ergo Obed fuit primogenitus ex ista suscitatione, & per quem continuabatur familia, vt diceretur ipse successor familiae. Nam si alius fuisset primogenitus huius suscitationis, ille esset familiae successor, & non Obed: & ideo non diceretur hoc de Obed, sed dicitur: ergo ipse fuit primogenitus, & ita primogenitus erat. Cum etiam dicunt, quod non erat iste, per quem continuabatur familia Mahalon. Falsum est, cum, nato eo, dixerint mulieres: Benedictus Dominus, qui non passus est, vt deesset successor familiae tuæ in Israel.

Alii ergo non potentes respondere rationibus, dicunt, quod iste Obed fuit primogenitus ex ista suscitatione feminis, & ipse fuit, per quem continuata fuit familia Mahalon, & vocatus fuit nomine Mahalon, sed habebat

bebat Mahalon multa nomina, quia vocabatur Mahalon, & Obed. Sicut etiam de multis alijs viris tam in Nouo, quam in Veteri Testamento, qui sunt binomij, vel trinomij, sicut Iacob vocabatur Iacob, & Israel, Genesis 32. & Esau vocatus est Esau, & Seir, & Edom, vt colligitur Genes. 25. Sicut etiam Beatus Petrus vocatus est Petrus, & Simon, & Bariona, & Cephas, & Simon Ioannis, vt pater supra 16. & Ioan. 21. & 1. Corinth. 15. cap. & declaratum est supra 10. cap. quæst. 30. & 31. Dicendum, quod non statim primo, quia si Mahalon haberet multa nomina, aliquando vocaretur vno nomine, & aliquando alio, sicut patet de alijs multinomij, vt dictum est, & tamen in libro Ruth sæpe fit mentio de illo, & nunquam vocatur Mahalon: ergo non est verisimile, quod haberet aliud nomen. Secundo patet hoc, & efficacius, quia vt isti dixerunt supra in ista quæst. idcirco lex iussit, Deut. 25. cap. vocari primogenitum ex suscitatione seminis nomine defuncti, quia volebat ostendere maximam identitatem inter illum, & defunctum, vt videretur esse filius naturalis eius, & ita etiam in nomine voluit eos identificari, sed iste Obed (vt probatum est) fuit primogenitus ex suscitatione seminis Mahalon, ergo debuit in scriptura vocari eo nomine, quo scriptura vocat defunctum. Vnde licet esset binomius, quia tamen defunctus vocabatur semper Mahalon in libro Ruth. debebat ipse quoque vocari Mahalon. Vel si vocandus erat Obed, sicut defunctus debuisset scriptura ibi non solum aliquando, sed semper vocare defunctum Obed, & non Mahalon, vt appareat illum esse filium eius legalem, si hoc lex intendebat facere, id est, identitatem in nomine, & tamen non fuit factum: ergo pater solum vocabatur Mahalon, & natus ex suscitatione seminis solum vocabatur Obed.

Aliter dicunt alij, scilicet, quod iste Obed fuit primogenitus ex suscitatione ista seminis, & per eum continuata fuit familia defuncti, vt patet Ruth 4. cap. & supra probatum est, & tamen non vocatus est nomine defuncti. Et cum obiicitur, quod primogenitus vocandus erat nomine defuncti. Dicunt, quod verum est, quando suscitabatur semen a fratribus, lecus quando suscitabatur semen a cognatis. Nam Deut. 25. cap. vbi dicitur, quod primogenitum ex ea filium appellabit nomine defuncti dicitur de fratre defuncti, qui accipere debet uxorem defuncti, nihil autem de cognato dicitur ibi, & tamen Booz suscitans semen Mahalon, non erat frater eius, sed cognatus, idcirco non oportuit, quod vocaretur hic natus ex suscitatione seminis ex nomine defuncti. Item hoc confirmant, quia suscitatio seminis quantum ad fratres erat ordinaria, & quantum ad cognatos alios erat extraordinaria cum non esset necessaria, sed accidentalis, vt probatum est supra, & ob hoc multa obseruabantur in fratribus suscitantibus semen, quæ non obseruabantur in alijs, sicut patet de poena, quia fratribus non suscitantibus infligebatur poena, Deut. 25. c. Cognatis autem non, vt ostensum est supra: nam cognatus Booz, qui noluit suscitare semen Mahalon nulla poena affectus est, Ruth 4. cap. Ita ergo de nomine esset, quod vocaretur primogenitus suscitationis nomine defuncti, quod suscitaretur a fratre, quod autem suscitaretur a cognatis, non oporteret nominari ex nomine defuncti. Sed dicendum, quod hoc non stat, quia cum suscitatio seminis fiat ad conseruandum nomen defuncti, & ob hoc vt ipsi asserunt lex iussit vocari primogenitum ex suscitatione nomine defuncti cum maneat eadem ratio in suscitatione a quocunque fiat, s. vt natus videatur esse filius defuncti, debet vocari semper nomine defuncti. Et cum dicitur, quod illud Deut. 25. c. habet locum in fratribus. Dicendum, quod est verum quantum ad obligationem, s. quod ipsi soli obli-

In q. 179.

In q. 179.

gabatur: cognati autem non, & tñ si suscitarent semen deberent seruire totam intentionem, & modum suscitationis seminis, & tñ Deut. 25. cap. ponitur quasi præcipuum in hac suscitatione, quod vocetur primogenitus ex suscitatione nomine defuncti: ergo siue a cognatis fieret suscitatio seruabatur semper illud, quod natus ex suscitatione seminis vocaretur ex nomine defuncti. Dicendum ergo, quod veritas huius est, quod natus ex suscitatione seminis, siue primogenitus, siue alius non vocabatur nomine defuncti, sed poterat vocari quocunque alio nomine, & ita fuit nunc de Obed, qui fuit primogenitus in ista suscitatione seminis, & per eum continuata fuit familia Mahalon, sed non fuit vocatus Mahalon, sicut defunctus, sed Obed. Cum autem obiicitur, quod dicitur Deut. 25. cap. quod debet vocari primogenitus nomine defuncti, dicendum, quod non intelligitur de nomine personali, sed de familia, uel progenie sua, s. quod non uocetur de progenie gignentis eum, sed de progenie mortui. Et patet, quia Deut. 25. cap. ubi ponitur, quod primogenitus suscitationis seminis debet appellari nomine defuncti subditur causa, s. ut non deleatur nomen eius ex Israel: ergo non imponebatur nomen mortui primogenito legali, nisi eo modo, quod posset conseruari ne periret nomen eius ex Israel, & tamen etiam si non uocaretur ex nomine eius personali poterat seruari nomen defuncti non deletum: ergo non oportebat, quod uocaretur ex nomine personali eius. Et patet, quia nomen cuiuslibet reseruabatur per filios suos ueros, & tamen non uocabantur filij nomine patrum, ut patet in Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnibus posteris eorum: nunquam enim aut raro uocatur aliquis ex nomine patris sui: & tamen illis manentibus dicitur non deleri nomen patrum suorum: ergo non accipitur nomen pro nomine, sed pro progenie, s. quod filij uocabantur de progenie patrum suorum, & ideo nominata progenie nominatur nomen defuncti, cuius est illa progenies, & ita manentibus filiis aliquorum, nunquam nomina patrum delentur, licet non uocentur illi nomine patrum: ergo ita erat hic. Et ista est ueritas, quod primogenitus in suscitatione seminis uocabitur nomine defuncti, id est, de progenie eius, & familia, sed non nomine eius personali, & sic fuit de Obed, qui fuit primogenitus Booz in suscitatione seminis Mahalon, & ideo uocatus est ex nomine Mahalon, scilicet, de eius progenie, sed non nomine eius personali, quia non uocatus est Mahalon, sed Obed, & ita fiebat circa alios primogenitos ex suscitatione seminis.

Ad aliam rationem, quæ magis urgebat, scilicet, quod etiam non uocabatur Obed de familia Mahalon, quia tñ dicitur filius Mahalon, & non Booz, & tamen uocatur filius Booz, Ruth quarto capitulo. dicendum, quod Obed erat de familia Mahalon, & per eum continuabatur eius posteritas, quia genitus est ex uxore eius suscitandus ei semen, & tamen ille erat filius naturalis Booz, quia ille uere eum genuerat. Erat etiam filius legalis Mahalon, quia pro eo gignebatur, & ideo nomine utriusque poterat nominari, & utriusque patris linea poterat per eum deriuari. Sic ergo linea Booz deriuatur per Obed, & ita ponitur Ruth quarto cap. & in genealogia Christi, supra primo, & Lucæ tertio capitulo. Aliquando uocatur filius Mahalon patris legalis, & sic etiam dicitur Ruth quarto. Nam quando natus est Obed dixerunt mulieres congratulantes Noemi: Natus est filius Noemi, sed non poterat uocari filius Noemi, nisi in quantum pertinebat ad Mahalon filium eius: ergo etiam uocatur Obed filius Mahalon, & ita fit de aliquibus alijs in scriptura, qui aliquando nominantur per lineam patrum naturalium, aliquando per lineam patrum legalium.

legalium. Sic enim fuit in genealogia Christi: nam supra 1. cap. uocatur Iacob pater Ioseph, & Luc. 3. uocatur Heli pater Ioseph. & hoc quia vt Sancti Doctores dicunt vnus Euangelista posuit patrem naturalem Ioseph, alius patrem legalem: & istud facit magnas dubitationes in scriptura.

An suscipiens uxorem defuncti ad suscitandum semen possit eam repudiare. Quæst. CLXXXIII.

Quæritur, an suscipiens uxorem defuncti ad suscitandum semen possit eam repudiare.

Aliqui dicunt, quod non poterat repudiari, quia non poterat repudiari mulier nisi ex causa, & quando non inuenitur in ista muliere sumpta ad suscitandum semen, non poterat repudiari saltem ad placitum.

Dicendum, quod non stat, quia quando quis inter Hebræos repudiabat aliquam uxorem, non cogebatur probare causam repudij, sed solum, quod non placebat oculis eius, vt ostensum est Deuter. 24. cap. Ex eodem ergo fundamento posset sine causa repelli ex sola uoluntate mulier ad suscitandum semen accepta.

Ergo dicendum, quod verum est, quod ad repudiandum mulierem non tenebatur repudians probare aliquam causam, immo neque tenebatur exprimere eam, neque etiam exprimebat, sed solum scriptum erat, quod repudiabat eam, & quod dabat illi licentiam contrahendi cui uellet, vt declaratum est supra 19. cap. quæst. 56. & quæst. 57. Et tamen circa mulierem acceptam ad suscitandum semen dicendum, quod non licebat viro repudiare eam quousque gigneret saltem ex ea filiū in quo seruaretur progenies defuncti.

Et patet primo, quia aliàs lex suscitationis esset inutilis, quia posset quilibet accipere uxorem relictam a defuncto, & statim illam repudiare: & ita non conseruaretur intentio legis, & fieret lex inutilis, quod est inconueniens: cum Deus non statuerit aliquid inutile.

Secundo patet, quia Deus apposuit poenam nolentibus suscitare semen, quasi aliquando talis poena esset infligenda non suscitantibus semen, & tamen si liceret repudiari uxores susceptas ad seminis suscitationem, facile esset cuique non suscitando semen euadere poenam, quia mox vt illam susciperet euitaret poenam, & statim illam repudiaret: ergo non licebat repudiare ad hoc quod aliquando haberet locū poena.

Tertio patet, quia lex cogit fratres defuncti ad suscipiendas uxores defunctorum: ergo etiam cogit ad tenendum eas, cum vnus sine altero non proficit.

Sed obiicitur contra hoc primo, quia lex erat data generaliter ad fauorem virorum, vt possent repudiare uxores: ergo in omni casu intelligitur, sed vxor accepta ad suscitandum semen est vxor: ergo illa etiā potest repudiari.

Secundo patet, quia suscitans semen succedit loco defuncti: ergo non tenetur ad plura quam defunctus, sed defunctus poterat repudiare uxorem ex sola uoluntate nulla prole suscepta, & non accipere aliā uxorem: ergo non tenebatur suscitans plus quam ille, & consequenter licebit ei repudiare uxorem illam, sicut licebat defuncto.

Tertio, quia manet circa istas uxores causa repudij: ergo potestas repudiandi. Nam potestas repudiandi concessa fuit Iudæis ad duritiam cordis, vt dixit Christus, sup. 19. c. Erat ista duritia, ne occiderent uxores, quando eis non placerent, & tñ idcirco circa istas uxores, quæ poterant displicere uiris, & occiderent eas, si

Alpha, Tost. in Matth. Pars VI.

non possent repudiare: ergo poterant eas repudiare. Dicendum, quod non poterant eas repudiare propter causas supra assignatas, & hoc vel simpliciter, s. vt nunquam possent, vel saltem non poterant vsque ad tempus, quo genuissent filium, in quo posset conseruari nomen, & familia defuncti.

Ad primam ergo rationem in contrariū dicendū, quod lex de repudiando fuit generalis, & competebat respectu omnium vxorū, nisi alicubi inueniretur specialis causa repugnans repudio, & tñ circa uxores susceptas ad suscitandum semen, erat ista causa, quæ si possent repudiari non fieret suscitatio seminis: ideo non poterant repudiari, & est aperta causa differentie. Nam in alijs casibus si repudiaret vir uxorem non sequebatur inconueniens aliquid, quia vir poterat accipere aliā uxorem, & vxor alium virum: & fieret utriusque multiplicatio prolis, & tñ si mulier suscepta ad seminis suscitationem repudiaretur, non poterat suscitari semen, nisi ex vxore defuncti: ideo sequebatur inconueniens si repudiaretur, & cōsequenter non poterat repudiari: & tñ cessante causa ista speciali redibat generalis lex sicut quæ posset repudiare, & hoc postquam genuisset vir masculū ex vxore defuncti per quā continuaretur familia defuncti, poterat repudiare uxorem illam, sicut & quamlibet aliam: quia iam satisfactum erat suscitationi seminis. Secundo patet hoc, quia licet lex generalis esset ad posse repudiare uxorem, tamen quidam casus erant speciales, in quibus non poterat repudiari vxor. Vnus erat propter delictum, vt si quis accipiens uxorem de nouo diceret post consummationem matrimonij non inueni eam virginem, & probaretur fuisse virginem mulierem, quando accepit eam vir, flagellabat ipse vir, & soluebat quinquaginta flos, & non poterat dimittere puellam omni tempore uitæ suæ: Deuter. 22. Alius casus erat, si vir inueniret puellam in agro, quæ non esset desponsata, & dormiret cum ea accipiebat eam in uxorem, & non poterat eam dimittere omni tempore uitæ suæ, eodem cap. Ita & nunc isti licet non ex delicto, propter causam tamen obligabantur non repudiare uxores, & non erat obligatio perpetua, sicut quando proueniebat ex delicto, sed solum durabat ad tempus, scilicet, quousque vir gigneret masculū, in quo conseruaret nomen defuncti. Ad secundum dicendum, quod verum est, quod suscitans semen succedebat loco defuncti, & tamen magis restrictus erat, quam defunctus, & sic licet defuncto liceret repudiare uxorem, non licebat suscitanti semen. Et patet primo, quia uiuens non tenebatur ex vxore, quam susciperet dare operam, vt gigneret: & tamen suscitans semen tenebatur dare operam, vt gigneret. Secundo, quia si cui moreretur vxor, & non genuisset ex ea filios, non tenebatur accipere aliam, vt ex ea filios gigneret, & tamen tenebantur fratres defuncti accipere uxorem defuncti, si ille sine filiis decedens uxorem relinqueret.

Primus casus, in quo non poterat repudiari vxor.

D

E

Tertio, quia si quis in Veteri Testamento non haberet uxorem, non tenebatur accipere, & non imponebatur ei poena, si non acciperet: vel si moreretur vna vxor eius, & nondum haberet filios, non tenebatur aliam accipere ad gignendum, & si non acciperet non puniebatur, & tamen mortuo aliquo sine liberis, vxore relicta tenebantur fratres illius accipere eam: alioquin puniebantur, Deuter. vigesimo quinto capitulo. Quarto, quia etiam circa alia sic est. Nam plus tenetur quis conseruare bona aliena, quam propria. Nam si quis administrat bona aliena, vt dispensatores, actores, tutores, curatores, tenentur sollicitè agere, ne quid de illis pereat: &

H 3 tamen

tamen non teneretur providere rebus suis, vt non peccarent de omittendo providere circa aliena, peccabit quis semper: omittendo autem circa sua non peccat, vel saltem non semper, neque æqualiter, & ita est hic.

Causa autem, quare non imponebatur lex hominibus in Veteri Testamento, vt darent operam ad gignendum, & mortua vna vxore acciperent aliam si nondum haberent filios: erat, quia quilibet seipsum ad hoc implebat ex naturali desiderio, & opinione communiter infra: putabant enim antiqui tam Gentiles, quam Iudæi beatitudinem quandam exiltere in filijs, & infelices esse eos, qui sine liberis morerentur: & ideo cuiuslibet erat cupido infra ad relinquendum filios, quantum posset, & ita non oportebat superaddi stimulos legis. Secus autem quantum ad extraneos, qui non cupiant tam ardentem, & neque efficaciter bonum alienum, ideo oportuit illis imponi legem de hoc. Et quia nemo cupiebat suscitare alteri semen, sed potius communiter omnes homines illud recusabant, vt dicitur sequenti questione, debuit poni lex, & poena ad hoc quod fratres defunctorum illis suscitarent semen: & ita per legem tenentur ad id, ad quod non tenebantur viuentes pro seipsis. Simile est circa dilectionem sui ipsius, & circa nocumentum: nam magis quis se diligit, quam alium: & consequenter magis cauet nocere sibi, quam alteri: & tamen in præceptis de diligendo dictum est, quod quis diligeret proximum, & non iustum est, quod seipsum diligeret: etiam in negatiuis vetatur quilibet nocere alteri, & non prohibetur expresse sibi ipsi nocere: & hoc, quia non fuit necesse, quia etiam non existente lege quilibet seipsum diligit forte supra modum, & cauet nocumenta propria.

Ad tertium dicendum, quod vna causa fuit permissionis libelli repudij durities cordis, & tamen causa potissima fuit, quia ista lex erat inter omnes Gentiles, quod repudiare possent vxores. Si autem Iudæis auferretur ista libertas, putarent se minores alijs gentibus, & non possent hoc tolerare: & hoc erat duritia cordis, scilicet, quod indomiti erant, & non bene subijcerentur rebus insolitis, sicut dixit Deus. Cerno, quod populus iste duræ cervicis sit. Exodi trigesimo secundo capitulo. Et tamen ibi non ponitur durities pro facilitate occidendi vxoris, sed pro difficultate obediendi circa res insolitas.

Secundo potest dici, quod etiam si durities cordis sit pronitas Iudæorum ad occidendum vxores: non tamen erat semper tantus timor de vxoricidio, quod quocumque displiceret vxor viro, putaretur eam occisurus, licet erat aliquis occasio. Et patet, quia aliqui casus erant, in quibus vetabatur repudium: tamen non obstabat ibi timor de morte vxoris, id est, occisione, vt in duobus casibus supra positus: ergo si sibi lex putauit, quod non sequeretur vxoricidium, a fortiori putaret circa non repudiandas vxores, ex quibus suscitabatur semen.

Primo, quia in duobus illis casibus priuabantur in perpetuum iure repudiandi vxores, Deuteronomo vigesimo secundo capitulo. In isto casu priuabantur ad tempus, scilicet, quousque esset genitus aliquis masculus per quem posset continuari familia defuncti, vt dictum est. & ideo minus graue erat.

Secundo, quia in duobus casibus supra dictis non posse repudiare vxores, proueniebat ex delicto, & cum quadam infamia, & poena: non repudiare vxorem defuncti, licet esset aliquo modo graue, erat tamen cum quodam lucro, scilicet, quia suscitans se-

men succedebat in bonis defuncti, & gaudebat vtili fructu illorum, & proprietatem illorum transmittentibus ad posteros suos, qui pertinebant ad suscitationem feminis, & nihil istorum consequeretur si posset repudiare vxorem, & repudiaret, sicut si non reciperet: ergo facilius erat non repudiare vxorem pertinentem ad suscitationem feminis, quam in alijs duobus casibus, & tamen ibi non timebat lex occisionem vxorum, vel si esset aliquis timor, & occasio, non tamen talis quod propter illum lex cessaret priuare istos iure repudiandi: ergo a fortiori in vxore suscitationis feminis nullus timor vxoricidij faciebat, quod liceat repudiari illam ante suscitationem feminis, quia non erat talis timor verisimilis.

Quare imponebatur poena non suscitantibus semen. Quæst. CLXXXV.

Quare imponebatur poena non suscitantibus semen, quia in hoc innuitur, quod essent aliqui, qui nolent suscitare semen, & tamen non videretur verisimile, scilicet, quia suscitatio feminis habebat aliquid fauoris, & non videbatur habere aliquid præiudicij, ideo nemo recusaret suscitare semen. Patet, quia suscitans semen non impediatur suscipere vxores quas vellet. Nam si suscitans semen non posset tenere nisi vxorem defuncti, esset grauis ista suscitatio: licebat tamen habere plures vxores in Veteri Testamento, vt ostensum est supra decimonono capitulo. quæstio. trigesima secunda, & ita cum vxore defuncti poterat habere quascunque alias vellet, & insuper succedebat in omnibus bonis defuncti, sicut patet in Booz suscitante semen Mahalon, Ruth 4. cap. Ergo nemo recusaret suscitationem istam.

Dicendum, quod fuit necessaria poena appositæ: Deus enim volebat, quod semen suscitaretur defunctis, & tamen non fieret nisi apponeretur poena: ergo erat apponenda. Patet, quia suscitatio feminis videbatur Iudæis difficilis, & ideo non intenderent illi, nisi volentes euitare poenam: & patet hoc in cognato Booz, qui suscitatus erat semen Mahalon, & noluit, sed dixit, quod potius carere volebat priuilegio, & iure quod sibi competebat ex propinquitate, Ruth 4. cap.

In quo sciendum, quod suscitatio feminis erat aliquo modo fauorabilis, & aliquo modo odiosa, & tamen magis erat onerosa, vel difficilis, quam fauorabilis.

Primum patet, quia fauor erat cum non deferretur hoc ius cuique, sed solis fratribus, & cognatis, vt colligitur Deuteronomo. 25. & Ruth 4. cap. & ostensum est supra, & tamen si non esset aliquis fauor non deferretur illis solis, vt quidam putant: licet ista ratio non multum facit.

Secundo, & melius, quia cum deferretur fratribus propinquis non deferretur æqualiter, sed circa fratres secundum ordinem naturæ, circa cognatos, aut secundum ordinem maioris attrinentiæ, vt ostensum est supra, & tamen si nullus esset fauor indifferenter competeret omnibus. Tertio, & potissime, quia suscitantibus semen dabatur tota hæreditas defuncti pro se, vt in vita haberet vtili fructum, & postea transmitteret eam ad posteros pertinentes ad suscitationem feminis. Quod autem esset onerosum, patet primo, quia cogebatur quæ accipere vxorem, cum ipse non elegerat, sed quam alius sibi dabat, & tamen solent homines maxime attendere beneplacitum circa accipiendas vxores, si placeant oculis eorum. Has autem vxores non accipiebant,

piebant, quia volebant, sed quia lex iubebat, ideo erat onus quoddam.

Secundo, quia circa alias vxores habebant viri quandam libertatem, quam non habebant circa istas, scilicet, quia poterant alias repudiare ad nutum suum, Deuteronomo. 24. Ista autem non poterant repudiare etiam interueniente causa quousque suscitaretur semen ex eis, id est, gigneretur filius, vt dictum est supra præcedenti quæstione. & ista erat magna grauitas.

Tertio, quod cogebatur homo accipere vxorem ab alio cognitam, & assuetam moribus alterius, solent autem viri magis velle accipere mulieres ex virginitate, quam cum ab alijs cognita fuerint. Etiam quia facilius quis coaptat moribus suis mulierem, quæ nulli alteri matrimonialiter copulata est, quam eam, quæ alterius moribus assueta fuit, quia difficile talia auferuntur.

Item quia quando mulier alium virum habuit, non habet integram dilectionem ad eum, quem nouiter accipit, præsertim si defunctus fuit ei bonus vir, & tractabilis, & consentaneus moribus eius: qui autem nouiter accipitur non sit talis, ex quo sæpe fit, quod foemina reducat in memoriam viro suo virum priorem (quod viuenti grauissimum est;) non quidem quod mortuum zelet, sed quia zelat se non integre diligi, cum amor vxoris ad defectum magno desiderio tendat, quo fit, vt foemina virum non integre diligit, & vir foeminam. Et hæc est causa quotidianarum querelarum, vt quotidie experimur, & ita erat multis durum suscitare semen defunctorum.

Quinto, quia suscitans semen defuncti non gignebat sibi filios, sed defuncto, homines tamen cupiunt filios habere, potissime apud antiquos, vbi putabatur foelicitas quadam esse in filijs, ideo dolebant quod gignerent filios alijs: vnde multi distrahebantur a suscitatione feminis. Sic patet de Onam filio Iudæ, Genesis trigesimo octauo capitulo. Nam iussit ei Iudas suscitare semen fratri suo defuncto ex vxore illius Thamar, ipse vero videns non nasci sibi filios sed fratri, nolebat cognoscere vxorem, sed semen fundebat in tertam: satis enim illi erat durum non gignere sibi ipsi filios, quia ipse potius volebat carere filijs, & abdicare a se naturalem, & licitam voluptatem, quam fratri filios gignere.

Sexto, quod erat valde difficile, quia interdum contingebat aliquem suscitando semen alteri carere femine, & delere posteritatem familie suæ cum alienæ familie posteritatem suscitabat. Sicut patet de cognato Booz a quo cum quereretur Booz, an vellet redimere possessiones, & suscitare semen Mahalon ait: Neque enim familie meæ posteritatem delere debeo, id est, nolo. Et tamen non diceret hoc, nisi posset contingere, quod suscitando alteri semen careret quis femine: ideo erat difficultas suscitare alicui semen.

Collatis autem oneribus grauibus, & fauoribus suscitationis feminis præponderabant onera, ideo iudicabatur simpliciter onerosum. Et ob hoc homines adhuc oblati priuilegijs illis nolebant suscitare semen, sicut dixit cognatus Booz ad Booz: Tu meo priuilegio vttere, quo me carere libenter profiteor, Ruth 4. cap. & ideo oportuit apponi poenam aliquam, vt sic homines metu poenæ allicerentur ad suscitandum semen.

An poena illa, quam imposuit lex non suscitanti semen, esset conueniens ad impellendum homines ad illius suscitationem. Et quod quanto opinio est plurimum, & maioris auctoritatis, tanto est firmior. Quæst. CLXXXVI.

Quare imponebatur poena non suscitanti semen, esset conueniens ad impellendum homines ad suscitationem illius.

Dicendum, quod sic, quia poena quæ debet a malo aliquo retrahere ad hoc, quod sit conuenienter posita, debet plus inferre de tristitia, quam id, in quo peccatum est causat de delectatione. Alioquin libenter subibit homo poenam, vt non auerratur a delectabili, & tunc poena non erit efficax remedium ad tollenda vitia. In præsentem autem erat poena conueniens, quia sufficienter auerterebat homines ab hoc, quod erat nolle suscitare semen. Nam hominibus erat delectabile non suscitare semen propter hoc, quod multæ difficultates erant in suscitando, & omnes illas euadebant non suscitando. Debuit ergo poena non suscitantium esse durior, quam poena, vel difficultas, quæ erat in suscitando, vt sic poena excluderet poenam, & dolor dolorem. Maxima autem difficultas, quæ erat in suscitando semen, erat quod interdum debebatur posteritas eius, qui alienam posteritatem conseruabat. Posuit autem Deus maiorem poenam non suscitantibus, quam carere posteritate, vel deleri nomen. Vnde posuit Deus tres poenas, duæ transibant, & vna manebat in perpetuum.

Prima erat, quod discalcabatur nolens suscitare semen.

Secunda erat, quod spuebat mulier defuncti in faciem eius, dicens: Sic fiet viro, qui non ædificat domum patris sui. Ambæ erant contumeliæ, & reddebant hominem infamem de iure, & de facto. Nam infligebatur iudicialiter, scilicet, quod vir requisitus coram iudicibus de suscitatione feminis si nollet accipere vxorem defuncti, condemnabatur a iudicibus, vt mulier faceret ei hæc coram toto populo, vt colligitur Deuteronomo. vigesimo quinto capitulo. quilibet autem vellet potius subire quilibet difficultates, quam reddi infamis de facto, & de iure.

Tertia autem poena erat grauior, in quantum erat permanens: nam vocabatur domus, id est, progenies illius domus discalcicati in Israel, & hoc erat opprobrium æternum, quia iudicare aliquem esse opprobrium prouenit ex opinione hominum, & quanto opinio est plurimum, & maioris auctoritatis, tanto est firmior, sed nemo est maioris auctoritatis, quam Deus, & ille posuit in opprobrium, ideo iudicabatur ab omnibus esse opprobrium, & ob hoc nemo volebat habere progeniem, quæ in perpetuum sustineret istam infamiam, scilicet, quod vocaretur progenies discalcicati: vnde potius vellent homines dare progeniem, quam habere illam infamatam in perpetuum. Sed maxima difficultas in suscitatione feminis erat carere interdum posteritate, quod etiam non erat necessarium, ideo potius eligeret quilibet suscitare semen, etiam si sic oporteret ipsum carere posteritate, quam non suscitando semen habere progeniem perpetuam infamiam subiectam. Erat igitur conueniens poena non suscitantium semen ea, quæ a Deo posita est.

Antiq. putabant fecunditatem quandam esse in filijs.

Virgo potius quam vidua ducenda vxor.

Quatuor ponit inferius in q. 191.

In q. 179.

In q. 180.

Quid fieret si nullus de fratribus, neque de tota cognatione defuncti vellet semen suscitare defuncti.
Quæst. CLXXXVII.

QVAERETVR, quid si nullus de fratribus defuncti, neque de tota cognatione vellet suscitare semen defuncti quid fieret.

Dicendum quidem, quod existentibus fratribus ipsi tenebantur suscitare semen defuncti, & si nolent pariebantur pœnam legis, Deuteronom. 25. capit. & deuoluebatur potestas suscitandi semen, & succedendi in hereditate defuncti ad alios cognatos eius, si autem neque alij cognati vellet suscitare semen defuncti, peribat nomen eius de familia sua, licet familia maneret, eo quod nemo erat qui continuaret lineam progeniei illius: deuoluebatur autem tunc ius succedendi in hereditate ad fratres, qui noluerant suscitare semen defuncti, & sic ipsi si perdidissent iam illud nolendo suscitare semen defuncti, sed redijt ad ipsos, quia cognati, ad quos pertinebat posse suscitare noluerant etiam suscitare.

Sed obijciatur, quod pertineret successio ad cognatos, & non ad fratres, quia fratres peccauerunt nolendo suscitare, & in pœnam priuati sunt successione hereditatis: cognati autem non peccauerunt, ideo ad ipsos pertinebat successio. Patet, quia fratres tenebantur suscitare semen defunctorum, & si non suscitabant puniebantur: cognatis autem licebat suscitare semen defunctorum nolentibus fratribus, non tenebantur tamen ad hoc neque puniebantur si nolent suscitare, vt ostensum est supra. Et ideo illi, qui non peccauerant debebant succedere, quia nihil erat, propter quod perderent ius successiois, fratres autem ex delicto iam perdidissent.

Dicendum, quod successio in bonis, aut erat propter suscitacionem feminis, aut propter ius ordinarium propinquitatis. Si primo modo competebat, semper ei, qui suscitabat semen, siue esset frater, siue cognatus, sed hic non suscitabat aliquis semen in casu dato: ergo non succedere deberet quis ex hoc iure: manebat autem ius propinquitatis, sed in hoc fratres præcedunt ad alios cognatos, quia sunt propinquiore, ideo illi succedere deberent.

Sed obijciatur, quod licet competeret fratribus ex propinquitate successio: iam perdidissent ius ex delicto, ideo deuoluebatur ad cognatos.

Dici potest vno modo, quod licet fratres perdidissent ius successiois non acquiserant illud cognati. Nam fratribus tanquam propinquis competebat, & sicut non poterant ipsi perdere ius, nisi ex delicto: ita non poterant illud acquirere cognati, nisi ex actu, scilicet, suscitacionis: & tamen non suscitabant in casu, ideo manet ius succedendi in fratribus. Nam si fratres, quia non suscitant, debent priuati iure, & cognati quia non suscitant non acquirunt illud: manet, quod deuoluitur hereditas ad aliam familiam, vel tribum: hoc tamen Deus valde vetuit, Numeri 36. cap. Ergo debet redire ad fratres, ad quos aliàs deueniret ex iure propinquitatis nulla suscitacione existentem.

Secundo potest dici, quod licet fratres nolent suscitare semen, nondum perdidissent ius successiois, donec cognati suscitarent illud, quia nolentibus fratribus suscitare manebat ius suscitandi cognatis, & successio, & hoc in fauorem defuncti: Si tamen non suscitabant, nunquam incipiebant habere istud ius, & ita nunquam illud plene perdidissent fratres, & ita manebat penes eos.

Si nullus esset, qui posset suscitare semen defuncti quid fieret de conseruatione nominis eius, & de eius hereditate.
Quæst. CLXXXVIII.

QVAERETVR, quid si nullus esset, qui posset suscitare semen defuncti, id est, si nullus esset frater, neque cognatus quid fieret de conseruatione nominis defuncti, & de hereditate eius.

Aliqui dicunt, quod non est casus possibilis, quia non poterat esse aliquis in toto Israel, qui non haberet aliquem propinquum cum omnes Israelitæ essent inter se cognati, quia de eodem capite, & sanguine descendebat: unde non solum vocantur Israelitæ omnes inter se agnati, sed etiam fratres, Exo. 21. & Deuteronom. 15. & 17. cap. & ita semper esset aliquis cognatus, qui posset suscitare semen defuncti.

Dicendum, quod casus possibilis est: poterat enim esse aliquis, qui nullum haberet cognatum inter gradus illos, in quibus vocantur cognati. Et patet de Mahalon defuncto, de quo dixit Booz, quod nullus erat ei cognatus, vel propinquus, nisi alius qui prior erat, & ipse qui erat secundus: Ruth 3. cap. Si autem illi duo mortui essent non maneret aliquis in cognatione Mahalon, & ita nullus esset, qui posset suscitare semen eius. Erat autem in hoc casu dicendum, quod tali defuncto non poterat suscitari semen, & peribat nomen suum de familia sua, quod intercedebatur linea progeniei. De hereditate autem eius dicendum, quod deuoluebatur ad illos, qui propinquiore erant in tota tribu, vel familia quoadiu posset cognosci gradus propinquitatis, licet illi essent extra numerum graduu intra quos solent vocari cognati ad iura suscitacionis feminis, & ad alia iura, quæ ex cognatione perueniunt, & hoc fiebat non quasi competeret illis successio ex iure propinquitatis cum extra gradus in quibus solet vocari cognatio, non maneat aliquis, quod ius successiois, sed in fauorem tribus, vel familiae, scilicet, vt non transiret hereditas de tribu in tribum, quod Deus vetuerat.

Si quis acciperet uxorem defuncti, & vxor defuncti moueretur ante suscitacionem feminis, in quo seruetur nomen defuncti.
Quæst. CLXXXIX.

QVI D si aliquis de fratribus, aut cognatis defuncti acciperet illius uxorem ad suscitandum semen, & ante semen suscitatum moreretur vxor defuncti, antequam acciperetur ad suscitandum semen, vel postquam accepta erat, prius tamen quam nasceretur aliquis filius, in quo seruetur nomen defuncti.

Dicendum, quod non poterat iam suscitari semen defuncti, sed peribat nomen eius, quia non poterat assumi alia nisi vxor sua. De hereditate autem dicendum, quod succedebant in ea illi, qui erant propinquiore, siue fratres defuncti, siue alij cognati. Si autem moreretur frater defuncti, qui acciperat uxorem eius, aut genuerat ex ea aliquem filium, aut nondum, si genuerat non oportebat, quod illa acciperetur ab alio de fratribus, vel cognatis, quia iam suscitatum erat semen. Si autem nondum, ille genuerat filium ex ea, debebat sequens frater eam accipere: & ita alius, & alius, quousque aliquis ex ea filium gigneret. Sic patet Genesim trigessimooctauo capitu. vbi mortuo Her primogenito Iudæ, siue liberis, accepit uxorem illius Thamar Onam frater eius, & quia ille sine liberis quoque mortuus est, accepturus erat eam Sela frater minor, eodem capitulo. Sic etiam fuit hic in casu posito a Sadducæis, scilicet, septem fratres fuerunt, & primus acce-

pra

pta vxore decessit sine liberis, & illam accepit sequens frater, & ita vsque ad septimum, & quilibet accipiebat eam ad suscitandum semen, & vixit illa vsque ad mortem omnium fratrum. Si autem omnes fratres morerentur non suscitato semine, & viuent vxore, sicut ponitur casus hic, scilicet, quod nouissime omnium mortua est mulier succedebant cognati in suscitacione feminis, & hereditate, & succedebant secundum ordinem propinquitatis, quousque nemo de cognatione maneret, vel vnus eorum acciperet filium ex ea, quia tunc sistebat suscitacio feminis. Si autem perueniretur vsque ad vltimum cognatum, & non esset suscitatum semen, non poterat illi viro suscitari semen, sed peribat nomen eius de familia sua, atque debebatur memoria eius. De hereditate autem dicendum, quod in isto casu deuoluebatur ad aliquem de fratribus, vel de cognatis, qui noluerant suscitare semen: nam eo casu ponitur, quod omnes tam fratres quam cognati, qui suscitare voluerunt, fuerunt mortui, poterant autem manere aliqui, qui forte voluissent suscitare semen, & ad illos deuoluebatur successio hereditatis supra q. 188. De fratribus ibi positum fuit. De cognatis autem dicendum, quod si aliquis cognatorum mansit non manentibus fratribus, qui etiam nollet suscitare semen defuncti ad illum pertinebat hereditas, non quidem propter ipsos, sed vt non deuolueretur ad extraneos, qui non essent de eadem familia, vel tribu. Si autem nullus manet de cognatis defuncti intra gradus illos, in quibus vocantur homines cognati transibat hereditas ad aliquem de propinquis in gradu, licet non esset intra gradus, in quibus solent homines vocari. Et hoc, vt non transiret ad aliam familiam, vel tribum, quod Deus vetuerat Numeri. 36. cap.

Si frater accipiens uxorem defuncti non gigneret ex ea filium, sed filiam, an sequens frater, vel cognatus deberet accipere eandem uxorem ad suscitandum semen defuncti.
Quæst. CXC.

QVAERETVR quid si accipiens uxorem defuncti ad suscitandum semen non gigneret ex ea filium, sed filiam, an sequens frater, vel cognatus deberet accipere eandem uxorem ad suscitandum semen defuncti, vel sufficeret filia genita.

Aliqui dicunt, quod non sufficeret filia genita, sed alius debebat suscitare semen defuncti, quia non censebatur adhuc semen suscitatum defuncto, donec filius nasceretur. Quod patet primo, quia Deuteronom. 25. cap. dicitur, quod debebat suscitari semen defuncti, ne periret nomen eius in familia sua, & tamen per filiam non poterat conseruari nomen defuncti in familia sua, quia dato, quod illa esset filia vera defuncti, non posset continuare familiam patris: nam foemina transibat in progeniem viri illius, a quo accipiebatur: ideo non continuaretur per eam familia patris, neque conseruaretur nomen paternum, sed transiret ad aliam familiam, & cessaret illico nomen paternum.

Secundo quia vt dicunt dicitur Deuteronom. 25. ca. quod ille, qui acciperet uxorem defuncti ad suscitandum semen eius vocaret nomine defuncti primogenitum quem ex illa vxore acciperet, & tamen non competebat hoc, quia non poterat vocari nomine patris, ideo nata filia non dicebatur suscitatum semen, sed oportebat operam dari ad suscitandum semen, quousque nasceretur masculus.

Dicendum, quod suscitans semen, aut gigneret filiam solam, aut filiam, & filium, vel filios. Si detur

secundum dicendum, quod etiam si filia esset primogenita non computabatur illa in suscitacione feminis, sed ille filius, qui primus erat post filiam, vel filias. Et ratio est, quia in filiis, & filiabus genitis ex suscitacione faciendum erat sicut in filiis veris, & naturalibus. Nam in his etiam si quis multas filias haberet, & vnicum filium, ad illum pertinebat tota hereditas paterna, & ad filiam nihil etiam si filius esset minimus, vt patet Nume. 25. cap. ita ergo in suscitacione feminis, vbi vocantur filij legales: si essent filij, & filie ad solos filios pertinebat suscitacio feminis, & successio in hereditate.

Secundo quia si foemina reputaretur ibi pertinens ad suscitacionem feminis deberet illa succedere in bonis paternis, & sola, quippe quia alij non pertinerent ad suscitacionem, & hoc non solum esset inconueniens, scilicet, quod foemina succederet in bonis sicut masculus, sed etiam esset maius prauidicium, scilicet, quod masculus in nullo succederet deuoluta tota hereditate ad foeminam, ergo non computabatur ibi foemina in suscitacione feminis.

Aliqui contendunt dicentes, quod hoc non constat nobis, quia non apparet ex lege, an ita sit iudicandum de filiis legalibus sicut de veris, & naturalibus, & ideo dicunt, quod forte non repugnabit legi accipi filiam, vt primogenitum defuncti.

Dicendum, quod non stat, quia ille, qui ascribebatur defuncto in suscitacionem feminis succedebat in tota hereditate eius, filia autem non potest succedere existentibus masculis Nume. 27. cap. ideo cum iste, qui suscitabat semen defuncto, gigneret filios, & filias non erat scribenda defuncto filia, sed filius, dato, quod esset filio natiuitate prior. Si autem suscitans semen solam filiam, vel filias gigneret, dicendum, quod non oportebat uxorem defuncti accipi ab alijs fratribus, vel cognatis defuncti ad suscitandum semen, quia iam suscitatum erat, & hoc, quia per filias sufficienter conseruaretur nomen, & familia patris. Nam licet per filiam non possit directe continuari familia, potest indirecte, scilicet, illa filia nata ex suscitacione feminis accipiet virum, ex quo gignerentur filij, & illi pertinerent ad familiam aui materni legalis, & per illos iam directe continuaretur. Et hoc patet, quia aliàs non iustifere deus dari hereditatem filiabus non existentibus filiis cum hereditas daretur ad conseruandum nomen eius cuius fuerat, sed iuberet, quod quando moreretur aliquis sine filiis etiam si filie existerent transiret hereditas ad cognatos, vt per illos continuaretur familia defunctorum, & tamen defertur hereditas filiabus tanquam presentibus conseruare nomen, & familiam paternam: Nume. 27. capitu. Ergo per illas poterit dici facta suscitacio feminis, & talis filia genita accipiet virum, & primogenitus natus ex illa pertinebit ad familiam aui materni legalis, & ita quando nascebatur sola filia, bis fiebat suscitacio feminis, cum per filiam istam directe non posset continuari nomen patris legalis, sed per eos, qui de illa nascerentur, & ideo etiam de ipsa suscitabatur semen, & quando ex foemina nasceretur foemina, adhuc erat incompleta feminis suscitacio, sed ex qualibet earum suscitabatur semen, quousque nasceretur filius, per quem directe continuaretur nomen familie defuncti. Si autem ista filia nata ex suscitacione feminis moreretur, antequam gigneret filios, vel filias, peribat nomen defuncti de cognatione sua, neque poterat iam ei semen suscitatum nisi adhuc maneret vxor defuncti, & aliquis de fratribus, vel de cognatis eius. Si autem moreretur paela ista, antequam gigneret filios, & non fu-

per-

pereffet vxor defuncti non poterat suscitari vltra semen illi, & deuoluebatur hæreditas eius ad propinquiores in gradu.

Ad argumentum primum in contrarium dicendum, quod suscitatio feminis fiebat ad conseruationem nominis defuncti, & quia per filiam poterat conseruari nomen patris, poterat ipsa pertinere ad suscitationem feminis. Cum autem dicitur, quod mulier transiit in familiam viri cui nubit, potest dici vno modo, quod hoc est verum generaliter de mulieribus, quæ non succedebant parentibus in hæritate, quia cum illæ non haberent aliquid, in quo conseruaretur nomen familiæ, transibant in familiam maritorum. Secus de illis, quæ succedebant parentibus, quia illæ habebant aliquid, in quo conseruaretur nomen familiæ, & quia puella genita ex suscitatione feminis succedebat defuncto veluti patri legali, non transibat in familiam viri a quo accipiebatur in vxorem.

Aliter potest dici, quod mulieres semper transeunt in familiam virorum suorum. Et tamen nihilominus conseruatur per eas familia paterna, quia licet ipsæ sint de familia virorum, filij qui nascuntur ex eis non essent de familia virorum, sed de familia defunctorum, quia pertinent ad suscitationem feminis, & computantur per lineas patrum legalium, & non naturalium, & ideo ita poterit per filiam seruari nomen patris, sicut per filium, ipsa ergo existente dicitur semen esse suscitatum.

Ad secundum dicendum, vt quidam putant, quod si nasceretur masculus, vel masculi de vxore defuncti vocandus erat nomine defuncti, & tamen si non nasceretur nisi femina, illa non poterat vocari nomine defuncti, sed cum illa postea filios gigneret, primogenitus ex ea vocaretur nomine defuncti, & ita quasi ibi incipiebat suscitatio feminis.

Sed dicendum, quod hoc procedit ex falsa imaginatione, scilicet, tenendo quod primogenitus in suscitatione feminis nominandus sit ex nomine personali defuncti, sed falsum est, vt ostensum est supra, quia non debet nominari nomine eius, sed ex familia, vel progenie. Sicut patet de Obed, qui non fuit vocatus nomine mortui, licet esset primogenitus in suscitatione feminis Ruth 4. cap. Et ita non impedit per filiam dici semen suscitatum, cum non oporteat illam nominari nomine defuncti, nisi quantum ad progeniem, quod bene seruatur in illa cum pertinet ad familiam defuncti quousque virum accipiat, & postquam accepit illi, qui ex ea nascuntur saltem primogenitus pertinebunt ad familiam defuncti.

Quare tales pœnæ infligebantur non suscitantibus semen. Quæst. CXCI.

QUÆRETUR circa pœnas non suscitantium semen supra enim quæst. 186. dictum est, quod pœna ista erat conuenienter posita ad impellendum homines, vt suscitarent semen defuncti: nunc est dubium de causis istarum pœnarum in specialibus, scilicet, quare tales infligebantur.

Dicendum, quod infligebantur tres, vel quatuor pœnæ. Prima erat, quod tolleretur calceus de pede viri. Secunda quod spueret femina in faciem eius, in q. 186. Tertia quod diceret ei publice. Sic fiet viro, qui non vult ædificare domum fratris sui. Quarta erat, quod postea vocaretur in Israël domus istius domus discalciati Deut. 25. cap.

Causa istarum pœnarum in generali fuit ad irro-

F gendam magnam ignominiam ipsi, qui volebat suscitare semen defuncti, & infligebatur ista, quia in eis erat magna contumelia. Calceum autem alicui tolli ignominia erat, quia significabatur, quod iste homo priuabatur omni bono etiam vsque ad calciamenta, quæ sunt minima bona, vt patet ex loquendi modo Abraham ad regem Sodomorum cum dixit, Viuit Dominus, quia non accipiam de his, quæ ad te pertinent à filo subtegrinis vsque ad corrigiam calige, idest, calciamenti, vt magis apparet ex Hebræa nostra, Genes. 14. cap. quæ dicit neque minima bonorum accipiam de bonis tuis ne dicas, ego ditavi Abraham, Secundo erat hoc, vt ex isto sequeretur alia pœna, quam Deus volebat isti inferre, scilicet, vt vocaretur domus discalciati, sed non poterat hoc dici nisi detraheretur ei calceus.

Erat pœna secunda, quod spueretur in faciem eius. Causa huius erat, vt ille incideret in magnam confusionem: nam non poterat esse maior confusio, quam quod spueretur in faciem alicuius, & hoc in pœnam, quia tota dignitas humanæ excellentiæ respicendæ in vultu deturpatur autem maxime, si deturpetur sputis alienis, & hoc potissime quando fit animo inferendi contumeliam, sicut fiebat hic.

Causa autem quare mulier dicebat. Sic fiet viro, qui non vult edificare domum fratris sui, erat vt significarentur omnia ista fieri ad infamiam, & iniuriam infligendam, & in hoc augebatur ignominia. Nam si mulier non diceret istud, fortè poterat credi ab aliquibus, quod erat istud aliqua cæremonia legis, quæ non fiebat ad ignominiam. Nam multæ aliæ cæremonie erant aliquantulum immundæ, sicut aspergi aqua, & cinere ad emundationem, Numeri. 19. capitu. & interdum aspergi sanguine, vt Exo. 24. capitu. quia aspersus est sanguis ibi super populum, & similia. Et quia non fiebant illæ ad iniuriam, sed ad legis obseruantiam, reputabantur viri honorabiles sustinendo hæc: ideo fuit conueniens dici hoc, cum enim mulier dicebat. Sic fiet viro, qui non edificat domum fratris sui, significabat inferri ista in pœnam, & consequenter esse ista ignominiosa, & sic augebatur pœna ex hoc, & potissime cum fieret hoc in portis vrbis coram iudicibus, & populo, qui astabat, vt hæc videret. Nam ad ista solebat conuenire totus populus, vt viderent quomodo aliquis volebat vt hoc iure, vt illud acceptabat, aut cedebat alteri. Sic patet Ruth. 4. capitu. quando cognato Booz nolente suscitare semen Mahalon defuncto ex Ruth, solutum ei fuit calciamentum, & successit Booz in suscitatione feminis. Nam dixit tunc Booz maioribus natu, & vniuerso populo, testes vos sitis hodie, quod possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Mahalon, & Chelion tradente Noemi, & Ruth Moabitidem vxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti. Et sequitur ibi, respondit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu. Nos testes sumus. Et sicut quando fiunt aliqua ad ignominiam alicuius augetur confusio si publice clametur illa fieri ad contumeliam suam, ita quando fiunt aliqua ad honorem alicuius si clamaretur publice fieri ad honorem eius, augetur honor. sic patet Elther. 7. capitu. quando quæsiuit Assuerus rex ab Aman quomodo posset honorari aliquis a rege, & ille posuit multas cæremonias honoris, & post illas intulit, quod clamari deberet. Sic honorabitur vir, quem rex honorare voluerit.

Causa autem quare vocabatur domus discalciati domus eius. i. progenies erat ad ignominiam, & manebat

A nebat ei istud nomen, vt in æternum esset infamatus in toto Israël. Etiam sciendum, quod nomen istius viri supprimebatur. Non enim vocabatur deinceps nomine suo, sed vocabatur discalciatus, & domus eius vocabatur domus discalciati. Sic patet de cognato Booz de cuius pede solutus est calceus, cum nolisset suscitare semen defuncto, & licet sepe de eo dicatur Ruth. 3. & 4. capitu. nunquam exprimitur nomen eius, sed vocatur per circumlocutionem cognatus Booz, & hoc, quia indignus erat nominari, qui nomen alterius volebat conseruare, a fortiori autem fieret in fratribus defuncti nolentibus suscitare semen eius, quia in illis lex ponebat pœnam, in cognatis autem non. Et tamen in cognatis nolentibus suscitare nomē defuncti subtricebatur nomen, à fortiori ergo supprimerentur nomina fratrum nolentium suscitare nomen defuncti, & iam non vocarentur nominibus suis, sed vocarentur discalciati, & domus, vel progenies eorum vocarentur domus discalciatorum.

In quid spuebat mulier, quæ non accipiebatur ad suscitandum semen. Quæst. CXCI.

QUÆRETUR cum mulier, quæ non accipiebatur ad suscitandum semen spueret, in quid spuebat. Dicendum, quod Rab. Salo. asserit, quod mulier spuebat coram viro illo, quasi detestans eum ex eo, quod eam noluerat accipere in vxorem, & hoc erat spueri in facie eius, sicut dicimus aliqua fieri in facie alicuius, idest, eo præsentem, vel videntem. Ille sensus satis consonaret literæ si poneretur in ablatiuo, sed ponitur in accusatiuo.

Dicit Rab. Abraham Aben Ezra, quod mulier spuebat in calciamento quod tollebat de pede viri. Dicendum tamen, quod litera nostra vult, quod spueret mulier super faciem viri, quia dicitur Deute. 25. spuet in faciem eius.

Aliqui dicunt, quod positio Rab. Salo. non potest stare, quia ad hoc, quod intelligeretur, quod mulier spuebat præsentem viro, & non super faciem eius debebat poni in ablatiuo, vt diceretur, quod spueret in facie eius, idest, eo præsentem, & tamen ponitur in accusatiuo, & ita significat terminum ad quem mittebantur sputa, ergo non ita.

Dicendum, quod ista ratio non concludit. Nam licet stante facie in ablatiuo, vel accusatiuo sit modus iste conueniens arguendi apud nos in Latino sermone, tamen non est in Hebræo, quia non est in Hebræo ista differentia regimini neque exigentia dictionum. Nam in Hebræo non sunt casus neque terminati flexiones nominum, & verborum, sed sunt quedam dictiones præpositionales, quæ additæ nominibus significant quandam habitudinem casualem, sicut sunt in vulgari nostro quedam habitudines casuales, & tamen non potest per eas tanta distinctio fieri, quod dubium tollatur. Nam etiam apud Latinos quedam præpositiones varie significant, & ideo adduntur varijs casibus sicut, in, quæ aliquando significat in quo, & aliquando in quem, sic est alia apud Hebræos, scilicet, be, vel ba, vel bu, siue bi, & tamen non possunt istæ interdum ordinari cum accusatiuo, & interdum cū ablatiuo, vt interdum significant in quem, interdum in quo, cum ipsi non habeant casus neque tam determinatas habitudines. Ideo dicendum, quod ista ratio non conuincit Hebræos, neque etiam nos conuincit simpliciter, sed solum conuincit, quod Hieronymus intelligere voluerit, quod super faciem spuerendum erat, & non coram viro, quia tunc diceretur spuet in facie, & non in faciem.

A Dixit autem Rab. Abraham Aben Ezra, quod spuebat mulier in calciamento, scilicet, super calceum, quem abstulerat viro, & hoc procedit ex varietate relatiui, quia dicitur in faciem eius, & ly eius, potest referri ad virum, vel ad calciamentum, ita quod facies calciamenti vocetur pars superior eius, & posterius de calceo sit ipsum, quod tangit pavementum. Sed iste modus loquendi non est conueniens, quia etiam ex modo loquendi non damus faciem calciamento, neque assignamus ei ante, & retro, cum non sit res animata, vel habens virtutem magis in vna parte quam in alia.

Dicendum igitur videtur, quod mulier spuebat super faciem viri, sicut vult litera nostra, & hoc rationabilius est, quia hic agit scriptura de pœna, & ignominia eius, qui volebat suscitare semen fratri suo, & erat maxima ignominia, quod spueret super faciem eius: ideo credendum est, quod sic fiebat. Nam si coram viro spueret mulier, & non super ipsum non erat magna ignominia, ita vt scriptura de hoc expressam deberet facere mentionem.

Item patet, quia statim, vt dicitur, quod mulier spueret in faciem eius, sequitur quod diceret, sic fit viro, qui non edificat domum fratris sui, & ita istud fiebat viro, ergo in eum, idest, super eum spuebatur, & non coram eo, neque in calceo illius.

An quando aliquis suscitabat semen defuncto per hoc ipse carebat semine, & posteritate Quæst. CXCI.

QUÆRETUR an quando aliquis suscitabat semen defuncto per hoc ipse carebat semine, & posteritate.

Aliqui dicunt, quod sic, quia hoc erat suscitare semen pro defuncto, idest, gignere filios pro illo, & ita iam non computabantur isti, vt filij patris sui, sed vt filij defuncti, sed per filios continuatur posteritas, & cum suscitans semen non habeat filios, quia filij eius non pertinent ad eius posteritatem, sed ad posteritatem defuncti, carebit posteritate, & hoc erit deleri familiarum eius.

Secundo patet, quia cognatus Booz respondit ei quando quærebat, an vellent suscitare semen Mahalon, scilicet, Neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. Et tamen non staret dictum suum, nisi suscitando semen deleteretur posteritas suscitantis, illud ergo debebatur.

Tertio patet, quia Onam volebat suscitare semen fratri suo defuncto Genes. 38. cap. & datur ibi causa, scilicet, videns non sibi nasci filios, sed fratri, & tamē ille, cui non nascuntur filij, manet sine posteritate, ergo debebatur posteritas suscitantium semen.

Dicendum, quod aut accipietur large deleri posteritatem, aut proprie, si large est verum, quod cuiuslibet suscitantis semen debebatur posteritas, quia minuebatur quantum ad aliquid. Accipiendo strictè interdum debebatur, & interdum, non & tamen non erat necesse, quod cuiuslibet suscitantis semen deleteretur posteritas, vt magis dicitur sequenti quæstio. & infra.

Ad primum dicendum, quod verum est, quod per filios conuincatur posteritas, & ideo si suscitans semen nullos filios habere poterat, sed omnes pertinerent ad defunctum, deleteretur posteritas eius, sed non est necesse, quod omnes filij suscitantis semen pertinerent ad defunctum: ideo non oportebat deleri posteritatem illius suscitantis, vt dicitur sequenti quæstio.

Ad secundum dicunt quidam Hebræi, quod cognatus Booz dicebat se delere posteritatem suam quantum

quantum ad filios, quos susciperet de Ruth. si eam acciperet in uxorem, & hoc, quia Ruth erat Moabitica, & Moabitæ non debebant intrare in Ecclesiam Dei in æternum Deute. 23. cap. idest, quod nunquam poterant habere aliquam dignitatem, vel honorem inter Israelitas, quorum congregatio vocatur Ecclesia Domini, vel non poterant accipere uxores de Ecclesia, idest, de populo Iudaico, quocumque autem istorum modorum intelligatur, videbatur deleta posteritas Moabitarum, qui conuerterantur ad iudaismum.

Sed dicendum, quod hoc non stat, sicut etiam dicunt aliqui Hebræi, & Nicolaus, quia non prohibentur intrare Ecclesiam Dei Moabites mulieres, sed solum viri Moabitæ, quod patet, quia aliàs Ruth non potuisset accipi ab aliquo Iudæo in uxorem, & tamē accepit eam Booz licite, & laudabiliter.

Secundo patet si propter hoc, quod erat Ruth Moabitica peribat posteritas de illa suscepta, non acciperetur ad suscitandum semen Mahalon defuncti, quia non posset inde haberi posteritas pro defuncto, & tamen accepta fuit a Booz ad suscitandum semen defuncto, ergo a fortiori si acciperetur ab aliquo Iudæo non ad suscitandum semen posset ex illa habere posteritatem, & non deleteretur.

Tertio patet, quia quando Booz dixit cognato suo, quod non redimeret agrum, vel acciperet Ruth ad suscitandum semen defuncti, si ex illa non posset accipi posteritas, diceret ille, quod non poterat accipere Ruth ad suscitandum semen, propter istam causam, & ideo quod licet non acciperet non deberet carere iure redemptionis, vel successionis, & tamē non allegauit, sed statim, ut ei dixit hoc Booz dixit ille, quod cedebat iuri, & quod vteretur illo Booz, ergo oportebat posse fieri suscitationem seminis ex illa, & ita non debebatur posteritas ex eo suscipi.

Quarto quia dato, quod verum esset, quod neque viri, neque femine Moabitarum intrarent in Ecclesiam Dei, non deleteretur posteritas suscepta ex Ruth: quia filij non sunt de progenie marrum, sed patrum, ideo licet Ruth esset Moabitica, filij quos aliquis Iudæus ex ea gigneret essent Iudæi, & non Moabitæ, & non extenderet se quantum ad illos prohibitio, quæ habetur Deute. 23. cap. Moabites, & Ammonites non intrabunt in Ecclesiam Dei. sed intelligebatur de Moabitis conuersis ad Iudaismum, vel de natis ab eis, quod non intrarent in Ecclesiam Dei.

Dicit autem Nicolaus, quod iste dicebat, quod deleteret posteritatem familiæ suæ, scilicet, quod si susciperet filios ex Ruth, non tantum curaret de filijs, quos ex alia uxore susceperat, & ita esset deleta posteritas, vel essent illi deleri, vel viderentur deleri, sicut dicitur de homine patiente aliquale damnatum, quod destructus est.

Sed dicendum, quod iste modus loquendi est nimis alienus, scilicet, quod suscitando semen defuncti dicatur propter hoc deleri posteritas suscitantis, quia tunc non solum suscitando semen deleteretur posteritas suscitantis, sed etiam quocumque aliquis Iudæus haberet vnam uxorem, & superduceret aliam, ex qua posset filios gignere, vel si habuisset vnam, & defuncta illa acciperet aliam, & ex vtraque gigneret filios diceretur delere posteritatem suam, sed nullus dicebatur delere posteritatem suam, si mortua vna uxore acciperet aliam, licet ex vtraque gigneret filios, ergo non dicebat cognatus Booz, quod isto modo deleteret posteritatem familiæ suæ. Secundo quia dato, quod quis accipiendo filios ex secunda uxore non tam ardentem amet filios ex prima uxore quantum amaret si illi soli essent, non dicitur delere posterita-

tem suam, quia omnes sunt filij eius, & per omnes illos posteritas sua tenetur. Dicendum, quod iste intellexit, quod debebat posteritatem suam, idest, minuebat illam quantum ad aliquos filios. Nam si susciperet filios ex Ruth, cum illi essent ad suscitationem seminis Mahalon defuncti, oporteret, quod aliquis vel aliqui illorum ascriberentur mortuo, & non genitori eius, quia non computarentur illi de stirpe patris viui, sed de stirpe defuncti, & ita essent illi filij quantum ad patrem suum, ac si deleri essent, vel nunquam genuiti, & ita si contingeret, quod suscitans nullos filios alios haberet nisi eos, qui pertinebant ad defunctum esset totaliter deleta posteritas eius. Et isto modo vere intellexit ille deleri posteritatem suam si alteri filios suscitaret.

An omnes filij suscitantis semen, quos gigneret pertineant ad defunctum, vel solus primogenitus.
Quest. CXCI III.

QUÆRITUR quando aliquis suscitaret semen defuncto an omnes filij eius, quos gigneret pertinerent ad defunctum, vel solus primogenitus. Dicendum, quod dicunt aliqui, quod solus primogenitus, quia dicitur Deute. 25. capitulo, quod suscitans semen defuncto primogenitum ex uxore illa nominabit ex nomine defuncti, ergo solus primogenitus pertinet ad progeniem defuncti, quia aliàs scriptura non expressisset de illo solo.

Alij dicunt, quod omnes filij, quos gigneret suscitans semen pertinebant ad defunctum, quod patet, ex eo, quod asserit scriptura de Onam filio Iudæ suscitato semen fratri suo, scilicet, ille autem sciens filios non sibi nasci, sed fratri suo, semen fundebat in terram, ergo non solum de primogenito, sed de omnibus filijs, vel de multis intelligebatur, quod pertinerent ad defunctum. Secundo patet ex verbis cognati Booz hic, scilicet, N. que enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. In quo innuit, quod si suscitaret semen Mahalon defuncto, periret posteritas familiæ eius, scilicet, non continuaretur, & tamen hoc non fieret si solus primogenitus ascriberetur defuncto, quia per alios continuaretur posteritas ipsius, & tamen dixit deleri posteritatem suam, ergo omnes filij suscitantis semen pertinebant ad defunctum, & nullus manebat ei per quem sua posteritas continuaretur. Dicendum, quod suscitans semen, aut susceperat aliquos filios ex aliqua uxore antequam suscitaret semen, aut non. Si aliquos susceperat, manifestum est, quod illi non poterant pertinere ad defunctum, eo quod illi non erant nati de uxore defuncti, & tamen non poterat suscitari semen defuncto nisi ex uxore sua, ut colligitur Deut. 25. & ostentum est supra.

Secundo quia posset accidere, quod illi filij quos susceperat suscitans semen, erant geniti viuentis defuncto, & tunc manifestum est, quod non poterant pertinere ad suscitationem seminis, quia illa non fit nisi defunctis, unde non poterant illi ascribi defuncto, sed patri suo, & per istos continuaretur posteritas suscitantis semen, & facerent isti aliam lineam, quæ filij pertinentes ad suscitationem seminis. Si autem suscitans semen non habuisset aliquos filios antequam inciperet suscitare semen, aut volebat accipere, vel tenebat iam aliquam uxorem præter uxorem defuncti, aut non. Si aliam acciperet, manifestum est, quod filij quos ex illa gigneret non pertinebant ad defunctum, neque ad suscitationem seminis, eo quod suscitatio solum fiebat ex uxore defuncti, ut dicitur supra, isti autem erant ex alia uxore, & ideo isti filij pertinebant ad familiam suscitantis semen, & non ad famili-

In. q. 149.

liam defuncti. Alij vero, quos ex uxore defuncti gigneret possent pertinere ad familiam defuncti, & in illis casibus nulla difficultas, aut dubium est.

Si autem non habebat aliam uxorem, nisi uxorem defuncti, vel saltem non habuerat filios ex aliqua alia manet dubium, quia si omnes filij nati ex uxore defuncti pertinerent ad defunctum, non essent aliqui, per quos continuaretur posteritas suscitantis semen.

Dicendum autem, quod non pertinebant ad defunctum omnes filij nati ex uxore defuncti, sed solus primogenitus, & hoc si ille perueneret ad ætatem, ut acciperet, uxorem sic ut defunctus non diceretur mori sine filijs. Si autem moreretur ante illud tempus substituebatur alius de fratribus eius, scilicet, sequens ex ipsa uxore defuncti, qui vocaretur primogenitus defuncti nomine, & si ille etiam ante statum illum moreretur substituebatur alius frater eius, & ita de omnibus vsquequo aliquis eorum acciperet uxorem, ita ut iam non diceretur mori defunctus sine femine, ceteri autem filij ex ipsa uxore defuncti pertinebant ad suscitantes semen, & non ad defunctum. Hoc patet primo, quia ista suscitatio seminis defuncti non erat, nisi ut non deleteretur nomen defuncti si maneret sine filijs, & tamen, quod vnus filius, scilicet primogenitus ascriberetur defuncto sufficiebat ad hoc, quod non deleteretur nomen eius: ideo alij non computantur de stirpe defuncti, sed suscitantis semen. Secundo patet, quia Deut. 25. ca. dicitur, quod frater defuncti suscitabit ei semen, & primogenitum ex uxore eius nomine defuncti appellabit. Et tamen si scriptura voluisset ascribere defuncto omnes filios, qui nascerentur ex uxore sua, non solum disposuisset de primogenito, sed etiam de omnibus alijs, & tamen de solo primogenito dixit, ergo illum solum voluit pertinere ad defunctum.

Tertio quia non cõueniebat intentioni legis, quod alius ascriberetur defuncto, nisi primogenitus natus per seminis suscitationem, quia lex vult fingere, quod iste natus ex uxore defuncti sit filius defuncti, & nascatur ex semine defuncti relicto in vtero uxoris, quod tamen per se non potuit viuificari, nisi ab alio adiuuaretur, & ad hoc venit frater defuncti, qui dicitur suscitare semen defuncti, idest, viuificare illud, non tanquam nouum semen apponens, sed antiquum viuificans, & tamen hoc non potest competere nisi primogenito per suscitationem seminis, quia primogenitus ex uxore defuncti poterat aliquo modo fingi natus ex semine defuncti, alij autem posteriores non, eo quod cum nascerentur alij iam esset euacuata virtus seminis defuncti, primogenitus tamen ex suscitatione seminis censebatur tanquam posthumus filius defuncti, eo quod primus post mortem patris ex uxore sua nascebatur, ideo illi soli competebat hoc.

Quarto quia si omnes filij nati ex uxore defuncti pertinerent ad defunctum, deleteretur posteritas suscitantis semen, & istud erat inconueniens propter duo. Primo quia dando primogenitum defuncto, & omnes alios suscipi semen non periret nomen alicuius, scilicet, quia nomen defuncti continuaretur per primogenitum, nomen autem suscitantis semen per alios, dando autem omnes istos defuncto deleteretur nomen suscitantis semen, cum non haberet filiam, per quæ continuaretur eius progenies, & tñ quotiescūque duæ sententiæ sunt, & ad vnam illarum nullum sequitur inconueniens, & ad aliam sequitur aliquod inconueniens, tenenda est illa, ad quam non sequitur aliquod inconueniens. Secundo quia dato aliquo casu, in quo necessè est perire semen alicuius, scilicet defuncti, vel viuētis, videtur quibusdam, quod potius deberet perire nomen defuncti, qui nullum filium

generat quam viuentis, qui gigneret filios alteri, & non sibi, quia hoc esset grauare viuentes, & releuare mortuos, quod videtur valde inconueniens, nam quod deleatur nomen defuncti, qui nullum semen reliquit non grauatur, quia nullus eum grauat, sed sibi imputandum est, qui nullus filium genuit, vel Deo, qui noluit ei dare filios, sicut dixit Iacob Racheli Genes. 30. cap. Nunquid ego pro Deo sum, qui priuauit te fructu ventris tui? Quod autem viuens cogereetur gignere filios, qui pertinerent ad stirpem defuncti erat manifestum grauamen, quia ipse genuerat filios, per quos continuaretur linea progeniei suæ, & quod illi pertinerent ad defunctum, & per hoc ipse non haberet aliquos per quos linea suæ posteritatis continuaretur, erat priuare eum posteritate sua sine culpa, quod erat manifestum grauamen, ideo potius permitteretur mortuus sine semine quam viuens, & tamen viuens maneret sine semine, & nomen si non pertineret ad eum quicquam de filijs, sed omnes ad defunctum: ideo non pertinebant omnes ad defunctum, sed solus primogenitus, vel vnus eorum, & tamen iste debebat esse potius primogenitus, quam aliquis aliorum, eo quod ipse poterat aliquo modo fingi posthumus defuncti, quod non competebat alicui aliorum: ideo non possunt alij sic videri pertinere ad semen defuncti, sicut primogenitus, aliqua tamen dicta sunt in ista ratione, quæ habent aliquod dubitationis, de quibus magis dicitur sequenti q.

Aliqui autem voluerunt tenere, quod omnes filij nati ex suscitatione seminis pertinebant ad defunctum, & respondebant ad rationem in contrarium, scilicet, quod primogenitus nomine defuncti vocaretur, quod scriptura noluit per hoc solum primogenitum dare defuncto, sed voluit, quod primogenitus specialius pertineret quam ceteri, scilicet, quod ille esset de progenie defuncti, & vocaretur nomine proprio defuncti, ceteri autem essent de progenie, & familia defuncti, sed non erant vocandi nomine eius, & ideo ad hoc specialiter dici debuit de primogenito, licet alij ad defunctum pertinerent.

Dicendum, quod ista positio non stat propter rationes suppositas ostendentes, quod solus primogenitus pertinebat ad defunctum. Solutio quoque argumenti non stat, quia illud faceret quid, si nomen acciperetur ibi pro nomine personali, sed non accipitur, immo pro familia, vel progenie. Nam primogenitus non vocabatur lex nomine defuncti, sicut patet de Obed, qui fuit primogenitus ex suscitatione seminis Mahalon, Ruth 4. cap. & tamen non vocatus est Mahalon sicut defunctus, sed Obed, sed vocabatur nomine defuncti, idest, de familia eius, ut late probatum est supra. q. 183. & 193. Et tunc dicendum, quod potius ista est ratio fortissima ad probandum, quod solus primogenitus pertinebat ad familiam defuncti cum dicatur, quod primogenitum appellabit nomine illius, idest, de progenie illius, & tamen si scriptura veller, quod omnes pertinerent ad familiam defuncti, de nullo fuisset locuta expresse, sed vel de omnibus taceret, vel omnes exprimeret, & ita sine dubio tenendum est, quod solus primogenitus pertinebat ad defunctum.

Ad primam rationem illius partis, quæ erat de Onam dicendum, quod sciebat nasci filios non sibi, sed fratri suo, non quod ipse putaret, quod omnes quotquot nascerentur pertinerent ad fratrem suum mortuum, sed solum primogenitum, & tamen illum vocauit filios pluraliter, quia fortè nesciebat an plures filios habiturus esset, & ita primogenitus vocabatur omnes filij sui, & hoc modo filios sciebat nasci defuncto. Etiam quia sic est in consuetudine locutionis

nis

nis nostræ, quod dicamus aliquē habere filios si vnicum habet, & ita est etiam modus iuris, vt ff. de regul. iur. l. liberorum appellacione intelligitur is, qui vnus est. Secundo dicunt, aliqui quod primogenitus vocatur filij pluraliter propter dignitatem. Nam per primogenitum computabatur progenies patris, & ille succedebat patri in maiori parte substantiæ quā ceteri, vt patet Deuter. 21. & multas alias prerogatiuas habebat super ceteros filios, de quibus declaratum est Genes. 25. & 27. & magis 1. Paralipomenon 5. cap. Tertio potest dici, & forte melius, quod ista lex de suscitacione seminis fuit apud gentiles antequam esset lex Moyfi, & fuit postea a Deo data Iudæis, vt ostensum est supra, & aliqua mutata fuerunt, vel addita in ea, quando data lex fuit Iudæis de ista suscitacione, vt melius se haberet, & ita a principio quando erat inter Gentiles, omnes nati ex vxore defuncti pertinebant ad suscitacionem seminis, Deus autem postea melius temperauit, scilicet, vt solus primogenitus pertineret ad suscitacionem seminis. Et tunc stant hæc in veritate. Nam quod dicitur de Onam suscitante semen, fuit ante datam legem Moyfi plusquā ducentis, & quadraginta annis, & ideo seruabatur tūc suscitatio seminis secundum consuetudinem Gentilium, apud quos omnes nati ex vxore defuncti pertinebant ad defunctum, Deus autem voluit postea, qd solus primogenitus pertineret ad suscitacionem seminis, vt tam defuncto quā viuenti maneret posteritas, & ob hoc specialiter expressit, quod suscitans semen fratris sui vocaret primogenitum ex nomine defuncti, id est, de familia eius, scilicet, illum solum, quia si non exprimeretur putaretur, quod omnes pertinebant ad defunctum, sicut fiebat inter gentes, & inter Iudæos prius consuetum fuerat ex more gentium ante legem datam.

Ad secundum dicendum, quod licet quis acciperet vxorem defuncti ad suscitandum semen nō erat necesse, quod deleteretur posteritas eius sicut dictum est precedenti q. & sic licet iste cognatus Booz accepisset Ruth in vxorem ad suscitandum semen defuncti, non deleteretur posteritas eius: nam si ipse haberet filios ex alia vxore manifestum est, qd saltem quantum ad illos non deleteretur posteritas eius, quia illi nō pertinebant ad defunctum, etiam dato, qd nō habuisset aliam vxorem poterat de nouo accipere illam, & ex ea gignere, & filios, qui pertinerent ad progeniem suam, & nō defuncti, neque erat aliquod dubium de istis, vt supra declaratum est. Dixit tamen, qd deleteretur posteritas suam, quia ipse nondum habebat aliquos filios, & timebat, qd forte non acciperet illos nisi ex vxore defuncti, & tunc saltē primogenitus pertineret ad defunctum, licet postea geniti pertinerent ad ipsam, & tamē forte iste dubitauit an haberet alios filios præter primogenitum, & si ille pertineret ad defunctum, videretur deleta esse posteritas eius. Vel dato, qd alios præter primogenitum gigneret, cum ille pertineret ad defunctum videretur aliquantulum deleteri posteritas eius, quia primogenitus erat, per quem deriuabatur præcipue progenies cuiuslibet, & ille succedebat in duplici parte hereditatis, Deut. 21. cap. Et etiam succedebat in dignitate paterna, Gen. 49. & 2. Paralipomenon 21. vbi constituitur aliquis in regem, quia erat primogenitus, & ideo perdeno primogenitum, qui transibat in progeniem defuncti, videbatur deleteri posteritas eius, scilicet, id in quo principalis, & dignitas posteritas sua conseruanda erat.

Aliter potest dici, quod posteritas delebatur eo, quod saltē vnus de filijs suscitantis semen ascriberetur defuncto, & dato, quod ille non esset primogenitus, sed quicumque alius quantum ad illum deleteretur

posteritas suscitantis semen, quia ille non computabatur de progenie sua, non tamen delebatur omnino existentibus multis filijs ex vxore defuncti genitis.

Quid si suscitans semen non habuisset, neque haberet aliam vxorem nisi defuncti, & ex illa vnum tantum filium gigneret. Quæst. CXC.

QUÆRETUR quid si suscitans semen non habuisset, neque haberet aliam vxorem nisi defuncti, & ex illa vnum tantum filium gigneret: nam tunc esset magnū dubium, quod si ascriberetur ille defuncto maneret suscitans semen sine femine, & periret nomen eius, & posteritas. Si autem ascriberetur viuenti maneret defunctus sine femine, & periret eius nomen ac si non esset facta suscitatio seminis. Aliqui dicunt, quod iste primogenitus, qui vnicus erat ascribendus erat defuncto. Quia Deut. 25. ca. dicitur, quod primogenitum appellabit ex nomine defuncti. Et ideo siue alius nasceretur siue non, necesse erat, quod ad implendam legem ascriberetur defuncto, & sic maneret suscitans semen sine femine.

Secundo patet, quia si dato isto casu primogenitus pertineret ad suscitandum semen, maneret defunctus sine femine, & fieret inutiliter suscitatio seminis, ac si non esset facta lex, tamen nihil inutile debet fieri: ideo debebat primogenitus iste pertinere ad defunctum.

Alij dicunt contrarium, scilicet, quod iste primogenitus pertinebat ad suscitandum semen, quia si pertineret ad defunctum, maneret suscitans semen sine femine, & deleteretur nomen illius, & istud erat valde graue, scilicet, quod iste haberet filium, per quē posset continuari progenies illius, & quod priuaretur illo ascribendo illum defuncto, scilicet, quod continuaretur progenies defuncti per eum. Nam sine culpa priuabatur iure posteritatis, & delebatur nomen eius, quod autem deleteretur nomen defuncti nō erat grauius, licet esset poena large dicta, siue damnum, scilicet, quia ipse decesserat sine posteritate, & nemo priuabat eum posteritate nisi Deus, qui non dederat ei liberos: ideo non debebat viuens seruati posteritate, vt defunctus illum haberet.

Dicendum, quod veritas est, quod si quis duceret vxorem defuncti ad suscitandum semen ex ea, & nō gigneret nisi vnum, quod ille pertineret ad defunctum & succedebat ei in hereditate, & vocabatur nomine eius, id est, de illius familia, & progenie, & si in hoc casu oporteret deleteri nomen alicuius, vel manere aliquem sine femine, patiebatur hoc viuens, qui suscitauerat semē, vt maneret nomen, & semen defuncto. Et ratio est, qd lex compulit istum accipere vxorem defuncti ad suscitandum semen, & ipse hoc animo accepit cum toto iure successione, & ideo necesse erat, quod primogenitus, qui nasceretur pertineret ad semen defuncti, Deuterom. 25. capit. Si autem plures nascerentur pertinerent illi ad gignentem, si autem non contingeret plures nasci, non poterat conuerti primogenitus ad supplendum familiam gignentis, quia ille, qui semel pertinuerat ad familiam defuncti non poterat pertinere ex aliqua causa ad aliam familiam, neque habere aliam habitudinem, quam prius habuerat, & ideo iste suscitans semen manebat hunc sine femine, & defunctus habebat semen, velut si contigisset, quod suscitans semen nullum genuisset. Nam neque pro se, neque pro defuncto semen superesset, nunc verò cum genitus fuerit vnus, manet ille pertinens ad defunctum, & suscitans semen est

est sine semine. Et non solum fieret hoc si minor frater suscitaret semen maiori siue primogenito, immo etiam si primogenitus suscitaret semen minori, & contingeret nasci vnicum filium ille pertinebat ad defunctum, & non ad primogenitum, qui suscitabat semen, & manebat primogenitus sine semine, & conuertebantur iura primogenituræ ad lineam minoris fratris, cui primogenitus suscitauerat semen, & desinebant esse in linea primogeniti, vt declaratum est supra q. 175.

Cum autem obijcitur, quod grauaentur viuētes, vt releuentur mortui, & quod manente mortuo sine femine non fiebat ei præiudicium, manente autem viuente sine femine fiebat ei præiudicium cum filios genuisset.

Dicendum, quod non grauaentur viuētes in hoc: nam viuens acceperat vxorem defuncti ad suscitandum semen, & gaudebat successione illius: ideo quod primogenitus pertineret ad defunctum, non erat grauum, quia competeat ei ex lege, & sub ista intentione iste ceperat suscitare semen, & si gignerentur plures tam mortuo quā viuenti maneret semen, si autem vnicus esset, non erat præiudicium ascribi defuncto illum, quia lex illi ei dabat, & non est eius genitus, immo potius grauaentur mortuus si ille primogenitus, qui semel ad eum pertinuerat subtraheretur ei, vt per eum continuaretur posteritas viuētis.

Sed dicitur, quod tunc lex magis volebat seruare semen mortuorum quā viuēntium.

Dicendum, quod lex erat fauorabilior mortuis, quā viuēntibus, cum in fauorem mortuorum fuerit facta, & non viuēntium. Et tamen erat iste fauor multum rationalis, quia melius erat sic fieri quā contrario. Et causa est, quia de mortuis, qui sine liberis decesserunt, certum erat, quod non habebant semen, neque habere poterant, nisi suscitaretur eis, & ideo debebat determinate pertinere ad eos primogenitus ex suscitacione. de viuēntibus autem suscitauit semen pro defunctis, etiam si non ascriberetur eis primogenitus, non erat certum, quod non haberent semen, cum possent gignere alios: ideo licet accideret interdum, quod non gignerent alios rationalius fuit, quod ascriberetur primogenitus defunctis, & maneret viuēntes sub dubio, qui alios gignere poterant quā defuncti, qui aliter semen habere non poterant.

Alia autem causa est, & præcipua, quia si primogenitus, id est, vnicus filius in tali casu ascribatur viuēnti manebat defunctus sine nomine, si autem ascribatur defuncto habebat nomen tam viuens quā mortuus: ideo conuenientius est ascribi defuncto. Patet hoc, quia iste filius vnicus poterat nominare duas cognationes, eo quod erat iste dupliciter filius. Vnius erat filius legalis, & alterius erat filius naturalis, & sic nominaret vnam cognationem legaliter, & aliam naturaliter, sic patet de Obed filio Booz. Nam Booz accepit Ruth in vxorem ad suscitandum semen Mahalon defuncti, & natum inde vocauit Obed, erat autem iste legaliter filius Mahalon, & vere, & naturaliter filius Booz, scriptura tamen vocat eum filium Booz, vt patet Ruth 4. capitu. & supra 1. & Luca 3. Et tamen nullo modo poneretur in progeniem Booz, neque vocaretur filius eius, nisi aliquo modo secundum scripturam pertineret ad progeniem Booz suscitantis semen Mahalon, ergo tam progenies Mahalon quā Booz poterat continuari, & describi per Obed, & ita per quemlibet alium primogenitum ex suscitacione seminis: & ita non erat inconueniens licet esset vnicus filius suscitantis

semen cum posset vtrique prouideri: nam ille succederet vtrique in bonis hereditarijs, & vtriusque familiam denominaret. credendum est tamen, quod si iste vnicus postea plures filios gigneret, inciperent in eis distingui duas progenies, scilicet defuncti, & suscitantis semen.

Quare Sadducæi posuerunt casum de suscitacione seminis de solis fratribus cum ad alios etiam pertineat. Quæst. CXCVI.

QUÆRETUR cum suscitatio seminis pertinet apud Iudæos tam ad fratres quā ad cognatos, vt ostensum est supra q. 179. quare Sadducæi posuerunt de solis fratribus dicentes, si quis mortuus fuerit non habens filium ducat fratrem eius vxorem illius.

Dicendum, quod fuit primo, & præcipue, quia ipsi allegauerunt dictum Moyfi, & tamen in illo non habetur nisi de fratribus licet pertineat etiam ad cognatos: ponitur enim dictum illud Deuter. 25. ca. & ibi nihil dicitur nisi de fratribus, ergo allegando illam auctoritatem nihil poterant dicere de cognatis.

Secundo fuit, quia non erat ad propositum allegare de cognatis etiam si Moyfes de illis loqueretur, quia auctoritas inducitur propter casum quem ipsi posuerunt, & tamen de solis fratribus posuerunt casum, scilicet, de septem fratribus, ergo non oportuit dici aliquid de cognatis.

Tertio quia forte Sadducæi non concederent suscitacionem seminis fieri a cognatis, qui non erant fratres, quia illud non colligitur nisi ex libro Ruth, in libris autem Moyfi de solis fratribus dicitur Deut. 25. ergo cum isti non reciperent nisi libros Moyfi, vt dicit Hieronymus, & habitum est supra, forte non concederent pertinere suscitacionem ad cognatos: ideo de solis fratribus dixerunt.

An casus, quem posuerunt Sadducæi fuerit sic, & quare talem posuerunt. Quæst. CXCVII.

QUÆRETUR circa casum, quem posuerunt Sadducæi de septem fratribus an fuit sic, & quare talem posuerunt.

Aliqui dicunt, quod non fuit in veritate, quod septem fratres successiue acciperent eandem vxorem, sed finxerunt illum Sadducæi ad arguendum contra Christum. Sic dicit Hieronymus, qui resurrectionem corporum non credebant, recte istiusmodi fabulam fingunt, quæ deliramenti arguat eos, qui resurrectionem asserant mortuorum. Sic etiam dicit Theoph. Calumniantes Sadducæi dogma resurrectionis hanc narrationem fingunt.

Dicendum, quod aut queritur an in veritate sic fuit, vel an esse poterit. De primo dicendum, quod non constat, quia non habet aliunde auctoritatem ista res nisi ex dicto Sadducæorum, qui fingere poterant narrationem, & tamen sicut non constat nobis esse veram narrationem, ita neque constat esse falsam, vnde non possumus determinate asserere, quod Sadducæi hoc finxerint.

Si autem queratur an erat possibile, dicendum, quod sic. Primo quia alia similia acciderant sic patet Ioan. 4. capitu. cum Christus loquitur Samaritanæ mulieri, scilicet, quinque viros habuisti, & hunc quem habes, non est tuus. Et ita iam mulier illa habebat virum sextum, posset ergo habere, & septimum.

Secundo quia iteratio nuptiarum non erat verita: ideo poterat accidere, quod aliqua mulier haberet successiue

successive septem, aut plures viros, & maxime hoc fieret in suscitatione seminis, quia cum moriebatur vnus de fratribus sine liberis, statim alius accipiebat vxorem eius, & ita contingeret mori omnes successiue accipiendo eandem vxorem, & talis casus erat iste. Tertio patet, quia etiam sine suscitatione seminis legimus Saram filiam Raguel octo viros habuisse, & septem primos occidit daemone nomine Asmodeus mox, vt ad illam ingrediebatur, Tob. 4. cap. Octauus vir fuit Tobias. Ergo a fortiori poterat eadem mulier septem viros habere successiue.

Quarto quia si iste casus non esset possibilis non teneret argumentum, & Christus respondens negaret fundamentum, & tamen non negauit, sed respondit ad consequentiam, ergo tacite concessit antecedens esse verum, vel possibile.

Sed dicendum, quod licet esset casus possibilis, non erat satis verisimilis, non quidem quia ponebant eandem mulierem septem viros habuisse, quia hoc facilius erat, sed quia posuerunt, quod septem fratres habuerunt successive eandem vxorem, & omnes mortui sunt sine semine, & ob hoc putatur, quod potius finxerint Sadducei istam narrationem, sicut Hieronymus, & Theoph. tenent. Et licet finxerint non minus valebat argumentum eorum, quia arguebant per deductionem ad inconueniens, vnde licet verum non esset sufficiebat, quod esset possibile, quia illo posito in esse sequeretur inconueniens, quod volebant inferre Sadducei.

Quare Sadducei dixerunt de septem fratribus. Quæst. CXCIII.

Quare dixerunt de septem fratribus.

Quare dixerunt de septem fratribus. Dicendum, quod ipsi posuerunt casum fortiosem, quo potuerunt, & volebant inferre, quod nesciretur cuius erat illa mulier vxor in resurrectione, immo quod non esset vnus, neque alterius, quod putabant esse inconueniens, & voluerunt facere in hoc magnam dubitationem, sed videbatur eis, quod tanto maior dubitatio erat quanto plures essent, qui fuissent mariti eiusdem vxoris: ideo posuerunt multos, & quia si ponerent duodecim, vel tredecim non esset res satis verisimilis. Posuerunt, ergo septem, de quibus satis poterat accipere licet verum non esset, si autem duos, vel tres ponerent non videretur eis tanta difficultas ad respondendum. Sic dicit Theoph. septem ponunt, qui mulierem acceperant, vt magis retrahant a resurrectione.

Sed dicendum circa hoc, quod illi, qui pauca intelligunt, & facilliter turbantur putant maiorem difficultatem esse respondendi huic dubitationi, quanto plures fuerint, qui eandem vxorem acceperint, & tamen non est verum, quia tanta difficultas est in duobus, sicut in decem millibus: nam si duo accipiant eandem vxorem hoc modo vnus accipit eam, vt suam, alius vt suscitans semen defuncto, & ita manet dubium, an ad suscitandam semen, vel ad eam, cui suscitatur pertineat vxor, si autem decem accipiant eandem vxorem hoc modo primus est, cuius est vxor, ceteri autem sunt, vt suscitantes semen: ideo cum omnes illi sub eadem ratione acceperant illam, scilicet, ad suscitandum semen: ideo dubium est de omnibus illis, quod de vniuerso suscitante semen.

Sed aliter potest dici, quod esset maius inconueniens ponendo plures viros eiusdem vxoris, quam paucos, eo quod duo inconuenientia poterant hic

inferri, Primum erat, quod nesciretur cuius viri illorum esset illa mulier. Secundum erat, quod multi viri manerent sine vxoribus: nam credebatur, quod in vita æterna esset vnus vxorum, & quod quilibet vir haberet in resurrectione eandem vxorem quam hic habuerat, si autem pauci acceperint eandem vxorem, id est, duo, maneret illa cum vno in resurrectione, & alius sine vxore maneret, quod putabant esse inconueniens, si autem septem acceperint illam, manerent sex viri sine vxoribus, quod erat maius inconueniens. Sadducei tamen non expresserunt nisi primum inconueniens, dicentes in resurrectione cuius erit illa vxor? Et quantum ad hoc nihil plus erat esse septem quam esse duos. Quantum ad secundum inconueniens faciebat aliquid esse septem potius quam duos, & ideo melius ponitur, quod sint septem quam pauci.

Quare potius posuerunt exemplum in septem fratribus accipientibus eandem vxorem per seminis suscitationem quam in vxore accepta a multis. Quæst. CXCIX.

Quare potius posuerunt exemplum in septem fratribus accipientibus eandem vxorem per suscitationem seminis, quam in vxore accepta a multis sine suscitatione seminis, quia vtroque modo poterat stare hoc dubium. Quod patet: nam id quod Sadducei inducere volebant, erat, si in resurrectione cuius erit vxor, & hoc, quia multi habuerunt, & videbatur esse eadem ratio vnus, & alterius, & tamen sicut hoc contingit in suscitatione seminis, quia multi eandem accipiunt vxorem, ita & in multis accipientibus eandem vxorem quando vnus non suscitatur semen alteri. Dicendum, quod melius posuissent Sadducei ponere casum de multis habentibus eandem vxorem sine suscitatione seminis, & magis faceret ad propositum suum, & tamen posuerunt casum in suscitatione, vt esset res verisimilis.

Primum patet, quia ipsi voluerunt concludere in resurrectione cuius erit ista mulier, & hoc, quia non videbatur quare potius esset vnus quam alterius, & tamen quantum ad hoc magis conueniebat casus, quando accipitur mulier non ad suscitandum semen. Nam quando accipitur mulier ad suscitandum semen est aliqua ratio, quod potius sit primus viri quam ceterorum, quia ille accepit eam propter seipsum, vt esset vxor eius, ceteri autem non acceperunt eam propter seipsum, sed propter primum virum, vt suscitarent illi semen, ergo magis videtur ad primum virum quam ad alios pertinere. Secus autem est, quando multi acceperunt eandem mulierem non ad suscitandum semen, quia cum ibi non accipiat eam vnus propter alterum, sunt omnes equaliter principales, & ideo manet ratio dubitandi quare potius detur vni quam alteri. Secundo, quia tot viri possunt poni accepisse eandem vxorem non ad suscitandum semen sicut ad suscitandum semen, quia Sara filia Raguel habuit octo viros, vt dictum est, & tamen vnus non erat ad suscitandum semen alterius. De secundo patet, quia Sadducei posuerunt casum de septem accipientibus eandem vxorem, vt videretur esse dubitatio cuius esset vxor propter multitudinem virorum, & vt ne quis refelleret casum eorum tanquam non verisimilem, posuerunt potius de suscitatione seminis quam sine suscitatione.

Primo quia licet sine suscitatione seminis poterat esse, quod septem viri acceperint eandem vxorem successiue, tamē non erat ita verisimile, quia non videbatur esse aliqua causa, quare tot viri vellent accipere vxorem:

vxorem: potissime quia quia vna mulier a tot viris cognita est rari eam accipere volunt. Etiam non erat satis verisimile, quod eadem mulier vellet toties nubere, quia hoc esset signum magne incontinentiæ: in suscitationem autem seminis erat multum verisimile, quod erat causa vrgens ad hoc faciendū, quia tam vxor, quam viri tenerentur ad hoc. Nam si vir moreretur sine liberis, non poterat vxor eius nubere alteri, neque poterat ad nuptum continere, sed tenebatur petere in virum fratrem viri sui, Deutero. 25. c. Frater quoque defuncti tenebatur eam accipere in vxorem, alioquin inferebatur ei pena, quæ habetur eo. c. & si ille moreretur sine liberis, teneretur alius eam accipere, sicut patet Gen. 38. c. de Her filio Iudæ mortuo sine liberis relicta vxore Thamar, ex qua duo fratres eius sequentes semen suscitare voluerunt. Et ita si contingeret omnes sine semine mori ante mulierem, omnes eam acciperent, ergo erat iste casus multum verisimilis, & ideo istum posuerunt. Sed obiicitur, quia supra q. 179. dictum est, quod verisimilius fuisset si posuissent accipiendam fuisse istam a septem viris sine suscitatione seminis, quam cum suscitatione, & hic dicitur contrarium. Dicendum, quod ex aliqua parte erat magis verisimilis ille casus, quam iste, & ex aliqua non. Quod, si contingeret esse septem fratres, quorum primus accepta vxore moreretur sine semine, & omnes acciperent eam consequenter, & quilibet moreretur sine semine, & tandiu mulier viveret, quod omnes sine semine morerentur, non erat multum verisimile, & ideo verisimilius erat septem alios viros mori, qui acciperent successive eandem vxorem non ad suscitandum semen, quam septem fratres esse, qui morerentur in breui verisimilius erat eos accipere eandem vxorem, quam accipi ab illis non suscitatis semine, quia in aliis nulla necessitas erat accipiendi eandem mulierem, in fratribus autem sic ad suscitandum semen. Tertio quantum ad principale, quia dicitur, quod isti mortui sunt sine semine, & tamen hoc non erat tam verisimile, si septem viri acceperint eandem mulierem non ad suscitandum semen, sicut si acciperent eam ad suscitandum semen, nam ideo multi succedebant sibi in eadem vxore ad suscitandum semen: quia moriebantur priores sine semine, si enim aliquis suscitaret semen defuncto, non acciperent reliqui vxorem eius, vt ergo efficiatur verisimilius, quod mortui sunt isti sine semine debuit dici, quod acceperunt eam ad suscitandum semen, & non ad habendum eam principaliter sine seminis suscitatione.

Quare dixerunt Sadducei in positione casus, quod frater primus mortuus est sine liberis, & secundus, &c. Quæst. CC.

Quare dixerunt Sadducei in positione casus, quod frater primus mortuus est sine liberis, & similiter secundus, &c.

Dicendum, quod fuit primo ad ostendendum casum possibilem, nam ipsi presupposuerunt suscitationem seminis, cum induxerint dictum Moyse. si quis mortuus fuerit non habens filium, &c. & tamen suscitatio seminis non fit, nisi quando moritur quis sine liberis, ergo si primus reliquisset liberos, non successisset aliquis frater accipiendo vxorem eius ad suscitandum semen, & ita ad hoc, quod septem fratres acceperint successive eandem vxorem, necesse erat, quod sex illorum morerentur sine liberis. De septimo non erat opus, quod moreretur sine filio, quia non ponitur successisse ei alius in suscitatione seminis, & tamen littera significat eum decessisse sine liberis, sicut ceteros sex.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI,

Secundo fuit ad ostendendum maiorem rationem dubitandi, quia volunt inferre in resurrectione, cuius erit hæc mulier vxor, & tñ si aliquis genuisset filios ex illa putant, quod illa esset aliqua causa ad eam adiudicandam potius illi viro, ex quo concepit, quam alteri, ideo ponunt, quod ex nullo conceperit, neque etiā ex septimo, & tñ præcedens causa adhuc est efficacior.

Quare dixerunt Sadducei: Nouissime autem defuncta est mulier. Quæst. CCI.

Quare dixerunt Sadducei, quod nouissime autem defuncta est mulier.

Dicendum, quod omnia posuerunt Sadducei ad reddendam rem difficilem. Si enim moreretur mulier ante septimum virum, siue habuisset ex ea filios, siue non, videretur quibusdam potius ad illum pertinere, quam ad ceteros, quia ceteri defuncti sunt illa superstita, iste autem superuixit mulieri, & ita videretur mansisse ius mulieris penes illam, a ceteris autem mulier esset absoluta per mortem eorum, cum autē oēs morerentur ante illam eadem esset habitudo omnium ad illam, & ideo non videretur maius ius vnus, quam alterius, vnde difficile esset dicere, quare potius vnus, quam alterius vxor futura esset in resurrectione. Secundo ponitur ad ostendendum, de quibus est dubitatio. Si mulier ista superesset aliquanto tempore post mortem istorum virorum, posset forte accipi ab alio in vxorem, licet non ad suscitationem seminis, & tunc non esset dubium de illa muliere, cuius esset vxor in resurrectione, quantum ad istos septem fratres, sed etiam quantum ad omnes alios, quos acciperet in viros, & tamen littera dicit. In resurrectione cuius erit vxor? omnes enim habuerunt eam, id est omnes septem, & tamen si alij etiam habuissent illam de illis quoque esset dubium, ideo dictum est, quod nouissime mortua est mulier. i. post illos septem mortua est, & non accipit alios viros.

Quomodo Sadducei impugnabant resurrectionem ex isto argumento. Quæst. CCI.

Quomodo Sadducei impugnabant resurrectionem ex isto argumento.

Dicendum, quod præsupponebant aliqua, ex quibus videbatur aliquatenus valere. Argumentum primum erat, quod in statu resurgentium futura erat commixtio sexuum, sicut nunc. Secundum, quod quilibet haberet ibi vxorem, quam hic habuit. His datis videbatur sequi inconueniens ex casu precedenti. quia aut oēs illi viri haberent simul eandem in vxorem, aut aliquis eorum solus. Si omnes non erat possibile cum vna muliere nunquam potuerat habere plures viros simul, licet idem vir potest simul habere multas vxores, vt ostensum est supra 19. c. q. 3. potissime cum isti essent fratres, & cognatio adhuc magis impediret. Si autem dicitur, quod vnus illorum habiturus esset illam, quæreretur quis esset, quia non videtur maior causa de vno quam de alio, ideo nullus habiturus esset eam. Hoc probat, quia illi fuerunt æquales habendo illam in tribus. Primo, quia omnes habuerunt illam, vt dicitur in littera. Et ita quilibet haberet eam ad illam cum cuiuslibet fuisset vxor.

Secundo, quia mortui omnes sunt ante illam, & sic nemo excessit alium in hoc, & ideo dicitur nouissime, & mulier defuncta est. Tertio, quia oēs mortui sunt sine semine. Sic dicit Marc. 12. & Luc. 20. c. quod acceperunt eam septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt, non est ergo aliqua causa quare tribuat vxor vni potius, quam alteri, & ita nulli tribuetur. Hoc autem est

est inconneniens, quia ipsi præsupponebant, quod in resurrectione quilibet habiturus erat uxorem suam. Etiam dato, quod adiudicaretur vni illorum ceteri manerent sine vxoribus, quod erat inconueniens, & tñ non p̄t sequi inconueniens ex veritate, ideo volebāt per deductionē ad impossibile ostendere, quod non erat futura resurrectio. Sic dicit Hieronymus. Qui resurrectionem corporum non credebant, & aīam putabāt interire cum corporibus, recte istiusmodi fingunt fabulam, qua deliramenti arguant eos, qui resurrectionem asserant mortuorū. Turpitudinem ergo fabulæ opponunt, vt resurrectionis virtutem negent.

An Sadducei recte arguebant ad inferendum quod volebant.
Quæst. CCIII.

QVAERETVR dato, quod supponeretur id, quod volebant Sadducei, scilicet in resurrectione futura esset commixtio sexuum, & quod quilibet reciperet uxorem suam, an recte arguebāt ad inferendum, quod volebant. Dicendum, quod non, quod patet ex modo suo loquendi, nam ipsi inferre volunt, quod nescietur cuius erit illa mulier cum oēs habuerint se equaliter ad eā in tribus illis, quæ in litera assignant, & dicta sunt præcedenti. q. & tamen existente casu isto nō pertinebat equaliter ad oēs, sed ad vnū præcipue, ergo illius futura esset vxor in resurrectione. scilicet primi eorum. Et patet hoc primo, quia ille accepit eam in vxorem propter seipsum. scilicet vt esset vxor illius: ceteri autem non acceperunt eam propter seipsum, sed propter defunctum. scilicet vt illi semen suscitent, sed per alterum reducitur ad per se, ergo primi erat futura vxor, & non aliorum. Secundo, quia primus accepit eam sponte, alij autem acceperunt eam compulsi, & ex necessitate legis, & cum illa accipiebāt bona defuncti. I. Deut. 25. & Ruth. 4. c. ergo accipiebant mulierem istam, tanquam rem defuncti, & cōsequenter cum ille redierit, ad eum reditura est res eius, & ita in resurrectione ipse haberet eam, si aliquis de viris habiturus esset illam. Tertio, & principalius, quia magis est de filiis, quam de vxore. Minus. n. pertinent ad defunctum filij, qui gignuntur post mortem eius ex vxore sua quam vxor, dum filij non pertineant ad eum, nisi in quantum gignuntur ex vxore sua, & tamē primogenitus natus ex suscitatione seminis ex vxore defuncti pertinet ad defunctum, & non ad viuētē, qui illum gignit Deuter. 25. c. ergo a fortiori pertinebit vxor ad defunctum, & ita ille eam habebit, & non alij tanquam minores in iure. Dicendum autem est, quod supposito, quod in resurrectione esset futura commixtio sexuum, aut agetur de rigore quantum ad repetendum vxores, aut de quadam plana equitate. Si de rigore dicendum, quod ad nullum pertinebit vxor, quā habuit hic, eo quod non manet iam aliquod vinculum. Mors enim omnia soluit, & per mortem viri fuit soluta mulier a lege viri, ad Roma. 7. c. obligatio autem semel extincta non redit, ideo cum semel p̄t̄ret vinculum matrimoniale, nunquam redibat. Vnde dato, quod futurus esset sexuum vsus in resurrectione non oportebat, quod rediret quis ad vxorem, quam viuens habuerit, & sic cessaret tota ista contentiosa argumentatio, quia illa iam non erat vxor, sed accipiet quantumcunque vellet, sicut qui de nouo accipit vxorem. Si autem de quadam equitate agatur, vt æquius, quod homo rediturus esset ad vxorem suam, quā quod ad aliā, quod de nouo acciperet, & tñ cum illa fuerit vxor septem virorum, & vnus. i. primi fuit præcipue, vt ostensum est ad illum potius redire deberet, & circa alios non manebat aliquod inconueniens, quia poterant illi accipere vxores alias, quas vellet. Nam sicut hic mo-

riente vxore alicuius accipit ille aliam, quia desijt ista iam esse vxor, & non est inconueniens, ita & in resurrectione cum desierit illa esse aliorum vxor propter maius vinculum, vel ius propinquius primi viri, accipiant alij vxores de nouo, quāsi nullas vnquam habuerint, vel nullas habeant.

Quare Christus respondit Sadduceis nunc ipsum tentantibus cum tentatoribus minimè respondere soleat.
Quæst. CCIII.

QVAERETVR quare Christus respondit Sadduceis nunc ipsum tentantibus eum, nam quando quis simpliciter interrogat, vt doceatur solet Christus respondere, quando autem calumniator, & tentator est non respondet, aut non directe. Patet hoc de principibus sacerdotū quærentibus ab eo præcedenti. c. in qua potestate hæc faceret. Nam non respondit eis, sed proposuit eis aliā quæstionem. Patet etiam de Pharisæis, & Herodianis tentantibus eum supra in litera de tributo soluendo. Nam respondet eis, sed nō directe ad id, quod ipsi volebant, ergo nunc cum isti Sadducei tentarent Christum arguentes contra eum, non debuit eis respondere, vel saltem non directe, & tamen respondit directe. Dicendum, quod fuit conueniens r̄ndere ipsi directe, & non illis. Primo, quia Sadducei large vocantur tentatores, quia non quærebant, nisi ostentationem, & nō moliebantur aliquid mali contra Christum. Pharisæi autē, & Herodiani, de quibus supra in litera volebant tradere Christum morti decipiendo eū per r̄nsionē, vt d̄r Luca. 20. Et principes sacerdotum intendebant vel totaliter Christo interdicare prædicationem, vel occidere eum, ideo illi indigni erant r̄nsione. Sadducei autem non erant tam indigni, vnde eis respondit, & ita fuit ista tentatio aliis minor, vt dicit Chrys. & aliter ei respondendum, quod alijs. c. Vide quomodo sit infirmior congressio Iudæorum quod Christum. Prima fuit cum terrore, dicendo. In qua potestate hoc facis? quod quam necessaria erat constantia cordis. Secūda fuit cum dolo, quod quā necessaria fuit acuta sapientia. Hæc autem fuit cū præsumptione, quæ cæteris facilior est. Hominem enim putantem se aliquid scire cū nesciat viro scienti facile est conuincere.

Secundo fuit, quia Christus in omnibus his prudenter se habuit iuxta exigentiam rerum, in duabus. n. r̄tationibus principum, & Pharisæorum, quæ siebant dolose si Christus responderet, aut saltem si directe responderet sequeretur periculum, ideo in prima nihil respondit. In secunda autem respondit nō directe, in ista tertia tentatione procedebatur ad ostentationem, vt viderentur Sadducei sapientes, & conuicisse Christum, & si non responderet Christus, vel non directe, viderentur Sadducei obrinere, quod volebāt. Debuit ergo taliter r̄ndere, vel se h̄re, quod illi non possent gloriari, quod sapientes essent, sed hoc nō potuit esse conuenientius, quam respondendo directe, & confutādo eorū positionē, ideo debuit istis directe respondere.

Tertio fuit, quia etiam Christus seruauit aliquantulum hic, quod circa alios tentatores seruat, nam eis, qui simplici corde quærant Christum satisfacit iuxta intentionem eorum, tentatoribus autem licet respondeat, nunquam tamen iuxta eorum intentionē, vt patet in quōne Pharisæorum de tributo supra in litera. Ita autem fuit hic, quia Sadducei quærentes de resurrectione nō quærebant, vt instruerent, sed vt quincerent Christum, & ostenderent sapiam suam, Christus autem è p̄rio fecit, quia eorū ostendit insipientiam, & confundit illorū opinionē. Nā ipsi cupiebāt, quod opinio sua approbaretur: Christus autem reprobanit illam, vnde talem

lem veritatem potius voluissent Sadducei ignorare, quam a Christo audire, & ita contra eorum intentionem fecit Christus r̄ndēdo eis. Quarto fuit, quia Pharisæi, & principes sacerdotū, de quibus supra quærebant solum. Sadducei autem arguebant contra doctrinam Christi, ille. n. assererat resurrectionem, quā negabant Sadducei, & nunc arguebant falsam eē doctrinam Christi, quando autem quis quærit p̄t̄rille, a quo quærit sine verecundia tacere nihil r̄ndendo. Cū autem arguitur quod dicta ab eo non p̄t̄t tacere cum honore suo, quia si tacuerit, conuictus esse putabit, ideo Pharisæis, & sacerdotum principibus potuit Christus non respondere, vel saltem nō directe. De Sadduceis non erat sic, sed debuit respondere. Quinto, & præcipue fuit propter nos, & propter tunc assistētes, vt eos instrueret circa conditionem resurgentium, & doceret confutare talia argumenta, nam ante hoc, licet Christus dixisset sepe de regno celorum, & resurrectione, nunquam posuerat, quæ esset conditio resurgentium aperte, & ita rationabiliter poterat cuiusque homini ex hoc nasci magnum dubium, ideo Christus voluit directe non respondere, vt per hoc instrueret nos, & ceteros, qui tunc ei assistebant bono animo audientes verba illius. Sexto fuit, vt ex tali responsione daretur gloria Deo, & magis afficerentur turbe ad ipsum, & honorarent eum. Quod patet, quia posita Christi responsione dicitur in litera, quia audientes turba mirabantur in doctrina eius. Si autem non respondisset nō mirarentur in doctrina eius, vel si nō respondisset taliter, ideo fuit conueniens taliter respondere.

Quare Christus non dissoluit argumentum Sadduceorum ostendens non vale consequentiam.
Quæst. CCV.

QVAERETVR cum argumentum Sadduceorū contra Christum esset ethicax, cum interrogabatur cuius erit mulier illa in resurrectione, quare non dissoluit Christus argumentum illorū ostendens non valere cōsequentiam, patet hoc, quia vt dictum est supra, non recte arguebant Sadducei. Nam vxor illa, vel nullus esset, vel esset primi viri, & neutro modo sequebatur inconueniens, ideo argumentum suum erat infirmum.

In q. 202.

Dicendum, quod verum est, quod potuisset argumentum illud confutari, & tamen Christus non curauit respondere confutando consequentiam, sed ostēdo falsitatem præsuppositi. Et fuit primo, quia aliter dēt procedere dialecticus disputator, & aliter doctrinæ traditor, respondere autem ad consequentiam illā erat aliquantulum subtile, sed ad mores nō erat vtile, & ideo ad dialecticos, quorū est veritates inuestigare, & modos arguendi tradere, pertinebat destruere, conuequētiā, Christus autē erat moralis doctor, ideo non pertinebat ad eum sequi subtilia, in quibus nullū erat vtile, aut necessarium documentum, quale erat si vellet destruere consequentiam istam, ideo nō curauit: secus autem quā aliqua sunt vtilia, quia licet sint subtilia dicit illa, sicut de trinitate personarum, & circuminceptione, & emanatione earum, de quibus apud Ioan nem loquitur. Sc̄do fuit, quia non conueniebat intentioni Christi, nam si dissolueret consequentiam, ostēderet, quod vxor illa pertinebat ad vnū potius, quā ad alios, vel ad nullum, & hoc esset per aliquos modos, & probationes, quas auditores simplices non bene caperent, & ideo non viderent, an satisfacerebāt Christus argumento Sadduceorum. Tertio, quia dato, quod aliquantulum viderent confutationem consequentiam, non esset tam manifesta, quin aliquo modo posset contē-

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

di, quia circa subtilia semper manet aliquis scrupulus, quia non p̄t̄t saltem in sapientes tam firmiter p̄bari, & hoc multum derogabat honori Christi, qui aperte confutare debebat aduersarios, ita vt populus audies laudaret eum, sicut nunc factum est, quia audita r̄nsione eius, dicitur, quod turbe mirabantur in doctrina eius. Non fieret tñ hoc, si vellet insistere in confutanda cōsequentiā. Quarto fuit, quia si ad consequentiam r̄ndēderet, etiam si per hoc non concederēt præsuppositū putarent simplices, quod tacendo illud cōcedebat, cum nō respondebat ad illud, & hoc esset magnum inconueniens, scilicet quod crederent Christum asserere, quod in resurrectione esset commixtio sexuum, ideo ad illud expresse respondit illud confutando.

Quinto, & præcipue propter nos, quia intendebat Christus docere tam nos, quam illos, qui aderant de conditione resurgentium, quod erat valde necessarium, nunc autem fuit multum ad propositum, quia ipsa argumentatio Sadduceorum exigebat hoc sibi responderi, ideo licet posset Christus respondere destruendo consequentiam illorum, tñ, vt non omitteret doctrinam istam, omisit illud, quod erat minus vtile, & respondit confutando id, quod ipsi præsupponebant, vt sic esset locus ponendi doctrinam de statu resurgentium.

Quare Christus dixit Sadduceis erratis.
Quæst. CCVI.

QVAERETVR quare Christus dixit, Sadduceis erratis. Dicendum, quod fuit primo, quia ita verum erat, nam ex errore argumentum eorum procedebat, & non intelligebant qualis futura erat conditio resurgentium.

Secundo dixit hoc ad respondendum, & ad ostendendum modum, & intentum Sadduceorum procedendi nunc quod eum, san bono animo, vel malo, an ex odio, vel inuidia, vel ignorantia, aut bono desiderio. Et hoc solet Christus ponere in principibus insipientibus, sic. n. supra in litera Pharisæis, & Herodianis quærentibus ab eo responsurus dixit. Quid me tentatis hypocrite? In quo innuit, quod aliud in corde habebant, quod foris ostēdebant, quærentes ab eo, quia intendebant eum morti tradere per r̄ntam eius, & tñ foris iustos se simulabant. Sadducei autē nihil mali inferre intēdebant Christo, sed solum ipsi volebant gloriari, quasi sapientes se ostēdendo, & cum crederēt se efficaciter arguere, deficiebat argumentū eorū. Hoc autē ostendit Christus, dicens: Erratis, scilicet ex errore mouemini ad arguendum, quia supponitis pro vero id, quod falsum est. Tertio fuit hoc ad increpandum eos, & deducendum in aliqualem confusionē, & conuenienter punirent in eo, in quo peccauerāt, ipsi quidē se sapientes existimabant, & putabant se posse facere argumentum insolubile Christo destruendo doctrinā illius de resurrectione, idē Christus hic debuit iuste confundere eos, qui iniuste, & insipienter gloriabantur, & quā ipsi se sapientes credebant, & iactabant, non solum Christus eos realiter, sed etiam r̄ndendo insipientes vocauit, dicens erratis. i. non intelligitis ea, quæ dicitis quō falsa sint. Simili autē modo solet Christus vt̄i Pharisæos, & alios, qui ex iniquitate contra ipsum arguunt. Nam ostendit eos insipientes, & aperte dicit eis verba opprobrii. Sic patet supra 9. & 12. c. Nā Pharisæi arguebant Christum supra 9. c. quod manducaret cū Publicanis, & peccatoribus, ipse autem inter alias r̄nsiones, quibus ostendit hoc esse licitum, & laudabile dixit eis, euntes discite quid est, misericordia in vobis, & non sacrificium. i. eatis ad addicendum, quia nihil scitis ad arguendum. Nam si hoc sciretis, non argueretis

I 2 tam

tam insipienter, & supra 12. c. cum Pharisei arguerēt discipulos Christi, q̄ vellent spicas sabbatho dixit Christus, si sciretis quid est misericordiā volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. i. quia nescitis condemnatis illos. Nam si sciretis, & intelligeretis scripturam non condemnaretis eos, ita autē erat de istis. s. q̄ voluerunt gloriari de eo, quod ignorabant, ideo dixit eis Christus, erratis.

Quid Christus dicere voluit, cum ait, erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Quæst. CCVII.

QUÆRETUR quid voluit Christus dicere, cum ait dicens erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Dicendum, q̄ Christus ostendit argumentum eorum procedere ex errore, nam ipsi credebant non esse resurrectionem, & tamen si futura esset, putabant q̄ homines carnaliter viuere deberent secundum sexuum commixtionem, quasi ita quoq; Christus teneret, & hoc supposito arguebant non esse possibilem resurrectionem, Christus autem dicit, q̄ ex errore procedunt, quia non est verum, q̄ vsus sexuum sit in resurrectione. Quod autē dicit nescientes scripturas reddit causam, quasi dicat, ideo erratis, quia neque scitis, neque legitis scripturas, nā si legeretis, & intelligeretis non erraretis circa hoc. Sic dicit Hieron. propterea ergo errant, quia scripturas nesciunt, & q̄ scripturas nesciunt, consequenter ignorant virtutē Dei. Sed Chry. vult, q̄ duo erant de quibus arguuntur Sadducei. i. negligentia, & ignorantia. Negligentia, quia non legebant scripturas cum possent. Ignorantia autem, quia non intelligebant virtutem Dei cum ait, sapienter primum arguit stultitiam eorum, quia nō legebant. secundo ignorantiam, quia non cognoscebāt Deum, ex diligētia. n. lectionis nascitur scientia Dei: ignorantia autē negligentie filia est. Sed dicitur, quæ sunt istæ scripturæ quas nesciebant? & quæ est ista virtus Dei? Dicendū, q̄ scripturæ sunt sacræ, quæ loquuntur de resurrectione, vel de conditione resurgentium, virtus autē Dei est potestas ipsius ad suscitandum, vel ad dandum conditionem spiritualem resurgentibus. Aliqui autem dicunt, q̄ virtus Dei, quam isti ignorabant erat Christus. s. quæ non cognoscebant, Ap̄t. n. vocat Christum Dei sapiam, & Dei virtutē. 1. Cor. 2. c. Sic dicit Orig. dñs arguens Sadduceos nescire virtutem Dei se eos non cognoscere arguebat, ipse. n. erat virtus Dei, & non cognoscebant eum, quasi nescientes scripturas, quæ loquuntur de eo, propterea neque resurrectionem credebant, quam facturus fuerat ipse. Sed dicendum, q̄ non stat, quia non facit hoc ad propositum, nam nescire Iesum esse Messiam, & esse filium Dei non tollit scientiam de resurrectione, quia distincti articuli sunt, & ideo debet accipi virtus pro potestate Dei, qua facit resurrectionem, vel conditionem resurgentium.

Quomodo erant ista causa erroris Sadduceorum, & quæ erant istæ scripturæ, quæ dicunt futuram conditionem resurrectionis. Quæst. CCVIII.

SED tunc quæretur cum Christus dicens, nescitis scripturas, neque virtutem Dei, det causam erroris Sadduceorum, quomodo erant ista causa erroris, & quomodo applicatur ad propositum. Dicendum, q̄ tripliciter potest accipi, vno modo, q̄ ambo referantur ad resurrectionem esse, vel non esse. Secundo modo, q̄ ambo referantur ad conditionem resurgentium. Tertio, q̄ primum referatur ad resurrectionem esse, vel non esse, & secundum ad conditionem resurgentium.

F Accipiēdo primo est sensus, q̄ Sadducei errabāt. s. putantes non esse futuram resurrectionem, & hoc proveniebat eis ex duobus. s. ex ignorantia scripturarum, & virtutis Dei. Scripturarum quidē, quia multe scripturæ sacræ loquebantur de resurrectione, & quia isti non legebant illas, vel non intelligebant, errabant putantes non esse resurrectionem, non autem errarent, si scripturas legerent. De virtute etiam Dei errabant, quia dato, q̄ scripturas legerent, & intelligerent illas, & scirent ex eis significari resurrectionem non credebant scripturæ propter difficultatem resurrectionis, quia non putabant esse potestatem, quæ sufficeret ad faciendam resurrectionem. Si autem ipsi scirent, q̄ virtus Dei. i. potestas eius erat infinita, scirent q̄ poterat facere resurrectionem, quia nihil est, quod non cadat sub potestate infinita. Et iste est verus sensus. Sic dicit Origens. s. Duas autem res dicit eos nescire, vñā quidem scripturam, alteram autem virtutem Dei, per quā resurrectio fit. Sic autem dicit Theophylactus virtutem ignoratis diuinam, vos enim consideratis, quasi difficile dicentes, qualiter poterunt membra dissoluta coniungi, & animabus adunari? Hoc autem respectu diuinæ potestatis est, quasi nihil. Accipiēdo secundo modo est sensus, q̄ isti errabant in fundamento putantes, q̄ si resurrectio futura erat, q̄ in illa esset commixtio sexuum, & hunc errorem dicit provenire ex ignorantia scripturarum. s. q̄ scripturæ sacræ ponunt conditionem resurgentium. Etiam provenit ex virtute Dei ignorata. s. putabant, q̄ homines non possent alio modo viuere, quam nūc viuunt, & quia nūc viuunt cum permixtione sexuum, putabant nullum alium modum futurum, etiam si resurrectio foret, & tamen erat iste error, quia ignorabant virtutē Dei, nam Deus, qui dedit hominibus istum modum essendi de nihilo poterit dare alium, quem voluerit. Sic dicit Theophylactus, vos non intelligitis qualem resurrectionem scriptura annunciet, creditis. n. q̄ restauratio corporum talium sit futura, qualia nūc sunt, non erit autem sic. Sed tunc dicitur, quæ sunt scripturæ, quæ dicunt futuram conditionem resurrectionis, nam non inuenimus aliquas. Aliqui dicunt, q̄ est ista scriptura, in qua dicitur in resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed sunt, sicut angeli Dei. Sed dicendum, q̄ non stat, quia non allegaret seipsum, ista tamen est scriptura sua. Secundo, quia ista scriptura nō erat tunc, & ideo non poterat illam legisse Sadducei, sed scripsit hoc Matth. ex verbis illis, quæ tunc Christus dixit. Alii dicunt, quod scriptura de conditione resurgentium est, quæ habet. 1. Corinthiorum 15. c. vbi multa de conditione illorum ponuntur.

Dicendum, q̄ nō stat, primo quia absurdum erat, q̄ Christus auctoritatem Apostoli allegaret, cum ille sit discipulus eius. Secundo, quia etiam illa scriptura nondum erat, neque etiam Paulus erat adhuc discipulus Christi, sed multo post fuit, & iō neque a Christo, neque ab aliquo alio poterat tunc allegari.

Alii dicunt, quod in nullo loco scripturarum inueniatur, quia Christus nō poterat allegare, nisi scripturas veteris testamenti, & in illis non erat aliquid de hoc, nisi intelligantur secundum sensum mysticum. Sic dicit Origens. s. Quaritur autem cum saluator dicit. Erratis nescientes scripturas, quasi dicat, q̄ in quibusdam scripturis ponitur hoc, quod sequitur. s. In resurrectione, neque nubent, neque nubentur, q̄ in veteri testamento non legitur scriptum. Nos autem dicimus, quia scriptum est, non in ipsis sermonibus manifeste ista dicentibus, sed in mysterio iudicantibus secundum intellectum moralem. Nā cum lex sit vmbra futurorum bonorum, dicens quod dicitur de viris, & vxoribus de spūalibus nuptiis principat dicit, sed neque

hæc inuenio alicubi scripturam dicentem sanctos futuros post exitum, sicut angelos Dei, nisi & hoc moraliter intelligat secundum illud, quod dicitur. Tu autem ibis ad patres tuos. Item: Apposita est ad populū suum. Sed dicendum, q̄ hoc non stat, nam Christus arguebat hic contra Sadduceos, & dicebat, q̄ ex scripturis hoc colligere poterant, & tñ scriptura in sensu mystico non facit argumentum aliquod, neque probationem, sed solum in sensu literali, vt ostensum est supra 13. c. q. 24. ergo non est istud, quod ex scripturis inferendum erat, sed aliquid erat, quod manifeste in sensu literali ex scriptura colligi poterat, & ideo iste sensus non est ita solidus, sicut præcedens.

Accipiēdo autem tertio modo est sensus, q̄ isti errabant, tam circa resurrectionem futuram, quam circa conditionem resurgentium, & isti errores proveniebant ex duobus. Primus veniebat ex ignorantia scripturæ. Secundus ex ignorantia diuinæ virtutis: nā resurrectionem futuram non esse credebant, quia scripturas ignorabant. Ad hoc. n. scripturæ multe sunt, quæ illud sufficienter dicunt, conditionem autem resurgentium ignorabant non propter ignorantiam scripturarum, sed virtutis diuinæ, quia scripturæ de hoc non loquuntur aperte, & tamen non debebat credi hoc impossibile, si virtus, id est potestas Dei sciretur. Rationabile enim erat, q̄ cum status resurgentium sit ad recipiendum penam, & premia pro bonis & malis, q̄ illi qui in parte bonorum fuerint meliorem statum habituri sint, quam hic, & hoc erit, q̄ corpora non subiaceant passionibus, & necessitatibus corporalibus, sed teneant modum spiritualem. Cum autem ratio hoc suadeat, videtur ita debere asseri futurum, nisi desit potestas ad hoc faciendum, sed potentia nō deest, quia potestas Dei infinita est, ergo resurrectio futura erit ad conditionem spiritualem. qui igitur talem negat, aut futuram esse talem non credit, virtutem negat esse potentem ad hoc. Et istud est ignorare Dei virtutem, nam illa sufficiens est ad hoc. Et iste sensus est conueniens literæ, quia cum Christus dixit: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei, sicut duo dixit, ita subiunxit duo. Vnum est. s. In resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed sunt, sicut angeli Dei. Aliud est. s. De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est a Deo, & c. & ita refertur singulum ad singulum. Quod dicitur erratis nescientes scripturas refertur ad id, q̄ dicitur: De resurrectione autem mortuorum non legistis & c. Et sic, quia non legerant, ignorabant scripturas. Quæ autē dicitur. Nescientes virtutem Dei, refertur ad id, q̄ dicitur. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur. Et hoc tenet Chry. dicens, quod dixit in resurrectione, neque nubent, & c. retulit ad id quod dixerat nescitis virtutem Dei. Quod autem dixit: Ego sum Deus Abraham ad illud retulit, quod dixit nescitis scripturas. Ille autem modus, & primus sunt conuenientes, secundus autem non multum stat.

Quare Christus dixit, quod in resurrectione non nubent, neque nubentur. Quæst. CCIX.

QUÆRETUR quare Christus dixit, q̄ in resurrectione non nubent, neque nubentur.

Dicendum, q̄ Christus voluit per hoc tollere errorem Sadduceorum, nam propter hoc videbatur eis impossibile resurrectio, & implicare inconueniens, quia credebant, q̄ si futura esset, q̄ homines vterentur ibi permixtione sexuum, sicut nunc, & ad hanc permixtionem sequebatur inconueniens, quod induxerant Sadducei de vxore, cuius esset in resurrectione. Christus autem dissoluit argumentum tollendo

A fundamentum, scilicet in resurrectione nō erit commixtio aliqua sexuum, ideo non recipiet aliquis ibi vxorem, quam hic habuit, neque aliquam aliam. Et ita sunt per hoc ablata duo inconuenientia, q̄ ex hoc fundamento videbantur inferre Sadducei. Primum erat, q̄ nesciretur cuius erat illa vxor. Secundū, quia dato, q̄ daretur vni eorum. i. septem fratrum manerent alij sine vxoribus, sed neutrum est inconueniens cum nullus habiturus sit vxorem aliquam in resurrectione, neque quam habuit hic, neque aliam nouam. Cum autē dixit: Non nubent, neque nubentur accepit nubere pro matrimoniali contractu, & actu. Nubere enim solet significare omnem coitum, eo q̄ nubere significat coniunctionem, & ita tam matrimonialis, quam fornicarius coitus nubere est, sed hic accepit p̄ coniunctionem matrimoniali. Quod patet primo, quia respondebat ad argumentum de matrimoniali coniunctione, quæ erat in suscitatione feminis, ideo non oportebat loqui, nisi de coniunctione m̄rimoniali.

Secundo, quia dicitur neque nubent, neque nubentur, & tñ si acciperetur pro sola corporali coniunctione solum diceretur non nubunt, vel non nubent, sed posuit actiui & passiuum, vt signet accipere vxorē, q̄ actiue est nubere, & mulierem a viro accipi, quod est passiuè nubi, iuxta illorum formationem. Sic dicit Hieron. & Beda. In hoc autem q̄ dicit. Neque nubent, neque nubentur, Latina consuetudo, Græco idiomati non responderet, nubere enim apud Latinos proprie dñr mulieres, sed nos simpliciter dictum intelligamus, q̄ nubere de viris, nubi de vxoribus dictū sit, ergo pro matrimoniali contractu accipitur. Tertio patet, quia Lucas hoc apertius dixit Luc. 20. c. Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi qui digni habebantur seculo illo, & resurrectione ex mortuis neque nubunt, neque ducunt vxores, ergo solū actum matrimonialem dixit. Sciendum tamen, q̄ nō solum nō erit in vita æterna actus matrimonialis, sed neque aliqua copula carnalis, qualiscunque, cum que libet copula repugnet spiritualitati. Sed satis fuit dici, q̄ non erit ibi copula matrimonialis, quia negata illa omnes negantur, nam nulla copula est ordinata, nisi matrimonialis. Ceteræ enim sunt illicitæ, & tamen in vita æterna, nihil est inordinatum, ergo si copula matrimonialis ibi non erit, nulla copula carnalis erit ibi.

Quare non erit copula carnalis in vita æterna. Quæst. CCX.

QUÆRETUR quare non erit copula carnalis in vita æterna. Dicendum, q̄ non erit vltimo modo conueniens. Nam copula, aut est propter necessitatem, aut pp̄ voluptatē capiendam, sed nihil istorum manebit, ideo copula non manebit apud beatos, neque apud damnatos. De primo. i. de necessitate patet, quia nunc est necessaria copula carnalis ad procreationem prolis propter continuationem speciei, nam indiuiduum humanū est corruptibile, & nō potest in seipso perpetuari, ideo oportet q̄ perpetuetur in altero. Hoc autem est per generationem. i. copula carnalis est necessaria, tam hoi, q̄ omnibus animalibus perfectis nunc, quia oīa conseruantur, & prodeunt in esse per propagationem carnalē. Post resurrectionem autē omnia viuientia erūt facta incorruptibilia, immo omnia entia, iō cum quilibet homo in seipso conseruari poterit, non erit conueniens generatio. Sic dicit August. quia connubia propter filios sunt: filij autem propter successiōnem, successio propter mortem, vbi ergo mors nō est, neque connubia. Ita etiam dicit Chrysothomus, scilicet

in hoc enim seculo, quia morimur, ideo nascimur, quia nascimur, ideo vxores ducimus, ut quod moriendo minuitur, nascendo suppleatur, ibi autem moriendi necessitas tollitur, ubi & nascendi causa soluta est. Hoc etiam apud damnatos verum est. Nam illi quocumque immortales erunt, & ideo non erit inter eos copula, neque generatio.

De secundo, scilicet de voluptate dicendum, quod etiam quantum ad hoc cessabit, & hoc, quia aut loquimur de beatis, aut de damnatis. In beatis enim non erit, quia esset aliquid inordinatum, nam venerea ad generationem ordinata sunt a natura, tanquam ad finem totalem, cum ergo generatio cesset, valde esset inordinatum, quod maneret, id quod ad finem est.

Secundo, quia voluptas non est in actibus venereis, tanquam finis, propter quem appetuntur, sed velut causa irritativa ad hoc, quod non omitteretur, ne cesset generatio, promixtio enim sexuum est operatio nimium materialis, quia fit cum magna resolutione substantiæ, & pariuntur multa incommoda coeuntes, & ideo nullum animal precipue homo talia vult, nisi in eis est aliquid, propter quod appeteretur, & ideo natura ingeneravit nimiam voluptatem in promixtione sexuum, ut ad hoc opus, tanquam ad summe necessarium omnium animalium feruenti conatu ferantur. Et signum huius est, quod duo opera sunt summe necessaria homini, quibus iuuatur. Primum est conseruatio spiritus respectu nature. Secundum est conseruatio individui quantum ad seipsum. Primum fit per coitum, secundum per cibum, & potum. Et ideo in his duobus constituit natura maiorem voluptatem, quam in alijs, ergo non constituitur ibi voluptas, tanquam finis, quia tunc in melioribus constitueretur maior delectatio, sed falsum est, ideo constituitur, ut irritamentum, vel impulsiva causa ad exercendum ea, ut habeatur id, ad quod ista ordinatur, scilicet generatio ad conseruationem nature, & conseruatio in diuidui. Cum ergo tunc cessabit finis non erit voluptas causa, ut ista appetant, quia tunc esset ordinem præposterare, cum voluptas non sit finis istorum, sed ista sunt finis voluptatis, & ita non erunt tunc, quia non manebit finis propter quem.

Tertio, quia ut aliqui volunt etiam voluptas non esset ibi in copula. Unde si copularentur sexus non fieret voluptas. Hoc aliqui putant falsum esse, vel dubium saltem, & tamen verum est, nam in vita æterna manebunt actus sensationum quantum ad immutationem intentionalem, quæ fit sine alteratione, & corruptione, & tamen ad causandum voluptatem veneream non solum est alteratio realis, sed etiam est resolutio substantiæ, & deperditio maior, quam in omnibus alijs alterationibus sensitivis, ideo non poterit ibi esse talis voluptas manens statu illo, scilicet in corruptionis.

Quarto, quia ad venerea impellit concupiscentia, ibi autem nulla esse poterit, quia nulla talis titillatio fiet ibi, eo quod omnia illa sunt cum magnis alterationibus realibus, quales esse non poterunt in vita æterna.

Quinto patet, quia aut venerea maneret ibi secundum conditionem, quam hic habent, aut non. Si secundum istam conditionem non conuenirent, sed potius illam tollerent, nam hic venerea quantum durat tollunt operationem intellectus, quia ut dicit Aristoteles. 7. Ethico. cap. 1. in ipsa intelligere neminem posse, ideo tolleretur ibi operationem intellectus, in qua consistit beatitudo, nullum autem maius inconueniens esse potest, ideo non erunt ibi venerea tali modo, si autem sunt ibi venerea secundam aliam conditionem, id est quæ non absorbent intellectum, neque tollunt operationem illius, non erunt appetibilia. Nam cessare omnem actum intellectus ad presentiam venereorum

fit ex superabundantia voluntatis, quia regna est 10. Ethicorum, quod maior delectatio simul facta non permittit sentiri minorem si multum excedat, & propter illam nimietatem voluptatis feruntur homines effrenate in illa, quasi pro eo momento, quo durant maiorem habeant voluptatem, quam quacunque operatio materialis humana, ut dicit Augustinus. 14. de ciuitate Dei, ergo si in vita æterna non absorbent, neque priuant ceteras operationes, non erunt tam concupiscebilia, sicut hic, & ita non erit causa, quare quis feratur in illa.

Sexto patet, quia quilibet fertur in id quod est sibi magis delectabile, sed venerea, & quacunque delectabilia secundum sensum etiam hic non sunt maxima delectabilia, ideo non est tendendum in ea, ut in finem, qui tunc tendit in aliquid solum sub ratione delectabilis constituit illud, ut finem. Hoc autem valde rationi ordinanti omnia ad id, quod optimum est repugnat, ideo non posset aliquis beatus concupiscere venerea, ut solum delectabilia, quia iam frueretur eis, quia est finis non relatus ad alterum, & ita iam peccaret, & non esset beatus, utrunque autem impossibile est ei, qui beatus est semel, quia non potest perdere beatitudinem, neque peccare. Septimo, quia delectationes secundum sensum non sunt magne delectationes, nisi per errorem, & eis, qui habent naturam male constitutam. Nam homines vulgares propter cognoscere solas delectationes secundum sensum putant, quod delectationes secundum sensum sunt solæ delectationes.

7. Ethico. & tamen Aristoteles ostendit ibi, quod omnes sunt paræ, eo quod cum eis patimur aliquas dolorosas immutationes, sed propter assuetos esse non sentimus, & ita dicit in videndo dolorem fieri, etiam ostendit ibi, quod delectationes secundum sensum non appetuntur, quasi sint in se magne, sed quia faciunt non sentiri quasdam tristitias appostas. Dicit enim, quod propter continuam alterationem, quæ fit in nobis, & potissime in paruulis, & habentibus naturam male compositam, & mordicantem, quavis est complexio melancholicorum fit appetitus, & necessitas magna voluptatum, & mutationum propter non sentiri molestias. Delectatio autem, quæ est secundum intellectum est perfecta, quæ non est cum motu, neque est ad faciendum non sentiri molestias corporis, sed quia simpliciter est perfectio nostra, sed in vita æterna erit natura bene composita, & erit delectatio secundum intellectum non solum talem qualem Aristoteles dixit, quod illa est in cognitione rerum creatarum, & modo naturali, sed quodam alio modo ineffabili nobis. Ergo habens talem voluptatem non poterit desiderare delectationem venereorum.

Sed obijcietur, quod per hoc non solum tollitur delectatio venereorum, sed etiam omnium aliorum sensuum. Omnes enim sensivæ delectationes habent imperfectiones multas, & de omnibus illis loquitur Aristoteles. & tamen certum est, quod delectatio secundum visum, & auditum saltem manebit in patria.

Dicendum, quod non est idem de alijs actibus, & delectationibus sensitivis, sicut de venereis. Primo, quia aliorum saltem visus, & auditus manent fines, quia cum istis sunt potentie cognitivæ sunt ad cognitionem obiectorum, & manent ibi obiecta illa, scilicet res visibiles, & vox (ut aliqui dicunt) ergo manebunt actus istarum potentiarum, & voluptates consequentes actus, non tamen manent finis venereorum, quæ est generatio, ergo neque manebunt venerea, neque propter voluptatem suam poterunt appeti.

Secundo, quia licet in alijs sensationibus sit voluptas quædam, & manerent omnes actus sensuum in vita æterna, poterant conuenienter desiderari volupta-

Delectatio
intellectiva
est perfecta.

voluptates illæ, eo quod non ordinantur ad se, sed ad alterum, scilicet ad cognitionem. Omnis enim sensus est vis cognitiua, & deseruit intellectui, & maxime visus, & auditus, ideo sicut actus istorum ordinatur ad cognitionem, & omnis cognitio ordinatur ad intellectum, quia illa est altissima, & illa est beatitudo in vita æterna, ita & voluptates ordinabuntur, & tunc feruent beatitudini omnia, & erunt vitia.

Voluptas
est finis ve-
nerorum.

De venereis secus est, quia qui querit voluptatem in venereis, querit eam propter se, & non ordinatur ad cognitionem aliquam, sicut actus omnium sensuum, ideo venerea nullo modo possent in beatitudine ordinari, quia non est finis aliquis, ad quem, sed potius ipsa eorum voluptas est finis, ergo non potest manere actus, neque voluptas venereorum in vita æterna, licet maneant delectationes aliorum sensuum, secus esset si ibi esset generatio ex copula, quia tunc licet esset maior voluptas in venereis, quam nunc saltem ex hac parte non repugnaret, quia non acciperetur illa voluptas, ut finis, sed uteremur illa ad finem generationis.

De damnatis eodem modo dicendum, quod non erit in eis actus venereorum, & plurimæ causarum supra positarum conueniunt etiam eis. Nam sicut beati sunt immortales, & incorruptibiles, ita & damnati, & ideo non possunt esse in eis aliquæ alterationes, neque resolutiones, quia omnia ista sunt corruptiua in venereis tamen talia sunt. Secundo, quia delectationes secundum sensum sunt, quasi quædam medicinæ tristitiarum, quas patimur quotidie in quantum per istas mitigantur illæ, vel non sentiuntur, ut ostenditur 7. Ethico, & tamen pena damnatorum non potest tolli per experientiam actus venerei cum illa pena excedat istam voluptatem, quasi in immensum, ideo non conueniunt ibi. Tertio, quia si aliquid solatijs, vel mitigationis penas afferret actus venereorum non permitteret illum Deus damnatis, cum det eis permixtam penam gaudij. Quarto, quia non erit in damnatis concupiscentia aliqua venereorum, ergo neque actus, neque voluptas. Non enim est titillatio aliqua secundum sensum secundum quam fiat illa concupiscentia, potissime, quia intellectus eorum, ita est alligatus considerationi malorum, quæ patitur, & etiam si velit diuertere ad aliud cogitando de aliquo delectabili non possit.

Quinto, quia damnati torquentur a demonibus, & non permittuntur agere, quæ volunt, ideo etiam si vellet venerea exercere, non permitterentur. Et ita verum est verbum Christi, quod in statu resurgentium non erit copula carnalis.

Quare dixit Christus, quod in resurrectione erunt, sicut angeli Dei. Quæst. CCXI.

Quare dixit Christus, quod in resurrectione erunt, sicut angeli Dei.

Quare dixit Christus, quod in resurrectione erunt, sicut angeli Dei. Aliqui dicunt, quod dixit ad declarationem præcedentium, & tunc potest accipi, quod sit consequens ad præcedentia, scilicet neque nubent, neque nubentur, sed sunt, sicut angeli Dei. Quæ etiam non nubunt, neque nubuntur, & sine coniugio geniti sunt, & sine illo perpetuares: Nos autem licet ex coniugio geniti fuerimus sine coniugio tamen ibi perpetuabimur. Sic dicit Theophylactus. Nuptiæ nunc sunt propter corruptionem, ut per successionem generis persistamus, & non deficiamus, tunc vero, sicut angeli erimus, qui sunt sine successione nuptiali, & nunquam desinunt.

Secundo potest dici, quod hoc dixit non solum ad declarandum præcedentia, sed magis ad addendum, scilicet erunt, sicut angeli, id est corpora, & Alph. Toft. in Math. Pars VI.

rum erunt incorruptibilia, & inalterabilia, non putrescent, neque veterascent, sicut angeli, qui pari spiritus sunt hæc non patiuntur. Sic dicit Hieronymus, in resurrectione erunt homines, sicut angeli Dei, id est nemo ibi moritur, nemo ibi nascitur neque infans est ibi, neque senex.

Tertio dixit ad ostendendum generaliter conditionem resurgentium. Abstulerat enim ab eis actus venereos, & nesciretur, an aliquid aliud habituri erant, ideo voluit Christus dicere ceteras condiciones. Et quia illæ multe erant, quas non decebat eum pro tunc prosequi, voluit sub generali quodam eas exprimere, & ad hoc nihil conuenientius fuit dici, quam quod futuri essent homines, sicut angeli Dei, scilicet eisdem conditiones haberent ex parte incorruptibilitatis, quas habent angeli Dei, & etiam non haberent aliquos actus materiales imperfectionem quandam secum habentes, sicut neque habent angeli Dei.

Quarto ad tollendum errorem, qui poterat suboriri, nam cum Christus dicit, quod in resurrectione non nubent, neque nubentur, putaret forte aliquis, quod abstinerent ibi homines a venereis, quasi ex mandato Dei, sicut hic abstinet, qui se eunuchizauerunt propter regnum celorum supra 19. c. & tamen dispositio ex parte corporis esset ad venerea, & appetitus ad illa, & propter quædam penales afflictio in cohibendo illas concupiscentias. Christus autem abstulit hæc ostendens, quod ex conditione status homini illud proveniet, sicut ex conditione status homini illud nunc homini venerea exercere, & delectabiliter exerceret, & cum tristitia abstinet, ita & tunc ex conditione status comperit homini non exercere venerea, & delectabiliter carebit illis, quia erit tunc sibi quid naturale ab eis abstinerere. Sicut enim angelis naturale est non exercere venerea, neque concupiscere, & ideo non indigent virtute aliqua moderante ad cohibendum voluptatum venereorum concupiscentias, quia neque eis accedere possunt, ita & erit hominibus tunc ex conditione status, quasi naturale talia, neque concupiscere, neque exercere, & ita non erit eis penale abstinerere, sicut nobis fit. Ex hoc est, quod sint, sicut angeli Dei, qui neque appetunt, neque exercent, neque in abstinento affliguntur. De his dicit Hilarius iussu aduersus Sadduceos opinionem illecebre corporeæ recidisse, & officijs corporum cessantibus inania hæc gaudia abstulisse sed adieci (ut ait Chrysostomus) erunt, sicut angeli Dei, per quod ad interrogationem conuenienter respondit, quia enim hæc erat eis causa estimandi resurrectionem non esse, quia credebant eandem resurgentium fore conditionem, hanc causam remouit ostendens eos alterius conditionis futuros, cum dixit. Erunt sicut angeli Dei.

Quinto dixit hoc ad specialiter obuiandum opinionem Sadduceorum, nam ipsi non solum resurrectionem, sed etiam angelos, & spiritus negabant esse actu. vigesimo tertio capitulo, Christus autem contra totam locutus est positionem. Nam resurrectionem dixit futuram, & asseruit esse aliquos angelos Dei spiritualiter existentes, ad quorum quandam similitudinem se habebunt resurgentes, animam quoque, siue spiritum tacite asseruit, quia dicens resurrectionem animam dicit, cum non sit possibilis resurrectio, nisi anima maneret post mortem, quæ postea corpori reuniretur.

Sexto fuit ad ostendendum perfectionem abstinentiæ venereis, nam licet sint alia opera perfectiora, & magis meritoria apud Deum, quam abstinerere a venereis, tamen nihil est, quod magis spiritualement hominem reddat, & ideo quando loquitur Christus de alijs actibus virtutum non dicit homines futuros, sicut

I 4 angelos,

angelos, sed solum quando loquitur de abstinentia a venereis. Et ratio est, quia nihil est, quod magis carnalem, bestialem, animale, & a spiritualitate remotum faciat, quam exercitium venereorum, & ob hoc omnes fructus, qui dicuntur quandam spiritualitatem attribuntur continentia, scilicet, coniugali, viduali, virginali, vt ostensum est supra 13. cap. quest. 17. Sic dicit Chrysof. notandum vero, quod cum de ieiunijs, elemosynis, ceterisque virtutibus spiritualibus locutus fuerit, nunquam angelorum similitudinem introduxit, nisi cum de absolutione a coitu loqueretur, quoniam sicut omnes actus carnales opera sunt animalium, præcipue tamen actus libidinis, sic omnes virtutes sunt res angelicæ, præcipue tamen castitas, per quam vincitur natura virtutibus.

Quomodo dixit hic Matthæus, quod erunt sicut Angeli Dei cum aliter Luc. 20. dicatur. Quest. CCXII.

Sed dicitur quomodo dixit hic Matthæus erunt sicut Angeli Dei, quia Lucæ 20. cap. dicitur: æquales enim angelis Dei sunt: nam non videtur verum esse, quod sint homines etiam in resurrectione æquales angelis Dei, quia angeli sunt naturaliter spiritus quidam: homines autem in resurrectione non efficiuntur spiritus, quia desinerent esse homines, sed manebunt corporei, sicut nunc, licet non maneat materię corruptibilitas.

Dicendum vno modo, quod ad eundem sensum dictum est, erunt sicut angeli, vel æquales angelis, quæ super eodem loco introducit ab Euangelistis, dictum esse per Christum, ipse autem semel hoc locutus est Sadducæis, & vnam tantum sententiam fecit, ideo necesse est, quod idem significare voluerit Matthæus dicens, erunt sicut angeli Dei, & Marcus idem dicens, quod Lucas: Aequales enim sunt angelis Dei, & tunc dicitur, quod ista æqualitas attenditur non quidem in tota conditione essendi, sed quantum ad id, quod introductum est de venereis, scilicet, qui resurgunt non nubent, quia æquales sunt Angelis Dei, id est, sicut illi non exercent venerea, neque concupiscunt, ita neque isti exercent venerea, neque concupiscunt, Et patet hoc ex modo loquendi Lucæ 20. Nam dixit, qui digni habebuntur resurrectione, neque nubent, neque ducunt vxores: æquales enim angelis sunt, scilicet, in hoc, quod est non habere vxores, neque concupiscere illas.

Alij dicunt, quod sunt æquales angelis, scilicet, in merito, & premio essentiali beatitudinis.

Dicendum, quod hoc non est omnino determinatum, & hoc, quia non sunt omnes angeli eiusdem meriti, neque eiusdem gradus glorię, sed quidam maioris glorię alij minoris, sicut fuit natura inæqualitas in eis, qui permanserunt, ita quoque in hominibus non est æqualitas meriti, neque erit æqualitas glorię, sed quibusdam gloria erit abundantior valde quam alijs, & ideo non erit comparatio conueniens quantum ad hoc. Sed hoc verum est, quod quidam homines sunt maiores angelis in gloria, id est, quibusdam alijs, & minores quibusdam alijs, alij vero simpliciter maiores omnibus, vt de beata Virgine dicitur, quod exaltata est super choros angelorum ad cælestia regna. Aliqui forte erunt beati minores in beatitudine omnibus angelis.

Sed dicendum, quod aliud est in quo penitus sunt æquales homines resurgentes angelis, scilicet, in conditionibus, quæ pertinent ad incorruptibilitatē, & ideo omnis alteratio, & corruptio, & imperfectio equaliter auferuntur ab angelis, & ab hominibus in resurrectione, licet angelis conueniat hoc secundum

naturam, hominibus autem secundum gratiam.

Sciendum autem, quod licet omnibus resurgentibus tam beatis quam damnatis competat non nubere, id est, non exercere venerea, vt ostensum est supra, tamen esse similes angelis Dei non cõpetit omnibus, sed solis beatis, quia damnati habent multas imperfectiones, cum patiantur, & doleant, licet non moriantur. Hoc autem non habent angeli Dei Christus autem loquitur de resurgentibus bonis. Sic colligitur Lucæ 20. cap. scilicet, illi vero, qui digni habentur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducunt vxores, equales enim angelis sunt, & filij Dei sunt, & tamen de damnatis non dicitur, quod sunt filij Dei, ergo solum loquitur ibi Christus de resurgentibus bonis, & illi sunt æquales angelis Dei, licet etiam large accipiendo damnati sunt similes angelis Dei, scilicet, quia immortales sunt, & non alterantur ad corruptionem, & etiam venereis non vtuntur.

Quare Christus dixit Sadducæis. De resurrectione autem non legistis allegando auctoritatem. Quest. CCXIII.

Quare Christus dixit Sadducæis. De resurrectione autem non legistis allegando auctoritatem, cum supra dixisset de conditione resurgentium.

Dicendum, quod Christus dixerat duo supra, scilicet, Erratis nescientes scripturas, & virtutem Dei, & scripturæ erant ad probandum resurrectionem: virtus autem Dei erat ad conditionem resurgentium ostendendam, & quia iam dixerat de conditione resurgentium, allegat nunc scripturas ad probandum resurrectionem.

Sed dicitur, quare non posuit Christus auctoritatem pro conditione resurgentium, sicut posuit pro resurrectione.

Dicendum, quod hoc fuit, quia pro resurrectione erant auctoritates multe in sacra scriptura, & pro conditione resurgentium nullæ erant, quæ dicerent non esse ibi nubendum, & quod essent homines, sicut angeli Dei, ideo ibi non allegauit auctoritatem, sed simpliciter asseruit talem esse conditionem illorum ad hoc solam virtutem diuinam inducens, quæ illud facere poterat.

Alij dicunt, quod Christus posuit hic primo rationem, deinde auctoritatem, quia talis modus respondendi est pro interrogantibus ex ignorantia, scilicet, vt rationem præponamus, & auctoritatem subiungamus. Pro calumniöse interrogantibus dicitur e contrario faciendum. Sic dicit Chrysof. Et quidem calumniatoribus primo oportet in aliqua questione auctoritatem scripturæ proferre, deinde rationem exponere: interrogantibus autem per ignorantiam prius rationem exponamus postea auctoritate confirmemus, quoniam calumniatores vincere oportet, interrogatores autem docere, ideo his interrogantibus per ignorantiam prius rationem exposuit, dicens: In resurrectione autem, &c. deinde auctoritatem subiunxit, inquiens: De resurrectione autem mortuorum non legistis, &c. & tamen melius est, quod dictum est. Nam quando ad vnum pertinent ratio, & auctoritas ita iste ordo, quod aliquando præponatur auctoritas, & aliquando ratio, sed hic duo sunt, scilicet, resurrectio, & conditio resurgentium, & pro vno ponitur ratio, pro alio vero auctoritas.

Quare

Quare Christus respondens, & allegans auctoritates pro resurrectione allegauit potius istam, Exo. 3. cap. quam aliquam aliam. Quest. CCXIII.

Quare Christus respondens, & allegans auctoritates pro resurrectione, allegauit potius istam auctoritatem, Exo. 3. cap. quam aliquam aliam, quia multæ aliæ sunt, & magis aperta illud ostendentes.

Dicendum, quod Christus istud significauit, cum ait: Erratis nescientes scripturas. Erat innuit de hoc multas scripturas esse. Nam est scriptura Daniel. 12. Multi, qui dormierunt in terræ puluere euigilabunt, & Ezech. 37. cap. Apertior scriptura est de omnibus ardis super quæ inducitur caro, & introiuit in ea spiritus, & Iob 19. cap. dicitur. In nouissimo die de terra resurrecturus sum: & aliæ multæ huiusmodi allegauit autem istam, quæ parum videtur agere, nisi in argumentum.

Aliqui dicunt, quod fecit hoc Christus, vt confutaret eos per id, quod allegauerant. Nam ex auctoritate Moyse probare nitebantur non esse resurrectionem, ideo per Moysem ipse probat resurrectionem ad ostendendam maiorem sufficientiam suam. Sic dicit Chrysof. quia illi interrogant Moysem præmiserant, per Moysem eos confutat dicens: De resurrectione, &c.

Secundo fuit ad magis ostendendum eorum insipientiam, scilicet, quod per id, in quo ipsi se aliquid scire putabant ostenderet eos nihil scire. Nam cum allegarent ipsi Moysem innuebant se in hoc maxime scire, ipse autem ostendit eos non intelligere Moysem, aut non diligenter legisse. Nam si legisset ibi inuenirent resurrectionem. & tali modo solet Christus vti contra Iudæos, vt illud ostendat eis esse valde bonum. Sic patet Ioan. 5. cap. cum dixit eis, nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud patrem meum, est qui vos accusat Moyse, in quo vos speratis.

Tertio dicendum, & melius, quod allegauit Christus istam auctoritatem, & non alias multas, quæ clariiores erant, quia alias non recipiebant Sadducæi. Nam alię erant in libris Prophetarum, & tamen Sadducæi non recipiunt nisi quinque libros Moyse. Sic dicit Hieronymus ad probandum resurrectionis veritatem multis alijs manifestioribus exemplis vti potuit, ex quibus est illud. Resuscitabuntur mortui, & resurgent, qui in monumentis sunt. Et in alio loco. Multi dormientium de puluere terre consergent, quæritur itaque quid sibi voluerit dominum hoc proferre testimonium, quod videtur ambiguum, vel non satis ad resurrectionis pertinens veritatem. Et respondet, scilicet, supra diximus Sadducæos, neque angelos, neque spiritum, neque resurrectionem corporum confitentes, & animarum quoque interitum prædicare, hi quinque tantum libros Moyse recipiebant prophetarum vaticinia respicientes. Stultum ergo erat inde proferre testimonia, cuius auctoritatem non sequebantur.

Quomodo ex auctoritate ista, scilicet, Deus Abraham, Deus Isaac, probatur resurrectio. Quest. CCXV.

Quare Christus quomodo ex auctoritate ista, scilicet, Deus Abraham, Deus Isaac, probatur resurrectio.

Dicendum, quod non probatur nisi per argumentum, & ideo Christus addidit in litera. Non est Deus mortuorum, sed viuorum, quasi dicat, Deus est Deus Abraham, Deus Isaac, & Jacob, & tamen Deus non est Deus mortuorum sed viuorum, ergo Abraham,

Isaac, & Jacob viuunt, & ita resurgunt.

Sed obijcietur, quod non sit conueniens argumentum, tum quia falsum videtur supponere. Nam Abraham, & Isaac, & Jacob non viuunt, tum quia si viuerent non concluderetur resurrectio, sed potius oppositum, quia quod viuunt non resurgit, sed quod mortuum est, cum resurrectio ordinetur ad viuere, & sit resurrectio reuio corporis, & animæ separatorum, ergo non deberet dicere, quod viuunt ad probandam resurrectionem, sed potius, quod mortui sunt.

Dicendum ad primum, quod viuunt isti, sicut Christus probat, quia Deus non est Deus mortuorum, sed viuorum, id est, existentium. Nam si Deus erat Deus Abraham, ergo Abraham habebat Deum, si habebat Deum, ergo erat, quia non ens nihil habet.

Sed tunc dicendum, quod vno modo procedit dictum Christi vocando Abraham, & Isaac, & Jacob animas istorum, & illæ veræ erant. Nam si animæ semel desinerent esse, nunquam rediret eadem numero, quia est spiritus, & non resolueretur in aliqua, ex quibus rursus componeretur cum sit simplex, sed rediret in nihilum, & consequenter nunquam possent redire ad esse. Manebant ergo animæ, & illas vocabat Christus Abraham, Isaac, & Jacob. Sicut nunc vocamus Petrum, & Paulum, & ceteros Apostolos, cum tamen non sint illi homines, sed solæ animæ.

Sed tunc obijcietur, dato quod manerent animæ istorum, quomodo Christus probat resurrectionem? Nam existere animam non probat resurrectionem, & tamen Christus nihil plus allegauit, quasi esset sufficienter probata resurrectio ostensa, quod anima maneat.

Dici potest, quod ista probatio procedit propter tria. Primo propter suppositionem Sadducæorum, Nam illi sicut negant resurrectionem, ita negant angelum, & spiritum, Actuum 23. cap. Ideo voluit Christus ostendere falsitatem positionis probando, quod animæ manebant post mortem.

Secundo, quia ratio ista licet fortassis non procederet, contra alios, contra Sadducæos tamen procedebat. Propter hoc enim negabant illi resurrectionem futuram, quia putabant nullum spiritum esse, id est, animam non manere. Spiritum enim vocant substantiam immaterialem non alligatam materiæ, & talis est anima separata a corpore, si aliqua talis est, ipsi vero bene concedebant hominem viuentem habere animam, & tamen illam non vocabant spiritum, quia non dicebant eam esse substantiam immaterialem. Vnde non concedebant eam esse separabilem, sed perire cum corpore, & error suus erat ex hoc, quod non putabant aliquid esse præter corpora, & corporum conditiones. Spiritus autem erat aliquid separatum a materia, ideo neque concedebant angelos esse, neque spiritus, quia si angeli sunt, substantiæ spirituales sunt. Hoc autem dato non poterat esse resurrectio, quia resurrectio fit per reuionem anime ad corpus, vt fit idem homo qui prius fuit, & tamen anima, quæ fuit pars istius iuxta Sadducæos, non manebat, quia nullus spiritus est, ideo neque poterat esse resurrectio, ablato autem isto inconuenienti concederent illi resurrectionem, & tamen Christus abstulit fundamentum eorum probando, quod animæ manebant, quia Abraham, & Isaac viuabant, & ideo palam erat, quod resurrectio futura erat, & nihil erat, propter quod iam illam negarent Sadducæi.

Tertio, quia si anima manet post mortem corporis, oportet quod recipiat pœnam, vel premium pro eis, quæ gessit in corpore, & quia anima non est ipsum operans, sed homo, licet anima sit principium opera-

operationis, oportet q̄ homo redeat, & ita erit resurrectio. Maxime quia anima per se non est perfecta, cum nō sit individuum alicuius speciei, sed pars, ideo appetit reuniri, vt efficiatur totū, & perfectum, quod est suppositum speciei, & sic ex hoc, quod est manere animam post mortem sequitur resurrectio. Sic dicit Hierony. de Moyse ponit exemplum: Ego sum Deus Abraham, &c. statimque infert: Non est Deus mortuorum, sed viuentium, vt cum probauerit animas permanere post mortem, consequenter introduceretur corporum resurrectio, quæ cum corporibus bona, vel mala gesserunt.

Aliter potest dici intelligendam esse literam, scilicet q̄ Abraham, Isaac, & Iacob non accipiuntur pro animabus, sed pro personis, quæ simul corpus, & animam habent, & isti dicuntur esse viuentes, non q̄ realiter viuerent, quia mortui erant, sed quia viuebant in Dei dispositione. Ipse enim disposuerat de illis, quod aliquando viuerent, & potens erat viuificare eos quādoque veller. Et tunc valet ratio magis aperte, scilicet Abraham, & Isaac viuunt, ergo resurrecturi sunt, quia non est aliud eos sic viuere, nisi viuere in Dei dispositione, idest q̄ disposuit eos viuificare aliquando.

Et dicendum, q̄ iste est verior sensus, quam quod accipiuntur Abraham, & Isaac pro animabus eorum, & tunc argumentum Christi procedit magis sine calumnia. Et patet q̄ iste sit sensus, sic enim dicit Hieronymus, scilicet sed forte aliquis dicit, quod hic dicit solū Deus de anima Abrahæ non de corpore, ad quod dicimus, quod Abraham vtrunq̄ importat, scilicet corpus, & animam, ita vt, & corporis ipse sit Deus, & corpus viuat apud Deum, idest in Dei ordinatione.

Secundo patet, quia Luc. 20. c. in probatione ista dicitur: Deus autem non est mortuorum, sed viuorū. Omnes enim ei viuunt, in quantum dixit viuunt ei, ostendit, q̄ dixit de vita mortuorum secundum Dei dispositionem. Nam nō dixit absolute omnes viuunt, sed viuunt ei, idest per respectum ad eum, & tamen si accipiatur de vita animarum separatarum illæ non solum viuunt respectu Dei, sed etiam absolute viuunt, quia sunt, & esse earum est vita, quia ipse sunt vita corporum, ideo de vita debet accipi mortuorum quārum ad personam, vel suppositum, quia mortuus non viuunt simpliciter, viuunt tamen Deo, idest quantum ad Dei dispositionem, vt dicit Hieronymus, scilicet quod de illis disposuit, q̄ aliquando viuerent, & iste est verus sensus.

Ad argumentum supra factum cum dicitur, quod Abraham Isaac, & Iacob non viuunt, & si viuunt nō est resurrectio. Dicendum, quod illi viuunt eo modo, quod dictum est, scilicet in Dei dispositione. Cum autem infertur, ergo non est resurrectio. Dicendum quod verum est, si viuerent absolute, sicut nos. Nam sic nō resurgunt viuui, sed mortui, & resurgunt, vt viuant, sed viuui secundum Dei dispositionem resurgunt, scilicet qui non viuunt, sed Deus de illis disposuit, quod aliquando viuerent, immo resurgere non possunt, qui sic non viuunt. Nam illi, de quibus Deus non disposuit, quod resurgerent, nunquam resurgent.

Quomodo sequitur ex verbis illis, scilicet Deus Abraham, &c. quod Abraham, & Isaac viuerent, quod Christus intulit. Quæst. CCXVI.

QUARE RETVR quomodo sequitur ex verbis illis, scilicet Deus Abraham, &c. quod Abraham, & Isaac, & Iacob viuerent quocunque modo accipiatur, siue pro animabus, siue pro personis, quod Christus intulit.

Dicendum, quod sequitur ex eo, q̄ Deus dixit, ergo

sum Deus Abraham, &c. & dixit de presenti, ergo tunc erat Deus Abraham, & Isaac, & Iacob mortui. Nam dixit hoc Deus Moyse Exo. 3. c. quando voluit educere Israelitas de Aegypto, & tamen tunc a multo tempore mortui erant isti tres, de quorum morte habetur in Gene. 25. & 35. & 49. & 50. Exitus autem de Aegypto fuit multo tempore post, & ideo post mortē illorum longo tpe dixit Deus: Ego sum Deus Abraham, &c. Ergo, quando erant mortui erat Deus eorum Deus, ergo habebant ipsi tunc Deum in Deū, sed si mortui erant, non habebant Deum, neque aliquid aliud. Et etiam si mortui erāt nō poterat Deus esse Deus illorum, quia non entis nihil est Deus, neq̄ dominus: ergo Abraham, & Isaac, quando erant mortui viuebant, si Deus erat Deus eorum. Sic dicit Hierony. scilicet. Neque enim fieri poterat, vt eorū esset Deus, qui nequaquam subsisterent. Dicit etiam Origenes. Deus est, qui dicit. Ego sum, qui sum. Sic ergo impossibile est, vt dicatur eorum Deus esse, qui non sunt. Sed Hieronymus istud magis aperit dicens: Considerandum est, quod sermo hic iam factus fuerat sanctis istis Patriarchis iam pridem quiescentibus, erant ergo quorum Deus erat, nihil enim habere poterant si non erant, quia in natura rei est, vt esse necesse sit cuius est alterum, atque ita habere Deum viuentium est cum Deus æternitas sit, & nō sit eorum, quæ mortua sunt habere, id quod æternum est, & quomodo esse illi futuri, quia semper negabuntur, quorum se esse profiteatur æternitas.

Considerandum etiam, quod vis argumenti stat, quia dicitur ego sum Deus Abraham. Si enim Abraham, Isaac, & Iacob tunc non essent, sed aliquando fuerant, non diceret Deus. Ego sum Deus Abraham, sed ego fui Deus Abraham, & tamen dixit, ego sum, ergo tunc erant. Sic dicit Theophylactus. Abraham, &c. quasi diceret, si semel redierunt in nihilum Patriarchæ ne viuerent apud Deū in spe resurrectionis, non dixisset: Ego sum, sed fuerā, constituimus enim de rebus corruptis, & præteritis dicere, etiam dominus huius rei, nunc vero cum dixerit, ego sum ostendit, quod viuentium est Deus, & Dominus.

Dato, quod Abraham, Isaac, & Iacob essent, quomodo sequitur, quod viuebant, ad hoc, quod dicitur Deus est Deus viuorum, & non mortuorum. Quæst. CCXVII.

SED dicitur dato, q̄ Abraham, & Isaac, & Iacob essent, quando Deus erat Deus illorum, quomodo sequitur, quod viuebant, ad hoc, quod dicitur Deus esse Deus viuorum, & non mortuorum.

Dicendum, q̄ necesse est, q̄ viuerent, quia esse conuertitur in illis cum viuerent, quia vt dicitur 2. de Anima, viuere viuentibus est esse. Ergo cum Abraham esset de viuentibus, si erat, necessario viuebat.

Secundo, quia quocunque modo accipiant Abraham, & Isaac, siue pro animabus, siue pro personis, si erant necessario viuebāt. Nam anima si est viuui, quia esse anime non est aliud, quam viuere, & nō est viuere suum accidentale, sed ipsa est vita hominis, & ideo non potest esse, neque intelligi esse anima, quin intelligatur viuere. Si accipiatur pro personis esse illorum erat viuere. Nam si homo vere sit vere viuui, & non potest esse quin viuat, si autem respectu Dei sit, respectu Dei viuui, quia cum esse eius sit viuere, qualem modum essendi habet talem, & viuendi, & quantum habet de esse, tantum habet de vita, sed habebant hoc modo esse in Deo, ergo habebant vitam in Deo.

Sed obiicitur, quod male concludat Christus istos viuere, quia non probat eos simpliciter viuere, sed viuere

Quid sit viuere in Deo. Viuere in Deo est habere exemplar in Deo, q̄ sit vita, vel viuens. Viuere Deo est habere vitam in spe secundum, q̄ Deus disposuit, sicut in presenti non habetur. Primum competit omnibus entibus, secundum competit solis hominibus. De primo patet, quia omnia, quæ sunt a Deo sunt, & prodierunt, tanquam a causa prima, & quia ipse non est agens a casu, sed agens propter finem, & secundum præconceptionem, oportet poni cuiuslibet rei ab ipso faciendæ exemplar, vel imitationem, aut formam quandam in eo, sicut est in ceteris artificibus, illa autem forma, vel exemplar est aliquid viuens, cū sit ipse Deus, quia in Deo non est aliquid absolutum distinctum ab ipso, & quia res dicuntur esse in mente artificis eo modo, quo formæ illarum sunt in eo, ita & in Deo res quelibet est eo modo, quo exemplar eius est, quia non habet res alii esse in Deo, & tamen illud exemplar est aliquid viuens, ideo quelibet creatura est aliquid viuens in Deo, immo est vita. Sic dicitur Io. 1. c. quod factum est in ipso vita erat. Et melius dixit vita, quam viuens, quia si diceretur viuens significaretur esse aliquid distinctum a Deo, & tamen nihil est in eo ab eo distinctum, sed quod est ipse est: Deus autem est vita, ideo quod in ipso est, vita est, quæ ipse est, & ita omnia creata, vt in Deo sunt, vita sunt, quæ ipse est. Sed ista prædicatio non est formalis, vel denominatiua, sed magis per causam, scilicet id quod est vita est in Deo, idest est a vita, quæ Deus est per formam exemplarē, quæ non est aliud, quam ipse Deus, & ideo, quæ taliter sunt vita non viuunt. Aliud autem est viuere Deo, & talia viuunt formaliter, & non per causam, sed imperfecte, quia viuunt in spe, vel in dispositione. Et ita homo, qui iam fuit, & iam non est, & de quo Deus disposuit, quod aliquando rediret ad viuere, viuunt Deo, & isti sunt, qui resurgēt etiam, qui nondum nati sunt, & tamen Deus disposuit, quod nascerentur, viuunt Deo, idest secundum Dei dispositionem, qui præordinauit, q̄ eos aliquando viuere faceret, & ob hoc cum plus sit viuere Deo, quā in Deo, quidquid viuunt Deo, viuunt in Deo, sed non conuertitur. Nam omnia entia viuunt in Deo, solæ autem rationales creature, idest homines, qui nondum sunt, vel fuerunt, viuunt Deo, ergo quicunque viuunt Deo, viuunt in Deo, sed non è contrario, quia inanimata non possunt viuere Deo, quia non sunt aliquando animanda, & tamen viuunt in Deo, sicut omnia entia. Et scriptura distinxit istos duos modos loquendi, nam quando loquitur de omnibus entibus, prout habent exemplaria in Deo, dixit, quod factum est in ipso vita erat, quando autem loquitur de resurrecturis, siue mortuis, dicit, quod omnes viuunt ei. Luc. 20. c. Et talem modum loquendi secuta est Ecclesia, quando orat pro mortuis, dicens: Regem qui omnia viuunt. Et non dixit, in quo omnia viuunt, cum solum pro mortuis ibi oratur, & nō pro omnibus entibus, quæ in Deo habent esse, & vitam.

Cum aut dicitur, q̄ Christus non bene intulit, q̄ resurrecturi erāt ex eo, q̄ sic viuebāt dicēdū, q̄ bene concludit. Nā non intulit, q̄ Abraham, Isaac, & Iacob viuunt in Deo, quia talia non resurgunt, sed quod viuunt Deo, & ideo necesse est tales resurgere.

tere in Deo, vt dicitur Luc. 20. c. scilicet omnes enim viuunt, & tamen quantum ad vitam, quæ est in Deo non distinguuntur viuentia a non viuentibus, quia omnia viuunt in Deo Io. 1. c. quod factum est in ipso vita erat, idest omnia, quæ facta sunt, scilicet creature sunt vita in Deo, idest viuunt, & tamen multa sunt de rebus non viuentia, ergo viuere in Deo non est viuere, & sic non probatur Abraham, Isaac, & Iacob viuere per hoc, quod in Deo viuant.

Dicendum, quod aliud est viuere Deo, & aliud viuere in Deo. Viuere in Deo est habere exemplar in Deo, q̄ sit vita, vel viuens. Viuere Deo est habere vitam in spe secundum, q̄ Deus disposuit, sicut in presenti non habetur. Primum competit omnibus entibus, secundum competit solis hominibus. De primo patet, quia omnia, quæ sunt a Deo sunt, & prodierunt, tanquam a causa prima, & quia ipse non est agens a casu, sed agens propter finem, & secundum præconceptionem, oportet poni cuiuslibet rei ab ipso faciendæ exemplar, vel imitationem, aut formam quandam in eo, sicut est in ceteris artificibus, illa autem forma, vel exemplar est aliquid viuens, cū sit ipse Deus, quia in Deo non est aliquid absolutum distinctum ab ipso, & quia res dicuntur esse in mente artificis eo modo, quo formæ illarum sunt in eo, ita & in Deo res quelibet est eo modo, quo exemplar eius est, quia non habet res alii esse in Deo, & tamen illud exemplar est aliquid viuens, ideo quelibet creatura est aliquid viuens in Deo, immo est vita. Sic dicitur Io. 1. c. quod factum est in ipso vita erat. Et melius dixit vita, quam viuens, quia si diceretur viuens significaretur esse aliquid distinctum a Deo, & tamen nihil est in eo ab eo distinctum, sed quod est ipse est: Deus autem est vita, ideo quod in ipso est, vita est, quæ ipse est, & ita omnia creata, vt in Deo sunt, vita sunt, quæ ipse est. Sed ista prædicatio non est formalis, vel denominatiua, sed magis per causam, scilicet id quod est vita est in Deo, idest est a vita, quæ Deus est per formam exemplarē, quæ non est aliud, quam ipse Deus, & ideo, quæ taliter sunt vita non viuunt. Aliud autem est viuere Deo, & talia viuunt formaliter, & non per causam, sed imperfecte, quia viuunt in spe, vel in dispositione. Et ita homo, qui iam fuit, & iam non est, & de quo Deus disposuit, quod aliquando rediret ad viuere, viuunt Deo, & isti sunt, qui resurgēt etiam, qui nondum nati sunt, & tamen Deus disposuit, quod nascerentur, viuunt Deo, idest secundum Dei dispositionem, qui præordinauit, q̄ eos aliquando viuere faceret, & ob hoc cum plus sit viuere Deo, quā in Deo, quidquid viuunt Deo, viuunt in Deo, sed non conuertitur. Nam omnia entia viuunt in Deo, solæ autem rationales creature, idest homines, qui nondum sunt, vel fuerunt, viuunt Deo, ergo quicunque viuunt Deo, viuunt in Deo, sed non è contrario, quia inanimata non possunt viuere Deo, quia non sunt aliquando animanda, & tamen viuunt in Deo, sicut omnia entia. Et scriptura distinxit istos duos modos loquendi, nam quando loquitur de omnibus entibus, prout habent exemplaria in Deo, dixit, quod factum est in ipso vita erat, quando autem loquitur de resurrecturis, siue mortuis, dicit, quod omnes viuunt ei. Luc. 20. c. Et talem modum loquendi secuta est Ecclesia, quando orat pro mortuis, dicens: Regem qui omnia viuunt. Et non dixit, in quo omnia viuunt, cum solum pro mortuis ibi oratur, & nō pro omnibus entibus, quæ in Deo habent esse, & vitam.

Cum aut dicitur, q̄ Christus non bene intulit, q̄ resurrecturi erāt ex eo, q̄ sic viuebāt dicēdū, q̄ bene concludit. Nā non intulit, q̄ Abraham, Isaac, & Iacob viuunt in Deo, quia talia non resurgunt, sed quod viuunt Deo, & ideo necesse est tales resurgere.

Quare Christus allegando auctoritatem ad probandam resurrectionem, nominauit istos tres Patriarchas. Quæst. CCXVIII.

QUARE RETVR quare Christus allegando auctoritatem ad probandam resurrectionem dixit Deus Abraham, &c. nominando istos tres Patriarchas. Aliqui dicunt, quod voluit ostendere Deum esse Deum omnium hominum, & quia homines tripliciter gignuntur a Deo, posuit istos tres Patriarchas ad significandum tres modos generationum. Sic dicit Augustinus super Ioannem. A Deo specialiter Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob dicitur, quia in istis tribus omnes modi generationis filiorū demōstrantur. Generat enim Deus multoties de bono predicatore bonum filium, & de malo malum, quod significatur per Abraham, qui de libera vxore fidelē filium habuit, & de ancilla infidelē filiū genuit. Aliquū vero generat p̄ bonum p̄dicatōre bonū & malū filium, quod significatur in Isaac, qui de libera vnum bonum, & alterum malum generauit. Aliquando generat bonum per bonum, & malum per malum p̄dicatōre, quod significatur per Iacob, qui bonos filios genuit de liberis, & de ancillis.

Sed dicendum, q̄ ista ratio mystica est, scilicet tropologica, & non literalis, quia non erat istud ad propositum resurrectionis, quam Christus confirmare volebat. Secundo ergo dicunt alij, q̄ posuit hoc Christus ad innuendum trinitatem personarum, & nature vnitatem. Sic dicit Hieronymus, scilicet cum autem dicit Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ter Deum nominando trinitatem intimauit, cum autem dicit non est Deus mortuorum vnum Deum iterans vnam substantiam significauit.

Sed dicendum, q̄ licet nos, qui scimus, & credimus trinitatem, & vnitatem esse possumus intelligere per ista vnitatem, & trinitatem, tamen Christus non intendebat hoc delignare. Quod patet, quia propositum suum erat probare resurrectionem, & non trinitatē, & vnitatem cum ait: De resurrectione autē mortuorum non legistis.

Eriam non erat conueniens probatio trinitatis per hæc. Vnde si Christus per istud velle probare trinitatem personarum in diuinis non esset conueniens argumentum, quia Abraham, Isaac, & Iacob sunt aliquid distinctum, & separatū a Deo, ideo trinitas istorum non probat trinitatem Dei. Nam etiam bene diceretur Abraham, & Isaac, & Iacob, & Moyse, & tamen arguēdo sic probaretur quaternitas suppositorū diuinorum, quod est absurdum, & cum Deus nō solum sit Deus Iudaorum, sed etiam gentiliū, ad Ro. 3. c. quot sunt Hebræi, & Gētilis tot probarentur esse supposita.

Item etiam si cum vnitatem diuine essentię esset vnitatem diuini suppositi, sicut Iudæi putant, adhuc esset verum, quod est Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ergo id quod stat cum vnitatem suppositi, non probat pluralitatem suppositorum, nō est ergo ista causa, quare sic Christus nominauit istos tres Patriarchas. Tertio dicendum, & ista est veritas, q̄ Christus dixit de istis tribus Patriarchis, quia ita scriptum erat, & si aliter scriptū esset aliter allegasset: volebat enim Christus probare per auctoritatem aliquam scripturæ futuram esse resurrectionem, & hoc voluit per auctoritatem ex libris Moyse, quia nullos alios libros recipiebant Sadducei contra quos ipse arguebat. Prima autem auctoritas, quæ occurrit in libris Moyse ad probandum resurrectionem est illa, in qua Deus se vocat Deum Abraham, & Isaac, & Iacob, ideo illam allegauit. Et procedit probatio ex illa in quantum illi erāt mortui

3. opin. auctoris.

mortui, quoniam Deus hoc dixit, & tunc dixit, ego sum Deus Abraham, &c. Et non dixit ego fui, ergo in presenti sum Deus Abraham, & ita Abraham in presenti est, & Isaac, & Iacob. Et si sunt, ergo resurrecturi sunt. Sepe autem, sic Deus loquitur, & tunc hoc fuit in prima vice, scilicet quoniam locutus est Moyses apud rubum ardentem, & hoc Marcus, & Lucas expresserunt, quia Mar. 12. c. dicitur: De mortuis autem, quod resurgant non legistis in libro Moysi super rubum, quoniam dixerit illi Deus: ego sum Deus Abraham; & Luc. 20. c. dicitur, quia vero mortui resurgant, & Moyses ostendit secus rubum, &c. & tunc dicendum, quod quantum ad probationem, quam Christus facere volebat accidit, quod ponerentur isti tres Patriarche: Nam si unus eorum nominaretur, illum solum nominaret, & sufficeret ad probationem, ut si Deus dixisset, ego sum Deus Abraham. Nam Abraham iam diu mortuus fuerat, & tunc dicebat, ego sum Deus Abraham, ergo Abraham tunc erat, quia Deus non est Deus mortuorum, sed viventium, & ita sufficienter probaretur resurrectio nominato uno illorum, sed tunc concluderetur Deus non est mortui, sed viventis, & ad idem pertinet, non igitur nominavit tres istos propter aliquod mysterium, vel causam, sed solum, quia auctoritas illa, quam allegare debuit pro resurrectione probanda ponebat illos tres, & voluit fideliter recitare verba ne calumniarentur Sadducei, quod non procedebat probatio mutata litera, vel sensu eius.

Quare Deus loquens de istis Patriarchis dixit: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & non dixit. Deus Abraham, & Isaac, & Iacob. Quasi. CCXXI.

SEDE quæretur, quare Deus loquens de istis Patriarchis dixit, ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, & non dixit ego sum Deus Abraham, & Isaac, & Iacob. Aliqui dicit, quod hoc factum est, ad ostendam excellentiam istorum Patriarcharum, scilicet quod quilibet ipsorum tam perfectus erat, quod totum Deum habebat, quod non significaretur si diceretur Deus Abraham, Isaac, & Iacob, quia quilibet videretur habere partem Dei. Sic dicit Origenes. Vide, quia non dixit ego sum Deus Abraham Isaac, & Iacob, sed Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, in alio autem loco dixit Deus Hebræorum misit me ad te. Quia perfectissima sunt circa Deum, quantum ad probationem ceterorum hominum totum habent Deum, propterea non communiter, sed singulariter eorum dicitur Deus, ut puta si dicitur, ager ille illorum est, ostendimus quod unusquisque eorum non habet eum in totum. Si autem dicimus, quod ager ille illius est, demonstramus, quod totum agrum possidet ille: Vbi ergo dicitur Deus Hebræorum imperfectio monstratur eorum, quia unusquisque eorum aliquid modicum de Deo habebat. Dicitur autem Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, quia singuli eorum totum habebant Deum.

Sed dicendum, quod non multum differt, sic autem sic dicit, quia in alijs, ubi non est ista perfectio habendi Deum, fit ista distinctio, ut Exo. 15. c. iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum, & tunc ibi non significabatur perfecte Deum pertinere ad loquentem, & ad patrem suum, cum locutio illa fieret nomine cuiuslibet de populo.

Quomodo dicitur, quod Deus non est Deus mortuorum, sed viventium. Quasi. CCXX.

QUAERITUR quomodo dicitur, quod Deus non est Deus mortuorum, immo videtur, quod sit Deus mortuorum, quia Deus est iudex mortuorum,

ergo est Deus mortuorum patet Act. 10. cum dicitur, constitutus est a Deo iudex vivorum, & mortuorum.

Dicendum, quod Deus absolute dicitur, & non est nomen, quod dicitur ad alterum, sed dicitur Deus alicuius, id est dominus eius, vel possidens eum, vel habens super eum aliquem modum causalitatis, super non ens autem non est causalitas, ideo Deus non est Deus non entis. Si autem mortuus est non ens simpliciter, Deus non erit Deus mortuorum. Si vero mortuus est aliquo modo ens: Deus erit Deus mortuorum.

Pro quo sciendum, quod aut accipitur mortuus pro partibus, aut pro supposito, si pro partibus dicendum, quod mortuus est aliquid vere, quia anima eius vere est, & corpus etiam materialiter aliquid est cum non redeat in nihilum, & ita Deus est mortuorum. Si vero accipitur pro supposito, aut consideratur realiter, aut in spe, vel divina dispositione. Accipiendo realiter mortuus nihil est, nisi in quantum manet in opinione nostra, & secundum illud esse, quod leve est, accidit leuiter felicitari, vel infelicitari, ut ostendit Aristoteles. 1. Ethicorum. c. pronepotum autem fortunas. Et hoc modo Deus non vocat se Deum mortuorum, quia vere nihil sunt. Si autem accipitur in spe, vel dispositione divina, mortuus aliquid est, quia Deus disponit, ut ille, qui mortuus est, aliquando sit ille idem, qui prius erat.

Ad rationem in contrarium dicendum, quod mortuus distinguitur contra viventem, ideo quod modis dicitur unum, dicitur & alterum. Vivens dicitur uno modo, quod actualiter vitam habet, & tunc mortuus dicitur, qui actualiter vitam non habet, qualitercumque se habeat, id est siue aliquando habiturus sit, siue non. Alio modo vivens dicitur, quod vitam habet saltem in spe, vel in divina dispositione, & tunc mortuus dicitur, qui neque in re, neque in dispositione divina vivit. Accipiendo primo modo vivens, & mortuum dicendum, quod Deus est iudex mortuorum, & etiam Deus mortuorum, quia sic mortuus aliquid esse habet, scilicet in divina dispositione. Accipiendo secundo modo Deus est iudex solum vivorum, & non mortuorum, neque etiam est Deus mortuorum, quia mortuus sic nihil est cum actualiter non sit, neque aliquando futurus sit, & tales essent mortui, si nunquam resurrecturi essent, & tunc Deus non vocaret se iudicem mortuorum, & taliter dicitur hic, quod non est Deus mortuorum, scilicet eo modo, quo Sadducei putabant mortuos esse, quia illi nullum modum essendi, aut vivendi habent, scilicet neque in re, neque in spe, & ita probat, quod aliquem modum essendi habebant, licet mortui essent cum Deus se dicat Deum illorum, & consequenter resurrecturi erant, quod Christus probare intendit. Nam ille modus essendi non erat, nisi quod in divina dispositione esse habebant.

Quare dicitur, quod turbe mirate sunt in doctrina Christi. Quasi. CCXXI.

QUAERITUR quare dicitur, quod turbe mirate sunt in doctrina Christi audientes eum respondentem. Dicendum, quod ad mirabantur uno modo, eo quod Christus valde subtiliter respondebat. Nam ex eo, ex quo volebant probare resurrectionem non esse, scilicet ex libris Moysi, probavit Christus illam esse, & ista erat magna abundantia sapientie.

Secundo, quia Christo respondente Sadducei nihil sciuerunt obijcere, magna autem vis respondens est, quando eo respondente arguens non habet quidquam, quod obijciat, & ita fuit hic, quia licet magna opera data ad hoc fecissent Sadducei istud argumentum, quod insolubile putabat, ita Christus statim respondit ad

ad hoc dissoluens eorum tendiculas, quod non habuerunt quid ultra obijcerent.

Tertio fuit, quia audierunt turbæ rem eis novam. Nam ista contentio de resurrectione fuerat ab antiquo inter Phariseos, & Sadduceos asserentibus Phariseis resurrectionem esse Sadduceis autem negantibus, & nunquam potuerunt Pharisei convincere Sadduceos ratione, vel auctoritate, ita ut eis silentium imponerent: Christus autem, ita obstruxit ora eorum, quod nihil potuerunt respondere obijciendo. Sic dicitur infra in littera, scilicet Pharisei autem audientes, quod silentium imposuissent Sadduceis, &c.

Quarto fuit (ut aliqui volunt) admiratio letitie, scilicet quod gaudebant turbæ de hoc, quod Christus convicerat Sadduceos, erant enim turbæ illæ Christo benivolæ cum audirent attentè doctrinam eius, & ideo cum viderent, quod ipse superabat aduersarios suos gaudebant valde, & hæc erat admiratio earum, sic dicitur Luc. 13. c. vbi Christus confutavit dicta Archisynagogi, & sequitur, cum hæc diceret erubescerant omnes aduersarii eius, & omnis populus gaudebat in universis, quæ gloriose fiebant ab eo. Et sic dicit Remigius: Non quidem Sadducei, sed turbæ mirantur hoc, & quotidie agitur in Ecclesia, cum enim divina inspiratione aduersarii Ecclesie superantur, turbæ fidelium letantur.

An futura sit resurrectio. Quæst. CCXXII.

QUONIAM autem supra de resurrectione Christus dixit, occurrunt aliqua dubia circa illa, primum est, an sit futura resurrectio.

Aliqui dicunt, quod non, quia Christus probans resurrectionem induxit in littera auctoritatem illam, scilicet ego sum Deus Abraham, &c. Sed constat, quod Abraham, Isaac, & Iacob non erant tunc, quoniam Deus locutus est, neque quando Christus allegavit auctoritatem illam, nisi quantum ad animam, ergo resurrectio, de qua Christus loquitur, non est corporum, sed solum animarum, illa autem non est resurrectio, ergo non est futura resurrectio.

Secundo, quia Iob. 4. dicitur: Homo cum dormierit, non resurget, donec cælum atteratur, sed cælum nunquam atteretur, ergo nunquam erit resurrectio. Patet antecedens, quia minus videtur, quod cælum atteratur, quam quod terra, & tamen terra, nunquam atteretur, quia terra in æternum manet: Ecclesiastes 1. cap. ergo cælum, nunquam atteretur.

Tertio patet, quia Apostolus 1. Corin. 15. vbi probat resurrectionem ponit necessitatem eius ex remuneratione laborum, quos hic homo tolerat pro Christo, dicens, si in hac vita solus sperantes sumus in Christo, miserabiles sumus omnibus hominibus, sed sufficientes remuneratione laborum omnium potest esse in anima, ergo non oportet poni resurrectionem corporum. Patet hoc, quia ad perfectam remunerationem non oportet, quod instrumentum remuneretur cum agente, sed laus est remunerari agentis, corpus autem est instrumentum anime agentis, ergo non oportet resumi corpus. Item patet hoc, quia sicut se habet anima ad tolerandum malum pro malis, quæ egit, ita se habet ad recipiendum premium pro bonis, & tamen anima sola sufficienter punitur pro malis, quæ commisit dum esset in corpore, ut patet de penis purgatorij, in quibus tolerat anime punitur, ergo ita erit ad premium vite eterne, & ita non erit necessaria resumptio corporum, sed sola animarum resurrectio erit, id est de pena in gloriam.

Quarto, quia vltimum rei est perfectissimum eius, quia finis est optimum rei, & tamen finis est vltimum

rei, quia post finem adeptum non mouetur ad aliquid, sed perfectissimus status anime est, ut sit a corpore separata, quia quanto magis Deo similitur perfectior est, sed quanto est magis separata est magis spiritalis, & Deo conformis, & separata ab omni extranea natura, ergo separatio a corpore erit anime vltimum bonum, & status eius, & consequenter ex hoc statu non redibit ad corpus, quia rediret ad fieri imperfectiorem, sicut qui est vir efficeretur femina, ergo non erit resurrectio.

Quinto patet, quia mors corporalis esset homini in penam indita pro prima preuaricatione Gen. 3. scilicet, & mors spiritalis, quæ est separatio a Deo est iustitia homini pro peccato mortali, sed de morte spiritali, nunquam reditur ad vitam post sententiam damnationis acceptam, ergo neque de morte corporali ad vitam corporalem erit regressus, & sic non erit resurrectio.

Dicendum, quod ponenda est resurrectio corporum, sicut Christus asseruit hic. Sed circa hoc considerandum, quod cum resurrectio non possit fieri sine miraculo, & miracula non debent poni sine necessitate, non est ponenda resurrectio, nisi aliquid ostendat necessitatem illius. Necessitas autem ponendi illam, vel non, pendet ex positione finis vite humane, nam si resurrectio ponenda est, hoc erit, ut ibi perfecte consequamur bonum humanum, quod hic affeque non contingit. Si autem contingeret perfecte posse consequi hominem omne bonum suum superuacuum erat aliam vitam dare post mortem, quia nihil erat, quod iam ibi expectaretur, sed aliquid sunt qui ponunt totum bonum, & finem humane vite haberi posse hic, ideo consequens fuit, ut isti negarent resurrectionem. Sed dicendum, quod ista positio non est satis rationabilis, quia felicitas est finis vite humane, & illa est bonum impermixtum malo, cum sit maximum bonum, sed hic non contingit hominem consequi tale bonum, quia ad hoc multa habet impedimenta, ergo non est bonum humanum vltimum in hac vita. Patet, quia aduersitas, & mutabilitas fortune, & corporis infirmitas, & quotidiana corruptio, & imperfectio scientie ad res optimas, quæ sciri possent, & virtutum imperfecta exercitatio, quæ hominem consequuntur in hac vita, impediunt beatitudinem, ut inducit Augustinus. circa finem libri de Ciuitate Dei, & tamen ad felicitatem oportebat saltem firmitatem quandam in virtute habere, quod ut dicitur 1. Ethicorum non possumus dicere felicem debilitate firmatum, & camaleonta quendam.

Alij putant hominem non consequi omne bonum in hac vita, quod consequi possit, & tamen non dant ei aliam vitam post istam, eo quod resurrectionem fieri posse non putant, quia non credunt, quod nulla cautela est, quæ ad hoc sufficiat, & si illam causam scirent, statim confiterentur resurrectionem. Huius opinionis sunt plurimi Philosophorum, & etiam Sadducei hoc credebant. Vnde quando Paulus prædicauit resurrectionem Athenis in Areopago Philosophorum: Epicuri irridentes eum vocauerunt eum seminiuerbium, & annunciatorem nouorum demoniorum: Act. 17. c. hoc autem accidebat istis, quia nesciebant esse potestatem aliquam, quæ hoc faceret, sic enim aliqua negant Philosophi fieri, non quidem, quod ex seipsis sint impossibilia, vel fieri ea includat aliquod inconueniens, sed quia non est potentia, quæ possit in illa. Sic dicit Aristoteles. 1. de Cælo, & mundo, quod ideo terra non mouetur, quia non est aliqua potentia potens eam expellere de medio mundi. Occasio autem credendi hoc erat Philosophis, quia non putabant esse aliam potestatem vltra naturalem, neque esse aliam actionem

Felicitas est humanæ vite finis.

Quare terra non mouetur secundum Aristotelem.

actionem ultra naturalem, & ideo illa, ad quæ non sufficeret naturalis potestas, & operatio, esse simpliciter impossibilia asserbant, & hoc rursus putabant, quia non viderant ipsi vnquam aliam operationem ultra naturalem, neque habebant quid eos moueret efficaciter ad ponendum talem potestatem, & iste est error communior. Et in hoc etiam Sadducei errabāt, & ideo Christus contra negantes resurrectionem dixit, quod si ebat ex errore, & illum errorem dixit provenire ex duobus, scilicet ex ignorantia scripturarū, & virtutis Dei, vt patet supra in litera, scilicet erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Nos autē circa hoc errare non possumus, quia scripturas nouimus, quæ hoc asserunt, & virtutem Dei scimus infinitam esse, & ideo sufficere ad faciendam resurrectionem. Sed rursus istam virtutem ex scriptura nouimus. Nam per miracula, quæ Deus fecit, scilicet quia creauit seculum, & multa alia, de quibus in scriptura, quæ non sunt minora, quæ suscitatio mortuorum, scimus, quod mortuos suscitare potest. Sed quia aliqui Pharisæi videntes, quod oporteret dari homini bonum suum, quod est felicitas, cum appetitus nature, qui est ad felicitatem non sit inanis, primo Ethicorum. Et non dabant illud homini post mortem, quia non erat post mortem homo, nisi resurgeret, resurrectionem autem ponere non audebant, quia non inueniebant potestatem, quæ posset resurrectionem facere, coacti sunt ponere, quod homo haberet hic totum bonum suum, & ita videtur sentire Arist. 1. & 2. Ethicorum, & magis vult concedere hoc inconueniens, scilicet quod hō habeat imperfectam beatitudinem, quam quod resurrectionem ponat, cuius causam effectiuā, & modum dare nescit. sentit ergo ipse, q̄ beatitudo secundum rationem suam perfectam habet perpetuitatem, & immobilitatem absolutam, & secundū hanc rationem vult non posse beatitudinem homini accidere, sed possibile est hominem esse in aliqua participatione eius licet modica, & ex hoc dici beatum, & ideo non oportet hominē esse beatum perpetuū, & immutabilem simpliciter, sed secundum conditionem humane nature. Vnde ait, beatos autē dicimus, vt homines 1. Eth. 1. homines beati sunt non quidem simpliciter, vt dij, sed beati, vt homines, id est eo modo, quo possibile est hominem participare beatitudinem. & ita magnam angustiam iustinet, qui vt sequat rationem cogit ponere hoc inconueniens, scilicet quod beatitudo hominis sit imperfecta, & tamen si ipse sciret, quomodo homo posset effici immortalis, & resurgere, cum posset ei tunc accidere beatitudo perfecta, simpliciter assereret resurrectionē, & talem beatitudinem.

Hominum beatitudo secundum Arist.

Alij autem negauerunt resurrectionem, quia fundamentum eius absteruerunt, sit enim resurrectio per reuionē anime ad corpus a quo soluta est, vt redeat idem homo numero, qui prius, ergo qui ponunt animā corruptibilem necessario negabunt resurrectionem, sed multi ponunt animam corruptibilem, sicut illi, qui ponunt eam esse vim organicam, vel cōplexionem, aut qualitatem materiam, vel harmoniam quandam corporis, de quibus multa dicuntur 1. de Anima, ergo tales nō possunt concedere resurrectionem. Talis fuit positio insipientium, de quibus Sapient. 2. c. qui dixerunt spiritum suum esse finitum, & aerē mollem, qui diffunditur, & ideo dixerunt consignatū esse reditum, & neminem reuerti ab inferis eodem c. sic etiam errauerunt Sadducei, qui animam ponebāt esse corruptibilem in eo, quod negabant spiritus, & Angelos Act. 23. & non dicebant animam humanam esse spiritum aliquem, qui posset manere separatus a corpore, sed perire cum corpore, & ideo ta-

les necessario dicerent resurrectionem esse impossibilem, cum non maneat anima, quæ debet reuiri. Si autē alia anima illi corpori vniatur, siue de nouo creata, siue quæ fuerit alterius corporis, non erit idem homo, qui prius, quia non manent eadem partes essentielles. Sed contra hos Christus probauit esse resurrectionem, & manere animas allegando illud dictum: Ego sum Deus Abraham, nam sequebatur inde, quod Abraham, qui erat mortuus, viueret, & hoc erat quantum ad animam, & quantum ad diuinam dispositionem. Alij autē negant resurrectionem, ponunt enim aliam vitam esse post istam, in qua dicunt homines viuere solum secundum animam, & hanc vitam dicunt sufficere ad habendam plene humanam beatitudinē, & implendum naturale desiderium, & non solum dicebant non esse necessariam corporis vniōem ad illam vitam beatam, immo esse contrariam, ita sentit Porphyrius, vt refert Aug. 10. de Ciuitate Dei, scilicet ad hoc, quod anima sit beata, omne corpus fugiendum est. Sed hæc positio diuersa motiua habet. Quidā enim posuerunt omnia corporalia esse a malo Deo, & spiritualia a bono Deo, & non esse idem principium omnium, & quia ad hoc, quod res sit summe perfecta debet ei esse bonum impermixtum malo, sed anima bona est, quia a bono Deo, corpus autem malū, quia a malo Deo: Ideo ad hoc, quod anima perfecta esset, oportebat eam separari a corpore, vt sic esset separata ab omni malo. Etiam quia quælibet res perficitur in suo principio applicando eam ad illud, & principium animarum est Deus bonus, non potest autem applicari ad illum quandiu corpus habet sibi coniunctum, quod malum est, & pertinens ad malum Deum, ideo vt felix sit, fugiendum est omne corpus, & ideo omnes sectę hereticorum, quæ ponunt corporalia a diabolo esse creata, vel formata, sicut Manichei, & similes negant corporum resurrectionem. Sed fundamentum horum absurdum est, quia vnicum est primum rerum omnium vniuersale principium, a quo tā corporalia, quam spiritualia sunt.

Alij dicunt animam per se solā beatam effici posse, quia putant totam naturam hominis in anima consistere, scilicet quod corpus nō sit pars essentialis hominis, sed anima sit ipse homo, corpus autem, neque est homo, neque pars hominis, sed instrumentū anime, quo ipsa vtatur esse dicunt, sicut nauta vtitur nauī intra eam existens, & homo rota, intra quam claudit, & ipse illam per motum suum mouet, & ideo cum rota essentia hominis inueniatur in anima, poterit aia per se existens beatificari, & sic non erit necesse ponere resurrectionem ad beatitudinem hominis. Sed istam positionem destruit Arist. 2. de Anima ostēdēs, q̄ anima vnitur corpori, sicut forma materie, & non sicut instrumentum, aut alio modo. Dicendum, ergo cum in hac vita non eueniat homini naturalis desiderij complementum, & tamen illud non possit frustrari saltem generale, q̄ post hanc vitam sit hō futurus felix, & tū homo non constat ex sola aia, sed ex vitroque, & non pōt constare ex ambobus, nisi reuiantur, ergo est resurrectio, ergo necesse est dari resurrectionem corporum. Item, quia Iob 19. c. clare dicit: Scio, q̄ redemptor meus viuūt, & in nouissimo die de terra surrecturus sim, & rursus circūdabor pelle mea. Et alię multę auctoritates Sacre scripturę hoc ostēdūt.

Item, quia donū Christi maius est, q̄ peccatū Adę, sed mors per peccatum introducta est, ergo donum Christi sufficit ad tollendū penitus mortem, & hoc erit q̄ facta resurrectione iam nemo morietur. Patet hoc ad Ro. 5. ca. per vnum hominem peccatum intravit in hunc mundum, per p̄lū autē mors. De maiortate doni Christi dicitur ibi. si in vnus delictis mors regnauit per

per vnum, multo magis accipiētes abundantiam donationis, & iustitię in vitam regnabit per vnū Iesum Christum. Item membra debent conformari capiti, sed caput nostrum Christus viuūt in eternū in corpore, & anima ad Ro. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, ergo & nos oēs, qui sumus mēbra eius resurgemus, vt viuamus in eternum. Item auctoritates multę noui testamenti illud ostēdunt, vt patet 1. Thessa. 4. & maxime 1. Corin. 15. c. f. Si Christus predicatur, q̄ resurrexit a mortuis, quō quidam dicunt, q̄ resurrectio mortuorum non est, quoniam si resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit, si autem Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, inanis est, & fides nostra, ergo de necessitate fidei est tenere, q̄ sit resurrectio.

Adhuc autem præter rationes suprapositas alię ad hoc inducunt, anima enim se habet ad corpus, vt forma dans esse secundum essentia suā, & est, vt pars, est ergo q̄ naturalem inclinationē anime esse extra corpus, quia pars naturaliter est ad totū, sed quod est q̄ naturam, nunq̄ est perpetuum, quia est, sicut violētū, id anima non poterit in eternum manere a corpore separata, sed aliquādo reuinetur, & hæc erit resurrectio.

Item naturaliter tendit quælibet res in suam perfectionem, & nunq̄ fraudatur tota species sine intento, sed quælibet anima separata manens est aliquid imperfectum cum sit pars, ergo naturaliter desiderat redire ad corpus, & ita aliquando redibit, & illud erit resurgere. Item ex diuina prouidentia debetur malis pēna, & bonis præmiū, sed homines ex corpore, & anima constantes peccant, aut bene agunt, ergo taliter existentes recipient præmiū, aut pēnam, sed in hac vita, neque boni recipiunt præmiū bonorum operum, cū potius e contrario boni, vt communiter affligantur, & calumnias patiantur, mali autem non solum non puniuntur, sed potius ipsi bonos premunt, & honoribus fulgent, & ipsi diuitias obtinent, vt conuenitur ppheta Psal. 72. f. Quod bonus Israel. Et Iob. 21. Ergo oportet dari aliam vitam, in qua homines content ex anima, & corpore, & ibi recipiant retributionem pro bonis, & malis.

Sed aliqui dicunt, q̄ verum est, q̄ resurrectio futura erat, sed non est resurrectio corporum, sed solum animarum, & quia resurgere est de morte ad vitam redire, & anima mortem quandā incurrit, scilicet, q̄ illa ad vitam gratię redierit, dicunt eam resurgere, & de tali suscitatione loquitur Apostolus ad Ephe. 5. c. f. surge, qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, & est illa illuminatio ad tollēdum tenebras mentis, quę sunt tenebrę peccati, & ideo dicunt non futuram esse aliam resurrectionem, quæ sit corporū.

Et isti heretici fuerunt in principio Ecclesię primitiue, & eos redarguit Paulus 2. Timo. 2. c. f. Profana, & vaniloquia deuita, multum enim proficiūt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer serpit, ex quibus est Himeneus, & Philetus, qui a veritate fidei exciderūt, dicentes resurrectionem iam factam esse. Quod non poterat intelligi, nisi de resurrectione spirituale, quia de corporali manifestum est, q̄ nondum facta fuerat, ergo Apostolus manifeste ostendit esse contra veritatem fidei dicere esse resurrectionem spirituale, & negare corporalem.

Item manifestum est, q̄ resurrectio, quā fides asserit sit corporalis, quia Apostolus 1. Corin. 15. dicitur femuratur corpus animale, surgit spirituale. Et rursus ait: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & immortale hoc induere immortalitatem, ergo corpus est, quod resurget.

Item Christus videtur ponere vtranque resurrectionem, id est spirituale, & corporalem Io. 5. cum

ait: Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuunt. Quod videt de spirituali resurrectione intelligendum, quę tūc fieri incipiebat, dum homines per fidem Christo adherēbant, & iustificabantur. Et postmodum corporalē resurrectionem exprimit, dicens: Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, sed in monumentis sunt corpora, ergo illis reuinentur anime, & audient vocem vocantis ad resurrectionem, & iudicium.

Est ergo dicendum, q̄ de necessitate fidei est ponere resurrectionem corporum. Ad primum in contrarium dicendum, q̄ verum est, q̄ non resurget homo, donec atteratur cælum, & tamen ipsam atteretur non quantum ad substantiam, vel mutationem alicuius qualitatis eius, vel diminutionem, aut augmentum, quę est mutatio per intrinsecum, sed atteretur quantum ad effectum virtutis, quam influebat in ista inferiora, secundum quam faciebat ad generationem, & corruptionem horum inferiorum. Et hoc modo dicimus mundum immutari, vel præterire 1. Corin. 7. c. scilicet præterit figura huius mundi, id est non substantia.

Ad secundum dici pōt vno modo, q̄ Christus ostēdit ibi vitam Abraham, & Isaac, & Iacob, non quantum ad animam solum, sed quantum ad corpora, quia nō est anima Abraham ipse Abraham, & idē Christus voluit dicere, q̄ Abraham, & Isaac, & Iacob erāt, vel viuebāt, vt sunt quadam personę, & tamen vita eorum non erat actualis, sed in diuina dispositione, vt dicit Hiero. Vel erat vita eorum in ordine vtriusque partis cuiuslibet eorum ad resurrectionem, & ita non loquitur de resurrectione animarum, sed corporum.

Aliter potest dici, q̄ etiam accipiendo ibi Abraham, Isaac, & Iacob pro animabus eorum insertur inde resurrectio corporalis, quia dato, q̄ Christus probaret ibi Abraham viuere, id est animam eius esse non intendebat hic assistere, sed per hoc volebat probare resurrectionem, ergo resurrectio plus erat, quam vita anime, cum ad resurrectionem præsupponatur vita anime, & ita Christus vult tunc sic arguere: Sadducei negabant resurrectionem, quia præsupponebant animam non manere post corpus, cum negarent omnē spiritum, & si anima non esset spiritus non poterat manere, supposito autem, q̄ anima maneret soluto corpore nulla difficultas erit eis concedere resurrectionem, ideo Christus probat, q̄ anime maneat, & hoc probauit, dicens, q̄ Abraham, & Isaac viuebant postquam mortui erant, scilicet quia eorum anime manebant.

Ad tertium dicendum, q̄ causa præcipua quare resurrectio fiat, est, vt recipiant homines præmia, aut pēnas sufficienter pro eis, quę gesserunt. Cum autem dicitur, q̄ sufficienter poterit recipi bonum, vel malū in anima separata. Dicendum, quod non est verum, & hoc propter duo. Primo, quia argumentum istud innititur falsitati, scilicet quia volunt, quod anima sit operans, & corpus sit instrumentum, & tamen corpus non est instrumentum. Procedit enim hoc ex positione Platonica, quæ habet, quod anima habeat totam naturam speciei, id est ipsa sit homo, corpus autē sit instrumentum, quo illa vtitur. Et tunc verum est, quod non oporteret reuiri ei corpus ad præmiū, quia instrumento, neque debetur pēna, neque præmiū. Secundo supponunt falsum, quia dicunt animam esse operantem bonum, vel malum, & falsum est, quia anima non est suppositum, sed operans suppositum est, hoc autem est homo solus, ergo homo est operans bonum, vel malum, & ita ipse debet recipere præmiū, vel pēnam, & tamen homo non est,

Quo celi atteretur.

est, nisi constans ex anima, & corpore, & hoc non redit postquam dissolutum est, nisi per resurrectionem, ergo resurrectio corporis est necessarii. Et licet premium, & pena sint causa porissima resurrectionis, non resumitur corpus in resurrectione, ut ipsum recipiat penam, vel premium, quia neutrum per se potest, sed ideo resumitur, quia sine illo non potest consistere homo, qui est premiandus, vel puniendus. Cum autem obijcitur, quod anima potest recipere sufficenter penam, & premium. Dicendum quod si loquimur de potestate quantum ad capacitatem, id est quod sit capax totius illius premii, vel poene, quae dari debeant pro bono, vel malo opere, verum est, & tamen non est iustum, quod ei inferatur ista pena, vel premium, quia cum inferatur pro opere, debet inferri operanti, cum peccata, & poene debeant tenere suos actores, sed anima non est operans, ut dictum, ideo non est iustum, quod ipsa recipiat retributionem poene, vel premij. Cum autem dicitur, quod ipsa sola recipit penam purgatoriam pro malis, quae hic gessit homo.

Dicunt aliqui, & hoc est commune dictum, quod poene purgatorij sunt poene peccatorum venialium, ipsa autem venialia non dicuntur peccata simpliciter, sed magis sunt dispositiones quadam peccatorum, id est ad peccandum, & ita poena, quae eis redditur in purgatorio non est simpliciter retributio, sed dispositio quaedam ad vitam eternam, & loco huius poene responderet alia ex parte corporis, scilicet incineratio.

Sed dicendum, quod hoc non stat. Primo, quia poene purgatorij non solum sunt pro peccato veniali, sed etiam pro reliquiis mortalium, & illa sunt peccata, scilicet si satisfactio, quae pro illis non fuit hic expleta. Secundo, quia damnati pro mortalibus damnantur, & tamen animae damnatorum patiuntur nunc poenas apud inferos sine corporibus, & pro peccatis mortalibus. Tertio, quia licet poene purgatorie non sint simpliciter retributio poene, tamen inferni sunt retributio simpliciter, quia post illas nullum aliud malum separatur, & tamen animae sine corporibus existentes, tollerant nunc illas poenas, ergo non fit, quod dictum est de poenis purgatorij, quasi ille non sint retributio.

Quarto, quia sicut se habet poena ad peccatum, ita & premium ad bonum opus, si igitur anima sola non debet recipere retributionem poene pro peccato, neque debet recipere retributionem premij pro virtute, & tamen recipit, quia anima soluta corporibus sunt nunc in vita aeterna, ubi sunt vere felices, & non sunt aliquando habiturae aliud premium, quam quod nunc habent, neque etiam istud erit maius, quam nunc est, quia nullus gradus beatitudinis, vel premij essentialis accrescet animabus in resurrectione, ergo poterit anima separata recipere poenas in retributionem pro peccato, cum premium recipiat pro virtute.

Quinto, quia non videtur facere ad propositum, quod dicitur, quod loco poene, quam patitur anima in purgatorio succedat in corpore ipsa incineratio, nam anima in purgatorio aliquid vere patitur, sicut & in inferno, pro incinerationem autem nihil patitur corpus, ideo non est hoc in corpore loco eius, quod anima patitur.

Sexto, quia si hoc esset in corpore loco poene, esset in illis solis corporibus, quorum animae patiuntur, & tamen corpora omnium etiam sanctorum incinerantur, nisi corpus Christi, quod Deus non dedit videre corruptionem. Psalm. 15. & Act. c. 2. ergo in corpore incineratio non succedit loco poenae, quas anima patitur in purgatorio.

Dicendum ergo, quod non est ista, quae dicta fuit, ca, quare anima sola patiatur in purgatorio, sed causa est, quia anima est susceptiva poene, & nondum habet corpus, ideo ipsa sola patitur. Pro quo sciendum, quod licet

totum esse in anima, quia illa est pars speciei, tamen totum esse hominis inuenitur in anima, neque est aliud esse hominis, quae esse animae. Habet enim hoc speciale anima inter ceteras formas, quae ceterae formae non sunt, sed sunt, id quo res est, & ibi esse est solius compositi, & non alicuius partis, anima autem in quantum magis accedit ad diuinam bonitatem, & naturam intelligentiarum habet esse, & ideo manet post mortem hominis, quod non faciunt aliae formae, quia nulla manet corrupto composito, & tamen si ipsa, dum est in corpore, non habet esse, non haberet illud per separationem, cum per separationem nihil acquirat, sed potius deberet perdere, cum perdat modum, & conditionem naturalem, esse actu partem speciei, & tamen habet post separationem, ergo habet illud dum est in corpore, ex quo sequitur, quod non habeat aliud esse, quod esse a se: nam aliae esse duo esse, sed ab uno esse dicitur unum ens, ergo a duobus dicerentur duo entia, & sic homo non esset unum ens per se, quod falsum est, sed essent duo entia separata, siue duo hypostasies, vel supposita. Item, quia si aliud esset esse hominis, quod esse animae, compositio corporis cum anima esset accidentalis, quia non reciperet corpus esse per esse animae, sed per aliud distinctum ab eo, sed compositio per accidens facit ens per accidens, ideo homo esset ens per accidens, quod falsum est, & ita non est aliud esse hominis, quam esse animae, & ob hoc separata anima a corpore totum esse hominis manet, & idem esse numero, licet non maneat idem ens, quia non manet homo, & tamen operatio debetur propter esse, & operationi bonae, & malae debetur premium, & poena. Ergo cum anima retineat totum esse hominis, qui per illud esse operatus est competet ei premium, & poena, quae per humanis operationibus debentur, & sic non est inconueniens, quod anima recipiat poenam purgatoriam, & etiam poenam inferni, quae grauior est, & datur in retributionem, ut recipiat premium vitae aeternae sine corpore existens, cum ipsa sit habens esse totum humanum, & illud idem, quod habebat, qui operatus est bonum, vel malum, corpus autem separatum ab anima, neque patitur pro peccatis praeteritis, neque premium recipit pro bonis actibus, eo quod nihil sentit, neque percipit, oportet tamen percipere ad premium, & ad poenam. Sed adhuc dato, quod corpus separatum ab anima posset sentire per aliquam aliam vim, & non per vim animae rationalis suae non pateretur quidquam de malo, neque susciperet premium pro bonis, & malis praeteritis. Ratio huius est, quia homo fuit operans, & operabatur, quia erat, ideo non debet puniri, & praemiari, nisi homo, vel id, in quo inuenitur illud esse, quo homo erat cum operabatur, & tamen in anima separata inuenitur totum esse hominis, in corpore autem non inuenitur esse hominis, neque aliquid illius esse, quapropter corpus statim transit ad alteram speciem, ergo corpori etiam sentienti (si esset possibile) non infligeretur poena, neque daretur premium post mortem pro eis, quae homo gessit. Secus autem est de anima, in qua referuatur totum esse hominis. Cum ergo homini directe competat premium, vel poena, quia ipse fuit operans, & anima competat, quia in ea referuatur totum esse hominis, corpori autem separato non competat, quia non referuatur in eo aliquid de esse humano, sequitur, quod quando participauerit esse humanum, participet etiam poenam, vel premium. Et quia per resurrectionem redit corpus ad participationem illius esse per consortium animae, ideo redibit ad consortium poene, & premium. Ex quo sequitur, quod nihil noui, neque praeter rationem fit, quod anima separata a corpore patiatur, aut praemiatur, & corpus tunc, neque praemiatur, neque patiatur. Nam corpus, nequit tunc ipsum

Totum hois esse in anima saluati pot licet non tota essentia.

Separata anima a corpore totum hois esse manet, & idem numero.

Separata anima a corpore totum hois esse manet, & idem numero.

Corpus sine anima non patitur pro malis praeteritis.

Corpus sine anima non patitur pro malis praeteritis.

Animae proprijs sine poena, & premijs directe non pertinet.

Animae proprijs sine poena, & premijs directe non pertinet.

ipsum operans, neque aliquando retinens esse operantis, sed participabatur ei illud esse per consortium animae: ideo quando non pertinuerit ad participationem illius esse non pertinet ad illud poena neque premium, cum autem resumptum fuerit ad illam participationem per consortium animae incipiet rursus pertinere ad poenam, & premium, sed nunquam directe.

Ex quo apparet, quod non sit quasi priuilegium aliud quod corpori, quod non patitur poenam purgatoriam cum anima, aut poenam gehennae cum illa ante iudicium: neque sit ei prauidicium aliquod, quod ante diem iudicij non recipiat gloriam cum anima: cum premium, & poena solum pertineant ad illud consequenter, & per consortium animae, & non directe: & ideo si nunquam rediret ad consortium, nunquam rediret ei poena aut premium, in non solum non sufficeret, sed neque esset debita ei. Et hoc et sequitur, quod incineratio non succedit corpori loco poene purgatoriae quam sustinet anima: quia nulla poena est ei debita: ergo non datur ei incineratio in poenam, sed est conditio naturae: quia separata anima necesse est, quod corpus incineretur, cum non sit aliqua vis conseruans harmoniam illam. Sed dicendum, quod si corpus semper pertineret ad consortium causa: semper pertineret ad illud participatio poenae, & premij. Unde si statim ut homo moritur resurgeret non pateretur anima sola poenas purgatorias: sed homo viuens illas pateretur: etiam non esset aliquo tempore anima separata in poenis inferni, sed homo esset semper ibi. Etiam non esset aliquo tempore anima separata in poenis inferni, sed homo esset semper ibi. Etiam non esset aliquo tempore anima separata in poenis inferni, sed homo esset semper ibi. Etiam non esset aliquo tempore anima separata in poenis inferni, sed homo esset semper ibi.

Pro quo sciendum, quod cum similitudo, & conformitas dicantur comparationem quandam, & non fiat comparatio nisi in vniuocis: non potest esse conformitas aut similitudo inter nos, & Deum, nisi inueniatur aliquid vnum in nobis, & Deo. Si autem Deus se haberet pure aequitudo ad nos, non inueniretur aliquid vnum commune nobis, & illi: neque in nobis, & illo: & ita non essemus ei similes neque conformes: & tamen sumus similes: quia homo est ad similitudinem Dei, & imaginem Genesis 1. cap. ideo aliquid vnum inuenitur in nobis, & Deo: & tamen rursus non inuenitur in nobis, & illo aliquid commune, quod de nobis, & illo aequaliter praedicatur: id est aequo primo, vel aequaliter in vniuocis inueniatur: quia tunc esset homo aequalis Deo in aliquo, quod est absurdum: & tamen est iste propius modus vniuocationis: ideo inter Deum, & Creaturam non est vniuocatio, id est non inuenitur aliquid vniuocum commune Deo, & creaturae. Et rursus non inuenitur aliquid commune Deo, & creaturae quod dicitur de ambobus, & dicitur prius de Deo, & posterius de creatura, sicut dicitur ens de substantia, & accidente, & pertinet ad primum modum Analogiae. Nam tunc esset aliquid Deo simplicius, quod est absurdum. Et patet, quia quod inuenitur in aliquo, & praedicatur de ipso, ut prius, simplicius est quam ipsum, ideo non potest poni aliquid, quod inueniatur in Deo, & in creatura, licet prius sit in Deo quam in creatura sed est aliquid vniuocum in Deo, & creatura non quasi praedicetur

fatigato organo, oportet cessare actum intellectus, sic dicitur Sapi. 9. c. corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena habitatio deprimit sententiam multa cogitationem. Et idem Aristo. vult. scilicet. Ex speculati marcescit animal corrupto quodam interius: quia non fatigantur neque corrumpuntur organa, neque speculando marcescit: cum iam nihil interius corrumpatur.

Ex speculati marcescit ho mo.

Si autem vniatur anima incorruptibili corpori, dicendum quod adhuc ceteris paribus melius est sibi esse coniunctam quam separatam. Quod patet, quia esse secundum naturam est bonum cuiuslibet rei: esse autem contra naturam, vel praeter naturam est male esse: & tamen anima est naturale esse formam corporis, & esse vnitam illi, ut de ei esse per essentiam suam: ergo separatam esse malum est ei. Dixi autem ceteris paribus id est, ut non sit magis beata extra corpus, neque misera quam in eo: sed tantum de miseria, vel beatitudine habeat quantum ei solum naturaliter competere poterat praeter Dei opus, & executionem suae prouidentiae. Nam si anima separata a corpore deberet transferri ad vitam aeternam: manifestum est, quod melius erat ei esse sic semper separatam quam manere in corpore sicut nunc manet. Si tamen anima separata resurgeret consequeretur vitam aeternam: neque incidere in poenas inferni: neque purgatorij melius erat sibi manere coniunctam huic corpori corruptibili, quam manere taliter separatam tam propter desiderium naturale administrandi corpus quam propter magnam differentiam modi intelligendi animarum separataram ab animabus coniunctis, de quibus hic nihil dicitur. Et quia naturale est animae accipere intellectum ex sensu: & cum fuerit separata non habet intellectum multum vniuocalem, & confusum, de qua non est dicere nunc. Cum autem dicitur, quod anima separata est Deo conformior, quia est separata a materia, & est spiritus simplex sicut Deus quam cum esset coniuncta. Dicendum, quod non est Deo conformior.

Pro quo sciendum, quod cum similitudo, & conformitas dicantur comparationem quandam, & non fiat comparatio nisi in vniuocis: non potest esse conformitas aut similitudo inter nos, & Deum, nisi inueniatur aliquid vnum in nobis, & Deo. Si autem Deus se haberet pure aequitudo ad nos, non inueniretur aliquid vnum commune nobis, & illi: neque in nobis, & illo: & ita non essemus ei similes neque conformes: & tamen sumus similes: quia homo est ad similitudinem Dei, & imaginem Genesis 1. cap. ideo aliquid vnum inuenitur in nobis, & Deo: & tamen rursus non inuenitur in nobis, & illo aliquid commune, quod de nobis, & illo aequaliter praedicatur: id est aequo primo, vel aequaliter in vniuocis inueniatur: quia tunc esset homo aequalis Deo in aliquo, quod est absurdum: & tamen est iste propius modus vniuocationis: ideo inter Deum, & Creaturam non est vniuocatio, id est non inuenitur aliquid vniuocum commune Deo, & creaturae. Et rursus non inuenitur aliquid commune Deo, & creaturae quod dicitur de ambobus, & dicitur prius de Deo, & posterius de creatura, sicut dicitur ens de substantia, & accidente, & pertinet ad primum modum Analogiae. Nam tunc esset aliquid Deo simplicius, quod est absurdum. Et patet, quia quod inuenitur in aliquo, & praedicatur de ipso, ut prius, simplicius est quam ipsum, ideo non potest poni aliquid, quod inueniatur in Deo, & in creatura, licet prius sit in Deo quam in creatura sed est aliquid vniuocum in Deo, & creatura non quasi praedicetur

Homo est ad similitudinem Dei.

Ad quartum dicendum, quod anima secundum quid melius est esse separatam a corpore quam coniunctam: & tamen simpliciter melius est ei esse coniunctam quam separatam. Pro quo sciendum quod aut anima coniungitur corpori corruptibili, aut incorruptibili. Si vniatur anima corpori humano incorruptibili omnino est melius ea esse coniunctam quam separatam: quia si melius est animam separatam esse quam coniunctam hoc est propter impedimenta, quae praestantur ei ex parte corporis: sed corpus incorruptibile effectum nulla impedimenta praestat: ergo per omnem modum est melius esse coniunctam quam esse separatam. Quod patet, quia impedimenta praestantur intellectu ex corruptibilitate corporis. Nam

etur de ambobus, vel sit cōe illis, sed quia illud per se cōpetit Deo creaturæ aut solū cōpetit in quantum est à Deo, & hoc non est cōpetere Deo per prius creaturæ posterius, sed competere Deo totaliter, creaturæ autem nullo modo, nisi in quantum à Deo est. Et ita sunt tres modi inueniendi aliquid in pluribus.

Primus est cum inuenitur aliquid æqualiter in pluribus, & ista est propria vniocatio.

Secundus est, quādo inuenitur aliquid in pluribus inæqualiter, id est in quodā prius, & in alio posterius, & iste est primus modus analogiæ accedens magis ad vniocationem, licet non sit vniocatio.

Tertius est, quādo aliquid est in pluribus, & in vno eorum est per se, & totaliter, in alio autem est in quantum ab illo dependet, & iste modus secundus analogiæ, est magis accedens ad æquiuocationem, sed non est æquiuocatio, cum referretur ibi vnitatis, & ista facit, quod possit esse comparatio, & ob hoc inter Deū, & creaturam potest esse conformitas comparatio, & similitudo, quod innuetur in eis aliquid vnum. Et cū dicit Arist. quod in vniocōe est cōparatio accipit vniocōem largē vbiq̄que inuenitur vnum in pluribus, in quo possit esse comparatio, & ideo in omnibus illis tribus modis vnitatis potest esse comparatio, licet primus modus solū est vniocationis duo alij sūt analogiæ.

Hoc supposito dicendum, quod inter Deū, & creaturam est comparatio, & conformitas, sed non penitus secundum rationem vnam, quia non est ibi vnitatis æquiuocationis, sed analogiæ minime: & ita idē, quod est in Deo & creatura nō est æqualiter neq; secundum modum vnum in illis, & ob hoc aliquid est perfectionis in Deo, quod nō est perfectionis in creatura, & aliquid est perfectionis in creatura, quod in Deo non est perfectionis, sed esset imperfectionis si inueniretur ibi. De primo patet, quia simplicitas in Deo est perfectio magna, & tamen in rebus creatis non est aliquid magis bonum, vel perfectum quanto magis accedit ad simplicitatem. Nam omnia creata sunt composita aliquo modo compositionis, scilicet materia, & forma, sicut omnia corporalia ex genere, & differentia, sicut omnia, quæ cadunt in prædicamento, & habent conceptum compositum, & diffiniuntur ex actu, & potentia, sicut omnia, quæ aliquid sunt, & aliquid esse possunt, quod competit omni creaturæ mobili, vel quādiu non perfecta est ex esse, & quidditate, vel essentia. Et ista est minima compositio, & competit omnibus creaturis, quia inuenitur in eis esse receptum, & tamen si non essent composita ex esse, & essentia, non posset eis dari esse, sed esset eis naturale habere esse, & ita non essent creata, & iste modus compositionis, & ex actu, & potentia inuenitur in animabus, & Angelis, quæ sunt maxima entia in rebus creatis, inuenitur autem aliquid in creatis, quod nullam compositionem habet, scilicet materia prima. Non enim ex materia, & forma est cū ipsa sit materia prima, & ideo non habeat formam partem sui, non etiā ex genere, & differentia, quia quæcunque talia sunt in specie, & dicunt conceptum perfectum, & p̄ modum totius, & integri, materia autem semper habet rationem partis, ideo non componitur ex genere, & differentia, & ob hoc ipsa non ponitur directē, & per se impedimento aliquo, & tamen ponitur per se, & directē si esset composita ex genere, & differentia, quia tunc necessario esset in aliqua specie, etiam non est composita ex actu, & potentia cum ipsa sit pura potentia nullum habens actum, etiam non ex esse, & essentia, vel quidditate, quia materia non habet esse, vel subsistere, nisi per formam, quando contrahitur per eam ad compositionem. Nam si esse haberet non

Angeli & alij ex actu, & potentia componuntur.

Materia non ponitur directē in prædicamento.

Effectus compositibilis, vel omnia cōposita essent entia per accidens, & ita patet, quod materia prima non est composita aliquo modo cōpositionis, sed solū est compositibilis cum forma, & quātum ad hoc est simplicior omni creatura, quia nulla est, quæ non sit composita aliquo modo compositionis, & ideo deberet materia prima esse perfectior omnibus entibus, quāsi magis accedens ad diuinam similitudinem, & tamen nihil est magis imperfectum, neque esse potest quam materia prima.

De secundo patet, quia in entibus corporalibus quanto aliquid habet maiorem pluralitatem, & distinctionem realem virtutum, & perfectionum tanto est simpliciter nobilior, & ideo nobiliora sunt mixta elementa, quæ sunt corpora simplicia, & in mixtis quanto magis habet aliquod de distinctione, & pluralitate tanto est perfectius, vt viuientia magis quā non viuientia, & sentientia magis quam non sentientia, & tamen in Deo habere pluralitatem perfectionum, vel virtutum realiter distinctarum esse imperfectionis, quia omnia sunt ibi vnum, & ita magis accedunt vniocōe elementa ad similitudinem Dei propter simplicitatem quam homo, & tamen sunt minus nobilia.

Dicendum ergo, quod perfectio, & nobilitas non accipitur in rebus per accedere ad Deum secundum similitudinem vniocōis, sed proportionis cuiusdam. Et ratio est, quia non inuenitur aliquid vnum vniocōe dictum de Deo, & creatura, sed est aliquid vnum in Deo per se, & totaliter, & illud inuenitur in creatura: non per se, sed secundum, quod illud participat à Deo, & quia quodlibet inuentum in Deo est in eo perfectius quam in creatura, non est attendenda perfectio creaturæ in conformitate ad Deum accipiendo quātum ad omnia vniocōe, sed solum proportionem in quantum illud, quod inuenitur in Deo, & creatura est vnum secundum vnitatem proportionis, in Deo autem est perfectio, secundum quod habet plenitudinem naturæ suæ, ad quam pertinet habere omnem entitatem, & bonitatem, & ideo proportionaliter in ceteris rebus erit quælibet perfectio secundum, quæ attingit complementum naturæ suæ, & tunc quælibet res erit Deo proportionaliter conformior quāto natura suæ magis attigerit complementum, & sic licet in Deo sit perfectio esse immobilem, non erit in rebus creatis perfectio in esse immobiles, quia corpora perfectiora mobilia sunt, & quanto perfectiora tāto magis mobilia, & magis conformantur ista Deo in mobili in quantum sunt mobilia, & si essent immobilia, sicut cordi est naturale moueri, & per motū facit operationem suam, & id magis cōformatur cor Deo, quā mouetur, quam quā non mouetur, quia quā nō mouetur deficit à sua naturali perfectione. Sic etiā quantum ad simplicitatem, quia in Deo est perfectio esse simplicem, in creaturis autem non saltem in corporalibus: Deo enim naturale est habere omnes perfectiones vniocōe, id est, quæ omnia in eo sint vnum, ideo simplicitas conuenit ei, rebus autem creatis competit habere perfectiones non vniocōe, sed distincte, & plurificatiuē, ideo quāto aliqua res est perfectior, tanto est magis plurificata, id est plures distinctiones in se habens, & quanto aliquid magis appropinquat ad vnitatem, & simplicitatem, tanto est minus perfectum, sicut patet de materia prima, vt dictum est, quæ est simplicior inter omnia creata, & nihil est minus perfectum, ita ergo de anima, licet quando separata à corpore est accedens magis ad simplicitatem, non est Deo conformior, cum minus perfectus sit, quando est separata quam cum est coniuncta, eo quod magis accedit ad perfectionē naturæ suæ, est enim ei naturale esse partem hoīs, & ideo esse coniunctā dādo esse corpori;

Nihil est imperfectius materia prima.

Adverte quando res sunt Deos cōformes.

corpore: & ideo non est status vltimus animæ manere separatam. Vnde sequitur, quod perfectio sua est, quæ reuiniatur, & ita erit resurrectio.

Ad quantum dicendum, quod non est simile de vtraque morte. Nam mors corporalis fuit introducta per peccatum Adæ: illud autem fuit expiatum per mortē Christi, & ideo tollitur poena scilicet, vt mors nō maneat semper: peccatum autem mortale, per quod quis excidit à vita gratiæ, & damnatur nō tollitur per mortem Christi: quia post damnationem non recipit redemptionem aliquam: ideo ab illa morte non est reditus ad vitam: & a morte corporali est reditus.

Aliter potest dici, & melius: quod per mortem Christi non fuit ablata poena imposita pro peccato Adæ. Primo patet, quia fuit imposita necessitas moriendi per peccatum Adæ: & illa non tollitur, quia etiam nunc manet nobis illa necessitas. Secundum patet, quia si illa poena est ablata per redemptionem Christi, & ideo fieret resurrectio, sequeretur, quod illi nullo modo participabant redēptionem Christi nō resurgerent: sed infideles non participabant neque participauerūt vnquam fructu passionis Christi: ideo non resurgerent: sed falsum est, quia omnes resurget, vt dicitur sequenti. q. ergo non est verum, quod ideo resurrectio sit quasi fuerimus liberati à poena illa per Christi redemptionem. Sed dicendum, quod hoc sit ex conditione sententiæ: & vtraque completur. Pro peccato enim Adæ indita fuit necessitas moriendi, & ista manet ad literam: sed non fuit impositum, quod moriens nunquam resurgeret: & ideo manente sententiā illa in vigore suo sit resurrectio: pro peccato autē mortali imponitur poena mortis: non quæ simpliciter, sed æterna: sed æternitas mortis repugnat resurrectioni: ergo a tali morte neq; est reditus neq; resurrectio.

An resurrectio erit generaliter omnium hominum, vel aliquorum specialiter. Quæst. CCXIII.

Quæretur an resurrectio erit generaliter omnium hominum, vel aliquorū specialiter.

Aliqui dicunt, quod non resurgent omnes: quia dicitur Psal. i. non resurgent impij in iudicio. i. in die iudicij: sed resurrectio, quæ fiet erit in die iudicij: ergo non resurgent impij: & sic non omnes resurgent.

Secundo quia Dan. i. 2. c. dicitur. Multi de his, qui dormierunt in puluere terræ euigilabunt. sed hæc locutio quādam participationem importat: ergo non resurgent omnes sed quidam.

Tertio patet, quia per resurrectionem conformantur homines Christo resurgenti vnde dicitur, i. Corin. i. 5. c. si Christus resurrexit, & nos resurgemus; sed illi soli debent Christo resurgenti conformari, qui portauerunt eius imaginem, quod solum pertinet ad bonos: ergo soli iusti resurgent.

Quarto quia poena non remittitur nisi ablata culpa, sed mors corporalis est poena peccati originalis, ergo cum non omnibus sit dimissum peccatum originale sicut est de infidelibus, qui nunquam crediderunt neque baptizati sunt, non resurgent omnes.

Quinto patet, quia sicut per gratiam Dei renascimur, ita per eius gratiam resurgemus, sed illi, qui in vteris matris moriuntur nunquā renati fuerūt, quia renasci non potuerunt cum nati non fuerint, ergo non resurgent, & sic non resurgent omnes.

Dicendum quod resurrectio erit generalis, ita vt quicūque homo fuit, & aliquando vixit, & mortuus est debeat resurgere. Et patet primo quia hoc dicitur Io. 5. c. omnes qui in monumentis sunt audient vocē filij Dei, & qui audierint, viuent, ergo omnes mortui resurgent. Secundo quia i. Corin. i. 5. c. dicitur omnes

Alph. Toft. in Matth. Pars V.I.

quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, ergo resurrectio communis est.

Tertio quia causa præcipua resurrectionis posita est præcedenti. q. vt homines recipiāt præmium pro operibus, sed nemo est, qui non debeat recipere poenam vel præmium, siue paruulus, siue adultus, quia adulti ex proprijs actibus habent poenam, vel præmiū, paruuli autem ex fide eis infusa recipiunt præmium, vel ex peccato originali, quod incurrerunt recipiunt poenam: ergo omnibus est necessaria resurrectio.

Quarto quia quādo cūque ratio alicuius proprietatis conuenientis indiuiduo sumitur ex natura speciei, oportet illam inueniri similiter in omnibus indiuiduis eiusdem speciei, tale autem est de resurrectione, quia ex desiderio beatitudinis, quod est totius humanæ speciei, & non potest compleri in hac vita, fuit sumpta vna ratio resurrectionis, & alia ex conditione animæ, quæ est pars, & imperfecta, quando est separata, quæ etiam sumitur ex natura speciei. Etiam quia animam separatam esse à corpore est contra naturam animæ, & ita est quasi violentum, & ideo non durat, sed ista competunt toti speciei equaliter, ergo si aliquis homo resurget, omnis homo resurget. Dato enim aliquo, qui non resurget, manerent omnia inconuenientia in illo, quæ circa omnes homines, si nemo resurgeret, & ita planum est, quod omnes homines resurgent.

Ad primum dicendum vno modo, quod intelligitur de mystica resurrectione. i. quātum ad animam, quia impij nō resurgent in iudicio discussionis consciētiæ, hoc enim esset seipos de peccatis accusare, & illa desistere, quod non faciunt nisi boni, vt exponit Glo. Alio modo intelligitur de impijs, qui sunt infideles, qui non resurgent, vt iudicentur, quia qui nō credit, iam iudicatus est.

Tertio modo potest accipi de iudicio actiue nō resurgent in iudicio. i. ad hoc quod iudicent alios, ad bonos enim pertinet iudicare alios, vt patet supra. i. 9. c. vbi Christus Apostolis promisit sedes iudicarias. Sed adhuc forte aliter intelligitur, vt dicitur in expositione ipsius Psal. i.

Ad secundum dici potest vno modo, quod accipitur. Multi, i. omnes, & sic exponit Augu. & ita aliquando in scriptura pauca ponuntur, & multa significantur, sicut etiam accidit è contrario, & est figura, quæ dicitur Lypote, cū pauca dicimus, & plura significamus.

Secundo potest dici, quod proprie accipitur multi, quia non euigilabunt omnes, differt enim resurgere, & euigilare omnes quidem resurgent, quia omnes reincipient viuere, sed non euigilabunt, quia euigilare significat solui sensus, qui ligati tenebantur per soporem, qui autem non sentient aliquid post resurrectionem dicuntur non euigilare, & ita erit de pueris damnatis pro solo peccato originali, quia nihil mali sentient, quasi sint dormientes, & tamen resurgent, ceteri autem qui aliquid boni, vel mali sentiant post resurrectionem dicuntur resurgere, & euigilare.

Ad tertium dicendum, quod ex resurrectione Christi probatur resurrectio nostra, & nos conformamur ei per resurrectionem, neque resurgunt, nisi qui illius similitudinem portauerunt. Sed Christi similitudine dupliciter gerimus, secundum quod Christus duo habet, in quibus possumus eum imitari. Primum est ipsa veritas naturæ. Secundum est gratiæ plenitudo. Quantum ad primum omnes homines gerunt imaginem Christi, quia in omnibus est veritas humanitatis imagini. Quantum ad secundum gerunt soli boni, & tñ resurrectio pertinet ad conditionē naturæ cū necessitas eius p̄betur ex eis, quæ cōpetit toti speciei, vt oñsum est præced. q. Etiā quæ per resurrectionē non

Christi similitudinē dupliciter gerimus.

K 2 vita

vita gratiæ, sed vita naturalis reparatur: ergo quantum ad omnes, qui gerunt Christi imaginem quantum ad ad nature veritatem erit resurrectio: sed boni cum gerunt imaginem Christi quantum ad gratiam non solum resurgent ad vitam nature: sed etiam ad vitam gloriæ.

Ad quartum dicendum, quod non tollitur poena quandiu peccatum manet: mors autem est poena peccati originalis: ideo non absoluntur a morte, qui in peccato originali manent: imo dicendum quod etiam illi, qui iam exierunt originale peccatum per lauacrum baptismi tolerant poenam illius quia moriuntur: & tamen poena illius est mori: & hanc postquam semel tolerauerint, non habent quid tolerent: sed est aliud mori aliud in morte manere. Primum est poena peccati originalis: secundum autem non. Et ideo quandiu manet peccatum originale detinetur homo in morte, cui detineri non sit poena peccati originalis: & ideo manentes in peccato originali possunt resurgere.

Ad quintum dicendum quod non est simile de resurrectione, & regeneratione, quia renasci pure pertinet ad gratiam gratificantem, & non prouenit ex aliqua nature exigentia: resurrectionem autem ratio naturalis iudicat fieri debere: licet vis nature ad eam non sufficiat, ideo plus terminantur homines ad resurgere quam ad renasci.

Aliter potest dici, quod tam resurrectio quam renasci ex gratia prouenit: sed renasci prouenit ex gratia nobis data per Christum, quæ est gratia singularis. i. cuiuslibet specialiter data, resurrectio autem fit non per gratiam nobis datam, sed per gratiam, quæ facta est, ut Christus naturam nostram susciperet, quia ex hoc conformamur ei in naturalibus, & ideo illi, qui mortui fuerunt in vteris maternis, licet non fuerunt renati per susceptionem gratiæ: tamen resurgent propter conformitatem nature ad Christum, quæ ad conformitatem consecuti sunt in hoc, quod in vteris maternis veritatem humanæ speciei acceperunt. illi ergo resurgent, quia ueri homines fuerunt, & ibi in vtero aliquandiu vixerunt, & ibi quoque mortui sunt.

An resurrectio sit naturalis. Quæstio. CCXXXIII.

Quæretur circa resurrectionem verum resurrectio sit naturalis.

Aliqui dicunt, quod sic, quia id, quod inuenitur in omnibus indiuiduis alicuius speciei est naturale eis. Sic dicit Damascenus (quod communiter in omnibus inspicitur): natura characterizat in his, quæ sub ipsa sunt atom s. i. natura characterizat. i. imprimi, vel designat in omnibus atomis, i. indiuiduis, quæ sub ipsa, i. in omnibus indiuiduis eiusdem speciei, id quod inuenitur communiter in omnibus, sed resurrectio conuenit omnibus indiuiduis humanæ speciei, ut ostensum est precedenti, ergo est resurrectio naturalis.

Secundo quia Grego. in 14. lib. moralium dicit, qui resurrectionis fidem obedientia non credunt certe hanc ex ratione tenere debuerunt. Quid enim quotidie nisi resurrectionem nostram mundus in elementis suis imitatur? & ponit exemplum de luce, quæ quasi moriendo oculis subtrahitur, & rursus quasi resurgendo renouatur: & de arbutis, quæ viriditatem amittunt, & rursus quasi resurgendo reparantur, & de seminibus, quæ putrescendo moriuntur, & rursus germinando quodammodo resurgunt, & eundem modum arguendi ponit Apostolus. 1. Corin. 15. c. scilicet inspicens quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et ita concludit ibi de resurrectione, quod se-

minatur corpus animale, & surget spirituale &c. & ita ex naturalibus rebus deducit resurrectionem: sed nihil potest concludi ex rebus, & operibus naturalibus nisi naturale: ergo resurrectio, quæ ex his colligitur, est naturalis.

Tertio quia illa, quæ sunt præter naturam sunt aliquantulum violenta, & non diu durant: sed vira, quæ reparatur per resurrectionem manet in æternum: ergo est naturalis: & consequenter resurrectio, quæ est motus ad eam est naturalis.

Quarto quia id, ad quod tota nature expectatio maxime tendit, videtur esse naturale: sed resurrectio, & glorificatio sanctorum sunt huiusmodi, ad Ro. 8. c. scilicet. Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc expectans renouationem filiorum Dei: ergo resurrectio est naturalis.

Quinto quia resurrectio est motus quidam ad perpetuam coniunctionem animæ, & corporis: sed motus est naturalis, qui terminatur ad quietem naturalem. 6. Physi. perpetua autem coniunctio corporis, & animæ erit naturalis: quia cum anima sit proprius motor corporis habet corpus sibi proportionatum: & ita etiam in perpetuum est viuificabile ab ipsa, sicut ipsa in perpetuum viuunt: ergo resurrectio erit naturalis.

Dicendum, quod resurrectio non est naturalis, sed miraculosa: nisi accipiatur naturale largè, & secundum quid. Quod patet: quia a priuatione in habitum non est regressus secundum naturam: sed mors est priuatio vite: ergo resurrectio, per quam est reditus ad vitam, non est naturalis, sed miraculosa.

Secundo quia quæcunque sunt vnus speciei, habent vnum modum determinatum originis. Et ratio est, quia cum origo sit via ad esse, & esse sit vnus vnus speciei quod modus originis sit vnus: & ideo animalia, quæ gignuntur ex putrefactione, & quæ gignuntur ex semine nunquam sunt eiusdem speciei, ut ait Commentator. 8. Physi. sed naturalis modus, quo homo oritur est generatio eius ex simili in specie, quod in resurrectione non est: ergo resurrectio non erit naturalis. Considerandum tamen amplius circa hoc, ut videatur, an sit naturalis resurrectio totaliter, vel secundum aliquid, aut nullo modo, quod motus siue actio aliqua se habet tripliciter ad naturam. Primus modus est, quod est aliquis motus, vel actio, cuius neque natura est principium, neque terminus, & talis motus, vel actio non communicat cum natura. Et iste motus, vel actio fit dupliciter. Aliquando à principio totaliter supernaturali sicut est glorificatio corporum: nam si principium est supernaturale non est naturale: & ita est in glorificatione corporum, quia solus Deus hoc facit: qui per se agendo est causa supernaturalis. Etiam ex termino, in quem, patet quia terminus istius motus est gloria corporum, sed gloria non est naturalis corporibus; quia secundum illam accipiunt impassibilitatem, claritatem, agilitatem, subtilitatem, quæ non sunt naturalia corporibus. Aliquando, fit ille motus ab alio principio, qui neque est naturale neque supernaturale, sed violentum, & contra naturam. Sicut patet in motu lapidis ad sursum: nam hic principium non est naturale, sed contra naturam: terminus quoque non est naturalis, quia terminatur motus iste ad quietem violentam. Secundus modus est, quando est motus, vel actio cuius terminus, & principium est natura, sicut in motu lapidis deorsum cum à nullo impellitur: principium enim est ibi natura cum à principio intrinseco fiat: terminus quoque est natura, quia quiescit in loco sibi naturali, scilicet infra in centro. Tertius modus est, quando est motus cuius principium non est natura: & tamen terminus est natura. Et hoc fit dupliciter, vno modo quod principium sit supernaturale, ut

Motus ad naturam se habet tripliciter.

Natura ex duobus dicitur in motu.

Glorificatio corporum nihil habet de naturali, & non est contra naturam.

in illuminatione cæcorum, & curatione paralytico-rum, & ceterorum languidorum à Deo facta: nam principium est ibi supernaturale, sed terminus est naturalis, quia illuminatio cæci terminatur ad visum eius: sed visus aliquid naturale est. Sic & in curatione prædicta languidorum: nam principium est supernaturale: terminus autem est sanitas, quæ est aliquid naturale. Aliquando autem fit hoc per principium, quod non est supernaturale, sed partim artificiale, & partim naturale, ut patet in acceleratione florum, & fructuum. Nam quod cursu nature producit in determinatis temporibus, & mensibus potest per artificium aliquod approximando certo modo res naturales deducere ad esse in paucis horis vel diebus. Nam hic est principium non naturale cum partem fiat talis approximatio, quæ natura facere nescit, neque potest, & acceleratur quod natura non poterat ita breuiter producere: terminus autem est naturalis. s. flores, & fructus, quia illi iisdem flores, & fructus, qui per artificium accelerantur, producerentur secundum naturam, licet in longiori tempore. Quartus modus non potest inueniri. s. quod alicuius motus sit principium natura, & terminus non sit natura: est enim hoc impossibile. Et ratio est, quia principia naturalia sunt ad determinatos effectus diffinita, ultra quos non se possunt extendere: ideo existente à principio naturali necesse est, sequi id, quod exigit illum principium naturale. Est enim impossibile, quod sequatur ex illo principio aliquid, ad quod non se extendat virtus illius principij: sed quidquid est, ad quod se extendit illud principium est naturale: ergo quocunque terminus inducitur per motum à principio naturali factus erit necessario naturalis: & ideo iste modus quartus non potest inueniri: operatio autem, vel motus primi modi non potest dici aliquatenus naturalis, quia nihil de natura, vel naturali habet, cum natura in motu ex duobus dicatur. s. ex principio, & termino, & hic neutrum est naturale: sed vocabitur iste motus aliquando supernaturalis, vel miraculosus: ut si fiat à principio supernaturali, ut dictum est de glorificatione corporum. Aliquando autem vocabitur motus violentus, ut si fiat à principio agente contra naturam, ut in motu lapidis ad sursum: & licet vterque istorum duorum motuum nihil habeat de naturali, quia neque principium neque terminus: tamen vnus vocatur contra naturam, & alius non: glorificatio enim corporum nihil habet de naturali, & tamen non est contra naturam. Et ratio est, quia per illum perficitur natura: & tamen appetitus perfectionis in generali est in omnibus entibus: ideo licet non sit appetitus perfectionis secundum naturam, quia ex principijs speciei non potest deduci ad talē perfectionem: tamen non repugnat nature, sed potius eam meliorem reddit: ideo est verum, quod ille motus nullo modo est naturalis: & tamen non est contra naturam: motus autem lapidis ad sursum non est naturalis, quia nihil habet de naturali. i. neque principium neque terminus, & insuper est contra intentionem nature, & contra perfectionem eius: quia lapis intendit maiore inferius, & perficitur ibi, & conseruatur pro esse loci naturalis: supra autem esse non conuenit suæ perfectioni, sed potius repugnat. Operatio autem vel motus secundum modum est pure, & simpliciter naturalis, quia ex vtroque est naturalis. s. ex principio, & termino, & nihil ultra requirit quod faciat ad esse naturale. Operatio autem, vel motus tertij modi non potest dici simpliciter naturalis: sed solum secundum quid. s. in quantum perducitur ad id, quod est secundum naturam: & tamen non per illud, quod est naturale, vel secundum naturam. Sed dicitur simpliciter miraculosa, vel artificialis, vel aliquantulum violenta. De primo, ut illuminatio cæcorum. De secundo, ut acceleratio florum. De tertio, ut si ab extrinseco impellatur lapis deorsum: non enim poterit vocari

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

iste motus simpliciter naturalis, quia non incipit à principio intrinseco, neque etiam totaliter contra naturam cum passum conferat vim, & terminus motus sit naturalis: & tamē ad violentum simpliciter requiritur, quod principium sit extra, & non conferat passum vim. 3. Ethic. c. 1. Est ergo aliquo modo naturalis, & aliquo modo violentus, vel non naturalis.

De resurrectione dicendum, quod pertinet ad operationem, vel motum tertij modi: nam principium non est ibi naturale, sed diuinum: terminus tamen est naturalis, quia terminatur resurrectio ad vitam, & vita est naturalis homini cum naturaliter etiam vitatur per generationem, & ideo resurrectio non potest vocari naturalis: neque tamen est violenta, neque artificialis, sed est miraculosa.

Circa hoc tamen magis considerandum, quod naturale dicitur, quod est: secundum naturam autem esse dicitur habens naturam, & ea, quæ consequuntur naturam, ut patet. 2. Physi. & ideo motus non potest proprie dici naturalis, nisi eius principium sit natura: quia non habet talis motus ea, quæ consequuntur naturam id est non est secundum illa.

De resurrectione autem dicendum quod non potest natura esse principium eius, quamuis resurrectio terminetur ad vitam, quæ est naturalis. i. poterat aliter haberi naturaliter, ut per generationem. Nullum enim principium resurrectionis potest esse in natura, ideo non est naturalis. Quod patet, quia natura est principium motus eius, in quo est, & hoc vel actiuum, vel passiuum.

Actiuum sicut in motu grauium, & leuium, & in alterationibus animalium. Passiuum, ut patet in generatione corporum simplicium. De primo patet, quia in motu grauium, & leuium natura est principium motus actiuum, quia per grauitatem, & leuitatem mouetur actiuum. i. quia ipsa se mouet. De alterationibus eadem ratio est, quia alteratur animal per qualitatem intrinsecam, ut per calorem, qui in eo est, vel per frigiditatem, & ita ipsum, quod alteratur intra seipsum habet id, per quod alteratur. Et de animalibus ad tollendum corpora simplicia, quia illa potest alterari ab extrinseco, sed non ab intra, quia non habet qualitates contrarias. Iste autem inueniuntur in animalibus, & corporibus mixtis: ideo possunt ista alterari naturaliter actiuum. s. per principia intrinseca.

De secundo patet, quia corpora simplicia habent principium passiuum suæ generationis in se. i. potentiam passiuam. Nam gignit corpus simplex ex simplici: & est generatio naturalis quantum ad hoc, quod est potentia passiuam ad hoc quod gignatur, & correspondet sibi potentia actiuam: passiuum enim principium generationis naturalis est potentia passiuam naturalis, quæ semper habet aliquam potentiam actiuam sibi respondente in natura, ut dicitur. 9. Metaphy. Nam non est potentia passiuam, nisi sit aliqua actiuam, per quam possit passiuam reduci in actum, quia alias esset frustra. Et ideo si passiuam est naturalis, & actiuam naturalis, quia non vocatur aliter naturalis passiuam nisi per actiuam naturalem reducatur in actum, nam alias diceremus, quod esset potentia naturaliter ad aliquid, quod naturaliter fieri non poterat, quod implicat conditionem. Et tamen cum ponatur principium actiuum naturale ad quilibet potentiam passiuam, non differt an sit illa potentia actiuam, vel principium naturaliter actiuum respectu vltimæ perfectionis. i. formæ substantialis sine respectu dispositionis, quæ est necessitas ad formam vltimam, quæ est in generatione hominis. Et hoc dicitur in generatione hominis ubi vltima forma generationis est anima, dispositio ad formam dicitur totalis organizationis ad suscipiendam animam, & secundum fidei positionem, & veritatem nulla actio naturalis sufficit ad productionem animæ rationalis, quia illa non educitur de potentia materiæ, sicut alia: forma materiæ

Ad quem motum pertinet resurrectio

Nam non est principium resurrectionis.

In grauiibus, & leuiibus natura est actiuum principium motus.

Nulla actio naturalis sufficit ad productionem animæ rationalis.

les: & ideo sicut nō est aliqua potentia actiua, vel principium naturale ad productionem animæ: ita non est potentia passiuua naturalis ad suscipiendam animam illam: sed est potentia actiua, ad vltimam dispositionem, quæ est necessitas formæ introducendæ, ad complementam totam organizationem, & dispositionem corporis, ita vt nihil restet, nisi introductio animæ: & vocatur ista necessitas formæ introducendæ: quia data illa dispositione non potest introduci alia forma, nisi anima humana, quia non competit illa dispositio alteri formæ.

Pro quo sciendum quod sic species differunt sicut numeri 10. Metaph. 1. per gradus vel vnitates essentia les: & qualibet forma materialis exigit certam dispositionem factam in materia, sine qua non potest esse illa forma: necesse est, quod sicut differunt inter se formæ gradualiter, ita & distent proportionaliter dispositiones requisitæ ad formas illas materiales: & ideo sicut forma vnius speciei non potest esse forma alterius: ita & dispositio vnius formæ non potest esse dispositio alterius: & ob hoc impossibile est, q̄ vni certæ dispositioni conueniat, nisi vna forma vnius speciei: & aliæ non possunt ei conuenire: & ideo recte illa dispositio vocatur necessitas ad formam, quia existente illa impossibile est formam aliam introduci nisi illam, & necesse est illam introduci. Sed tūc est dicendum, q̄ licet ad animam humanam non sit aliqua potentia naturalis actiua, & consequenter neque aliqua potentia passiuua naturalis ad recipiendum eā: tamen ad necessitatem eius. i. ad dispositionem illam vltimam, quæ est plena organizatio, bene est aliqua potentia actiua, quia sufficit agens naturale ad illam organizationem: & consequenter est potentia passiuua: ad alias aut formas substantiales secundū veritatē philosophiæ bene sufficit agēs naturale: & ideo sicut est potentia actiua ad illas, ita et est potentia passiuua: nā educitur omnes illæ formæ de potentia materiæ; & non oportet esse aliquam aliam actionem ad productionem, & educationem formæ de potentia materiæ vltra illā, quæ catur vltima dispositio, quæ est necessitas ad formam: sed data illa dispositione educitur forma de potentia materiæ: & ita agens naturale producit formam materialem: & consequenter est potentia passiuua respectu formarū substantiāliū, sicut est respectu dispositionū vltimarū. Licet secundū Platonē, & Auicennā et formæ materiales nō sint de potentia materiæ, sed omnes formas substantiales dicunt ab extra provenire sicut animā, & esse à datore formarū: & consequenter poneret esse potentia actiua, & passiuā respectu vltimæ dispositionis, sed nō respectu formarū. Et tñ in hoc nō multum differt, quia quidquid ponatur, hoc saltem notū est, q̄ tantū se extēdit potentia actiua naturalis, quā tum passiuua naturalis: & ideo vel ambæ sunt ad formā, vel ambæ ad necessitatē formæ. i. dispositionē vltimā. De resurrectione autem dicendū, q̄ nullū principium resurrectionis est in natura, neq; respectu coniunctionis animæ, & corporis, q̄ est quasi forma intētata per resurrectionē: neque respectu dispositionis vltimæ, quæ est necessitas ad talē coniunctionē. Et ratio est, quia talis dispositio nō potest induci a natura, nisi determinato modo. s. per viā generationis ex femine. Alius autem modus nō est, q̄ patet, quia nullus homo potest produci naturaliter ad esse, nisi sit: & tñ in resurrectione fit vnio principiorū, & vita sequitur: sicut in generatione vniantur principia, & sequitur vita: ergo talis dispositio qualis in resurrectione fit in corpore, nō poterat fieri naturaliter nisi per viam generationis ex femine: & ita nullum principium actiuum est in natura, quod possit facere vnionem, vel coniunctionem animæ, & corporis: sic

neque etiam dispositionem vltimam corporis, secundum quā sit apertum vt anima sibi immediate vniantur, & consequenter neque est potentia passiuua ad talē vnionē naturalis: & ita resurrectio non poterit esse motus naturalis: vnde etiā si ponatur aliqua potentia passiuua ex parte corporis, seu et inclinatio quæcunq; ad animæ coniunctionem, non est talis, quæ sufficiat ad rationē motus naturalis, quia neque est ibi principium actiuum naturale, neque passiuū: ideo simpliciter loquendo resurrectio est miraculosa, & non naturalis, nisi secundum quid vt declaratum est.

Ad primum dicendum, q̄ dictum Damasceni intelligitur de illis, quæ inueniuntur in omnibus indiuiduis alicuius speciei, & sunt causata ex principijs naturæ: nam si diuina operatione, aut per accidens contineretur, q̄ omnes homines dealbarentur, aut congregarentur in vno loco, non esset naturale homini esse album, aut esse omnes simul. Sic autem est de resurrectione, q̄ licet omnibus indiuiduis humanis competat resurgere, non competit eis ex cōditione naturali sed diuina voluntate & potestate: ideo resurrectio non est motus naturalis.

Ad secundum dicendum, q̄ ex rationibus aut similitudinibus naturalibus non potest concludi aliquid, nisi naturali demonstratione vel per necessitatem. & tñ suaforiē potest aliquid supernaturale manifestari ex rationibus vel similitudinibus naturalibus. Et hoc quia res, quæ sunt secundum naturam habent similitudinem aliquam illarum rerum, quæ sunt supra naturam, & representant illas, sicut vnio corporis ad animam representat vnionem spiritus ad Deum per gloriam: & ita rationes adductæ ex naturalibus à Gregorio ad ostendendum resurrectionem non probant, sed adminiculantur vel suadent.

Ad tertium dicendū, q̄ illa ratio tenet de illis, quæ sunt contra naturam, nam de violento dicitur, quod non est perpetuū: secus autem de illis, quæ sunt præter naturam, sed non contra: resurrectio autem non est naturalis, quia non sunt principium, & terminus eius naturalia: & tamen non est contra naturam, sed potius naturam perficit. Circa quod possunt assignari quatuor gradus: quædam enim sunt contra naturam, alia sunt nullo modo naturalia, & tamen nō sunt contra naturam: alia sunt non naturalia simpliciter, & tñ secundum quid vult vel pnt dici naturalia: alia sunt pure naturalia. Prima sunt, in quibus neque principium motus, neq; terminus sunt naturalia: & insuper est motus ille contra inclinationē patientis: & hoc vocamus violentum, quia passio nō confert vim. 3. Ethic. c. 1. Secūda sunt, in quibus neque principium neq; terminus motus sunt naturalia: & ideo ipsa nullo modo sunt naturalia: & tñ non sunt contra inclinationem naturæ: immo potius naturam perficiunt, & ita est gloriificatio corporum: nā ibi neque principium neque terminus sunt natura: & tñ quia natura magis perficitur cū corpus gloriificatur, non est motus gloriificationis corporum violentus, licet non sit aliquo modo naturalis. Tertia sunt quæ habent aliquid secundū naturā, & aliquid non. s. habent terminum naturæ, sed non est principium: sicut est illuminatio cecorum, & resurrectio mortuorum, vt supra dictum est, & talia simpliciter vocantur non naturalia, vel miraculosa: & tamen secundum quid possunt vocari naturalia: & tñ illud nō sufficit ad vocandū ea naturalia. Quarta sunt omnia, quæ habent tā principium quā terminum secundū naturā, vt omnes alterationes corporis, siue ab intrinseco, siue ab extrinseco factis per alia agentia naturalia. De primis dicēdū q̄ nō pnt diu manere, quia nō solum nō sunt naturalia, sed etiā sunt violenta. Et ratio non permanendi est, quia cum in eis fiat

Quatuor gradus potentiarum.

contra

contra inclinationem patientis resistet illud, & succubet aliquando id, quod violentat illud. De secundis & tertijs dicēdū, q̄ licet nō sint naturalia sunt permanentia, eo quod non est in eis aliquid contra naturā, sed potius natura perficitur per illa: imo dicendum q̄ magis illa manent saltem in exemplis datis quā naturalia, quia in naturalibus est aliqua contrarietas, vel intrinseca, vel ab extra, secundum quam contrarietatem sit actio, & corruptio: gloriificatio autem corporum & resurrectio quæ pertinet ad secundum, & tertium modum non relinquunt contrarietatem in statu, in quo sit actio: ideo cum a contrarietate fiat corruptio, potius sunt permanentia ea, quæ, sic se habent non naturaliter quam ea, quæ pure naturaliter se habent: & ideo licet resurrectio non sit naturalis, ipsa vnio corporis & animæ causata per resurrectionem manebit in æternum.

Ad quartum dicendum, q̄ licet tota naturæ expectatio sit ad rationem non est resurrectio naturalis, sed est vltimū naturæ, ad quod ipsa non peruenit per se, sed per actionem alicuius agentis nō naturalis. Accipitur enim naturale strictè vt dictum est. s. id, cuius principium, & terminus natura sunt: & hoc quā tum ad motus. De rebus autem dicimus, quod naturales sunt, quia habent naturam, & ea quæ consequuntur naturam: & quia resurrectio accipitur vt motus, vel operatio, & non habet naturam pro principio & termino non est naturalis, & tamen nihilominus est expectatio totius naturæ: imo sic resurrectio esset aliquid naturale totius naturæ. Et ratio est, quia id, quod naturale est, ex principijs naturalibus habetur: maius autem bonum est, quod non potest haberi ex viribus naturæ, sed per aliquod superius habetur quā id, quod habetur ex solis viribus naturæ: & ideo specialiter pertinet hoc ad naturā humanam propter suam excellentiam: cetera enim propter minorem gradū perfectionis suæ possunt peruenire ad vltimam perfectionem suā per id, quod in eis est, & non indigent alieno adiutorio. Tautæ autem perfectionis est bonū humanum. i. finis, q̄ ad illud nō potest peruenire homo ex seipso, sed per operationem causæ superioris peruenit. Tota enim operatio naturæ humanæ est sub operatione diuina, sicut operatio inferioris artis est sub operatione superioris. Vnde sicut omnis operatio inferioris artis expectat aliquem finē, ad quem nō peruenit nisi operatione artis superioris inducētis formam, vel vtenis artificio facta, sicut fræno fit à frænificiua, & fit ad vsum equitandi: & tamen iste finis equitandi non inducitur per frænificiuiam, sed ipsa expectat eū a superiore. i. ab equestri, quæ vitur fræno facta. Vel sicut qui disponit partes domus est artifex manualis, & facit ad finem domus, & tamen non facit ipse illum finem, sed expectat illum ab architectonica, quæ inducit formam domus: ita ad finem vltimum, ad quem tendit tota expectatio naturæ humanæ, non potest perueniri opere humano, sed superioris causæ scilicet Dei. resurrectio ergo non est naturalis, sed fit a Deo.

Ad quantum dicendum, q̄ licet resurrectio terminetur ad coniunctionem corporis, & animæ, quæ est quies naturalis, non est motus naturalis: nō enim cōuertitur ista. s. omnis motus, qui terminatur ad quietem violentā est non naturalis: ergo omnis motus, q̄ terminatur ad quietē naturā est naturalis, quia plura requiruntur ad constituendā rem aliquam quā ad destruendū eā: nam sufficit ad destruendū defectus vnius principij essentialis: & tamē ad cōstituendū nō sufficit assistentia, vel cōcurfus vnius aut paucorum, sed requiritur cōcurfus omnium, quæ faciunt ad esse: facere aut moti non esse naturalē est destruere il-

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

lum ab aliquo modo vel gradu essendi: ideo sufficit, quod aliquid de naturalibus deficiat. scilicet q̄ nō sit quies naturalis, vel non sit terminus natura. Facere autem motum esse naturalem est constituere ipsam in aliquo modo essendi: & ideo requiritur ad illud cōcurfus omnium, quæ sunt ad esse motum naturalem: & ad illum necesse est tam principium quā terminū esse naturā. Vbi ergo deficit principium, licet sit terminus non est motus naturalis, & quia resurrectio principium non est naturale, vt ostensum est supra, et si terminus sit natura, & consequenter quies naturalis, non est resurrectio motus naturalis.

An Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis. Questio. CCXXV.

Quæretur nunc de resurrectione nostra per comparisonem ad causam efficientem, & primo quantum ad resurrectionem Christi scilicet an resurrectio Christi sit causa resurrectionis nostræ.

Aliqui dicunt, quod nō, quia posita causa sequitur effectus: sed posita resurrectione Christi non fuit statim secuta resurrectio aliorum mortuorum: ergo resurrectio Christi non est causa nostræ resurrectionis.

Secundò quia cum effectus recipiat esse a causa non potest esse nisi præcesserit causa: ergo si resurrectio Christi esset causa resurrectionis mortuorum non posset esse resurrectio mortuorum, nisi Christus resurgeret: & tamen etiam si Christus non resurgeret, neque moreretur, erat Deo possibilis alius modus, quo liberaret homines a peccato & suscitaret a morte: ergo resurrectio Christi non est causa nostræ resurrectionis.

Tertiò quia nūquā effectus præcedit ad causam: quia aliud haberet esse a non ente, vel saltem non a causa: & ita causa non esset causa, cum nō daret esse: ergo si resurrectio Christi esset causa resurrectionis mortuorum, non posset aliquis resurgere ante Christum: & tamen multi surrexerunt ante Christum scilicet illi, quos ipse viuens suscitauit, vt filia archifynagogi. supra. 9. & Mar. 5. & adolescens filius viduæ, in Naim. Luc. 7. c. & Lazarus in Bethania. Io. 11. c. & alij multo tempore ante Christi aduentum surrexerunt, vt filius viduæ Sareptanæ, quem suscitauit Helias. 3. Reg. 17. c. & filius Sunamitis, quem Heliseus suscitauit. 4. Reg. 4. c. & mortuus, q̄ reuixit tactis ossibus Helisei. 4. Reg. 13. c. ergo non est resurrectio Christi causa resurrectionis mortuorum.

Quartò quia eadē est causa vnius proprietatis, vel effectus in tota specie, sed resurrectio est communis omnibus de specie humana. ergo eadem est causa omnium suscitationum: sed resurrectio Christi est resurrectio hominis, & illa non est causa sui ipsius: ergo non est causa omnium suscitationum humanarum, neque alicuius earum: quia idem est causa vnius, & omnium in eadem specie.

Quintò quia in effectu relinquitur semper aliqua similitudo causæ, cū effectus recipiat esse a causa, & cū non sit identitas erit saltē similitudo: & tñ resurrectio quorundā est, quæ nullā similitudinē habet ad resurrectionē Christi, vt resurrectio malorum: ergo resurrectio Christi non erit causa resurrectionis illorū.

Dicēdū quod oportet poni resurrectionē Christi esse causam resurrectionis mortuorum aliquo modo: quia illud, quod est primum in quolibet genere est causa eorum omnium, quæ post ea sunt. 2. Metaph. & tñ Christus ratione corporalis resurrectionis dicitur primitiæ dormientium. 1. Cor. 15. & dicitur primitiæ mortuorum Apo. 1. c. ergo resurrectio Christi est causa resurrectionis mortuorum.

K 4 Secundò,

Secundo, quia resurrectio Christi magis conuenit cum nostra resurrectione corporali quam cum resurrectioe spirituali, quæ est per iustificationem, quæ resurrectio corporalis Christi, & nostra uniuocantur: utraq; enim est resurrectio hois, & reuio aie, & corporis, & utraque miraculosa, & tñ resurrectio Christi corporalis est causa nostræ iustificationis, quæ est spiritalis resurrectioem nostram. ergo est causa nra resurrectiois corporalis, à fortiori resurrectio Christi.

Christus dicit mediator Dei, & hominū, sōne humanæ nature, & non diuini.

Circa hoc considerandum, quod Christus dicit mediator Dei, & hominum, non quia homo est, quia humanitatem accepit: nam sicut Deus extremum est, ita & homo est extremum, sed Christus ratione humanitatis est mediator, id est, quia cum esset Deus ab æterno accepit humanitatem, quæ non erat sibi naturalis, & factus est uerus homo factus est mediator Dei, & hominum, i. suppositum, uel per sōne media inter istas duas naturas, nam Deus absolute sumendo solum habet diuinitatem, homo autem humanitatem, Christus uero utrunque.

Sed tunc dicitur, quare potius per humanitatem dicitur mediator quam per Deitatem, cum utrunque sit extremum. Dicendum, quod uerum est, & tñ Christus est mediator, quia utrunq; habet. quid autem fuit causa accipiendi utrunque, est dicendum, quod humanitas. Nam Christus naturaliter, & ab æterno erat Deus, & quando diu erat solum Deus, erat extremum, ex tpe autem, & uoluntarie factus est homo, ideo per assumptionem naturæ humanæ factus est mediator, & non per naturam diuinam, nam quoniam habuit naturam diuinam, quod fuit per æternam generationem à patre, nondum erat mediator, cum autem habuit naturam humanam statim fuit mediator: ergo ratione humanæ naturæ dicitur Christus mediator, esset autem e contrario si aliquis, qui semper fuisset homo, inciperet esse Deus, ita quod humanitas assumeret Deitatem diceret ille mediator Dei, & hominum per naturam diuinam (hoc tñ si posset humana natura assumere diuinam, quod non est possibile) est ergo Christus mediator Dei, & hominum est ratione humanæ naturæ, & non diuinæ. Ex quo sequitur, quod cum ab extremis ad extrema non fiat defluxus, nisi per media, quod omnia diuina dona, quæ à Deo homines descendunt propeniunt, uel deripiunt mediante Christi humanitate, sed resurrectio nostra puenit ex dono diuino, i. per humanitatem Christi descendit, & sicut à morte corporali non possumus liberari, nisi per gratiæ donum diuinitus datū, ita neq; à morte corporali, nisi per resurrectionem diuina uirtute factam, & ideo sicut Christus primitias gratiæ suscepit, quia datus est ei spiritus, & non ad mensuram, & gratia eius est causa nostræ gratiæ, quia de plenitudine eius omnes accepimus gratiam Io. 1. ca. Ita & in ipso inchoata est resurrectio, & sua resurrectio erit causa nostræ resurrectiois, sicut gratia sua est causa nra græ: Nam sicut in gratia Christus habet primitias, ita & in resurrectione. Ipse. n. dicitur primitias dormientium, i. resurgentium de dormientibus. Est enim Christus causa nostræ resurrectiois per oem modum, quod resurrectio habet aliquam causam, nam Christus in quantum Deus est causa æquiuoca resurrectiois nostræ, quia homo resurgens non est similis Deo in natura: Christus autem in quantum Deus, & homo est causa uniuoca agens producit effectum in similitudine sue forme, & ideo non est solum causa efficiens, sed etiam exemplaris respectu illius effectus. Et quia causa exemplaris hêt similitudinem in forma ad rem exemplarem, ista autem similitudo attenditur dupliciter: quandoque enim forma, per quam attenditur similitudo

Gratia Christi nra græ causa est.

agentis ad effectum est directè principium actionis, qua producit ille effectus, sicut calor in igne calefaciente: nam calor in igne calefaciente est causa exemplaris, & causa efficiens caloris producti in re calefacta, quia calor in re calefacta similatur calori in re calefaciente, & est calor ignis directè principium, quo producit calor in re calefacta: quandoque autem forma illa, sicut quam attenditur similitudo, non est principium primo, & per se illius actionis, qua effectus producit, sed principium illius forme est directè principium, quo per se producit effectus, sicut si homo albus generet hominem album, albedo generatis non est principium generationis albedinis geniti actiue: & tñ albedo generantis dicitur causa albedinis generati, quia principia albedinis in generante sunt principia facientia albedinem in quantum, s. frigiditas, quæ facit hominem album simul cum alijs dispositionibus facit, quod genitus ex femine illius sit albus in quantum eadem principia transmittuntur ad generatum. Ita ergo de resurrectione Christi dicendum est, quod est causa nostræ resurrectiois, non quidem primo modo, sicut calor ignis est causa caloris generato, & est directè principium actionis illius, sed sicut homo albus gignit hominem album, s. quod licet ipsa resurrectio Christi non suscitaret nos, uel non sit principium, quo nos suscitamur, ipsum tamen quod in Christo est, quod est causa uniuoca nostræ resurrectiois, agit ad nram resurrectioem, s. uirtus diuinitatis Christi, quæ est communis ei, & patri, & fuit illa uirtus et causa resurrectiois Christi. Sic dicitur ad Roman. 8. qui suscitauit Iesum a mortuis uiuificauit mortalia corpora nostra, & tamen aliqui dicunt, quod ipsa resurrectio Christi uirtute diuinitatis adiuncte est causa quasi instrumentalis nostræ resurrectiois, sicut Christi humanitas erat quasi organum operationum Deitatis eius in carne sua, ut dicit Damascenus: & tñ melius dicitur, quod sit causa exemplaris, uel efficiens modo supra posito, & est causa ad inferendum. Ita enim arguit Apostolus. 1. Corin. 15. si Christus resurrexerit, & nos resurgemus.

Ad primum dicendum, quod posita causa, ponitur statim effectus, si sit causa sufficiens, & quia in Deo non potest poni aliquid insufficientis, necesse est dici, quod aut resurrectio Christi nullo modo sit causa nostræ resurrectiois, aut est causa sufficiens, & ita deberet producere effectum suum. Sed adhuc dicendum, quod hoc non tenet, nisi de effectu immediato, nam quantumlibet sit aliqua sufficiens, non potest producere statim suum effectum ultimum, uel totalem: sed immediatum, sicut calor producit in calefactibili effectus ignis: & tamen quantumcunque sit aliquis calor intensus ignis, non producit statim post applicationem calorem in re, cui applicatur, sed per successionem: & tamen statim mouet ad generationem caloris alterado, id est quod nullo tempore, uel instans dat post applicationem ignis ad rem, in quo non moueat ad caloris generationem, & ita mouere ad calorem est effectus caloris, uel ignis immediatus, & hunc statim facit, non autem producere calorem, eo quod calor est effectus ignis mediante motu: motus autem effectus eius immediatus, quia calorem causat ignis per motum, sed motus non fit per aliquid aliud medium, sed per seipsum. Sic autem de resurrectione Christi. Non est. n. ipsa causa resurrectiois nra per se, quia ipsa non facit nram resurrectioem, sed mediante principio suo, id est ipsius resurrectiois Christi, cuius fuit principium uirtus diuina, & est principium nostræ resurrectiois, in quantum facit resurrectioem nostram, & similitudinem resurrectiois Christi, uirtus autem diuina operatur mediante uoluntate, quæ est causa immediata effectui, & ideo non oportet, quod statim post resurrectionem Christi fuerit secuta resurrectio hominum, sed statim, ut diuina uoluntas uoluerit, oportet quod fiat.

Quo intelligit, quod posita causa ponitur effectus.

oportet, quod statim post resurrectionem Christi fuerit secuta resurrectio hominum, sed statim, ut diuina uoluntas uoluerit, oportet quod fiat.

Ad secundum dicendum, quod in causis, quæ sunt causa per necessitatem est uerum, quod non potest esse effectus alio modo, nisi causa præcedat, secus in uoluntarijs causis, quia quod uno modo causatur potest etiam causari alio. de uirtute diuina, ita est, quod non est causa agens per necessitatem, & non alligatur causis secundis, quin possit effectum producere immediate non existentibus illis causis secundis, sicut possit hominem producere sine homine, & generationem omnium inferiorum sine motu celi, & tamen secundum ordinem iam à Deo constitutum motus corporum celestium est causa omnium generationum rerum inferiorum. similiter secundum ordinem, quem diuina prouidentia in inferioribus constituit modus, & ordo liberationis nostræ a peccato est per mortem Christi, & resurrectio Christi causa nostræ resurrectiois, potuit tamen instituisse alium modum liberationis à peccato sine passione Christi, & aliam causam resurrectiois nostræ, & tunc resurrectio Christi non esset causa nostræ resurrectiois.

Ad tertium dicendum, quod uerum est, quod causa semper præcedit effectum, & ita etiam hic: nam resurrectio Christi non est per se principium resurrectiois alicuius, sed per principium, quod in Christo est, & illud est uirtus diuina: & resurrectio dicitur causa nostræ resurrectiois, in quantum nostra est ad similitudinem illius, & est illa coniuncta principio resurrectiois, & tunc uerum est, quod uirtus diuina fuit causa omnium suscitationum, quas Christus fecit, & earum, quas Elias, & Elifæus fecerunt, & illa fuit uirtus Christi, quæ est eadem in eo, & patre. maxime quia Christus ab æterno est, ut colligitur ad Hebræ. 1. 3. ca. ideo causa resurrectiois, quæ est coniuncta resurrectioi Christi fuit ante omnes illas suscitationes. Aliter potest dici, quod intelligitur resurrectio nostra de resurrectioe generali, & ad hanc causam tempore præcedit resurrectio Christi, & sic potest ipse uocari primogenitus mortuorum (ut quidam uolunt) sed melius dicitur, quod est primogenitus morientium non tpe, sed dignitate. Ad quartum dicendum, quod resurrectio Christi est causa nostræ resurrectiois, & omnium suscitationum, & tñ non est causa suiipsius. Arguendum autem tenet, quando omnia, quæ sunt in una specie, habent eundem ordinem ad aliquem effectum in eis producibilem quantum ad omnia individua eiusdem speciei, sicut album fieri, uel calidum, quia omnia individua æqualiter se habent ad hæc, & ideo una, & eadē causa est, secundum quam omnes homines calefiunt, uel omnes homines dealbantur, secus autem est de resurrectioe Christi, & nostra, quia humanitas Christi est proximior uirtuti diuinæ, quæ est causa omnis resurrectiois omnium, & est prior causa resurrectiois nostræ quam humanitas Christi, & ob hoc uirtus illa est immediata causa resurrectiois Christi, sed resurrectiois nostræ non est causa immediata uirtus diuina, sed mediante Christo homine resurgente, uel resurrectioe sua, & ideo licet resurrectio Christi sit causa resurrectioem omnium, non est causa suiipsius.

Virtus diuina est causa omnis resurrectiois.

Ad quintum dicendum, quod in effectu relinquitur semper aliquid de uirtute animæ, s. de efficiente, quæ est per se, & directè principium actionis. Resurrectio autem Christi non est per se efficiens resurrectioem nostram, sed solum, sicut albedo generans albedinem generati, & ideo non oportet, quod resurrectio habeat aliquid de similitudine resurrectiois Christi. Aliter potest dici, quod cuiuscunque causæ non penitus æqui-

uocæ relinquitur similitudo aliqua in cōto, & ita est quantum ad malos resurgentes relinquitur in eis aliqua similitudo Christi resurgentis. Nam sicut omnes mali conformantur Christo in ueritate nature humanæ, sicut & boni, ita & in resurrectioe conformantur Christo, quia sicut per resurrectioem rediit ad esse hominem, quod non fuerat in triduo mortis, ita & omnes tam boni quam mali per resurrectioem redeunt ad esse homines, qui prius fuerant, & quia per resurrectioem datur uita immortalitatis, & mortalitas, & immortalitas pertinent ad esse corporale, sicut fuerant mali similes Christo in ueritate nature, ita & recipient immortalitatem, quæ est conditio resurgentium ex parte corporis, & nature, boni autem, sicut hic fuerunt Christo magis similes, s. secundum esse nature, & gloriæ, ita ibi erunt ei magis conformes, s. in eis, quæ sunt nature, & gloriæ.

An vox tubæ, quæ audivitur in resurrectione, sit causa nostræ resurrectiois. Quest. CCXXVI.

Quæretur, ulterius de uoce tubæ, quæ audivitur in resurrectione, an sit causa resurrectiois nostræ. Aliqui dicunt, quod non, quia dicitur Damasceno de resurrectioe nostram futuram Dei uoluntate, & uirtute, & nutu: ergo cum ista ponatur esse causa sufficiens resurrectiois nostræ non oportet poni uocem tubæ esse causam. Secundo, quia si uox ibi esset, frustra esset: frustra enim uox emittitur ad eum, qui audire non potest, sed mortui non habebunt auditum, ergo frustra suscitabitur aliqua uox ad suscitandum eos. Tertio quia si uox aliqua esset causa resurrectiois, uel conferret aliquo modo ad eam, non poterat esse, nisi per uirtutem deitatis uoci datam, unde super illud Psal. 67. f. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis: dicitur Glo. id est uirtutem suscitandi corpora, sed ex quo datur potentia alicui rei, etiam si miraculose datur, illa res operatur naturaliter per illam potentiam, sicut patet in cæcis supernaturaliter illuminatis, quia postea non uident miraculose, sed naturaliter, ergo si uox esset causa resurrectiois fieret resurrectio naturaliter, uel esset naturalis quod falsum est. Dicendum, quod uox tubæ aliquo modo agere asseritur ad resurrectioem. primo quia 1. Thessa. 4. ca. dicitur, quod dominus in tuba descendet de celo, & mortui, qui in Christo sunt resurgent primi, & tamen tuba non ponetur ibi, nisi aliquid conferret ad resurrectioem, ergo confert, Secundo quia 1o. 5. ca. dicitur, quod qui in monumentis sunt audient uocem filij Dei, & qui audierint uocem, & ita uidetur, quod illa uox ad uitam agit, quam intendit resurrectio, sed illa uox est, quæ dicitur tubæ, ergo uox tubæ agit ad resurrectioem. Circa hoc tamen dicendum, quod aut accipitur agere ad resurrectioem strictè, aut largè. Si primo modo nihil agit ad resurrectioem, nisi diuina uirtus, quæ illam causat: nam resurgere proprie est reuiri formaliter animam corporis, per quod est uita, & istud est miraculum, sed miraculum non potest fieri, nisi immediate à Deo, ideo ad resurrectioem sic non agit uox illa. Accipiendo autem largè agere ad resurrectioem, prout est agere ad quosdam apparatus, uel solemnitatem resurrectiois poterit agere uox tubæ. Sed circa hoc considerandum, quod adhuc est dubium quid sit tuba illa, & uox tubæ, & ideo secundum hoc, quod diuersimode accipitur potest dici de illa uoce, quod agat ad resurrectioem, uel non in generali. Tamen potest dici, quod uox illa quidquid sit, agat aliquid ad resurrectioem, quia operatur causam effectui aliquo modo coniungi, quia mouens, & motum, faciens & factum sunt simul 7. Physi. sed in resurrectioe nostra Christus

Deus,

Deus, & homo est causa vnioca, vel quasi, ideo videtur, q̄ in resurrectione nostra corporali Christus vteretur aliquo signo corporali, & istud signum dicunt esse tubam.

Sed tunc dicunt aliqui, quòd ista vox tubæ erit vox Christi ad litteram resurrectionem imperantis.

Alij dicunt, q̄ nihil aliud erit, nisi quadam presentatio euidens filij Dei in mundo, de qua infra 24. c. f. Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet in Occidente ita erit aduentus filij hominis, s̄p̄ ita apparebit Christus subito toti mundo cū venerit ad iudicandum, sicut cum fulgur apparet, quia subito, & quasi semel videtur in Oriente, & Occidente. Item isti nituntur auctoritate Gregorij: dicit enim, q̄ tubam sonare nihil aliud est quam mundo, vt iudicem filium Dei demonstrare, & tūc ipsa apparitio filij Dei vocatur vox, quia ei apparenti obediēt tota natura ad corporum suscitationem, sicut imperanti. Et ita apparitio eius in quantum habet vim cuiusdam imperij dicitur vox eius. Sed magis videtur dicendū, q̄ sit vere vox Christi vocantis mortuos ad resurrectionem, vel iubentis eis resurgere, & hoc est conuenienter dictum. Primo quia ita solet Christus iubere rebus, vt faciāt aliquid, & obediunt ei. sic patet supra 8. c. vbi Christus imperauit mari, & ventis, & quiesuerunt. Ita & nunc mortuis mandabit, q̄ resurgant, & resurgent. Secūdo, quia q̄n Christus veniet ad iudicium, & suscitationem hominum veniet in iussu 1. Thessa. 4. c. ergo veniet iubēdo, sed iussio fiet in voce: ergo erit tunc vox eius. Tertio patet, quia cum dicitur, q̄ erit tunc vox tubæ, & potest saluari secundum proprietatem litteræ, melius est, q̄ sic accipiat, quam q̄ aliter exponatur, & tūc sic potest stare, vt dictum est, ergo melius est sic exponi quam accipi pro apparitione, quā faciebat toti mundo, licet illud satis teneri potest. Quarto & efficacius, quia Io. 5. c. d̄ expresse, q̄ omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent: ergo realiter erit ibi aliqua vox Christi. Ista vox aliq̄n vocatur clamor, aliquando vox: aliq̄n tuba. De primo infra 25. c. Media nocte clamor factus est. Et accipitur de clamore ad resurrectionem, & iudicium. De secūdo Ioan. 5. Audient vocem filij hominis. De tertio 1. Thessa. 4. vbi ponitur, q̄ Deus descendet in tuba, id est cum tuba. Clamor autem vocatur, quia est vox citans ad iudicium: nam sicut præcones clamant, & ad iudicium compellunt homines clamando, ita & illa vox ad resurrectionem, & iudicium disponit, quia ista simul erunt, ideo clamor bene d̄r. Dicitur autem vox à proprietate sua, quia vocat, id est per eam vocatur homines, vt resurgant, & quia est Christi hominis. Locutiones autem voces dicuntur, quia est sonus articulatus, & cum intentione significandi prolatus. Tuba autem dicitur vno modo propter magnitudinē vocis: nam fortior vox formatur in tuba quam solo ore humano posset formari, & quia illa vox erit tanta, q̄ vbiq̄ terrarum, & marium audietur, vbiq̄q̄ fuerit aliquid pertinens ad resurrectionem: ergo tuba dicitur, & ita videtur causa potior. Alio modo potest vocari tuba propter similitudinem vsus tubarum veteris testamenti: nam Deus iusserat fieri duas tubas argenteas ductiles, & in eis clangebatur ad vocandum in consilium, & ad prælium, & solemnitates, epulas, & gaudium. Nume. 10. e. ita autem vox illa Christi conuocabit resurgentes ad consilium iudicij, cū quidam debeant audire, & alij iudicari, & omne rectum iudicium ex præconiliatis prouenit. Etiam vocabit ad prælium, quia erit tunc prælium, quo orbis terrarum pugnabit pro Deo contra infensatos: Sap. 5. cap. Vocabit etiam ad solemnitatem, & epulas vitæ æternæ beatos: nā illi manducabunt panem in regno Dei:

Vox Christi multiplex in scriptura nominatur.

Luc. 14. & edēt atque bibent super mensam Christi? Luc. 22. c. Et tamen præcedens modus accipiendū tubæ melior est. Sed de tuba ista, an erit vere aliqua tuba, vel vox præter vocem Christi ad iudicium, dicitur infra 24. c. Nunc verò quocūq̄ istorum modorum accipiat vox tubæ, ager ad resurrectionem. Si enim accipiat pro apparitione Christi, dicendū q̄ illa faciat aliqua in quantum habebit vim imperij, & ei apparenti statim obediēt omnia, vt mortuos suos reddant, s. vt terra det mortuos suos, & mare mortuos suos. Accipiendo etiam pro voce Christi aliquid cōferret in quantum ei iubenti omnia obediēt, & licet virtus sua realiter faciat resurrectionem, quia tamen ad prolationem vocis statim sequitur resurrectio, videtur aliquid agere vox eo modo quo de sacramentis dicimus, q̄ faciunt ad collationem gratiæ cum sint quædam instrumenta, licet Deus per se solum effectiue gratiam det. Ad primum dicendum, q̄ auctoritas Damasceni nō excludit vocem tubæ. Et potest accipi vno modo, q̄ causa vere efficiens resurrectionis non erit, nisi virtus Dei, quam per virtutem, voluntatem, & nutum expressit, omnia autem extrinseca, & distincta a Deo non efficiunt resurrectionem, vox autem tubæ non efficiet resurrectionem, & tamē erit velut instrumentum quoddam, vel apparatus quidam ad illam, aut expressio de eo, quod fieri debeat, & hoc modo confert ad illam, licet non efficiat ipsam. Aliter potest dici, q̄ Damasceni causa causam resurrectionis tria inquit in verbis istis, s. voluntatem diuinam quæ imperat virtutem, quæ exequitur, & facilitatem exequendi in hoc, q̄ posuit nutum, & intelliguntur hæc ad similitudinem eorum, quæ in nobis sunt: illud enim facile est nobis facere, quod statim ad dictum nostrum fit, sed multo apparet maior facilitas, si ante verbum prolatum ad primum signum voluntatis, quod nutus dicitur, executio nostræ voluntatis per ministros fiat, & talis nutus etiam apud nos est quadam causa executionis nostræ voluntatis, in quantum per ipsum inducuntur alij ad nostram voluntatem explendam, nutus autem diuinus, quo fiet resurrectio nostra, nihil aliud est quam signum ab eo datum, cui tota natura obediēt ad resurrectionem mortuorum, & istud signum idem est, quod tuba, quia facta voce ab eo ista tim terra, & mare dabunt mortuos suos, & ministri quoque Dei, s. Angeli efficiunt quicquid ad eos in resurrectione facere pertinet. Ad secundum poterat dici vno modo, q̄ etiam si mortui non audirent vocem, proderit formare illam vocem, quia sic etia mare, & venti non poterant intelligere vocem Christi, & tamen eis imperauit, vt quiescerent supra 8. c. ita ergo poterat esse in resurrectione, q̄ licet non audiat proderit. Secundo dicendum, & melius, q̄ mortui audiēt vocem illam: nam illa vox ex eo, q̄ vox est, successiua est: resurrectio autem in iussu fiet, & ideo licet pars vocis præcedens resurrectionem non audiat a mortuis, audietur pars sequens resurrectionem, & ita accidit in dormientibus quando excitantur per clamorem: nam partem clamoris præcedentem non audiunt, sed partem sequentem post euigilationē audiunt, & ita asserendum est, q̄ vere mortui audient vocem illam, quia ita dicitur Ioan. 5. c. qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Sed tunc dicitur ad quid proderit illa vox, quia dato, q̄ non proferretur fieret resurrectio?

Dicendum, quod per solam virtutem diuinam sine alio præcedenti signo poterat fieri resurrectio, sicut vere effectiue per solam illam fit, & tamen conueniens est signum aliquod ostendi, vt videatur quomodo omnia obediunt iubenti, & illud signum erit ostensiuū diuinæ voluntatis de volendo suscitare mortuos,

Aduerte quio vox dormientem excitat.

tuos, & vt appareat, q̄ virtuti eius nulla est difficultas in operatione, quod nō apparet si nullum signum ostensiuum esset, & ideo ad hoc proderit etiam si illud signum nullam vim efficiendi habeat.

Tertio dicunt aliqui, q̄ ista vox tubæ proderit etia si non audiat, quia erit, sicut voces sacramentales, & forme eorum: nam sacramenta habent vim sanctificandi, & sanctificant non in quantum audiuntur, sed in quantum proferuntur: nam panis, & vinum super quæ proferuntur verba consecrationis, non audiunt verba illa, & tamen per verborum prolationem consecratio fit, ita & vox illa Christi in resurrectione mortuorum proderit ad suscitandū mortuos non in quantum audiat ab illis, sed in quantum proferatur ad eos. Et dicunt, q̄ ita est, sicut de voce, quæ fit ad dormientem, qua excitatur. Nam illa, quando excitat, non audiat, & postquam excitauerit audiat, & ideo quando excitat non excitat, vt vox, sed vt motus factus ad organum auditus impellendo aerem, & per illā impulsione soluitur sensus, sicut solueretur sine voce, & sono per alium motum factum circa dormientē, vt si impelleretur, vel traheretur, aut alteraretur calefaciendo ipsum, vel instigando: nā omnia hæc solvere possunt sensus ligatos, & tunc post solutionem sensuum, quæ est euigilatio, incipit sentiri sonus, vel quicunque motus: & sic vox quando excitat nō sentitur, sed impellit, cum autem sentitur non excitat, & ideo vox illa, quando audietur non suscitabit mortuos, sed tunc suscitabit, q̄ non audiat, & concedendum est, q̄ illa aliquid agat ad resurrectionem, vt dictum est, quia statim, vt illa proferatur, fiet resurrectio, non tamen habebit vox illa in se efficiendi virtutem: neque enim potest virtus diuina per vocem transfundi, sicut deriuatur virtus agentis per instrumentum, quo immediate tangitur passum in actionibus materialibus, & tamen quantum sacramenta profunt, q̄ ad hoc pertinet non diffinitur nunc.

Ad tertium concedunt aliqui, q̄ Deus dabit virtutem voci, qua resurrectio fiat, & ita per diuinam virtutem poterit vox suscitare mortuos, & cum obijciatur, q̄ esset resurrectio naturalis, negant consequentiam: dicunt enim, q̄ verum est, si illa virtus esset aliquid fixum in natura, quæ data est voci, quia tunc operatio inde procedens esset aliquid naturale, & tamē non est aliquid fixum, sed tale, quale cōpetit ad hoc, q̄ illa vox sit instrumentum diuinæ voluntatis, sicut de sacramentis dicunt, q̄ illa operantur per diuinam virtutem, & illa virtus non est aliquid fixum in sacramentis, ita vt operatio sacramentalis sit naturalis, sed est taliter, q̄ sufficit ad hoc, q̄ sacramenta sint instrumenta diuinæ virtutis. Sed de hoc magis dicitur, quādo agatur infra 24. c. de voce ista, & iudicio.

Sed pro nunc dicendum videtur, q̄ isti voci dicitur esse virtus data a Deo, nō q̄ in voce virtus aliqua realiter maneat, vel per eam realiter transfundatur, sed quia statim ad vocem sequitur id, quod per eam significatur, vnde nos vocamus voces efficaces, & virtuosas, quando statim illis prolatis sequitur, quod ille significat quasi in illis esset virtus agendi, licet non sit in eis, sed in agente occulto, quod vocem subsequitur, vel comitatur: non efficaces, vel virtuosas voces dicimus, quando ad vocem non sequitur, quod per eam significatur, & quia ad illam vocem sequitur statim id, quod per eam significatur, & illud est tale, q̄ non potest effici, nisi per diuinam virtutem, dicitur illi voci data virtus, & ista est virtus suscitandi corpora, s̄p̄ prolata voce illa ita statim corpora resurgent, ac si in voce esset vox ad hæc faciendum.

An Angeli operentur aliquid in suscitatione mortuorum. Quæst. C C X X V I I.

Quæst. C C X X V I I.

Quæst. C C X X V I I. V A E R E T V R an Angeli operentur aliquid in suscitatione mortuorum. Aliqui dicunt, quòd nō, quia maiorem virtutem efficientem ostendit resurrectio mortuorum quam generatio ad humanam vitam, & tamen in generatione non fiet coniunctio animæ ad corpus mediantibus Angelis, ergo in resurrectione, in qua fit iterata vnio animæ ad corpus, non fiet illa coniunctio opere Angelorum, ergo non facient ipsi ad resurrectionem.

Secundo si ad aliquos Angelos pertineret facere aliquid in resurrectione mortuorum, maxime pertineret ad virtutes, quarum est facere miracula. Et tamen non ascribitur eis, sed potius Archangelis, & virtutibus, vt innuit Magister 4. Senten. dist. 43. ergo nihil faciunt Angeli in suscitatione mortuorum.

Dicendum, q̄ Angeli aliquid agent ad resurrectionem, quia dicitur 1. Thessa. 4. c. dominus descendet de celo in iussu, & in voce Archangeli, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi: ergo vox Archangelis aliquid faciet ad resurrectionem, quia aliās non poneretur, quando de resurrectione agitur, cum esset superuacuum de illa dicere, & superuacuum illā tunc esse, quod absurdum est.

Circa quod considerandum, quòd Angeli aliquid agent ad resurrectionem, id est aliquod ministerium tunc exhibebunt, & si nihil aliud esset saltem assisterent Christo suscitanti mortuos, & iudicanti ad maiestatem eius ostendendam, & ideo vbiq̄q̄ de resurrectione, vel retributione iudiciali Christus loquitur, dicit se venturum cum Angelis suis in maiestate, vel in gloria patris sui supra 16. c. & infra 24. sed vltra hoc ponitur communiter, quòd sit aliqua alia operatio ministerialis Angelorum factis ad suscitationem mortuorum. Et circa hoc considerandum, quòd vt dicit August. 3. lib. de Trinitate, sicut corpora crassiora, & inferiora atque infirmiora per superiora, & potentiora quodam ordine regunt, ita generaliter omnia corpora reguntur à Deo per spiritum vitæ rationalem, s. per Angelos. Et hoc etiam tangit Gregorius 4. dialo. vnde in omnibus, quæ Deus circa corporalia facit, virtutibus ministerio Angelorum, & ideo solet dici, quòd cum in resurrectione mortuorum sit aliquid pertinens ad transmutationem corporum, s. collectio cinerum, & præparatio eorum ad reparationem corporis humani, vteretur Deus quantum ad hoc in resurrectione ministerio Angelorum, id est Angeli colligēt cineres, & disponent illos, infusio autem animæ, vel reunitio ad corpus non fiet per Angelos, sed sicut anima immediate à Deo creata est, & corpori vnita in generatione, ita & in reunitio resurrectionis solus Deus eam reunit. Similiter etiam gloriam corporū Deus faciet per se, & non per Angelos, sed faciet per animā, quia Deus per se, & immediate glorificat animam per suam visionem, per ipsam autem glorificat corpus in quantum ex redundantia animæ in corpus efficitur corpus gloriosum, & sortitur dotes suas, s. impassibilitatem, claritatem, agilitatem, subtilitatem.

Naturaliter enim anima refuit in corpus id, quod habet propter vnionem eius ad corpus, cum ambo constituent vnum per se, & sint partes eiusdem speciei, & anima sit forma essentialis corporis, sicut influit ei esse substantiale, ita & influet naturaliter quamcunq̄que aliam perfectionem suam, quæ sit participabilis corpori, & quia Deus solus beatificat animam, & anima ex eo, quia supernaturaliter accepit, refuit in corpus, dicitur Deus mediāte anima beatificare corpus.



Visione Dei glorificatur anima.

Sed dicendum, q̄ quantum ad reuionem animæ ad corpus, & glorificationem animarum, & corporū nihil faciēt Angeli, neque facere possent, quia est opus virtutis infinitæ, vel pertinens ad alteram naturā. Sed an collectionem cinerum, & dispositionem eorum, & corporum formationem ad hoc, quod animentur reuiniendo animas, aut aliquid aliud faciāt, dicitur magis infra vbi dicitur, an resurrectio fiat in instanti.

In quest. 233.

Ad primum dicendum, q̄ verum est, q̄ maius est suscitare hominem quam gignere ipsum, licet reuini animā corpori disposito post si aliquo modo præcedat illa dispositio ad reuionem, non erit maioris virtutis, vel potestatis, quam infundere in generatione, & tamen vtrunque pertinet ad solum Deum: nā difficultas ista, quæ est in reuiniendo, aut assumetur ex parte dispositionis corporis, aut excellentia animæ, super quam rara agentia potestatem habent. Nō primo modo, quia licet difficilius sit ex pulueribus disponere, ita vt sit animabile quæ ex semine organizare, tamen dispositio eadem est. Et patet, quia anima humana non potest vniri, nisi corpori habenti certā dispositionem, sicut qualibet forma substantialis exigit determinatam dispositionem in materia, cū qua potest esse, & sine illa non potest esse, & ideo vocatur ista dispositio vltima necessitas ad formam, vt declaratum est supra. ergo eadem penitus est dispositio, quæ fit collectis pulueribus in corpore ad hoc, q̄ reuinitur ei anima cum illa, quæ fuit à principio in corpore quando fuit anima infusa, & sic non est maior difficultas ex hac parte vnire animam corpori vno modo disposito quam altero. Etiam non est maior difficultas ex parte animæ, quia vtrouique vnitur anima formaliter corpori, ideo equalis potestas requirit vtrouique vnientis animam super ipsam animam: immo videtur maior difficultas vnire in generatione quam in resurrectione, quia in generatione non præexistit anima ad vnionem, sed creando infunditur, & vnitur, & ideo vnire illam tunc est creare eam, sed reuini in resurrectione nō est creare eam, cum iam præexistat, ideo videtur maius esse vnire à principio quā postea reuini, & tamen Angeli non possunt reuini in resurrectione, ergo neque in generatione, sed vtrique ad Deum pertinet, sed etiam si hoc non faciant Angeli habent alia, quæ faciunt, scilicet collectionem pulueris, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, q̄ virtutes non faciūt miracula. Solus enim Deus miracula facit, & etiam illa, quæ faciunt Angeli in resurrectione, non erunt miracula, sed erunt admiranda, & talia faciūt virtutes, creditur autem a plurimis, quod in resurrectione ministerium pertinebit præcipue ad Archangelum Michael, qui est princeps Ecclesie in nouo testamento, sicut fuit princeps Synagoge in veteri, Dan. 10. ca. Et ille aget in virtute omnium superiorum spirituum, & potissimè virtutum, ad quos spiritus pertinet operari miranda, & ita operante Michael videbuntur operari omnes Angeli superiores. Credunt etiā, quod ad resurrectionem cuiuslibet faciet ille Angelus, qui fuit ei deputatus in custodia, & ideo Angeli de infimo ordine etiam operabuntur ad resurrectionem, cū omnes illi sint deputati in custodiam hominum, & quia per illam vocem Archangeli volunt intelligere totum ministerium Angelicum circa resurrectionem, dicunt illam vocem esse non solum vnus Angeli, sed multorum.

An possit per rationem naturalem ostendi generalem resurrectionem hominum esse futuram. Quæst. CCXXXVIII.

QVAERETVR, pro maiori euentia eorū, quæ dicta sunt supra si resurrectio esset naturalis, an possit per rationem naturalem ostendi generalem resurrectionem hominum esse futuram.

In quest. 223.

Aliqui dicunt, q̄ sic, quia naturale desiderium nō potest esse frustra. i. Ethic. sed hō habet naturale desiderium ad semper esse, ergo possibile est, q̄ in æternum maneat, sed non potest semper esse, nisi qui perijt iterum surgat, ergo resurrectio erit, quia aliās nō impleteretur desiderium, & esset frustra. Antecedens patet, quia homo fugit naturaliter omnia aduersa, quæ esse tollunt, & hoc non est, nisi propter naturale desiderium ad conseruandum esse. Patet etiam 2. Cor. 5. Nolumus spoliari, sed superuultuari, & loquitur in persona eorum, qui nolunt carere aliquando vita, secundum inclinationem naturalem, licet secundum electionem aliud sit.

Secundo, quia quilibet homo appetit naturaliter beatitudinem, vt patet 1. & 10. Ethic. sed ex ratione naturali apparet, q̄ beatitudo est bonum sempiternum, & q̄ non potest esse, nisi sempiternum: ergo notū est naturaliter, q̄ homo ordinatur ad bonum sempiternum, ad quod non potest, nisi per resurrectionem: ergo notum est naturaliter, q̄ resurrectio erit. Antecedens patet, quia Aug. 13. de Trinitate. 8. probat, q̄ in vita ista non potest esse beatitudo, neque in aliqua vita, quæ finitur, dicens. Morientem vita ipsa deserit. Si beata, aut ergo nolentem deserit, aut volentem, aut neutrum. Si nolentem, quomodo est beata vita, quæ ita est in volutate, q̄ non sit in potestate? Si autem volentem quomodo beata vita erat, quam ferre noluit, qui habebat? si dicas neutrum, id est neque velle, neque nolle, sed neque ita beata est vita, quæ talis est, vt quem beatum facit amore eius digna sit.

Tertio, quia naturaliter notum est, q̄ tota vna species nunquam caret sine suo, quin illum in aliquo saltem indiuiduo consequatur, sed beatitudo est finis speciei humanae, ergo necesse est speciem humanā consequi illum in aliquo indiuiduo, sed nullus potest eā consequi in hac vita propter multa incommoda comitantia vitam istam, vt est varietas fortunæ, infirmitas corporis, imperfectio scientiæ, & virtutis: instabilitas, & fatigatio in exercendo actus perfectos intantum, vt illa operatio quantumcunque in principio sit delectabilis, non possit esse delectabilis continuè: immo fatigato per eam delectabile efficitur cessare ab ipsa, sed notum est operationem beatificam non esse fastidiosam: ergo non erit operatio aliqua huius vite, & ita postea erit, sed non potest esse operatio solius animæ: ergo necesse est post hanc vitam esse resurrectionem, vt homo rediens ad vitam possit beatificari. Antecedens patet per ea, quæ dicta sunt supra de anima, q̄ in sola vita animæ non possit esse beatitudo humana. Alij dicunt, q̄ non potest per rationem naturalem ostendi resurrectio futura: Et patet, quia Aug. 13. de Trinitate. loquens de animæ immortalitate ait. Vix pauci magno ingenio præditi vacantes ocio doctrinisque subtilissimè eruditi, ad indagandam solus animæ immortalitatem peruenire potuerūt. Ex quo innuit, q̄ valde maior difficultas erit ostendere esse aliā vitam hominis post hanc, quæ nō potest esse, nisi per resurrectionem: ergo non est notum ratione naturali, q̄ resurrectio erit. Secundo quia Act. 17. prædicante Paulo resurrectionem mortuorum Athenis inter philosophos in Areopago dixerunt philosophi, & potissimè Epicuri, quod erat annunciator nouorum demoniorum,

Incommoda vltima comitantia.

In quest. 222.

rum, & seminiuerbius, id est verborum seminator, & non loquens vera: & tamen si esset nota resurrectio per naturalem rationem, non dicerent hoc philosophi, qui in naturali ratione vigeant: ergo non est nota per rationem naturalem.

In q. 222.

Dicendum, q̄ ad hoc suasiones multe sunt, vt tactū est supra, & tamē probatio solida ex natura, quæ simpliciter concludat non est, & ideo quantumcunque aliqua suasio videatur nimia, semper dubitatio manet, ideo nullus de philosophis tenuit positionē, neque opinionem saltem, q̄ esset resurrectio, & tamen si resurrectio debet aliquatenus ostendi ex ratione naturali, oportet argui ex forma specifica hominis: anima rationalis est immortalis, & incorruptibilis: ergo non manebit in æternū extra corpus cum sit forma, & esset ei violentum manere extra corpus, sed reditio illa est resurrectio: ergo resurrectio necessario ponenda est. Et tamen ista ratio nulli de philosophis visa fuit concludens, tū quia aliqui ignorabant immortalitatem animæ, & si illa corrumpitur impossibile est esse resurrectionem, tum quia concessa immortalitate non putabant esse aliquam potentiam, quæ rursus vniret animam corpori, cum organizatione corporis, qua disponitur ad susceptionem animæ solum putent posse fieri ex semine, & nō ex collectione puluerum, & similes difficultates habebant, de quibus dictum est supra. & ideo nemo philosophorum asseruit futuram resurrectionem, neq; nos tenemus eam quasi naturaliter probatam, sed quasi ex fide creditā, & est vnus de articulis fidei. Ad primam ergo rationem in contrarium dicendum, q̄ desiderium naturale non est frustra, & licet homo naturaliter desideret semper esse, non oportet, q̄ naturaliter possit semper esse, vel debeat semper esse, sed satis est, q̄ non repugnet naturæ, & possit per aliquam superiorem causam induci, sicut in artibus subordinatis semper inferior expectat finem superioris, & agit ad illum, vt freno factiua facit frenum ad vsum equitandi, quem tamen vsum ipsa non facit, sed ars superior, scilicet equestris, ita tota naturæ operatio, se habet ad Deum, vt ad superiorem artificem, & expectat complementum ex operatione illius. Et maxime est hoc in homine, ideo homo desiderat summum bonum suum naturaliter, & non potest illud consequi naturaliter, sed per gratiā ex actione superioris causæ, & hoc non est inconueniens, immo necesse est sic concedi, quia aliās diceretur, q̄ beatitudo, quæ est in visione Dei, non est bonum humanum, & q̄ aliquid minus illa sit bonum humanum, quod absurdum est, quia nihil perficit hominē simpliciter, nisi illa beatitudo, & tū illa non potest naturaliter haberi, sed per Dei operationem, & tū naturaliter desideratur, ideo aliquid desideratur naturaliter, quod non potest haberi naturaliter. Nisi forte dicas, q̄ bonum illud nō desideretur naturaliter, & hoc falsum est, quia si non desideretur naturaliter, posset natura esse perfecta sine illo, & tū qui illo bono carēt infelices sunt propter solum carere, etiam si nullum aliud malum sustineāt, sicut apparet de paruulis manentibus in lymbo: ergo naturaliter appetitur, sed nō habetur naturaliter, est tamen iste appetitus in cōsuetudine, id est non ad bonum determinatum, eo q̄ non cognoscitur determinate naturaliter, sed ex lumine fidei. Secundo poterat dici, q̄ illud ad quod est desiderium naturale potest haberi naturaliter, & tamen negatur, q̄ sit desiderium naturale ad semper esse: nam desiderium naturale potest accipi dupliciter, aliquando pro actu elicitō desiderandi, aliquando pro inclinatione naturali ad aliquid, & ista inclinatio non est aliquid, sed quedam ordinatio naturæ ad aliquid secundum, q̄ ipsa talis est. Et in his debet sic argui, si est

In q. 222.

Aliquid naturaliter desideratur, quod naturaliter consequi non potest.

desiderium naturale, quod est actus elicitus, oportet, quod procedat ex desiderio, quod est inclinatio, & si est talis inclinatio, oportet q̄ sit possibilis, & ideo accidit sepe error arguendo de desiderio naturali, quia ad hoc, quod aliquod desiderium, quod est actus elicitus, sit desiderium naturale, oportet probari, quod sit ex desiderio naturali, quod est natura inclinatio, quia aliās licet inueniatur in pluribus, vel in omnibus aliquod desiderium, id est actus desiderandi, quæ statim sine præcogitatione elicitur, non probatur, q̄ sit naturale desiderium, vt si contingeret omnes homines esse intemperatos statim oblato delectabili secūdum tactum, & gustum appeterent illud ad fruendū, & tamen non sequitur, q̄ sit naturale desiderium: immo non est naturale, sed vitiosum, scilicet ex habitu in temperantia, ad probandum autem, q̄ sit naturale, oportet ostendere, q̄ non sit ex aliquo vitio, vel virtute, aut qualibet habitatione, & insuper oportet probari, q̄ sit possibile id, quod desideratur, quia ad impossibile non est desiderium ordinatum, sed quantumcunque sunt naturalia, sunt optimè ordinata. 12. Metaphysic. ergo oportebit esse possibile. Et ita ad positum ad ostendendum, si appetitus semper essendi esset naturalis, oportebat probari, q̄ erat possibile semper esse, hoc autem non probatur naturaliter, ideo non constat, quod sit naturale desiderium ad semper essendū. Vnde potius argumentum istud valde peccat, scilicet cum quis vult probare aliquid debere esse, vel posse esse pro naturale desiderium, semper petit principium, cum potius ex possibilitate debeat probari appetitus naturalis. Cum autem obijciatur probando, quod sit desiderium naturale semper essendi per hoc, quod homo fugit mortem. Dicendum, q̄ non concluditur, quia eadem ratione ostenderetur, q̄ brutū desideraret semper esse, quia semper cauet, & fugit nocuiam, & consequenter si appetitus nature ibi non esset frustra, quod etiam brutum deberet resurgere, quod absurdum est, sed dicendum, q̄ licet semper cauet homo nocuiam, non desiderat ex hoc esse in æternum, sed desiderat esse pro quocunque tempore, pro quo nocuiam vult lædere, vel auferre vitam: sicut enim nocuiam non nocet pro semper, sed pro aliquo determinato nunc, ita appetitus essendi est pro illo nunc, licet nō sit cum præcisione, id est, q̄ ita sit pro tunc, q̄ non sit pro postea, sed ex tunc non concluditur semper, neque perpetuum, ideo non ostendit illa fuga, quod homo, vel brutum appetit esse semper. Et hoc potissimè est probatis, quorum appetitus nō est, nisi naturalis, & quia natura non errat, neque fertur in impossibile, si bruta desiderarent semper esse, necesse esset, q̄ illa possent semper esse, & tamen non possunt. Ideo dicendum est, q̄ bruta non appetunt semper esse, licet nūquam appetant mori, quia stat medium, scilicet quod in quocūque instanti desiderij sui desiderant esse, sed illud non desiderant continuari in perpetuum. De homine autem dicendum, q̄ etiam si appetat semper esse, non sequitur, quod sit desiderium naturale, quia potest esse per electionem qua frequenter est contra desiderium naturale, vt quando quis eligit mori pro Deo, vel aliās: nam natura nunquam potest inclinare ad moriendū, sed potius ad oppositum: vel erit appetitus ex apprehensione boni etiam sine electione, sicut interdū homo desiderat alas, vel habere montem aureum, sed neutrum est ex electione, neq; ex naturali inclinatione, sed ex apprehensione boni, & perfectionis, & ideo licet homo desideraret semper esse, non sequeretur, q̄ esset naturale desiderium.

Ad impossibile nō est desiderium ordinatum.

Ad secundum dicendum, quod appetitus beatitudinis est naturalis tam in generali, quam in speciali, & tamen est sub confuso cum non cognoscatur naturaliter

liter illud bonum esse humanum, quod verè est. Est autem inclinatio naturalis hominis in bonum illud, quia naturæ hominis nullum aliud bonum potest cõpetere tanquam vltimum, & perfectiũ, nisi visio Dei sempiterna, & licet non sit desiderium prout est actus elicitus in non credẽibus propter non cognoscere tale bonum, tamen inclinatio naturæ non tollitur, & illa postea perficitur per fidem, quæ ostendit illud esse verum bonum, quod solum possit naturam perficere, & tamen hoc non potest constare per rationem naturalem: quia, vt supra dictum est, ad ostendendum quòd erat appetitus naturalis ad talem beatitudinem, oportebat notum esse, vel probari posse per rationem naturalem hæc esse beatitudinem, aut posse illam haberi, & tunc posset inferri, quòd erat appetitus naturalis ad talem beatitudinem, sed hoc nõ potest probari. Quod patet, quia Arist. qui subtilius de beatitudine perscrutatus est, cum secundum intentionem propriam diffiniuit. 1.0. Ethico. in quo constat beatitudo, dixit, quòd erat in speculatione, sed non taliter qualiter nos, quia posuit hanc speculationem esse in hac vita circa res altissimas, & cum ista beatitudine posuit indigentias, & imperfectiones dicens, oportet & corpus sanum esse, & cibum, & famulatum esse, non tamen estimandum multum, & magnis indigere felicem, ergo non patet ratione naturali esse beatitudinem in alia vita in alia re meliori quam hic sit.

Cum autem obijcitur de auctoritate Aug. nõ posse esse beatitudinem, nisi sempiternam, posset ab eo, qui nullam fidem tenens sequeretur solum id, quod naturaliter est manifestum, responderi beatitudinem humanam posse haberi in hac vita. Et cum obijcitur, an perdat a volente, vel nolente. Dicitur, quod a volente. Et cum dicitur, quod non erat beata vita, quam ferre noluit, qui habebat. Dicendum, quòd quandiu haberi potuit voluit ille eam ferre, sed quando seiebat, quod non poterat haberi voluit eam non habere, & est ista voluntas ordinata. Dicitur enim recta ratio, quòd quilibet velit conditionem naturæ suæ, non habenti autem fidem, sed sola ea, quæ naturaliter nota sunt, recta ratio, vt ei videtur, ostendit mortalitatem esse conditionem naturæ humanæ, & ideo debet velle aliquando vitam amittere, cum conditio naturæ sit vitæ amittere, & qui vult amittere vitam vult etiam amittere beatam. Et cum obijcitur, quòd nõ est vita beata, quæ non est amata ab habente. Dicendum, quòd verum est si non erat amata ab illo pro eo tẽpore, quo erat possibile eam haberi, & conueniens amari, & tamẽ manere illam vitam sic beatam semper non conueniebat recte rationi, cum esset contra conditionem naturæ quam sequi recta ratio dicitur, ideo non erat amandum semper manere beatam vitam, & ideo non apparet ex illo, quod beata vita sit sempiterna.

Ad tertium dicendum est, quod notum est per rationem naturalem naturam humanam posse cõsequi finem suum in aliquo indiuiduo, & ideo beatitudinẽ, ideo notum est non solum in vno, sed in quolibet non orbatu ad virtutem, vt dicitur 1. Ethic. & tamen cõsequitur beatitudinem illam, quæ putatur esse humana, vel de qua constat per rationem naturalem, sed de beatitudine, quæ sit perpetua, vel post vitam non constat naturaliter, ideo non concedent, quòd talem consequatur aliquis homo. Cum autem obijcitur, quòd impossibile est in hac vita haberi beatitudinem nõ qui veritatem scimus concedimus hoc, & tamen non est notam per rationem naturalem, quòd non possit haberi in hac vita, ideo per rationem naturalem non constat, nisi de ea, quæ in hac vita haberi potest. Cum autem adiungis, quòd varietas fortunæ, infirmitas corporis etiam non permittunt esse beatitudinem hic,

Dicendum, quòd verum est de beatitudine perfecta, vel simpliciter, qualis est beatitudo Dei, vel intelligentiarũ, & tamen potest hic esse talis beatitudo qualis est hominis, & potest haberi secundum conditionem humanam, & ista est positio Arist. 1. Ethic. qui videns hæc inconuenientia, quæ non sinunt hominem omnino esse beatum, ait beatum esse, vt hominem, id est non simpliciter, vt dictum est supra.

Ad quartum, quòd aliqui dicunt, si quòd omnis species, quæ est de integritate vniuersi est perpetua, sed homo est species perfectissima, ergo est de integritate vniuersi, & consequenter est perpetua.

Dicendum, quod verum est, quod species humana, & quælibet alia species secundum philosophos conceditur esse perpetua, & tamen nõ perpetuatur in aliquo vno, vel pluribus determinatis, sed in successione eorum per generationem, & ita nõ sequitur resurrectio. Ex quo apparet quatum excedat fides nostra philosophiam, & quantam gratiam fecerit nobis benedictissimus Iesus, qui nos de fine nostro, & vera beatitudine, & perpetuitate vitæ, & resurrectione certissimos reddidit, cum non solum ad hæc, sed etiam ad inueniendam immortalitatem animæ vix ingeniosissimi apud philosophos, & magno abundante ocio, & eruditi doctrinis peruenerint, vt dicit August. 13. de Trini. c. 9.

An sit naturalis resurrectio. Quæst. CCXXIX.

QUÆRITUR etiam pro euidencia dictorum supra, an sit resurrectio naturalis. Aliqui dicunt, quòd sic, quia Dama. dicit lib. 3. c. 14. quod est commune omnibus in eadẽ specie naturale est: sed resurrectio est communis omnibus hominibus: ergo est naturalis. Secundo, quia motus est naturalis, qui terminatur ad quietem naturalem, sed resurrectio est quidam motus, & terminatur ad quietem naturalem, scilicet ad vitam, vel ad animam, & vtrunque est naturale. ergo erit resurrectio naturalis.

Dicendum, quòd non est naturalis, quia dicit Dionys. de di. no. c. 16. vetustati visum esse resurrectionem esse contra naturam: mihi verò, & veritati visum esse supra naturam esse. Sed quod supra naturam est, non est naturale, ergo neque resurrectio erit naturalis. Secundo, quia ad cognoscendum effectus naturales potest pertingi per rationem naturalem, & tamen ad cognoscendum resurrectionem non sufficit ratio naturalis, vt ostensum est præce. q. ergo non est naturalis. Tertio quia naturale euenit in pluribus nõ solum suppositis sed etiam temporibus, id est non solum in pluribus de suppositis illius speciei cuius dicitur naturale, sed etiam in pluribus temporibus, quia euenit quotiescunque causa illius effectus non est impedita, naturalia autem impediiri contingit, vt in partum vel raro: ergo cum resurrectio semel eueniat ex confessione fidei, non erit naturalis.

Sed considerandum, quòd, vt dictum est supra naturale est in rebus, quod habet naturam, & quæ consequuntur naturam. In motibus autem dicitur esse ille motus naturalis, cuius tam principium quam terminus sunt natura: & quia resurrectio est motus, vel significatur per modum motus, & non habet principium, & terminum, quæ sint natura, nõ est naturalis, nam terminus resurrectionis, qui est vita vel anima vnita, est terminus naturalis, principium tamen non est naturale, quia non est aliqua virtus in tota natura hoc potens facere, sed solus Deus facit. Sed ad hoc quòd motus dicatur simpliciter naturalis, oportet quod tam principium, quam finis sit naturalis. Nisi dicatur scilicet quid naturalis, id est, quia habet aliquod de naturali,

Resurrectio
tionis
principiũ
nõ est na
turale, li
cer eius
terminus
natura
lis.

In q. 223.

turali, scilicet, terminum, vel quietem. Dicendum vltius, quod cum naturale equinoce accipiatur, potest aliquo modo vocari resurrectio naturalis, & aliquo modo non. Est enim naturale multipliciter dictum, quia multis opponitur. Iste est enim modus vnus inueniendi multipliciter, vt Arist. docet 1. Topic. Opponitur enim naturale supernaturali. Secundo opponitur libero, vel voluntario. Tertio opponitur violento. Ratio autem huius oppositionis est, quia naturale accipitur a principio, & termino, id est, motus, cuius principium, & terminus sunt natura, est simpliciter naturalis, ideo ex vtraque radice naturalitatis opponitur aliquod naturali, ex parte principali opponitur ei supernaturale, & liberum, ex parte termini opponitur ei violentum.

De primo patet, quia supernaturale non vocatur naturale, non quidem ex ratione termini, quia eandem formam, quam inducit agens naturale, potest inducere agens supernaturale, sed differt, quia naturale producit formam illam per principium, quod est natura, supernaturale autem producit per principium, quod non est natura, & quia ex diuersitate principij sequitur diuersitas modi agendi, non inuenitur idem modus producendi Dei, & naturæ, & ideo Deus producit ignem, vel aerem, quem natura producit, sed non producit eodem modo, & ordine, quia Deus producit præsupposita, vel non præsupposita materia: natura autem solum agit supposita materia. 1. Physic. Etiam natura producit per successione, & contactum actionis, & alterationis, & contrarietatis. Deus autem neque successione habet in operando, neque vitatur forma contrarietatis alicuius. Et multæ aliæ differentia sunt in modo procedendi etiam circa eundem effectum. Et hoc solum fit propter diuersitatem principij.

De secundo patet, quia agens naturale opponitur libero, & hoc fit ex parte principij: nam licet ex parte termini, vt communiter opponatur, cum non sit eadem res producta per naturam, & libertatem. Nam operatio naturæ terminatur ad formam productam, siue formam generationis, quæ est substantialis forma, vel forma qualitatũ, aut quantitatis inducta per alterationem, diminutionem, & augmentum: operatio autem agentis liberi nõ terminatur ad formam aliquam istarum, sed vel est talis operatio eius, quæ non relinquit aliquid factum, vt in operationibus immanentibus, vel si relinquit aliquid factum est forma artificialis, & non illa, quam natura producit. Sed adhuc præcipue differt agens liberum a naturali, quantum ad principium agendi, quia in agente libero voluntas est principium, & ideo agens liberum indeterminate est, sed ipsum se determinat. Agens naturale agit per principium, quod est forma, & ideo non est indeterminate, sed determinatum ad vnũ, & ideo agit necessitate naturali non potens seipsum cohibere ab actione. Et hoc modo loquitur Aristot. 9. Metaphysic. cap. 2. & 8. diuidens naturam contra agens a proposito cum agit de potentijs actiuis, rationalibus, & irrationalibus. Rationales autem liberae sunt, irrationales vero actiue sunt naturales.

Sed sciendum, quòd licet supernaturale, & liberum opponatur naturali, non sunt idem inter se saltem penitus: nam verum est, quòd omne agens supernaturale est liberum, tamen nõ cõuertitur, quia multa sunt agentia libera, quæ non sunt supernaturalia, vt omnes homines, & Angeli. Non enim vocantur simpliciter supernaturalia agentia illa, sed solus Deus, licet illa non vocentur naturalia, & si non esset distinctio inter agens supernaturale, & liberum vnica opposiitione, opponeretur naturale ad supernaturale,

& liberum, sed non est verum. Vnde dicendum, quod quantum cõparatur liberũ, quod non est supernaturale ad supernaturale, vocatur liberũ iam naturale. Et ratio est, quia supernaturale inquantũ supernaturale non potest opponi, nisi naturali: quæ ex termino, i. nomine significante non dicit aliã rationem oppositionis, & tunc differunt naturale, & supernaturale ex modo operationis, quia omne naturale tenet modum naturalem, i. successionẽ aliquam, & indiget certis instrumentis. Et hoc tenent oia agentia creata, siue libera, siue non libera, & ideo quantum ad hoc Angeli, & homines dicuntur agentia naturalia, quia in operando semper tenent certũ modũ, & non possunt operari per quẽcumque modum voluerint: Deus autem non vocatur isto modo agens naturale, quia non alligatur ad certum modum agendi, sed agit qualitercunque vult, & ideo vocatur agens supernaturale.

De tertio, scilicet de violento patet, quod opponatur naturali, quia in motu naturali tam principium, quod terminus sunt natura: in violento autem principium est natura, sed nõ terminus, & ideo violentum non opponitur naturali ex parte principij sicut supernaturale, & liberum, sed ex parte termini, vel formæ inductæ, & hoc est quod in patiente inducit forma, quæ fit in inclinatione suã: & idẽ dicitur 3. Ethic. quod violentũ est, cuius principium est extra, i. non fit motus a principio intrinseco nõ cõferente vim passio, i. nõ adiuuare, immo nõ cõcordati illi motioni. Ex quo sequitur, quod violentũ nunquam est in actione, sed semper in passione: naturale enim, vel supernaturale tã ad actionem quã ad passionem est. Et hoc quia naturale dicitur tã ex parte principij quod terminus: violentũ autem solum est ex parte termini, & terminus est forma, quod inducitur in patiente, id est solum se hæt violentum ex parte patientis, & hoc quia in distinctione dicitur nõ conferente vim passio: ergo respectu passio est violentia, & nõ respectu agentis, actio autem nulla potest dici violenta, & opponitur violentũ naturali ex parte passio, quia naturale, vel naturaliter moueri dicitur, quod patitur secundum propriam inclinationem passio: violentum, vel violenter motum dicitur, quod patitur contra inclinationem ipsius passio.

Ex hoc autem sequitur, quòd violentum, & naturale non sunt contraria immediata, non solum, quia datur aliquid liberum, & supernaturale, sed etiam accipiendo passionem, circa quam cõsideratur violentum, non sunt contraria immediata, quia datur mediũ inter hæc, scilicet passum neque inclinatur ad formam, neque repugnat illi: nam sicut violentũ est quod passio nõ cõferatur vis, i. repugnat, ita naturale ex parte termini est, quando passum appetit formam, quæ inducitur, vel inclinatur ad illam, & aliquando patiens neque inclinatur ad formam neque repugnat illi, sicut si superficies dealbetur ipsa quidem neque ad albedinem neque ad nigredinem inclinatur, sed de se indifferens est, & ideo neque est dealbatio illa naturalis superficies neque violentia. Etiam sequitur, quod non possit esse aliqua violentia in passione primæ materiæ, quia nulla forma est, quæ repugnet ei, cũ ipsa sit ratio ad omnem formam, ideo non est equalis motus violentus. Sed dicendum, quòd ista distinctio violenti, & naturalis in motu in passio accipitur in comparatione passio ad formam, quæ inducitur ad quam patiens tranſmutatur, si autem cõparetur passum ad agens a quo recipit formam non est ibi violentum, sed naturale, vel supernaturale. Dicitur naturaliter moueri passum quod mouetur ab agente naturali sibi cõtrahere, dicitur supernaturale moueri quod mouetur ab agente s. totum ordinẽ agẽtis proportionato isti passio. Ad propositum autem, resurrectio signat passionem, cui respondent pro actione resuscitatio, vel iustitatio, & ideo quando quæritur an sit ratio naturalis, oportet accipi pro passione, scilicet, an iste motus respectu,

Violentũ &
naturale
nõ sunt in
mediate
opposita.

respectu patientis sit naturale. Si autem quaereretur an suscitatio actiua sit naturalis, accipietur naturale vt ad actionem pertinet, & ad causam actiuam. Accipiendo primum, i. resurrectionem, dicendum qd si accipiat naturalis, prout opponitur violēto erit resurrectio naturalis, in quantum non erit violenta, sed potius terminus est naturalis, i. vita, vel anima, & quies naturalis, quia ad animā, & vitam mouetur materia, & quādo alteratur, & organizatur. Si accipiat naturalis, vt opponitur supernaturali, dicendum, qd resurrectio non est naturalis, sed potius supernaturalis, quia non recipit formam ab agente habente ordinem naturalem ad agendum illud. Si verò quaeratur de suscitatioe actiua, an sit naturalis, dicendum, qd non erit violenta, eo qd non inuenitur violentum in actione, sed solum in passione, vt dictum est, & tamen nō vocabitur naturalis, quia in actione opponitur naturale contra supernaturale, & contra liberum, sicut in passione opponitur violēto, & vtroq; illorū modorum est suscitatio non naturalis, s. quia est ab agente libero quod non agit ex necessitate naturæ. Etiam est ab agente supernaturali, quia illud agit supra totum ordinem causarum habentium ordinem naturalem agēdi super passum. Sed dicitur propter præcedentia cū passum comparatum ad formam, quam recipit, dicatur violenter pati, quare comparatum ad agens non dicitur esse violentum, Dicendum, qd comparando patiens ad agens non dicitur violentum esse, vel operatio violenta. Et ratio est, quia vt dictū fuit in passione potest esse violentum, in actione autē non, & quia pati est recipere respectu eius, quod recipitur est pati. Quod autē recipitur per motū est forma, quia illa est terminus: ideo respectu illius est violentum, si autem comparatur patiens ad agens nō comparando ad formā, quam agens inducit est solum cōsideratio actionis, & quia actio nō est violenta, sed solum naturalis, vel supernaturalis, aut libera, erit status passus ad agens per naturale, & liberū, & supernaturale, & non per violentum. Quod etiam magis patet; nam licet patiens violenter formam recipiat, tamē agens forte naturaliter agit, sicut cum aqua calefit ab igne est passio violenta, quia inducitur forma caloris, ad quā nō inclinatur passum, sed potius resistit ei, & tamen ignis non violenter, sed naturaliter calefacit aquam, ita etiā si agens voluntarium, vel supernaturale inducat formam cōtra inclinationem passus alicuius, quia ibi voluntariū agit libere, & non violenter, & supernaturale agit supernaturaliter. Ad rationem primam in contrariarum dicendum, quod non est verum, qd id, quod competit omnibus, quæ sunt alicuius speciei, est eis naturale nisi addatur, quod competit eis ex principijs speciei, sicut si contringeret omnes homines dealbari non esset naturale eis esse albos, vt dictū est supra. Ad secundū dicendū, qd probat ratio esse resurrectionem naturalem, vt opponitur naturale violento, & tamē nō est naturale, vt opponitur libero, & supernaturali. Et ratio est, quia ad esse motū naturalem requiritur, qd principij, & terminus sint natura, in resurrectione terminus est natura, sed nō principij cū illud sit supernaturale,

An resurrectio generalis erit in fine seculi.
Quæst. CCXXX.

Quæritur circa tempus resurrectionis, & quæ solent dici, qd resurrectio generalis erit in fine seculi, vt omnes simul resurgant est dubium, an sit verum. Aliqui dicunt, qd non debet fieri resurrectio vsque ad finem seculi, vt omnes simul resurgant, quia maior est cōuenientia capitis ad membra quam membrorum adinuicem, sed Christus est caput nostrum, & nos inuicem sumus membra, ergo magis debet

quisque nostrum imitari Christum quā quemlibet alium, sed Christus non distulit resurrectionem suam vsque ad finem seculi, vt cum omnibus resurgeret, ergo neque nostra resurrectio vsque illuc deferretur, vt omnes resurgamus simul. Antecedens patet, quia talis est habitudo capitis ad membra, quæ causa ad effectus, sed quilibet effectus simulatur causa in quantum accipit ab ea, & vnus effectus non accipit ab alio, ergo causæ ad causata est magna similitudo, quæ non est causatorum inter se. Sic & capitis ad membra, quia quodlibet membrum recipit aliquid a capite, sed vnus membrum non recipit ab alio, in quantum membra sunt, nisi in quantum propter continuitatem corporis deriuatio. quæ fit a capite, vel a corde in membra extrema, fit per media, & tamen Christus est caput nostrum, ad Eph. 4. Ergo debemus ei magis conformari, scilicet, vt non expectemus finem seculi, vt resurgamus cum omnibus, sicut ipse non expectauit finem seculi.

Secundo quia resurrectio capitis est causa resurrectionis membrorum, sed resurrectio quorūdam membrorum nobilium propter propinquitatem ad caput nostrum non est dilata vsque ad finem seculi, sicut piē de matre Christi creditur, ergo & ceteri quanto fuerint Christo per gratiam propinquiores tanto resurrectio eorum magis accelerabitur, & non differetur vsque ad finem seculi. Primum patet, quia ita arguit Apostolus 1. Corin. 15. capitu. si Christus resurrexit, & nos resurgemus, id est, resurrectio sua est causa nostræ, vt ostensum est supra. Secundum apparet, quia de illa creditur, qd resurrexit breuiter post mortem sicut Christus, & hoc fuit propter excellentiam sanctitatis eius. De Ioanne quoq; euāgelista aliqui etiam hoc credunt: ideo in alijs secundū proportionem similitudinis in sanctitate accelerabitur, vel differetur resurrectio, & ita non resurgent omnes in fine seculi. Tertio quia status noui testamenti perfectior est, & perfectus gestat imaginem Christi quā status veteris testamenti, cum lex haberet vmbra futurorum bonorum, & non imaginem, punctum autē est imago ad Hebr. 10. cap. etiam comparatur lex ad nouum testamentum sicut paruulus existens sub iuribus, & actibus ad vitam perfectum, ad Gala. 4. Et tamen quidam patres veteris testamenti surrexerunt simul cum Christo infra 17. multa corpora sanctorum, qui dormierant, surerunt, & apparuerunt multis, ergo a fortiori non debet resurrectio omnium patrum noui testamenti differri vsque ad finem seculi. Quarto patet, quia post finem seculi non erit aliquis numerus annorum, quia non erit tempus, & potissimē, quia non erit dies, & nox manentibus astis sine motu, & nō post resurrectionē mortuorū cōputantur multi anni vsq; ad aliam resurrectionē. Apō. 20. c. d. f. enim vidit animas decollatorum propter testimonij lesa, & verbū Dei. Et legitur. Vixerunt, & regnauerunt cū Christo mille annis, & ceteri mortuorū nō vixerūt, donec cōsumarent mille annos: ergo nō differet resurrectio eorū ad finem mūdi, sed quidam multo tpe ante illos resurgent, & nō oēs simul. Dicendum, qd sicut resurrectio hominum erit generalis, ita vt nemo sit qui non resurgat, vt ostensum est supra, ita erit et similtanea, vt non pcedat resurrectio quorūdā ad resurrectionē aliorū, sed hoc non potest fieri nisi differretur vsque ad finem seculi, quia vsque ad illud tempus semper erunt aliqui viuentes, qui moriuntur, vt postea reuiuiscant, ergo vsq; ad finem seculi differēda est, vt oēs simul possint resurgere. Et patet primo, quia Job. 14. capitu. dicitur. Homo cum dormient, non resurget donec atterat cælū, nō euigilabit neq; cōiurget de somno suo, ergo

In q. 225.

In q. 223.

Ergo resurrectio nō erit alicuius hominis quousque atteratur cælum, sed cælum atteretur cessando ab effectu quē causat in his inferioribus, vt dictū est supra, hoc autem nō erit, nisi vsque ad finem seculi, quando cessabit motus, ergo vsque tunc nemo resurget, & consequenter simul resurgent omnes homines.

Secundo patet, quia Apostolus ad Hebr. 12. c. dicit de illis, qui probati inuenti fuerunt testimonio fidei, qd non receperunt re promissionem. i. plenam corporis, & ætē beatitudinem. Et subditur ibi causa. f. Deo aliquid melius pro nobis prouidente, ne sine nobis consummarentur. i. perficerentur. Et dicit Glo. vt in cōi gaudio omnium fieret maius gaudium singulorum, ista autē consummatio, vel perfectio erit in glorificatione animarum, quia Christus reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ ad Phil. 3. c. ergo non erit ista reformatio corporum in quibusdam sanctis antequā sit in alijs, quia alijs non esset gaudium commune, & simul, & tamē beati statim, vt resurgunt habēt corpora reformata, quia alijs corpora aliquorum sanctorum essent post resurrectionem adhuc corruptibilia, & infirma, quod est absurdum, quia tunc non esset beatitudo. Etiam quia. 1. Corin. 15. c. d. f. qd seminatur corpus mortale, & surget immortale, & ita de alijs perfectionibus, ergo non in ipsa resurrectione accipient beati omnes perfectiones, quas habituri sunt in corporibus, & tamen non habebunt quandam reformationem ante alios, vt dictū est, ergo nō resurgent quidam ante alios. Tertio apparet hoc ex ratione, dicit enim Aug. 3. de Trin. qd diuina prouidentia statuit, qd corpora inferiora, & grossiora per potentiora, & subtiliora, atq; superiora quodam ordine regantur, & id tota materia corporum inferiorū subiacet variationi secundum motum corporū cælestium, vnde esset 3. ordinē, quem diuina prouidentia in rebus statuit, si materia corporū inferiorum ad statum incorruptionis produceret manente motu corporum cælestium, ex quo fit generatio, & corruptio in his inferioribus. Et quia secundū fidei veritatem resurrectio erit ad vitā immortalem, vt homines conformentur Christo, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configurando illud corpori claritatis suæ ad Phil. 3. Et Christus surrexit ad vitā immortalem, ad Ro. 6. c. 1. Christus resurgens a mortuis iam non moritur, ergo vt omnes resurgant ad vitam immortalem, oportet, vt resurrectio differatur vsq; ad illud tempus, in quo ex conditione corporum cælestium non prestetur impedimentum ad resurrectionem, scilicet per actionem motus ad generationem, & corruptionem inclinando, & tamē motus non cessabit vsque ad finem seculi, ideo vsque ad tempus illud non fiet cōuenienter resurrectio, sed debet differri. Tunc autem cōuenienter fiet, quia nihil erit ex parte cæli, quod obstat incorruptibilitati corporū resurgentium. Nam si maneret motus corporum cælestium facta resurrectione, plura essent necessaria ad seruandum corpora incorruptibilia, quam requiratur ad seruandum non existentem, nam illo cessante, quali naturaliter efficitur omnis res incorruptibilis per priuationem actionis a cōtrarietate, quæ est corruptiua. Alia etiam ratio est, quia resurgentibus hominibus debet inuouari seculum, sed inuouatio non potest esse quousque penitus cesset motus cum manente illo semper aucter generatio, & corruptio, quæ pertinent ad vetustatem seculi, ergo non erit resurrectio vsque ad finem seculi.

Empedoclis Siculi, & Pythagoræ de rebus aëris ad corpora.

Ex similitudine autem prædicti fundamenti quidam Philosophi, qui ponunt motum, nunq̄ cessare asseruerunt reditum animarum ad corpora inortalia videntes, qd cum motu cæli non poterant effici cor-

Alph. Toft. in Math. Pars VI.

pora humana corruptibilia, & ideo dixerunt ad corporalia mortalia qualia nunc habemus ponēbāt fieri reditum animarum, siue dicerent fieri hunc reditum anime ad idem corpus in fine magni anni, sic asseruit Empedocles, siue ad aliud corp⁹, sicut Pythagoras posuit, vt dicit primo de Anima, sed ad reditum, quem posuit Pythagoras non requirebatur aliquis numerus annorum, sed statim, vt de vno corpore exhiberent introire in alterum assererat, vt refer. Quidius 15. Metamor. scilicet.

Morte carent anima, semperque priore relicta.
Sed, nouis habitant domibus, manetque recepta.

Ad primum dicendum, qd licet Christus nō distulit resurrectionem suam vsque ad finem seculi nostra resurrectio est vsque illud differenda. De Christo, n. fuit necessarium, qd non expectaret vsque ad finem seculi, vt cum alijs resurgeret, quia essent multa inconuenientia. Primum, quia prænunciatum erat per prophetas, qd tertia die resurgeret, id vt veritas prophetie maneret, debuit tunc resurgere, secundum, quia si distulisset vsque ad finem seculi, fides de eo periret, & putaretur inane fuisse quidquid prædicauerat. Nā non haberet quisquam spem resurgendi, si ille vsque hodie in morte maneret, id fuit summe necessarium, vt ipse cito resurgeret. De quo magis dicitur infra 28. c. de nobis autem nullum inconueniens est, etiam si differatur resurrectio nostra vsque ad finem seculi, ideo resurrectio omnium nostrum, vt simul sit vsque tunc differretur, & non differri debuit resurrectio Christi. Cum obijcitur de maiori similitudine capitis ad membra, quam membrorum adinuicem. Dicendum, quod inter caput, & membra est similitudo proportionis, & non vniocationis. Inter membra autem adinuicem non est similitudo proportionis, sed aliter vniocationis saltem inter gēminata, vt manus, pedes, oculos, aures. Et patet, nā capitis ad membra non est similitudo vniocationis, quia solum caput est caput, & nullum aliud membrum est caput, & tamen ad similitudinem vniocationis, quod licet membrum esset caput, sed similitudo proportionis est habitudo cuiusdam conformitatis inter ea, secundum quam caput est aptum ad influendum in quodlibet membrum, & quodlibet membrum est aptū ad recipiendum influxum capitis, & talis est saltem habitudo inter quamlibet causam, & causatam, inter membra autē adinuicem non est talis similitudo alijs habitudo, quia vnū nō influit in alterum, sed potius oīa illa carent hoc influxu, & in quantum deficiunt ab illo influxu actiua simulantur inter se, sed Christi resurrectio præcedet nostram resurrectionem in quantum ipse est caput, & omnes nos deficiamus ab hac habitudo, ergo debemus deficere a præcessione, s. qd sicut vnus non est aliquo modo caput alterius, ita resurrectio vnus non præcedat aliqua resurrexerunt alterius, sed aliqui resurgent in fine seculi, & non poterūt prius resurgere, scilicet illi, qui in fine seculi morient, ergo omnium aliorum resurrectio vsque ad tempus illud differetur. Et patet, quia resurrectio Christi est causa exemplaris nostræ resurrectionis, vt ostensum est supra ex cuius fide spes nobis de nostra resurrectione consurgit, quæ spes non posset haberi de nostra resurrectione, nisi sciremus caput nostrū prius surrexisse. Non est alicuius alterius hominis resurrectio causa resurrectionis aliorum hominum, ideo resurrectio Christi debuit præcedere resurrectionem aliorū hominum, & resurrectio alicuius alterius non oportuit, quod præcederet resurrectionem omnium aliorum, sed quod resurrectio expectaretur vsque ad finem seculi ex spe resurrectionis Christi, quā iam crederemus.

In q. 225.

Ad secundum dicendum, quod licet multa membra Christi sint nobiliora alijs, & ita proximiora capiti, non competit eis ex hoc, quod resurrectio ipsorum præcedat resurrectionem quorundam aliorum, quia Christo in quantum capiti cõuenit, quod resurrectio sua præcederet resurrectionem omnium aliorum, & nullum membrum quantumcunque nobile, & proximum capiti accipit, quod sit caput, id nulli alij competit ex nobilitate, quod resurrectio eius præcedat resurrectionem aliorum cum nulli sit cõdicatum esse caput, neque communicari potest cum Christus sit caput, & non potest esse in ecclesia, nisi unum caput cum non sit corpus monstruosum. Est tamen dicendum, quod si aliqui alij iam surrexerunt ante finem sæculi non competit eis per rationem nobilitatis, quia hoc modo, sicut est dicitur nobilitatis, & proximitatis ad Christum in membris, ita quidam citius, quam alij resurgerent. Et hoc modo si virgini matri Christi conuenit surrexisse die tertio, aut parum post mortem per magnam propinquitatem ad Christum, qui est caput, surrexissent iam omnes Apostoli, & Ioannes Baptista, qui ceteris hominibus meliores, & Deo acceptiores fuerunt, cum iam diu sit, quod mortui sint, & tamen non surrexerunt, ergo non conuenit eis, neque alijs præcedere in resurgendo ad alios propter istam propinquitatem ad caput. Rõ. n. capitis stat in indiuisibili, & propter hanc rationem solum debetur præcessio isti resurgendo, ideo cum de approximatione ad Christum, quod præcedat aliquem alium in resurgendo: sed dicendum, quod non ideo est frustra approximare Christo, quia cum ista proximitas sit per maiorem abundantiam charitatum præmia bitur proportionaliter per excessum maioris gloriæ. Cum autem de Virgine dicitur resurgente. Dicendum quod non est necesse hoc tenere, quia non est de articulis fidei, neque etiam est aliquid definitum per ecclesiam, ut teneri debeat, ideo licet cui libet, sicut uoluerit opinari. Rationes autem, quæ ad probandum illius resurrectionem sumuntur, sunt suasiones quedam, & non conuincunt, & tamen, quia communiter tenentur, quod surrexerit rationabiliter hoc tenere. Sed quis tamen cõtrarium asserat, non contendimus. Et dicendum, quod si surrexisse ponatur, non est asserendum, quod hoc ei competuerit propter abundantioris sanctitatem, & approximationem ad Christum, sed solum, quod cõcessum est ei ex privilegio. Nam si propter sanctitatem competuisset ei aliqui resurgere ante finem sæculi, necesse erat, quod omnibus alijs per differentem perfectionem prius, & posterius resurgere competeret seruata proportione sanctitatis eorum, quod falsum est, quia tunc quotidie resurgerent aliqui: & in die ultimo non plures resurgerent, quam qui hodie resurgunt, & tamen resurrectio in ultimo die fiet, & sic Christus prædicabat. Quod patet, quia Martha asseruit, quod Lazarus resurgeret in nouissimo die Ioann. 11. c. Et hoc nesciret ipsa, nisi a Christo audisset generalem resurrectionem tunc futuram, & Iob 19. dicitur: In nouissimo die de terra resurrecturus sum. Et ita resurrectionem suam non putauit futuram usque ad ultimum diem, & tamen si secundum maiorem approximationem ad Christum esset resurrectio prius, aut posterius, forte iam Iob resurgere debuisset, & non determinaret sibi diem nouissimum. Cui autem de Ioanne Euangelista dicitur, dicendum, quod de hoc non est asserendum, quod surrexerit, neque est tanta ratio dubitandi, sicut de virgine matre Christi, & tamen si fortassis Ioan. surrexit non competit ei ex gradu sanctitatis, sed solum ex privilegio, & grata cõcessione Dei. Hoc autem de Ioanne putare prouenit ex dubitatione, quam de eo facere multi solent, quibusdam dicentibus, quod

De Ioannis Euang. resurrectione quid tenendum.

non obierit, alijs uero asserentibus, quod obierit, alijs dicitur, quod decessit, & surrexit. Sed hæc omnia uerba procedere ex quodam errore, nam in ueritate Ioannes mortuus est, ut clare ostenditur Io. 21. c. Ad tertium argumentum poterat responderi per prædicta, quod nouum testamētum habet statum excellentiorē, & id si ex maiori approximatione ad Christum cõpeteret alicui prius resurgere, deberet multi nunc resurgere, & tamen nulli competit ex quantocunque merito præcedere alium in resurgendo, ergo neque competit uelut ex iure aliquibus in nouo, aut ueteri testamento resurgere, sed illi, si surrexerunt fuit ex privilegio, & non ex merito imitationis Christi. Aliter potest dici, quod pendet decisio huius ex alio. Sancti, qui cum Christo surrexerunt, surrexerunt ad uitam immortalem, uel potest obierint. Si dicatur, quod postea obierint nulla cõdubiandi est, quia tunc non pertinent isti ad resurrectionem, de qua queritur. Illa est. n. resurrectio ad uitam immortalem, & de tali dicimus, quod nemo nunc resurgit, sed expectatur resurrectio ad diem nouissimum. Si autem acciperetur de resurrectione, quæ est ad uitam mortalem, quæ magis uocamus suscitationem quandam, non est dubium, quin quotidie possint aliqui resurgere, multos. n. Christus & Apostoli suscitauerunt, & multi ante Christum suscitati fuerunt in ueteri testamento per Eliam, & Eliseum, sed de ista resurrectione non loquimur, neque scriptura mentionem facit de hac, & id Christus uocatur primogenitus mortuorum. i. resurgentium a mortuis, uel ut Apostolus dicit, est primitiæ dormientium. Sed non potest intelligi quantum ad resurrectionem, quæ est solum redire ad uitam, quia hoc modo Lazarus, & illi, quos ipse suscitauit præcesserunt eum, id debet intelligi de resurrectione ad uitam immortalem, & quantum ad hoc ipse est primogenitus mortuorum, quia ante eum nemo surrexit ad uitam immortalem. Si autem dicatur, quod illi, qui surrexerunt cum Christo, surrexerunt ad uitam immortalem, manet dubium. Et tunc dicendum, quod non surrexerunt per excellentiam sanctitatis suæ ad ceteros mortuos, sed per Christum ut essent in testimonium resurrectionis suæ. Et apparet, quod sit ista cõdubiandi est, quia dicitur infra 27. c. Multa corpora dormierunt, surrexerunt de monumentis, & introeuntes in sanctam ciuitatem, apparuerunt multis. Et tunc non est attribendum sanctitati eorum, quod surrexerint, neque est datum est eis ex privilegio, quasi Deus faceret hoc per benefacere eis solum, sed Christus fecit per tempus. Uel suam resurrectionem per illorum resurrectionem probaret. Et tunc cum dicitur, quod sanctiores erant patres noui testamenti, dicendum quod non surrexerunt tunc, quia non erant mortui aliqui patres noui testamenti, qui possent resurgere. Nam noui testamentum cepit a Christo, & maxime post mortem suam, id nemo erat mortuus de patribus noui testamenti, qui possent resurgere, primi. n. patres fuerunt Apostoli, & illi adhuc uidebant simul cum Virgine matre Christi. Si autem aliqui illorum mortui essent, fortassis potius illi, quod aliqui alij resurgerent, postea uero non oportuit, quod resurgeret ad testificationem Christi, quia iam testificationem habebat, id non est inconueniens, quod aliqui de patribus ueteris testamenti surrexerunt ante diem iudicii, & quod nullus de patribus noui testamenti ante illum diem resurgat. Sed obiicitur, quod si isti surrexerint ad uitam immortalem, quod non sit Christus primitiæ dormientium, nam non uocatur primitiæ per redire ad uitam ante oes, quia multi ante ipsum surrexerunt, ut dictum est, sed per prius resurgere ad uitam immortalem, & tamen si isti surrexerunt ad uitam immortalem, erit aliquis resurgens ad immortalitatem ante Christum, cum illi prius surrexerint, quod Christus, quia de illorum resurrectione ponitur infra 27. & de Christi resurrectione, infra 28. c.

Dici

Quare Christus dicitur primitiæ dormientium.

Dici poterat, quod Christus est primitiæ dormientium uel primogenitus mortuorum non, quod ante omnes surrexerit, sed quod excellentior resurgendo fuerit, & ideo licet alij resurgerent ante Christum ad uitam immortalem non fuerint illi primitiæ dormientium, sed Christus, qui excellentior omnibus resurgentibus fuit. Aliter dicendum, & melius, quod etiam tempus fuit Christus prior omnibus resurgentibus ad immortalitatem, sicut fuit prior excellentia. Cum autem dicitur de illis, qui cum eo surrexerunt, dicendum quod Christus resurrexit prius, quod illi, licet Matth. secundum ordinem narrationis præposuerit de eorum resurrectione, quia securus fuit processum ordinis artificialis, & non naturalis, & est ibi anticipatio, sicut sepe faciunt Euangeliste, & omnes historiographi, non. n. potest conuenienter describi aliqua historia sine anticipatione, & recapitulatione. De hoc tamen quid uerius sit. San. illi, qui cum Christo surrexerunt postea obierint, sicut Lazarus, & alij, qui a Christo suscitabantur, uel adhuc uiuant, aperietur magis infra 27. c. Ad quartum dicendum, quod resurrectio omnium erit in fine sæculi, & non præcedet resurrectio aliquorum ad resurrectionem aliorum non solum per mille annos, sed neque per unam horam, sed in momento, & ideo oculi fiet resurrectio omnium. 1. Cor. 15. c. Cum autem obiicitur de mille annis inter unam resurrectionem, & aliam, ut ponitur Apoc. 20. c. Dicendum, quod istud longe est intelligendum est, ut declarabitur eo. c. & tamen quantum attinet ad presentem, dicendum quod occasione illorum uerborum, ut Augustinus refert. 20. de ciuit. Dei, quidam heretici posuerunt primam resurrectionem futuram esse mortuorum bonorum, ut cum Christo mille annis in terra regnent, & uiuant uoluptuose, & ideo uocatur chilastem. i. millenarij, ut dicit ipse Augustinus. lib. de nonaginta heresibus. Et ideo idem Augustinus ostendit, eo. lib. 20. de ciuit. Dei, aliter intelligenda esse uerba illa. scilicet de resurrectione spiritali, per quam homines dono gratiæ a peccatis resurgent, & ista uocatur prima resurrectio. Secunda autem resurrectio est corporum: regnum autem Christi dicitur ecclesia, in qua cum ipso non solum martyres, sed etiam alij electi regnant, ut ex parte totum intelligatur. Vel regnant cum Christo in gloria quantum ad omnes, & sit specialiter mentio de martyribus, quod ipsi præcipue regnant mortui, quia ipsi usque ad mortem pro Christi ueritate certauerunt, millenarius autem annorum non significat aliquem certum numerum, sed designat totum tempus, quod nunc agitur, in quo cum Christo omnes sancti regnant, quia numerus millenarius significat ueritatem magis, quam centenarius eo, quod centenarius est quadratum denarii: millenarius est cubus, id est numerus solus ex duplici ductu denarii in seipsum surgens, quia decies decem decies mille sunt, & ita dicitur Plal. 104. Verbi, quod mandauit in mille generationes, id est ad omnes, quia non erant determinate mille generationes, quia tunc non esset mandatum perpetuum, quod falsum est, & ita non significatur ibi duæ resurrectiones, sed una erit resurrectio omnium hominum, scilicet in nouissimo die, sive in fine sæculi.

An tempus resurrectionis sit nobis ignotum, uel aliquo modo sciamus, aut scire possimus. Quasi. C C X X I.

Quare dicitur, quod dies resurrectionis sit ultimus dies sæculi, an sit nobis ignotum istud tempus, uel aliquo modo sciamus, aut scire possimus. Aliqui dicunt, quod non est ignotum, neque occultum illud tempus, quia cuius principium est determinatum Alph. Toit. in Matth. Pars V I.

tum, finis quoque potest sciri, eo quod omnia mesurantur quadam periodo, ut dicitur secundo de Generatione, sed principium mundi determinate scitur a nobis per sacram scripturam, ergo finis eius determinate poterit sciri a nobis. Sed finis mundi erit tempus resurrectionis, & iudicii, ergo tam iudicii, quam resurrectionis tempus non est occultum nobis. Secundo patet, quia Apoc. 12. c. dicitur, quod mulier illa, per quam ecclesia significat habet locum paratum a Deo, ubi pascatur ibi per tempus, & tempora, & dimidium temporis. Item Dan. 12. cap. ponuntur dies determinari, nam dicitur porro docti intelligent, & a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille ducenti nonaginta: beatus, qui expectat, & peruenit ad dies mille, & trecentos, & triginta, & quinque. & tamen scriptura solet accipere diem pro anno Ezech. 3. c. diem pro anno dabo tibi, ideo uidetur, quod talis numerus annorum esse debeat, usque ad consummationem sæculi, & sic possit sciri determinate finis sæculi. Tertio, quia status noui testamenti fuit præfiguratus in ueteri, sicut fuit nouum testamentum significatum per uetus, & tamen scimus determinate in quo uetus testamentum statum habuit, id est durauit, quia fuerunt anni mille quingenti quadraginta quinque, uel quasi. scilicet a datione legis Moysi, usque ad Christi natiuitatem, que dedit nouum testamentum, uel secundum aliquam computationem ueraciorum sunt mille quingenti, & decem anni, ergo possumus scire determinate durationem noui testamenti, & tamen nouum testamentum durabit usque ad finem sæculi infra 28. c. cum dixit Christus eis, qui in fine sæculi erant, ego enim uobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Ergo poterit sciri determinate finis sæculi, quod tempus resurrectionis, & iudicii generalis. Dicendum, quod finis sæculi, & dies iudicii, & dies resurrectionis generalis idem sunt, & ideo si quis nouit unum, nouit & alterum, & tamen nullum illorum determinate scitur. Et patet primo, quia illud, quod ignoratur ab angelis multo magis erit occultum hominibus, quia ea, ad quæ homines naturali ratione peruenire possunt multo simplicius ab angelis cognoscuntur. Etiam per reuelationem homines non cognoscunt, quia ea, quæ homines sic cognoscunt per angelos cognoscunt, per quos eis reuelationes fiunt, sed angeli non cognoscunt diem resurrectionis, & iudicii, ut dicitur infra 24. capitulo, scilicet de die autem illa, & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, ergo multo magis ignoratur ab hominibus. Secundo patet, quia Apostoli fuerunt magis cõfessu secretorum Christi, quam alij sequentes, & tamen eis non fuit cognita determinatio temporis illius etiam si de hoc quærerent, ergo neque ceteris hominibus nota erit. Circa hoc considerandum, quod finis sæculi rationabiliter est hominibus ignotus, comparatur enim gradus sæculi ad gradus hominis, in sæculo autem ætas ultima est, quæ incipit ab aduentu Christi, & durat usque ad finem sæculi, & correspondet senectuti ex parte hominis, quæ durat usque ad mortem eius, ceteræ autem ætates cuiuslibet hominis, id est pueritia, infantia, adolescentia, iuuentus, uiriliter habent determinata principia, & determinatos fines, scimus enim in quo anno hominis quælibet istarum ætatum incipit, & in quo finitur, & consequenter scimus, quot annos quælibet harum ætatum duret. De senectute autem scimus quo anno incipit, sed non quo anno finiat, quia terminus eius est mors hominis, & ideo

L 2 nesci-

nescimus quot annis duret senectus, unde senectus, neque secundum totam speciem, neque secundum aliquem unum hominem habet determinatam durationem, ita etiam de ætate sæculi, nam quælibet illarum scimus quo anno cæperit, & quo anno desierit, & consequenter quot annis durauerit: de vltima, quæ est a natiuitate Christi scimus quo anno cæpit, sed non quo anno desinit, & consequenter neque scimus, quot annis ista ætas durat. Est etiam alia communis proprietas, quod in homine vltima ætas, quæ est senectus, interdum est maior quantitate omnibus alijs sumpris. Nam ceteræ incipiendo ab infantia vsque; ad principium senectutis non durant annis septuaginta. i. non pertingunt vsque ad septuagesimum, secundum vnâ computationem, & tamen senectus sola interdum durat plusquam septuaginta annis, vt in illis, qui vltra centum, & quadraginta annos peruenerunt: ita ergo de ista vltima ætate sæculi poterit eæ, quod sit maior duratione oibus alijs ætibus simul sumpris. i. vt duret plusquam quinque millibus annorū, & tñ sicur senecturi non sunt aliquot anni, neque menses, neque dies distincti, tñ fm naturam. i. spem totam, qm fm indiuiduum, & iō eque facilius pōt eæ longa, vel breuis, neque rōne colligitur duratio eius. Ita de ista vltima ætate, quæ est a Christi natiuitate, vsque ad finē sæculi. Sic dicit Aug. l. b. octuaginta triū, ætas vltima humani generis, q̄ incipit ab aduentu Dñi, vsq; ad finem sæculi, quibus gñationibus cōputetur incertū est, sicut & senectus, quæ est vltima ætas hoīs nō hēt determinatū tempus fm mensurā aliorū, cū qñque sola teneat tñ ipis, quantum reliquæ oēs ætates. Sciendum vltimus, quod finis huius ætatis, licet a multis cogitetur, inspicetur, & timeatur, a nemine tñ inuenit, aut cognoscitur. Quod patet, quia si hoc sciretur, vel sciri posset, aut esset per rōnem naturā, aut p doctrinam scripturarum sacrarum, aut per aliq̄ specialem reuelationē, sed nullo istorum modorū cognoscitur, ergo tempus resurrectionis, & finis sæculi est nobis ignotum.

Naturali ratione finis sæculi sciri non potest.

De primo patet naturali rōne non solū non possumus inuenire finem sæculi, immo potius suadet nobis, quod nunquam sit finis sæculi. Et patet, quia tempus est numerus motus, & ideo determinatio temporis non pōt sciri, nisi per determinationē motus: est aut motus ille motus celi, qui est cā oīum aliorū motuū, & iō per motum illum prædicimus de ceteris rebus, q̄ causantur ex motu, & subiiciuntur illi sicut proprietates eius, vt ex motu celi colligimus, qñ erit eclipsis, q̄ est aliquid consecutum in ipsis corporibus motis celestibus, & colligimus accidentia rerū istarum personarum, vt frigora, æstus, pluuiarum abundantias, aerē salubrem, sterilitatē, aut fecunditatem terræ, & similia, ad quæ corpora celestia satis se explicant, & posita sunt in signa. Gen. 1. c. Et Christus dixit Phariseis, supra 16. c. faciem celi diiudicare nostis, & signa tēporū non potestis scire. Et quoniam cā est dans eæ causato corpora aut celestia sunt causa omnium generationum, & corruptionū, quæ fiunt in terra, vt Aristot. ait 1. de Genera. Et non solum sunt cā efficiendi, sed et mēsurā durationis p motū, non solum p motum corporum celestium possumus scire de aliqua re, quod erit, sed et qñ erit, & quando durabit, hoc aut est quantum ad cetera, quæ subiecta sunt motui illi, de quibus p illum iudicabitur, sed ipsemet non est sibi cā, neque sui ipsius mensurā, iō per ipsum nō poterit cognosci de eo, quando durabit, sed sciri deberet ex conditione termini, vel motoris, non potest autem ex conditione motoris, vt dicitur, neque et ex conditione termini, quia in motu recto si mobile moueatur vniiformiter per proportionem velocitatis, vel tarditatis colligitur facilius qñ perueniēti. quantum temporis impēdit

in perueniēdo, motus aut celestis est motus circularis, in circulo autem nunquam est principium, neque finis. Etiam mobile, quod circulariter, & naturaliter super axē suū, & polos mouet pōt naturaliter moueri in eternū, immo de se est determinatum porius ad durandū in eternum, cum nulla possit inueniri causa ex parte motus, neque ex conditione mobilis, quare porius finiatur motus nunc quam postea. Et ista fuit cā, quare illi, quos in natura peritissimos appellamus posuerunt eternitatem motus a parte ante, & a parte post. i. quia non est aliqua cā ex cuius parte accipiatur finis in motu illo. Nisi forte dicas, quod ex parte motoris inuenietur finis motus. Et dicendum, quod non potest inueniri naturaliter. Nam motor celi est intelligentia vt tam a catholicis, q̄ et a philosophis concessum est, & tunc aut illa mouet solū per libertatem, aut quasi naturaliter. sagendo quantum potest, & in hoc discordant philosophi a catholicis. Dicunt enim philosophi, vt colligitur ex 12. Metaph. Aristot. intelligentias mouere secundum totum suum conatum. i. quantum pñt, & quando possunt, & ex hoc accipit Aristot. regularitatem illius motus. i. quia intelligentiæ mouent quantum possunt, & vires earum sunt limitatæ, & rursus sunt infatigabiles, quia sunt immateriales, iō necesse est, quod moueant semper equaliter, & ex hoc prouenit vniiformitas, & regularitas motus. Catholici autem ponunt iuxta veritatē intelligentiæ mouere per libertatem ex imperio primæ intelligentiæ. quantum illa iubet, & quando vult, & ideo regularitas motus non causatur ex hoc, quod agunt ex toto conatu, sed ex hoc, quod sunt agentia secundum rationem, & vires sunt infatigabiles. Ideo possunt mouere fm maiorem, vel minorem velocitatem, & possunt tenere illam equalē, vel difformiter mouere, vel quia expedit rebus, quæ a celo mouent motū illū fieri vniiformē sit vniiformis, & tñ, quia sunt mouentia p voluntatē, interrumpunt motū qñ volunt, vel mouent contrario mō, sic patet de statione solis tempore Iosue, cum stetit sol nō motus, sed fixus spatio vnus diei Ios. 10. c. & triō modo mouerunt tempore Ezechie, quādo sol rediit retro per decem lineas, vel gradus in horologio Achaz. 4. Re. 20. c. Non poterant tñ ista accidere si intelligentiæ mouerent, quasi naturaliter agētes semper quantum possunt, velut ex naturali necessitate, & tamen tenendo quemcūque istorum modorū sequitur, quod nō pōt sciri finis motus ex conditione motoris. Quod patet, quia tenendo, quod moueat intelligentia, quasi naturaliter sequitur, quod motus sit perpetuus, quia intelligentia quælibet est infatigabilis, & agit quantum pōt, peditio aut corporis mobilis est ad semper moueri, iō nunq̄ cessabit motus. Si autē ponatur, quod motor mouet libere, etiam non pōt sciri determinate finis, immo nō potest sciri an erit aliquādo finis motus, quia motor est potens ad semper mouere, & mobile est aptum ad moueri, ideo poterit semper mouere, vel si cessare vult nō est aliqua ratio ad sciendum, qñ cessabit cum sit agens liberum, ergo non potest per rationem naturalem sciri, quando cessabit motus celi, vel an aliquando cessabit.

De secundo patet, quod per scripturas Sacras nō possit sciri, quia aut sciretur per scripturas noui, aut veteris testamenti, sed per neutras scitur, ergo nō scit ex scripturis. De scripturis veteris testamenti patet, quasi per illas posset sciri esset iā scitū, & non quilibet sent specialiter Apostoli a Christo de consummatione sæculi, & tñ quæserunt, vt patet infra 24. c. Qñ oīa hæc fient? & quod est signū aduētus tui, & psumationis sæculi? Ergo non poterat sciri ex scripturis veteribus. De nouis et patet, quia Christus nō posuit aliquid determinatum, per quod sciri posset, et Apostoli in epistolis,

Per sacras literas non pōt sciri finis sæculi.

& libris suis non scripserunt hoc, quia nescierunt. A Nam cum ipsi quærerēt a Christo de hoc (vt plurimi putant) dixit eis Christus: Non est vestrum nosse tempora, & momenta. ergo non poterunt ipsi scribere cum nescirent. Similis autē quæstio erat apud Iudæos de tempore aduentus Messie, & non poterant scire p rationem aliquam, neque et per scripturam inueniebant omnino determinationem, & quia aliqui conabantur per signa celi cognoscere aduentum Messie dixit Christus, quod non poterat per rationem naturalem inuestigare, eo quod pendeat ab agente libero. Sic dicit supra 16. c. faciem celi diiudicare nostis, & signa tēporum non potestis scire. i. non potestis habere aliqua signa ex celo, per quæ cognoscatis tempora, quando Messias venturus est: sed illud non poterat sciri p cœlum, neque per rationem naturalem, quia pendeat ab agente libero, ideo cum finis sæculi sit, id est cessatio motus celestis sit ab agente libero, etiam non potest sciri per rationem naturalem, vel per signa celi, & ita scriptura, neque ratio naturalis hoc indicat.

An per reuelationē possit sciri finis sæculi.

De tertio, i. de reuelatione dicendum, quod aut quæritur an per reuelationem possit sciri finis sæculi, vel an sit scitū, vel an expediat sciri. De primo dicendū, certum esse, quod potest sciri, nam Deus scit illum, cum ipse illum facturus sit, quando ei placuerit, & ideo cū sciat poterit notificare, qui voluerit, magis est enim nosse Deum in se, quam nosse ea, quæ Deus scit. i. aliqua ipsorum de illis, quæ ad nos pertinent, & tamen dicitur supra 11. c. q̄ nemo nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: ergo a fortiori reuelabit Deus finem mundi cui voluerit, cum minus sit illum reuelare, quam reuelare patrem. Si quæretur an sit alicui reuelatus, vel reuelabitur. Dicendum, quod nō potest constare secundum omnimodam certitudinem, & tamen verisimiliter dici potest, quod neque est alicui reuelatus, neque reuelabitur. Primo patet hoc, quia si reuelaretur nobis reuelaretur per angelos, cū illi sint administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, ad Hebr. 1. & iō vocantur angeli. i. annuntiatores, & quia nunciant ea, quæ Deus vult nobis reuelari, & idem dicit Dionysius lib. de cœle. hierar. c. 4. quod reuelationes diuine, nō fiunt nobis, nisi per angelos, & tamen angeli nesciunt finem sæculi, & diem resurrectionis infra 24. & Marc. 13. c. de die autem illa nemo scit, neque angeli cœlorum, ergo non sit reuelatio alicui de tempore illo.

Secundo patet, quia quando Deus reuelat aliqua, q̄ facturus sit, reuelat ea seruis suis, vt dicitur Amos 3. c. non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelat secretum suum ad seruos suos prophetas. & ideo quando aliquid reuelandum est, reuelatur sanctioribus, & tamen Apostoli erāt sanctiores omnibus, qui postea fuerunt in nouo testamento, quia vt dicitur ad Ro. 8. ipsi habuerunt primitias spiritus, & dicit ibi Glo. tempore prius, & ceteris abundantius, & tamen illis non solum non reuelatum est, sed etiam cum peterent sibi reuelari non fuit reuelatum: nam cū de hoc quærerent Act. 1. vt multi intelligunt, dixit eis Christus, non est vestrum nosse tempora, & momenta, ergo ipsi non cognouerunt, ergo a fortiori de ceteris credendū est, quod non sit eis reuelatū, neque reuelabitur.

Tertio, quia Deus omnia agit secundum rectam rationem, & ideo propter aliquam vtilitatem, & ideo quando cūque dat nobis aliquas gratias spirituales semper facit propter aliquam vtilitatem, vt dicitur 1. Corinthiorum 12. c. vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, id est gratia spiritus, scilicet donum eius ad vtilitatem ipsius, & aliorum, & tamen reuelato determinati temporis finis sæculi non est ad vtilitatem, sed potius ad damnum ecclesie, vt dicitur

statim, ergo non reuelabitur alicui. Quarto, quia si Deus reuelaret alicui finem sæculi, multi scirent illū immo cognitio deueniret ad omnes, quia Deus non reuelat aliquid propter vtilitatem vnus personæ priuatæ, sed semper ad vtilitatem multorum. i. ecclesie, vt dicitur. 1. ad Corin. 12. quod vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, & 1. Corint. 14. significatur, quod illa dona sunt ad vtilitatem ecclesie. Et idem ad Ephe. 4. c. ad hoc autem, quod reuelatio ista sit vtilis multis oportebat publicari eam, sed non publicabitur, ergo non fiet reuelatio. Patet hoc, quia si publicaretur esset dies ille notus, & tunc cauerent, & tamen non cauebunt, sed erit dies ille insperatus, quando venerit, Luc. 17. c. Erit, sicut in diebus Noe edebant hoīes & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsque in diem, quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit oēs: ergo non reuelabitur.

Dies iudicii reuelari non dēt.

Quinto patet, quia non solū non reuelatur, immo est tale, quod reuelari non debet, quia quando dixerunt Apostoli Christo: Dñe si in tēpore hoc restitues regnum Israel? non solum non dixit non dicā, vel nolo dicere vobis, sed ait, non est vestrum nosse tempora, & momenta, quæ p̄ posuit in sua potestate. i. non pertinet ad vos scire istud, sed ad patrē solū, quia hoc sibi reseruat, quod est ponere illud in sua potestate. Si aut quæretur an expediat illud reuelari. Dicendū, quod nō: primo, quia nō sequit inde aliqua vtilitas. Nā resurrectio non fiet vsque post mortem nostram, cum fiat in fine sæculi, iō ad nihil confert scire determinationem tempus illius, quia scientia ista nullam dispositionem causat in nobis, eo quod dispositiones omnes, quas nos facere possumus, & debemus sunt in vita, resurrectio aut est post mortem, & tñ Deus non reuelat aliquid, nisi inde sequatur vtilitas, iō non reuelabit hoc. Secundo, quia potius sequeretur inconueniens reuelando, quia resurrectio, & finis sæculi, & dies iudicii, idē sunt, & si quis sciret resurrectionis tempus, sciret diem iudicii. scire aut tempus illud, si esset aliquantulum distans esset nocuum, quia laxarentur corda humana vitijs, sicut si quis sciret diem mortis suæ, & solum vellet homo bene facere, qñ esset p̄pinq̄ illi tēpori. Vt ergo hō incertus de tpe, quali tempore instet, semper sit sollicitus ad bene agendū, fuit conueniens, quod ignoraretur tempus illud, vt sic homini esset causa vtilis gilandi. Et hanc causam expressit Christus. Luc. 12. c. dicens: Si pater familias sciret qua hora fur veniret, vigilaret vtiq̄, & non sineret perfodi domū suam, ira & vos state parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniret, & istam eandem cām tetigit Apostolus, dicens: dies dñi, sicut fur. 1. Thes. 5. cap. i. sicut fur venit occulte, & quando non speratur, ita veniet dies domini, in quo erit resurrectio, & iudicium. Sed obijciunt aliqui, quod dies resurrectionis, & iudicii debeat eæ notus. Primo, quia dñs Amos. 3. c. non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretū suū ad seruos suos prophetas, ergo reuelabitur alicui dies ille.

Secundo, quia fundamentum, quod ponebatur ad ostendendum, quod non reuelabitur propter id, quod dñs Act. 1. c. non est vestrum nosse tpa, & momenta, dñt non stare, quia dñt, quod illud verum erat quantum ad Apostolos, & illos, qui erant tpe Christi, quibus lōge hæc distabat, secus aut est de nobis, vel de illis, qui fuerint propinqui ad res illas, quæ talibus bene cōperit ista reuelari. Dicendū, quod non stat, quia rōnes supra allegatæ manent, ideo non fiet reuelatio huius temporis.

Ad primum in contrarium dicendum vno mō, quod licet videat significari, quod non faciet Deus aliquid, nisi reuelat illud, ita quod oīa, q̄ sūt a Deo prius reuelent, nō est tñ generaliter intelligendū, quod manifestū est, quia multa Deus facit, quæ nulli reuelat, cum quotidie

Deus multa faciat noua, & tamen non reuelat ea ali- cui, ita autem poterat esse de die resurrectionis, & iudicii. Sed aliter dicitur, & melius, quia si aliquid est, quod non reuelat est paruum, vel non pertinens ad omnes, & tamen nihil maius est, q̄ resurrectio generalis, quia ibi speratur complementū totius bono- stri, ideo vel nihil reuelaretur, vel hoc reuelaretur.

Circa quod sciendum, q̄ cum dī, q̄ Deus nihil fa- ciet, nisi reuelat illud seruis suis, est verū de illis, quæ pertinent ad statum omnium, sicut illa, quæ concer- nunt statum vniuersi. Sic. n. fuit de diluuiio, per quod totus mundus perit. Nam prædicatum fuit illud pri- per Noe, ea vero, quæ pertinent ad singulares perso- nas raro reuelantur, quia non est Deo ita impensa cu- ra de statu alicuius particularis hoīs, sicut de statu hu- mane speciei. Etiam reuelat Deus illa, quæ reuelata conferunt ad aliquid, vt homines ad aliquid se dispo- nant, resurrectio autē est de maximis bonis, & pertinet ad oīa indiuidua humana speciei, iō reuelari debuit, & ita reuelata est, & non solum reuelata, sed et ab eo sepe prædicata, & nobis inter ceteros articulos fidei tradita. Sed dicendum, q̄ aliud est scire resurrectionē, & aliud tempus determinatum resurrectionis. Pri- mum est valde vtile, secundum autē nullo mō erat cō- ueniens, & ideo primum fuit conueniens reuelatū, secundum fuit tacitum. De primo patet, nam si nesci- remus esse resurrectionem, nemo curaret bonum a- gere, sed diceret quisque comedamus, & bibamus, quia cras moriemur, vt dicit Apostolus. 1. Corin. 15. c. Sed quia scimus, aut credimus futuram resurrectio- nem, allicimur ad bona, & cauemus mala, & ideo fuit necessarium valde reuelatā, & prædicatam esse resur- rectionem. De secundo ostensum est supra, q̄ nō fuit expediēs reuelari, & ideo reuelata est resurrectio, sed nō resurrectionis determinatum tempus, licet aliq̄ tempus eius reuelatum est. s. q̄ fiet in nouissimo die, i. in fine seculi, sed non determinatur q̄n erit iste dies nouissimus. Et cum dicitur, q̄ non faciet Deus aliqd, nisi reuelat secretum suum seruis suis, est verum, & tñ non dī, q̄ reuelabit tempus aduentus rei. Et ita de resurrectione est, quia ipsa reuelata est, sed non tēpus determinatum.

Ad secundum dicendum, q̄ illa auctoritas. s. nō est vestrum, &c. est ad propositum, quia sicut Apostolis non expediebat reuelari hæc, ita neque nobis, quia re- uelatio fieret, si esset aliqua vtilitas, & tñ vt dictū est, non solum non est vtile, sed et erat aduersum, iō neq; nobis reuelabitur. Circa, quod aduertendum, q̄ in auctoritate illa tria ponuntur, per quæ apparet, q̄ nō debet hoc alicui reuelari. Primum, quia dī: Non est vestrum nosse, quod intelligitur dupl. Nō est vrm. i. nō est vobis vtile nosse hæc. q. d. si esset vtile reuela- retur, sed quia non est vtile, non reuelatur. Alio mō- dō, nō est vestrum. i. nō pertinet ad vos, quia maioris conditionis est scire hoc, quam ad vos pertineat, & tñ quod ad Ap̄los non pertinet, non pertinet ad alios, q̄ nemo est maioris dignitatis, vel status apud Deū. Etiam apparet, quia quod Apostolis non reuelat, nul- li reuelat, dicit n. Ch̄s Io. 15. iam non dicam vos ser- uos, sed amicos, q̄ seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autē dixi amicos, quia oīa, quæ audiui a patre meo, nota feci vobis. Ergo supra ea, quæ reuelabatur Apostolis nihil manebat reuelandum, sed eis noluit Ch̄s reuelare hoc, quasi esset maioris altitudinis, q̄ ad eos scire pertineret, iō nullus alius erit, cui talia re- uelent. Secundum est, quia dī nosse tempora, & mō- menta, in quo inuif, q̄ ista est causa, quare nō reue- latum fuit Apostolis, quod petebant, s. quia petierunt tpa, & mōmēta eis reuelari. In quibus fieret id, quod volebant. Et patet, quia non dixit eis Christus non est

vestrum nosse hoc, sed non est vestrū nosse tempora, & momenta. q. d. quia petitis determinationem tem- poris rei non concedetur vobis. In quo consideran- dū, q̄ sicut ad Deum pertinet reuelare ea, quæ factu- rus est inquantū illa reuelatio nobis confert, vt ad ali- quid boni disponamur, & solliciti existentes vigile- mus, ita pertinet ad eum tacere tempora determina- ta, in quibus res fieri debeāt, quia facta determinatio- ne homo certus manens non vigilaret, sed solueret delicias, quasi ante tempus illud posset prouidere, & ita inuenietur in omnibus bonis, vel malis, quæ Deus per prophetas prænucciabat, vel toti orbi, vel aliqui- bus specialiter, nam non determinabat tēpora euen- tuum saltem determinare, ita vt non posset dubitari, sed si aliquas circumstantias ad cognoscendum dabat non tamen penitus. Sic est de aduentu Messie, qui in scriptura designatus fuit, & fuit aliqua designatio tē- poris facta, sed non fuit totaliter determinatum tem- pus, & ideo semper manebat Iudeis dubium, & ita de omnibus aliis, quæ prophete in veteri testamento p- dixerūt. Sic etiam Christus prædicans aliqua non as- signabat tempus, sicut prædixit capiedam Ierusalem ab hostibus, dicens: Ecce dies veniunt, sed non dixit quando, Luc. 19. Et hoc verum est, nisi q̄n res prænu- ciata nō euentura erat in tempore illo, quia ex aliqua causa impediret. Sic patet Ionē 4. c. Nam prædicauit Ionas Ninuiem perituram, & addidit, q̄ post quadra- ginta dies fieret, & quia conuersi fuerunt non secuti est, & tamen si futurum esset, sicut prænucciabatur, siue bonum, siue malum esset, non prænucciaretur tempus. Cuius ratio est, quia si esset bonum, quod præ- nucciaretur, forte ille, cui prænucciaretur, quasi cer- tus effectus propter temporis designationem resolu- retur ad delicias, & vitia, & efficeretur indignus illo bono, quod promissum erat, & non daretur ei in illo tempore, quia Deus repente loquitur, vt faciat bonū, vel malum, & si recedit homo a via sua bona, vel ma- la Deus recedit ab eo, quod locutus est. Iere. 18. ca. Si autem non designatur tempus, etiam si homo effi- ciatur malus forte non mutabitur bonum pmissum, quia licet non detur eo tempore, quo homo miferit in malo, dabitur alio tempore. s. q̄n bonus fuerit, quia Deus expectat nos, vt misereat nostri, & ita licet non det homini, quando malus fuerit, differt ad aliud tē- pus, vt tunc det, q̄n dare conueniens fuerit.

Secunda causa, quia si malum esset, quod prædice- retur, & ad certum tempus determinaretur forte illi, contra quos prænucciatur esset, dolerent de malo suo, & tunc quoque Deus reuocaret verbū suū. Iere. 18. c. Et ista esset cā, vt raro cōplerentur mala prænu- ciata contra aliquos, & putaretur, quod Deus non lo- cutus fuerat, sed errabat propheta, vel Deus non erat fidelis in verbo suo, quod erat inconueniens saltem, quantum ad simplices. Cum autē prænucciatur ma- lum contra aliquem sine præfinitione temporis, et si quis doleat de peccato stat locutus iuste punitioi Dei, scilicet quando tunc quis de peccato doluerit, nō in- feret Deus penam prænucciata, cum autem decli- nauerit ad malum tunc illam inferet, iō non est con- ueniens prænucciari malum cum præfinitione tem- poris contra aliquos. Et hoc est verum, nisi q̄n Deus non intēdit facere, sed loquitur comminatorie, quia tunc melius est diffinire tempus, vt illi vidētes immi- nere tempus mali sui, doleant de peccato, & Deus mi- sertus non inferat malum, quod prædixit, sicut fuit de Ninuiitis, quia cum prænucciata esset futura sub- uersio post quadraginta dies statim ceperunt penite- re, ita quod die quadagesimo omnes iam erant con- uersi ad Deum, ita vt Dei misericordia exigeret, q̄ non punirentur. Si autem Ionas prædixisset sine

præf-

præfinitione temporis. s. propter peccata vestra Nini- ue subuerteret, & non diceret quando, & Deus in- tenderet subuertere die quadagesimo, forte illi vel- lent conuerti, sed non statim, & quando veniret dies quadagesimus non essent conuersi, & Deus puniret eos, vel forte statim conuerterentur audito verbo Iona- putantes, quod statim subuerterenda esset ciuitas, & Deus intēderet illā subuertere die quadagesimo, & illi videntes, quod non fuisset statim subuerfa- putarent forte, quod falsum erat verbum prophete, & redirent ad peccata sua, postea vero die quadagesi- mo subuerterentur, & ideo si Deus non intendebat exequi malum prænucciatum valde melius erat præ- finire tempus, quam non diffinire. Si autē intenderet

exequi, melius erat non præfinire. Tertia causa est, vt non præiudicetur libero arbi- trio, vel vt orationes non reddantur inefficaces, vel vt pena non detur iniuste. Nam si prænucciatur bonū aliquibus, quod Deus intendat dare, & præfiniatur tē- pus, oportebit quod etiam si in tempore illo, quo dā- dum est bonum, sit homo malus, quod detur ei bo- num: malis tamen dare bona ex promissione videtur esse inconueniens, quia non haberet homo incitati- uum ad bonum, sed malis existētibus videret ex præ- nucciatione diuina bonum conferri. Etiam q̄a Deus dixit, quod si aliquibus ipse bonum polliceretur effi- cerentur mali, quod nō daret eis bonum, quod dixe- rat Ierem. 18. c. Si autem ad hoc, quod conuenienter adimpleretur diuinum verbum deberet esse bonus pro eo tempore ille, cui promissio facta erat, videbat- necessarium esse, q̄ pro illo tēpore futurus esset iste bonus, & ideo si licui promitteretur bonum confe- rendum vsque ad duos annos, iam videbatur necessa- rium, q̄ in fine illorum duorum annorum iste esset bonus, hoc autem erat, vel necessitare, vel determina- re liberum arbitrium, & tamen vtrūque tollit liber- tatem.

Circa malum eadem ratio stat. Si enim Deus præ- nucciaret malum contra aliquem, quod intenderet inferre, & prænucciaret ad certum tempus, videbat, q̄ oportebat istum pro illo tempore eē malum, quia Deus nō infert penas bonis, sed malis, & adhuc istud deterius est, quam in prænucciatione boni, quia dare malis bonum est nimia liberalitas: dare autem bonis malum est iniustitia. Si igitur oporteret malum esse, quia malum contra eum prænucciatum erat tolle- retur libertas arbitrii. Si autem non oporteret esse ma- lum, sed posset esse bonus esset iniusta poene illatio. Etiam sequeretur preces esse inefficaces, quia aduen- niente tempore, & prius oraret iste Deum, & multi alii boni cum eone inferretur malum istud, & non exaudirentur preces, quia Deus volebat exequi ma- lum, quod prædixerat. Et hoc erat magnum inconue- niens, cum ipse hortetur nos ad orādum, quasi Deus multa faciat propter orationes nostras. Luca. 11. & 18. c. si autē prænucciatur malum sine præfinitione temporis inferretur, & non sequitur aliquod istori- inconuenientium, quia si non inferretur vno tempore, inferretur alio. s. quando malus fuerit is, cui malum prænucciatum est, & nemo pro eo orat, & ideo non est inconueniens prænucciari mala cum præfinitione temporis, quando Deis intēdit illa complere. Et iō prophete licet bona, vel mala prænucciarent, non diffi- niunt tēpora. Et hoc est, quando res prænucciatur important bonum, vel malum nobis. Secus autem, quando non attinet ad nos, quia tunc non est incon- ueniens prænucciare tempus, sicut Christus dixit se- resurrecturum tertia die post mortem, quia resurre- ctio sua non erat aliquid, quod ad nos, vel ad aliquē pertineret, sed ad ipsum solum, & ibi fuit conueniens

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

quia si non fuisset prænucciatum certum tēpus non esset certitudo aliqua de resurrectione, sed quia fuit prænucciātū tempus, appositū sunt custodes petenti- bus Iudeis a Pilato infra 27. capitu. & per illos consti- tit postea de resurrectione, infra vigesimo octauo ca- pitulo.

Sed obijciatur, q̄ ea, quæ pertinent ad nos prænu- ciantur determinate, sicut patet infra 24. c. cum dixe- runt Apostoli Christo. Dic nobis quando hæc erunt, & quod est signum aduentus tui, & consummationis seculi? Et Christus respondit ibi ad hæc, & tamen illa sunt talia, qualia illa, de quibus hic dicimus, ergo non solum res, sed et tempora rerum prænucciatur.

Dicendum, q̄ non diffinit Christus tempora respō- dendo, & ideo, quando quæsiuerunt discipuli illa, res- pondit Christus, & tamen non dedit certas determi- nationes, sed dixit aliqua tam generalia, vt illis scitis adhuc maneat dubium, & illud est dicere tēpus, sed non determinationem temporis, & ita circa multa alia prænucciatur tempora euentuum, sed non de- terminata, sicut de resurrectione dicitur, q̄ erit, & q̄ erit in nouissimo die, sed non limitat, quando erit ille nouissimus dies, & ita prædicere tempus non est in- conueniens, si illud non sit determinatum. Et hoc pa- tet Actū. 1. Non est vestrum nosse tempora, & mō- menta. Dicit enim momentum tempus breuissimū, & ita est sensus, q̄ non pertinebat ad illos scire tem- pora, & momenta. i. tempora generalia, & determi- nata vsque ad partes minimas tēporis, quæ sunt mō- menta. In responsonibus autem Christi infra 24. nul- la limitatio fit temporis, ideo non est inconueniens de tempore respondere.

Tertium principale erat in eadē auctoritate, quia dicitur, Quæ pater posuit in potestate sua. In quo in- uuit, q̄ ad solum Deum pertinet scire res, & euentus rerum quantum ad limitationem temporis. Nā non accipitur ponere in potestate proprie, quia tunc nō solum hæc, sed etiam omnia alia sunt in potestate pa- tris, id est Dei, & tamen ponitur istud hic pro causa ad hoc, quod non reuelarentur Apostolis, sed multa alia, quæ in potestate Dei sunt reuelantur hominibus, immo omnia, quæ illis reuelantur sunt in potestate Dei, ergo aliter accepit esse in potestate Dei, scilicet pater posuit ea in potestate sua, id est penes se posuit, & pro se solo reuertat nulli alteri declarans, & ideo vos non petatis talia cum ad solum Deum pertineat hæc, & taliter locutus est Christus Marc. decimo ter- tio capitulo, scilicet de die autem illa nemo scit, ne- que Angeli celorum, neque filius hominis, sed solus pater. Et hoc est, quod dixit in alia auctoritate, quæ pater posuit in potestate sua, id est solus ipse referua- uit sibi sciendum hæc, & hoc prouenit, quia dicitur ibi non est vestrum nosse tempora, & momenta, scilicet designationes particulares temporum, scire enim non est vestrum, quia talia solus pater referuat sibi scienda, & idem est Mar. 13. capit. cum dicitur de die autem illa, & hora nemo scit, quasi dicat de tem- pore in generali, vel de aliquibus conditionibus illius temporis aliqui sciunt, quia Christus ibi prædixerat, & tamē determinate in particulari ita, vt sciatur dies, & hora; quæ hæc sententia non est cognitum ab aliquo, neque etiam ab angelis celi, sed solus pater, id est De- referuat hæc sibi scienda. An vero angeli hæc sciunt dicitur infra 24. c.

Causa autem quare Deus solus hæc sibi referuet, est: ipse enim naturaliter habet omnem cognitio- nem in quantum Deus est, & communicat homini- bus cognitionē illam, que est eis necessaria, vel vtilis, & quia cognitio aliquorū futurorum est hominibus multum conueniens ad mōres, & directionē vite, re- uelat

Solū Deus scit rerum euentus.

L 4 uelat

uelat illa Deus. q̄ futura sint. Quòd autem tali die, & hora futura sint, non est homini vile ad mores sci re, & ideo nō reuelat, nisi raro cum natura rei exigat, etiam vt tempus determinatum reueletur, sicut Deus reuelauit Samueli Prophetæ aduentum Saulis ad ipsum, quem in regem constitutus erat, & tēpus aduentus dicens. Cras hac ipsa hora, quæ nunc est, mittam ad te virum de Beniamin, & fuit conueniens ibi designati tempus, quia Deus mittebat ibi Saulem ad Samuelem, vt vinceret eum in regem. 1. Re. 9. c. Et si non designaret ei diem, & horam non cognosceret determinatè quis erat ille, quem Deus volebat vngere in regem cum multi alij quotidie venirent ad Samuelem, vt prophetaret eis de rebus occultis, & perditis, eod. cap. & poterat errare constituendo aliquem aliorum in regem, ideo debuit illi multum designari tempus, & ita fuit designatus dies, & hora. Sic enim Elisæus prædixit regi Ioram. 4. Re. 7. c. tempus, & horam euentus. s. in tempore hoc cras modius simile vno statere erit, & duo modii hordel statere vno in porta Samariæ. Sed hoc fuit, quia populus erat in desperatione propter mali inolerabile, nam dixit rex ad Elisæum. Ecce tantum malum a domino est quid amplius expectabo a domino? 4. Regum 6. c. Et si nō esset statim succursus, & spes de liberatione desperaret populus, & forte rex mandaret occidi Elisæum, sicut iam iusserat, eodem cap. ideo Deus prænuñciauit deliberationem de propinquo, & tempus, & horam designauit, etiam euenturum erat sequenti die, q̄ fugientibus hostibus sequeretur tanta abundantia quæram narrauerat Elisæus, & si non designaret horam, putaretur de alia futura in longinquo locutus, & non cogitasse de illa, ideo fuit ibi conueniens, quòd designaret tempus, sed cōmuniter non est vile designare tempora, ideo licet euentus prænuñciatur. nō designantur dies, & hora. Ad Deum autem scire pertinet hæc non solum in quantum ipse naturaliter habet omnem cognitionem, quia Deus est, sed quia ipse habet deducere omnes istos effectus in nobis, vel in rebus, sicut iudicat expedire, aut sicut ei placet. Et quia qualibet res fit in tempore determinato, oportet q̄ ab illo, in quo est prouidentia, & dispositio rerū cognoscantur tempora, in quibus effectus secuturi sunt, siue ab eo fiat executio rerū, siue aliis causis inferioribus committat eam, & sic ad Deum pertinet scire tempora, & momenta, cuius est potestas efficiendi res, & ad alios regulariter non pertinet scire. Et simile est de resurrectione, & die iudicii, quia scire determinationem temporis nō pertinet ad nos, & ideo (vt dicitur communiter) a Apostolis quærentibus de hoc a Christo ait ille. Non est vestrum nosse tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. De quo Aug. dicit lib. 18. de Ciuitate Dei. Omnium de hac re calculantium digitos resoluet, & quiescere iubet, q̄ enim Apostolus quærentibus noluit indicare, neque aliis reuelabit.

Opi. Pot. phyrri, & multorum de duratione euang. legis.

Vnde omnes, qui tempus illud numerare voluerunt, hæc tēpus falso loqui sunt. Quidam enim dixerunt, quòd ab ascensione Domini, vsque ad eius vltimum aduentum quadringentos annos posse cōpleri, & non amplius legem eius durare, de quibus Porphyrius fuit. Alii dixerunt quingentos, alij mille, quorum falsitas iam patet, & ita de aliis, qui per cōfessiones magna Iouis, & Saturni, & per alia, quæ eis super sectas habere videntur significationes volunt mensurare tempus durationis legis Christi. Nam isti non solum errant, & semper errabunt, sed etiam semper irrationabiliter loquuntur. Cuius ratio est, quia corpora cælestia non sunt signa aliquarum rerū, nisi in quantum sunt causa, & mensura esse illorum, quia sunt si-

gna naturæ illa, & ideo oportet esse causas rei, vel causata a re, sed corpora cælestia, & motus eorū non sunt ab aliquo agente naturali, ideo si sunt signa aliquarum rerum, oportet, q̄ sint signa in quantum habent causalitatem super illam rem, ita ergo si super durationem legislationum signarent aliquid determinate corpora cælestia oporteret, q̄ illa essent causa determinata legislationum. Sed falsum est, quia omnis legislatio pertinet ad libertatem arbitrij, sed super liberum arbitrium nihil possunt alia, quia corpora cælestia cum sint corpora, & corporaliter influant non possunt recipi eorum influentia, nisi in eo, quod est corporale, vel corporis impeditum, liberum arbitrium pure spirituale est, & nullo modo pertinet ad corpus, vel appenditia corporis, quia nō est corpus, neque pars corporis, neque virtus corporis, aut alligata organo, sed aliquid pure immateriale, ideo nihil possunt efficere, & consequenter neque designare corpora cælestia super liberum arbitrium, neque super opera eius qualia sunt legislatio. ergo per corpora cælestia non potest sciri determinate, q̄ erit aliqua lex, vel secta, & quando incipiet, & quando desinet, ideo neque de lege Christi hoc sciri poterit.

Secundo, quia dato, q̄ corpora cælestia haberent aliquam causalitatem super ceteras legislationes ab hominibus factas, vt si poneretur, quòd ipsa haberent potestatem super omnia creata etiam super liberum arbitrium creatum, tamē super legem a Deo datam non haberent potestatem, & tamen tam lex verus, quam noua a Deo data sunt, & potissime, quia veterē Deus dedit per Prophetas. i. per Moysen locutus, nouam autem dedit per seipsum. i. per filium suum ad Heb. 1. c. ideo non potest aliquid celum super legem nouam, & veterem, quia hoc esset habere potestatem super liberum arbitrium Dei instituentis eas, ideo non potest sciri principium, neque finis alicuius istarum ex significatione cæli, ideo semper auerentur quicunque talibus argumentis finem legis Christi exquirunt, sicut imperiti, qui putauerunt legem Christi finiendā propter coniunctionem Saturni, & Iouis factam anno millesimo quadringentesimo quarto, in mensē Iulij, in signo Cancræ, & vsque ad istum annum quadagesimum octauum, qui nunc incipit in spiritibus vanos terrores immittere nō cessant, sed omnia hæc irridenda, & contemnenda sunt potius quam argumentis retollenda. Erit autem lex Christi vsque ad finem sæculi, quia ei alia non succedet, & ideo, sicut est ignotus finis sæculi, ita & finis legis Christi, & dies resurrectionis.

Ad primum in contrarium dicendum, q̄ ad sciendum finem alicuius rei non sufficit cognoscere principium, nisi in super sciatur mensura, vt si sciatur quanta est mensura magnitudinis alicuius, & cognoscatur ubi res inchoat, sciet, ubi oportet eam finire. Si autem ignoretur mensura ex cognitione solius principij non inducitur cognitio finis, & quoniam omnium aliorum motuum, & rerum per se motuum motus cælestis est mensura durationis scito principio earum poterit agnosci finis, & tamen de motu cæli non est sic, quia ipse non est mensura sui ipsius, ideo, licet sciatur principium eius non cognoscitur finis, quia non est aliquid aliud per quod mensuretur, nisi diuina voluntas, cui omnia subduntur, sed illa est nobis occulta, ideo finis motus cæli, & finis sæculi idē sunt, ideo etiam finis sæculi ignotus est.

Ad secundum dicendum, q̄ quid dies isti designent non explanabitur hic penitus, sed Apo. 12. c. est tamē dicendum, q̄ isti dies mille ducenti, & sexaginta non significant mille ducentos sexaginta annos, quibus ecclesia duratura sit, quasi non sit amplius duratura, quia

Duratio predicatio nis Christi.

Chrs diem suum obiit annos natus 33.

quia falsitas huius iam paruit cum iam, quasi ducenti anni super excreuerint ad illos, quibus Ecclesia durauit, & neque videatur nunc aliquit propter quod putetur in breui cessatura. Sed dicendum, quòd per istos dies designatur, vt communiter volunt doctores, indeterminate omne tempus, quo Christus prædicauit. Et ratio designationis est, quia ecclesia fundata est super fide prædicationis Christi supra 16. capit. super hanc confessionem Petri edificabo Ecclesiam meam & tamen prædicatio Christi, quasi tanto tempore durauit, vt communiter dicitur. Iannis tribus, & dimidio, vt communiter dicitur, & est satis propinquum veritati. Nam cepit Christus prædicare post ieiunium statim supra 4. & Luc. 4. c. ieiunium autem quadagesimum fuit statim post baptismum, vt colligitur Marc. 1. c. & Luc. 3. c. & fuit baptismus Christi finito anno. 29. incipiente. 30. Luc. 3. c. & fuit baptismus Christi in principio Ianuarij. Quinta Ianuarij, qui est dies Eniphania, vt ecclesia cantat in ipsius legenda diei illius. Mortuus est autem Christus anno. 33. etatis sue incepto die tertio, mensis Aprilis, vt declaratum est in libro nostro defensorio trium questionum. Ergo fuerunt, quasi tres anni, & dimidius, quia quasi tantum tempus complent isti dies. Nam desunt quindecim dies, & ideo pro eodem ponit scriptura ibi, vt videretur dies mille ducentos, & sexaginta, & dicere tres annos & dimidium. Quod pater, quia Apoc. 12. cap. dicitur, quòd mulier fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a Deo, vt pascat eam duobus mille ducentis & sexaginta. Et post hæc. eod. c. de eadem muliere dicitur, q̄ datæ sunt ei due alæ aquilæ magnæ, vt volaret in locum desertum ubi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis, sed tempus est vnus annus tempora sunt duo anni dimidium temporis est dimidium anni, & ponuntur pro eadem sententia, & sic ponitur istud tēpus durationis Ecclesie, quia tot diebus, vel tanto tempore prædicata est fides, in qua illa fundatur.

De diebus quoque quos Daniel posuit Dani. 12. non explicabitur hic, sed ibi, & tamē vt communiter tenent doctores non est aliquis numerus dierum ad significandum designatos annos, quibus Ecclesia debeat durare, vel ad designandos annos ab aduentu Christi vsque ad aduentum antichristi, quia non conuenit, licet plurimi ante finita tēpora hæc tenuerunt, sed tempus ostendit eos nunc mendaces, quia sunt dies mille ducenti nonaginta, qui (vt illi volunt) accipiuntur pro annis. & postea adduntur quadraginta quinque, & sunt simul mille trecenti triginta quinque, de quibus dicitur Dan. 12. c. beatus, qui expectat, & puenit ad dies mille trecentos triginta, & quinque, & tamen vt runque tempus iam præterit, cum sit iam annus Christi millesimus quadringentesimus quadagesimus septimus, ergo non est sic accipiendum, sed dicunt doctores, quòd debet accipi de duratione prædicationis Antichristi, & quòd non sint plures dies, quam illi, quos Daniel expresserit, neque accipiatur pro annis, aut mensibus, & tamen de hoc quid sentiamus dicetur Dan. 12. c.

Ad tertium dicendum, quòd licet status veteris testamenti significet statum noui testamenti in generali, non oportet tamen, quòd in speciali singula respondeant singulis, & in rebus, & in temporibus, præcipue cum omnes figuræ veteris testamenti in Christo fuerint complete, & ideo non oportet, q̄ tot annis præcise duret status vnus testamenti, sicut alteri. Et ideo August. 18. lib. de Ciuitate Dei respondit quibusdam, qui volebant accipere numerum persecutionum ecclesie ex numero plagarum Aegypti, dicens: Ego per illas plagas gestas in Aegypto istas psecutio-

nes ecclesie propheticæ significatas esse nō arbitror, quamuis ab eis, qui hoc putant exquisitè, & ingeniose illa singula his singulis comparata videantur nō propheterico spiritu, sed coniectura mentis humanæ, quæ aliquando ad verum peruenit, & aliquando fallitur. Simile fuit in Abbate Ioachim, qui per quasdam miles coniecturas, vt semina literarum, & alia dixit multa circa futurum, & in quibusdam vera dixit, in aliis autem deceptus est. De duratione autem veteris testamenti nulla causa est, qua reputeretur tanta, & nō maior futura duratio noui testamenti, & tamen vsq; nunc maior est duratio veteris testamenti, computando enim a die datæ legis Moysi, vsque ad annū, quo Christus natus est, sunt secundum vnā computationem anni mille quingenti quadraginta quinque, sed secundum aliam, quæ est magis verificata, sunt anni mille quingenti, & decem: & ita desunt nobis anni sexaginta tres, vt sequentur durationes istorū testamentorum, sed istud leue motuum est ad diffiniendum durationem noui testamenti, & consequenter ponendum finem sæculi. Est ergo istandū in hoc, q̄ nulla coniectura sufficit, neque ratio ad inueniendum certitudinem tempus, vsque ad finem sæculi, & non solum nulla coniectura probat, sed neque etiam est aliqua verisimilis, cum nulla ponat aliquod motiuū rationabile.

An erit dies, vel nox, quando fiet resurrectio. Quest. C C X X I I.

Quæretur de qualitate temporis, quādo fiet resurrectio an erit dies, vel nox, & quæ pars diei, vel noctis erit, quando fiet resurrectio.

Aliqui dicunt, q̄ non erit resurrectio in nocte, immo neque in die, quia resurrectio non fiet quousque atteratur celum Iob. 14. c. celum aut atteritur cessando a motu, & effectibus, quos producebat in inferioribus, vt dictum est supra, ergo quando fiet resurrectio iam cessauerit motus cæli, sed per motū cæli fiet dies, & nox; ergo non erit tunc dies, neque nox, & ita non erit in nocte, vt communiter tenetur.

Secundo patet, quia finis vnus cuiusque rei debet esse perfectissimus, sed tūc erit finis temporis. Nam Apo. 10. c. dicitur, quòd tempus amplius non erit, ergo debet esse tunc optima dispositio temporis, sed illa est dies, ergo erit dies.

Tertio, quia qualitas temporis debet respondere eis, quæ geruntur tempore vnde Io. 13. fit mentio, q̄ nox erat, quando Iudas exiit a Christo ad eum, pro dendum, scilicet quia a vera luce recedebat deserens consortium eius, & tamen in resurrectione, quæ erit simul cum iudicio, fiet perfecta manifestatio omnium, quæ nunc latent, quia manifestabit Deus abicondita tenebrarum, & reuelabit cōsilia cordium. 1. Corin. 4. c. ergo debet esse in meridie, q̄ est maior lux. Alij dicunt, q̄ fiet resurrectio in nocte, quia resurrectio Christi fuit exemplar nostre resurrectionis 1. Corin. 15. c. & tamen resurrectio Christi fuit per noctem, vt dicit Gregorius in homilia paschali, ergo & nostra resurrectio fiet per noctem.

Secundo, quia aduentus Domini ad iudicandum, & suscitandum mortuos comparatur aduentui furis in domum, Luc. 12. c. Si pater familias sciret, quæ hora fur veniret, vigilaret vsque, & non sineret perfodire domum suam, fur tamen per noctem venit, ergo aduentus Christi fiet per noctem, & consequenter resurrectio nostra.

Dicendum autem, q̄ neque ex sacra Scriptura, neque ex ratione potest determinate sciri hora resurrectionis, & ideo varie opinantur multi. Putant tamen aliqui,

No. de Abate Ioachim, qui reprobat de sum. tri. & si. cat.

In q. 225.

aliqui, q̄ media nocte fiet resurrectio, & hoc, quia d̄r infra 25. c. Media nocte clamor fact⁹ est, & tñ ille clamor est vox tubæ ad iudicium, & resurrectionē vocāris, vt dictum est supra, ideo in media nocte fiet resurrectio, & iudicium. Sed hoc varie exponitur. Aliqui. n. exponunt mediam noctem non pro tpe, sed pro qualitate aduētus, vñ dicit Magister 4. Sententiarū di. 43. media nocte dicitur venturus, vt. n. dicit Augustinus non pro hora temporis, sed quia p̄ tunc veniet Christus, qñ non sperabitur, media aut nocte, s. cum valde obscurum erit. i. occultum, veniet. n. dies dñi, sicut fur in nocte 1. Thessa. 4. & iō isti non limitant horam tēporis, aut qualitatem, sed dñt vocari mediam noctem pp̄ magnam incertitudinem aduētus illius apud nos, & sicut pp̄ ista occulta dicitur esse aduētus in media nocte, ita pp̄ alia, quæ tunc manifestabuntur, s. cōsilia, & cogitationes 1. Corin. 4. c. dicitur dies esse tempus illud, & ita vocatur dies dñi. Sic ē Dani. 7. c. dicitur, q̄ vetustus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo.

Alij aut̄ putant, q̄ vere in media nocte fiet resurrectio, sicut tenet Cassiodorus. Et hoc, quia eo tempore primogenita Aegyptiorū percussa sunt, vt Magister recitat. Sed dicendum, q̄ probabilius est, q̄ fiat resurrectio in crepusculo matutino in fine eius, scilicet sole existente in horizonte orientali, & luna in horizonte occidentali. Et ad hoc est prima ratio, quia resurrectio fiet in iplo momento cessationis motus coeli, sed cessatio motus erit stante sole in Oriente in horizonte, luna autem in puncto opposito occidentis, eo q̄ in tali situ creditur creata, vt sit circulario perfecta quārum ad ipsa corpora, & talis habitudo est in principio diei, ideo tunc creditur resurrectio futura. Secunda, quia resurrectio nostra putatur rationabiliter futura eo tempore, quo resurrectio Christi. i. ad eandē tēporis qualitatem. Sed Christus in crepusculo matutino surrexit. s. sic existente sole in horizonte orientis. Sed non est pp̄ hoc intelligendum, q̄ eodem tempore. i. eadem parte anni sit futura resurrectio nostra, in qua fuit resurrectio Christi, ille enim surrexit die quinta Aprilis cū motuus fuerit die tertia Aprilis, vt supra dictum est, & tamen de resurrectione nostra nemo asserit in Aprili, vel determinate in aliquo mense.

Die quinta Aprilis Christus surrexit.

Item non est putandum, q̄ erit eadem habitudo solis, & lune in resurrectione nostra, quæ fuit in Christi resurrectione, quia in nostra resurrectione ponit, q̄ sol, & luna erunt sibi oppositi, sicut qñ luna ponit ad plenilunium, & erit sol in Oriente, & luna in Occidente, & ambo in horizonte, & tñ in Christi resurrectione non potuerunt sic esse, quia erat luna 17. die resurrectionis Christi. Quod patet, quia ipse manducavit Pascha cum Iudeis, & ille erat dies quartus decimus lune Exo. 12. & Leuitic. 23. eo. n. die manducabatur agnus, & sequenti die occisus est Christus. Luna quintadecima, & qñr dies dominica, in qua surrexit, erat dies decima septima lune, & tunc non erat possibile, q̄ sole existente in horizonte esset luna in horizonte opposito, sed esset infra horizontē plus quā viginti gradibus, ideo non erit totaliter eadem habitudo, sed satis est, quod sit eadem habitudo temporis, scilicet principium diei. Sed dicendum, q̄ querere, quæ qualitas temporis erit. an dies, vel nox, & quæ hora diei, & noctis est, superuacuum, nisi aliquid ultra addatur, quia si simpliciter queratur, dicitur, q̄ cum fiet resurrectio, erit nox, & dies, & erit meridies, & media nox, & tertia hora diei, & tertia hora noctis, & ita de omnibus alijs differentijs, & partibus diei, & noctis. Quod patet, quia etiam nunc sit existente sole in quocūq̄ puncto celi simul est alibi nox, & alibi dies, vt si nunc sit meridies nobis, necesse est, q̄ antipodibus nostris, vel in puncto anguli terre sit me-

dia nox, & in loco distante a nobis per nonaginta gradus ad Orientē est nunc occasus solis, quia est in puncto horizontis occidentalis, & in loco distante a nobis per nonaginta gradus versus occidentem est ortus solis, quia est sol in horizonte orientali, & in loco distante a nobis per cētum, & viginti gradus ad Orientem incipit tertia hora noctis, & in loco distante a nobis per centum, & viginti gradus versus occidentem restant duæ horæ de nocte vsque ad ortum solis, & ita de alijs differentijs vsque ad minima, quæ plane accipiuntur secundum distantias longitudinis meridianorum circulorum, & ideo in illo puncto, vel in instāti, quo fiet resurrectio erit nox, & dies, & omnes horæ diei, & noctis fm̄ varios horizontes, & ideo qñ queritur, quæ hora erit tunc, & quod tempus. an dies an nox, oportet q̄ accipiat secundū cōsiderationem alicuius determinati horizontis alicuius loci.

Sed dicitur cum multi hoc querant, scilicet quod tempus, & quæ hora erit absolute querendo non expresso aliquo horizonte, in quo oportet, q̄ vnus accipiat vnum, & eundē horizontem loci cuius loci erit ille horizon. Dicendum, q̄ accipiunt omnes pro horizonte vrbis Ierusalem. Et ratio est, quia esse noctem, vel diem consideramus respectu illorum locorum, in quibus sunt homines, quia ipsi soli aduertunt ad esse noctem, & diem secundum determinatas partes suas, & tamen in instanti resurrectionis omnes homines erunt simul in die iudicii, & ille dicitur communiter vallis Iosaphat, quæ est iuxta Ierusalem, ideo esse diē, vel noctem accipiendum erat respectu illius loci, & ideo cum dicitur, q̄ temporis momento, quo fiet resurrectio stabit sol in puncto horizontis orientalis respectu vrbis Ierusalem, & luna in parte opposita, & ideo hoc supposito in ista ciuitate Salamantina erit tunc nox, & erit in vrbē Toleti tres horæ restantes de nocte vsque ad auroram, quæ nunquam elucefcēt, & in ciuitate ista restabunt tres horæ, & quasi quinta pars horæ vsque ad ortum solis si deberet oriri, sed de illa nocte, quæ inchoata fuerat, si deberet finire, sed nunquam finietur, & ita de alijs locis possumus accipere habitudines temporum, secundum distantias meridianorum circulorum.

Situs vallis Iosaphat.

Ad primam rationem dicendum, q̄ in instanti resurrectionis non erit dies, neque nox, quia vtrunq̄ est tempus, sed tunc non erit tempus pp̄ cessasse motum, & tñ querimus quod tempus, vel quæ hora temporis erit. i. qualis erit habitudo solis tunc, quia secundum habitudinem solis ad horizontem nostrum dicimus esse meridiem, vel mediam noctē, & singulas alias partes diei, & noctis, & ideo si in momento resurrectionis fuerit sol in horizonte orientali vrbis Ierusalem dicitur esse principium primæ horæ diei, & extremitas noctis. Ad secundum dicendū, q̄ optima dispositio tēporis est meridies respectu cuiuslibet horizontis pp̄ amphiorē illuminationē. Sed tunc non indigebit locus ille lumine maiori, q̄ sibi prius erit, quia erit Christus præseps ad iudicandū, cuius corpus erit sole splēdidius, corpora quoque beatorū fulgebunt, sicut sol supra 14. c. & ob hoc nō erit sol ultra necessarius ad lucendum, per diē, neque luna per noctē, vt dicit Ila. & etiam Apo. 2. c. dicitur de illa ciuit. Dei, q̄ non egebit sole, neque luna, quia claritas Dei illuminat eā, & agnus est lucerna eius. Et ideo propter hoc nō differat an in die, vel nocte fiat resurrectio, quia maior erit lux in loco resurgentium, quā sit splendor meridianus, & ideo licet poterat accedere, quod esset meridies, quando fieret resurrectio, tamen non est necesse ex conditione lucis (vt aliqui putabant) accipere, vt esset maximus splendor in loco resurrectionis.

Ad

In q. 225.

Ad tertium dicendum, q̄ resurrectio habet aliqua manifesta, & aliqua occulta, est. n. ipsa occulta quantū ad nos, quia nemo eam nouit, quando erit, vt dictum est præcedenti q̄, & ideo erit in sperata, erit enim ipsa manifestans multa, scilicet omnia consilia, & cogitationes, & facta, quæ prius latebant 1. Corin. 4. c. & ideo potest vocari nox, vel dies, & ab vtraque proprietate poterit conuenienter fieri tam in nocte, quam in die. Ad rationes illorum, qui dicebāt fieri debere per noctem, quasi non fiat per diem, dicendum, quod etiam illæ non concludunt. Et ad primam dicendum, quod fiet resurrectio ea hora, qua facta est resurrectio Christi, & tamen illa non fuit per noctem, sed potius per diem, & tamen dicitur per noctem facta in quantum illud tempus erat finis noctis, & principium diei, licet in hoc aliqua difficultas est, de qua magis dicef infra 28. c. Sed supposito eo quod communiter tenetur, dicendum, quod licet eadem hora fiat resurrectio nostra, qua resurrectio Christi fiet per diē, id est in principio diei, vel per noctem, id est in extremitate noctis.

Ad secundum dicendum, quod est similitudo secundum proportionem, scilicet quod, sicut tempus, quo fur venit est occultum patrifamilias, ita tempus resurrectionis erit occultum, & est omnibus hominibus, & quia ad occultationem furis contra patremfamilias magis facit venire per noctem, quam per diē venit per noctem, & tamen ad occultationem tēporis resurrectionis nihil confert esse noctem, vel diem, quia non fit ex hoc occultatio, sed solam, quia nulli reuelatur, ideo nihil differt, q̄ fiat per noctem, vel per diem, fiet autem eo tempore quo dictum est.

An resurrectio fiet subito, vel erit aliqua successio in ea. Quæst. C C X X X I I I.

QVAERITUR an resurrectio fiet subito, vel erit aliqua successio in ea.

Aliqui dicunt, quod non fiet subito, quia reformatio corporum ad suscipiendum animas fiet ante vnionem animarū, ergo fiet successiue. Patet, quia Ezech. 37. pronunciaf reuivificatio, & dicitur, accesserunt ossa ad ossa, & vidi, & ecce super ea carnes, & nervi ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant, ergo prius fiet tota reparatio corporū, quam fiat reunitio animarum, quia aliquando erit, quando corpora erunt reparata, & non habebunt spiritum, ergo successiue fient hæc.

Secundo, quia illud, ad quod requiruntur multæ actiones se consequentes, non poterit fieri subito, sed ad resurrectionem exiguntur multæ actiones se consequentes, scilicet collectio cinerum, reformatio corporum, vnio animarum, & non potest perueri ordo istarum, sed necesse est, quod sit collectio ante reformationem, & reformatio ante infusionem, ergo non erit subito.

Tertio, quia omnis sonus mensuratur tempore, sed sonus tubæ erit causa resurrectionis, vt dictum est supra, ergo non fiet subito resurrectio. Quarto, quia nullus motus localis potest fieri subito, sicut dicitur in lib. de sensu, & sensato, & tamen collectio puluerū, quæ erit in resurrectione erit motus localis, ergo non poterit resurrectio subito fieri.

Quinto, quia 1. Thessa. 4. c. dicitur, mortui, qui in Christo sunt resurgēt primi, deinde nos, qui viuimus, & c. ergo illi, qui veniente Christo fuerint iam mortui, primo resurgēt, deinde illi, qui rapiuntur in aera, morientur ibi, & postea resurgent, ergo non simul erit resurrectio istorum, & illorum, & sic non erit in instanti.

Sexto, quia Augustinus 20. de Ciuita. Dei. c. 2. dicit

Am ineffabili velocitate reddentur antiquissimorū cadauerum pulueres in membra sine fine ventura. Et iterum ibidem, scilicet per mortem ad immortalitatem mira celeritate transibunt, & tamen velox, & tardum determinatur tempore, vt dicitur 4. Physicorū, ergo in tempore fient hæc, & non in instanti.

Septimo, quia in resurrectione nostra aliquid præfuit, quod corrumperet ibi. Nam materia corporum, quæ debet esse sub forma humana, erat ante resurrectionem sub aliqua forma substantiali, quæ in resurrectione corrumperetur, cum non possit manere cum forma humana, illa autem forma corrupenda habebit esse finitum, omne autem positium vndique finitum habet ad minus duos terminos positios, ergo esse istius præcedentis, habebit duos terminos positios, & consequenter est dare vltimum instans esse illius præcedentis, ergo si resurrectio erit immediate post esse illius in instanti erit, instans immediatum instanti, quod est contra Aristot. 5. & 6. Physicorum.

Octauo, quia in resurrectione corrumperentur omnia illa corpora, quorum partes erant materię, vel pulueres, qui assumuntur ad resurrectionem, corpus aut corrumperendum habebit esse permanens, permanens autem non habet esse in tempore, nisi quia habet esse in instanti, & instans est in tempore, si ergo esse corporis corrumperendi, quod est in instanti præcedit immediate ad esse corporis suscitandi, sequitur, quod præcedet in instanti immediato illi esse, & tunc sequitur, q̄ instans sit immediatum instanti, vt supra inferrebat, quod est contra Aristot.

Alij dicunt, q̄ suscitatio fiet subito, quia dicitur 1. Corin. 15. c. omnes resurgemus in momento, & in ictu oculi, & in nouissima tuba, ergo erit subito. Secundo, quia virtus infinita operatur in instanti, vel subito, sed resurrectio fiet virtute diuina, vt dicit Damasc. scilicet Crede resurrectionem futuram Dei virtute, sed Dei virtus est infinita, ergo fiet resurrectio subito. Tertio, quia generatio fit in instāti, ergo & resurrectio cum resurrectio sit, quasi quædam regeneratio, in generatione enim vnitur anima corpori, & in resurrectione reunitur, ergo ita erit resurrectio in instanti, sicut generatio.

Dicendum, quod accipiendo resurrectionem pro omnibus, quæ importat, quædam fient in ea opere diuino, quædam vero ministerio angelorum, quod autem fiet ministerio angelorum, non poterit fieri in instanti, quia non operatur angelus nisi in instanti, & potissime rem pertinentem ad motum, & tamen aliquando secundum equiuocationem instantis concedimus angelos operari in instanti. Accipitur enim aliquando instans pro indiuisibili assignato in tempore, aliquando pro tempore imperceptibili, quod melius momentum, quam instans appellatur. Primo modo angelus non potest operari in instanti. Secundo modo operatur in instanti, & in hoc operatio angeli excedit operationem nostram, & nature, cuius est successio maior. Deus autem operabitur in instanti, & ideo erit sic, quod operatio angelorum circa resurrectionem erit in quodam tempore valde paruo, & in instanti terminante illud tempus, in quo operatio angelorum facta est fiet operatio diuina, vt sicut instans claudit tempus, & dat illi finem, ita operatio superior, quæ est Dei deducit ad complementum operationem cuiuscunque inferioris virtutis.

Circa, quod sciendum, quod cum resurrectio iuxta Damasc. sit iterata resurrectio eius, quod cecidit aut totus homo per separationem anime a corpore, cecidit etiam idem corpus mixtum per corruptionem & conuersionem eius in aliud, vel alia, & sic ordo nature

Differētia inter instans, & momentū

turę conuersus generationis, & corruptionis, vel resolutionis oportet, q̄ prius ordinatione nature corpus reparatur, quam anima ei reuiniatur, istam autem reparationem corporis præcedit collectio cinerum, qui erāt dispersi per diuersa loca secundum variam resolutionem corporis, ideo est prior in ordine collectio cinerum, deinde corporis formatio, deinde animę infusio, vel refusio cum iterū iam eisdem infusa fuisset.

De primo, scilicet de collectione cinerum, vel puluerum dicendum, quod fiet angelico ministerio, ipsi enim deducunt pulueres omnium corporum humanorum, quæ resurgere habent de quibuscunque locis, in quibus fuerint ad vallem Iosaphat, ubi resurrectio futura est, ut non resurgant homines in diuersis locis, ubi cadauerum pulueres sparsi erant, sed sicut de diuersis locis ad vnum colligendi erant pulueres, ut in illo loco reformato corpore homo resurgeret, ita ad vallem Iosaphat omnes pulueres deducuntur, ut ibi omnia corpora formantur, & omnes homines resurgant. Et ratio est, quia cum non sint pulueres rotati, qui sunt de integritate eiusdem corporis in vno, & eodem loco oportet congregari illos de omnibus locis illis ad vnum locum communem, in quo fiat reformatio corporis, & reuiniō animę, & tamen non est causa maior de aliquo loco, quam de valle Iosaphat, cum ibi sit futurum iudicium omnium resurgentium, ergo ad locum illum deducuntur pulueres, & ibi fiet formatio corporum, & infusio animę, & quia hoc est resurgere dicuntur omnes homines resurgere in eodem loco, licet in diuersis locis materia corporum ipsorum dispersa iaceret.

Secundo patet, quia sic tollitur pluralitas, quæ semper est euitanda, cum sit peccatum facere per plura, quod potest fieri per pauciora 8. Topi. & tamen si non deducerentur omnes pulueres de quibuscunque locis ad locum resurrectionis, scilicet ad vallem Iosaphat, oportebat, quod cuiuscunque hominis pulueres dispersi per varia loca deducerentur ad vnum locum, & ibi formato corpore fieret resurrectio, & rursus de ipso loco deportandus erat homo ad vallem Iosaphat, ubi omnes homines congregandi sunt ad iudicium, & forte tunc, quidam portarentur violenter, alii sponte. Ad tollendum ergo, & euitandum istam pluralitatem, & dubia de portatione violenta, vel spontanea melius est ponere, quod cum collecti fuerint cineres, deducantur ad vallem Iosaphat ubi futurum est iudicium, ut ibi quoque resurgant.

Tertio, quia aliis cum istud ministerium portationis fiat per angelos bonos, si collectis cineribus ad aliquem alium locum communem fieret ibi resurrectio, resurrectio cuiuslibet per se, & deinde portaretur homo iam suscitatus ad vallem Iosaphat, portaret angeli boni homines iam damnatos, & hoc non videtur esse tam conuenienter dictum, sicut, quod portent cineres ante resurrectionem, quia illi cineres non sunt aliquid damnatum.

Quarto, quia magis videtur pertinere ad manifestationem diuine potestatis, sic fieri, quam homines alibi resurgant, & deducantur ad locum illum: magis enim ostenderetur quodammodo diuina virtus saltem quantum ad admirationem hominum cum se viderint subito omnes homines in eodem loco resurgere, quasi ibi semper fuerint, quam q̄ viderent se de diuersis locis congregari. ita ergo videtur tenendum, scilicet, quod ad locum iudicij deducuntur cineres omnium, & ibi formabuntur corpora, & simul resurgēt. Licet aliqui dicant, quod potest concedi, quod in locis, ubi iacebant cineres fuit resurrectio, & deducantur homines iam suscitati ad locum iudicij. Quod aliquantulum esset verisimile si cineres toti cuiuslibet homi-

nis essent ibi, ubi homo sepultus est, & non oporteret fieri congregationem aliquam ipsorum, & tamen nullius hominis cineres sunt totaliter in eodem loco, quia aliquę dissolutę partes fuerunt in auras, alię in terram, & saltem partes dissolutę in aerem non inueniuntur ibi simul cum partibus manentibus in natura terre. Et ideo est dicendum conuenientius, sicut supra, quod omnium corporum cineres deducuntur per angelos ad vallem Iosaphat, & ibi fiet resurrectio communis.

De ista collectione puluerum manifestum est, q̄ fiat opere angelorum, quia infra 24. c. dicit. Mitter filius hominis angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis a summis cœlorum vsque ad terminos eorum, hoc autem non potest intelligi, nisi de congregatione cinerum, quia nullo alio modo angeli congregabunt homines, ideo oportet, quod ponatur, q̄ ipsi colligant cineres ad formandum corpora, & tamen angelus non potest aliquid mouere in instanti, ideo non erit collectio illa in instanti. Cum autem dicitur, quod congregabunt electos a quatuor ventis, est dicere, quod congregabunt electos de omnibus partibus, in quibus fuerint cineres eorum ad quacunque partem mundi, & diuiditur mundus, id est, circulus horizontis per duas diametros intersectantes, se in centro horizontis, & extremitates illarum sunt quatuor puncta assignata in celo, quæ sunt opposita, scilicet Oriens, Occidens, Auster, Septentrio. Et quando volumus nominare omnes partes mundi nominamus ista quatuor, quæ sunt maxime distantia, & sub his intelliguntur ceterę partes, qui autem vulgariter loquuntur nominant ista quatuor puncta nomine quatuor ventorum, eo q̄ ab istis quatuor punctis oriuntur illi quatuor venti cardinales. Quod autem dicitur a summis cœlorum vsque ad terminos eorum, est dicere ab vna extremitate cœli vsque ad aliã, scilicet quod quę dferunt inter extremitates cœli de materia corporum colligetur ab angelis. Accipitur enim cœlum pro aere, sicut dicitur volucres cœli comederunt illud supra 1. 3. & Luc. 8. c. ii. Volucres, quę in aere sunt. Et est sensus, quod quicquid resolutum fuerit de corpore humano, quod pertinet ad veritatem corporis humani colligetur, corpus tamen resoluatur in elementa omnia, & ideo aliquid erit verum in terram, aliquid in aquam, aliquid in aerem, & ignem, sed ista elementa manent in locis proprijs, ideo de illis vbicunque fuerint, colliguntur partes, quæ fuerint corporis humani, vnde si aliqua pars de corpore humano vera est successiue vsque in ignem, & nunc sit in sphaera ignis iuxta globum lune de ipso loco sumetur, & deducetur ad formationem corporis, & hoc est colligere electos, id est electorum pulueres de summis cœlorum, quia ibi est extremitas cœli accipiendo pro aere, & igne. Accipiendo etiam proprie pro corporibus celestibus verum est, quod de summitatibus, id est de extremitatibus eorum colliguntur electi, scilicet partes eorum, nam cœlum est orbis habet interiorē extremitatem in concavitate, & exteriorē in conuexitate, & de interiori extremitate colliguntur, quia vsque ad illam extenditur magnitudo corporum, in quibus fit corruptio, & generatio, & non conuertitur aliquid in partes cœli, & ita est sensus, quod de omni medio, quod est in tota magnitudine elementorum, quæ extenditur vsque ad interiorē extremitatem, vel summitatem cœlorum colliguntur cineres, vel pulueres corporum humanorum, & non solum de corporibus electorum, sed etiam damnatorum. Quare tamen dicitur de solis electis, vel quid voluit in hoc Christus designare, dicitur infra 24. cap.

Consi-

Considerandum etiam, q̄ angeli non solum colligent pulueres, sed etiam diuident, & resoluent. Nam aliquę partes solutę fuerunt de corporibus humanis, quæ iam effectę sunt partes aliorum corporum, & sunt mixtę alijs partibus ipsorum corporum, quę nūquam fuerunt humane, & tunc oportebit, q̄ angeli resoluant illa corpora, & corrumpant, ut inde accipiant, id quod fuit de corpore humano relictis oibus alijs partibus, & si vna pars hominis fuerit in vno corpore iuxta lunam, & alia pars in partem oppositam orbis per diametrum, & alia circa centrum terre, & ita sit diuisio facta in mille particulas secundum partes distantissimas orbis inde colligentur. Et hoc significat, quod dicitur a summis cœlorum vsque ad terminos eorum. Et in hoc erit magna sapientia angelorū, quia etiã si idem corpus in decies millies millia particularum sit diuisum, & diuersis rebus sint particule illę incorporate inde colligentur. Ad hæc autem oia, id est resolutionem, & collectionem est tēpus necessarium. Non enim poterunt in instanti fieri cū per motum fiant.

Secundum erat formatio corporis collectis pulueribus cuiuscunque, quia non vocamus pulueres, vel cineres eos, quos videmus in sepulchris ex resolutione factis, quia illos non oportet colligi a quatuor ventis, & a summis cœlorum, sed large vocamus pulueres, vel cineres quidquid fuit de veritate humane nature, quod pertinet ad resurrectionem, quia omnia talia ad corpus redibunt, & ista, siue sint conuersa in igne, siue in aere, vel quamlibet aliam materiam colligentur, & vocantur a nobis large pulueres. His autem collectis sequitur formatio corporis, & ista fit in instanti, quia a Deo immediate fit. Sed in hoc differt, quia quidam volunt terminari istam formationem ad quandam formam substantialem, quę est forma mixti, vel forma mixtionis, & non est anima rationalis, sed est forma corporeitatis, & isti sunt, qui ponunt plures formas substantiales in eodem composito.

Alij autem dicunt, q̄ in quolibet composito est vnica forma substantialis, ut in homine est sola anima, & per illam dicunt, q̄ habet homo oēs denominationes substantiales, sicut per illam corpus est substantia, vel hō est substantia, & homo est corpus, & est animal, & est homo, quæ est communis positio Peripateticorum, de quibus nō prosequimur nunc, & secundum vtroq; terminatur illa formatio corporis ad formam substantialem, & tamen secundum ponentes pluralitatem formarum terminatur ad formam mixti, secundum ponentes vnitatem forme terminatur ad animam, & ideo vtroque modo oportet, q̄ fiat a Deo illa formatio, & fiat in instanti. Et quantum ad ponentes vnam formam, i. animam solam in homine est magis notū, q̄ terminatur ad formam substantialem mixti, angelus autem non potest inducere formam substantialem, ideo debet fieri per Deum illa formatio. Deus autem in instanti operatur quidquid operatur. Licet aliqui dicant eum posse operari successiue, quod non satis conceditur, & tamen etiam si posset, non operaretur quantum ad productionem forme substantialis, quia esse illius consistit in indiuisibili, etiam quia successio operationum ex quadam imperfectione operantis, ut communiter euenit, quę tamen imperfectio in Deo non est, ideo in instanti formabit corpora humana.

Sed obijciatur, q̄ ex formatione ista si fit in instanti sequatur inconueniens, sicut fit motus in instanti. Primo patet, quia corpus illud formatum de pulueribus, erit rarius, vel densius ipsis pulueribus, ex quibus formatur, & quocunque dato sequitur motus localis in instanti, quia si est rarius, occupabit maiorem locum,

quam pulueres, si sit densius, occupabit minorem, & sic erit motus localis in instanti, quia in illo instanti, in quo formatur occupat locum, & si erit maius, quam pulueres, oportet q̄ in instanti illo accipiat maiorem locum, q̄ prius habebant pulueres, sed locus maior, vel minor non acquiritur, nisi per motum localem, erit ergo hic motus localis, non tamen ipsius corporis, sed aeris circumstantis, quia corpus non mouetur ad locum, sed formatur in loco, aer tamen, qui circumstabat pulueres oportet, q̄ fugiat si incipit corpus formatum maiorem locum occupare, q̄ pulueres, & ita ista occupatio fit de necessario in instanti si corpus formatur in instanti, ergo in instanti fugit aer, ut cedat corpori formato, vel erit aliqua pars temporis, in qua aer maneat in loco, in quo est corpus formatum, ita ut sit penetratio corporum, vel duo corpora in eodē loco, quod est inconueniens: si sit depressius occupabit minorem locum, & oportebit, q̄ in instanti aer ueniat ad occupandum illud, quod relinquitur a corpore non occupatum, vel erit aliqua vacuitas ad rempus, quod est etiam inconueniens.

Secundo, quia corpus formatum erit alterius figure, quia erit humanum, quam illi pulueres, ex quibus formatur, & ideo aliter occupabit locum, quam pulueres præexistentes, & ita aliquam partem occupabit, quam non occupant pulueres, & hoc forte in longū, vel altum, & aliquem non occupabit, quam occupabant, sicut in latitudine, & tunc sequentur ambo inconuenientia simul, scilicet fuga aeris, & appropinquo, & sic erunt duo motus locales in instanti.

Dicendum, q̄ ista concedi solent, sicut motus aliquis localis fiat in instanti, accipiendo large motum localem pro mutatione, ut quę genitum succedit corrupto occupans maiorem, vel minorem locum, quam corruptum. Dicitur. n. tunc aliqua loci mutatio, quia est maioris, vel minoris loci occupatio, licet non ab eodē corpore in actu, sic erit mutatio loci in instanti in formatione corporum resurgentium, & hoc quantum ad corpora, quę formantur, non erit durum concedi, quia illa non mouentur: sed quantum ad aerem circumstantem illos pulueres, ex quibus formatur corpus est maior difficultas, & tamen est quantum ad aerem concedendum est, q̄ in instanti expellatur si corpus est maius, vel sequitur, & concurrat si corpus est minus, & istud fit a Deo in instanti virtute diuina, quia immediate ponit corpus maius, ubi fuit minus. Vnū corpus autem non posset aliquid expellere in instanti de loco, sed de Deo non est inconueniens. Dicunt et, q̄ poterat Deus duo corpora in eodem loco facere. s. q̄ corpus de nouo formatum faceret esse in loco, ubi erat corpus præexistens, & cōseruaret ibi corpus præexistens, & tñ istud licet esset possibile minus concedendum est, quia plura ponuntur in hoc, quam ad expulsionem subitam aeris. Si autem corpus formatum sit minus, quam cineres, i. densius occupabit minorem locum, & tunc oportebit in instanti moueri aerē, ut applicetur lateribus corporis minoris, vel manebit vacuitas aliquo tēpore, sicut quousque aer rarefactus posset se extendere per motum vsq; ad latera corporis formati. Primum autem magis ponendum est, i. q̄ Deus subito applicet aerem, & hoc est facilius q̄ ponere vacuum, quod multum nature repugnat, quia etiam si per motū, vel applicationem non perueniat in instanti aer distans ad latera corporis poterit de nouo creati aer occupans illud medium, & creatio erat, sic in instanti manente immoto aere priori, qui circumdabat pulueres. Si tñ quis poneret vacuitatē ad tēpus parū non erat negandum quin miraculose hoc posset manere, licet natura illud non toleret. Et hoc patet, quia Deus potest id quod nō includit contradictionem, & tñ esse vacuum

In fusio aie
in corpo-
ribus re-
surgentiū
in instanti
est

vacuum non includit distinctionem, licet cōtradictio nature sit, immo natura illud necessario faceret, si posset facere in instanti corpus minus ex maiori.

Tertium erat inductio anime, vel vnio ad corpus, & secundum ponentes vnitatem forme substantialis in composito nō distinguitur a formatione corporis, quia formatio illa sit per formam substantialem, & non est alia forma, nisi anima, & illa est terminus formationis secundū ponētes pluralitatem formatū. Distinguitur vnum ab altero, & præcedit naturaliter formatio ad vnitatem, vel infusionem anime, eo q̄ non infunditur anima, nisi mixto, quod est tale per formam substantialem mixti, & tñ est secundū istos debet dici, q̄ in eodem instanti quo fit formatio fit infusio aie, eo q̄ formatio est dispositio necessitans ad animā, sicut illa fit vltima dispositio, oportet q̄ in eodem instanti in quo illa fuerit infundatur anima, quia aliā nō esset vltima dispositio. De infusione autē anime, siue secundum ponētes vnitatem forme, siue pluralitatē oportet dici, q̄ sit in instanti, ita q̄ nō solum Deus pōt illā in instanti infundere corpori, sed et est necesse, q̄ infundatur in instanti, quia si non fieret in instanti, sed successiue, aut hoc esset pp partes forme inducendę, vel pp partes corporis, quatum vna prius recepit formam, & alia, & tñ neutrum est in infusione anime, nō primum, quia anima non habet partes, sed tota simul inducitur, quia indiuisibilis est, neque est secundū, quia totum corpus animabile est dispositum ad recipiendum animam, & recipit vno modo, sicut formam dantem esse humanum, hoc autem esse cum non sit partibile, neque vna pars recipiat illud per aliam, sed quelibet immediate ab anima, nō poterit vna animari ante aliam, sed tota animabitur simul, & sic fiet infusio in instanti. Et ita patet, quia tria sunt in resurrectione, scilicet collectio, formatio, infusio. Primum fit repente, scilicet in tempore imperceptibili. Secundum, & tertium sunt in eodem instanti, & illud est in stas terminās illud tempus imperceptibile, in quo fuit facta per angelos collectio cinerum.

Ad primum dicendum, q̄ illa, quę Ezechiel dixit pertinere ad formationem corporis, scilicet extendere neruos, & carnes, & cutem super ossa, & hoc totū fiet in instanti, & Ezechiel, quia loquebatur populo rudi introduxit Deum loquentem de istis, quasi consisterent in successione, eo q̄ non poterat aliter resurrectione rudis ea intelligere, & ob hoc etiam visio, quę fiebat Ezechiel in spiritu ostendebat ista, quasi fieret successiue, vt taliter ipse loqueretur ea ad populum qualiter sibi representata erant, & quod plus est, quia Ezechiel significat hic duas successiones, vnā in formatione corporis, cum dicit de extensione neruorum, post ea carnis, deinde cutis, & aliam de infusione anime, cum dicit de corporibus, sic formati, & spiritum nō habebant. De primo causa est, quia nō poterant intelligere rudes plura, quę sunt in formatione corporis, nisi per plures operationes successiuas eis explicetur. De secundo causa est, vt ostendatur, q̄ iuscitatio fit virtute Dei, & ipse infundit spiritum corpori, cum nulla alia virtus ad hoc sufficiat. Et colligitur hoc Ezech. 37. c. l. & extēta est in eis cutis desuper, & spiritum nō habebant, & dixit ad me, vaticinare ad spiritum, & dices ad spiritum: Hęc dicit dominus: A quatuor vētis veni spiritus, & infusa super interfectos, & reuiuiscāt. Multa quoque alia in sacra Scriptura dicuntur, quę non possunt, neque debent intelligi, sic esse, vt dicta sunt, sed taliter dicuntur, quia aliter non poterant a rudibus intelligi. Ad secundum dicendum, q̄ plures actiones exiguntur in resurrectione, quia tres secundum quosdam, & duę secundum alios, vt expositum

est, & ille sunt consequentes se, & ita non sunt simul penitus, & tñ nō sequitur, iō q̄ sint in diuersis temporibus, neque et in eodem tempore, sed prima, scilicet collectio cinerū est in tempore imperceptibili, alię duę, scilicet formatio, & infusio non sunt in eodem tempore, quia non mensurantur tempore, sed sunt in instanti terminante illud tempus, & ita non sunt in alio tempore. Si autem ponatur esse vnica operatio, formatio, & infusio, nō erit dubium de illa, quia erit in instanti dicto. Si autem sint duę operationes est dubium, quō se habeant. Et dicendum, q̄ sunt in eodem instanti secundum rem, sed non secundum naturam, sed sunt duo instantia secundum rationem cum formatio præcedat natura infusionem, eo q̄ non infunditur anima, nisi corpori formato, & quia formatum est, sicut introitus lucis, & apertio fenestree in eodem sunt, sed vnum præcedit alterum natura.

Ad tertium dicendum, q̄ resurrectio fit per sonum tube, sicut illa vox concurret, & tñ, quia illa non realiter efficit resurrectionem, non mensuratur resurrectione duratione illius, sed et si vox illa diu duraret fieret resurrectio in instanti. Siquis autem teneat, q̄ vox tube aliquid realiter efficit ad resurrectionem, sicut instrumentum, sicut est de sacramentis respectu collationis gratię, dicit q̄ vox tube mensuratur tempore, & resurrectio non, quia quādiu durat vox tube non est effectus eius, sicut, & sacramentorum quorum forme sunt verbales, & prolatio durat tempore, in cuius nulla parte est effectus sacramenti, sed in instanti claudente, & terminante illud tempus prolationis forme, ita & resurrectionem isti fieri ponent, q̄ quādiu durat vox tube non fiat resurrectio, sed in instanti terminante sonum tube fiat. Ad quartum dicendum, q̄ dubiū est, an resurrectio omnium hominum fiat in eodem instanti, vel resurrectio quorundam præcedat aliquāliter ad resurrectionem aliorū, de quo dicitur seq. q. & tñ, siue in eodem instanti omnes surgant, siue nō, cōstat, q̄ resurrectio quelibet fiet in instanti, quia nō pōt esse successiua formatio corporum, & infusio anime, quę dicuntur proprie resurrectionem. Ad quintum de motu locali dicendum, q̄ non pōt fieri in instanti, & ideo collectio puluerum, quę fiet per motum, & fiet ab angelis fiet per motum, & ita non erit in instanti, & tñ ista collectio non est resurrectio, sed aliquid præcedens ad resurrectionem, ipsa autē resurrectio proprie dicta est formatio corporis, & infusio anime, & hoc fit subito, in instanti. Aliter pōt dici accipiēdo, q̄ ista tria pertineant ad resurrectionem, sicut in ea sunt tria, & primum fit cum quadam successione, sed est imperceptibilis, secundum, & tertium sunt in instanti terminante illud paruum tempus, in quo colliguntur pulueres. Ad sextum dicendum, q̄ potest accipi velocitas mira large pro operatione instantanea, & hoc, quia illud est miraculum respectu operationum nostrarū, quarum nulla potest esse in instanti.

Aliter potest dici, q̄ velocitas accipiatur proprie, & fit in motu, & tunc dicitur, q̄ referenda est velocitas ad collectionem cinerum, qui cum motu quodam in tempore perceptibili colliguntur, & ibi est mira celeritas, quia licet illa operatio fiat in motu quodā, & tempore, sicut nostrę, nulla est de nostris quę fiat tam celeriter. Ad septimum, & octauum dicendum, q̄ ista inducunt quandam difficultatem communem, quę est inter Theologos, & Philosophos de mensura esse permanentis. san dentur duo termini positiui illius esse, vel non, & an instans vltimum rei permanentis sit vltimum, in quo est, vel primum, in quo nō est. Si detur vltimum instans, in quo est, erit difficultas, quia videbitur oportere poni duo instantia copulari sine tempore medio, vel genitum non succedet corrupto,

rupto, sed erit tempus medium in quo in materia, neque est sub forma corrupti, neque geniti, quorū vtrūque est inconueniens. Si autem in re permanente det primum instans sui non esse, non videbit eē inconueniens quantum ad præsens, quia tunc non sequetur, quia duo instantia sint immediata, neque etiam, q̄ sit tempus medium, in quo neque sit forma geniti, neque corrupti, sed dicitur, q̄ in eodem instanti corrumpitur aliquid, & gignitur aliud, & sic in eodem desinit esse forma corrupti, & incipit esse forma geniti in materia, sed in illo instanti corruptum non est, sed corrumpitur, & corruptum est, cum idem sit fieri, & factum esse, & in illo instanti primo est forma geniti, & tunc dicitur, q̄ illud instans est primum ipse esse rei genite, id est primum in quo est, & est primum, in quo non rei corrumpit, quia in quacunque parte temporis præcedente ad illud instans, & in quolibet instante præcedente erat res, quę corrupta est, & ita nullum inconueniens inducetur, & tamen per hoc non întedimus nunc diffinire totam difficultatem, quę est de mensura esse permanentis rei.

An omnes, qui pertinebunt ad statum resurgentium erunt, qui mortui iam fuerunt, vel poterit aliquis non gustando mortem ad illum statum transire. Quęst. CXXXIII.

Quæretur an mors erit terminus a quo resurrectionis in omnibus resurgentibus, id est an omnes, qui pertinebunt ad illum statum resurgentium erunt, qui mortui iam fuerunt, vel poterit aliquis non gustando mortem transire ad illum statum.

Aliqui dñt, q̄ non oportet, q̄ omnes moriantur ad hoc, q̄ transeant ad illum statum, quia quidam non morientur, sed immortalitate superuententur, quia dñ in symbolo, q̄ Christus venturus est iudicare viuos, & mortuos. Et Act. 10. c. dicit de Christo, q̄ constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum, hoc autem non potest intelligi quantum ad tempus iudicii, qñ iudicabuntur, quia tunc oēs erunt viui, ergo oportet, q̄ referatur ad tempus præteritum ista distinctio, sicut aliqui erunt, qui iudicabuntur, qui nunq̄ mortui fuerunt ante iudicium, & alij erunt, qui mortui fuerunt, & surrexerunt. Secundo, quia desiderium naturale non pōt esse inane, & vacuum, quin in aliquibus impleat, vt colligitur 1. Eth. & tñ secūdū Apostolum 2. Corin. 5. hoc est commune desiderium, quo nolumus spoliari, sed superuentiri, ergo erunt aliqui, qui nunq̄ spoliabuntur corpore, & vita, sed superuententur gloria resurrectionis, id est tali gloria, qualis datur corporibus resurgentium. Tertio, quia Augustinus dicit in Enchiridion, quod quatuor petitiones vltimę orationis Dominicę ad præsentem vitam pertinet, quarum vna est: Dimitte nobis debita nostra. Ergo ecclesia petit in hac vita relaxari sibi oīa debita, & tñ oratio Ecclesię non pōt esse vana, sed quidquid illa petit, conceditur Luc. 11. & lo. 16. c. si quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, ergo Ecclesia consequetur remissionem debitorum suorum omnium in aliquo tempore huius vite, sed vnū de debitis, quo pro peccato primi parentis assiguntur est, q̄ nascitur in peccato originali, ergo aliqui in hac vita concedet Deus omnibus, q̄ nascatur sine peccato originali, sed mors est pena pro peccato originali, ergo erunt aliqui hoīes circa finem seculi, qui non morientur, & transibunt ad statum resurgentium.

Quarto, quia sapienti semper est eligenda via compendiosior, sed compendiosior via est, q̄ hoīes, qui inueniuntur viui tempore iudicii transeantur, sic viui ad immortalitatem, q̄ prius moriantur deinde

resurgant, vt sic transeant ad immortalitatem, ergo Deus, qui est summe sapiens hanc viam eliger in illis, qui viui inueniuntur tempore iudicii, vt non moriantur, sed vt transferantur, sic ad statū immortalitatis, siue pro bono, siue pro malo.

Dicendum, q̄ omnes, qui transibunt ad statum resurgentium, siue in bonum, siue in malum prius morientur, neque erit aliquis, qui semel moriatur, qui non moriatur antequā transeat ad illū statū. Primo patet, quia istud est inuolabile statutū, & de legibus Dei firmis, sicut quilibet hō semel moriatur, & est tantę necessitatis, q̄ etiam Christus pp illud mortem subiit ad statutum est hominibus semel mori, ergo nemo erit circa tempus iudicii, qui non moriatur. Secūdo, quia Apostolus loquens de resurrectione 1. Corin. 15. ostendit, q̄ resurrectionem necessario præcedat mors rōne similitudinum de seminibus, quę in terra iacimus, dicens, quod semina non viuificātur, nisi prius moriantur, ergo nemo pertinēbit ad resurrectionem, qui nō moriatur prius. Tertio, quia 1. Corin. 15. c. dicitur, sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificābuntur, id est taliter se habent homines ad Adā respectu mortis qualiter se habent ad Christū respectu vite, sed sic est, q̄ per Christum oēs vere resurgēt, ergo per Adam omnes morientur. Et ita nemo erit, qui non moriatur. Sed circa hoc dicendum, q̄ aut accipitur resurgere proprie, aut accipitur pro trāsitu ad statum resurgentium, scilicet ad habendum gloriam corporis, sicut illi habent. Accipiendo primo modo superuacuum est quærere, quia non solum nō est dubium, immo impossibile est, & includit contradictionem, q̄ aliquis resurgat, qui non mortuus fuit, cum resurrectio secundū Damasc. sit iterata resurrectio eius, quod cecidit, istud autem cadere fuit per mortem, ideo non resurgit aliquis, nisi qui mortuus est, qui. n. nunquam fuit gignitur si esse incipiat, qui autem adu manet non resurgit, quia per resurrectionem esse accipitur, sicut per generationem, & qui actu est non accipit esse. Accipiendo secundo modo, sicut pro trāsitu ad statum resurgentium est dubiū, quia satis poterat fieri, q̄ aliqui non gustata morte superuententur immortalitate, & ideo circa hoc varia sententia est.

Aliqui dicunt eos, qui inueniuntur in fine seculi viuentes, vel omnes quidem, vel multos eorum non morituros, sed sic trāsituros ad immortalitatem, siue ad dānatos, siue ad electos pertineant. Sic dicit Hiero. in epistola ad Marcellam, sicut quidam in fine seculi adueniente Christo non esse morituros, sed viuos repositos ad immortalitatem repente mutandos.

Alij autem tenent, q̄ omnes morientur ad hoc, q̄ transeant ad statum resurgentium, & ista positio securior est, & rationabilior. Et hoc propter tria. Primo, quia magis consonat diuine iustitię, quę damnauit humanam naturam ad mortē pro peccato primi parentis, vt omnes, qui per actum nature ab eo dicerent originem peccati originalis infectionem cōtraherēt, & consequenter essent mortis debitores.

Secundo, quia magis concordat diuine scripturę, quia dicitur 1. Corin. 15. omnes quidem resurgemus, & tamen resurgere non pōt, qui non mortuus est, vt dicit Damasc. cum sit resurrectio iterata resurrectio, & illud de seminatione, & morte, & cetera supra allegata. Tertio, quia magis concordat ordini nature, inuenimus autem in ordine nature, quod illud, quod corrumpitur, & vitatur non potest reduci in nouitatem suam, & pristinam perfectionem, nisi prius corrumpatur penitus, sicut acetum non redit ad esse vinum, nisi corrupto aceto, & transeunte in similitudine humoris vitis. Vnde cum natura humana, ita sit iam

An omnes in fine seculi mori tūri sint

iam vitata, quod deuenit in necessitatem moriēdi, non erit sibi reditus ad immortalitatem, nisi morte mediante, vt eximatur omnis labes, & depuretur omnis corruptio, & infectio materię, que non fit, nisi dissoluatur per mortem, & igni cremetur, quod impurum inuēnum fuerit, sed corpora uiuentia non poterunt tolerare illum ignem depurantem, & auferentem sordes, ergo morientur quicunque inuenti fuerint uiuentes.

Alia etiam ratio est ad hoc, quia oportet finiri motum cęli in resurrectione. Nam vt dictum est illud instans, quod terminabit motum cęli erit instans resurrectionis, sed cessante motu cęli impossibile est uiuere aliquid eorum, quę uiuebant per motum cęli, vel quandiu cęlum mouebatur, ergo necesse est omnia, quę tunc uiuebant statim mori, nisi miraculose conseruentur. Quod patet, quia vt dicitur 8. Physi. motus cęli est vita quędam nature existentibus, sicut motus cordis totius corporis vita quędam est, sed cessante motu cordis omnia membra mortificantur, & statim moritur animal, ergo cessante motu cęli omnia uiuentia morientur, quia per illum influitur, & conseruat eis vita, sed ista vita, quam nūc habemus, & qua uiuēt homines vsque ad diem iudicij est talis, q̄ conseruat a motu cęli, ergo, cessante illo necesse est mori oēs quotquot inuenti tunc fuerint uiuentes, sed cessabit motus cęli, quando fiet resurrectio, ergo tunc morientur omnes quotquot inuenti fuerint, & fit resurrectio. Item patet hoc, quia in resurrectione totus mundus innouabitur, & purgabitur elementa, & ista purgatio fiet per ignem, sed non poterunt manere uiuentia aliqua, quę talem ignem sustineāt, ergo oportebit, q̄ omnes, qui tunc uiui inuenti fuerint moriantur. Sed obijciatur, q̄ non sit satis conueniens, q̄ qui inuenti fuerint uiuentes moriantur. Nam mors de se non est intenta a Deo, sed vita, & quia perfectio, quę datur resurgentibus poterit suderadi uiuentibus etiā si non moriatur, videtur, quod uiuentes tunc non moriantur.

Item, quia non videtur intelligi de illis, quod Apostolus dicit, q̄ id quod seminatur non uiuificatur, nisi prius moriatur, quia isti si morituri essent subito morerentur, & uiuificarentur, cum dicat Apostolus eos, qui tunc de bonis inuenti fuerint uiuentes rapiēdos in aera obuiam Christo, & ita in illo, quasi momento non videtur hoc conuenienter fieri.

Dicendum, q̄ non est aliquod inconueniens, immo magis sacre Scripturę conuenit, sic poni, q̄ aliter. Sic dicit Magister 4. Sen. di. 43. f. Non enim dicendum est fieri non posse, vt per aera in sublime portentur in illo spatio moriantur, & reuiuiscant ad hunc sensum, quo est imemus illos, & passuros mortē, & accepturos immortalitatem, Apostolus nos urgere videt, ubi dicit: In Christo omnes uiuificabuntur. Et alibi. Quod seminas nō uiuificabitur, nisi prius moriatur. Cur aut nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi p̄tinus immortaliter, & incorruptibiliter reuiuiscere cū credamus in ic̄tu oculi futuram resurrectionem, & in mēbra victura tanta velocitate reditura antiquissimorum cadauerum puluerem, & multa alia similia Augu. dicit 20. de Ciu. Dei, & ita tenendum est, vt ita nemo a morte eximatur.

Ad primum dicendum, q̄ non innuitur ex hoc, q̄ aliqui erunt, qui non gustabunt mortem, sed omnes morientur. Et q̄n a Christo iudicabuntur, oēs erunt uiuentes, & tñ uocantur uiui iusti, mortui autem, qui mali sunt, quia moriuntur spiritaliter. Alio modo, & melius uocantur uiui illi, qui inuentur uiui, q̄n uenerit Christus, licet subito moriantur, & reuiuiscant,

mortui autem dicantur, qui ante eius aduentū mortui erant. Tertio potest accipi, q̄ uocentur mortui oēs qui mortui erant tempore illo, quo uerbum symboli dictum est, vel uerbum Petri Actu. 10. c. uiui autē dicantur omnes, qui tunc uiuebant, & qui postea nascituri erant, vt innuatur, q̄ Christus est iudex omnium hominum. Et istę duę expositiones vltimę sunt conuenientes. Ad secundum dicendum, q̄ desiderium sanctorum non potest esse vanum, & incompletum, & tñ ipsi non desiderant determinate, q̄ non moriantur, & transferantur sic ad immortalitatem, sed est desiderium conditionatum, q̄ uellent non mori, & sic beatificari si esset possibile, sed sciunt, q̄ nō est possibile in quantum Deus contrarium disposuit, ideo ipsi non desiderant determinate hoc, & tale desiderium non est conueniens non impleri, quia illud non uocatur uelle, vel desiderare, sed potius solet uocari a doctoribus uelleitas quędam, id est uelle indeterminatū, & non consideratum. Ad tertium dicendum, q̄ Ecclesia orat remitti omnia debita, & ita remittentur, & ita non erit hoc, q̄ sine debitis homines nascantur, aliud est enim hominem non habere debita, & aliud remitti ei debita, quę habet. Nasci autem sine originali est non habere debita, cum inde sint omnia debita nostra, ergo non orat Ecclesia, q̄ nō nascatur hō in peccato originali, sed q̄ remittatur illud sibi, & oīa alia debita. Neque enim satis est securum dicere, q̄ nascantur aliqui homines sine originali dempta Virgine, de qua, neque asserimus, neque negamus. De ceteris autem non est dicendum, q̄ ex gratia, vel privilegio speciali nascantur aliqui sine peccato originali, vt enim plurimi putant si quis sine originali nasceret, non indigeret redēptione facta a Christo, & ita Christus non esset omnium hominum redeptor. Nam cetera peccata p̄ter originale sunt actualia, quę possunt uitari, & si non ex libero arbitrio nudo saltem adiuto ex gratia poterit homo euitare omnia mortalia, & omnia uenialia, & si illa uitauerit non erit debitor in aliquo eorum, ergo non indigebit redemptione cū nullum debitum habeat, & tamē Christum dicimus redemptorem omnium. Ergo omnes habeant istud debitum peccati originalis, quod necessario contrahunt, vt sic fructum resurrectionis Christi participēt, & facilius est poni, q̄ aliqui non moriantur, qui originale contraxerint, quam quod aliqui sint, qui non contraxerint originale. Nam licet sit mors p̄na peccati originalis, potest Deus remittere alicui p̄nam peccati pręteriti, & non est inconueniens, sicut adulteram dimisit sine p̄na Ioan. 8. c. ita potest alicui obligatio ad mortem propter originale remittere mortem, & ideo non sequitur. Iste non moritur, ergo natus est sine originali. Quanto magis, quia, vt ostensum est omnes morientur, & resurgent.

Ad quartum dicendum, quod sapiens non eligit semper cōpendiosorem uiam, sed tunc, q̄n equaliter bene, vel melius sit p̄cōpendia, quam per longa, & tamen in pręsenti non est equaliter bene factum, quod aliqui non moriantur, sicut quod omnes moriantur, ideo ponendum est, quod omnes moriantur, & omnes resurgant.

An omnis resurrectio erit a cineribus. Quęst. CCXXXV.

QVÆRITVR an omnis resurrectio erit a cineribus, id est omnium resurgentium corpora erunt prius reducta vsque ad cineres. Aliqui dicunt, q̄ non, quia resurrectio Christi est exemplar nostrę resurrectionis, sed resurrectio eius non fuit a cineribus, cum caro eius non

non fuerit in cineres uersa, cum dicatur Psal. 15. cap. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, & exponit illud Petrus de corpore Christi, Actuum 2. cap. Ergo neque erit necesse, quod corpora nostra uertantur in cineres.

Secundo, quia corpora humana non semper comburuntur, sed non uertitur quid in cineres, nisi per combustionem: ergo non resurgent oēs a cineribus.

Tertio, quia corpus hominis mortui non uertitur in cineres statim post mortem, & tamen multi resurgent statim, vt mortui fuerint, sicut erit de illis, qui inueniuntur uiuentes tempore aduentus Christi, ergo non erit resurrectio omnium a cineribus.

Quarto, quia in motu terminus a quo responder termino in quem, sed terminus, ad quem resurrectionis non est idem in bonis, & malis, quia dicitur 1. Corinth. 15. cap. Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur: ergo neque terminus, a quo erit idem, & sic mali resurgent a cineribus non autem boni, & ita non incinerabuntur omnia corpora.

Dicendum, quod resurrectio omnium erit a cineribus, nisi alicui forte ex privilegio speciali cōcessum sit resurgere sine incineratione. Et patet primo, quia dixit Hamo, Omnes in originali natos tenet hęc sententia, scilicet, Terra es, & in terram ibis, sed omnes, qui in communi resurrectione resurgent, fuerunt nati in originali peccato a trinitate ex uero, vel saltem in uero: ergo omnes resurgent ex cineribus, quia hoc est in terram ire, quod incinerari. Secundo, quia multa sunt in corpore humano, quę non sunt de ueritate humanę nature, & illa non resurgent cum nō resurgat, nisi quod fuit de ueritate humanę nature, non poterunt tamen illa separari a corpore, nisi illud in cineres resoluatur: ergo incinerabuntur omnia corpora. Patet hoc, quia pręter feces, & omnia, quę non adherent partibus nostris sunt quędam, quę sunt partes partium nostrarum, & non sunt de ueritate nature humanę, sicut tumores corporis in carne, vel caro aliqua excrecens, aut aliquid pręter intentionem nature natum, sed ista non possunt separari de corpore, nisi per omnimodam resolutionem, quę est incineratio, ergo fiet incineratio omnium corporum.

Circa quod considerandum est, quod ex eisdem rationibus, ex quibus colligitur, quod erit resurrectio originalis, potest erit a cineribus, quia non resurgit nisi qui mortuus est, sed qui moritur incineratur: ergo resurrectio corporis erit a cineribus: sic autem in omnibus erit nisi in aliquo ex privilegio speciali contrarium fiat. In Christo qui resurrexit, quando uoluit sic fuit, quia non incineratum fuit corpus. Nam quadraginta horis solum iacuit sine anima. De Virgine idem asseritur, quod cito surrexit, & ita si quis alius erit, cuius acceleretur resurrectio, & resurgat extra illam resurrectionem generalem. Nam illi licet subito vt moriatur reuiuiscant, ibi erit sufficiens incineratio ad depurandum, & tollendum, quod non erat de ueritate nature humanę. Scriptura enim sacra dicit resurrectionem, & reformationem corporum, ad Philip. 3. cap. Qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratione corpori claritatis suę, ideo oportet vt sic omnes resurgant, & oportet vt moriantur ad hoc q̄ resurgant, ita oportet vt omnia resoluantur, & incinerentur ad hoc q̄ omnia reformentur. Item quia sicut in p̄nam inflatum est homini, q̄ moreretur ita & ita rogatū est, q̄ incineraretur, quia dicit Gen. 3. Terra es, & in terram ibis, sed ire in terram est incinerari. Item ordo nature exigit, vt non solum corporis, & anime unio soluantur, sed et elementorū cōmixtio, sic enim acetū non potest in uinū cōuerti, nisi fuerit reductum in ma-

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

teriam pręiacentem ad similitudinem humoris uitis, & ideo ad hoc quod corpus redeat in nouitatem, & puritatem suam oportet, quod dissoluatur vsque ad cineres. Item quia etiam si corpora non essent dissoluta ante resurrectionem generalem, tunc resolerentur vsque ad elementa Nam cōmixtio elementorum causata est ex motu cęli, & conseruatur ex motu cęli, ideo cessante motu cęli necesse est, vt omnia mixta soluantur vsque ad pura elementa, etiā si non sit ibi aliqua actio contrarietatis dissoluens, & tamen in resurrectione cessabit motus cęli, ideo tunc saltem dissoluentur omnia mixta, & hoc erit incinerari corpora humana, & ita resurrectio omnium erit a cineribus.

Ad primum dicendum, quod resurrectio Christi est exemplar nostrę resurrectionis, non quo ad terminum a quo, sed quantum ad terminum in quem Christus autem per resurrectionem iterato cepit esse homo, cum in triduo non fuisset homo, & quantum ad hoc est exemplar nostrę resurrectionis, quia etiam nos recipimus esse, quod perdidimus in resurrectione. Ex cineribus autem resurgere est terminus a quo, & in hoc non imitatur Christum. Nam que est necesse, quod resurrectio nominet motum quendam, & omnis motus speciem accipit a termino in quem, & ideo nos, qui imitatur Christum in resurrectione non oportet, quod eum imitemur nisi in termino in quem.

Ad secundum dicendum, quod id, in quod resoluunt corpora humana uocantur cineres, vel pulueres quod quid illud sit, & nō accipiunt cineres solū pro illis pulueribus, quos in sepulchris ex resolutione relictos uidemus, quos cineres satis recte uocamus, sed oēs, in quod uimare fuerit cōuersum corpus humanū, vel quęcunq; partes illius cuiuscunq; nature elementorū sit cineres uocamus, & id partes ignis, & aeris, & aq̄, & terre resolute ex humanis corporibus uocantur cineres. Nā manifestū est, q̄ aliquid fuit resolutū de corporibus humanis, quod uersum est in ignem p̄ successiuas conuersiones, & aliquid in aerē, aliquid in aquā, & illud colligitur, vt reformetur ex eo corpus humanum, sed omne, quod colligitur cineres uocamus, & de istis locis elementorum colligentur cineres, quia forte aliqua pars hoīs fuit, quę nūc est iuxta globum Lunę, & alia ad partem oppositam orbis, & de ipsis locis colligentur sicut Christus dixit infra 24. c. Mittere filius hominis Angelos suos, & colligent electos eius a quatuor uentis, a summis cęlorum vsq; ad terminos eorum, sicut fuit expositum supra.

Cineres autem uocantur omnes reliquię ex corporibus humanis post uiltimam resolutionem factā, & uocantur sic propter tria. Primo quia apud antiquos gentiles omnia cadauera exurebantur, & ita de eis nisi cineres relinquebantur, & ideo inoleuit in consuetudinem, quod omnes reliquię ex resolutione uiltima corporum uocentur cineres. Secundo uocantur cineres ex cā resolutionis. Nam cineres uocantur extremum, in quod ignis agere non potuit, & mansit ex act. one resolutionis illius. Causa autem quare corpora humana resoluantur est incēdium fornitis, quo corpus humanum radicis in infectum, & tñ ad inducēdam nouitatem glorificationis oportet totā infectionem auferre, sed non pot tolli, nisi resoluatur compositum vsq; ad prima cōponētia, & talē dissolutionem facit ignis incinerans cōbustibile, ideo extrema, in quę resoluuntur corpus humanum cū fiat resolutio vsque ad prima componentia, recte cineres uocantur. Tertio quia uerē poterunt uocari cineres ea, quę colligentur saltem pro maiori parte, quia illeignis, qui depurabit omnia elementa, erit qui

M resoluēt

In q. 233. Reliquię ex corporibus humanis factę uocantur cineres.

resoluet corpora humana antequam resurgant, & illæ reliquæ collectæ post exustionem erunt ad reformandum corpus humanum, sed reliquæ ex combustione cineres vocantur, ideo recte dicitur quod colligentur cineres corporum, & quod ex cineribus fiet resurrectio.

Ad tertium dicendum, quod quidam resurgent statim post mortem, somnes, qui vini inuenti fuerint, & isti corpora illorum erant dissoluta in cineres, quia ignis, qui depurabit omnia elementa, exuret subito illos viuentes, & in illo quasi momento, vel imperceptibili tempore motientur, & soluentur corpora eorum in cineres, & reformabuntur, & resurgent: immo illorum corpora melius resoluuntur in cineres, quam eorum, qui nunc moriuntur, quia non resoluuntur penitus usque ad primam componentiam, sed manent adhuc in aliquo genere mixtionis, quæ mixtio tunc penitus cessabit ex duobus. Primo ex cessatione motus in ita ex illo conseruatur, & ideo cessante motu cœli omnia mixta redibunt in pura elementa cessante mixtione, quia non est per quid amplius conseruetur, sed cessatio ista erit tunc, & non est nunc, ideo tunc resoluentur magis corpora, quam nunc. Secundo, quia ibi erit ignis purgans omnia elementa, qui habebit quandam diuinam virtutem, ut dicitur infra 24. cap. & ideo erit efficacior in agendo, & poterit plus resolueret combustibilia, quam ignis iste noster: ille autem ager in omnia corpora mortuorum tunc: ergo tunc poterunt melius omnia corpora humana resolui in prima componentia, quam nunc: nam nunc non fit hoc.

Ad quartum dicendum, quod non debent comparari terminus a quo, & terminus in quem in resurrectione: & ratio est, quia motus quilibet accipit speciem a termino in quem, & nunquam a termino a quo: & ideo cum boni, & mali comparerentur per resurrectionem, comparabuntur per terminum in quem, & non per terminum a quo: hoc est, quod sancti resurgescentes vitam per resurrectionem resumant illam gloriosam: mali autem resumant vitam non gloriosam, sed damnatam, & subiectam poenalibus, comparari autem per terminum a quo non pertinet ad rationem motus: ideo beati, & damnati non resurgentes non comparabuntur per terminum a quo: ita ut quidam dicantur resurgere a cineribus: alij vero non a cineribus, sed oēs a cineribus resurgent, sicut contingit eodem existente termino a quo variari terminum in quem, & consequenter speciem motus, sicut quis mouetur de albedine in nigredinem: alius de albedine mouetur in ruborem, & non est idem motus specie, licet sit idem terminus a quo, & ideo apparet quod se habet per accidens ad motum terminus a quo, unde non oportet comparari eos, qui mouentur penes terminum a quo, sed per terminum in quem.

An cineres, ex quibus fiet resurrectio, habeant inclinationem aliquam ad animam, quæ coniungatur eis. Quæst. CCXXXVI.

Quæritur an cineres illi, ex quibus fiet resurrectio, habeant inclinationem aliquam ad animam, quæ coniungatur eis. Aliqui dicunt quod sic, quia si nullam inclinationem haberent eodem modo se haberent ad illam animam, sicut ad quamlibet aliam, & non differret potius vniri his pulueribus animam illam quam aliam, quod falsum est. Quia si corpori formato ex his pulueribus vniretur alia anima quam ea, quæ prius ibi fuit, non esset per resurrectionem idem homo, qui prius fuit cum non sint eadem partes essentielles, &

consequenter non esset resurrectio, sed esset noua hominum productio. Nam resurrectio est, ut Damascenus dicit, eius quod cecidit iterata resurrectio: ergo non poterit anima illa alijs cineribus vniri nisi eis, qui fuerint de corpore suo, & consequenter inclinationem habeant cineres ad animam.

Secundo, quia maior est dependentia corporis ad animam, quam anima ad corpus, cum anima sit forma, & det esse: corpus autem non dat, sed recipit esse, sed anima separata a corpore adhuc habet dependentiam aliquam ad corpus. Unde retardatur aliquantulum motus eius in Deum propter appetitum illius corporis, scilicet, administrandi illud, ut dicit Dionysius: ergo multo magis dependebunt pulueres illi ab illa anima, & ita inclinabuntur ad eam.

Tertio, quia Iob 20. cap. dicitur: Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, cum eo in puluere dormient: sed vitia non sunt nisi in anima: ergo adhuc in illis pulueribus aliquo modo est anima, sed non potest esse nisi per aliquam inclinationem illorum ad animam: ergo illi pulueres habent naturalem inclinationem.

Dicendum videtur, quod non manet inclinatio in illis cineribus ad animam, quia corpus humanum potest resolui usque ad pura elementa, & in carnes aliorum animalium conuertitur, sed elementa sunt corpora homogenea, & ideo est eadem natura totius, & cuiuslibet partis, & vnus partis, & cuiuslibet alterius, sed in alijs partibus ipsorum elementorum, quæ nunquam fuerunt in corpore humano, nulla est inclinatio ad animam humanam cum non sit aliqua ratio, quare sit, ideo neque in alijs partibus eiusdem, quæ sunt ex resolutione corporis humani, erit inclinatio ad animam. Nam si dicas, quod in illis est aliqua inclinatio, & non in alijs, non sunt partes eiusdem homogenei cum oporteat esse penitus eiusdem nature, & tñ sunt homogeneæ, quia sunt partes elementari puri: ergo non erit inclinatio aliqua naturalis in eis ad animam, cum non sit in alijs. Et eadem ratio est, si conuertantur carnes humanæ in carnes aliorum animalium, quia caro cuiuslibet animalis est aliquid homogeneum: ergo partes illæ, quæ sunt ibi de caribus hoīs quondam non sunt alterius nature, quæ ceteræ partes carniū eiusdem animalis propter homogeneitatem, sed alie non habent aliquam inclinationem naturalem ad animam illam humanam: ergo nec, partes illæ, quæ quondam fuerunt hoīs, & iam conuertite sunt. Quod autem talis conuersio fieri possit usque ad pura elementa, vel in partes carniū aliorum animalium, patet quia dicit Aug. in Enchiridion. Corpus humanum in quacumque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur: in quorū quocumque hoīum siue animalium cibū cedit carnemque; vertetur, illi autem humanæ in puncto tempore cedit, quod illud prius, ut homo fieret, & tñ cresceret animal. Secundo, quia cuiuslibet inclinationi naturali resistit aliquid agens naturale, quod possit reducere ad actum re habentem illam inclinationem, quia si deficeret natura in necessarijs, cum aliquid eēt, quod appeteret, ad quod non posset naturaliter peruenire, sed hoc est falsum, quia per nullum agens naturale per pulueres illi iterato conueniunt: ergo non est aliqua inclinatio in pulueribus ad animam illam. Sed dicendum, quod circa hoc est triplex opinio, quidam dicunt quod corpus nunquam resoluatur usque ad elementa pura, sed manet aliquis modus mixtionis in pulueribus, & retinet illi heterogeneitatem, & manet inclinatio aliqua ad animam, quæ præfuit ibi, eo quod in illis partibus manet aliqua vis supra naturam elementalem, & per illam est inclinatio ad animam. Sed dicendum, quod non stat in quantum asserit ista opinio non fieri resolutionem usque ad elementa. Est enim contra positionem Augustini, ut patet ex dictis. Item experientia repugnat: nam videmus cadauera resolui usque ad pura elementa, per successiuas

Elementa sunt corpora neca.

Prima opinio de corporum resolutione.

cessiuas resolutiones. Itē repugnat rationi, quia omnia composita ex contrarijs possibile est resolui in ea, ex quibus componuntur.

Secunda opinio est, quod illæ partes corporis humani, quæ per resolutionem eius efficiuntur partes aliorum animalium retinent plus de luce, quam ceteræ partes earundem rerum, eo quod fuerunt illæ aliquando vnite animæ humanæ, & ex hoc habent inclinationem quandam ad animam.

Sed hoc falsum, & frivolum est, quia partes cuiuslibet elementi sunt eiusdem nature, & ideo habent æqualitatem lucis, vel obscuritatis: quia non est ibi mixtio aliqua, sed retinetur pura homogeneitas.

Tertia autem positio est vera, scilicet, quod in cineribus illis nulla est naturaliter inclinatio ad animam, quia sicut in elementis puris nulla est inclinatio naturalis ad animam, ita in illis cineribus, cum sint resoluti usque ad pura elementa.

Sed dicendum, quod habent illi cineres inclinationem ad animam illam determinatam, quæ præfuit in carne. Et hoc ex ordine diuinæ providentiæ, qui statuit, ut illi cineres rursus iungantur animæ, & ista inclinatio potest dici potentia obedientialis. sunt enim quedam impotentia ad aliquid obedientialiter, & non naturaliter, sicut aurum est in potentia obedientiali ad esse arborem statim, scilicet, non transeundo per formas medias, & alterationes, sed Deus potest hoc facere, sed non est in potentia naturali, quia non potest naturale agens de auro facere arborem non transeundo per formas substantiales medias, & tamen ista inclinatio ex diuina providentia dicit aliquid plusquam potentiam obedientialem, cum potentia dicat posse recipere, sed non potest aliquam exigentiam ad habendum. Inclinatio autem dicit exigentiam ad habendum, sed quia est inclinatio ex diuina providentia, non est exigentia ex parte nature, sed solum, quia Deus sic instituit.

Ad primam rationem dicendum, quod licet pulueres illi nullam naturalem inclinationem habeant ad hanc animam, vel ad aliam, habent tamen inclinationem ex diuina providentia, & ex illa fit, ut ad hanc animam determinate inclinentur, quæ præfuerat in corpore, & non ad aliam, & ideo non potest cinis ille vniri alteri animæ, & ideo necesse erit resurgere eisdem hoīs, quod prius fuerant cum redeant eadem corpora ad easdem animas.

Ad secundum dicendum, quod quoad corpus, & anima manent coniuncta, magis dependet corpus ab anima, quam anima a corpore propter rationem dictam, & ista quæ sunt separata habent aliquam dependentiam ad corpus, & corpus nullam dependentiam habet ad animam, & ideo anima separata adhuc habet quandam naturalem appetitum administrandi corpus, ipsum vero corpus separatum ab anima nullam habet naturalem inclinationem, vel dependentiam ad animam. Ratio diueritatis est, quia anima siue in corpore, siue extra corpus manens semper retinet esse humanum, quia illa non perdit esse, & ideo quæ habitudinem habet in toto ad corpus, talem retinet quæ separata est. Corpus autem quod coniunctum est habet esse humanum per actualē participationem ab anima factam, cum autem separatum est non reuertitur esse humanum, sed transit ad esse illius speciei, cuius forma informat, ideo non potest seruati inclinationis naturalis in illo ad animam, quia inclinatio naturalis est per esse naturale, sed corpus separatum nihil retinet de esse humano, ideo non potest in cineribus eius manere inclinatio ad animam naturalem, sed solum ex Dei providentia.

Ad tertium dicendum, quod in corpore non sunt vitia, & multo fortius in cineribus soluti corporis, sed dicunt ibi esse, in quantum isti cineres ex diuina providentia habent ordinem ad hoc, quod ex eis reparatur aliquod corpus, quod cum fuerit coniunctum anima crucietur pro vitijs,

quæ homo in adolescentia sua commisit, & generaliter pro omnibus: unde dormiunt vitia cum corpore, & cineribus mortuorum, in quantum propter mortem, & incinerationem corporis non desinunt cineres illi habere habitudinem ad hoc, quod reformetur corpus ex eis, & in illo sit poena pro vitijs.

An in resurrectione anima resumat idem corpus numero, quod prius habuit. Quæst. CCXXXVII.

Quæritur an in resurrectione anima resumat idem corpus numero, quod prius habuit. Alii dicunt, quod non: quia I. Corint. 15. cap. dicitur: Non corpus quod futurum est seminans, sed nudum graui, sed Apostolus comparat ibi mortem seminationi, & resurrectionem pullulationi: ergo innuit, quod non erit idem corpus, quod per mortem deponitur, & resumitur per resurrectionem, & ita non erit idem corpus numero. Secundo, quia cuiuslibet forme aptatur materia secundum suam conditionem, & cuiuslibet agentis instrumentum secundum suam conditionem, sed corpus comparatur ad animam, sicut materia ad formam, & sicut instrumentum ad agens, quia anima iuxta Arist. vnus corpori, ut forma, & motor, & perfectio: cum ergo anima totaliter transferatur in celestem vitam per resurrectionem, cui viuendo perfectè inhaeret in mundo: vel deprimetur ad brutalem conditionem, si in mundo manens in corpore brutaliter conuersa est: videtur, quod non resumet idem corpus numero, neque etiam eiusdem speciei, id est, humanum, sed vel brutale, vel celeste.

Tertio, quia corpus humanum post mortem resoluatur usque ad elementa, ut dictum est supra, & præced. quod illæ autem partes elementorum, quæ de corpore humano resolute fuerunt, non conueniunt cum corpore humano, quod fuit resolutum in eas, nisi in materia prima, & isto modo omnes partes elementorum conueniunt cum illo corpore, & tamen si ex alijs partibus elementorum formaretur corpus, non diceretur esse idem corpus, quod prius, ergo & si formetur ex eisdem, quæ prius fuerunt, non erit idem corpus numero.

Quarto, quia impossibile est esse idem numero, cum partes essentielles non sunt eisdem numero, sed alię, sed forma mixta, quæ est pars essentialis corporis humani, velut forma eius non poterit esse eadem in resurrectione, quia non poterit eadem resumitur: ergo non resumetur idem corpus numero. Patet antecedens, quia illud quod totaliter cedit in non ens non potest redire idem numero, quia non potest esse idem numero, cuius esse est diuersum, sed est interruptum, quod est actus entis est diuersum, sicut quilibet actus, quando interruptitur non est idem, quod prius, sed forma mixtionis cecidit penitus in non ens per mortem, cum sit forma corporalis, similiter, qualitates contrarię, ex quibus fit mixtio cedunt in non ens: ergo non poterit redire eadem forma mixtionis numero, & consequenter neque idem corpus mixtum numero.

Dicendum, quod idem corpus numero erit, quod in resurrectione resumetur, quia Iob 19. cap. dicitur: Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Et loquitur de visione post resurrectionem, cum dicatur ibidem in nouissimo die de terra resurrecturum meum: ergo idem corpus numero resumetur, cum sit eadem caro. Secundo quia, ut dicit Damascenus, resurrectio est eius, quod cecidit iterata resurrectio, sed per mortem cecidit corpus, quia resolutum est: ergo idem resumetur: Tertio, quia resurrectio est, ut idem homo qui præfuit redeat, sed non rediret idem si corpus non rediret, cum sit pars essentialis hominis: ergo rediret idem corpus. Circa quod sciendum, quod ad resurrectionem oportet animam redire ad corpus, & redire ad id, quod prius,

prius, & tamen in hoc errauerunt aliqui Philosophi: errauerunt etiam aliqui hæretici. Licet enim Philosophi, vt communiter non concedant animas semel solutas ad corpora aliqua postea redire, aliqui tamen, vt Pythagorici, concesserunt.

Tenes duo errant Pythagorici de reditu & transitu animarum.

Sed in isto reditu errauerunt circa duo. Primo modum reditus. Dicebant enim animas rursus vniri corporibus per modum generationis naturaliter, sicut quod erat corpus aliquod ad suscipiendam animam, quæ erat completè organizatum, anima, quæ semel a corpore soluta fuerat, vniebatur illi corpori. Secundo errabant quantum ad corpus, cui coniungebatur anima. Nam non dicebant coniungi aliquam animam eidem corpori, quod per mortem depositum erat, sed alteri corpori, quod erat aliquam idem specie, & aliquam diuersum. Transibat enim anima ad corpus diuersum specie, vt cum transiret aliquam ad corpora brutorum, & hoc fieri dicebant cum anima in corpore manens præter rationis ordinem vitæ duxerat bestialem, & idem specie animalium corpus aliquod intrabat cuius mores manens in corpore tenuerat. vnde transibat in corpus canis, vel porci propter luxuriam, & voracitatem, in corpus leonis propter rapinam, & violentiam, in corpus vulpis propter fraudes: & ita de cæteris vitij. Ad corpus autem eiusdem specie humanæ, si redibat quod bene, & iuste anima in corpore manens vixerat. Nam tunc aliqua felicitate fruebatur separata a corpore existens, & post aliqua tempora rursus ad corpus redibat humanum, sed non ad primum. Quod enim animam redirent ad corpora tam animam, quam omnium pecorum fuit positio Pythagore Philosophi. dixit enim animas esse immortales, & semper manere in corporibus, & quia animam extra corpus existentem arbitrabatur, velut mortuam propter non informare aliquid dicebat, quod mox vt anima humana soluebatur de corpore, intrabat in aliud corpus, siue hominis, siue pecoris, quodcumque apertius inueniret, sicut non esset adhuc animatum, & esset dispositum ad animationem. Et hoc modo dicebat animas nunquam esse extra corpora, neque reperiri apud inferos, aut Elisios campos, vel alia loca beatitudinis, sicut Poeta finxerunt. Dixit autem sic fuisse de anima sua, quæ prius fuit cuiusdam Troiani, quæ dicebat Euphorbus, & occisus est in bello Troiano a Menelao Rege, marito Helenæ, & deinde fuit anima illa in quodam Cigno, & postea in quodam Pauone, & deinde in Homero, & postea in Pythagora: & post tempora aliqua dixit Ennius Poeta fuisse in eo animam illam, vt sibi sapientiam omnem ascriberet. sic refert Ouidius 15. Metamorpho. ex persona Pythagoræ, de cuius doctrina ibi multa ponit, scilicet,

O genus Attonitum gelida formidine mortis,
Quid Stygia, quid numina vana timetis
Materiam vatum falsique pericula mundi?
Morte carent animæ, semperque priore relicta
Sede, nouis habitant domibus, manentque receptæ.
Ipse ego nam meminî Troiani tempore belli,
Panthoides, Euphorbus eram, cui peccatore quondam
Hæsit in aduerso hasta minoris Atridae.

Id est, Menelai filij Atræi. Et vocatur minor Atrides, quia frater eius Agamemnon erat etiam Atrides, id est, filius Atræi, & erat maior, & ideo ipse erat minor Atrides. De hoc etiam dicit Perseus in Satyris 4. loquens contra Ennium Poetam, scilicet,
Cor iubet hoc Ennii postquam dæsterunt esse,
Meonides quintus, pauone ex Pythagoreo.
Id est, Ennius asseruit se Meonidem, id est, Homerum. Sic enim ille vocatur. Et hoc quia accepit animam illius quinto loco computando Pauonem, Cignum, & Homerum, & Pythagoram, & postea ipsum.

Quare Pythagorici galitatem, sed hoc omnes homines inuitant sub specie pietatis

Et ista fuit causa quare Pythagoras secutus est frugalitatem, neque manducans carnes, neque pisces, & cetera.

asserens impietatem, & sacrilegium esse animalium carnibus vesci, eo quod cum anima iuxta eius positionem transiret per corpora, poterat anima patris sui transire ad brutum aliquod, siue terrestre, volatile, vel aquaticum, & si quis occideret illa ad vescendum, videbatur occidere patrem suum, quia ibi erat anima patris sui, & etiam manducabat carnes patris sui, quod nefas erat. Et ob hoc multum arguebat totum genus humanum, quod carnibus vesceretur, ipse autem sola olera, & fruges manducabat, & idem frugalitatem secutus fuisse dicitur. Hoc enim & similia Pythagoras de reditu, & transitu animarum per corpora asseruit, sed quæ animas quædam redirent ad corpora brutorum, quia eorum mores fuerunt imitatae, & redirent ad corpora humana, si rationabiliter in corpore vixerant, non est Pythagoricum, sed maxime Poetarum, & aliorum non attendentium ad solam naturam, sed ad scientiam Ethicam. Quod autem anima, quæ hic laudabiliter in corporibus manserant, prius fruerentur quadam felicitate, quæ rediret in corpora, & post multos annos redirent poeticum est, & partim Platonicum. Sic enim Virg. describit 6. Aeneidos multa de hoc ponens circa animas existentes in campis Elisijs, sicut post mille annos incipiant desiderare redire in corpora, & tunc redeant immemores malorum, quæ in corporibus tolerauerunt, & locum dignitatis Elisiolorum camporum. Et ista obliuio inducitur in animas bibito humore Lethei fluminis, ad quod flumen Deus illas deducit, & multa huiusmodi, quæ vulgata sunt.

Sed ista positio de tali reditu animarum est multum erronea propter duas radices. Inciderunt enim isti in hunc errorem. Primo, quia non putabant vniri animam essentialiter corpori dando esse, sicut vnitur forma materiam, sed accidentaliter, sicut motor mobili, & homo vestimento. Secundo, quia non ponebant differre intellectum a sensu, nisi accidentaliter, & quasi per magis, & minus, & non secundum speciem, & naturam.

De primo patet, quia si putarent animam esse formam corporis, & dare ei esse secundum naturam, & speciem, non ponerent præexistere animam ante corpus, sed forma, vel educitur de potentia materiam, vel ab extra inducitur, vt solus intellectus, sed non præcedit. Secundo, quia formæ substantiales exigunt dispositiones varias in materia, ita quod impossibile est vniam formam substantialem manere sub dispositionibus, quæ alteri formæ conueniunt, sed tanta est diuersitas dispositionum quanta est multitudo formarum substantiarum, vt ostensum est supra, & tamen isti ponebant posse intrare animam in corpus cuiuscumque dispositionis, ideo necesse est, quod ponerent animam solum, vt motorem. Nam si formaliter esset vnita requireret solum vniam dispositionem, sicut ipsa est determinata forma, sed motoris ad mobile non requiritur tanta determinatio, & ita multis corporibus poterat vniri vt motor, sed non vt forma. Tertio, quia si vniretur, vt forma daret esse, & quia forma ipsa, quæ est anima est vniam determinatæ naturæ non potest dare, nisi vniam esse specificum, s. humanum non posset vniri nisi corpori humano, quia cuiuscumque corpori vniretur, oporteret quod daret illi esse humanum, quia vnirebatur sibi formaliter, & ita non est verum, quod transmigraret per corpora brutorum, & auium, & piscium, quia mox vt intraret in aliquod corpus, esset illud humanum per vnionem formalem animæ, & compositum inde resultans esset homo, & ita nunquam posset anima humana esse, nisi in corpore humano, & tamen isti concedebant verè animam transire in corpora bestiarum, & esse bestiam aliquid quod haberet animam humanam: ergo non ponebant animam esse formam, vel non vniri illis corporibus,

In q. 234.

Corpus humanum inter cetera est optime complexio-

nis, vt formam materiam, sed vt motorem mobili. De secundo patet, quia ponebant animam intellectiuam non differre a sensu secundum naturam, sed solum accidentaliter, scilicet, quod eadem natura, vel forma, aut vis esset sensitua, & intellectiua, sed quando esset ista vis in corporibus indispotitis, & male complexiois exerceret pauciores, & minus perfectas operationes, & quando esset in corporibus melioris complexiois exerceret plures operationes, & quia corpus humanum inter omnia corpora animalium est optime complexiois, potest vis illa sensitua habere plures operationes, & sic per illam vim homo intelligit propter bonitatem complexiois, quod in brutis non accidit, & hoc rursus non posset esse, nisi sentire, & intelligere essent actus eiusdem specie. Nam per eandem potentiam impossibile est exercere actus diuersarum specierum, sicut per visum non potest quis audire, & videre: ideo putabant nihil plus differre sentire, & intelligere, quam multum videre, & minus videre, quæ gradualiter differunt, & non secundum speciem. Et hoc modo bene poterat anima humana esse in corporibus bestiarum, & non haberet ibi actum intelligendi, sed solum sentiendi propter imperfectionem complexiois, & cum rursus de bestijs transiret ad hominem habebat actum intelligendi, quem nunquam habuerat dum esset in pecore.

Sed ista duæ radices, ex quibus sequitur positio Pythagorica, & quibus stantibus illa conuenienter stare, falsæ sunt, & destruit illas Aristoteles. Nam animam non vniri, vt motorem solum mobili tam contra Platonem, quam contra Pythagoram probat Aristoteles. 1. de Anima, sed quod vnatur, vt forma, & endelechia, scilicet, actus informans, vt patet ex 2. de Anima. quod autem intellectus differat a sensu non solum accidentaliter, sed essentialiter ostendit Aristoteles. 3. de Anima. Ideo non est in his probationibus insistendum. Non igitur potest anima humana redire ad corpora alia taliter qualiter præcedentes locuti sunt.

Quod autem posuerint istum reditu fieri per viam generationis, id est, ad corpus organizatum, & dispositum naturaliter ad recipiendum animam fuit propter duo. Primo, quia non intendebant ipsi reducere animam ad corpus, in quo prius fuerat, sed ad aliud, & aliud. Nam si ad illud redire deberet, non rediret per viam generationis, quia non generabatur rursus idem corpus, quod semel fuerat corruptum, & resolutum, sed alia generabatur, ideo melius erat poni, quod redibat ad corpora disposita per viam generationis, quam ad alia, & nos quoque idem poneremus si putarem posse vniri animam alteri corpori, quam ei, in quo fuit. Nam facilius erat poni quod vniretur corpori per naturam disposito, quam aliter realiquid supra naturam.

Secundo, quia isti cum vix naturalia cognoscerent non poterant quæ naturalia inuenire, & tamen idem corpus, vel aliud fieri aptum ad suscipiendum animam humanam, & non per viam generationis excedit potestatem naturæ, ideo neque putauerunt esse possibilem, neque intellexerunt alium modum, quod anima rediret ad corpora, nisi formando corpus per viam generationis: vnde si possibile esset vniri animam alteri corpori quam ei, in quo præfuit satis conuenienter fieret, quod illud formaretur per viam generationis.

Aliter autem quidam hæretici circa reditu ad corpora errauerunt dicentes animas exuras humanis corporibus vniri postea corporibus celestibus, id est, de natura celestis, aut ventis, id est, de aere formatis, sicut tenebat quidam Patriarcha Constantinopolitanus, vt ostendit Greg. in Moralibus super illo verbo. In carne mea vi-

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

debo Deum Saluatorem. Nam eadem rationes, quæ militant contra Pythagoricos, & Platonicos militant et contra istos hæreticos. Cum enim anima sit forma substantialis, exigit determinatas dispositiones in corpore, cui vnitur, & tamen in corpore celestis non potest esse eadem dispositio, quæ in corpore humano, quia corpus humanum est mixtum in gradu certo mixtionis, & illa mixtio reditur ex certo modo se habendi qualitatibus inter se, sed in corpore celestis non sunt qualitates facientes mixtionem, ideo non potest esse illud corpus vnium animæ humanæ.

Secundo, quia neque corpori aereo hoc competit: quia aer est corpus simplex cum sit elementum, corpus autem humanum mixtum est: tum quia etiam si aer esset mixtum corpus quemadmodum sunt vapores, & exhalationes adhuc non posset informari anima humana, quia illa exigit corpus debitæ densitatis qualis non est in aere, neque in vaporibus quantumcumque densatis, ideo non potest anima rali corpori vniri.

Tertio, quia et si tali corpori vniretur non pertinere ad resurrectionem, quia in resurrectione debent esse iidem homines, qui prius: quia aliter non vocatur resurrectio, & tamen si non est idem corpus non est idem homo. ergo non assument animæ corpora celestia, neque aerea, sed illa eadem, quæ prius habuerunt.

Ad primum dicendum, quod inter pullulationem ad seminationem, & mortem ad resurrectionem non est penitus similitudo, sed aliquo modo, & quantum ad id, in quo manet similitudo comparantur. Granum enim seminatur, & granum nascitur, & tamen granum quod nascitur non est idem numero cum eo quod seminatur, cum ex vno nascatur multa grana, & interdum multæ spicæ. Etiam non est eodem modo se habens, quia granum, quod nascitur prodit cum folliculis, & granum quod seminatum est folliculis non habebat. In resurrectione autem, & morte est minor dissimilitudo, quia idem corpus numero est, quod per mortem cadit, & per resurrectionem surgit, & tamen non est eodem modo se habens, quia quod mortis est corruptibile, quod resurgit est incorruptibile. Cum autem arguitur de similitudine. Dicendum, quod non est similitudo per omnia, & ideo licet non sit idem granum in seminatione, & pullulatione est idem corpus in morte, & resurrectione.

Ad secundum dicendum, quod qualis est anima in resurrectione, tale corpus aptatur ei, vt fit conueniens instrumentum, & materia, & tamen inter animam resurgentis hominis, & hic viuentis non est differentia essentialis, sed accidentalis, id est, neque inter corpus, quod est viuens, & resurgens, erit differentia essentialis, & tamen si differret numero corpus resurgens a corpore, quod hic fuit, esset differentia essentialis, id est, non est aliud corpus numero: anima enim resurgens, & quæ hic fuit eadem numero est, sed differat accidentaliter, quia hic non erat gloriosa, sed misera: in resurrectione est gloriosa. Vel accipiendo generaliter, quantum ad omnes animas qualibet anima resurgentis hominis habet aliquod dominium super corpus, quod hic non habuit, ideo & corpus aliter se habebit, quam se habuit hic, sed non erit aliud numero, quia illa est differentia essentialis.

Ad tertium dicendum, quod licet videant non conuenire partes, quæ resolute sunt de corpore, cum ipso corpore, nisi in materia magis conueniunt cum illo, quod quocumque; alie partes concurrerent ad constituendum aliquod corpus, non esset idem, quod fuisse prius. Si autem illæ eadem partes concurrant, quæ prius fuerunt erit idem corpus. Cum autem obijciunt, quod non conueniunt illæ partes cum corpore, de quo resolute sunt, nisi in materia prima. Negandum

M 3 est,

est, quia cōueniunt in quibusdam dimensionibus in-

Dimensiones inter-

terminatæ, quæ manent in materia illa, & manse-

De istis dimensionibus terminatis dicendum, quod

De dimen-

sionibus inter-

existunt dimensiones, & istas vocamus interminatas,

Est autem dicendum, quod præexistit secundum

Dicendum etiam, quod istæ dimensiones intermi-

Quo inel-

simpliciter impossibile. Et ob hoc non potest cor-

Secundo potest dici, quod dimensiones termina-

Sed obijciatur, quod rationes præcedentes non

Dicendum, quod etiam oportet manere illas cor-

Quod non

Secundo, quia omne quod corrumpitur, habet cō-

contrarietatem, ideo illis directe pereuntibus corru-

Tertio, & præcipue, quia omnis corruptio fit a cō-

De primo patet, ut frigiditas est corruptibilis, quia

De secundo patet, ut in dimensionibus intermina-

Mixtio qd

Quantitas

conueniunt quædam quibusdam elementis, & non alijs. Quantitas autem siue dimensiones interminatæ equaliter conueniunt omnibus elementis: ideo prior est dimensio interminata quàm contrarietas, sed quod non fundatur super contrarietatem impossibile est destrui per rationem contrarietatis: ideo non potest dimensio interminata, quæ est prior qualitate, & contrarietate corrumpi per actionem contrarietatis, & ista est causa quare materia prima non corrumpitur, licet corrumpatur forma substantialis, & compositum, quæ sunt magis substantia quàm ipsa materia, scilicet, quia materia prima est prior omni contrarietate, formæ autem substantiales sunt posteriores contrarietate, cum sint in re constante ex contrarijs, & fuit contrarietas ante generationem illarum formarum: ideo illæ corrumpuntur, & composita, & mixta, materia autem prima non corrumpitur, cum sit prior omni contrarietate, & ita dimensio interminata non poterit corrumpi propter præcedere omnem contrarietatem, & ista est causa præcipua.

Quare materia prima non corrumpitur.

Considerandum deinde, quod terminatæ dimensiones sunt compositorum, & mixtorum, dimensiones interminatæ sunt ante compositionem, & mixtionem, & ideo sunt solius materiæ primæ. Primum patet, dimensio terminata est illa, quæ facit materiam esse propriam formæ alicuius speciei, & tamen omnis species talis est compositorum aut mixtorum, cum forma adueniens materiæ saltem facit compositionem, ergo non possunt esse dimensiones terminatæ nisi compositorum, & mixtorum prout ad aliquam speciem determinatæ pertinent. Secundum patet, quia dimensiones interminatæ non faciunt materiam esse propriam alicui formæ alicuius speciei, quia aliæ terminarent illam, & diffinirent, cuius contrarium significat nomen, & tamen per mixtionem, & compositionem efficitur materia propria alicui speciei, cum ibi detur esse determinatam per formam substantialem, ergo vel nulla dimensio interminata est, vel præcedit mixtionem, & compositionem, sed nihil præcedit compositionem, & mixtionem nisi materia in se, id est, ut sola est, ergo dimensiones interminatæ solius materiæ sunt, & præintelliguntur materiæ in existere ante omnem compositionem, & mixtionem.

Dimensiones interminatæ non faciunt materiam esse propriam formæ alicuius speciei.

Sed tunc dicitur, cum dimensiones interminatæ præcedant in materia ante omnem formam substantialem, & corrupta forma etiam maneat, ut dictum est supra, nunquid manebunt manente forma, vel peribunt?

Aliqui dicunt, quod non manent manente forma, quia tunc, aut essent eadem numero dimensiones terminatæ, & interminatæ, aut non. Primum non stat, quia ex opposito distinguuntur terminatæ, & interminatæ, & ideo non poterunt esse eadem numero. Item quia terminatæ conueniunt compositoris, & mixtis, interminatæ autem conueniunt soli materiæ ante omnem compositionem, & mixtionem, & tamen dum manet forma est mixtio, vel compositio, ergo non manent dimensiones interminatæ, quia si manerent iam pertinerent dimensiones terminatæ ad materiam effectam propriam alicui formæ.

Dicendum, quod manent dimensiones interminatæ post aduentum formæ. Quod patet, primo quia ante formam sunt dimensiones interminatæ in materia, ergo si adueniente forma illæ perirent corrumpentur interminatæ dimensiones, sed non possunt corrumpi, ut ostensum est supra, eo quod non præcedit eas aliqua contrarietas, ergo necessario manebunt. Secundo patet, quia cum dimensiones inter-

minatæ sint ante aduentum formæ, & etiam manent corrupta forma, manebunt dum forma manet. Primum patet ex præcedentibus, quia aliter non poterat fieri generatio nisi præintelligeretur in materia dimensiones interminatæ. Secundum patet, quia sicut ad generationem formæ, quæ fuit prius, fuerunt necessariae dimensiones interminatæ, ita cum corrupta vna forma, oporteat generari alteram, ad generationem sequentis formæ, oportet in materia esse dimensiones interminatæ. Quibus suppositis sequitur, quod manent dimensiones eadem interminatæ in materia. Nam si non manerent, cum deberet post formam corruptam esse in materia, oportet formam generari non præcedentibus dimensionibus interminatis, & hoc negatum est, maxime, quia generatio terminatur ad formam, quæ est aliquid certum in specie, & non ad interminatam, quales sunt istæ dimensiones.

Si in materia non præcederet dimensio interminatæ non esset generatio.

Dicendum igitur, quod de dimensionibus interminatis ita loquimur, sicut de materia prima. Nam ut dictum est supra, dimensiones interminatæ sunt ante omnem mixtionem, & compositionem, & quia ante ista, nihil est nisi materia prima, soli materiæ primæ conueniunt istæ dimensiones. Sed de materia prima dicimus, quod ipsa nunquam est actu, sed solum habet esse secundum rationem. Nam materia, ut prima est denudata omni forma actuante eam, ut sic autem materia nunquam est, quia non potest existere sine forma: solum ergo est secundum rationem. Et hoc in quantum est materia indeterminata respectu omnis formæ, & non determinatur ex sua natura potius ad vnam quàm ad aliam. Cum ergo quamlibet suscipiat, & ipsa sit subiectum omnis transmutationis, per quam forma acquiritur, oportet præintelligi ipsam ante formam, quam suscipit, sed pro illo priori, in quo sine forma consideratur, vel in quo præcedit, est sine omni forma, ergo eam tunc primam vocamus, id est, ut non suscepta est in ea aliqua forma, neque facta aliqua transmutatio. Et hoc est esse secundum rationem, & non in actu, quia in actu semper habet formam, & ideo nunquàm est in sua primitate. De dimensionibus interminatis idem dicendum est. Nam illæ solæ materiæ primæ competunt, cum mixtis, & compositoris comparant dimensiones terminatæ, ut dictum est: ideo non possunt aliter habere esse dimensiones istæ quam materia prima, quæ est subiectum, & tamen illa, ut prima non habet esse in actu, sed solum secundum rationem, ergo & dimensiones istæ non habebunt esse actu, sed solum secundum rationem.

Vnde dicendum, quod dimensiones terminatæ nunquàm desinunt esse, quia quælibet forma alicuius speciei habet aliquas dimensiones terminatas, & tamen materia semper habet formam aliquam compositionis, vel mixtionis: ergo semper sunt in actu dimensiones terminatæ, sed non sunt eadem: quia pereunte forma vnius speciei pereunt illæ dimensiones, si sunt propriae, & succedunt aliæ: ita quod sicut nunquàm est materia sine forma substantiali, nec est vnquàm sine dimensionibus terminatis: dimensiones autem interminatæ manent simul.

Materia prima, ut prima non habet esse in actu.

Pro quo dicendum, quod dimensiones interminatæ habent esse solum secundum rationem, sicut materia, ut prima solum est secundum rationem: in actu autem manet materia, sed non ut prima, sed ut informata, & actuata ad certum modum: ita & dimensiones non habent esse actu, ut interminatæ: & si actu sunt, iam non ut interminatæ, sed ut terminatæ.

Dimensiones interminatæ, &

Secundo dicendum, quod dimensiones interminatæ eadem sunt realiter cum dimensionibus terminatis,

terminatæ eadè sunt. minatis, sed non secundum rationem. Sicut enim A eadem numero est materia prima: & ista materia actuata per hanc formam: quia aliàs materia prima nunquàm actuaretur, & consequenter non esset, ut principium in natura, & tamen non est eadem secundum rationem: quia materia ut prima non subicitur alicui formæ, ista autem est actuata: ita est de dimensionibus: quia actualiter, & realiter sunt eadem cum dimensionibus terminatis, & tamen secundum rationem differunt. Nam dimensiones interminatæ manent actu cum forma cum non gignantur corrupta forma, & tamen quæcunque dimensiones, quæ manent actu, sunt terminatæ, eo quod sunt dimensiones alicuius formæ compositi, vel mixti, cum semper sit aliqua forma in materia: ergo oportet, quod eadem sint realiter terminatæ, vel interminatæ. Differunt autem secundum rationem, eo quod terminatæ sunt, prout propriae alicuius speciei sunt: interminatæ autem vocantur, prout non determinat materiam ad istam, vel ad illam speciem, sed generaliter præexigitur in materia dimensiones illas esse ad hoc quod introducatur forma cuiuslibet speciei.

Sed dicitur si daretur per impossibile, quod dimensiones interminatæ solæ essent actu, quid illæ essent?

Dicendum, quod illæ essent illæ dimensiones, quæ faciunt corpus non determinatum ad certam magnitudinem, neque figuram, scilicet, essent ille longitudo, latitudo, & profunditas, quæ corpus constituunt, sed non esset illud tantæ, aut tantæ magnitudinis, neque figura. Et ratio est, quia ista, quæ præcedunt in materia ad omnem formam compositionis, & mixtionis ex parte quantitatis, dicuntur dimensiones interminatæ. Et tamen quæcunque forma substantialis adueniat materiæ, constituit corpus alicuius speciei, siue mixtum, siue simplex, quod vocamus compositum, & non est mixtum. Et ad constitutionem corporis necessariae sunt longitudo, latitudo, & profunditas, quæ dicunt corpus de genere quantitatis: ergo dimensiones interminatæ hoc ponunt, sed non determinant magnitudinem aliquam certam, neque figuram: quia non est eadem figura, aut magnitudo pro forma cuiuslibet speciei, ideo dimensiones præcedentes ad omnem formam debent esse non certificantes magnitudinem, neque figuram, ut conuenire possent cuilibet formæ. Hoc modo apparet quomodo semper maneat actu dimensiones terminatæ, & interminatæ: quia eadem dimensiones, prout habent certam magnitudinem, & figurationem sunt terminatæ: eadem autem quantum ad hoc, quod considerantur sine determinatione illa magnitudinis, & figurationis sunt terminatæ. Nam corrupta forma non manet æqualis magnitudo, & tamen manet magnitudo, in qua seruatur longitudo, latitudo, & profunditas. Illud ergo, ut est dispositio ad quamcunque formam suscipiendam, vocatur dimensio interminata.

Ad primum, quod obiebat dicendum, quod manent dimensiones interminatæ, & sunt eadem cum terminatis. Et cum dicitur, quod ex opposito distinguuntur, dicendum quod est distinctio solum secundum rationem, & non in re, sicut autem multa sunt eadem re, & distinguuntur ratione.

Ad secundum dicendum, quod accipiendo dimensiones interminatæ secundum rationem in quantum distinguuntur a dimensionibus terminatis solè conueniunt materiæ primæ propter rationes supra assignatas. Et hoc modo nunquàm habent esse actu, sicut & materia prima nunquàm est actu. Accipiendo autem dimensiones indeterminatas secundum

rem sunt eadem cum dimensionibus terminatis, ut dictum est. Ideo sicut illæ manent actu in mixtis, & compositoris, ita & dimensiones interminatæ, omnia autem, quæ diximus de interminatis dimensionibus sunt ad propositum istud, ut possit saluari distinctio in partibus materiæ, & istud est necessarium a principio ad recipiendum formam. Nam formæ corporales coextenduntur, quia pars formæ est in parte materiæ, & non diuiditur forma nisi diuisione materiæ: Materia autem non diuiditur, nisi per dimensiones, quæ sunt quantitatis: ideo ad recipiendum formam præexigitur quantitas in materia, & secundum illam quantitatem distinguuntur vna pars materiæ ab alia: & non posset aliter esse distinctio. Nam aut distinguerentur partes materiæ per formam substantialem, aut per ipsammet materiam, aut per quantitatem: non possunt distinguui per formam substantialem, cum potius fiat e contrario: quia forma substantialis est vna per se, & non habet partes neque diuiditur nisi diuisione eius, in quo est. Etiam, quia si forma substantiali esset distinctio partium materiæ pereunte forma periret illa distinctio, quod falsum est, vel si a forma adueniente haberet etiam materia distinctionem, non esset talis distinctio, qualis prius fuerat cum contingat formas multum differre, sicut est in formis homogeneorum, & eterogeneorum. Etiam quia quædam formæ sunt impartibiles, sicut sunt animæ rationales, & tamen forma subiecta illis retinet suam distinctionem. Non possunt etiam distingui partes materiæ per ipsam materiam: quia illud, quod est principium conueniendi non est principium differendi, sed partes materiæ conueniunt in materia: ergo non distinguuntur per materiam. Restat igitur, quod distinguantur per quantitatem, & ab ipsa est principium distinctionis, & diuisionis. Nam diuisum opponitur vnitati cum vnum dicat indiuisum, & tamen diuisio est a quantitate: ergo & indiuisio est a quantitate, vel secundum eam dicitur, & ita materia in quantum habet quantitatem habet partes distinctas, scilicet, est pars extra partem. Et si quantitatem non haberent, esset pars in parte, cum non esset aliquid quod faceret vnam partem esse extra aliam, & ista quantitas est dimensio interminata, quia dimensiones terminatæ non conueniunt materiæ primæ, sed consequuntur speciem compositi, vel mixti ex determinatione formæ.

Ex hoc autem sequitur, quod partes materiæ semper manent eadem qualitercunque mutantur, quia distinctio sua est per dimensiones, & illæ nunquàm pereunt: ergo seruatur semper distinctio: materia enim iuxta positiones fidei, quæ sola est vera, habuit principium essendi, & in illo principio dedit ei Deus quantitatem, & formam, vel formas aliquas, & vbi- cunque fuit materia accepit quantitatem, quia materia vbi- cunque fuit erat pars corporis: & omne corpus habebat tres dimensiones & per illam quantitatem statim ceperunt partes materiæ esse distinctæ, sed illa quantitas semper mansit in illis, id est, dimensiones eadem, ideo partes materiæ manent semper eadem. Et patet, quia ut ostensum est dimensiones interminatæ non corrumpuntur, & ideo manent semper, sed a principio fuerunt in materia, & postquam materia cepit esse quanta nunquàm desijt, ga corrupta vna forma succedit alia, & semper manet materia sub aliqua forma, & consequenter sub quantitate, & ita semper manet distinctio in partibus materiæ, & tamen ad seruandum identitatem in partibus materiæ cum distinctione non solum debent semper habere quantitatem, vel dimensiones, sed etiam semper easdem dimensiones, quia sicut quantitas dat

partibus

partibus materiæ esse partes, & distinctas, ita eadem quantitas dat esse eadem partes. Vnde si accideret variari quantitatem, vel dimensiones, variarentur etiam partes materiæ, ut non essent eadem, quæ prius. Et tamen manent semper eadem dimensiones, non quidem terminata, quia istæ variantur secundum formas, sed interminata, scilicet, eadem latitudo longitudo, & profunditas, licet non sub eadem figuratone, & magnitudine manent semper, magnitudo autem determinata, & figuratio ad dimensiones terminatas pertinent, & ob hoc quantumcunque per crebras mutationes, & resurrectiones aliquid transeat semper manet eadem quantitas in partibus materiæ eius, ut si corpus humanum resoluatur in cineres. manifestum est, quod omnes partes materiales eius sunt ibi, quia nulla potest perire, cum materia sit incorruptibilis, & omnes illæ manent sub quantitate aliqua, quia si aliqua maneret sine quantitate esset facta indivisibilis, quod falsum est, ergo aut istæ partes acceperunt aliam quantitatem, vel dimensiones, quam prius haberent, aut non, manifestum est, quod non aliam, quia non est possibile totaliter quantitatem corrupti in aliqua, cum quantitas præcedat in materia ad omnem contrarietatem, & tamen corruptio fit per actionem contrarietatis, ergo manet eadem quantitas, vel dimensiones eadem, ut verius dicatur. Non possunt autem esse eadem dimensiones terminata, sunt igitur eadem dimensiones interminata. Et per istum modum tot sunt nunc partes materiæ quot fuerunt in principio sæculi, & eadem, scilicet, illa pars, quæ erat a est nunc a, & quæ erat b est nunc b, & siue contingat separari partes, quæ erant coniunctæ, siue coniungi eas, quæ fuerant distinctæ, semper manet cuiuslibet sua dimensio interminata, & secundum illam distinguitur a quacunque alia parte. contingit autem eadem partes materiæ esse aliquando sub minore quantitate siue dimensione terminata, & aliquando sub maiore, & semper manet eadem sua dimensio interminata, sicut manente alicui eadem quantitate numero, contingit accipere maiores dimensiones, & magis extendi, vel sub minoribus effici dimensionibus, sicut fit in rarefactione, & condensatione. Nam quæ condensantur, & rarefiunt, non accipiunt plus de quantitate, neque perdunt, ita & manente eadem dimensione interminata alicui parti materiæ contingit eam fieri sub maiori, & minori dimensione terminata.

Ad tertium.
Solutio
hoc est ratione cuius facta fuit ista digressio a littera, i. vique nunc.

Hoc modo partes hominis ad quamcunque rem transeant, semper manent eadem propter eadem dimensiones interminatas, & sic quantumcunque dissoluatur corpus hominis, & partes eius incipiant esse partes aliarum rerum, poterunt redire omnes illæ partes, & constituere idem corpus materialiter, quod prius. Et ista est possibilitas resurrectionis secundum dimensiones istas interminatas. Nam si non manerent dimensiones interminatæ, non possent esse eadem partes materiæ hominis, cum transiret ad alias res, & consequenter non posset redire idem corpus, quia non est idem totum, nisi sint eadem partes essentielles, & si non esset idem corpus, non esset idem homo, & eadem ratione, & consequenter non esset resurrectio, quia resurrectio est eius quod cecidit iterata resurrectio, & ita sunt multum necessaria istæ dimensiones interminatæ ad seruandum unitatem, & ordinem in rebus, & sine illis erat impossibilis resurrectio.

Ad quartum principale argumentum dicendum, quod idem corpus redit in resurrectione, & omnes partes essentielles eius redeunt. Et cum dicitur de forma corporis mixti est dicendum, quod eadem

forma substantialis corporis, quæ prius erat, redit nunc, quia forma illa non fuit.

Circa quod sciendum, quod hic incidit diuersitas multorum: nam quidam ponunt in eodem composito multas formas substantiales, alij autem vocant, quæ est vltima, & completiua. Qui autem ponunt plures asserunt esse aliam formam corporeitatis in homine, & aliam formam mixti quæ sit anima, quæ est completiua, & dat esse rationale. Etiam alij ponunt esse animam sensitivam, per quam est animal, aliam vegetatiuam, per quam est corpus animatum, & quia omnes istæ secundum eos sunt substantiales oportet, quod sicut ad hoc, quod redeat idem homo debeat redire eadem anima rationalis, ita & debet redire eadem qualibet prædictarum formarum, & ideo istis est difficile ponere unitatem, & identitatem resurgentium, sed ponere quomodo possint, vel intendat, dicitur magis in duabus sequentibus questionibus. Qui autem ponit unitatem formæ substantialis in eodem composito, facilius defendunt identitatem resurgentium.

In quo sciendum, quod in homine non ponunt isti aliam formam substantialem nisi animam, ista autem manet eadem, & ideo redit eadem. De forma mixti, vel mixtionis dicunt, quod non est forma substantialis, sed accidentalis, & licet non redeat eadem non variatur id, quod est essenziale, scilicet, esse eundem hominem, vel non, & isti recte sentiunt. Dicunt enim, quod sicut qualitas simplex, id est, caliditas, vel frigiditas non est forma substantialis elementi, sed accidens proprium eius, & dispositio eius, per quam materia efficitur propria tali formæ, ita forma mixtionis, quæ est qualitas resultans ex qualitatibus simplicibus ad medium venientibus, non est forma substantialis corporis mixti, sed est accidens proprium eius, & dispositio, per quam materia fit necessaria ad formam. Hæc autem vocatur aliquando forma mixti, aliquando forma mixtionis, sed melius dicitur forma mixtionis quam mixti. Nam dicitur forma mixtionis, id est, resultans ex mixtione, forma mixti dicitur, per quam mixtum est, sed mixtum est substantia, ergo id per quod mixtum est forma substantialis est, sed potest accipi vnum pro altero, ut dicatur forma mixti, id est, forma non per quam mixtum sit absolute, vel sit ipsum quod substantialiter est, sed forma per quam mixtum est mixtum. Nam esse mixtum non est esse substantialiter, vel esse substantiam, licet omne mixtum sit in aliqua specie substantiæ, eo quod habet aliquid ultra esse mixtum. Corpus autem humanum habet istam formam mixtionis, eo quod in eo concurrunt quatuor qualitates ad medium, & resultat quedam qualitas secunda, secundum quam materia efficitur disposita ad recipiendum animam rationalem, quam aliter non posset recipere, & ultra illam formam mixtionis non habet aliquam formam substantialem, nisi animam rationalem, quia si haberet aliam formam substantialem priorem illa daret illa esse substantiale, & sic per eam constitueretur materia in genere substantiæ, & ita quando adueniret anima iam adueniret corpori constituto in genere substantiæ, & sic comparatio animæ ad corpus esset, sicut comparatio formarum artificialium ad suas materias quantum ad hoc, quod constituerentur per illas materiæ in genere substantiæ. Nam artificialiata per materiam, id est, per id, quod sunt ex parte materiæ constituuntur in genere substantiæ, per formas autem artificiales non constituuntur in genere, quia essent in genere qualitatis, & essent accidentia, quod est falsum. Nam artificialiata substantiæ quedam sunt, comparatæ autem artificialium forma-

rum

rum ad materias ipsas est per accidens, vnde non constituitur aliquid per se ex forma artificiali adueniente, & ex eo quod præexistebat. Ita autem comparatio animæ ad corpus esset accidentalis, non enim faceret corpus, & anima vnum per se. Et iste fuit error antiquorum reprobatus ab Arist. 1. de Anima. Et pertinet ad illos, qui ponebant animam transigrare per corpora, & posse esse in corporibus diversarum specierum, scilicet, quia non putabant vnum per se reddi ex coniunctione animæ ad corpus. Sequeretur etiam ex hoc, quod corpus humanum, & singule partes eius post separationem animæ retinerent non equiuocè priora nomina. Quod patet, quia si præter animam rationalem esset sensitiva, per quam est animal, & vegetatiua, per quam est corpus animatum, & forma corporeitatis, per quam est corpus, diceretur separata anima corpus sensituum, & animatum, & oculus, & auris, & cætera nomina manerent sicut prius, sed hoc falsum est, quia ut dicitur 2. de Anima & 4. Meteor. equiuocè dicitur oculus in vivo, & mortuo, ergo non erat ibi anima forma substantialis, nisi anima, & illa dabat solum esse corpori qualecunque illud esset, quo supposito, cum nulla alia forma sit substantialis in homine, & illa maneat eadem post mortem, non erit aliqua forma, quæ cedat in non ens de formis substantialibus, forma autem mixtionis, quæ erat qualitas secunda resultans ex primis qualitatibus venientibus ad medium, cedit in non ens, & tamen illa est accidentalis. Variatio autem formarum accidentalium non facit variari esse rei substantiale: ideo idem corpus redire poterit, licet non sit eadem forma mixtionis, cum sit eadem materia corporis, & eadem forma, scilicet, anima, & etiam erit idem mixtum illud corpus quod prius, licet non sit eadem forma mixtionis numero, immo etiam si non sit idem gradus mixtionis, qui prius erat.

An resurgat idem homo numero, qui prius fuit.
Quest. CCCXXXVIII.

Quæritur an resurgat idem homo numero, qui prius fuit.

Aliqui dicunt, quod non quia quæcunque habent substantiam corruptibilem motam, ut dicit Arist. 2. de Gene. non reiterantur eadem numero, sed talis est forma hominis secundum præsentem statum, quia habet substantiam corruptibilem, quæ mouetur, ergo post mutationem, & mortem non poterit redire idem homo numero.

Secundo quia vbi est alia, & alia humanitas non est idem homo numero. Vnde Sortes, & Plato sunt duo homines numero, & non vnus, quia alia est humanitas vniuersuiusque eorum, sed alia est humanitas hominis resurgentis ab humanitate hominis nunc viuentis, ergo non erit idem homo numero. Istud probatur dupliciter, primo quia humanitas, quæ est forma totius non est forma, & substantia, sicut anima, sed solum forma, sed huiusmodi formæ cedunt in non ens, ergo humanitas, & non poterit redire eadem numero cum iteretur. Quod dicitur de substantia, & forma est sensus, quod anima est forma, & substantia, habet enim se forma ad compositionem in quantum informat, anima autem sic facit, quia unita corpori dat esse humanum. Etiam est substantia, quia præter compositionem adhuc anima retinet esse, sed præter compositionem non vocatur forma, sed substantia in quantum est: ideo anima est forma, & substantia, talis autem forma potest redire eadem, eo quod præter esse compositionis habet aliud esse, in quo manet, & secundum illud eadem manet. For-

ma tatum est illa, quæ præter esse compositionis modum nullum habet, & ita solum informat, vel dat esse, sic est de humanitate. Est enim forma hominis, & habet esse dum homo est percurre homine non est humanitas, & tamen si præter esse formam, quod est esse ad compositionem haberet humanitas esse, maneret in illo corrupto homine, sicut fit de anima, tales autem formæ non possunt redire eadem numero, quando iterantur.

Secundo quia humanitas resultat ex coniunctione partium, sed non potest resumere eadem coniunctio, quæ prius fuit, quia iteratio identitati opponitur, cum iteratio importet numerum identitatis autem unitatem, quæ non compatitur se, sed in resurrectione iteratur coniunctio, quia partes, quæ coniunctæ erant ante mortem coniunguntur iterum in resurrectione; ergo non est eadem coniunctio, & sic neque eadem humanitas, neque idem homo.

Tertio quantum ad principale, quia idem homo non est plura animalia, sed vnum, ergo si homo resurgens non est idem animal numero cum viuentem, non erit idem homo numero, sed videtur, quod non sit idem animal, ergo neque idem homo. Patet hoc, quia animal diffinitur per sensum, ergo vbi non manet idem sensus, non manet animal idem. Diffinitur enim animal per sensum primum, qui est tactus, ut patet 2. de Anima, sed sensus non manent in anima separata, ut quidam dicunt, ergo non possunt idem sensus resumere, & ita homo resurgens non erit in resurrectione idem animal, & ita non erit idem homo.

Quarto quia materia statum principalior est in statua quam materia hominis in homine, eo quod totum esse artificiatorum est a materia, per quam reponuntur in genere, esse autem naturalium est per materiam, & formam, ut dicitur 2. Physi. & Commentator 2. de Anima, & tamen soluta statua si ex eodem quæ reficiatur non est eadem statua, ergo licet eadem materia hominis redeat, non erit idem homo resurgens.

Dicendum, quod idem homo erit resurgens, & qui nunc est. Dicitur enim Job 19. cap. quem visurus sum ego ipse, non alius, id est, non existens alius, scilicet, alia persona. Et loquitur de resurrectione, quia dicitur in nouissimo die de terra resurrecturus sum, ergo idem erit.

Secundo, quia in hoc est ratio resurrectionis, scilicet, ut resurgat idem homo: nam si non esset idem homo, non esset resurrectio, sed magis noua productio, vel creatio, quia esset noua res producta, & tamen resurrectio secundum rationem suam importat idem redire, sic dicit Damasc. quod resurrectio est eius, quod cecidit, iterata resurrectio, sed homo corruit, ergo ipse idem homo redibit. Et Augu. dicit 8. de Trinit. quod resurgere est renouari scere, est autem renouari iterum viuere, sed si non esset idem resurgens, non esset iterum viuere, sed de nouo viuere, ergo idem homo resurget.

In quo sciendum, quod necessitas ponendi resurrectionem est ex hoc, ut homo consequatur finem suum vltimum, propter quem creatus est, quod in hac vita non potest fieri, neque etiam in vita animæ separatæ, ut ostensum est supra alias inaniter esset homo constitutus si ad finem, ad quem constitutus est, non peruenire posset. Et quia oportet, quod illud idem, quod propter finem factum est perueniat ad finem, ne ipsum in vanum videatur ordinatum fuisse ad illum finem, oportet quod idem homo numero resurgat, & hoc fit cum euenerit vni eandem animam, quæ præfuit eidem corpori, ergo idem homo resurget. Vnde si resurrectio ponenda est, necesse est

est poni, quod idem homo numero resurgat, non solum enim hæreticum esset dicere non resurgere eundem hominem, immo etiam includeret contradictionem, cum resurrectio nihil sit nisi eitas, quod cecidit iterata resurrectio. Sed homo fuit, qui per mortem cecidit, ergo idem homo reparabitur, idem homo est totus, vel compositum, & si non rediret idem numero, esset, quia non rediret eadem numero omnia, quæ illius sunt, vel aliqua eorum, & tamen omnia redeunt eadem si fuerunt de essentia hominis, dum viveret, ergo idem homo penitus resurgit, redit enim eadem anima rationalis, quia ista non perit, neque dissolvitur. Redit etiam materia eadem: Nam non rediret eadem si corrumpetur aliqua pars materie, quæ fuit de corpore hominis, & desineret esse, aut si non desinendo esse, desineret esse eadem per aliquam mutationem factam, sed neutrum contingit, materia enim non corrumpitur, quia ipsa secundum se tota, & quamlibet partem eius est incorruptibilis. Etiam non desinit esse eadem quælibet pars, quia partes materie accipiunt, quod sint distinctæ inter se per quantitatem, quam a principio acceperunt, & quia eadem dimensiones interminatæ manent semper in materia, manebit semper quælibet pars eadem per suam quantitatem, ut ostensum est precedenti q. & ita poterit redire idem corpus numero. Manet autem forma corporeitatis, ut aliqui ponunt, & forma mixtionis, & anima sensitiva, & vegetativa, & de istis est videndum an maneat eadem, vel oporteat eas manere.

Omnia redeunt eadem in homine resurgente.

Digressio de forma corporeitatis prædicamenti substantiæ.

De corporeitate dicendum, quod accipitur dupliciter, vno modo prout est forma substantialis corporis, secundum quam in genere substantiæ collocatur. Alio modo accipitur, ut est forma accidentalis de prædicamento quantitatis. Primo modo corporeitas cuiuscunque corporis non est forma aliqua distincta a forma specifica rei, sed est ipsa forma substantialis, per quam res in genere, & specie collocatur, per quam debetur rei, quod habeat tres dimensiones, quæ complement rationem corporis, non enim sunt diuersæ formæ substantiales eiusdem rei, per quarum vnam collocatur in genere supremo, scilicet, genere suo, & per aliam in genere proximo, scilicet, corporis, vel animalis, & per aliam in specie puta hominis, & equi, quia si prima forma, quæ collocatur in genere substantiæ faceret esse substantiam, sequentes formæ iam aduenientes ei, quod est hoc aliquid in actu, & subsistens in natura, cum sint posteriores formæ non facerent esse hoc, vel aliquid, sed essent in substantia, quæ est hoc aliquid sicut formæ accidentales. Et ita corporeitas prout est forma substantialis in homine non potest esse aliud quam forma eius specifica. Hoc modo tollitur pluralitas formarum in eodem composito, vel indiuiduo, scilicet, quod homo, scilicet, Sortes, qui est indiuiduum, & est substantia, corpus, corpus animatum, animal, & homo est in quolibet horum generum, & non per aliquam formam accidentalem, sed essentialem, & non habeat plures formas, per quas constituatur in his generibus, & in specie humana collocatur in genere substantiæ, & corporis, & animalis. & quod solum differat ratione constitui in genere isto, vel illo, non autem re. Hoc autem accidit pro tanto, quia sicut genus inferius semper continet totam perfectionem generis superiorum, quæ essentialiter præstantur de eo, & species simpliciter continet omnem perfectionem generum, quia sub omnibus ponitur, ita & forma, per quam constituitur aliquod indiuiduum in genere inferiori habet omnem perfectionem formarum, per quas constituuntur indiuidua in generibus superioribus quodammodo.

do eminenter, poterit autem videri, quid confert quælibet forma cognita essentia generis. Substantia enim dicit ens per se existens, & alteri subsistere potens. Forma ergo, per quam constituitur indiuiduum aliquod in genere substantiæ est, quæ facit ipsum per se esse, & nulli inesse, & alteri subsistere posse, scilicet, accidentibus. Corpus autem dicit substantiam, cui competit trina dimensio. Forma ergo substantialis corporis est non quidem ipsa quantitas, id est, tres dimensiones, quæ dicunt corpus de genere quantitatis, sed est forma illa substantialis, per quam substantiæ, competit, quod habeat tres dimensiones, quod non habet quælibet forma. Principium autem huius ex materia est, licet materia non sit forma, sed informata, scilicet, quia omnis substantia habens materiam partem sui est corpus, vel corporea. Et ita habet tres dimensiones. Corpus animatum dicit substantiam corpoream habentem primum gradum vitæ, scilicet, vegetationem, forma autem, per quam indiuiduum collocatur in hoc genere est, quæ dat ei vivere secundum primum gradum vitæ per vegetationem, scilicet, animal dicit substantiam animatam sensibilem: ideo forma, per quam constituitur indiuiduum in hoc genere est anima dās vivere per secundum gradum vitæ, qui est sentire. Homo est species, & dicitur animal rationale: ideo forma eius est anima, per quam habet esse rationale, quod est vivere ultimo gradu vitæ. Nunc dicendum, quod licet homo sit substantia, & corpus, & corpus animatum, & animal, & homo non est tamen in homine aliud indiuiduum substantiæ, aliud corpus, aliud corpus animatum, aliud animalis, aliud hominis, & tamē hic est indiuiduum cuiuslibet istorum. Est enim hic indiuiduum substantiæ, quia alias homo non esset substantia. Valet enim consequentia, istud est substantia demonstrato homine, & est indiuiduum, ergo est indiuiduum substantiæ. Et ita arguetur de corpore, & de corpore animato, & animali, cuiuslibet enim istorum est Sortes indiuiduum sicut est indiuiduum hominis. Sicut igitur est homo Sortes indiuiduum omnium istorum generum existens vnum indiuiduum, ita & per eandem formam substantialem constitui poterit in omnibus his generibus.

Per eandem formam fortes est substantia corpus corpus animatum animalis, & homo.

Item cum Sortes sit animal, corpus, animatum corpus, & substantia non est aliud in eo substantia a corpore, & corpore animato, & animali: nam inferiora a superioribus non differunt, quia includunt ea essentialiter, superiora autem non differunt ab inferioribus realiter cum in eis sint. Destructis quippe primis substantijs iuxta Arist. in Prædicamentis, impossibile est aliquid aliorum remanere, sed differunt ratione, scilicet, præcisione, vel abstractione. Nam substantia abstracta a corpore quodlibet superius ab inferiori, i. non includit illud in ratione sua, sed accidit inferiora superioribus, ergo ita non oportebit, quod sit in eo alia forma, per quam sit homo, alia, per quam sit animal, & ita de cæteris. Sed dicendum, quod per formam, per quam Sortes est homo, i. per animam rationalem, habet quod sit animal, & corpus, animatum corpus, & substantia, & hoc, quia sicut homo continet perfectionem omnium generum, quæ de eo prædicantur, ita & anima, per quam Sortes est homo continet non quidem per inclusionem, quia non est composita, sed eminenter perfectionem omnium formarum, per quæ indiuidua constituantur in generibus superioribus. Vnde dicendum, quod anima secundum totam suam perfectionem constituit totum in specie humana, quia nulla perfectio est, quæ possit esse ab anima, quia non indigeat homo, cum non sit aliquid vterius per eam informabile maiori perfectione, & ideo ne forma excedat informatum necesse est.

est, quod totam perfectionem, quam anima continet de corpore humano, & pertinet illa ad hominem, & per ipsam eandem animam constituitur in genere animalis, non quidem secundum omnem gradum perfectionis anime, sed ut dat esse solum in secundo gradu vitæ, scilicet, faciens esse sensitivum, per eam autem collocatur Sortes in genere corporis animati, ut recipit per illam solum, quod habeat primum gradum vitæ, i. vegetationem: collocatur per eam Sortes in genere corporis in quantum per eam accipit, quod sit substantia habens tres dimensiones, collocatur autem in genere substantiæ Sortes in quantum accipit per illam, quod sit ens per se subsistens nulli accidens, & alteri subsistere potens. Et dicendum, quod in quantum anima potest dare sorti perfectiones essentialis omnium istorum generum, & graduum substantialium constituit ipsum in omnibus his generibus, neque est necessaria ei alia forma ad constituendum eum in aliquo istorum generum. Sed non est putandum, quod cum anima det Sortes omnes istos gradus essendi, secundum quos constituitur in multis generibus subordinatis, quod sint isti gradus perfectionis essentialis distincti in anima, quia tunc anima esset composita, quod falsum est, cum sit forma, sed continet istos gradus per eminentiam in quantum continendo vltimum continet omnes, sicut est de numeris, & de gradibus latitudinis distinctionis formarum accidentaliū. Nam quilibet numerus sequens distinguitur a præcedenti, ut quaternarius a ternario, & continet quidquid habent præcedentes numeri. Sic et decimus gradus caloris continet omnes alios gradus præcedentes. Et tunc non est propter hoc ille compositus. Sic igitur in anima respectu omnium istorum generum: nam ad quodlibet eorum comparatur cum præcisione, vel abstractione. Nam non est dans esse cuiuslibet generis illorum per totam perfectionem suam, sed per gradum eius, ut dictum est, sed ista præcisio non est secundum rem, sed secundum rationem. Sciendum autem, quod hoc modo non sunt ponendæ tres anime in homine, sive vegetativa, qua homo est corpus animatum, sensitiva, qua est animal, formalis, qua est homo, sed eadem est anima cum anima rationalis habeat perfectiones omnium istorum graduum anime. Vnde licet in diuersis differant istæ anime realiter tamen in homine est eadē. Nam in herba est anima, quæ est solum vegetativa. In brutis autem est anima, quæ est solum sensitiva, & non totalis, & differt realiter a rationali in homine autem est anima, quæ eadē est vegetativa, quia dat perfectionem homini quæ dat anima plantæ, & quæ est sensitiva, quia dat eadē perfectionem homini, quæ dat anima bruti ipsi bruti, & est rationalis, quia habet hoc complementum quod solus homo recipit. Sicut autem diximus de anima hominis, ita & de quibuslibet indiuiduis, sicut indiuiduum lapidis per eandem formam substantialem, per quæ est lapis, est substantia, & corpus, & constituitur in terminata specie lapidis in quantum forma speciei continet perfectiones generum superiorum, neque erat conueniens, quod eiuſdem rei numero ponantur multe formæ substantiales, quia præter hoc, quod prima sola faceret rem esse hoc aliquid constituendo in genere substantiæ, & cæteræ aduenirent accidentales, ut dictum est. Adhuc est inconueniens, quia quedam sunt formæ ad prædicandum, & aliæ ad essendum, ad prædicandum sunt omnia genera, & secundum substantiæ, quia quodlibet genus subordinatum facit vnam prædicacionem de inferioribus, & est formalis in quantum superiora vocamus formas inferiorum, sed non sunt formæ ad essendum. Nam tunc componerent inferiora, quod falsum est, quia non componitur homo ex substantia, & corpore & animali. Formæ ad essendum sunt formæ compositio- nis, & illæ constitunt, quia sunt partes, & ex illarum vno ne redditur aliquod totum, quod est ens per se, & hæc dif-

Formæ quædam sunt ad prædicandum quedam ad essendum.

ferunt inter istas formas, quia formæ compositio- nis sunt ad essendum sunt partes, & importantur per modum partis, formæ autem in prædicando, quia non sunt formæ ad essendum, & ita non componunt, importantur per modum totius. Et ideo videtur esse valde inconueniens quod ad hoc, quod homo sit substantia, corpus, & animal, quod non sunt distincta esse numero, ponantur formæ distinctæ numero, ergo eadem forma substantialis erit per quæ omnia ista sunt, sed sicut ista sunt plura in prædicando ita conuenient plures formas prædicacionis esse, scilicet, substantia animal corpus, quæ inter se non differrent realiter. Secundo circa hoc, quia forma substantialis est principium essendi, & accipitur ad essendum quia ipsa cum materia componunt, & constitunt quodlibet indiuiduum naturale: sicut ergo ad hoc, quod homo sit substantia, corpus, & animal, oportet poni tres formas distinctas, oportebit poni tres materias distinctas cum etiam materia sit principium essendi. Sed hoc non est possibile, quia tunc essent tria indiuidua distincta, ergo neque, ponent tres formæ substantiales, sed vnica, quæ dat totum esse. Ita ergo dicitur de corporeitate, de qua inciperamus, quod corporeitas potest nominare formam substantialem, vel formam de prædicamento quantitatis. Prout est forma substantialis, nihil aliud est nisi forma, per quam competit substantiæ habere tres dimensiones, a quibus corpus dicitur, & non sunt illæ dimensiones forma corporis. Sunt enim illæ de prædicamento quantitatis, sed forma illa, per quam efficitur necessarium, ut substantia habeat tres dimensiones est forma corporis, vel corporeitas, & ita quælibet forma substantialis indiuidui naturalis vocatur corporeitas, quia illa facit necessarium, quod materia subsistat sub tribus dimensionibus, quæ aliter non est informabilis illa forma. & sic anima rationalis est in homine forma corporeitatis, quia ipsa facit, quod materia, qua est, habeat tres dimensiones, non enim potest anima esse formans materiam, quæ non habeat illas dimensiones, cum anime competat ex ratione sua, quod sit actus corporis organici. de Anima. Accipiendo autem corpus, ut est de prædicamento quantitatis, nihil est nisi illæ dimensiones, & non est tunc forma corporis, neque pertinet ad substantiam nisi per formam corporeitatis substantiæ efficiatur necessarium, quod corpus substantiale habeat illas tres dimensiones, quæ pertinent ad quantitatem. Nunc dicendum, quod corporeitas, ut est forma substantialis eadem manet mortuo homine, & viuento, quia ita est corporeitas cum sit forma substantialis hominis, & illa manet eadē post mortem. De corporeitate, quæ est de prædicamento quantitatis, dicendum, quod etiam si non maneret eadē, non esset inconueniens, quia esset forma accidentalis, & variatis accidentibus potest manere idem esse substantiale. Sed adhuc dicendum, quod illa corporeitas non penitus perit. Nam licet pereat quantum ad dimensiones terminatas, manet quantum ad interminatas, quæ sunt semper eadem in materia, ut ostensum est precedenti q. in solutione tertij argumenti. De forma autem mixti, vel mixtionis dicendum, quod potest dupliciter accipi, vno modo pro forma substantiæ mixti corporis, & sic manet post mortem forma mixti, quia cum non sit alia forma substantialis in homine, nisi anima, erit anima forma mixti, & illa manet, ideo forma mixti manet. Et non est verum, quod cedat in nihilum. Alio modo dicitur forma mixti, i. mixtionis qualitas quedam resultans ex concursu qualitatum simplicium concurrentium ad medium, quæ qualitas non est forma substantialis, sed sicut se habet qualitas simplex ad corpus simplex, ita se habet qualitas composita ad corpus mixtum, qualitas enim simplex, ut caliditas, & fugiditas non est forma substantialis elementari, quod est corpus simplex, i. non mixtum, sed est dispositio ad

ad formam, & est necessitas ad formam elementum, ita qualitates compositæ ex cõcursu, vel mixtionis qualitatum simplicium, se habent ad corpora mixta, quæ non sunt formæ substantiales eorum, sed dispoñes necessariæ ad formas substantiales ipsorum. De tali forma mixtionis dicendum, quod non redibit eadem numero, cû totaliter perierit, & tamen non præiudicat idemitati resurgenti, quia idem numero essentialiter poterit aliqd manere mutatis, vel variatis illis, quæ sunt ei accidentalia. De anima etiam nutritiva, & sensitiva, vel de parte tali dicendum, quod accipitur dupliciter, vno modo, vt per sensitivam, & vegetatiuam intelligamus potetias, quibus fit sensatio, & vegetatio, alio modo accipitur pro ipsa anima, quæ est sensitiva, aut vegetatiua. Accipiendo primo modo non manet vegetatiua, & sensitiva, quia potentie non manent formaliter in anima separata. Nam sunt formaliter in organo, & in illis partibus corporis, per quas exercetur earum operatio, & non sunt potentie animæ, quæ sunt in ea, vt in subiecto, sed potius sunt proprietates naturales compositi. Cû autem in resurrectione restituitur compositum, etiam erunt potentie vegetatiuæ, & sensitiuæ, sed non erunt eadem, quæ prius. Hoc tamen non impedit idemtitatem resurgenti cum illa sint accidentia eius, & variatio eorum nõ variat essentialia. Si autem accipiat pars vegetatiua & sensitiva pro anima sensitiva, & vegetatiua, dicendum, quod manet eadem, quia non est in homine nisi vna forma substantialis, id est, anima, & illa est rationalis, & vegetatiua, & sensitiva cum perficiat corpus sui omnes gradus istarum perfectionum, & quia manet anima rationalis, manet vegetatiua, & sensitiva. De huiusmodi autem dicendum, quod etiam manet, sed quo modo manet pendet ex hoc, quod varie accipitur humanitas, vt dicitur in solutione secundæ argumenti. Sed quia tota positio præcedens procedit ex intentione eorum, qui ponunt vnitatem formæ substantialis in composito, est nunc videndum quomodo saluetur resurrectio secundum intentionem eorum, qui ponunt plures formas substantiales in composito. Illi enim dicunt, quod omnes illæ formæ corrumpuntur præter formam, quæ est anima: ideo forma, per quam homo est substantia, & per quam est corpus, & corpus animatum, & animal perit (cuiuslibet enim horum ponunt vnam formam substantialem) omnes illas dicunt corrumpi, vnde corporeitatem, & formam mixti perire dicunt, & animam sensitivam, & vegetatiuam, & in super humanitatem, & tendere istas in nihilum. Solam autem animam rationalem dicunt manere, sed dicunt, quod omnia ista licet corrupta sint, & annihilata, possunt redire eadem numero, & ad hoc non inducunt aliud testimonium nisi omnipotentiam Dei, quo dato ponunt etiam, quod accidentia, quæ perierunt, possunt redire eadem numero, etiam dicunt, quod bruta possunt resurgere licet formæ substantiales illorum totaliter pereant. Isti de hac positione minus naturaliter loquuntur, & ponunt plura miracula quam necesse sit. Sed ponere omnes rationes, quæ facerent ad euerfionem illius positionis, & rationes quibus illi se muniunt, & impugnant vnitatem formæ, & consutationes rationum suarum, vt appareat quomodo manet vnitatem formæ, & posita pluralitate formarum in aliquo modo posset esse resurrectio, & multa huiusmodi non intendimus nunc deducere propter prolixitatem, & quia esset aliquo modo alienum. Etiam cum hinc positioni non inquitur non curamus tollere inconuenientiam eius, quæ videtur ostendere, quod ea data non erit resurrectio.

Sed hoc solum dicimus, quia isti impugnant saltem in hoc fundamentum ponentium vnitatem formæ,

F Dicunt enim, quod id, quod penitus annihilatum est, nõ potest redire eadem numero, & ita ponentes vnitatem formæ non ponunt aliquid, quod corruptum fuerit redire eadem numero in resurrectione, sed ea sola, quæ non corrumpuntur redire eadem numero, scilicet materiam, & formam, cetera autem dicunt non manere eadem, & omnia alia sunt accidentalia, sed quia ponentes pluralitatem formarum ponunt plures formas substantiales corrumpi, quas tamen necesse est redire eadem ad hoc, quod sit idem homo numero, oportet, quod ponat id, quod penitus annihilatum est redire eadem numero. Dicunt etiam, quod est inconueniens si ponamus ea, quæ annihilata sunt nõ posse redire eadem numero, quia tunc sequeretur, quod nõ posset Deus aliquod brutum resuscitare, cû eius forma perierit, & tamen beatus Syluester legitur suscitasse Taurum. Et dicunt, quod negare hoc esse possibile est magne infidelitatis. Secundo quia sequeretur, quod omnia accidentia, quæ corrumpuntur viuente homine, vel moriente non possent redire eadem numero in resurrectione, & tunc homo resuscitatus non haberet eadem propriam passionem numero, quia illa non mansit post mortem, cum non sit anima per se neque corporis, sed erat totus, & pereunte toto perit illa. Dicit autem hoc esse impossibile, si manente subiecto non esse eandem propriam passionem, cû idem sit subiectum: Tertio quia dicunt sequi, quod non manebunt eadem potentie sensitiuæ in resurgenti, quia illæ sunt accidentia totius compositi, & non animæ, vt dicit Arist. 1. de Sensu, & sensa, & 1. de Som, & vigiliis, & ideo corrupto homine per mortem, perierunt illæ, & ita non poterunt redire eadem.

H Quarto quia sequeretur, quod nõ maneret eadem quantitas in resurgenti, quia quantitas non manet in sola materia, neque etiam in anima intellectiva, & hoc est inconueniens. Sed dicendum, quod ista, quæ habent isti pro inconuenientibus non sunt inconuenientia. De primo concedendum est, quod sicut bruta non resurgunt, ita neque resurgere possunt. Et cû dicitur, quod Syluester suscitauit taurum.

I Dicendum, quod illi cadaueri quod fuerat corpus tauri data est anima sensitiva, quæ esset forma eius substantialis, & viuificaret illud, & ita esset bos sicut prius, non tamen erat idem taurus numero sicut prius, & tamen quantum ad rationem miraculi equalis erat, quia ille erat verus taurus sicut præcedens, & supernaturaliter vitam accipiens, non enim potuisset natura in cadauere illius tauri mortui, eandem, vel aliam animam gignere, & potissime, quia in instanti factum est, & quia non apparebat aliqua diuersitas, cum formam nemo posset cognoscere, an esset eadem cum non videatur, vltimum est, quod resurgeret. Etiam quia materia eadem erat, quæ in primo tauro, & tamen non erat præcedens taurus. Cû autem dicitur, quod est magne infidelitatis dicere, quod Deus nõ possit suscitare aliquod brutum, dicendum, quod est infidelitas si quis neget Deum posse cadaueri bruti resolutum, vel non resolutum subire dare animam sensitivam, per quam viuat, & sit in specie, quod natura non potest, quia hoc pertinet ad potentiam, & nihil quod ad potentiam pertinet est de Deo negandum, sed quod idem taurus numero redeat non pertinet, ad potentiam, quia repugnat ex natura rei id, quod simpliciter annihilatum est redire eadem numero: ideo negamus esse possibilem resurrectionem brutorum.

K Ad secundum dicendum, quod verum est, quod accidentia, quæ corrumpuntur viuente homine, vel moriente, quia simpliciter cedunt in nihil non possunt redire eadem numero. Et tamen dicitur de ip-

A sa passione idem concedendum, scilicet, quod risibilitas perit moriente homine, quia est ipsius compositi, & in resurrectione est homo risibilis, & tamen non habet eandem risibilitatem numero, sed aliam. Cum autem dicitur esse impossibile, scilicet, quod existente eodem subiecto varietur passio propria, vt non sit eadem. Dicendum, quod non est impossibile, immo est contingens. Si enim subiectum maneret semper idem numero, propria passio, quæ illius semel est non posset esse alia numero, quia cum illa sequatur ex cõiunctione principiorum speciei, quoadiu manerunt eadem coniunctio impossibile est esse aliam passionem numero, sed variata cõiunctione, etiam si maneat eadem coniunctio speciei, non manebit eadem passio numero, cum passio non sit ipsa principia, neque aliquid principiorum, sed accidens consequens ex coniunctione eorum. Itera igitur coniunctione iteratur passio, sed per mortem soluta est coniunctio, & in resurrectione iterata est, ergo non erit eadem passio numero, sed alia.

B Ad tertium concedendum simpliciter, quod non manebunt eadem potentie sensitiuæ, licet enim in resurrectione omnes potentie sensitiuæ redeant, cum nihil sit imperfectum in resurgenti, & etiam habeant actus suos, vt ostensum est supra 17. cap. quæst. 118. & 119. & 120. Tamen non redibunt eadem numero, sed alia, & hoc non est inconueniens, neque etiam de propria passione, quia ista sunt accidentia, & variatio accidentium non facit variari essentialia alicuius rei.

C Ad quartum dicendum vno modo, quod etiam si non maneat eadem quantitas in resurgenti, non est inconueniens, quia est accidens, & non variat essentialia, & manebit idem homo numero non existente eadem quantitate. Alio modo, potest dici, quod manebit eadem quantitas aliquo modo, non quidem, quia quantitas est, sed quia facit distinctionem partium materiæ, & seruat idemtitatem illarum. Pro quo dicendum, quod quantitas determinata, vt bicubitum, vel tricubitum cum determinata magnitudine, & figureatione, quæ prius erat, nõ manet, & tamen manet aliqua quantitas, quæ prius erat. Et hoc est, quod dicebamus præcedenti quæst. scilicet, quod dimensiones terminatæ non manent, quia illæ pertinent ad corpus sub determinata forma, quæ pereunte, pereunt, sed dimensiones interminatæ pertinent ad materiam primam, & illæ semper manent, & illæ sunt necessariæ ad hoc, quod possint esse eadem partes materiæ ad constitutionem corporis in resurrectione, quæ prius fuerunt, dum viueret homo. Et istam quantitatem, vel dimensiones dicimus manere eadem, quia non sunt corporis mixti, sed materiæ, & in materia manent.

D His autem suppositis tenendo vnitatem formæ dicendum, quod resurrectio fiet, & idem homo numero redibit, neque ponimus aliquid contra conditionem nature, sed solum potentiam infinitam, quæ possit reunire illa, quæ disuncta erant, quæ natura facere non poterat, tenendo autem pluralitatem formarum multæ difficultates sunt, & oportet poni plura miracula, quod est inconueniens.

E Ad primum in contrarium dicendum, quod homo, qui habet substantiam corruptibilem motam, potest redire eadem numero, quando iteratur in resurrectione vno anime, & corpore, neque est hoc contra intentionem Aristoteli, sed supra illam, quia ipse loquitur ibi de differentia reiterationis, quæ est in circulatione generationis, & corruptionis naturalis ad circulationem, quæ est in motu coeli, quia celum per motum localem redit eadem numero ad prin-

A cipium motus, quia habet substantiam incorruptibilem motam. Et etiam, quia per motum illum nõ accipit esse corpus coeli, sed pars coeli efficitur pars eiusdem situi, cui prius erat pars: & hoc per motum. Similia autem, & corruptibilia per circulationem generationis redeunt ad idem specie, & non numero, quia ex homine gignitur semen, & ex semine sanguis, & ex sanguine aliquid aliud, & ita per successionem quousque perueniamur ad hominem, & ita facta est circulatio integræ, scilicet, de homine ad hominem, sed non ad eundem numero, sed specie. Sic etiam ex igne generatur aer, ex quo aqua, & ex aqua terra, & ex terra ignis, non idem numero vacat, qui prius, sed idem specie, & ita patet, quod nõ est intentio Aristoteli ad propositum, solum enim vult ostendere conditionem circulationis naturalis in generatione, & corruptione, & sic verum est, quod nõ possit redire idem homo numero, & tamen reditus per resurrectionem nõ est per circulationem generationis, neque est naturalis, ideo potest redire idem homo numero.

B Aliter potest dici, quod redire ad esse eundem hominem nõ potest esse per naturam, potest autem esse diuinitus. Primo quia etiam si manerent corpus, & anima penitus eadem, non esset aliquid naturale: quod illa vniret post disunctionem: nam nõ potest anima separari a corpore postquam semel in eo est nisi deficiat dispositio, quia corpus est aptum anime, & quæ fuit necessitas ad eandem formam, corrupta autem illa nõ potest anima vniri corpori formaliter, licet hoc ipsa desideret, vt possit intrare in illud, & mouere, illa autem dispositio posset iterum fieri naturaliter, sed non in eodem corpore, quia modus operandi nature est vnus, scilicet, ex semine, & ita natura nõ poterit vnire animam illi corpori.

C Secundo, quia anima nõ subijcitur potestati nature, aut alicuius entis nisi Dei, & ita nõ potest vniri formaliter corpori per actionem alicuius nisi Dei, & ita postquam separata est, nõ poterit natura eam vnire, sed hoc nõ facit multum, quia idem est in generatione hominis, quæ est naturalis. Nam natura nõ potest ibi vnire animam corpori, cum nõ possit producere illam, & tamen anima cum producta, infunditur, & vnitur, & etiam si iam diu anima producta esset. Nam nõ possit natura illam vnire corpori, cum nõ possit producere illam, & cum nõ possit aliquid natura, nisi super corporalia, & tamen anima est purus spiritus, sed dicitur generatio esse naturalis in quantum natura potest vltimam dispositionem in corpore producere, quæ est necessitas ad formam, vnde si corrupta dispositio illa in corpore posset rursus natura producere dispositionem illam in cadauere nõ soluendo illud, etiam si Deus animam rursus infunderet corpori, vel ipsa se ei vniret ad hoc dispositio, diceretur illa vnio naturalis, & tamen nõ potest natura illam dispositionem rursus producere, ideo nõ potest redire idem homo numero naturaliter.

D Tertio, quia dato, quod per resolutionem natura formare haberet rursus dispositionem illam in corpore ad suscipiendam eandem animam, nõ posset redire idem homo, eo quod rediret eadem anima, sed nõ idem corpus, eo quod ad illam dispositionem nõ potest natura procedere nisi ex semine per viam generationis, totum autem corpus mortui hominis nõ potest resolui in semen, vt ex semine, illo rursus corpus formetur naturaliter, sed parua pars eius poterit verti in semen, ex qua formetur corpus, & ideo cum quasi totum, quod fuit de veritate corporis prioris maneat foris, & modicum de eo transferit in

Quo saluo
non restitue
tuo secun
dum men
tionem po
tentiu plu
res formas
substantia
les in com
posito.

in semen, non poterit esse materialiter idem corpus, quod prius, & ideo licet anima redeat, non erit idem homo numero: Deus autem potest reducere eundem hominem numero, eo quod manente cadauere non dissoluto, vel iam dissoluto poterit causare dispositionem ultimam in illo, vel congregare omnes partes dispersas, & in illis inducere illam dispositionem ultimam, quæ est necessitas ad animam, & tunc erit idem homo numero, quia est eadem anima, & idem corpus cum nullæ partes eius desint, & hoc est, quia Deus potest inducere illam dispositionem in materiam, etiam non per viam generationis.

Aliter ad primam rationem.

Aliter etiam potest dici, quod homo potest redire idem numero, quia non habet substantiam totaliter corruptibilem, scilicet, quia nihil de eius substantia corrumpitur, cætera autem generabilia habent substantiam corruptibilem, quia aliquid de eorum substantia perit: ideo non possunt illa redire eadem numero. Et ita non tollitur per verba Arist. hominem posse resurgere, non enim habet ille substantiam corruptibilem motam, cum esse suum maneat, secus autem est de al. js. Et patet, quia aliorum generabiliu, & corruptibilium forma non est per se subsistens, ut manere possit post corruptionem compositi. Aliter autem est de anima rationali, quia esse quod in corpore sibi acquiritur per infusionem, retinet post separationem, & in participationem illius esse adducitur corpus per resurrectionem. Sicut autem mortem per participationem illius esse corpus est, & humanum est. Et hoc, quia non est in homine aliud esse corporis, & aliud esse animæ, aliàs esset coniunctio corporis, & animæ accidentalis, quo dato cum nullo aliud esse sit corporis, neque hominis quam animæ, quia aliàs essent multa entia per multa esse cum ens dicatur ab esse, & multipliciter per esse, & esse animæ maneat idem, & nunquam interrumpatur, sequitur, quod maneat totum quod ad hominem pertinet, & nihil impediatur resurrectionem, neque oporteat aliquid reparari, quod corruptum fuerit, sed coniungere, quæ separata sunt: nam anima manet eadem, & corpus idem, & esse idem: ideo nihil obstat, quin istis iuris copulatis sit idem homo numero, non enim obstat iteratio copulationis, quia manet idem esse numero: ideo impossibile est, quod per idem esse numero sit aliud ens numero. Difficultas autem tota iterationis erat si sicut sit iteratio copulationis principiorum ita esset iteratio essendi, quia tunc etiam manentibus eidem principijs, non esset idem homo penitus, quia interruptum est esse. Sed hoc dato semper manet idem esse: ideo non solum erit idem homo resurgens, sed etiam necesse erit poni eundem, cum non sit aliquid per quod putetur esse alium hominem numero.

Sed in hoc instant ponentes pluralitatem formarum dicentes, quod non possit manere totum esse hominis integrum. Dicunt enim, quod entitas formalis interrumpitur, ergo non manet esse integrum. Vocant entitatem totalem humanitatem, siue illam tertiam unitatem additam, aut resultantem, quam faciunt ex vnione corporis, & animæ.

Secundo quia dicunt, quod esse animæ intellectiue non est esse totale hominis, quia omne ens habet aliquod esse. Homo est aliquod ens, quod non est tantum anima, ergo habet aliquod esse proprium, & non tantum esse animæ, sed homo perijt, ergo esse proprium hominis perit, & ita non manet totum esse hominis integrum. Et hoc est precipuum ad ostendendum, & faciliter ponendum identitatem resurgentium. Nam anima manet, ergo esse animæ manet, cum ipsa non maneat sub esse alieno, quia non

est materia, quæ potest assumi ad participationem esse se alieni, sicut corpus in homine accipitur ad participationem esse animæ, & tamē esse animæ est esse hominis, ergo manet idem esse quod prius, & ita est interruptum. Sed tunc dicitur sicut dicunt ponentes pluralitatem formarum, si idē esse, & totum maneret quomodo diceretur homo vere mortuus? Nam homo per mortem corrumpitur verè, ergo aliquid desinit, quod est de veritate eius, sed non desinit corpus, neq; anima, neq; esse, ut isti dicunt, i. ponentes unitatem formæ, ergo nihil deficit, & consequenter non erit homo vere mortuus, vel si aliquid deficit, ut sit homo verè mortuus erit interruptum aliquid esse, quod postea redibit idem numero in resurrectione, cum requiratur, quod omnia, quæ fuerunt de esse hominis redeant eadem ad eundem hominem esse. Dicendum, quod per mortem hominis aliquid verè corrumpitur, quia homo corrumpitur, & homo verè desinit esse, & homo est totum, & tamen licet homo desinat esse, & corrumpatur non desinit esse hominis, i. illud esse, quo homo erat, quando homo erat. Ad hoc enim, quod sit homo non solum requiruntur principia speciei, sed etiam, quod vnita sint, distinctis autē illis verè desinit homo esse homo, & corrumpitur, & in resurrectione hoc, quod corruptum est, homo redit: ideo aliquid perijt per mortem, quod redit per resurrectionem, & tñ esse hominis non interruptum fuit, neq; perijt, quia esse quo homo erat, vel subsistebat, quando erat homo, erat esse animæ, quo anima nunc subsistit post separationem, cum non possumus dare duo esse in eodē homine, quia essent duo entia: ideo esse hominis non interruptum est, & per illud idem esse homo erit, quando resurrexerit.

Cum autem primo obijciunt, quod entitas totalis interrumpitur, id est, humanitas, negandum est. Manet enim humanitas, sed hoc pendet ex intelligentia signati per hoc nomē humanitas, ut dicitur in responsione ad secundum argumentū principale. Ad aliud, cum dicunt, quod omne ens habet esse, concedendum est, quia omne quod actu est, habet necessario aliquod esse quo existit. Sed cum dicitur, quod habet esse proprium sibi, hoc negatur. Nam in homine corpus actu existit, & per aliquod esse, non tñ per esse aliquod proprium, sed per participationem esse animæ, & generaliter in omnibus compositis materialibus præter hominem materia est actu, & forma est, & compositum est, & quodlibet eorum per aliquod esse est, & tamen non est esse sibi proprium cuiuslibet, sed sibi composito, & ita corrupto composito non habet forma esse, & materia non habet esse prius, unde falsum est assumptū. Multa enim sunt per aliquod esse, quod non est eis proprium. Sicut cum dicitur de homine concedendum, quod est ens quod non est sola anima, & actu est, tamen non est per aliquod esse proprium, sed per solum esse animæ, contingit enim in homine ex opposito ad oia alia composita, quia in alijs esse non est materiæ neq; formæ, sed compositi, & est sibi proprium, licet principium huius esse sint partes, in homine esse non est materiæ neque formæ, sed compositi, & est sibi proprium licet principium huius esse sint partes, & ratio specialitatis est, quia anima, quæ est forma hominis non solum est forma, sed etiam substantia, est enim sicut via de intelligentijs separatis, quæ sunt spiritus immateriales. Sed in hoc differt ab illis, quia intelligentiæ non accipiunt esse in aliquo corpore, & ideo nequæ sunt vnitæ corporibus, neque vnibiles eis, anima autem accipit esse in corpore, & unitatem per vnibilitatem ad corpus. Et hoc habet ad modum formæ, sed quia esse quod suscipit efficitur illius, ut proprium, & non compositi, & post separationem

tionem manet illud idem animæ, hēt ipsum modum intelligentiæ, & ideo si in homine est oportet dici, quod licet hō sit ens, quod non est sola aia, esse suum tñ quo subsistit non est aliquod esse proprium, sed esse solum aie, & hoc nullum inconueniens est, quia magis differunt corpus, & aia in homine, quā homo ab aia. Nam aia non includit corpus in natura sua, neque corpus aiam, tanquā partem ad esse corpus, sed potius distinguuntur ex opposito, & tamen corpus existit per solum animæ esse, quod sibi esse communicatum, ergo a fortiori cū hō in sua quidditate includit animam magis poterit esse per esse proprium animæ.

Cum autem dicitur, quod esse animæ intellectiue non est totale esse hoīs, dicitur, quod proceditur ex equiuocatione. Accipitur. n. esse dupliciter, vno modo esse, per quidditatem, vel naturam rei, sicut dicimus, quod ad esse compositi requiritur materia, & forma. Alio modo pro actu entis, & quo ens est, siue actu existit. Primo modo esse est compositum, quia quidditas, vel natura in composito est composita, & dicitur conceptum compositum. Secundo modo esse est simplex, & nihil potest cogitari simplicius, quam esse, & signum huius est, quia minimus gradus compositionis, qui magis accedit ad simplicitatem dicitur ex esse, & essentia, vel ex esse, & eo quod est.

Cum autem dicitur, quod esse totale hoīs non est esse animæ intellectiue. Dicendum, quia si accipitur primo modo verum est, quia tñ esse, i. quidditas hoīs includit corpus, & aiam, & ideo non est sola aia esse eius. Accipiendo secundo modo est dicendum, quod esse aia est esse hoīs, & non hēt aliud esse, i. alium actum essendi, vel aliud, per quod subsistat formalis. & tñ quā illi dicunt, quod esse aia intellectiue non est totale esse, nam totum nominat compositionem, sed esse compositū non est, nisi quidditas, esse autem quo res est, simplex est, & non hēt totalitatem, & quantum ad illud verū est, quia esse hoīs non est aliud, quā esse aie intellectiue, & ita per illud existit ante mortem, & per illud idē existit post resurrectionem, conuenienter ergo hō resurgit idem numero, quia esse eius non fuit interruptum. De brutis autem dicendum, quod non possunt resurgere, & cetera, quæ corruptuntur, non possunt redire eadem numero, quia in oibus istis, tam viuentibus, quā non viuentibus esse interrumpitur, eo quod compositum corrumpitur, idem dēt manere esse in materia, vel forma, sed in forma non manet, quia non hēt forma illorum esse per se subsistens, ut manere possit corrupto composito, materia autem non retinet esse, sed transit ad esse alterius formæ, iō non manet vllō modo esse rei, & pñr non potest eadem res redire numero. Hoc autem est resurgere, ideo brutis repugnat resurgere, hominibus autem non repugnat sup naturali, licet natura non sufficiat ad resurrectionem faciendam, sed Deus illam facit.

Bruta non possunt resurgere.

Ad secundum principale dicendum, quod si non rediret eadē humanitas numero, non resurgeret idē hō, & tñ dicendum, quod eadē humanitas redit. Sed dicendum, quod circa humanitatem quō maneat, & redeat eadē est duplex opinio. Quidam dicunt, quod idem est sūm re forma totius, & forma partis, sicut dicitur forma partis, sūm quod per se materiam, forma totius dicitur, sūm quod ex ea tota ratio speciei conseruatur. i. totum, quod concipit per nomen cuiuslibet speciei, & quia in homine aia est forma partis, & humanitas forma totius cū includat totam rationem hominis seruatur, quia humanitas secundum rem nil aliud est, quam anima. i. nil addit ad animam secundum esse, & sic cum eadem numero maneat anima rationalis post mortem, & eadem resumitur ratione eadem numero manebit humanitas mortuo homine, & eadem resumetur in resurrectione, & pñr erit idem hō, quia est humanitas eadem. Dicunt

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

tñ, quod humanitas differt ab aia sūm rationem, & ideo licet maneat aia post mortem, non dat esse hominem, quia ex anima non sequitur tota ratio speciei, cū compositum non maneat, ex anima autem, & humanitate sequitur ratio speciei. i. compositum hēt per eam plenā rationem speciei, ideo viuente homine vocatur aia humanitas, sed mortuo eo non, & ita non dicitur manere humanitas sūm rationem, licet sūm rem maneat.

Alia est opinio, & est Auicennæ. scilicet, quod forma totius non est forma partis sūm rem, sed aliquid realiter addat forma totius. Et dicit, quod forma totius est totū resultatans ex compositione materiæ, & formæ includēs in se vtrunque, & hæc forma totius essentia, vel quidditas dicitur, quia dicit totum quid rei. scilicet, quidditas per definitionem eius importatur, & ita humanitas nil aliud est nisi corpus, & aia, siue totum resultatans ex corpore, & aia, ut includit vtrunque, sed in resurrectione manebit eadem aia, & idem corpus, ut ostensum est: ergo erit eadem humanitas, & ita idem homo.

Quid rei, quid significet.

Alii autem qui ponunt pluralitatem formarum dicunt humanitatem, siue formam totius quandam entitatem consergentem ex coniunctione formæ ad materiā, & quod est distincta realiter ab illis non connumerata eis, ut diceret tertia entitas, & ad hoc nihil differt an ponat addita, vel resultatans, dū tñ ponat distincta a duabus entitatibus. Sed hoc non stat, quia cum per formam efficiatur materia hoc aliquid in actu, ut dicitur de anima, illa tertia forma consequens non esset substantialis, sed accidentalis, quia entia in actu non aduenit, nisi accidentia, entia in potentia aduenit forma substantialis, quæ fuit ad esse hoc aliquid in specie determinata.

Dicendum igitur, quod humanitas, vel forma est tertia entitas, sed necesse est, quod sit aliqua de duabus entitatibus, vel ambæ simul, sed ponatur, quod sit aliqua de duabus non poterit esse materia cum materia nullius sit forma, & tamen istud, de quo dicimus est forma totius, ideo si aliquid de duobus est, erit forma. Et ita aliqui dicunt, ut dictum est, quod forma totius sit ipsa, quæ est forma partis secundum rem, sed differt ratione, quia forma partis dicitur, secundum quod facit materiam esse in actu, forma vero totius dicitur in quantum complet rationem speciei. Nam anima non dicit totum esse speciei humanæ, sed dat corpori esse actum, & esse humanum, vel hominis, humanitas autem dicit totam rationem hominis, quia nil importat homo, quod non importet humanitas, & humanitas non dat esse corpori, sed potius includit illud, & hoc modo humanitas totaliter est anima rationalis, & non addit aliquam realitatem.

Sed tñ dicendum, quod verior positio est, quod non sit forma totius eadem cum forma partis realiter, sed addit aliud. Et hoc, quia humanitas est de essentia hominis. Essentia autem rei est, quam signat definitio. Diffinitio autem rei naturalis non significat solum materiam, sed materiam, & formam simul, iō necesse est, quod humanitas non significet aliud compositum ex materia & forma. i. ex aia & corpore, sicut hō. Sed tunc dicitur, quod hō, & humanitas idem erunt penitus cū vtrunque dicat rem compositam ex anima, & corpore.

Dicendum, quod differunt per hoc, quia humanitas significat principia essentialia speciei, tam formalia, quā materialia cum præcisione principiorū indiuiduātiū. Et patet, quia humanitas dicitur sūm quod aliquis est hō: non dicit tñ aliquis hō ex eo, quod habet principia indiuiduantia, sed ex eo, quod hēt principia essentialia speciei, per principia autem essentialia simul cū principijs indiuidualibus dicitur esse iste homo. Humanitas ergo signat sola principia essentialia speciei, ex quo sequitur, quod importatur humanitas per modum partis, & forme dantis esse, homo autem significat oia principia essentialia

N

tialia

alia speciei, & non excludit a sui significatione principia indiuiduantia. Nam: homo dicitur, qui habet humanitatem, ex quo non excluditur, quin alia habere possit, immo potius innuitur, quod aliquid aliud est habere homo, vel aliquid aliud est præter, vel ultra humanitatem, & tamen non habet aliqua principia essentialia ultra, cum humanitas dicat omnia principia essentialia speciei, ergo habebit in super, vel hæc poterit principia indiuidualia, & ob hoc homo significat compositionem. Et patet, quia homo est nomen concretionis, id est rei cui aliquid adhe-ret, humanitas vero nomen abstractionis, quia cum præcisione significat id, quod significat, & ob hoc dicimus, quod homo habet humanitatem, & tamen non concedimus homo habet hominem, vel humanitas habet hominem. Hoc enim multo minus conceditur, ergo tamen humanitas, quam homo dicitur conceptum compositum, quia vere humanitas est composita, & homo est compositus, sed importatur humanitas cum præcisione, homo autem sine præcisione importat eadem principia essentialia, quæ humanitas, sed significat principia essentialia in actu, indiuiduantia vero in potentia.

Sed hoc dato dicitur, quod per mortem tam homo, quam humanitas perit, & ideo in resurrectione iterabitur & humanitas. Quod autem iteratur non est idem, quia iteratio dicit pluralitatem, quæ opponitur identitati, vel unitati. Separatur enim anima a corpore in morte, id est cum humanitas sit composita ex illis, non manebit soluta compositione, & sicut concedimus, quod homo corrumpitur per mortem, ita necessario concedimus, quod corrumpitur humanitas.

Dicendum, quod per mortem corrumpitur homo, & non manet quando mortuus est, & tamen non adnihilatur, quia manent partes eius, quæ ipsam constituunt, & ideo non deest, nisi coniunctio, quando enim illa fuerit erit homo rursus. De humanitate est est dicendum, quod post mortem non manet, sed corrumpitur per mortem, sicut homo, & non manet, sicut anima, quæ est forma simplex, & tamen non adnihilatur humanitas, quia partes, ex quibus constituitur manent eadem, & id redibit eadem humanitas. Quod autem obicitur de iteratione, soluetur infra. Si autem ponatur tertia entitas ipsa humanitas, quæ sit realiter distincta a duabus, id est corpore, & anima, necesse est, quod penitus adnihilatur, cum non ponamus manere de homine mortuo, nisi animam, & materiam corporis.

Ad primam confirmationem huius argumenti dicendum, quod verum est, quod humanitas non est talis forma qualis anima, & tamen quod dicitur, quod est forma, & non substantia potest dupliciter accipi. Vno modo de formis accidentalibus, quæ habent informare, sed non conferunt esse substantialiter rei, & ipse, neque sunt substantiæ, neque substantiarum partes. Alio modo, quod est forma, & non substantia, id est præter esse formam non habet esse, sicut anima præter hoc, quod informat adhuc habet esse simpliciter, sicut una de intelligentiis separatis. Et hoc etiam modo omnes formæ materiales substantiales sunt formæ, & non substantiæ, quia præter illud esse, quod habent in informando non habent aliud esse. Accipiendo primo modo formam, quæ non est substantia, sola accidentia dicitur formæ, humanitas autem est forma, & substantia, quia est esse composita ex principis speciei, & de talibus formis dicendum, quod corruptio composito non solum non manent, sed et adnihilantur. Nam non manent in se, cum non sint formæ subsistentes, quia sunt accidentia, neque manent in partibus suis, quia nullas habent cum sint simplices formæ, ideo nullo modo manent, & ideo adnihilantur. Accipiendo secundo modo dicendum, quod quædam formæ, quæ non sunt substantiæ pereunt totaliter, & alie non. Omnes formæ simplices, quales sunt formæ partiales præter ani-

mam pereunt totaliter, quia non manent, & adnihilantur. Sola autem humanitas, quæ est forma totius, est, quæ non manet, & tamen non adnihilatur. Sed circa permanentiam formarum totius, & partis est regula, quod formæ totius habent esse debilius, quam formæ partium, cum pendeat ex formis partis, & ideo ubi non manet forma partis, non manet forma totius. Potest autem manere forma partis non manente forma totius. Et ob hoc, quia anima equi, quæ est forma partis perit totaliter etiam equiuitas, quæ est essentia equi composita ex materia, & forma equi adnihilatur, corrupto equo, & ita de ceteris. In homine autem forma partis, quæ est anima manet simpliciter secundum suum esse, quod in corpore habebat, humanitas autem, quæ est forma totius non manet, & tamen non adnihilatur, cum maneat partes, ex quibus componitur.

Ad secundam confirmationem potest vno modo dici, quod mors non facit interruptionem. Interrumpitur enim, quod cessat esse, & tamen esse hominis, vel humanitatis non cessat, quia illud referatur in forma partis, quæ est anima cuius esse manet, materię enim, & formæ in composito vnum esse esse, quia non possunt dari duo esse, ne sint duo entia, & secundum illud esse habet materia esse actu per formam, sed in hoc differt anima rationalis ab aliis formis, quia licet ubique materia habeat esse actu per formam, tamen in aliis præter hominem non est illud esse formæ, sed compositi, & ideo illo corrupto non manet esse aliquod, forma autem non habet esse simpliciter in se, sed solum habet esse in concrectione ad materiam, & hoc quia omnes tales formæ non excedunt materiam, neque in esse, neque in operari. Et satis apparet, quia nulla est operatio illarum formarum, nisi quæ sit de conditione materię, & tamen si præter esse, quod habent illę formę, in concrectione ad materiam haberet aliquod esse, necesse est, quod competeret eis aliqua operatio, cum non sit aliqd ens otiosum in vniuersitate rerum, & illam operationem elicerent illę formę manentes in materia, licet non per materiam, & tamen nullam talę operationem habent cum non appareat in eis, ergo non habent esse aliquod, nisi in concrectione ad materiam. facta ergo dissolutione a materia non poterit manere aliqua talis forma cum non habet aliquod esse sibi proprium, secundum quod subsistat de anima rationali non est sic, quia licet ipsa habeat esse in concrectione ad materiam tamen adhuc habet aliud esse proprium, in quo manet. Et patet primū, quia anima est forma corporis humani, sed non potest informari, nisi per concrectionem ad illud, ergo habet esse in concrectione ad materiam. Secundū patet, quia esse offenditur per operari, sed anima habet aliquam operationem, in qua excedit materiam, quia non fit illa per participationem alicuius organi corporalis, ut est intelligere, & velle, & omnes actus rationis, ergo necesse est, quod ultra illud esse, quod habet in concrectionem, secundum quod informat, & moueat habeat aliquod esse sibi proprium non, ut forma, quia non concipiat illud materię cum habeat operationem, quæ non comunicat materię, & ideo necesse est, quod cum illud esse non competat atque in concrectione ad materiam, sed in quantum ipsa est tale ens non pereat per separationem a materia. Et istud est principium ad ostendendum immortalitatem anime, manebit igitur anima secundum illud esse, quod sibi competit præter materiam, quando fuerit separata a materia, & tamen esse hominis non est aliud esse, quam esse anime, quia eiusdem entis non sunt multa esse, ergo manente esse anime manet esse hominis, & ita non interruptitur esse hominis, neque iteratur, unde non erit causa non identitatis.

Sed cum dicimus de anima, quod habet esse in concrectione, & præter illud habet aliud esse, quod excedit materiam, & quod non concipiat ei, non est sensus, quod anima habet duo esse, Forma totius habet debilius esse, quod forma partis

esse, nam cum sit simplex non potest habere, nisi vnum esse, sed est sensus, quod illud esse, quod vnum est competit anime absolute, & non in concrectione ad materiam. Nam si competeret in concrectione ad materiam destructa dispositione materię, secundum quam forma competit ei non poterit aliquod esse habere forma, neque ibi, neque alibi. Non ibi, quia cessat dispositio, quæ erat faciens materiam propriam illi formæ. Non alibi, quia non potest alibi habere esse, quia tunc simpliciter haberet esse, & tamen suum esse est tantum in concrectione ad materiam. Cum autem habet anima esse absolute, licet per illud det esse materię, & sic erit esse in concrectione, habet tamen esse præter concrectionem, quia cum non competat sibi illud esse solum in habitu dine ad materiam, & quia tali esse absolute necesse est, quod competat aliqua operatio competat sibi operatio, quæ non concipiat materiam. intelligere, & velle. Et ita est eadem, quare necesse est animam humanam esse intellectiuam, quia omne in materiale est intelligens, omne materiale est non intelligens, quando forma habet esse solum in concrectione ad materiam habet esse materiale, & quia omnes formæ rerum naturalium habent esse tamen in concrectione ad materiam sunt omnes formæ materiales, & nulla est intelligens. Si autem anima nostra, quæ est forma habet aliqd esse, quod non est in concrectione ad materiam, necesse est, quod secundum illud sit immaterialis, sed omne immateriale est intelligens, id necesse est eam esse intellectuam. Et ita esset de forma cuiuslibet entis, si præter concrectionem ad materiam haberet aliquod esse, quia esset intelligens. Et tamen non habent esse, nisi in concrectione. Manet igitur sicut dictum est, quia esse hominis non interruptitur, & ideo redit idem.

Sed dicit aliquis, quod semper manet argumentum, quod non arguitur de homine, vel de esse eius, sed de humanitate, quod non redeat eadem, quia illa desinit esse, & iteratur, & iteratio dicit pluralitatem, quæ opponitur unitati, & identitati.

Dicendum, quod humanitas non iteratur, & quod res non potest iterari, nisi iterentur omnia, quæ sunt in ea, vel aliqd eorum, in re autem qualiter sunt duo, scilicet, & id quod est, & ita facit ut compositio in qualibet re, nisi in Deo, qui est summe simplex. In humanitate ergo ita duo erunt sola. Esse humanitatis est id, quod ipsa est per modum actus, quando est, quia esse est actus entis, quod est vocatur ipsum, quod importatur nomen humanitatis, id est corpus, & animam, ex quibus humanitas compositur, sicut dictum est. Et tamen utrunque manet idem. Nam esse idem est, quia esse humanitatis, & hominis non est aliud, quod esse anime, vnum esse sit in composito, istud autem manet non interruptum manente anima, id non iteratur. Etiam corpus, & anima manent, anima quidem in nullo mutata, corpus vero manet secundum materiam eadem, ideo non est aliud iteratum.

Sed obicitur, quod aliquid iteratur ex parte humanitatis, non esse, sed id quod est, quia humanitas non dicit solum materiam, & formam, sed addit, quod sint coniuncta, cum humanitas dicat ens compositum, sicut homo. Sed compositio, vel coniunctio perit, & illa tunc iteratur quando reuiniuntur corpus, & anima, ergo non est eadem humanitas, quia aliquid eius iteratur, per quod efficitur non idem.

Dicendum, quod etiam per istud non tollitur identitas humanitatis, quia coniunctio illa potest dicere tria. scilicet actionem coniungentis, passionem coniungentium, & regulationem, quæ se habent extrema, secundum quam dicitur coniuncta non solum fuisse, sed actu manere coniuncta. De omnibus his est verum, quod est si sint diuersa non est diuersa humanitas. De primis duobus patet, id est de actione coniungentis, & passione coniungentium, quia licet ista sint necessaria ad hoc, quod sit humanitas non sunt de

esse illius. Variatio autem eo, quod non est de esse rei non variatur res. Quod autem non sint ista de esse humanitatis, patet primo, quod illa, quæ sunt de esse rei, concipiuntur per definitionem, quæ dicit quid rei, & illa dicit rationem rei, ut dicitur. 4. Metaphysicorum. Ratio, quam signat nomen, est definitio, & tamen concipiendo illud, quod importatur nomine humanitatis non concipimus actionem coniungentis, neque passionem coniungentium, ideo non sunt de esse humanitatis. Nam si esset possibile, quod corpus, & anima, ex quibus simul resultat humanitas, essent coniuncta sine actione alicuius coniungentis, & passionem coniungentium, nihilominus esset humanitas, & ita sunt ista extra rationem, & esse humanitatis.

Secundo patet, quod ea, quæ sunt de esse rei manent, quando manet res, & tamen actio coniungentis, & passio coniungentium non manent, quando manet res coniuncta, cum non durent, nisi per instantis coniunctionis anime ad corpus, ergo non possunt esse de ratione, vel de esse humanitatis.

Tertio, quia ita se habet generatio ad rem generatam, sicut compositio ad ea, quæ coniunguntur, quia sicut non possunt esse aliqua coniuncta, nisi coniungantur, ita non potest aliud esse genitum, nisi gignatur, & tamen generatio non est de ratione, vel esse geniti, sed solum partes eius, ergo neque coniunctio erit de ratione coniungentium, vel eius, quod resultat ex coniunctione, & ita non variabit ista iteratio humanitatem, cum non sit de esse illius.

Secundo quantum ad istud principale patet, quod non varietur humanitas ex iteratione coniunctionis, quia constat, quod generatio hominis, & resurrectio eius non sunt vnus motus, vel mutatio, & tamen non dubitamus ex hoc esse eundem hominem, qui resurgit, & qui prius erat, ergo ita erit de humanitate, quod licet non sit eadem coniunctio numero corporis, & anime in resurrectione, quæ fuit in generatione non erit alia humanitas.

De coniunctione tertio modo, ut est regulatio coniungentium, secundum quam manent coniuncta, videtur esse maius dubium cum illa semper maneat, dum illa sunt coniuncta, & non manet separatio coniungentis, & passio coniungentium. Etiam, quia actio, & passio dicunt respectum extrinsecum, aduenientem coniunctio autem tertio modo dicit respectum, qui oritur inter ista duo coniuncta, & id magis videtur turbare hoc identitatem humanitatis, cum ista iteretur.

Dicendum, quod neque istud tollit identitatem humanitatis, quia licet magis se habeat ista ad humanitatem, quam actio, & passio, tamen non est de esse humanitatis cum non includatur in ratione eius definitiua, & potest intelligi humanitas sine ista coniunctione. Non est, ergo ista relatio de esse humanitatis, sed concomitatur eam. Et patet, quia humanitas substantia est, & si relatio esset de essentia eius non esset ens per se, sed per accidens, ad quod concurrunt res diuersorum predicamentorum, immo non potest intelligi, quod de essentia alicuius rei substantialis sit aliquod accidens, & quod de essentia alicuius absolute quale est humanitas sit aliqua relatio. Non est igitur illa relatio forma humanitatis, ut aliquid absurde intelligebant, neque pars eius aut aliquid illius, neque aliquo modo de essentia illius, sed est concomitans humanitatem, quia sine illa non potest esse humanitas, & ideo licet iteretur ista coniunctio, non iteratur humanitas, sed manet eadem. Et hoc, quia humanitas non est de formis, quarum esse est compositio, & ordo, ut dicitur. 2. Physicorum. quales sunt formæ artificiarum, quia in talibus iteratio tollit identitatem, sic enim in motibus si iteratur motus ut quia interruptus fuit, non est idem motus, cum esse illius consistat in quodam ordine partium. Etiam esse

formę artificiorum consistit in quadam compositione, & ordine vnus partis ad aliam, quia si aliter se habent partes non redditur eadem figura, & ideo in talibus semper iteratio tollit identitatem, sed esse humanitatis est absolutum, & non consistit in ordine aliquo rei ad rem, ideo etiam si iteretur vnio illa non iteratur humanitas.

Aliqui autem deponentibus pluralitatem formarum dicunt, qd licet vnio ista non sit de essentia humanitatis, quia tamen requiritur necessario ad humanitatem reuerteretur eadem numero, quauis ad nihilata fuerit. Et hoc dicunt esse verum de relatione vnionis corporis, & anime, quę manet inter corpus, & animam vnita non aut de passione, & actione coniungendi, quia ista dicunt iterari non variata humanitate, & ideo dicunt qd non solum absoluta ad nihilata potest Deus reducere eadem numero, sed etiam respectiua, si extrema respectus redeant eadem numero. Et dicunt se credere Mariam virginem habuisse eandem regulationem maternitatis ad Christum post mortem Christi, & nunc habere, quam habuit ante mortem Christi, licet fuerit necessaria interrupta, nā in morte Christi fuit interrupta propter destructionem termini, & in morte virginis propter destructionem fundamenti.

Sed dicendum, qd in hoc non est insistendum, nā inconueniens immo impossibile est id, quod oīno perierit, ad nihilatum esse redire eadem numero, & tamen ponentes pluralitatem formarum patiuntur istas angustias, quia coguntur ex fide ponere eundem numero resurgere, & quia ponunt plures formas substantiales, quarum nulla manet, nisi anima, & ad esse eadem numero exigitur, qd oīa substantia sunt eadem numero, oportet qd ponant omnes illas formas, quę ad nihilata fuerunt redire per Dei potentiam eadem numero, quod nullam habet rationem, sed ad potentiam confugiunt. Sicut dixit David, qm non cognouit literaturam introibo in potentias domini. Cum autē addunt, qd etiam respectus ad nihilatos potest reducere eodem numero, nulla difficultas est si concedatur de absolutis, dum tamen maneant eadem extrema, vt illi dicunt, & hoc, quia essentia respectus est ad aliquid esse, & ita variatis terminis, variatur circa respectus. Sed hoc maius inconueniens est, qd dicant vnionem illam ad nihilatam redire eandem, quia de formis corruptis coguntur hoc dicere consequenter ad positionem suam cum aliter non possint ponere identitatem resurgentium, sed non de isto respectu, quia etiam si iste respectus non redeat eadem numero, erit homo idem, & humanitas eadem, vt supra dictum est, ideo non est his insistendum.

Ad tertium principale dicendum, qd si homo non est idem animal non poterit esse idem homo, & tamen in resurrectione erit idem animal, qd fuit prius. Cum autem arguitur, qd non est idem sensus, ergo neque idem animal. Dicendum, qd istud argumentum concludit contra ponentes pluralitatem formarum in homine, & dicunt diuersas animas esse in homine, scilicet rationalem sensitiuam, & vegetatiuam, quia scilicet in hoc anima sensitua, & vegetatiua non essent in homine incorruptibiles, sed corrupterentur, tum quia essentiales, quales sunt in plantis, & in brutis, in quibus corruptibiles sunt, tum quia non manet aliqua forma, vel entitas de homine, nisi anima rationalis, & materia corporis sub alio esse, & ideo si ponantur istę differre ab anima rationali necessario ad nihilabuntur, & sic non redibunt eadem in resurrectione, ideo non erit idem animal resurgens, quod prius fuerat, & consequenter non erit idem homo. Si autem ponamus vnitatem formę, & qd eadem anima sit in homine rationalis, & sensibilis, non erit aliqua difficultas, quia

tunc animal diffinitur per sensum tactus, qui est ipsa anima sensitua, sicut per formam essentialem. Per sensum autem, qui est potentia sensitua, cognoscitur eius diffinitio, sicut per formam accidentalem, quę maximam partem confert ad cognoscendum, quod quid est, vt dicitur primo de Anima. Post mortem autem manet anima sensibilis, sicut & anima rationalis eadem, quę prius, cum sint eadem anima, sed potentie sensitua non manent eadem quantum ad totum, sed illę cum sint proprietates accidentales earum veritas non poterit tollere identitatem animalis neque etiam partium eius. Hoc autem dicitur, quia licet variatis potentijs sensituis, quę sunt accidentia non varietur animal, putatur a quibusdam, qd variatur partes animales, quia sicut se habet anima ad corpus ita visua potentia ad oculus, & auditua ad aurem, sed variata anima non esset idem corpus, igitur variata potentia visua non erit idem oculus, & ita de ceteris partibus.

Variatis potentijs sensituis non variatur animal.

Dicendum, qd sicut non variatur esse totius propter variationem potentiarum sensituarum, ita neque variatur esse partium, aut alicuius earum, quia si variaretur esse vnus variaretur esse totius compositi. Quod patet, quia si propter variationem potentie visive variaretur oculus, non esset idem, ita & fieret de aure propter auditum, & de organo tactus pp potentiam tactuam, & tñ totū corpus esset organum tactus, ideo totum corpus variaretur, & qñ non esset idē homo numero, non manente eodē corpore, oportet, ergo dici, qd neque variat totum neque aliqua pars propter variationem potentiarum sensituarum. Cū autē obijciatur, qd se habent organa sua, sicut anima ad totum corpus.

Dicendum, qd potentie sensitue sunt actus organum, non quidem tanq formę essendi, sed tanquā principia agendi, sicut calor est in igne, nā calor non est forma substantialis ignis, sed est principium agendi in eo, nam ignis per formam suam esset ignis, quā si non haberet calorem, & tamen non calefaceret, nisi calorem haberet, ita potentie sensitue non sunt organis formę perficientes in essendo, quia vnica forma essentialis ponitur in composito, & ideo istę non sunt formę substantiales.

Secundo, quia istę sunt accidentia, ideo non possunt esse formę substantiales, & tamen necesse esset poni formas substantiales, si essent formę dantes esse organis, cum organa sint aliud substantiale.

Tertio, quia anima rationalis est forma substantialis corpori, & ipsa soli dat esse toti corpori, ideo si aduenirent potentie, vt formę, non possent constituere, nisi ens per accidens, cum iam totum corpus esset ens actu per animam, quę est forma, ergo non aduenit vt actus, & forma, sed vt principia agendi. Sunt illę potentie principia determinantum actuū exercendorum per illa organa, ideo oportet, qd potentie illę sint actus solum organorum, & non totius corporis. Et hoc importat nomen potentie, nam potentia per relationem ad actum dicitur, ergo variatio potentiarum non variat organa, cum non sint formę eorum ad essendum, sed solum principia operandi. Sed cum dicebatur, qd data pluralitate formarum argumentum supra positum teneret, qd resurgens non esset idem animal. Verum est si ponentes pluralitatem formarum sequerentur veritatem, sed ex vno errore incidunt in alium. Nam cum secundum veritatem id, quod ad nihilatum est non possit per aliquam potentiam idem redire, cum repugnet ex materia rei, sequitur, qd oportebat rursus omnes formas ad nihilatas reducere eadem spē, & ita non esset resurgens, idem animal, neque eadem substantia. Tamen ipsi, vt ponant vnitatem, & identitatem resurgentium, dicunt, qd

Nomē potentie qd importat.

formę

formę corruptę redeunt eodem numero per diuinā potentiam, & tunc, licet non sit eadem, sed diuersa anima rationalis sensitua, & vegetatiua in homine, & corrumpatur sensibilis, & vegetatiua non variatur animal, sed redit idem, eo qd dicunt Deum restituere eadem numero animam sensitiuam, & vegetatiuam, quę perierunt. Cum autem dicitur, quod diffinitur anima per sensum tactus dicendum, quod non diffiniunt ipsi per sensum tactus, sed per animam sensitiuam, quę est substantia, & tamen illam dicunt differre a rationali secundum substantiam, sed ad hęc iam dictum est supra.

Ad quartum principale dicendum, quantum ad identitatem, vel diuersitatem statuę considerandum, qd dupliciter potest accipi statuā similem, vel in quantum est aliquid substantiale, vel in quantum est aliquid artificiatum. Si primo modo dicendum, qd si possit ex eadem materia reparari statua est eadem statua. Et est ratio, quia essentia artificiorum non accipit a forma, sed a materia, vt dicitur 2. Physic. Nam artificia sunt substantię quędam, & ratione formę non essent substantię, sed accidentia. Ratione autem materię ad substantiam pertinet, & ideo si sit eadem materia numero statua, erit eadem statua. Sed cum dicitur, qd esse artificiatum est a materia, non accipitur materia simpliciter, quę est subiectum oīum formarum, quia per illam nihil distinguitur ab alio: & etiam, quia dicimus per materiam poni artificia in Prędicamento substantię, & tamen per materiam nihil poni in Prędicamento, qd materia non ponitur per se in Prędicamento, sed per reductionem, ergo non erit ipsa causa alicui, qd ponatur in Prędicamento, sed accipitur materia, p materia formę artis. Nā forma artis est accidens, ideo aduenit enti in actu, & illud ens est cōpositum quoddam, quod est indiuiduum aliqua spē substantię, hęc materiam & formā, & per formam determinatur ei species, & prędicamentum, sed respectu formę artis nō vocatur materia sola materia prima, sed ipsum indiuiduum generis substantię, & rō est, quia materia vocatur illud cui aduenit forma, sed ista forma artis non aduenit materię, sed cōposito, iō cōpositum de gñe substantię vocat materia eius, & ens artificiatum vocamus illud ens per accidens cōpositum ex indiuiduo pñi substantię pro materia, & forma artis, quę ad qualitatem pertinet pro forma, & sic verum est, qd artificia constituuntur in gñe per materiam non simpliciter per materiam, sed per materiam artificiatam, & ideo si maneat eadem materia ipsorum, idem indiuiduum de genere substantię poterit redire eadem statua substantiā, si autem confideretur statua, in quantum est quoddam artificiatum ponitur in genere per formam artis, & iō non erit statua eadē, nisi sit eadem forma artis, & tamen illico, vt destruitur statua, perit forma illa, quę est accidens, & nō potest redire eadem numero, iō statua semel soluta, vel domus, licet penitus ex eadē materia restitua, & si partes materię retineant priorem habitudinem sitas, non erit eadē statua, neque domus, quia cum eē formę artificiorum sit cōpositio, & ordo, vt dicitur 2. Physic. iteratio tollit identitatem in eis, vnde facilius est redire eundem hominem corruptum, qd eadē statuam, quia esse statua consistit in cōpositione, & ordine, esse autē hominis non, sed absolute est ex partibus, iō redeuntibus eisdem partibus est idem totum. Cum autē dī, qd magis est principalis materia in statua, qd in hoīe, dicendum qd verum est, accipiendo primo modo statuum, vt est indiuiduū prędicamenti substantię. Et tunc verum est, qd si ex eodem gñe reficiat statua, ex quo prius erit eadem numero, licet nō redeat eadem forma artis, & tamen nō redibit idem homo

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

numero redeunte eadem materia, si non redeat eadē forma principalior, ergo est materia in statua hoc modo, quam in homine, sed secundo modo nō, qui. aequaliter requiritur vtrobique materia, & forma ad redire idem numero. & tamē forma hominis potest redire eadem, ideo potest redire idem homo numero in resurrectione, forma artis non potest redire eadem, quia esse suum est cōpositio, & ordo, vt dicitur 2. Physic. ideo non redibit eadem statua numero, licet ex eadem materia rursus fiat.

An pulueres redeant ad easdem corporis partes, quę dissolutę sunt, vel ad alias. Quęst. CCXXXIX.

QVÆRETUR dato, qd redeant idem pulueres ad constituendum corpus humanum, qui fuerunt in eo ante mortem an redeant ad easdem partes corporis, quę dissolutę sunt, & in quibus erant, vel possint esse in alijs partibus eiusdem corporis.

Aliqui dicunt, qd oportet redire ad easdem partes, quia iuxta Aristot. secundo de Anima, sicut se habet anima ad totum corpus, ita pars anime ad partē corporis, vt visus ad pupillam, & tamen ad identitatem resurgentium oportet, quod resurgatur idem corpus ab eadem anima, ergo etiam oportet, quod partes corporis resurgantur ad eadem membra, in quibus prius perficiebantur eisdem partibus anime. Nam si non redeunt ad easdem partes corporis perficiuntur alijs partibus anime, & ita non erunt eadem partes, sed alię.

Secundo patet, quia diuersitas materię facit diuersitatem numeralem, sed si pulueres non redeant ad partes, in quibus prius erant, singulę partes non reficiuntur ex eadem materia, ex quibus prius erant, & consequenter non erant eadem partes numero, sed si partes sunt diuersę totum erit diuersum, quia comparantur partes ad totum, sicut materia ad formam, vt dī 2. Physic. sed non existente eadem forma, non est idem corpus, ergo si non redeunt pulueres ad partes easdem, non erit idē hō numero, qui resurrexerit.

Tertio, quia resurrectio ad hoc ordinat, vt hominum suorum mercedē recipiat, sed diuersis operibus meritorijs, vel demeritorijs respondent diuersę partes, quę subserviunt ad illa, ergo oportet, quod in resurrectione quęlibet pars redeat, vt recipiat pro merito suo, vel demerito, sed non potest redire eadē pars, nisi redeant pulueres ad easdem partes, ergo redibunt pulueres ad easdem partes, in quibus prius fuerunt.

Alij dicunt, quod non oportet, quod redeant pulueres ad easdem partes, quia esse artificiorum magis pender ex sua materia, quam pendeant naturaliter in artificiatas ad hoc, quod idem artificiatum eadem materia reparatur, non oportet, qd partes redicantur ad eundem situm, ergo neque in hoīe debet

Sic dicit Aug. 20. lib. de Ciuit. Dei, quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liquefceret, vel contereretur in puluerem, vel confunderetur in massam, & eam vellet artifex rursus ex illius materia & quantitate reparare, nihil in interest ad illius integritatem, quę particula materię cui membro statuę redederetur, dum tamen ex quo constituta fuerat restituta resumeret.

Secundo, quia variatio accidentis non facit diuersitatem rei in numero, sed situs partium est accidens quoddam, ergo diuersitas eius in homine non faciet diuersitatem hominis numero, & ita non oportebit, quod pulueres redeant ad eadem loca.

Dicendum, qd circa hoc duo considerari pñt. Vñ

N 3 est

est quid possit fieri sine præiudicio identitatis resurgentiū, aliud est quid erit decens fieri. Quantum ad primum dicendum, quod hoc est, quod præcipue querit circa resurrectionem. sicut maneat identitas resurgentiū, & ideo id, quod non tollit hanc identitatem potest sibi concedi. Et pro hoc sciendum, quod in homine sunt partes diuersæ dupliciter. Vno modo diuersæ partes totius homogenei, sicut partes ossis, & partes carnis, quia caro, & ossa homogenea sunt. Alio modo diuersæ partes, quæ sunt diuersarum specierum totius, sicut os & caro inter se comparata, & oculus, & nasus, quæ non solum sunt partes, sed etiam membra. Si autem accipiatur primo modo pars, dicendum quod non est inconueniens, quod materia vnius partis transeat ad aliam. i. quod pulueres, qui soluti sunt de carne, quæ erat in crure, non teneant eundem situm, sed materia illa, quæ erat in vna parte carnis cruris redeat ad aliam, non variabitur pars illa, nisi in situ partium. Situs autem partium variatus non variat speciem in totis homogeneis, sicut in flumine si partes aquæ, quæ sunt supra ponantur infra non variatur aqua, sed manet eadem aqua numero, & ita si materia vnius partis redeat ad alteram partem eiusdem speciei, i. carnis ad carnem ossis ad os nullum præiudicium generat identitati totius. Sic enim Aug. ponit exemplum de statua, quod supra dictum est, quia cum ex eadem materia restituitur, non differt quid respondeat cuilibet parti, & hoc quia statua redditur ibi eadem secundum materiam, & non secundum formam, & ita dum eadem materia redeat non differt, ubi ponatur pars materiæ. Ita ergo de carne ad carnem, & os ad os, quia homogenea sunt, & ubicunque est os, est eiusdem rationis, ideo non differt potius esse in tali loco ossis, quam in alio, aut in isto osse, vel in illo. Procedit exemplum de statua, in quantum est statua substantia quædam, quod competat ei quantum ad materiam, quia sic statua ponitur homogenea, ut sit tota sit de ere, vel ferro. Si autem consideraretur quantum ad formam artificialem non redit eadem statua et si ex eadem penitus materia fiat, & non solum non rediret materia ad loca priora, sed et si ad eadem loca penitus redeat, quia forma artificiorum non potest redire eadem numero. Si autem dicatur, quod materia vnius partis redeat ad aliam partem alterius speciei, variabitur de necessitate non solum situs partium, cum non sit materia ubi prius, sed etiam identitas partium. Et hoc verum est, quando tota materia, quæ erat de veritate humane nature in vna parte, vel aliquid illius materie transferatur in alteram. Secus autem si, id quod erat in vna parte, & non erat ibi de veritate nature illius partis, quia tunc potest illud tolli sine præiudicio identitatis partis illius, & poni alibi ubicunque. Sicut cum vna pars habet tumorem aliquem, vel superfluitatem, aut aliquas excrecentias, quia ista auferenda sunt, & poterunt supplere pro quacunque alia parte corporis. Translatio autem, quæ facit non manere identitatem partium, non erit, illa vero, quæ non tollit identitatem partium erit. Nam variatis partibus, variatur totum, sed in resurrectione erit necessario idem corpus, quod fuit viuens, ergo oportet, quod sint eadem partes, sed non poterunt esse eadem partes, si non sit eadem materia, ideo oportet, quod sit eadem materia, si quod tota materia, quæ fuit in oculo, sit postea in eodem oculo, & quicquid in pede, sit in pede ipso, & non in manu, quia alius pes non esset idem pes, & manus non esset eadem manus.

Aliqui autem putant, quod quicquid fuit caro in vna parte corporis ubicunque postea sit in toto corpore, dum tamen sit caro non differt, cum caro corporis humani ubicunque sit alteri carni est homogenea, & ita de materia ossium tibiæ dicunt, quod

poterit esse in ossibus capitis, quia os, & os homogenea sunt.

Sed dicendum, quod falsum est, quia nihil, quod fuit de necessitate tibiæ erit in capite, & ita de alijs membris, cum oporteat manere ista membra eadem, quæ prius, illa tamen sunt composita, & pars eorum est materia, ideo oportet redire eadem materiam. Si autem materia carnis capitis rediret ad carnem pedum, neque essent iidem pedes, qui prius, neque idem caput, & ideo nullius membri materia transibit ad alterum membrum, nisi sit superexcrecens illi, vel non de veritate nature eius, aut si sint partes accidentales corporis. Nam ibi potest materia vnius partis transire ad aliam. Vocantur autem partes accidentales ille, quæ licet vitales sint corpori, cum nihil in eo sit superuacuum, tamen non sunt de omnimoda necessitate, ut capilli, & quicunque pili corporis, partes tamen sunt corporis, quia continentur corpori, & de eo procedunt, & ita est de vnguibus, licet maior sit necessitas vnguium regulariter, quam pilorum. Unde sunt accidentales partes, quia variatis eis non variatur totum, sicut fieret variatis alijs partibus, ut capite, aut tibijs, & ideo istæ vocantur essentielles, & ob hoc licet, id quod non fuit in capillis, & vnguibus, ponatur ibi in resurrectione, non variabitur identitas resurgentijs. Quod tamen fiere facta variatione in alijs partibus, & ideo de illis partibus intellexit Aug. quando posuit exemplum de statua, & non partibus essentialibus. Quod patet, quia de istis expresse dixit, scilicet neque attinebit ad rei integritates vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues ad vnguem, an quicquid eorum perierat, id est capillorum, & vnguium mutetur in carnem, & in partes alias reuocetur. Sed ibi non dixit, quod aliud de capite mutaretur ad pedes, vel de vno membro in aliud.

Sed tunc dicitur, quid facit ad propositum exemplum, quod ponit Aug. de statua, quia ibi dicit manere statuam eandem, si tota materia redeat eadem, et si, id quod fuerat in vna parte, mutetur in aliam. Dicendum, quod aliquid facit ratio generaliter quantum ad omnes partes, sed non quantum ad accidentalem, de quibus ipse expresse locutus est. Et ratio conuenientie est, quia in statua eo modo, quo potest redire eadem, non consideratur identitas secundum formam, sed solum secundum materiam in quantum est quædam substantia, nam in quantum est habens formam artificialem, nunquam potest redire eadem statua, sed statua considerata secundum materiam, & totum vnum homogeneum, & non differt, quæ pars materie ad partem redeat, secus si debet redire eadem secundum formam, & quia homo in resurrectione non solum redit idem secundum materiam, sed etiam secundum formam, aut in eo mutatio materie de vna parte in aliam non est, aut sicut de vnguibus, & capillis: Quia licet non sint vngues homogenei ad capillos, neque ad alias partes corporis, tamen non sunt necessarii simpliciter ad integritatem, & consequenter eorum mutatio non tollit identitatem corporis. Nam si materia vnguium transeat in capillos, vel e contrario, neque manent iam iidem vngues, neque iidem capilli, quia etiam illi accipiunt identitatem ex materia, & tamen licet non sint iidem capilli, aut vngues, manebit idem homo, quod non fiet si non sit idem caput, aut idem pedes, & ideo ista similitudo de statua ad partes hominis magis est secundum proportionem, quam secundum similitudinem, aut conformitatem.

Cum autem obijciatur, quod cum caro, & caro sint homogenea non differt, quod transeat materia carnis capitis ad carnem pedum.

Dicendum, quod si, sicut caro est homogenea carni, ita

Quæ sunt partes accidentales corporis.

totus homo esset aliquid homogeneum, non differet, quod caro vnius partis esset in alia, & tamen corpus hominis non est homogeneum cum habeat partes diuersarum rationum, & quælibet pars habet identitatem ex sua materia, quæ si non maneret eadem non esset eadem pars, & tamen si caro capitis transferatur ad tibiæ, non manebit materia capitis, ergo non manebit idem caput, & tamen non existentibus eisdem partibus non erit idem totum, ergo non potest transire materia vnius partis corporis ad aliam, sed solum potest variari situs, ut scilicet materia, quæ fuit de carne superioris partis capitis, efficiatur materia carnis inferioris partis capitis, quæ est differentia solum situs, quæ non præiudicat identitati.

Aliud erat considerare quid sit decens, & dicendum, quod decens est, quod sicut seruatur identitas materie in partibus omnibus essentialibus, ita et seruatur identitas situs, & pertinet ad maiorem indentitatem, id hoc tenendum videtur, quod maneat omnes partes constantes ex eadem materia, ex qua prius, & secundum eundem situm, potissime cum nulla maior potestas, aut difficultas sit in reducendo materiam secundum eundem situm, quam in tenendo alium situm, & hoc verum est de partibus essentialibus, de accidentalibus etiam si non redeat eadem materia neque idem situs, & præcipue de situ, nihil differunt.

Ad primum argumentum in contrarium dici poterat, quod non se habet omnino visus ad oculum, sicut anima ad totum corpus, quia anima est forma corporis, & tamen visus. i. potentia visiva non est forma oculi, sed solum principium operationum in eo, ut dictum est præcedenti. Aliud dicitur, quod quantum ad hoc de quo agitur simile est. Nam non erit idem oculus, nisi sit eadem materia, sicut neque idem corpus si alia materia sit, & tamen tenet ratio ista in partibus organicis, non autem in partibus similibus, nam organice, & quæ etherogeneæ sunt exigunt eandem materiam, id est quod in oculo non sit, nisi materia, quæ fuit oculi, & sit illa tota, & ita de alijs, secus in partibus similibus, id est homogeneis, quæ sunt partes partium, ut caro, & os, nam ibi non est necesse redire materiam ad eandem partes, in quibus erat prius, quia potest variari situs.

Ad secundum dicendum, quod variatio materie facit diuersitatem numero quantum ad materiam partium essentialium, diuersitas autem situs, nunquam facit diuersitatem numero. Cum autem dicitur, quod si pulueres non redirent ad partes singulas, non reuerterentur ex eadem materia, ex qua prius, & ita non esset eadem numero. Dicendum est, quod verum est de partibus organicis, vel etherogeneis, ut de omnibus membris corporis humani, quia quodlibet ad alterum est etherogeneum, & est in se organicum etiam si non sit etherogeneum, ut pes ad pedem, manus ad manum, & de his necesse est, quod ad quodlibet membrum redeat materia sua, sed de partibus similibus etiam si non redeat ad illas materia sua, sunt eadem numero propter homogeneitatem, quia sola mutatio situs facta est ibi.

Ad tertium potest dici vno modo, quia etiam si partes corporis sint meritorie per actus sufficienter eis præmium daretur manentibus in sua identitate, nam non mutatur in eis materia, ita quod materia vnius membri transeat ad aliud, sed solum mutatur situs, & hoc non tollit identitatem membri, & sicut ipsa præmiabuntur. Nisi forte dicas, quod cum intra vnum membrum officiale sint multe partes similes, competet etiam illis meritum, vel demeritum, & consequenter præmium, & poena, & ita debent manere eadem, & tamen non manent si mutatur materia illarum, quod iam confitemur propter ipsarum homogeneitatem, ergo est inconueniens. Dicendum, quod

Alph. Tost. in Math. Pars VI.

etiam si singulis membris competeret aliquod præmium, non competeret vnquam partibus similibus. Et ratio est, quia competeret in quantum sunt instrumenta operationis, sed partes similes non sunt organa, sed partes organorum, & ideo non vocantur membra officialia, sed similia, partes autem simul recipient remunerationem cum toto, ideo etiam si cuilibet membro officiali competeret præmium aliquod distinctum, non oporteret, quod partibus eius similibus darentur præmia distincta, sed participant præmios totius, & sic ad istud sufficit, quod maneat tota materia cuiuslibet membri officialis, vel organum in ipso, licet partes materie varientur secundum situm.

Aliter dicendum, quod neque partibus similibus, neque etiam membris officialibus competit aliquod præmium, & ideo etiam si non rediret materia ad eadem membra, neque essent eadem membra numero, dum tamen posset esse idem corpus, non esset aliquod inconueniens. Ratio est, quia non debetur membris præmium, ergo non oportet redire eadem in resurrectione ad recipiendum præmium, vel poenam. Et est causa, quia præmium debetur merito, meritum est in operatione, operatio autem non est organum, sed operantis, iste autem est homo, id est homini debetur præmium, & poena, & non membris, immo neque toti corpori debetur præmium, vel poena, neque etiam est causa præcipua resurrectionis corporis in resurrectione, ut participet præmio, & poena, sicut participat operationibus, sed ut redeat homo, qui fuit operans, qui non potest redire idem numero, nisi redeat corpus suum, & ita mutatio materie quantum ad situm nihil impedit ad poenam, & præmium.

Alia duo argumenta ostendunt, quod variatio materie nullo modo faciat variationem totius, & quia hoc est falsum respondendum est ad ea. Ad primum dicendum, quod ut dictum est supra, artificiatum aliquando accipitur solum quantum ad materiam, scilicet ut est substantia quædam, aliquando quantum ad formam artificialem. Accipiendo secundo modo, nunquam artificiatum redit idem numero, quia non potest redire eadem forma. Accipiendo primo modo cum sit artificiatum substantia homogenea non differt de alteratione materie partium, id est quod non redeat ad eandem partes, vel situm, quia idem erit ipsum totum, cum eadem sit ibi ratio totius, & omnium partium inter se, & tamen naturalia etherogenea habent identitatem secundum materiam, & formam, & non est eadem ratio totius, & partium, neque vnius partis, & aliarum, ideo in eis requiritur, quod materia cuiuslibet partis etherogeneæ redeat ad eam.

Ad secundum est concedendum, quod si solum variatur situs partium materie in partibus similibus, non variantur partes, neque totum, quia est sola variatio secundum accidens. Si autem variaretur situs partium essentialium tolleretur identitas, vbi essent manus, vbi esset vterus, & oculi in dorso, & tanta variatio situs esse posset, quod non solum non esset idem corpus numero, sed etiam non pertineret iam ad humanam speciem, quia non posset vegetari, & regi ab anima humana.

An omnia membra corporis humani resurgunt in resurrectione. Quæst. CXXI.

Quæst. CXXI.

Quæst. CXXI. an omnia membra corporis humani resurgunt in resurrectione. Aliqui dicunt, quod non resurgunt omnia, quia remoto sine frustra reparantur ea, quæ ad finem sunt. Finis autem cuiuslibet membri est actus eius. Cum ergo nihil sit frustra in operibus Dei, & quorundam membrorum visus post resurrectionem non conueniat ho-

N 4 mi.

minibus, sicut est usus membrorum genitalium, quia in regno celorum non nubent, neque nubentur, ut patet supra in litera, & etiam membra ista non proderunt ad alium usum, quem hic habent. sed ad effusionem quarundam superfluitatum corporis liquidarum, ergo videtur, quod saltem genitalia non resurgent in viris, neque in feminis.

Secundo, quia videtur, quod non resurgent intestina, quia si resurgerent, aut essent plena, aut vacua, non quidem plena, quia tunc impuritatibus plena sunt, quæ digeruntur, & foras mittuntur, & ibi ad tempus continentur, sed tales impuritates, & feculentie non manebunt in patria, ergo non erunt intestina plena. Etiam non vacua, quia vacuū non datur in natura, ergo nullo modo resurgent, & sic quedam membra erunt, quæ non resurgent.

Tertio, quia corpora ad hoc videntur resumere in resurrectione, ut premiatur de operibus, quæ per ipsa gestimus, sed aliquod membrum est, cui non competit præmium, neque pena, ergo tale membrum non resurget, ut si alicui abscisa est manus propter furtum, qui postea poenitentiam agens saluatur, in illo enim non poterit membrum illud premiari, etiam si resumatur, quia nihil boni fecit, neque deseruiuit homini ad bonum, ut si semper malum fecit, neque etiam poterit puniri membrum illud, quia pena eius redundaret in penam hominis, ideo non resurget illud membrum, quia non competit ei pena, neque præmium, & sic aliqua membra erunt, quæ non resurgent.

Dicendum, quod omnia membra hominis resurgent, quia omnia illa sunt non solum de pulchritudine, sed etiam de integritate illius, nihil enim videtur minus pertinere ad veritatem naturæ humane, quam capilli, & ungues, & tamen ista resurgent, ut dicit Augustinus 22. lib. de civitate Dei, & Magister 4. Sent. ergo a fortiori resurgent cetera membra.

Secundo, quia omnia opera Dei sunt perfecta Deuteronomio 32. & tamen resurrectio fiet opere Dei, ideo perfectus reddetur homo in resurrectione, opera enim, quæ sunt pure miraculosa sunt perfectiora, quam ea, quæ pure naturaliter fiunt. Sic dicitur Ioh. 7. totum hominem sanum feci in sabbatho. id est sanitas illa supernaturaliter data est, ideo fuit plena potius, quam ea, quæ naturaliter in ducitur, & tamen resurrectio est operatio solius Dei, in qua non communicat ei natura, ideo erit perfectior, quam operatio naturalis, & tamen in generatione, quæ est naturalis producit homo perfectus ex omnibus membris suis, ergo a fortiori in resurrectione erit maior perfectio hominis, nulli igitur membrum deerit.

Tertio apparet, quod non solum in resurrectione erit idem corpus resurgens cum eo, quod præfuerat, sed et pulchrius erit, & potissime quantum ad beatos, & tamen si deessent aliqua membra, esset magna deformitas, ergo nulla deerunt.

Quarto patet, quia corpus debet perfecte correspondere animæ ad hoc, quod sit perfectum, cum instrumentum sit sua perfectio. si esse conveniens instrumentum animæ, & tamen non correspondebit ei perfecte si defuerit illi aliquod membrum, ergo omnia resurgent in eo, quæ nunc sunt. Quod patet, quia ut dicitur 2. de Anima, anima non solum se habet in habitu forme, & finis, sed etiam in habitu efficietis. Est enim comparatio animæ ad corpus, sicut artis ad artificiatum, ut dicitur 1. 3. de animalibus. Quicquid autem explicite in artificiato ostenditur, hoc totum implicite, & originaliter in ipsa arte continetur. si quantum ars est origo, & causa artificii, & etiam quia artificiatum habet partes, in quibus possunt explicari diversæ forme, vel partes eiusdem forme, & ideo quid-

quid est in artificiato est ibi explicite, ars vero est habitus simplex non habens partes, ideo cum ea, quæ sunt in artificiato sunt in arte, oportet quod sint in ea implicite. id est non sit una forma extra aliam, aut pars forme extra partem, sed in partibus artificiatorum explicatur pars forme extra partem propter quantitatem, & magnitudinem ipsorum, quam non habet ars, quæ est forma simplex in intellectu: & quia talis est comparatio animæ ad corpus, qualis artis ad artificiatum, oportet, quod quicquid explicite in corpore, & partibus eius apparet, hoc totum originaliter, & quodammodo implicite in ipsa anima contineatur. quia ab anima est multiplicitas organorum, & figurarum partium corporis, non enim esset corpus humanum habens tot partes, & talis figure, & complexionis, nisi anima hominis hoc exigeret, quæ in corpore esse non posset, nisi sic formatum, & ita multiplicitas partium corporis, & figurarum est ab anima originaliter. id est causaliter, quia ipsa est causa, ut corpus tale sit, & hoc est continere animam in se ista originaliter. De autem continere implicite, quæ cum anima sit simplex, & sit spiritus non potest in se continere diversitatem partium, & figure taliter, qualiter in corpore ostenditur, sed continet implicite. id est non partem extra partem, sed eo numero, quo causa continet causatum, quod est implicite quodammodo continere, sicut ergo artis opus non esset perfectum, si aliud deesset artificiato eorum, quæ ars continet, ita homo non posset esse perfectus, nisi totum, quod originaliter, & implicite in anima continetur, exterius in corpore explicaretur, neque etiam aliter posset corpus proportionaliter respondere animæ, cum aliquid esset ex parte animæ cui nihil corresponderet ex parte corporis.

Cum ergo oporteat in resurrectione corpus totaliter correspondere animæ, & esse ei plene subditum, quod ad dotem spiritualitatis pertinet, oportet, quod omnia membra perfecte habeat. Etiam quia resurrectio non competit corpori, nisi in habitu, quæ habet ad animam rationalem. quia eius est, & aliquid ea vivificatum fuit, ergo oportet quod respondeat ei secundum omnem modum habitudinis animæ ad corpus, sed non posset hoc esse, nisi corpus haberet omnia membra sua, secundum quæ correspondet aliquibus virtutibus, vel operationibus animæ, ideo oportet, quod omnia resurgent: etiam homo in resurrectione debet esse perfectus, cum resurgat ad consequendum suam ultimam perfectionem, & tamen perfectio corporis est ex membris eius, quia nullum est, quod non serviat alicui operationi, & non afferat aliquam pulchritudinem corpori, ideo omnia membra resurgent, cum nihil debeat deesse de pulchritudine, & integritate corporis.

Ad primum dicendum, quod Deus non facit aliquid frustra, & ideo si aliqua membra essent frustra in resurrectione non resurgerent, & tamen nullum erit frustra, ideo omnia resurgent. Circa, quod sciendum, quod membra possunt considerari dupliciter in comparatione ad animam. Vno modo secundum habitudinem materiam ad formam. Alio modo, ut instrumentum ad agens. eadem autem est comparatio totius corporis ad totam animam, & partium corporis ad partes animæ, ut dicitur 2. de Anima, sed corpus comparatur ad animam istis duobus modis, ergo & quodlibet membrum, quod est pars corporis habeat istas duas habitudines ad animam. Si autem membrum comparatur ad animam, ut ad formam, non erit finis eius operatio, sed magis perfectum esse speciei, quod in resurrectione acquiratur. Quod patet, quia anima, ut forma substantialis dat esse specificum, & sicut totum corpus recipit esse specificum ab illa, ita & quodlibet membrum recipit esse humanum non distincte,

etc.

sed ut est pars corporis, & tunc cum anima non sit ad operationem aliquam, sed solum ad informandum erit ista multiplicitas membrorum non ad diversitatem operationum, sed ad perfectionem, & integritatem efficiendi, & tamen integritas erit magis necessaria in resurrectione, quam nunc propter causas supra positas, ideo erit necessaria tota illa multiplicitas illorum in resurgentibus, etiam si nulla operatio illorum maneret. Si autem compararetur membrum ad animam, ut instrumentum ad agens, est tunc finis organorum ipsa operatio ipsorum, & ita videntur superflua esse membra illa, quibus nulla maneret operatio, quod verum est si omnis operatio cesset, & tamen non cessat, quia instrumentum habet duas operationes, unam, quæ est propria, quam exercet agens per illud, aliam, quæ est communis omnibus instrumentis, vel organis, & ista est, quod non solum servit instrumentum agenti ad operationem exercitam per illud, sed etiam ad manifestandum virtutem agentis. quia cum organa sint propter operationem inveniunt, quæ agens multa habet organa, quia habeat multas operationes. Et ideo licet quedam organa sint, quorum actus proprius non exercetur a resurgentibus, oportet illa manere, ut ostendatur multiplicitas virtutis eius, qui habet organa, quæ si non haberet manifestum esset, quod non haberet virtutem cuius actus per illa organa exercetur. Itaque quia multiplicitas ista organorum proderit ad ostensionem diuinæ sapientie, quæ condidit omnia hæc sapienter, & tamen manifestatio diuinæ perfectionis precipue queritur in operibus eius, ideo manebunt omnia membra in resurgentibus.

Ad secundum dicendum de intestinis, quod resurgent sicut & genitalia membra, quia vtraque fuerunt de integritate corporis humani, & non erunt vacua, quia hoc natura non patitur, sed erunt plena, non quidem immunditatis, & fecibus, sed quibusdam nobilibus humilitatibus, quæ sunt connaturales intestinis, ut semper in eis manent.

Ad tertium dicendum, quod omnia membra resurgent, etiam quæ abscisa sunt propter delicta. Argumentum autem non tenet, quia præsupponit falsum, præmium enim, & pena non debentur partibus corporis, neque ipsi corpori, immo neque animæ, sed homini, & anima non puniretur, nisi in quantum in ea servatur esse hominis, quo homo erat, quando operabatur bonum, vel malum. Ratio prædictorum est, quia præmium debetur merito, meritum autem est operatio, operatio vero est operantis, & non instrumenti, non enim sunt illi actus, per quos inveniunt proprie actus pedis, vel manus, sed actus hominis, sicut actus artis non sunt ipsius artis, quasi ei attribuantur, sed artificii attribuantur, ut Aristoteles dicit, & ideo recipiet homo præmium, vel penam post resurrectionem, sicut ipse meruit, vel demeruit, & non iuxta conditionem aliquarum operationum exercitarum per organa, unde ille, cui abscisum est membrum aliquod propter furtum, si postea poenitentiam agens saluatus est, meruit simpliciter vitam æternam, & totaliter gaudebit, neque recipiet penam in aliqua parte corporis, neque in illa, quæ abscisa est propter furtum, & in toto. Sic etiam de damnatis, qui multa bona per aliquas partes corporum suorum exercuerunt. Nam pro illis non erit aliquod refrigerium in membris illis, sed totus homo punietur, quia ipse homo, qui est totum quoddam peccator, & meruit in omnibus partibus suis puniri.

Sed dicitur, cum homo in resurrectione debeat

habere omnia membra integra quid fiet de illis, quibus abscisa sunt hic aliqua vel partes eorum?

Dicendum, quod in hoc nulla est difficultas, quia istud afferret difficultatem, si non posset resurgere, nisi cadauera, quæ manerent integra, usque ad diem resurrectionis, & tamen constat, quod solvantur corpora usque ad partes minutissimas etiam redeundo in elementa, & habebit resurrectio locum in illis eo, quod manet eadem materia tota, ergo ita erit in partibus abscisis, manet enim eadem materia partium illarum, & ubique terrarum manebunt partes illæ, vel materia illarum partium, fiet restitutio ad totum, sicut fiet restitutio partium, quæ per se dissolutæ fuerunt actione naturali, & corrumpente.

Sed dicitur quid fiet de illis qui caruerunt, dum viverent, quibusdam partibus corporum. scilicet non habuerunt eas ex vtero, vel non integras habuerunt, quia non erit materia, de qua restituantur ille partes?

Aliqui dicunt, quod isti resurgent cum illis defectibus partium. Et hoc primo, quia resurrectio est eius, quod cecidit iterata resurrectio, ut Damascenus ait, & tamen quæ nunquam fuit non poterit cadere, ideo non resurget cum non ceciderit, & tamen partes istæ, nunquam fuerunt ex casu dato, ergo non resurgent.

Secundo, quia in resurgentibus resurvat identitas ad eosdem, dum fuerunt viuentes, ista autem identitas est materie, & forme, sed hoc non potest esse quantum ad partes, quæ nunquam fuerunt. Nam quæ non fuit non habuit materiam, ideo non potuit restitui ex eadem materia. Etiam non erit identitas forme, quia forma est, quæ materiam perficit, ubi ergo non fuit materia, quæ perficeretur, non potuit esse forma perficiens illam, ergo non fiet restitutio eius, quod non habuerunt membra.

Tertio, quia in resurrectione non possumus aliquid concedere, quod tollat identitatem totius, aut partium, ut ostensum est supra, unde non solum non recipiet materia exterior ad formandum osculum, vel pedem hominis, sed etiam materia, quæ fuit in pede, non erit in capite in resurrectione, quia sic mutaretur identitas partium, ergo a fortiori illa materia, quæ nunquam fuit in corpore, non erit in resurrectione, quia magis ista tolleretur identitatem, & tamen si pars, quæ nunquam fuit deberet resurgere, oporteret constitui illam ex aliqua materia, quæ nunquam fuit hominis, vel ex materia aliarum partium, & utroque modo tollitur identitas, ut patet ex dictis. Ideo non resurgent tales partes.

Dicendum, quod in illis qui habuerunt hic partes deficientes, ut quia aliquo membro caruerunt totaliter, vel quia illud incompletum habuerunt resurgent membra omnia, & integra. Et hoc patet primo ex alio simili, nam dicimus, quod illi, qui fuerunt hic valde pusilli in statura non resurgent ibi tam pusilli, quia non erit illa deformitas, & ita oportet ibi suppleri de quantitate, quæ defuit, sic etiam in illis, qui propter mortem immaturam decesserunt in parva ætate, & habentes parva corpora, sicut puer unus diei. Nam manifestum est, quod isti maiora corpora habebunt in resurrectione, quam habuerunt, dum viverent, ut infra ostendetur, ergo oportet non suppleri, quod hic non fuit. Ita igitur in his, qui caruerunt aliquibus membris supplebitur, quod defuit.

Secundo, quia forte aliqui de electis fuerunt, qui tales defectus hic passi sunt, sed manifestum est, quod in electis non manebit aliquis defectus, neque deformitas, cum totius decoris plenitudinem habeant non solum naturalis, sed etiam gloriose, ergo non manebunt illi defectus in eis, & consequenter resurgent in eis partes, quas hic non habuerunt.

Tertio, quia omnia opera Dei sunt perfecta Deu-

tero.

In q 238.

tero. 12. opera autē nature licet sint Dei, tanq̄ primę cause, q̄a tamen sunt per naturalia agentia s̄m capacitate illorum, & exigentiam virtutis in agendo s̄nt interdum defectuosa, resurrectio autem est totaliter opus Dei, in quo nō vitur, neque communicat aliud agens, sed Deus totaliter agit ipsum, quod proprie vocatur resurrectio, ideo erit perfecta, & tamen nō esset perfecta, si opus factum per resurrectionem, quæ est quasi motus quidam non esset perfectum, ergo erunt perfecta ea, quæ resurgunt, sed non erūt corpora perfecta, si non habeant omnia membra, vt ostensum est supra, ergo omnia membra habebunt etiam si non habuerunt ea hic.

In q̄ 239.

Quarto, quia si corpora, quæ habuerunt hic defectus quarundam partium non resurgerent cum omnibus membris in resurrectione, aut fieret hoc, quia non poterat suscitans dare suscitato, nisi quod hic habuit, aut quia non decebat plus habere, aut quia quid quid plus haberet repugnaret identitati resurgentis, quæ per omnia seruanda est, & tamen nil istorum impedit, ergo nō resurgerent cum defectu partium illi, qui partibus hic caruerunt. De primo patet, nam generatio fuit opus nature, & propter defectum aliquarum causarum agentium, scilicet saltem illius, quæ materiam administrabat secus est defectus in genito, quia aliās natura intendit perfectionem, & per errorem, & impotentiam sequuntur isti defectus, resurrectio autem est opus solius Dei, in quo neque est error, neque impotentia, ergo non sequetur defectus in opere suo, scilicet in corporibus resurgentibus. Secundum non obstat, immo potius adiuvat, quia non solum non erit indecens si corpora resurgentium habeant aliquas partes, quas non habuerūt hic, sed potius erit indecentia, si carerent partibus quibus hic caruerunt, nam sicut hic propter illam carentiam vocabantur defectuosa, ita & post resurrectionē essent defectuosa, sed diminutum esse dicit indecentiam, ideo indecentia esset si talia manerent in resurrectione. Tertium non obstat, quia licet suppleatur, quod hic defuit, non sit variatio partium, neque totius, vt infra dicitur in solutione augmentorum, ergo nihil obstat, quin resurgant partes illę, quę hic defuerunt.

In q̄ 239.

Quinto quantum ad principale, quia anima non habet corpus correspondens, si quidquid est in anima originaliter, & implicite non inuenitur in corpore explicite, vt declaratum est supra, & tamen tota multiplicitas membrorum, quæ inuenitur in quolibet homine originaliter est in qualibet anima, & omnes anime sunt quantum ad hoc equales, ergo oportet, q̄ ad hoc, quod anima perfecte correspondens habeat corpus, q̄ quodlibet corpus habeat in resurrectione omnia membra, quæ habet cętera corpora hūana, & hoc est magis necessarium in resurrectione, q̄ nunc, quia nunc non est corpus totaliter subditum aīę, & iō sequuntur corruptiones multe in corpore. In resurrectione autē erunt corpora subdita plene aīabus saltem in beatis, quia hoc significat corpora esse tunc ipūlia, & subūlia, quæ est dos corporum beatorum, ergo necesse est, q̄ ibi perfecte respondeant corpora aīabus, sed non respondebunt perfecte, si non habebunt omnia mēbra corporis humani, ergo habebit illa ibi, etiam si hic non habuerunt. Sexto patet, quia hō ordinatur ad consequendum perfectionem suam vltimam, quæ est totum bonū eius, & ista licet se teneat principaliter ex parte anime, aliquo mō tñ se tenet ex parte corporis, & quod ex parte corporis est partim pōt haberi naturaliter, & partim non, quod dico p̄p̄ dotes corporis, quę sunt perfectiones corporis, & in nō hñtur in presenti, neque naturaliter, oportet autē, q̄ ad hoc, q̄ hō non frustreretur sine iuo, q̄ aliquā attingat

perfectionem, ad q̄ ordinatur, & istam perfectionem, siue naturalem, siue supernaturalem nō habet hō hic semper, & ob hoc damus aliam vitam, ad q̄ venit per resurrectionem, s̄ vt in illa possit hō consequi vltimā perfectionē suam, & sic q̄ in hac vita maneat aliquis hō imperfectus, & diminutus naturam, q̄ se tenent ex parte corporis non est inconueniens, quia non iste status est perfectionis, cum per istam veniat ad aliam vitam: q̄ tñ post resurrectionem vbi est status perfectionis, vel cōsummationis, quia illa vita nō ordinatur ad aliam, maneat aliquis imperfectus quantum ad ea, quę naturalia sunt, s̄ quę sunt corporis inconueniens valde est, & iō oportet dici, q̄ omnes resurgant perfecti quantum ad corpora, siue beati, siue damnati suppletis omnibus membris, quæ eis hic defuerunt, licet de damnatis quantum ad conditionem corporum ipsorum infra magis dicitur.

Ad primum in contrarium dicendum, q̄ cum dicimus resurrectio est eius, quod cecidit iterata eius resurrectio, ly eius supponit pro homine, siue pro toto, nā qui cecidit homo fuit, & ideo idem homo resurgit. Et patet, quia proprie accipiendo ibi cadere non dicitur aliud cadere, nisi homo, nō. n. cadunt partes hoīs, quia casus iste per mortem, ideo illud cadit, quod moritur, sed nihil moritur de hoīe, sed solus homo, partes enim hoīs non pñt mori, quia non viuunt perse, iō idem hō debet resurgere, partium autē identitas in resurrectione non queritur, nisi p̄p̄ identitatem totius, sed non tollitur identitas totius suppleto eo, quod deerat, vt infra dicitur, ergo nō obstat ad resurrectionem, q̄ id quod nō fuit resurgat, quia cū resurrectio competat homini, qui est totum, & ipse debet esse perfectus ex conditione resurrectionis cum ad hoc resurgamus, vt perfecti efficiamur, debet hō resurgere cū tota p̄fectione corporis ēt si illud nō habuit hic.

Ad secundum dicendum, q̄ resurget idem numero, licet habeat nūc partes, quas nunquam habuit, & ista identitas est secundum formam, licet secundum materiam sit, vel non sit idem.

Pro quo sciendum, q̄ in resurgentibus quarit idē numero. I. q̄ ipse, qui resurgit, sit ipse qui prius erat, & quia ad identitatem totius facit identitas partium, requiritur, q̄ non sint alię partes, quam ille, quæ præferunt, & tñ, q̄ partes, quæ nūc præferunt, suppleant sine quibus hō esse potuit prius nō tollit identitatem eius, ideo resurget cum partibus, quas nō habuit prius. Et dicendum de hominis, q̄ ipsemet est idem numero, qui prius fuit, de partibus autē dicendū, q̄ sunt eadē secundum formam. s̄ quia per formam totius sunt cum eadē sit forma substantialis totius, & partis, quia non ponimus plures formas substantiales eiusdē rei. De materia autem dicendum, q̄ pōt esse eadem, quæ præfuit in toto, vel alia.

Ad quod considerandum, q̄ interdū est in homine in aliquibus partibus eius aliquid de materia, quæ non pertinet ad veritatē nature illius partis, vt tumores, vel excrementa, & talis materia poterit accipi ad supplendum defectum cuiuscunque alterius partis, sic aut id, quod est de vna parte, non transit in aliam, neque variatur identitas partium, cū illud, quod supfluum erat non dicatur esse de veritate illius partis. Si autem sit aliquid de veritate vnius partis, id est sit illi conueniens non accipitur ad supplendum id, quod defuit. Sed tunc dicendum, q̄ supplebitur de alia materia extranea, quæ non fuit vnquam illius corporis humani, vel saltem non erat de illo, quādo homo defecit, facile enim est tunc accipere materiam de quacunque re corruptibili voluent ad supplendum defectum hominis. Cum autem dicimus, q̄ illa pars non sit eadem, dicendum, quod eam si non esset aliquo modo

modo eadem, dum tamen non variaret identitatem resurgentis poterat concedi esse in toto, illę autem solę partes, quæ tollunt identitatem totius negantur esse in resurrectione, sed ea, quę adueniunt de nouo non mutant identitatem, ideo suppletio talium partium, ēt si omnino essent alię non mutaret identitatē resurgentis, & tñ dicendum, q̄ non sunt omnino alię, quia sunt eadē in forma, s̄ non, q̄ habeant formam, quā prius habuerunt, quia nullam habuerunt cum nulla præfuerit, sed q̄ sint per formam totius, quia animant illę partes, & informantur ab anima resurgentis, quæ sola est forma ipsius substantialis. Quantum ad materiam vero, q̄ illa præferit in toto, vel accipitur de foris, non differt ad identitatem resurgentis.

Ad tertium dicendum, q̄ suppletio partium non tollit identitatem resurgentis, & si tolleretur esset neganda, cum hoc sit summe necessarium in resurrectione, s̄ seruare identitatem resurgentium. Sed dicendum, q̄ duo sunt, quæ tollunt identitatem partium. Vnum est si pro illis partibus, quæ præfuerunt in corpore acciperetur alia materia de nouo ad illas formandum non recipiendo illam, quæ præfuit, & tunc non esset idem oculus, qui prius, neque eadem manus, & ita de alijs, & consequenter, neque idem homo. Secundum est si materia vnius partis tranferatur ad aliam, licet non recipiatur aliquid de foris, vt si, id quod fuit in manu, mureretur ad pedē, & ē contratio, quia tunc, neque erit idem pes, neque eadē manus, quia identitas illorum est ex materia sua, & nunc non habent materiam, quam prius, ideo habent diuersitatem numeralem, & consequenter totum non manet idem, & tamen si, id quod nunquam præfuit caufetur non sit diuersitas, & ideo si quis non habuit prius manus, & in resurrectione illas recipiat non tollitur identitas, sed erit idem numero, sicut si aliquis esset natus sine manibus, & Deus miraculose daret ei nunc manus non diceremus eum fieri alium hoīem numero, sed eundem. Ratio dñę istorū est, quia aliter, & dñā p̄supponunt existentiam extremi orū actuale, vel aliqui fuisset, & iō si nūc habeat quis oculū, & in resurrectione ex alia materia restituat oculus, erit alius oculus, quia ille præfuit aliqui, & non erat iste, qui nūc est, & tñ qñ de nouo p̄ducit manus, q̄ nō præfuit nō efficit hō alius, quia neque istas manus est alia, eo q̄ nō præfuit aliqua manus, a quo ista differat, vel sit alia, si n. aduentus, vel suppletio manus, q̄ nō p̄fuit tolleretur identitatem, continuo fieret hō alius, & alius numero cum augetur accipiendo aliud intus, & habet nouam quantitatem, q̄ prius nō hēbat in qualibet parte. Fiet ergo suppletio partium, quæ non præfuerunt prius in resurrectione, & earum, quæ non erant integre, & non erit in hoc aliquod inconueniens.

An in resurrectione omnes redibunt humiditates, quæ fuerunt in corpore, & eadem numero. Quest. CCLXI.

Quæ resurget in resurrectione redibunt oēs humiditates, quæ præfuerunt in corpore, & eadē numero. Aliqui dñt, q̄ non, quia dñ i. Cor. 15. c. caro, & sanguis regnū Dei non possidebunt, sed sanguis est præcipuus humor, ergo non erit in beatis resurgentibus, qui regnū Dei possidebant, & multo minus in alijs, quia q̄cunque corporis p̄fectionē habebūt magis beati, q̄ damnati. Secundo, quia humores manent in corpore p̄ continuā restaurationē deperditi, sit. n. resolutio sem̄p̄ de corpore humano per actionem p̄rietatis, & id quod de carne resoluitur, & deperdit, restaurat de humoribus istis, sed post resurrectionē nulla deperditio fiet, ergo corpus non resurget cū humoribus. Tertio, quia illud, quod est in via generationis

in corpore humano, nōdū est ab aīa rōnali p̄fectum, sed humores sunt in via generationis adhuc, q̄a sunt in potentia caro, & os, ergo nondum sunt perfecti aīa rōnali, sed corpus humanum non hēt habitudinē ad resurrectionē, nisi s̄m, q̄ est perfectū aīa rōnali. Quod patet, quia solum assumit in resurrectione, quod præfuit in vita, ergo humores non resurgent in hoīe. Alij dñt, q̄ humores resurgent, quia illud, quod est de cōstitutione corporis humani resurget cum corpore resurgat, sed humores sunt de cōstitutione corporis humani, q̄a vt dicit Aug. corpus constat ex membris officialibus, officialia ex similibus, similia ex humoribus, ergo humores resurgent in corpore. Et hō. Quia resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi i. Cor. 15. c. in Christo tñ resurrexit sanguis. Quod patet, quia in sacramento conuertit vñū in sanguinē Christi, quod non posset fieri si Christus non hēret nunc sanguinem, ergo resurget sanguis in nobis, & consequenter alij humores, quia oēs hñt eandē habitudinem ad corpus. Dicendum, q̄ cum in resurrectione resumatur corpus, & idē corpus, necesse est, q̄ oīs, quę sunt de integritate corporis resurgant, quia aliās non esset idē corpus, & iō si aliqua humiditas in corpore est de integritate eius, illa resurget, quęcunque aut nō est de eius integritate non resurget. Circa quod sciendum, q̄ in homine est triplex humiditas. Prima, q̄ est in recedendo a perfectione indiuidui, duę alię pertinent ad indiuiduum. De prima dicendum, q̄ subdividitur, quia quædam est in via corruptionis, & a natura abijcitur, sicut vrina, stercus, & quęcunque feces per quascūque partes corporis, siue emunctoria euitant. Nam ista talia sunt, quę si non emitterentur foras putrescerent in corpore, & corrumpere illud, & ita est omnis sanies, & apostema. Alia humiditas abijcitur nō, tanq̄ mala, neque in via corruptionis existēs, sed tanq̄ ad aliud ordinata, non quidem respectu ipsius indiuidui, sed alterius, & hoc interdum ad cōseruationem speciei, sicut semen, quod est humiditas ordinata ad generationem, interdum aut ad cōseruationem indiuidui alterius per cibum, vel nutritionem, & sic est lac. De his omnibus humiditatibus dicendum, q̄ non resurget, nam prima est imperfecta, & corrupta, & hęc abijcitur, iō a fortiori erit ibi abiecta. Secunda non est imperfecta simpliciter, tñ quia ordinat ad generationem, & nutritionem, quæ non manebunt in patria, vel post resurrectionem non erit in resurgentibus. Secunda humiditas præcipua est, quæ ad indiuiduum pertinet, & tñ nondum peruenit ad vltimam perfectionem, q̄ natura operatur in indiuiduo, sed est ad illam ordinata a natura. Et hęc subdividitur, quia quędam harum est, quę licet nondum transierit in naturam indiuidui, habet tñ aliquam formam determinatam, secundum quam continetur inter partes corporis, sicut sanguis, alię tres humores, s̄ cholera, phlegma, melācholia, quos natura ordinat ad mēbra corporis, quæ generantur ex illis, & licet sint ordinati ad partium generationem, & restorationem, & quārum ad hoc videantur esse in via, quædam tñ hñt formas determinatas, per quas manent, sicut, & alię partes corporis, iō resurgent cum alijs partibus corporis, licet ipsi humores non sint partes corporis, quia non habent cōtinnitatem aliquam cum corpore, sed sunt intra corpus. Alia humiditas est, quæ pertinet ad indiuiduum, & nondum transiit ad eius vltimam perfectionem, sicut & præcedens, & tñ est in via transeundi de forma in formā, s̄ de forma humoris in formam membri, & ista non habet determinatam cōsistentiam, sicut quatuor humores supra positi. Vnde non habet determinatam formam, secundum q̄ talis maneat, sed est solua in via transeundi de forma in formam

formam, talis autem humiditas non resurget. Et ratio est, quia post resurrectionem singule partes corporis stabilientur in suis formis, ut non transeat aliqua in alia, quia ibi cessabit omnis transmutatio alteratiua generatiua, & corruptiua, ideo non resurget ibi illa humiditas, quæ est in ipso actu transeundi de forma in formam. Hæc autem humiditas subdividitur, quia potest accipi in duplici statu, scilicet vel secundum, quod est in principio transmutationis, & sic vocatur ros, quia est ad modum rosis, & est illa humiditas, quæ est in foraminibus paruarum venarum. Vel accipitur secundum, quod est in maiori progressu transmutationis, & incipit iam de albari, & sic vocatur cambium, neutra autem istarum humiditatum resurget.

Tertium genus humiditatis est, quod etiam pertinet ad individuum, & iam peruenit ad ultimam perfectionem, quam natura intendit in corpore individui, & ista est dealbata iam, & incorporata membris, & vocatur gluten, quia agglutinatur, id est coniungitur membro, & est de substantia membri. Ista autem non distinguitur a membro, & ideo magis deberet poni, ut aliquid membri, quam humiditas, & tamen connumeratur aliis humiditatibus, ut distinguatur triplex status humiditatis, quæ ordinatur ad transeundum. In corpore autem humiditas, quæ transit, aut est in principio transumptionis, & sic vocatur ros, aut est in medio, & vocatur cambium, aut est in fine, & vocatur gluten, & ista est iam incorporata, & definit esse humiditas, & incipit esse membri pars, sed connumeratur alijs humiditatibus in quantum peruenit ad finem, ad quem ordinantur humiditates, scilicet ad transeundum in substantiam membri. Ex dictis autem apparet, quod de omnibus modis humiditatum corporis nullæ manebunt, nisi quatuor humores, & glutin, quod est in fine transumptionis in membrum, isti enim erunt in resurgentibus.

Ad primum in contrarium dicendum, quod sanguis non accipitur ibi pro sanguine, ut est humor, quia si proprie acciperetur isti termini non solum sanguis non resurgeret, sed etiam, neque homo, cum dicatur caro, & sanguis, & tamen si caro non resurgit non resurget homo, cum corpus hominis sit ex carnibus, & ossibus, & requiritur identitas corporis ad identitatem hominis resurgentis. Dicendum igitur, quod accipitur caro, & sanguis figurate, & aliquando accipiuntur pro homine. Sic dixit Christus supra 16. ad Petrum. Caro, & sanguis non reuelauit tibi, id est non reuelauit aliquis homo. Aliquando accipitur caro, & sanguis pro corruptione aliqua, ad quam inclinatur caro, & sanguis, vel pro apparitione, quæ est ex illis, etiam si mala non sit, & ita omnis operatio animalis vite, scilicet cibum, & potum sumere, dormire, & venereis qualitercunque uti dicuntur opera carnis, & sanguinis. Et ita accepit Apostolus in verbis illis, Caro, & sanguis non possidebunt regnum Dei. homines dediti peccatis, & corruptioni, ad quam inclinatur caro, & sanguis. Et ita exponit Augustinus in epistola ad Contentium, dicens, quod caro, & sanguis accipitur ibi pro corruptione, quæ dominatur nunc in carne, & in sanguine. Et patet hoc, quia subditur ibi in verbis Apostoli, neque corruptio possidebit incorruptionem. Vel potest accipi pro actibus, qui sunt de conditione carnis, & sanguinis, & pertinent ad vitam animale, non ibunt nomines ad regnum Dei cum istis actibus. quoniam ibi erunt non exercebunt istos actus, quia in regno celorum, neque nubent, neque nubentur, sicut dictum est a Christo supra in litera. tamen & sanguis, & caro proprie accipiendos, quia sunt de veritate, & integritate nature resurgentis in corpore.

Ad secundum dicendum, quod manebunt humores

in corporibus resurgentium, licet non maneant ad eundem finem, ad quem hic, sed ad restorationem deperditi, sed ad alium, sicut dictum est supra, quod manebunt in resurgentibus membra genitalia, non tam ad aliquem usum, ad quem hic seruiunt, sed ad retinendam integritatem nature, & ostendendam perfectionem virtutis organice, ita humores licet non maneant ad restorationem deperditi, manebunt ad integritatem humane nature reparandam, & ad ostensionem virtutis naturalis.

Ad tertium dicendum, quod non resurgit, nisi quod aliquo modo perficitur ab anima, humores autem aliquo modo ab anima perficiuntur. Et cum dicunt, quod sunt in via ad generationem partium, dicendum quod humiditates, quæ totaliter sunt in via transeundi de forma in formam, non resurgent, aliæ vero, quæ habent aliquam consistentiam, resurgent. Sic enim dicimus, quod elementa sunt in via generationis respectu corporum mixtorum, quia sunt eorum materia, non autem, quod semper sunt in actu transeundi in corpora mixta, ita autem quatuor humores se habent ad membra, ut materia illorum, & ita sunt in via generationis illorum, & transeundi in illa, & ideo licet elementa sint materia mixtorum corporum modo supradicto, nihilominus inter partes vniuersi habent formas determinatas, ratione quarum sunt de perfectione vniuersi, sicut corpora mixta, ita & humores quatuor licet sint materia membrorum sunt de perfectione corporis humani, sicut & aliæ partes propriæ suas formas determinatas, licet non perueniant ad tantam perfectionem, sicut aliæ partes corporis. Nam neque elementa licet sint partes vniuersi propter suas formas sunt tam perfecta, sicut mixta, quia non habent æquales formas in perfectione, sicut mixta, & sicut omnes partes vniuersi accipiunt a Deo perfectionem non equaliter, sed vnaqueque secundum suum modum, ita & omnia, quæ sunt de veritate, aut integritate humane nature perficiuntur ab anima, licet non equaliter. Sic enim perficiuntur humores, non tamen, ita perfecte, sicut partes corporis, id est membra, quia membra sunt animata, & viuunt, humores autem non animantur, neque viuunt, aliquam tamen perfectionem consequuntur ab anima, sed illa est minor, quolibet gradu vite, & tamen non potest dici nulla, quia si nulla essent putrescerent, & corrumpentur humores in corpore, sicut foris emilli corrumpuntur, vel sicut manentes in corpore post animæ separationem putrescunt, & tamen manente anima mouentur illi in corpore, & non corrumpuntur, ergo necesse est, quod aliquam perfectionem ab anima suscipiant.

Ad alia duo argumenta, quæ simpliciter ostendere volunt manere humores in corpore respondendum est. Ad primum dicendum, quod non est verum, quod omnia, quæ sunt de constitutione corporis, manebunt in corpore, sed solum illa, quæ iam transierunt in corpus, vel habent formas determinatas in natura, per quas maneant, & connumerentur alijs partibus corporis. Nam ros, & cambium sunt humiditates, quæ pertinent ad constitutionem corporis, & propinquius se habent ad corpus, quam sanguis, & alij tres humores, cum ros, & cambium sint in transeundo in carnem, & ossa, sanguis autem, & alij humores non sunt in actu transeundi, & tamen sanguis, & alij tres manent, ros autem, & cambium non manent. Ratio differentie est, quia quatuor humores habent formas determinatas, secundum quas competit eis consistentia, & connumerantur alijs partibus corporis, ros autem, & cambium, quia sunt in transeundo non habent formas determinatas, secundum quas connumerentur partibus

Caro, & sanguis quo in scriptura solet accipi.

partibus corporis, ideo non possunt manere in resurgentibus.

Ad secundum dicendum, quod verum est, quod sanguis manet in Christo resurgente, & omnes quatuor humores, & ita in nobis erit, non tamen manebunt omnia genera humiditatum, ut dictum est supra.

An capilli, & vngues resurgent in homine. Quæst. CCLXI.

Quæritur an capilli, & vngues resurgent in homine.

Aliqui dicunt, quod non, quia sicut capilli, & vngues generantur ex superfluo ciborum, ita vrina, & sudor, & feces, & sanies, & huiusmodi, sed ista non resurgunt in corpore, ut dictum est precedenti quæ. ergo, neque vngues, & capilli resurgent.

Secundo, quia inter omnes superfluitates, quæ gignuntur ex superfluo cibi maxime accedit ad nature veritatem semen, quod est superfluum non simpliciter, sed quo indiget ad conseruationem nature per generationem, & tamen semen non manebit in resurgentibus, ut dictum est precedenti quæ. ergo a fortiori non manebunt capilli, & vngues. Tertio, quia nihil est perfectum anima rationali, quod non sit perfectum anima sensibili, sed capilli, & vngues non sunt perfecti anima sensibili, quia eis non sentimus, i. per eos, ut dicitur de Anima. cum ergo corpus humanum non resurgat, nisi ut est perfectum anima rationali, sequitur quod capilli, & vngues non resurgent.

Dicendum, quod capilli, & vngues resurgent in corporibus. Et patet primo, quia dicitur Luc. 21. c. capillus de capite vestro non peribit, & tamen ea, quæ non resurgunt, pereunt, ergo capilli resurgent. Etiam supra 10. c. dixit Christus ad discipulos: Capilli vestri numerati sunt, & tamen enumeratio signat magnam diligentiam, non autem esset diligentia nimia, si illi permitterentur perire, & non resumerentur in resurrectione, ergo resurgent. Secundo, quia capilli, & vngues sunt dati homini in ornatum, & tamen omnia corpora præcipue electorum resurgent cum omni ornatu, quem habuerunt, & cum maiori, ergo capilli resurgent, & vngues. Circa hoc considerandum, quod anima se habet ad corpus animatum, & ad partes eius, sicut ars ad sua instrumenta, & ideo quodlibet corpus animatum organicum dicitur, & ipsa anima dicitur actus corporis physici organici 2. de Anima. Ars autem habet duplicia instrumenta, quædam de prima intentione, ut sunt quibusdam instrumentis ad operis sui executionem, sicut fistulis, & musica, & citharis, & alijs vasis musicis. Et ista sunt de prima intentione artis, eo quod directe ordinantur ad actum, quem intendit ars, vni autem alijs instrumentis non ad exercitium actus sui, sed ad conseruationem principalium instrumentorum, sicut ars militaris utitur gladio ad bellum, & vagina ad gladij conseruationem, ita etiam in partibus corporis animati quædam partes ordinantur directe ad operationes anime exequendas, sicut cor, epar, manus, pes, & similia, quædam autem sunt partes solè ad conseruationem istarum partium, sicut & in alijs rebus naturalibus, nam in arboribus folia sunt ad operimentum fructuum, & defensionem, & non sunt, id quod natura intendit producere ex arbore, ita a fortiori in homine cum partes eius operatiue sint preciosiores, quam partes arboris, & fructus eius, erunt aliæ conseruatiue partium operatiuarum, & ita est de vnguib, & capillis, quia ad conseruationem aliarum partium sunt, & sunt de secunda intentione nature iste partes in homine, sed quia intantum est aliud de perfectione hominis, & integritate in quantum est ab

anima intentum, sed anima habet capillos, & vngues, ut partes corporis de secunda intentione sua, ergo resurgent capilli, & vngues, quasi ad aliquam hominis perfectionem pertinentes, licet non ad primam.

Ad primum in contrarium dicendum, quod non differt vnde aliquid generetur, sed ad quem finem a natura ordinetur, & ideo licet hæc omnia gignantur ex cibo, quædam ordinantur a natura ad retinendum, alia vero ad ea emittendum, & eorum, quæ retinent quædam sunt de principali intentione nature, quædam vero de secundaria. Ista autem, de quibus arguitur ordinantur ad ea emittendum, quia sunt feces non adiuvantes naturam, sed impediens, ideo non manent. Secus autem de capillis, & vnguib, quia illi ordinantur a natura ad manendum in corpore, licet sint de intentione secundaria nature. Et si dicatur, quod capilli, & vngues gignantur ex superfluitatibus, dicendum, quod ille superfluitates non abijciuntur a natura, sed seruantur ad gignendum ex eis capillos, & vngues, qui sunt nature multum utiles.

Ad secundum dicendum, quod licet semen non sit aliquid quod abijciatur a natura, ordinatur tamen ab ea ad conseruationem ipsius individui, in quo est, scilicet ad generationem alterius, in resurrectione autem vnum individuum non ordinabitur ad alterum gignendum, quia iam non erit copulatio per generationem, ideo non manebit semen, sed manebunt ea, quæ pertinent ad cuiuslibet individui conseruationem in seipso, sic autem sunt capilli, & vngues, ideo resurgent.

Ad tertium dicendum, quod capilli perficiuntur ab anima, & rationali quidem, & ideo resurgent, oia enim, quæ in corpore sunt, nisi ea, quæ abijciuntur, perficiuntur ab anima, feces enim, vrina, sudor, & sanies in corpore sunt, sed non perficiuntur ab anima, eo quod abijciuntur a natura. Et si contingeret diu manere ipsa magis corrumpentur, & inficerent, atque corrumpent corpus, quod non facerent si ab anima perficerentur, quia tunc seruarietur in aliqua certa harmonia ad alia, quæ sunt in corpore, & non inficerent illa, de ceteris autem constat, quod perficiuntur ab anima, ut carnes, & ossa, & humores, scilicet ista, quæ gignantur ad manendum, quæ autem gignantur ad emittendum, quantumcunque in se bona sint, non perficiuntur ab anima, ut semen, & lac, nam ista non sunt mala, ut feces, vrina, sterces, & sudor, sed sunt bona, & electa a natura, cum proficiant ad rem bonam, id est ad gignendum, & ad nutriendum, & tam, quia non ordinantur ad manendum eodem individuo, cuius sunt non perficiuntur ab anima eius, sed solum virtute anime eius perfecta, & bona gignantur. Primo patet, quia si perficerentur ab anima, haberent inclinationem ad manendum vbi perfectionem recipiunt, & non esset eis appetitus ad exeundum, quia nil mouetur naturaliter ad id, quod est sibi inconueniens, & tamen semen, & lac valde pulsant ad exitum, & si cum vtrunque in viro, & femina fuerit multiplicatum, non emittitur aliquo modo, causat magnas molestias, & tristitias ei, in quo est, etiam si diu maneant ista multiplicata in viro, & femina, & non emittantur, vel aliis resoluantur, & euaporent, gignant morbos, & ipsa corrumpuntur, & putrescunt, & tamen si perficerentur ab anima non corrumpentur, neque corrumpent alia, quæ sunt in corpore manendo in eo. Secundum est, quod ab anima gignantur ista perfecta, nam semen quandam naturalem bonitatem habet, cum electum sit ad gignendum, & lac magnam bonitatem, cum sit optimum nutrimentum, & istam bonitatem accipiunt ab anima individui, in quo gignantur, quia illa regulat hæc, & ita recipiunt perfectionem ab ea in fieri, sed non conuertantur in factum esse, quia non ordinantur ad

ad manedum, sed ad emittendum, vitiâ autem, feces, sudor, & sanies non recipiunt aliquam perfectionem ab anima, neque in fieri, neque in facto esse, & ideo, neque conseruantur in corpore, neque ordinantur a natura ad aliquid boni, sicut semen, & lac, sed solum ad corruptionem, id est quia corruptiones quedam sunt, abijciuntur penitus a natura.

Ex quo sequitur, quod omnia, quæ manent in corpore perficiuntur ab anima duplici perfectione, scilicet perfectione generationis, vt bona sint, & perfectione conseruationis, id est vt in aliqua vitiâ sint corpori, quia aliter non manerent in corpore, sed corrumperebantur manendo, & corrumperebant alia, & ideo cum capilli, & vngues gignantur in corpore, & maneant in eo, necesse est, qd perficiantur ab anima.

Sciendum autem, quod cum omnia, quæ in corpore manent perficiantur ab anima, quod triplex gradus perfectionis est. Vnus est, quo aliqua perficitur recipiendo motum quendam, & proportionem in qualitatibus suis ad res, quæ viuunt, scilicet vt eis conueniant, & tamen eis non participatur aliquis gradus vitæ. Alius est gradus vitæ primus quo aliqua nutritur, & augentur. Tertius est, quo iam aliqua habent secundum gradum vitæ, vt sentiant, & isti gradus se habent ascendendo, primus, & minimus gradus est quatuor humorum, nam illi non viuunt, neque nutriuntur, & augmentantur, sed multiplicatio sua est per iuxta positionem per continuam generationem eorum ex cibo, sicut est generatio aquæ, & ignis aeris, & terræ, quæ tamen non nutriuntur, neque augentur.

Secundus gradus est capillorum, & vnguium, & omnium ossium. Nam manifestum est capillos augeri, & consequenter nutriri, quia quocumque res augetur nutritur, sed non conuertitur, & idem fit in vnguibus, qui augentur per intus susceptionem, & istud est opus animæ vegetatiuæ. De ossibus idem est, quia omnia ossa augentur, quia alias infans non efficeretur maior, quam quando gignitur, sed ista non sentiunt, quia neque per capillos, neque per vngues, neque per ossa nuda sentimus sensu tactus, qui est communis sensus. Tertius gradus est carnis, & omnium membrorum corporis, quæ sunt composita ex carnibus, & ossibus, quia illis competit sentire tangendo, & cuiusque competit gradus tertius competit secundus, & primus, & cui competit secundus competit primus. Quartus autem gradus erat, quæ possit anima dare, scilicet perfectionem rationalitatis cum ipsa sit rationalis, sicut est sensitiua, & vegetatiua, sed istum gradum nulli membro communicat, quia non communicat ei membrum aliquod in actu intelligendi, scilicet quia nullum membrum est intelligens. Etiam per nullum membrum, vel organum exercet anima actum intelligendi licet præsupponat actum organorum, scilicet susceptionem speciei materialis, quæ fit per organa, & ex speciebus istis, vel phantasmatibus receptis gignantur species intelligibiles per actum abstrahendi intellectus agentis, & tamen, neque abstrahendo illa, neque actus intelligendi sequens fit ab intellectu per aliquod organum, sed pure per seipsum sine organo, ideo anima quantum ad actum intelligendi, & volendi dicitur esse absoluta à corpore. Nullum ergo organum, vel pars corporis perficitur hac perfectione, sed homo participat perfectione hac, quia ipse est intelligens, & rationalis, eo qd pars sua est anima rationalis, cuius potentia est intellectus, per quam ipse intelligit.

Nunc autem dicendum, qd capilli, & vngues perficiuntur ab anima in gradu secundo perfectionis, & ideo est dicendum, qd ab anima rationali perficiuntur. Nam in homine est vnica forma substantialis, quæ est

anima rationalis, ideo necesse est, qd quidquid perficitur ab ea perficiatur, vnde non solum capilli, & vngues, qui habent secundum gradum perfectionis, sed etiam quatuor humores, qui sunt in primo gradu, perficiuntur ab anima rationali in homine, quia nulla alia est ibi. Cum autem obijciatur, qd non perficiuntur capilli ab anima sensitiua, ergo neque a rationali: Conceditur consequentia, & negatur antecedens. Sed dicendum, qd in homine tam ab anima sensitiua, quam a rationali perficiuntur capilli, quia capilli perficiuntur ab anima hominis, vt ostensum est, Sed illa est vnica, & ipsamet est sensitiua, & rationalis, & vegetatiua, ergo capilli perficiuntur ab anima sensitiua, & rationali. Cui autem dicimus, quod capillis non sentimus gradus, quod aliud est perfici ab anima sensitiua, & aliquid perfici in gradu sentiendi, verum est autem, quod capilli ab anima sensitiua perficiuntur, sed non ad gradum sentiendi cum anima habeat plures gradus, quibus perfectionem suam communicat. Nam si hoc modo argueretur, scilicet hoc non sentit, ergo non perficitur anima sensitiua, teneret hæc consequentia, scilicet istud non rationatur, neque sentit, neque augetur, vel nutritur, qui sunt omnes actus animæ rationalis sensitiuæ vegetatiuæ, ergo nulla anima perficitur, & tamen non tenet consequentia ista, quia verum est, qd sanguis, & humores non sentiunt, non augentur, neque nutriuntur, neque habent aliquem actum alicuius gradus animæ, & tamen perficiuntur ab anima, quia alias non possent manere in corpore, quin statim corrumperebantur, & inficerent omnia, sicut est de vitiâ, fecibus, & sanie, vt ostensum est supra. Etiam teneret ista consequentia, nullum membrum corporis rationatur, ergo nullum perficitur anima rationali, & tamen falsum est consequens, quia omnia membra corporis humani perficiuntur anima rationali, cui nulla alia fit ibi, & tamen nullum rationatur.

Sed sciendum, qd ista consequentia secunda procedit tenendo vnitatem forme substantialis in quolibet composito, quia tunc ab anima rationali perficiuntur omnia membra corporis humani. Si quis tamen teneat pluralitatem formarum, consequentia valebit apud eum, & concedet etiam conueniens, scilicet qd nullum membrum hominis perficitur anima rationali, sed omnia perficiuntur anima vegetatiua, & sensitiua, quas ipsi distinctas ponunt a rationali in homine, & tunc contra istos procedit consequentia prima de humoribus, qui a nulla anima videntur perfici cum nullus animæ actum habeant, & tamen constat, qd ab anima perficiuntur, ita ergo dicendum, qd licet capilli, & vngues non perficiantur ab anima vique ad gradum sentiendi perficiuntur tamen ab anima sensitiua, & rationali, quæ eadem est in homine.

Ex quo sequitur, qd debet poni, qd capilli, & vngues resurgant. Nam equaliter perficiuntur capilli, & vngues ab anima, sicut ossa, scilicet in gradu secundo, qui est augeri, & nutriri, vt dictum est, & tamen ossa resurgunt in corpore humano, ergo etiam capilli, & vngues resurgunt.

Quæstio. CCLIIII. An totum quicquid fuit in corpore de veritate nature humane existens in ipso resurgat.

Quæstio. CCLIIII. An totum quicquid fuit in corpore de veritate nature humane existens resurgat in ipso. Aliqui dicunt, qd non, quia cibum conuertitur in veritatem nature humane, sed aliqui carnes sumuntur in cibum, si ergo resurgit quicquid fuit de veritate nature humane resurgit carnes bouis, quod est in eo

mentis,

ueniens. Secundo, quia costa Adæ fuit de veritate nature in ipso, sicut costa nostra in nobis est de veritate nature viti, sed costa Adæ non resurget in Adam, sed in Eua, quia aliâs Eua non resurgeret, quæ de illa costa fuit formata, ergo non resurget in homine quicquid fuit de veritate nature in eo.

Tertio, quia non est possibile, qd idem numero resurgat in diuersis hominibus, sed potest esse aliquid, quod fuerit de veritate nature in diuersis hominibus, sicut si aliquis carnibus humanis vescatur, quæ transeat in substantiam eius, ergo non resurget in homine quicquid fuit in ipso de veritate nature.

Sed aliqui ad hoc dicunt, qd non est de veritate nature humane quicquid est in carnibus comestis, & tunc aliud potest resurgere in comedente, scilicet id quod fuit in carnibus illis, & non erat de veritate nature humane comestis, quod vero fuit de veritate nature humane in comestis carnibus resurget in eo cuius carnes fuerunt, & ita non est inconueniens.

Sed obijciatur, quia maxime videtur esse de veritate nature humane, id quod a parentibus trahitur, sed si aliquis non comedens, nisi carnes humanas filium generet, oportet qd illud, quod filius trahit a parentibus fuerit de carnibus aliorum hominum, quas pater suus comedit, quia semen est de superfluo alimenti, vt Aristoteli probat 9 libro de animalibus, ergo istud, quod est de veritate nature humane in puero isto, fuit de veritate nature humane in alijs hominibus, quorum carnes pater suus comedit.

Sed poterit dici, qd qui comedit carnes aliorum hominum, comedit, id quod erat de veritate humane nature, & aliquid, quod non erat de veritate humane nature, id vero, quod erat de veritate humane nature non transit in semen, sed quod non erat de veritate nature humane alterius, vñ non erit inconueniens. Sed obijciatur, qd aliquis solus cibetur embryonibus, quia possibile est, in embryonibus autem nihil esse videtur, nisi quod est de veritate humane nature, quia totum, quod est in eis trahitur a parentibus, si ergo superfuitas cibi conuertitur in semen, oportet qd illud, quod fuit de veritate nature in embryonibus sit de veritate nature in puero cibato ex illis, & genito ab eo, qui talibus cibabatur, & tamen embryones pertinent ad resurrectionem, id est ipsi resurgent si animam rationalem habuerunt, ergo idem posset in duobus resurgere, & deberet, & tunc non potest idem resurgere in duobus, ergo non resurgit in quolibet, id quod est de veritate nature eius. Alij dicunt, qd quicquid fuit in aliquo homine de veritate nature humane eius resurget in eo. Nam quicquid fuit in aliquo de veritate nature humane fuit perfectum ab anima rationali, vt ostensum est precedenti q. & tamen corpus humanum ob hoc habet ordinem ad resurrectionem, quia fuit anima rationali perfectum, ergo quicquid fuit de veritate nature humane in aliquo resurget in eo. Secundo, quia si a corpore humano subtrahatur aliquid, quod fuit de veritate humane nature in eo, manebit corpus imperfectum, & tamen omnis imperfectio tolleretur in resurrectione præcipue ab electis, quibus promissum est Luc. 21. qd capillus de capite eorum non peribit, ergo id quod fuit de veritate humane nature in quolibet, resurget in eo.

Dicendum, quod ista quaestio habet duas difficultates. Prima est qd sit de veritate nature humane in aliquo. Secunda est an totum illud, quod de veritate esse ponitur, resurgat in homine.

Circa primum dicendum, quod accipiendo proprie esse de veritate nature humane nihil aliud est, quam esse informatum forma humana. Vñ quod-

Quid sit esse de veritate nature humane.

que enim, sicut se habet ad esse, ita se habet ad veritatem, quia omne ens est verum cum conuertatur, & quantum habet qualibet res de entitate, tantum habet de veritate. Vnde illa res vera dicitur, quia ita se habet, vt videtur cognitori in actu. Nam verum per respectum ad intellectum dicitur cum veritas sit conformitas signi ad signatum, & ita licet veritas non compleatur per relationem ad intellectum, tamen origo eius est ex re, quia Aristoteli dicitur ab eo, qd res est, vel non, dicitur quia vera, vel falsa. Et ob hoc dicitur Auicenna, qd veritas vniuersaliusque rei est proprietas sui esse, quod stabilitum est ei, & dicitur proprietas ipsius esse, quia ex esse sequitur veritas, & secundum, qd res habet proprium, & determinatum esse, ita veritas alia est vniuersalius rei, & alia alterius. Et hoc, siue in quantum se habet res ad intellectum, siue in quantum se habet ad naturam suam. Nam alia prædicata sunt vera de vna re, & alia de altera. Et hoc secundum proprietatem rei cuiuslibet, & hoc quantum ad intellectum. Quantum ad naturam vero dicitur veritas proprietas ipsius esse, quia quodlibet indiuiduum est sub aliqua natura, & in quantum habet illud omnia, quæ ad naturam illam pertinent, dicitur habere veritatem nature illius, & ita proprietas esse vniuersaliusque, id est qd qualibet res habeat proprie esse nature sue, quod est sibi stabilitum, id est in quo res illa firmatur, & per quod est, & non competit sibi per intellectum, est veritas eius, & quoniam esse in omnibus generibus determinatur à forma illius generis, vel speciei, illud habet verum esse alicuius speciei, quod informat formam illius speciei, & sic dicimus esse aliquod verum aurum, quod habet formam auri a qua est esse auri, & dicemus aliquid esse de veritate nature humane, quod informat formam humanam, vel pertinet ad naturam, quæ determinatur per formam, quod dicitur pro tanto, quia anima est de veritate nature humane, sed non informat formam humanam, cui ipsa sit forma etiam propria passio, & omnes passionis, vel conditiones humane sunt de veritate nature humane, sed non informantur forma humana, ideo illud est intelligendum de materia, vel partibus materialibus. Accipiendo autem de omnibus generaliter dicitur, qd illud est de veritate nature humane, quod proprie pertinet ad esse nature humane, siue pertineat, vt forma, siue vt materia, siue vt conditio aliqua. Hoc supposito dicendum, qd triplex est opinio de veritate nature humane. Quidam dicunt, qd nihil incipit esse de nouo de veritate nature humane, sed quicquid nunc, vel aliquando pertinet ad veritatem humane nature totum fuit in institutione humane nature de veritate eius, & quia natura humana cepit esse in vno supposito, id est in Adam, qui solus formatus est, dicitur, qd in illo fuit totum, quod est nunc de veritate nature humane, & dicunt, qd hoc per se ipsum multiplicatur, vt ex eo possit decidi semen a generante, ex quo filius generetur, in quo etiam illa pars decisa multiplicatur, & ad perfectam quantitatem peruenit per augmentum, vt intelligatur sic, qd cum Deus formauit Adam totum, quod in eo tunc fuit antequam cibum aliquem lumeret, erat de veritate nature humane, statim autem ablata est ei costa, de qua formata est Eua, & illa costa erat tota de veritate humane nature, quia nihil ei aduenerat per nutrimentum cum nondum Adam sumpsisset cibum, quando ablata est ei costa, reliquum autem, quod accreuit Adæ, & Eue ex nutrimento, dicunt non fuisse de veritate nature humane: & cum Adam, & Eua genuerunt primogenitum suum Cain, fuit ex femine genitus, & illud non erat de superfluo alimenti, vt illi asserunt, sed de veritate nature humane, id est substantialiter de illa carne, quam creauit Deus in Adam, &

triplex opinio de veritate nature humane.

triplex opinio de veritate nature humane.

triplex opinio de veritate nature humane.

triplex opinio de veritate nature humane.

Sensus communis est communis.

Anima per nullum organum exercet actum intelligendi.

Anima rationalis est vnica forma substantialis in homine.

de illa particula dicunt, quod per seipsam postea augmentata est, ut veniret ad illam quantitatem, ad quam venit Cain, & non augmentabatur per intus susceptionem admixtis partibus nutrimenti, ita ut ex his, & illis efficeretur maius, quod prius erat paruum: nutriebatur tamen Cain, sed illud, quod per nutrimentum veniebat, non faciebat augmentationem, sicut nos afferimus, sed illud solum, quod fuit substantialiter semē per seipsam augebatur ad illam magnitudinē, cibus autem sumptus secundum istos pertinebat ad nutritionem, sed non ad augmentationem, & illud quod adueniebat ex cibo non efficiebatur de veritate naturę humanę, & de isto, quod erat de veritate humanę naturę in Cain ipse decidit semē, & genuit filios suos, & ita fuit de tota multiplicitudine naturę humanę per omnia hæc indiuidua, ita ut dicit, quod totum, quod est nunc in omnibus hominibus, secundum quod habent suas determinatas magnitudines fuit substantialiter in Adam, & non fuit additum aliud ad illud, quod in Adam erat, sed solum, quod ipsam in seipso augmentatum est, illud vero, quod aduenit per nutrimentum, licet videatur habere formam carnis, & sanguinis, dicunt, quod non pertinet ad veritatem naturę humanę.

Secunda positio est, quod aliquid incipit esse de nouo de veritate naturę humanę in aliquo, & hoc etiam tertia positio tenet, & tamen in modo ponēdi differunt. Isti de secunda opinione dicunt, quod aliud aduenit de nouo, quod efficitur de veritate naturę humanę tam quantum ad speciem, quam quantum ad indiuiduum, & istud prius fuit alię naturę, & per naturalem transmutationem alimenti in corpus humanum incipit esse de veritate naturę humanę, & potest pertinere ad speciem, vel indiuiduum, ad speciem quidem si sumatur cibus, & conuertatur in carnem, & semen, & de semine illo gignatur alius homo, nam illud incipit esse de veritate humanę in alio indiuiduo, & non in eo, in quo conuersum est, & dicitur pertinere ad speciem, quia non accessit ipsi indiuiduo, sed alteri, per quam deriuationem conseruatur species, aliquando accessit indiuiduo, ut quando cibus per nutritionem conuertitur in substantiam comedētis. Sed dicunt isti, quod quidquid de nouo incipit esse de veritate naturę humanę respectu speciei est primo de veritate naturę humanę respectu indiuidui, dicunt, quod non est primo, sed secundario de veritate naturę humanę, & quasi per accidens. Ratio huius est, quia isti ponunt de veritate humanę naturę primo, & principaliter consistit in humido radicali, ex quo fit prima compositio humani corporis, quod vero conuertitur de alimento in veram carnem, & sanguinem non est principaliter de veritate naturę humanę illius indiuidui, sed secundario, cum de veritate eius principaliter fuerit, id quod a parentibus traxit in semine, & tamē, id quod est secundario, & minus principaliter de veritate naturę humanę in vno indiuiduo potest esse in alio principaliter de veritate naturę humanę, quod ex semine illius generatur. Nam semen dicunt esse superfluum alimenti cum admixtione alicuius, quod est de veritate humanę naturę primo in generante, ut aliqui volunt. Vel sine admixtione eius, ut alij dicunt, & ita id, quod fuit in vno nutrimentale efficitur in alio humidum radicale. Est enim humidum radicale substantia illa, quam fetus trahit ex parentibus. Et vocatur radicale, quia radix est, & fundamentum corporis, ex eo enim formatur corpus. Quæ autem postea adueniunt non formant corpus, sed accrescunt præexistentibus. Humidum vero dicitur, quia tota materia corporis humani habet quandam determi-

Quid sit humidum radicale.

natam proportionem humiditatis, sine qua anima non posset informare illam materiam. Humidum nutrimentale dicunt substantiam adueniētem ex nutrimento. Quidam autem istorum ponunt, quod cum semine, quod est de superfluo alimenti deriuatur aliud, quod fuit principaliter de veritate humanę naturę in generante, scilicet de humido radicali eius, quod traxit a parentibus, & tunc, id quod fuit in vno principaliter de veritate naturę humanę etiā est in alio principaliter.

Alij dicunt, quod non deriuatur cum semine aliquid de humido radicali generantis, sed de humido nutrimentali, & istud fuit secundario de veritate humanę naturę in generante, & est principaliter de veritate humanę naturę in genito, cum efficitur illi humidum nutrimentale. Si autem poneretur, quod solum semen deciditur, & non deciditur cum eo aliqua particula substantiæ generantis esset principaliter de veritate humanę naturę in genito, quod nullo modo fuit de veritate humanę naturę in generante, nam semen non est pars substantię gignentis, quia tunc informaretur ab anima, & perficeretur, & maneret, & tamen ordinatur a natura ad abijciendum, & si diu maneret in corpore putresceret, ut ostensum est præcedenti quæstione. Ergo non est pars hominis, neque est de veritate naturę in aliquo principaliter, neque minus principaliter, & tamen non afferitur communiter, quod de solo semine generato ex superfluo alimenti fiat generatio, sed melius est, quod aliud ei addatur.

Tertia opinio est, quod aliquid incipiat de nouo esse de veritate naturę humanę tam secundum speciem, quam in indiuiduo, & in vtroque principaliter, scilicet quia, sicut illud, ex quo formatur corpus fetus est in eo de veritate naturę humanę principaliter, quia est in eo humidum radicale, ita & in aliquo indiuiduo incipit esse aliquid principaliter de veritate naturę humanę, immo quod non sit ista distinctio, scilicet esse aliquid principaliter magis, & aliquid minus principaliter de veritate naturę humanę, sed quod totum quidquid est de veritate humanę naturę sit equaliter de ipsa veritate naturę humanę, quia ista distinctio fundatur super distinctionem humidi radicalis, & nutrimentalis, & quod humidum, quod est semel radicale sit semper radicale, & quod semel nutrimentale semper nutrimentale, quia ad hoc requireretur, quod maneret in corpore aliqua vna particula signata eadem existens per totam vitam. Et tamen isti dicunt, quod non oportet manere aliquam vnam particulam significatam per totam vitam, quia fluunt, & ressuunt. Sed dicunt, quod quælibet pars signata in corpore quandiu manet semper est eadem secundum materiam. Et ita etiam dicunt, quod non differunt humidum nutrimentale, & radicale ex parte principij, sed ex parte termini. Ex parte principij est, ut dicatur radicale humidum illud, quod ex semine generatum est, radicale vero, quod generatur ex cibo, quia non manet ista distinctio semper, cum partes humidi radicalis, & nutrimentalis indifferenter resoluuntur per actionem naturalem, & succedant aliæ loco earum distinctę. Ex parte termini est, ut dicatur humidum radicale, id quod peruenit ad hoc per actum nutritiue, & generatiue virtutis, ut efficiatur materia prima ex qua formetur corpus, siue sit semen illud de eo, quod fuit humidum radicale in gignente, siue de eo, quod fuit solum humidum nutrimentale. Vocatur humidum radicale, quia est origo prima materialis corporis formati, humidum nutrimentale vocatur, id quod non peruenit

ad

ad hunc terminum, ut per actum generatiue efficiatur materia prima formans aliquod corpus genitum, sed manet in nutrimento.

Nunc verò inquirendum est quomodo secundum quamlibet istarum positionum respondeatur ad quæstionē, id est qualiter maneat veritas naturę in resurgentibus.

Et dicendum quod iuxta primam positionem deberet dici, quod in resurgentibus esset totum, quod in eis fuit de veritate naturę humanę, & nil aliud, licet hic dum viuunt aliquid in eis sit, quod non est de veritate naturę humanę, & quidquid necessarium est ad consistentiam corporum, saluatur per multitudinem, quam isti ponunt; semen enim, quod decidit Adam ad generationem Cain, sufficit ad formationem corporis eius, & ipsam postea in seipso multiplicatum est, ut perueniret ad tantam magnitudinem, quanta fuit Cain in summo sui augmenti: & ex eodem quid in eo erat de veritate naturę humanę genuit filios alios, & sic per viam multiplicationis saluabunt quantamcunque magnitudinem cuiuslibet indiuidui, etiam ex pauco semine. Etiam saluabunt multitudinem indiuiduorum quantalibet illa sit, nā eū cōcedatur per seipsum multiplicari id, quod est de veritate naturę humanę non magis differt parum quam multum multiplicari.

Sed tunc dicitur si id, quod de veritate naturę humanę est, totum trahitur in semine, & parte, ipsum multiplicatur, ad quid est, quod aduenit per nutrimentum?

Dicunt isti, quod non est ad augmentum cum id, quod est de veritate naturę per seipsum multiplicetur, neque est ad restaurationem deperditi quasi aliquid de nutrimento subintraret loco aliarum partium de perditarum, quæ erant de veritate humanę, quia tunc aliquid, quod non fuit à principio de veritate naturę humanę, esset postea de veritate naturę, quod isti negant.

Sed isti dicunt, quod id, quod de veritate naturę humanę est semper manet idem, & nil de illo consumitur, licet possit consumi: nam & si aliquid de eo consumeretur etiam non ponerent loco eius subintrare particulas aliquas nutrimenti, quæ non fuerint prius de veritate naturę: sed ipsum, quod fuit a principio de veritate naturę per seipsum multiplicaretur, & suppleret defectum illarum partium resolutarum.

Dicunt ergo quod id, quod ex nutrimento aduenit est ad conseruationem eius, quod est de veritate naturę, ut consumptioni eius resistat impediendo illam, sicut quando plumbum adiungimus auro ad liquefactionem, non quidem quasi aliquid de plumbum conuertatur in aurum, sed ut per liquefactionem nil consumatur de auro, sed consumatur plumbum, & illud impedit consumptionem auri, vnde si calor naturalis non ageret continuè in corpore resoluendo non esset necessitas alimenti in homine secundum istos, non quia oportet poni aliquid resistens consumptioni, cum nulla esset ibi consumptio.

Ex hoc sequitur, quod iuxta istam positionem non erit in resurgentibus nisi id, quod fuit de veritate naturę humanę, quod in semine ministratum est. Et ratio est, quia non est ponendum nisi id, quod necessarium est, pro resurrectione autem oportet poni, quod sint iidem resurgentes, qui fuerunt viuentes, & quod sint eiusdem quantitatis vel maioris secundum conuenientiam staturæ quam accipient homines in resurrectione, tamen hæc saluantur per id solum, quod fuit de veritate naturę sine eo, quod generatur ex alimento, quia id, quod fuit hic de veritate redibit ibidem, & sic sufficit ad identitatem. Etiam

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

per illud peruenient ad determinatam quantitatem competentem statui resurgentium. Nam hic ipsum paruum existens in semine per seipsum multiplicatum est, ut perueniret ad tantam magnitudinem quantam hic homo habuit: ergo ibi etiam ad eandem, vel maiorem sufficet. Et cum hic non ponant id, quod generatur ex nutrimento pertinere ad augmentationem, a fortiori neque ibi concedent, & quia hic solum concedunt alimentum esse necessarium propter resistere consumptioni: ibi autem nulla erit, quia in resurgentibus reparabitur natura in sua perfectione, ita ut calor naturalis non agat tunc ad consumptionem humidi naturalis, ideo non erit necessarium aliud de eo, quod per nutritionem generatum est: sed resurget solum id, quod fuit de veritate naturę id est quod in semine decedum est, & illud totum erit ibi.

Sed dicendum, quod isti in modo ponendi resurrectionem fieri quantum ad id, quod de veritate humanę naturę erit in resurgentibus non erant in quantum loquuntur consequenter ad positionem suam, sed erant per fundamentum suum falsum, quod ponunt de modo augmentationis, & nutritionis factę in homine. Hæc enim positio irrationalis videtur ex duobus scilicet ex parte eius, quod augetur, & ex parte alimenti, quod aduenit, non enim potest fieri augmentum nisi secundum hoc, quod materia, quæ primo erat terminata sub paruis dimensionibus, postea ad maiores dimensiones perducat. Hoc autem non potest fieri, nisi dupliciter. Vno modo quod tantum sit de materia sub paruis dimensionibus quantum sub magnis, & talis mutatio de paruo in magnum sit necesse per rarefactionem, densum enim, & rarum per hoc differunt, quod in raro est parum de materia sub magis dimensionibus, & in denso est multum de materia sub paruis dimensionibus, ut patet. 4. Phys. Alio modo poterat fieri augmentatio, quod plus de materia sit sub magnis dimensionibus quam sub paruis. Hoc autem non potest fieri nisi dupliciter, scilicet quod materia quæ nunquam fuit creata a Deo, & incipiat esse in isto augmentato. Vel quod id, quod erat materia alterius corporis efficiatur materia huius transmutato illo corpore in istud. Et ita dicit Augustinus. li. 10. super Gen. ad literam, quod nihil est absurdius quam putare aliquod esse corpus, quod manente naturæ suæ quantitate vndique crescat nisi rarefcat, augmentum tamen corporis humani constat, quod non fit per rarefactionem. Etiam non fit per additionem materiæ de nouo creatæ: quia materiam omnium rerum creauit Deus simul, ut dicunt sancti Doctores. Restat igitur solum, quod fiat augmentum humani corporis per hoc, quod additur huic corpori materia, quæ suberat formæ alterius corporis, illo corpore in corpus humanum secundum veritatem conuerso, & hoc est nutrimentum, quod fit, scilicet, ut cibus, qui est alterum corpus, per alterationem virtutis vegetatiuæ conuertatur in corpus alitum, & trāseat per maiores partes, quam fuit deperditum, quod est augmentum.

Sed quia probatio illa procedit ex illo dicto Augustini: dicunt quidam, quod non est sic accipiendum, sed quod Augustinus arguat ibi de communi modo augmentationis rerum, potest tamen esse alius modus augmentationis specialis, siue qui cōpetat homini naturaliter, siue ex miraculo, & ita poterit corpus hominis augeri non addita quantitate alieni corporis conuersi in ipsum. Secundò dicunt, quod sunt attendenda verba Augustini. dicit enim nil absurdius esset quam quod aliquod corpus esset quod manente suæ naturæ quantitate vndique crescat nisi rarefcat. Per hoc quod dicitur naturæ suæ quantitate, dicunt

Dupliciter potest fieri augmentatio.

O ipsi

ipſi quod eſt ſenſus quod corpus manens in ſua quantitate, ita quod quantitas eius non ſit augmentata, neque per additionem, neque per multitudinem non creſcit niſi per rarefactionem: & tamē facta multiplicatōne eius, quod præexiſtebat non manet quantitas naturæ ſuæ: & licet creſcit etiam ſi non rareſcat.

Sed dicendum, quod prima deſenſio eorum non ſtat, quia ſi Auguſtinus loqueretur de modo cōmuni augmentatōnis, & præſupponeret eſſe alium ſpecialeſ modum augmentatōnis corporis, vel etiam ſi Auguſtinus non præſupponeret, eſſet tamen ſic in veritate, non procederet probatio Auguſtini ibi contra Tertullianum. Tenebat enim Tertullianus quod anima creſcebat, ſed non poterat minui: & quod creſcebat quantum creſcit corpus humanum: & Auguſtinus per illam probationem procedit contra eum, unde ſi eſſet iſte modus augmenti communis omnibus animantibus, & corpori humano competeret alius ſpecialis, non procederet probatio Auguſtini, quod dicitur Tertullianus, quod erat alius modus, quo poſſet anima creſcere, & non rareſcere non aduenire materia aliqua ab extra mutato aliquo corpore in ipſum, poſſibile, quia ſi pro corpore humano poteſt poni modus ſpecialis augmenti, a fortiori poterit poni pro anima ſpecialis, immo ſpecialior, quia minus conuenit anima hominis cum corporibus aliorum animalium, quam corpus hominis cum corporibus eorū, ergo modus quo anima humana augetur, erit magis diſſimilis modo communi augmenti corporū aliorum animalium quam modus augmenti corporis humani.

Secunda eorum deſenſio non tenet, quia cum augmentum proprie ſit quantitatis non poteſt intelligi, quod corpus creſcat, & maneat eius quantitas ſecundum eandem dimenſionem, ſed oportet intelligi cum dicit manentē quantitate naturæ ſuæ, vt nulla quantitas adijciatur, quæ ſit eiſdem naturæ, ſicut aurum coniungitur auro, & ita in omnibus homogeneis, quæ ſunt maiora per iuxta poſitionem quantitatis eiſdem naturæ. Vel quod addatur quantitas, quæ non ſit eiſdem naturæ ſicut cibus aduenit carni, unde per hoc, quod dicit manente naturæ ſuæ quantitate non remouetur niſi additio ſimilis rei in natura per modos dictos ſcilicet manente quantitate naturæ ſuæ id eſt non addita ei aliqua quantitate. Si enim Auguſtinus per hoc intēderet remouere multitudinem eiſdem quantitatis per ſeipſam, vt illi intelligunt, nihil valeret probatio Auguſtini, quia Tertullianus cōcederet dictum Auguſtini ſcilicet quod anima creſcebat, & non per additionem quantitatis alienæ neque per rarefactionem, ſed per multitudinem poſſet augeri, multo probabilius poſſet de anima hoc dici ſi ipſa poneretur eſſe aliquid corporeum, ſicut aliqui voluerūt quod ſic augetur, quod licet anima eſſet aliquid corporeum eſſet ſpiritualius quam ipſum corpus, cuius eſt, & ideo competeret ei modus augmenti ſpiritualior, ſed augeri corpus humanum per multitudinem eius ſecundum ſeipſum non adueniente aliquo ab extra ſpiritualior modus augmenti quam augeri per additionem quantitatis alieni corporis, ergo magis conueniret iſtud augmentum animæ quam corpori, & ita probatio Auguſtini non valeret. Ad hoc igitur, quod valeat, oportet ſupponi, quod non ſit alius modus augmentatōnis niſi per aduentum alienæ quantitatis.

Sicut autem oſtenſa eſt inconueniens poſitio iſta ex parte cibi aduenientis, ita eſt inconueniens ex parte eius, cui aduenit, & eſt illud quod augetur, quia ſi ſumptio alimenti non erit per ſe intenta à natura, ſed per accidens ſcilicet, vt alicui nociuo incurrit id eſt,

calori naturali digerenti. Sed hoc eſt falſum, quia calor naturalis conuertens eſt ad tranſmutatē cibi. Si autem cōuerſio illa per ſe non eſſet intenta a natura eſſet calor ſuperuacuus, qui ad hoc ſeruit, & ita ponerentur multa ſuperflua in opere Dei, quod eſt abſurdum, cum etiam natura nihil ſuperfluum habeat, quia illud repugnaret recto ordini vniuerſi, vt dicitur. 12. Metaphy. in fine, & tamen hoc dato ponerentur iſta duo ſuperuacua ſcilicet calor naturalis, & cibi ſumptio, Nam ponunt, quod non ſumitur cibus niſi ad reſiſtendum calori naturali, neque conſumat id, quod eſt de veritate naturæ humanæ, & calor conuertens ponitur propter cibi aduentum, ergo ordinatius fuiſſet vtrumque tollere ſcilicet, vt non eſſet calor naturalis conuertens, qui poſſet conſumere humidum naturale, neque eſſet cibus, qui adueniret ad reſiſtendum illi calori, ſed id, quod eſt de veritate humanæ naturæ ſine illo calore conuertente, & ſine cibo adueniente per ſeipſum multiplicaretur, vt perueniret ad hanc quantitatem, ad quam nunc peruenit, & tamen tam calor naturalis conuertens, quam cibus adueniens ſunt in natura ex opere Dei, & nullo modo eſſent ſi non eſſent de intentione naturæ, ſi cibus conſumptus non eſt ad cōuertendum in ſubſtantiam aliti per maiores partes, & ad reſtaurandum quod deperditum eſt. Ergo non ſit augmentatio ſicut iſti ponunt.

Sed iſtam ſuſtinentes poſitionem ponunt tres modos ad defendendum illam, quorum quilibet eſt inconueniens, ſicut & iſta poſitio.

Quidam enim dicunt, quod talis augmentatio ſit miraculoſe per diuinam operationem, ſicut & panes euangelici multiplicati ſunt Io. 6. c.

Sed iſtud eſt valde abſurdum. Primo, quia opus naturæ conuertunt in miraculum, & eſt magnum inconueniens, & conſuſio actionum, quia ſicut artis actio non eſt eadem cum actione naturæ, ita neque actio miraculoſa, ſed gignere augeri nutriti eſt naturale, ergo modus augmenti erit naturalis.

Et ſi dicatur: quod tota augmentatio ſit ſupernaturalis ſequentur multa inconuenientia.

Primum, quod natura deſicit in neceſſarijs. Nam naturale eſt genito habere proprias operationes, quas exercere non poteſt niſi habens determinata inſtrumenta non ſolum quantum ad figuram, ſed etiam quantum ad magnitudinem, & vigorem, ergo eſt naturale genito peruenire ad illam magnitudinem. Si autem natura non poſſet deducere eum ad illam magnitudinem, deſicet natura in neceſſarijs, ſed hoc eſt inconueniens, ergo natura poteſt facere augmentatōnem, & ſic non erit ſupernaturale.

Secundo, quia anima vegetatiua non eſt minoris virtutis in homine quam in bruto: ſed manifeſtum eſt, quod in bruto per virtutem vegetatiuam ſit nutritio, & augmentatio conuertendo alienum corpus in corpus bruti, & addendo quantitati præexiſtenti nouam quantitatem, ergo in homine per virtutem vegetatiuam ſit augmentatio, & ita non augebitur quantitas ſe per ſeipſam multiplicando.

Tertio, quia nos videmus eadem in homine quæ in bruto. Nam in bruto naſcitur fetus minoris quantitatis, & indiget cibo, & illi accipit, per quē efficitur maioris quantitatis, & reſtauratur deperditum in eo, ſed in homine nos videmus, quod naſcitur minoris quantitatis quam poſtea ſit, & etiam cibo indiget, & accipit illum ſicut bruta, & reſtauratur, & deperditionem videmus fieri in hominibus ſicut in brutis: ergo ad idem erit cibus in homine, ad quod eſt in brutis, ſed in illis per actum vegetatiuæ ſine miraculo

raculo conuertitur in ſubſtantiam bruti per maiores partes quæ ſit deperditum: ergo in homine per actum vegetatiuæ ex cibo fiet augmentatio.

Quarto quia dato pro vero, quod eſſet caro de veritate naturæ humanæ ſic genita eſſet caro in homine ſimpliciter incorruptibilis per totam vitam, vel ſi corrupteretur, quod nunquam poſſet reſtaurari. Conſequentia patet, quia ſi caro de veritate humanæ naturæ non gigneretur per conuerſionem cibi in carnē, ſed id, quod ſuit ex ſemine per ſe multiplicaretur, vel deperiret aliquid de illo per totam vitam, aut non, ſi non deperiret, eſſet illa incorruptibilis per vitam, ſi autem deperiret, ſequeretur, quod aliquid minus ſemper eſſet in carne, & quod non reſtauraretur: quia non conuertitur in carnem illam cibus, neque additur illi, ita vt fiat eadem caro per conuerſionem: vtrumque autem eſt inconueniens.

Primum patet, quia caro incorruptibilis non eſſet eiſdem ſpeciei cū carne corruptibili: & ita alie partes carnis, quæ ex alimento venirent non eſſent eiſdem ſpeciei cum carne, quæ eſt de veritate naturæ humanæ, & hoc eſt inconueniens.

Secundum patet, quia ſemper corpus humanum haberet minus de veritate naturæ, & per diuturnam vitam poterat tantum deperire, quod nil maneret de veritate naturæ humanæ in homine, vel parum, quod eſt inconueniens.

Quinto quia nunc eſt conueniens dictum, quod augmentatio corporis noſtri fiat per multiplicatōnem ſicut ſuit in panibus euangelicis.

Primo quia non conſtat, quod illa multiplicatio panum facta fuerit per hoc, quod ipſi panes nullo addito per ſeipſos fuerint multiplicati, ſed quidam putant creatas de nouo inter manus Chriſti, & Apoloſorum alias partes panum. Alij dicunt, quod Chriſtus alia corpora conuerterit in panes, & ita non eſt neceſſarium poni iſtam multiplicatōnem.

Secundo quia dato, quod ibi fuerit factum per multiplicationem panum in ſeipſos non eſt veriſimile, quod corpora humana debeant augeri per talē multiplicatōnem: quia panes euangelicos non potuit natura multiplicare, quicumque modus faciendi fuerit: conuertere autem cibus, & carnem humanam poteſt natura facere, quæ tranſmutat id, quod eſt in potentia in eſſe in actū quænis ſucceſſiue per plures operationes: quod Deus ſubito facit. Quod enim naturæ poſſibile eſt committitur operationi naturæ, quæ vnicuique dat perfectionem ſecundum quod capax eſt: unde non oportet conſugere ad miraculum. Si enim libere ad miraculum nos conſugere liceat, tolleretur omnis ſcientia, quia cum omne, quod ſit per naturam, poſſit fieri per miraculum, & Deus, qui operatur miracula, non habeat determinatum modū operandi, & effectus producere poſſit quales voluerit, ſequitur, quod tolleretur omnis certitudo rerum: & ita omnis ſcientia. Et non poteſt eſſe maius inconueniens, ideo nunquam eſt ad miraculum conſugendum niſi in eis, quæ naturaliter fieri non poſſunt.

Secundus modus ſuſtinentium iſtam poſitionem eſt, quod in corpore humano eſt multum de quinta eſſentia, & quod multiplicatio eius, quod eſt de veritate naturæ in corpore humano, eſt per modum, quo multiplicatur quinta eſſentia, unde ſicut lux ſolis multiplicatur in ſeipſa diſſuſa per aerem ſine alicuius additione: ita dicunt, quod corpus humanum per ſeipſum augetur, & multiplicatur ſine additione alicuius extrinſeci.

Seſt iſta poſitio habet duas falſitates. Prima eſt, quia corpus quintæ eſſentiæ non venit in compoſitionem corporis humani materialiter, ſed ſolum Alph. Toſt. in Matth. Pars VI.

secundum virtutem, cum non ſit diuiſibile, neque commiſſibile, neque extra proprium locum poſſit eſſe.

Secunda, quia non poterat eſſe ſimilis multiplicatio, etiam ſi corpus humanum per ſeipſum multiplicaretur, quia diſſuſio lucis non ſit per multiplicatōnem alicuius materiæ cum lumen non ſit corpus, ſed eſt multiplicatio formalis tantum ſcilicet quod forma incipit eſſe multiplicata per totum mediū, ſicut etiam eſt in qualibet alteratione, quia agens multiplicat formam ſuam in materia, & eſt ibi iam multiplicata forma, quæ prius erat vna, & in vno ſcilicet in agente alterante, & tamen ibi non ſit aliqua multiplicatio materiæ, & tamen ſi fuerit multiplicatio corporis per ſeipſum, fieret multiplicatio materiæ, quia iam ſunt maiores dimenſiones quam prius, & non eſt factum per rarefactionem, ergo eſt ibi plus de materia illa, tamen non aduenit ab extra: ergo materia præexiſtens per ſeipſam multiplicata eſt ſcilicet, vt efficiatur plus de materia quam prius erat, & hæc multiplicatio eſt materialis, multiplicatio tamen lucis eſt multiplicatio formalis.

Tertius modus ſuſtinentium poſitionem iſtam eſt. Dicunt enim quod materia prima quantum in ſe eſt, caret omni quæritate, & forma, ergo equaliter ſe habet ad recipiendum omnes quantitates ſicut ad recipiendum omnes formas, ſed quæcunque materia vel portio materiæ poteſt recipere quæcunque formam, ita & quæcunque pars materiæ poterit recipere quæcunque quantitatem, & ita illud paruum de materia, quod eſt in homine ex ſemine poteſt recipere non ſolum quæritatem maximam, ad quam homo peruenit ſed etiam quæcunque alia, & ita non erit opus, quod recipiat plus de materia, & tñ ſi nutrimentū traheret in ſubſtantia aliti, & ita fieret augmentatio non ſolū eſſet ibi maior quantitas, ſed eſt plus de materia, & tamē illi præexiſtenti materiæ ſine additione alterius partis materiæ poteſt aduenire quæcunque quæritas, ſed hoc non poteſt intelligi per multiplicatōnem rei per ſeipſam nullo alio addito, ergo potest corpus humanum per ſeipſum multiplicari non conuerſio alimento in ipſum. Dicunt enim quod quantumcunque ſit parum de materia in aliquo corpore, potest recipere quantumlibet quæritatem a Deo quæ ex grano milij potest fieri totus mundus, nec mirum cum ex materia præſentali ſit factus totus mundus. Et probant, quia quod eſt diuiſibile per quantitatem eſt diuiſibile, materia autem quæritate caret, ergo indiuiſibilis eſt, & conſequenter ſe habet ad modum puncti. Sed dicendum, quod iſte modus non ſtat. Primo quia imaginatur indiuiſibilitatē materiæ ad modum puncti, vt ſi ex materia præſentali mundus ſit factus per quædam quali extenſionem ſicut ſi res parua ad magnam extendatur, ſed hoc non eſt verum. Materia enim dicitur indiuiſibilis per negationem totius generis quantitatis, quia neque habet lineam, neque ſuperficiem, neque corpus. Punctus autem non eſt indiuiſibilis per omnem negationem generis quantitatis, ſed per habitudinē ad quantitatem, ſi vt habens primum ſitum in quantitate, imo punctus non habet eſſe niſi vt principium quantitatis. ſ. habens poſitionem in quæritate, materia autem non dicitur per habitudinē ad quæritatem, ideo non eſt taliter indiuiſibilis materia ſicut punctus, unde ex materia efficitur res quæta, quæ nihil eſt quæritate niſi materiā habēs, non tñ per extenſionē materiæ (loquendo de materia prima) cū extenſio non ſit niſi rei habentis quæritatem, materia autem cōſiderata in ſui primitate, & non vt eſt ſubiectum formatū nullā quæritatem habet, & cōſequenter non eſt extenſibilis, ſed extenditur res per materiam ſecundum quantitatis ſuſceptionem. ſ. quia ex materia cō-

Mundus
ex mate-
ria indi-
uisibili
nulla ha-
bete qua-
ritate fa-
ctus est.

petit recipere quantitatem. Cum autem dicitur, quod factus est mundus ex materia presentali id est ex materia indivisibili sicut est punctus, falsum est, quia talis materia nullam haberet quantitatem: & ideo illa non est subiectum alicuius transmutationis. Etiam si diceretur, quod ex materia pedali factus est totus mundus, falsum est, quia non poterat fieri nisi per rarefactionem, tanta autem rarefactio fieri non poterat, quia excederet conditionem omnium corporum creatorum: ideo non est intelligendum quod ex materia presentali, vel parua per extensionem eius fuerit factus mundus: sed quod ex materia, que est indivisibilis, que ex se nullam habet quantitatem factus est mundus recipiente ipsa materia quantitatem: & illa materia non fuit pauca: sed fuit tanta quanta nunc est id est eadem cum materia non gignatur nec corrumpatur: & cum illa creata est fuit creata cum ea quantitas sua: quia non precessit materia per aliquod instans temporis ad quantitatem suam, & primam formam vel primas: quia multas formas simul accepit in suis partibus.

Secundo non fiat ista positio, quia licet materia prima prout in se consideratur nullam quantitatem habeat: non tamen sequitur, quod sit in potentia cuiuslibet quantitatis imaginabilis. Et patet cum materia recipiat quantitates determinatas, & omnia accidentia secundum exigentiam formam que recipit, eo quod materia cum forma est causa omnium, que insunt, id est omnium accidentium. 1. Physi. oportet quod materia prima ad nullam quantitatem sit in potentia nisi ad illam, que competit formam naturali, que in materia esse potest: materia autem prima non est in potentia naturali, nisi ad illas formas, que sunt in rerum natura, vel per principia naturalia educi possunt. Si enim esset aliqua potentia passiva in materia, cui non responderet aliqua potentia activa in rerum natura, illa potentia passiva esset superflua, ut dicit commentator: ideo materia prima non est receptibilis maioris quantitatis quam quantitatis mundi cum ultra formas, que in mundo sunt nulla forma sit naturalis, neque per principia naturalia esse possit: propter quod dicit Arist. 3. Physi. quod non est possibile augeri magnitudinem in infinitum loquendo naturaliter.

Tertio, quod si eadem materia, que primo erat sub parvis dimensionibus, fiat sub maioribus dimensionibus: hoc non potest accidere nisi per rarefactionem, ut dictum est, sic dicit Augusti. 10. lib. sup. Gen. ad literam, quod nil absurdius est quam putare, quod aliquod corpus manente sua natura quantitate undique crescat, nisi rarefcat: & tunc iste modus non competit in augmentatione corporis humani: quia tunc cum æquale de materia esset in puero vnius diei, & in viro trigenario, essent membra pueri vnius diei multo solidiora, quia essent densiora cum haberent multum de materia sub parvis dimensionibus: & tamen est per contrarium, quia multo solidiora sunt corpora iuuenum, & adultorum quam infantum: ergo plus de materia est in adultis quam in pueris: sicut etiam sunt maiores dimensiones, & consequenter non fiat augmentatio ista quantitatis per seipsam sine additione.

Quarto quia quando loquimur de materia existente in hac re, iam dimittimus considerationem materie absolute: non enim potest accipi illa materia, que est in hac re nisi secundum quod est, & intelligitur diuisa materia, que est in alia re. Diuisio autem non accidit materie nisi secundum quod consideratur sub dimensionibus saltem interminatis: quia remota quantitate, ut dicitur. 1. Physi. materia erit ens indivisibile: unde consideratio materie, huius rei non est consideratio materie absolute, sed materie sub dimensione exi-

stentis, unde non oportet quod id quod conuenit materie in quantum est absoluta conueniat materie existenti in hoc, ut accipitur in hac re existens: quia ex hoc receditur a consideratione materie primæ: unde materia, que est in hac re existens non est in potentia ad totam quantitatem mundi, sed vique ad aliquod determinatum quantum posset consequi per rarefactionem, & ista raritas non excedit raritatem ignis: quia nulla raritas potest esse maior, ut dicit Commentator. 4. Physi. & ita licet materia corporis humani, que est sub pedali, vel bipedali rarefcat vique ad raritatem ignis, non erit ens inde productum tanta quantitate, ut quadratum vel solidum vnius leucæ: & tunc non potest materia illa esse sub maiori raritate: ergo non est in potentia ad maiorem quantitatem recipiendam. Falsum est ergo, quod materia secundum seipsam est in potentia ad quantitate quam tractat: ita quod parua materia sine additione aliarum partium materie possit aduenire quocumque quantitas. Et ita apparet quod tunc positio ista de augmentatione sine alimento per multiplicationem corporis humani secundum seipsum tam quantum ad se, quam etiam quantum ad modos omnium sustentium eum habet falsitatem.

Sed adhuc aliqui dicunt esse veram præcedentem positionem, quia nutrimentum non conuertitur in veritate humana natura: ergo augmentum non fit per alimentum: sed ipsum, quod est de veritate humana natura per seipsum multiplicabitur, & augetur.

Primo patet quia id, quod per os intrat in ventrem vadit, & per secessum, non conuertitur in veritate naturam humanam, talis autem est omnis cibus, quia per os intrat, ergo non transit aliquis cibus in veritatem naturam humanam.

Secundo, quia veritas vniuersalisque rei est in eo, quod est ei secundum speciem, ut dicitur. 2. de Generatione. Sed caro secundum materiam non transit in carnem secundum speciem, ut dicitur. 1. de Generatione, ergo nutrimentum non conuertitur in veritatem naturam humanam.

Tertio quia ad veritatem naturam pertinet id, in quo calor conuertitur radicans, sed tale humidum (ut medici dicunt) postquam consumptum est non restauratur, ut patet de his, qui laborant tertiam specie hæcticæ, que est incurabilis, ex eo quod tale humidum non restauratur. Cum ergo omne id, in quo conuertitur alimentum possit restaurari post deperditionem, quia per summptionem alimenti restauratur: videtur quod nutrimentum non conuertatur in id, quod pertinet ad veritatem naturam humanam.

Quarto quia omne id, in quo cibus conuertitur statim per calorem agerem dissoluitur, id est fluens, & refluxus iudicatur: sed non potest esse, quod totum quod est in corpore sit fluens, & refluxus, ergo oportet quod aliquid sit manens in corpore, in quo non conuertatur cibus, tale autem precipue pertinet ad veritatem naturam humanam, ergo alimentum non transit in veritatem naturam humanam. Patet antecedens quod si non esset aliquid fixum manens in corpore humano contingeret, quod qualibet pars eius posset euanescere aliquo alio in eius locum substituto, & eadem ratione de toto fieret sicut de qualibet parte, & tunc accideret, quod de illa materia, que in homine fuit in conceptione sua, vel natiuitate nil maneret in aliquo tempore vite eius, & tunc non esset idem homo iste, qui fuerat a principio, cum vnitas indiuidui sit ex vnitate materie, sed hoc est absurdum scilicet quod homo, qui cepit viuere, desinat esse idem, qui prius fuit non desinente vita, ergo aliquid fixum manet in homine per totam vitam, in quo non conuertitur alimentum.

Quinto, quia nulla virtus naturalis debilitatur multiplicata materia sibi conueniente, cum potius debeat adiuuari, sed solum debilitatur per admix-

tionem alicuius extranei: sed virtus conuersua debilitatur in homine in fine vite, aliis homo posset in infinitum augeri, & viuere, ergo hoc contingit per admixtionem extranei, sed nihil admiscetur ad materiam illam, in qua prius fundabatur virtus conuersua, nisi quod ex nutrimento generatur: ergo hoc, quod generatur ex alimento, est extraneum ei, in quo virtus conuersua fundatur, & tamen non esset extraneum, si transfret ibi illud, & subrogaretur partibus defluentibus: ergo non conuertitur alimentum in id, quod est de veritate naturam humanam.

Sexto, quia natura facit vnumquodque faciliore modo, quo potest fieri: Deus autem procedit multo ordinatius quam natura: cum ergo faciliore modo augmentandi aliquid sit per multiplicationem materie quam per conuersionem alterius extranei in id, quod augetur, videtur, quod iste modus competat diuine providentiæ scilicet, ut faciat quod corpus humanum augeatur nullo exteriori in illud conuerso, vel transeunte, sed sola eius materia multiplicata: & ita non transibit alimentum in veritatem naturam humanam, neque per id fiet augmentatio.

Septimo quia omnia, que sunt eiusdem speciei consequuntur suum complementum per eundem modum: sed quidam defuncti in parua ætate deducuntur in resurrectione ad quantitatem completam, quam habituri erant, quando peruenirent ad annum tricesimum; & hoc non per additionem, neque per conuersionem nutrimenti, sed per multiplicationem materie, ut videtur, cum nullus alius modus ibi competit: ergo, & ceteri homines hoc modo veniunt ad quantitatem completam, & ita non augmentabuntur per conuersionem alimenti in id, quod est de veritate naturam humanam, sed per multiplicationem materie in seipsam: quod tenet ista positio.

Dicendum, quod non fiat ista positio, ut ostensum est. Et est verum, quod alimentum transeat in veritatem naturam humanam, ut dictum est, & dicitur infra in declaratione duarum positionum sequentium.

Ad argumenta autem ista respondendum est: & tam prius applicemus secundam, & tertiam positiones ad propositum: & tunc ad argumenta prædicta respondebitur. Dicunt autem qui secundam tenent positionem aliquid esse in corpore humano, quod maneat in eo fixum per totam vitam sicut dixerunt tenentes primam positionem, & dicunt esse tam in homine quam in omnibus corporibus animatis, que nutriuntur: & illud per totam vitam manere fixum secundum determinatam partem materie, & in illo dicunt existere principaliter veritatem naturam humanam: aliud autem est, quod semper fluit, & refluit, id est aduenit, & consumitur, hoc autem est, quod ex cibo generatum est.

Sed differunt isti a primis: quia dicunt summptionem alimenti non solum esse ad fomentum caloris naturalis id est, ut in eo foueatur, & agat, & non consumat humidum radicale, vel id quod est de veritate naturam humanam: sed etiam ad augmentum quantitatis: non enim posset illud quod primo a generantibus decisum est, quod quidem permanens esse dicitur, intantum extendi, quanta est quantitas humani corporis in suo maximo augmento, nisi adderetur aliqua materia, que simul cum materia præexistente quantitatem totam reciperet sine aliqua rarefactione. Et dicunt quod istud, quod est permanens per totam vitam diffunditur per totum corpus, & similiter illud, quod est adueniens, & recedens ad modum, qui fit in mixtione vini, & aquæ, vinum enim non excrefcit in maiorem quantitatem quod

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

est in specie vini: & tamen non participat illud, nisi per additionem aquæ, que quidem in vinum conuertitur. Ita tamen ut isti dicunt, quod virtus vini semper in illa parte materie manet magis, que prius sub forma vini erat: & secundum hoc ponunt, quod illud quod est generatum ex alimento non est omnino alienum a veritate naturam humanam: sicut primi dicebant, sed est ad veritatem naturam secundario pertinens, secundum quod est necessarium ad debitam quantitatis complementum: & huius positionis auctor fuit Alexander commentator Aristotelis, ut dicit Auerris in libro de Generatione.

Ista autem positio ponit resurrexionem fieri sic quod in resurgentibus redeat totum illud, quod fuit principaliter de veritate naturam humanam, quod manet fixum per totam vitam in corpore, & de eo quod per nutritionem aduenit, & factum est secundario de veritate naturam humanam, quod aliquid maneat in resurgente: non quidem totum, sed quantum necessarium est ad seruandam debitam quantitatem. Et hoc necessarium habet ponere ista opinio, eo quod necesse est resurgentes in sua maxima quantitate, quam habuerunt resurgere, vel in ea, quam habituri erant in anno tricesimo si illuc peruenirent: sed ad hanc quantitatem non sufficit id, quod per semet trahitur a parentibus cum paucum illud sit, & non possit per se multiplicari, sicut dixit prima positio, sed ex additione extranei corporis, & conuersione fit istud augmentum, & magnitudo.

Vnde ista positio tenet, quod totum quod fuit in substantia feminis resurget in illo homine, qui fuit ex semine genitus, quia hoc est principaliter de veritate naturam humanam in ipso: & est per totam vitam manens idem. De illo autem, quod per alimentum postea venit habent dicere, quod non resurget totum, sed tantum quantum necessarium erit ad reddendum illam magnitudinem, quam homo habuit in suo maximo augmento.

Et ratio est secundum istos, quia istud quod aduenit per nutrimentum non est de principali intentione naturam: sed solum ad perueniendum ad debitam magnitudinem: ideo tantum de eo resurgetur in resurrectione, quantum sufficeret ad reparandum præ-existentm quantitatem, qua reparata non erit residua attinens ad hominem: sed tanquam profusa alienum dimittetur. Nam si totum quod conuersum est in substantiam hominis per nutritionem deberet in eo resurgere, necesse esset quod efficeretur homo immoderate quantitatis, aut in debita densitatis. Nam quoadcunque homo cibum accipit conuertitur in substantiam eius multum de illo cibo, & rursus per actionem caloris resoluentis fluit, & desinit esse in corpore, & resurmitur per cibum restauratio eius, & sic per totam vitam, & ideo si quis vixit per octoginta annos, & totum, quod hoc tempore per nutritionem conuersum est in substantiam corporis eius, & per actionem caloris fluxit, deberet reddere forte efficeret quantitatem viginti hominum: talis autem quantitas est immoderata, vel si deberet totum illud resumi sub tantis dimensionibus: sub quantis homo fuit quando vixit, oporteret, quod efficeretur in decuplo, vel vigecuplo densior: quia haberent vigecuplum de materia sub eisdem dimensionibus, ideo neutrum est, quia vtrumque est inconueniens.

Nam tanta magnitudo: scilicet ut vnus homo sit æqualis magnitudine viginti hominibus non est conueniens speciei. Hominum namque natura constantium, ut Aristoteles ait, positus est terminus magnitudinis, & augmenti. Secundum non con-

O 3 uenit,

nenit, quia corpus humanum est determinata densitas, & raritatis. Tanta enim poterat esse raritas quod non pertineret ad speciem, vt si esset tam raris sicut ignis vel aer: tanta etiam densitatis poterit esse, quod non possit vegetari ab anima: vt si esset tam densum sicut marmor vel alij lapides: & ideo oportet, quod non reuertatur tota materia, quæ fuit in homine ad esse in eo in resurrectione: sed secundum istam positionem reuertetur tantum de illa quantum fuerit necessarium ad restaurandum magnitudinem, quam habuit homo viuens, vel habiturus erat si perseveraret ad annum tricesimum.

Sed quæ pars materiae redibit, & quæ non, dicendum, quod redibunt partes eo ordine, quo fuerunt partes, scilicet quod id, quod prius fuit de veritate humanae naturæ conuersum in corpus per alimentum, illud prius redeat scilicet ex tempore, quo fetus fuit conceptus, cepit nutrir, & augeri: & illa quæ transibant in veritatem corporis rursus per actionem caloris resoluebantur: & ita mansit vsque ad mortem: quia quoad animal viuunt nutritur: licet non semper augetur: in resurrectione autem sic erit, quod quicquid fuit in semine, vt isti dicunt redibit nulla parte eius deperdita, deinde de ceteris, quæ aliquando fuerunt homini incorporata per alimentum, redibunt tantum, vt sufficiat ad restaurandam quantitatem, quæ præfuit, sed prius resumuntur ea, quæ prius fuerunt incorporata, scilicet vt omnia, quæ per alimentum transierunt in corpus ex tempore conceptionis vsque ad tempus duorum annorum consumatorum prius redibunt quæ ea, quæ homo habuit per alimentum, quando erat decem annorum: & si ea, quæ incorporata fuerunt homini ex conceptione vsque quo fuit sex annorum suffecerint ad reddendam magnitudinem maximam, quam homo habuit, non resumuntur in eo in resurrectione aliquid de eis, quæ incorporata fuerunt ei ab anno sexto vsque vsque ad mortem. Et hoc duplici ratione. Prima quia quanto aliquid principalius pertinet ad veritatem naturæ humanæ, tanto magis redit secundum positionem istam, & ideo quia id, quod fuit in semine fuit per se de veritate naturæ humanæ: dicunt, quod illud totum redit nulla parte eius deperdita: & quia illud non sufficiebat ad magnitudinem debitam individui, & assumptum fuit statim alimentum quousque sufficeret ad debitam magnitudinem. Et quia illud rursus consumebatur per actionem calidi, oportebat subintrare aliquid & ita consequenter, & quia istud secundum non incorporaretur corpori nisi præcederet resolveretur, & flueret per actionem caloris: apparet quod istud secundum est propter primum: & sic principalius, & directius pertinet ad corpus hominis id, quod prius assumptum est ad restorationem quam id, quod primo: porissimè quia secundum istos primus alimentum non assumptum est ad restaurandum aliquid deperditum: quia de eo, quod fuit in semine, nihil dicunt deperdit, sed fuit assumptum ad augmentum eius, quod fuit in semine: secundum autem alimentum fuit sumptum ad restorationem primi alimenti, quod per caloris actionem deperit, ergo primum pertinebat principalius ad corpus humanum quam secundum: quia secundum non pertinebat ad corpus nisi propter primum.

Secunda causa est, quia accipiendo primum humidum, quod radicale vocatur, spermaticum fuit illud purum: id verò, quod postea conuersum est in illud per nutritionem, facit, vt totum mixtum ex humido radicali, & ex isto humido cibali superueniente non sit ita purum sicut erat humidum radicale, neque ita perfecte participet virtutem speciei sicut primum, quod solum manebat, sicut ponit Aristot. exemplum primo de Generatione, de aqua, quæ admiscetur vino: transit, n. in naturam

vinum quia ex vino præexistenti, & ex ea adiuncta efficitur vinum mixtum, quod est in specie vini, & tamen non participat illud mixtum virtutem speciei vini sicut præcedentes vinum, quod non erat mixtum: & si postea addatur aqua adhuc fiet mixtio, quæ erit in specie vini, sed erit aquosum quousque veniatur adhuc quod illud mixtum non maneat in specie vini: & ideo licet aqua primo assumpta, & secundo, & tertio transferat in speciem vini, & tamen non ita perfecte participavit virtutem speciei vini aqua secundo admixta, sicut aqua primo admixta: & multo imperfectius aqua tertia admixta. Ita de alimento, quia quodlibet alimentum facit mixtionem cum eo quod præexistebat de substantia corporis, & mixtum inde resultans est minus perfectum quam præexistens, & ob hoc necesse est, quod primum alimentum conuersum in carnem perfecte participauerit virtutem speciei carnis quam secundum alimentum: & tertium, & quartum, & ita de alijs, & consequenter magis pertinet ad veritatem humanam id est principalius id, quod fuit prius conuersum in carnem, quam quod secundo, & ideo ad resurrectionem magis pertinebit, cum ibi resumatur aliquid, in quantum est de veritate naturæ humanæ: & ideo ista opinio ponit resurgere totum quod est de veritate humanæ principaliter scilicet quod fuit in semine, sed non totum, quod est de veritate humanæ naturæ secundario vel minus principaliter, quod est per alimentum, sed aliquid illius resurgere asserit eo modo, quo dictum est.

Sed non stat ista positio, quæ asserit aliquam partem signatam in corpore manere eandem per totam vitam.

Primo quia cum de natura caloris ignei sit, quod humorem indifferenter consumat, & calor, qui est instrumentum anime vegetatiue est igneus, vt dicitur 2. de Anima, oportet quod quantum in se est indifferenter consumat omne humidum: unde non potest aliqua ratio efficaciter ostendere quod aliquod humidum maneat signatum in corpore per totam vitam, cuius partes non fluant aliquid per consumptionem caloris conuersum: ergo tam humidum spermaticum quam nutrimentale fluunt.

Secundo quia si maneret humidum illud primum, semper idem humidum cibale quod sumitur non esset per se, & primo necessarium ad restorationem deperdit: sed solum ad augmentum: constat tamen quod opus augmenti præsupponit opus nutrimenti, quia non augetur nisi quod nutritur: licet aliquid nutritur, quod non augetur, nutrimentum tamen semper fit ad restorationem deperditum: unde si non esset deperditio aliqua esset augmentatio, sed non nutritio: & si non esset deperditio in corpore nisi eius quod ex cibo genitum eius non esset nutrimentum propter nutritionem sed propter augmentationem, cum primum nutrimentum, ut isti volunt, non fuit ad restaurandum: sed ad augendum quantitatem humidum radicalis: & tamen assumptio cibi est per se, & primo intenta ad restaurandum quam ad augendum: ideo non solum humidum cibale iam conuersum in carnem fluit, & consumitur, sed etiam humidum radicale sine spermaticum.

Tertio quia præsupponunt falsum dicentes quod si miscetur aqua vino transit aqua in speciem vini, & efficitur vinum mixtum: & tamen virtus speciei vini manet perfecte sub illa parte, quæ erat prius sub specie vini: Nam hoc est contra naturam completa mixtionis: in hoc. n. differt compositio à mixtione, quia in compositioe ex duobus efficitur vnum per se, & tamen illa non efficiuntur eiusdem nature sicut materia, & forma: sed manet semper realiter distincta, & secunda naturam.

Animal quando viuunt nutritur licet non sepe augetur.

Compositio, & mixtio differt.

Compositio, & mixtio differt.

naturam. Mixtio verò facit, vt duo, quæ erant diuersæ natura vel gradus naturæ facta perfecta admixtione reddantur eiusdem nature, & gradus: & ideo facta mixtione aqua, & vini non manebit aliqua pars illius mixti, quæ perfecte participet speciem, vel virtutem speciei vini quam alia: potest autem concedi quod id, quod in carnem conuertitur per virtutem formatiuam in principio generationis ad maiorem virtutis speciei perfectionem producit, quæ quod postmodum per actum nutritiuam conuertitur, cum semper inueniatur generatio alicuius, quod per se generatur esse perfectior quam illa, qua aliquid accipit speciem alicuius per immixtionem. Nam licet ibi sit effectus generationis, scilicet participatio forme speciei: tamen non directe per viam generationis, sed per immixtionem ad aliquid. Et ratio est, quia quod alteri immiscetur aliquo modo alterat naturam eius, cui immiscetur, vt patet in vino quod gignitur in vite: & in vino, quod infurgit ex admixtione aquæ ad vinum: & sic etiam videmus, quod ex humido nutrimentali adueniente immutatur corpus nutritum, vt assequatur in aliquo conditiones ciborum, ex quibus nutritur: & hoc est signum, quod cibi non transierunt omnino ad participationem speciei carnis humanæ, quia tunc in illo mixto solum apparent conditiones carnis humanæ, & non ciborum sumptorum. Oportet tamen ad hoc quod fiat nutritio, vel augmentum, quod id carnis quod ex cibis generatum est, cum carne præexistente miscetur.

Quandocumque autem fit mixtio duorum differentium secundum contrariam qualitatem, vel secundum puritatem, & impuritatem eiusdem, oportet quod mixtione completa non retineat vnumquodque qualitatem ipsam, sed communem: alioquin mixtum esset mixtum, ex rebus saluatis, & tunc non esset mixtio, sed compositio solum, sed oportet, vt totum mixtum vnam formam accipiat, quæ est medium, vt patet in mixtione vini, & aquæ, scilicet quia post mixtionem non manet ibi aliqua pars signata habens virtutem completam, & aliquid habens eam debilitat: sed totum est habens eam mediocriter, unde non est possibile quod completo actu nutritiuæ, & augmentatiue maneat aliquid signatum in corpore complete participans naturam speciei, & aliquid incomplete, sed totum vniormiter, quia autem isti inducunt auctoritatem Aristotelis de carne secundum speciem, & secundum materiam, non adiuuat eos, vt dicitur in solutione argumentorum.

Tertia igitur positio est, quæ ponit Auerrois in primo de Generatione, dicens, quod non potest aliquid accipi in corpore humano signatum, quod sit fixum, & permanens per totam vitam, sed totum quicquid est in corpore potest dupliciter considerari, scilicet ex parte materiae, vel forme. Ex parte materiae nil est permanens, ex parte autem speciei, & forma sic est omne, quod est in corpore permanens, ad quod facit, quia Aristot. primo de Generatione comparat transumptionem cibi in carnem adustioni lignorum. Videmus enim, quod si ignis accendatur, & continue signa addantur, sicut alia consumuntur, forma ignis semper manebit in lignis, sed tamen materia quælibet consumetur alia materia sibi succedente, in qua species ignis saluabitur. Sic enim in corpore in nutritione, & augmentatione semper manet quod pertinet ad speciem, & formam carnis: id est aliquid sub forma, & specie carnis: licet illud quod recipit habeat formam carnis non manet semper, sed continue fluit, & per aduentum alterius materie cibalis, Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

quæ in carnem, & ossa conuertitur, restauretur. Ita positio differt ab alijs duabus, in quantum negat posse aliquid de materia signari, quod maneat idem per totam vitam, sed qualibet pars signata in corpore, quantum ad hoc, quod est materiae habet quod fluat, & resuat: ita tamen quod id, quod est forme semper maneat: sed non est ex hoc interdum, quod solum, quod est materiale fluit, & resuat, quia partes illæ quæ fluunt, & resuunt erant partes carnis: fluentibus autem illis, necesse est, quod pereat forma carnis, quæ in eis est, quia alias oportet dici, quod forma carnis, vel pars forma, qua informabantur illæ partes materiales, quæ fluxerunt post fluxum earum, maneat per se sine materia, aut transmigret ad aliam materiam: sed vtrumque est impossibile: ergo corrumpitur forma, vel id, quod est secundum speciem: patet consequentia, quia fluentibus partibus materialibus carnis, id est quæ prius erant caro, aut corrumpitur forma carnis, quæ erat in eis, aut manebit. Si corrumpitur habetur intentum, scilicet quod non solum fluat, quod est materie, sed etiam quod est forme: si manet non potest intelligi, quod maneat nisi vel separatè, id est sine materia informabit, vel aliam materiam. Sed dicendum quod vtrumque est impossibile.

Primum patet, quia forma materialis non potest separari, quia si separaretur haberet per se esse: & tamen forma materialis non habet esse: sed esse est compositi: anima autem substantialis propter hoc habet esse separatam, & manet post mortem hominis. Etiam quia si forma materialis separaretur esset intelligens: quia in quantum esset sine materia esset intellectus vel intelligentia: ideo non potest manere separata forma carnis illarum particularum, quæ fluxerunt. Neque potest dici quod incipiat esse in alia particula carnis, quia ob hoc sequeretur multo plura inconuenientia. Nam si potest transire habet esse propter materiam: quia forma, quæ migrat de vna materia in aliam, definit esse in prima, & non corrumpitur: sed per hoc quod definit esse in materia, & non corrumpitur, & habet esse per se, ideo nulla forma materialis potest migrare de materia in materiam. Item quia dato quod forma aliqua possit separari: non potest tamen migrare de materia in materiam. Nam anima humana separatur a materia: & tamen non potest informare aliud corpus nisi illud, in quo fuit, eo quod anima accipit esse, & vnitatem per vniuitatem ad istam materiam. Sic autem de alijs formis a fortiori in quantum sunt materiales, quia non excedunt conditionem materie: ideo non possunt habere esse nisi in illa materia determinata de cuius potentia eductæ sunt.

Dicendum igitur, quod sicut materiale fluit, ita & forma fluit: & tamen dicitur manere forma, & species: quia licet corrumpatur pars forme carnis, quæ correspondet particula materiali, quæ fluit: tamen manet eadem forma carnis numero, eo quod caro est quid homogeneum, & continuum: & ideo totius carnis est eadè forma: & licet aliqua partes carnis pereant, in quibus perit aliqua pars materiae, & aliqua pars forme: quia tamen forma totius carnis manet, quæ est eadem, quæ prius, dicitur manere id, quod est secundum formam, & secundum speciem cum partes, quæ postea per nutritionem conuertuntur in carnem, informantur illa forma carnis totius, scilicet genita forma carnis in illis partibus, quæ non distinguitur a forma præexistenti carnis, quia est vnum continuum homogeneum, & ita manet idem secundum speciem, sed non secundum materiam, O 4

Tertia ista positio in qd ab alijs differat.

matetiam, quia non manet aliqua pars materiae affi- gnatae, & per hoc differt ista positio a duabus primis, quia illae ponebant aliquid signatum de materia esse semper permanens in corpore, in quo principaliter, & primo veritas humanae naturae consistebat.

Sed illae duae rursus inter se differunt: quia prima ponebat alimentum nullo modo conuerti in veritatem naturae humanae. Secunda autem ponebat conuerti alimentum in aliquid quod sit de veritate humanae naturae secundario, & non primo: haec autem tertia ponit conuerti alimentum in aliquid, quod primo, & principaliter est de veritate naturae humanae: eo quod non distinguit aliquid semper manens idem quantum ad materiam, quod sit per se de veritate naturae humanae: & aliquid esse fluens, quod sit minus principaliter de veritate humanae naturae, sed omnes partes materiales aequaliter fluunt, & resuunt quamuis id, quod primo in carnem conuersum est, perfectius assequatur speciem carnis quam illud, quod generatur ex cibis, & maxime circa finem vitae: tamen docunque conuertatur cibus in carnem siue in principio, siue in fine vitae, fit permixtio eius quod gignitur, & eius quod praexistebat, vt totum vniformiter, & aequaliter veritatem humanae speciei recipiat sine distinctione aliqua, vt non possit dici, quod partes carnis, quae praexistebant sint puriores quam caro quae nouiter ex alimento gignitur: vel quod in illis maneat nunc virtus speciei perfectior quam in partibus nunc genitis: licet verum sit quod heri tota caro hominis erat purior, & magis participans virtutem speciei quam erit post duos dies sumpto iam cibo aliquo, & tamen post duos dies omnes partes carnis quae in homine fuerunt, erunt aequaliter purae, & participant virtutem speciei, siue quae de nouo genitae sunt siue quae praexistebant.

Quid sit de veritate naturae humanae secundum tertiam istam positionem.

Ex hoc apparet quid ponat tertia positio de veritate humanae naturae in resurgentibus. Et dicendum, quod idem penitus ponit quod secunda: sed non eadem ratione.

Primum patet, quia secunda positio dicit quod resurgat in quolibet homine totum, quod fuit in semine tractum a parentibus: quod dicit esse primo, & principaliter de veritate humanae naturae, & uocat illud carnem secundum speciem. De carne autem id est de particulis carnis, & ossis, quae ex alimento genitae sunt, dicunt quod resurgent aliqua, & non omnes: sed tot, quot sufficiat ad reddendam quantitatem maximam, quam aliquis habuit, & istae recuperabuntur eodem ordine, quo aduenerunt per nutritionem, vt supra dictum est. Et ista eadem concedit esse in resurgentibus ista tertia positio, & eodem ordine.

Secundum est, quod non eadem ratione mouetur ad hoc vtraque positio: sed praecedens positio dicebat totum, quod fuit in semine resurgere, eo quod illud solum vocat primo, & principaliter de veritate humanae naturae, & esse carnem secundum speciem quod verum est nutritione prouenit est secundario de veritate humanae naturae: ideo non principaliter resurgat, sed ad supplendum quantitatem, quae fuit, vel futura erat in viuente.

Tertia autem positio non ponit aliquam particulam signatam esse carnem secundum speciem, & aliam esse carnem secundum materiam, sed quamlibet partem signatam esse carnem secundum speciem, & secundum materiam. Secundum materiam quidem in quantum quamlibet pars materialis potest fluere, & resuere: secundum speciem autem in quantum quamlibet pars carnis, & ossis habet formam carnis, & forma manet semper eadem numero, licet non illa particula forma, sed quantum ad rationem speciei eadem

dem penitus manet. Contingit enim aequaliter in partibus hominis sicut in partibus ciuitatis: quia ciuitas multitudinem quandam ciuium dicit, singulae autem partes ciuitatis subtrahuntur per mortem alijs in locum eorum succedentes: vnde partes ciuitatis fluunt, & resuunt materialiter, sed formaliter manent eodem, quia ad eadem officia, & ordines substituuntur alij a quibus priores per mortem subtrahuntur, vnde respublica eadem manet de ceteris, & succedentibus alijs: similiter homo se habet. Dum enim quibusdam partibus fluentibus aliae reparantur in eadem figura, & situ eodem, omnes partes fluunt, & desuunt secundum materiam, sed manent secundum speciem, & ita manet idem homo, & ob hoc non ponit tertia positio semen tractum a parentibus esse carnem principalem, sed etiam particulas illius fluere, & resuere, & aduenientibus alijs partibus per nutritionem fieri mixtum, cuius omnes partes aequaliter participant perfectionem speciei carnis, & ossis, & ita omnes partes carnis ponit aequaliter pertinere ad veritatem naturae humanae, sed erit ideo resurgere, totum quod fuit in semine, quia illud prius pertinuit ad veritatem humanae naturae quam caetera, quae postea in carnem conuersa sunt. Etiam quia id, quod tractum est ex parentibus perfectius participauit virtutem speciei quam partes postea aduenientes, quia illa caro fuit directè per generationem producta, partes autem postea aduenientes non sunt directè per generationem, sed per mixtionem, & tamen forma speciei perfectius habetur per generationem, quam per mixtionem, vt supra declaratum est. Etiam quod illa caro cum nil alienum suscepisset, manebit in speciei suae puritate, & totali virtute, quae autem postea aduenient non pertinent ad illam puritatem, cum per mixtionem consequantur formam speciei, licet postquam facta est mixtio omnes partes mixti tam illae quae fuerunt ex semine, quam aduenientes ex alimento aequaliter & vniformiter participant virtutem speciei, & ex eadem ratione, ex qua totum quod fuit de semine resumitur. Etiam resumitur quidquid fuit conuersum in carnem, & ossa per alimentationem a principio nutritionis vsque ad tempus illud, in quo omnia resumpta sufficiant ad reddendum quantitatem aequalem suae quantitati: quam viuens habuit, caetera autem postea per alimentum conuersa non redeunt in resurrectione.

His suppositis respondendum est ad argumenta, quae ostendebant non conuerti alimentum in veritatem naturae humanae, ex quo sequebatur id, quod volebat prima opinio, quam falsam esse ostendimus.

Et dicendum quod ad primum, scilicet quod intrat per os responsum est per id, quod declaratum est, supra 15. cap. Et tamen dicendum pro nunc quod non est sensus, quod totum quod intrat per os vadat per secessum id est quia contrarium experimur, & si ita fieret nil plus valeret sumere cibum quam non sumere, quod falsum est, sed est sensus, quod qualibet res, quae intrat per os, vadit in ventrem, vt digeratur, scilicet in stomachum, & de illa aliquid vadit per secessum, nullus enim cibus est, qui totus conuertatur, sed de quolibet aliqua particula emittitur, quae non conuertitur, & quantumcunque purus, & bonus sit, semper natura aliqua de illo separat, & abijcit. Et ratio est, quia cibus, qui conuertitur a principio est dissimilis corpori, in quod conuertitur, in fine autem conuersionis est similis, quia accipit eandem formam, & ideo ad hoc, vt sit similis, oportet tolli omnes illas partes, secundum quas erat illa dissimilitudo,

vt si in cibo dominantur partes terrestres magis quam in eo, quod nutritur, oportet id, quod terrestre est remoueri, & quod subtilius est assumi. Et ita de quibuscunque partibus, in quibus est dissimilitudo, sed necesse est, quod cibus in aliquo habeat dissimilitudinem ad cibatum, etiam si homo vesceretur carnibus humanis: ergo de quocunque cibo fit aliqua separatio, & id emittitur in secessum.

Ad secundum dicendum, quod ex isto dicto Aristotele de carne secundum speciem, & secundum materiam nituntur accipere consolationem quandam positionis suae tenentes primam, & secundam positionem. Qui tenent primam dicunt carnem secundum speciem esse id, quod est solum de veritate humanae naturae, quod totum fuit in prima conditione naturae humanae, vt supra dictum est. Carnem secundum materiam dicunt id, quod per alimentum prouenit, ideo id, quod dicitur de veritate naturae esse, ponunt idem semper manere, quod verum est per alimentum venit, dicitur fluere, & resuere. Similiter tenentes secundam positionem dicunt carnem secundum speciem esse carnem spermaticam, quae a parentibus tracta est, quicquid autem ex alimento prouenit, vocant carnem secundum materiam, & ideo dicunt, quod id, quod fuit in semine, manet idem signatum per totam vitam, quod verum est ex alimento est dicitur fluere, & resuere.

Sed dicendum, quod hoc procedit ex falso intellectu literae Aristotele non enim vult ille hoc, scilicet quod caro secundum speciem sit caro diuersa, vel distincta numero a carne secundum materiam, sed eadem numero est, quae dicitur caro secundum speciem, & caro secundum materiam, sed vocatur caro secundum speciem in quantum participat formam carnis, & proprietates consequentes speciem. Vocatur caro secundum materiam in quantum ex materia consistit, vel materiam habet, & ita quamlibet pars carnis, quae est in homine, est caro secundum speciem, & secundum materiam, quia nulla est, quae non habeat formam carnis, & conditiones consequentes speciem. Etiam nulla est, quae non habeat materiam partem sui. Et quod sic intelligatur, patet quia sic exponit commentator 2. de Generatione. Item patet ex litera Aristotele ibidem: ait enim quod hoc modo est distinguere, quod est secundum materiam, & secundum speciem in carne esse, sicut in vnoquoque alio quod habet materiam, & formam, & ita est dare aquam secundum materiam, & aquam secundum formam, & ita in lapide, & ferro. Constat tamen, quod non potest distinguere in lapide, & aqua aliquid esse tractum a primis parentibus, quod dicatur esse lapis, & aqua secundum speciem, & aliquid esse per nutritionem adueniens, ergo non accipitur esse secundum speciem, & secundum materiam, nisi sicut expositum est, & ita argumentum non tenet pro prima, neque secunda positione.

Ad tertium dicendum, quod nullum est humidum in homine, vel animali, quod materialiter non fluat, & resuat. Quantum ad formam autem, & speciem, manet, licet virtus speciei non manet semper equalis. Et quando dicitur quomodo tertia species ethica est incurabilis, quia humidum consumptum non restauratur.

Medicorum sententia circa humidum radicale quare sic dicitur.

Dicendum, quod secundum medicos humidum, quod ex primis parentibus trahitur, non oportet, quod dicatur radicale ex hoc, quod semper maneat distinctum secundum materiam, & proprietatem ab humido ex alimento generato, sed quia calor naturalis in illo humido tracto a parentibus prius existit quam in humido ex cibo generato, cum illud postea adueniat. Et illud etiam, quod permiscetur non participat speciem, nisi ex virtute illius humidum, cui permiscetur,

& ideo humidum illud primum est radix totius illius, quod ex alimento conuertitur, non autem ita, quod vtrumque humidum post finem digestionis vltimè distinctum maneat, sed totum per mixtum mixture completa accipit vnam proprietatem, & vtraque materia: scilicet, quae prius suberat primo humido spermatico, & materia, quae subest humido cibali postea aduenienti aequaliter se habet ad hoc, quod fluat, & resuat, & ad hoc, quod virtutem speciei participet. Et quando dicimus consumi humidum radicale, non est sensus, quod fluat materia, quae suberat illi humido, quia manente eadem materia potest perire humidum radicale, sed dicitur tunc perire, quando non manet proprietas, quam totum mixtum habeat ex virtute primi humidum, & tamen quoad manere dicitur humidum radicale, non est illud aliqua pars materig, vel corporis determinata totius, sed mixti est ista proprietas, quod manet adhuc in eo proprietas, quam habuit in primo humido tracto a parentibus. Si autem illa virtus pereat non potest restaurari, & dicitur tunc perire humidum radicale, quando virtus, quae est totius mixti, & tracta fuit in humido deriuato a parentibus perit, & non potest tunc fieri restauratio, quia virtus speciei non manet. Sicut si tota manus amputeretur non restauratur per nutrimentum, quia non manet virtus speciei determinata huic membro, & propter hanc causam dicunt medici quaedam membra composita ex humido esse radicalia, non quia nil de nutrimento in substantiam illorum membrorum transeat, cum quodlibet membrum corporis proportionaliter augeatur, sed quia in illis membris principaliter virtus speciei consistit, quae ex humido radicali est, id est fuit perfectè in humido deciso a parentibus, & a talibus membris non potest aliqua abscissio fieri, quia auferatur virtus speciei quantum ad aliquam partem determinatam, sed illam, quae absciditur, & propter hoc talia membra abscissa non sanantur, id est, quod reintegrentur. Intelligitur autem sic, quod semine vniformat menstruum muliebrem, quod est materia fetus, & illud menstruum est homogeneum, & vniforme, & tamen propter virtutem totius speciei deriuatam in semine masculino formatur menstruum femininum ad omnesfigurationes humani corporis, & tunc virtus illa est in semine masculino originaliter, & virtualiter, & sicut in arte est, ita implicite in menstruo causatur autem, & manet explicite, & sicut in artificio. Nam ars existens habitus indiuisibilis continet implicite omnesfigurationes, quas producit in artificio. Nam si non haberent non possent producere in artificio, sunt tamen in artificio explicite, quia vna pars figure, vel lineamenti est in vna parte figurati, & alia in alia. Ita semen viri existens indiuisibile in qualibet parte sua, quae formatiua est habet totam virtutem formandi omnia lineamenta, &figurationes corporis humani, menstruum tamen non potest recipere omnes illas lineationes in eadem parte, sed pars in parte est, & cum formantur istae lineationes in menstruo non solum manent ibi per impressionem, & quasi materialiter, & passive, sed etiam manent virtualiter, id est effectiue, scilicet ad posse efficere similes lineationes, & quia in qualibet parte artificio, vel figurati corporis est modus vnusfigurationis, ideo in parte illa manet virtus ad solum efficiendum, vel continuandum illamfigurationem, scilicet vt quoad augeatur manus, augeatur secundum modumfigurationis, quem accipit a principio, & nil varietur, quod fieri non poterat, nisi esset ibi determinata virtus, quae hoc efficeret, vt puta quando manus formatur a principio sunt radices digitorum grossiores, quae extremitates, etiam non sunt digiti aequales longitudine

Aduerte formatiua virtutem feminis.

dine neque grossitie. Et iste modus seruatur postea quantum eun que augeatur manus, s. q. maneant radices grossiores extremitatibus, & digiti inaequales proportionaliter, & tamen si non esset ibi aliqua specialis virtus, qua hoc seruaret, sed solum fieret augmentum sic, vel sic ex conditione alimenti, crescerent digiti aequaliter, & non proportionaliter, vel contingeret vnum immoderate fieri alijs grossiorem, vel longiorem, sicut in monstruosis fit per errorem naturæ. Signum ergo est, quod qualibet pars habet speciale virtutem, secundum quam regulatur ibi humidum ad faciendum augmentum, & quia quodlibet membrum habet multas partes, quæ sunt dissimiles sicut apparet in manu, non solum erit vna virtus quasi eiusdem rationis, quæ regulat materiam ad augmentationem pro tota manu, sed in qualibet particula est determinata virtus, secundum quod illa est dissimilis secundum alijs, & ob hoc si vnus digitus, vel pars digiti abscindatur, non nascitur, non quidem ex defectu alimenti, sed ex defectu virtutis formatiuae, & regulariuae alimenti conuertibilis pro illa parte, s. quod quando abscisa fuit particula, perijt virtus, quæ erat in illa, & non manet aliqua talis in toto corpore, ideo etiam si superex cresceret ibi alimentum, non potest formari pars talis qualis abscisa est, & tamē si virtus tota manus esset eadem cū absciso vno digito, vel parte eius maneat manus, & consequenter virtus manus posset per virtutem illam formari ex alimento pars abscisa, sed non potest, ideo non mansit virtus in corpore, & sic non est eadem virtus totius manus, & cuiuslibet particulae manus. Hoc est ergo dicendum, q. quando perit aliquid secundum speciem, quod non potest restaurari, scilicet, quando virtus determinata alicui membro, vel parti membri perijt cum membro, perit autē aliquid materiale, quando nulla virtus perit, sicut quis per nimia ieiunia maceratur, perit solum aliquid materiale manentibus omnibus virtutibus, ideo exinanitio illa restauratur, omnes autem virtutes partium corporis dicuntur secundum speciem, eo quod nulla aduenit per alimentum, sed insunt à principio quando comunicatur materiae formae speciei, & quia forma comunicatur mensurae quod formatur, & animatur, & cum forma consequuntur omnes virtutes, & conditiones speciei, dicitur quod omnia membra, in quibus est aliqua determinata virtus, sunt spermatica, id est ex mentro, vel ex humido radicali, quod pro eodem accipitur, & propter causam iam dictam quæcunque talia abscisa, vel corrupta non sanantur. Ad quantum dicendum, quod vis argumenti huius sit in hoc, quod non dato aliquo fixo per totam vitam continget omnia, quæ traxit homo ex parentibus perire, & ita non manere eundem hominem. Dicendum, quod non potest esse, quod maneat homo aliquando, quando nil materialiter de eo quod à parentibus traxit manet in eo, sed semper manet aliquid, & tamen non ideo est dicendum, q. fit signanda aliqua particula, quæ maneat eadem materialiter per totam vitam, fit autem sic, quia statim, vt aliquis conceptus, & formatus est, incipit nutrire suscipiendo alimentum, & illud quod gignitur in corpore ex alimento permiscetur, & quod prius erat ex partibus tractum, & ex ambobus efficitur vnum mixtum, cuius omnes partes aequaliter participant virtutem speciei, scilicet tam partes materiales, prioresque quæ adueniunt ex alimento, & hoc propter perfectam mixturem, vt dictum est. Et de isto mixto fit deperditio continua per actionem caloris resoluentis, & ista deperditio non fit solum de partibus susceptis ex nutrimento, neque de solis partibus, quæ præfuerunt tractæ à parentibus, sed de vtriusque simul fit deperditio

proportionaliter, scilicet secundum proportionem magnitudinis partium tractarū ab illis. Quod sic intellegendum. Si in vna die fit deperditio vnus vncie carnis, vel sanguinis de corpore hominis, & homo habeat duplum de partibus spermaticis quam de aduenientibus ex cibo, deperdetur duplum de partibus spermaticis quam de cibalibus, id est de materia tracta in semine, quia ipsa partes, vel mēbra, quæ dicuntur spermatica non resoluntur, quare semper ipsa manent, sed aliquid quod in illis est secundum materiam perit. Et causa quare sic fiat est, quia in eo quod nutritur, & augetur totum, & quælibet pars nutriti proportionaliter nutritur, & augetur. Quod patet, quia si non fieret proportionaliter nutritio, & augmentum in toto, & quælibet parte, in qualibet parte respectu alterius facta nutritione, & augmentatione non maneret eadem proportio partium inter se, quæ prius erat, & tamen licet post quamcūque nutritionem, & augmentationem varietur quantitas cuiuslibet partis, & totius, manet omnino eadem proportio partium, & particularum, quæ prius erat. Ergo necesse est quamlibet partem, & particulam corporis proportionaliter nutrire, & augeri ad alias partes corporis, & consequenter in deperditione per actionem caloris necesse est teneri eandem proportionem, vt quantum de vna parte corporis resoluitur tantum de alia resoluat proportionaliter, s. si sunt partes æquales quantitate quantum de vna resoluitur, tantum aequaliter de alia resoluetur, si vna est dupla ad alteram duplum in quantitate resoluetur de vna quam de alia, & tunc quia quælibet pars, & particula nutriti, & augmentati est nutrita, & augmentata, & fit augmentum, & nutritio de partibus cibalibus, quæ conuertitur in ipsum nutritum, necesse est, quod in qualibet parte, & particula corporis in principio nutritionis sit aliquid materialiter de eo, quod fuit in semine, & aliquid de eo quod per nutritionem aduenit, & totum efficitur vnum mixtum per se mixturem participans aequaliter speciem, & virtutes consequentes speciem ita, vt non possimus iam assignare distincte in aliqua parte corporis, vt pote in manu, vel pede, istud materiale fuit de semine, & istud materiale fuit tractum ex alimento, sed sunt penitus permixta, & eadem ad equalitatem, & gradum qualitatis redacta.

Ex quo sequit, quod necesse est, vt deperditio per actionem caloris in quolibet membro, & particula membri sit proportionaliter de eo, quod venit ex semine, & de eo, quod ex alimento genitum est eo, q. ille partes sunt iam permixta, & sunt reducta ad eundem gradum virtutis, & ita aequaliter recipiunt actionem caloris. Nam si virtus speciei maneret perfectius in partibus, quæ veniret ex semine, quam ex partibus aduenientibus ex nutrimento non ageret calor dissolvens in vtraque aequaliter, sicut credebant illi de prima, & secunda positione, & tamen falsum est. Et sic volebant, quod id, quod fuit ex semine, maneret per totam vitam idem, & tamen ostensum est, quod post mixturem perfectam manent omnes partes materiales eiusdem gradus virtutis, ideo aequaliter agit calor in partes materiales spermaticas, & cibales, & consequenter sequitur, quod proportionaliter deperdetur de his, & de illis, vt si aliquod membrum haberet triplicem in quantitate de partibus cibalibus, quam de spermaticis, consumetur in triplo plus de eo, quod venit ex cibo quam de eo, quod tractum est ex spermate.

Ex quo apparet, quod datis resolutionibus duabus factis in aliquo membro, vel in toto corpore hominis, quarum vna fit in primo anno vite, & alia in vicefimo, plus secundum quantitatem de partibus spermaticis

perijt in prima resolutione, quam in secunda. Et ratio huius est, quia, vt ostensum est, semper fit consumptio de partibus spermaticis, & cibalibus proportionaliter, & tamen non manet eadem proportio partium cibalium ad spermaticas in anno vicefimo, quæ fuit in anno primo vite. Ergo non consumitur aequaliter de partibus spermaticis in vna resolutione, & alia, licet fuerint resolutiones æquales quantitate. Et patet hoc ex duobus, primo quia tota magnitudo corporis est maior in homine cum est viginti annorum quam cum est vnus annus, sed illa non constat, nisi ex partibus materialiter tractis ex spermate, & cibo, & non sunt plures partes materialiter spermatica procedente ætate quam à principio, cum spermatici totum fuerit à parentibus tractum, ergo totum augmentum fit ex cibo, & ideo cum plures partes materialiter sunt in corpore ex cibo in anno vicefimo quam in primo facta resolutione æquali secundum quantitatem in anno primo, & in anno vicefimo non fiet aequaliter in vtraque partium spermaticarum consumptio, & ista habetudo erit secundum comparisonem magnitudinis totius corporis in anno primo ad magnitudinem in anno vicefimo, vt si in anno vicefimo sit corpus quadruplum ad magnitudinem primi anni secundum omnem dimensionem, & æqualiter secundum materiam consumitur in aliqua resolutione primi anni, sicut in alia resolutione anni vicefimi, necesse est plus quam quadruplum in quantitate de partibus materialibus spermaticis deperdi in resolutione primi anni quam in consumptione anni vicefimi.

Secunda ratio est, quia semper minuitur proportio partium materialium spermaticarum, s. nūquam habet quis plures, siue plus de materia spermatica statim, vt conceptus est per totum cum à parentibus trahat, statim autem perdere incipit, & continue deperditur aliquid, & ita minus de materia spermatica parentum manet in homine in anno vicefimo quam in principio vite, & sic plus perit de spermatico in omnibus resolutionibus, quæ sunt in parua ætate quam in illis, quæ sunt in adulta considerata magnitudine resolutionum vtriusque. Et illa est causa, quare ægritudines, quæ adueniunt homini in parua ætate plus nocent, & diminuunt virtutem quam ægritudines aduenientes in ætate matura. Et hoc non solum, quia plures partes spermaticæ pererunt (quod etiam verum est) sed quia plus corrumpitur de virtute perfecta quam in adulta ætate. Nam quanto plus procedit ætas tanto est mixtum habens virtutem speciei in minori gradu perfectionis, & ideo etiam si multum secundum materiam resoluitur in matura ætate, modicum de virtute perit, in parua autem ætate cum pauca resolutione materia fit magna deperditio virtutis.

Ex dictis quoque apparet, quod etiam si non sint partes spermaticæ fixæ, quod nunquam per totam vitam contingat eas secundum totum perire, & fluere dato, quod esset vita multum longa. Ratio est, quia, vt dictum est, semper fit resolutio proportionaliter, & vbi fit diuisio proportionaliter non potest vnum finire, nisi finiatur aliud quantumcūque vni sit maius alio, licet etiam hoc habet aliqualem instantiam, s. quod vni additur, & alteri. Nam materia spermaticæ nil additur, cibali autem materia fit continuatio additionis, & ideo licet semper fiat proportionaliter resolutio de vtroque, non est inconueniens finire vni aliquando non finito alio, & tamen in virtute non finitur, quia ante finitionem deperditionis omnium particularum materialium spermaticarum finitur vita. Hoc modo indiuiduum semper est idem materialiter à principio vite vsque ad finem, quia nūquā con-

tingit, dum vita manet, quod fluat totum, quod materialiter à parentibus tractum est, sed semper manet aliquid illius, & illud, quod aduenit est vnum mixtum, effectum cum eo, quod præerat, & ideo est materia vna, & indiuiduum vnum per totam vitam, sicut dicunt de igne, qui nutritur appositis lignis: semper enim manet vnus numero ignis, quamuis quibusdā lignis appositis alia consumatur, quia id, quod aduenit semper efficitur vnum cum eo, quod præerat. Istud autē exemplum solet poni ad ostendendum vnitatem, & identitatem indiuidui hominis per totam vitam, & tamen magis proprie manet homo idem per totam vitam, quam ignis idem, quando durat per continuam appositionem lignorum. Nam ignis ille est idem per continuationem succedentium partium materialium, sicut fluuius est idem per successionem indefinientium partium aquæ, licet nulla pars aquæ maneat nūc, quæ fuit in eo ante annum, ita ignis, qui per continuam lignorum appositionem manet est idem per continuationem partium materialium, in quibus non desinit forma ignis, neque interruptitur esse eius, & ideo non manet omnino idem secundum eandem materiam. Etiam forma non manet penitus eadem, nisi secundum quandam continuationem; quia forma ignis, cum sit materialis, non habet esse, nisi in materia, & cum non posset migrare, neque manere separata, necesse est, vt percipite aliqua parte materiae, quæ fuit sub forma ignis, perat illa pars forme homogeneæ, qua informabatur illa particula. Cum ergo omnes particule materiales pereant, & succedant alia, etiam particule formales pereunt, sed manet eadem forma per successionem partium formalium non dissimilium. In homine autem à principio vite vsque ad mortem est identitas tam forme quam materiae. De forma patet, quia sola anima est in homine forma substantialis, vt ostensum est supra. Illa autem simplex est non habens partes, & ideo eadē manet semper tota non alterata. Vnde saltem secundum formam est totaliter idē homo à principio vite vsque ad mortem. Etiam est idem secundum materiam, quia in igne non fit mixtio materiae aduenientis cum precedenti, vt efficiatur aliquid vnum per mixturem, sed solum fit successio: quare prima ligna penitus exuruntur, & alia eis succedunt, & ita de materia illa, in qua fuit à principio forma ignis nihil manet postea, sed in homine non est sic, licet materia adueniens per nutritionem miscetur mixture perfecta cum præexistente, ita vt vnum mixtum efficiatur, in quo iam non possumus distinguere, quæ partes materialiter præfuerunt, & quæ adueniunt per alimentum, & quando resoluitur non resoluitur specialiter, vel per se partes, quæ primo præfuerunt, sed istud totum mixtum proportionaliter resoluitur, & ideo semper manet aliqd de eo quod à principio fuit, licet fiat continua deperditio, & ita manet in homine aliquid de materia illa, quæ fuit ministrata à parentibus per totam vitam. Vnde manet indiuiduum idem numero tam quantum ad formam, quam etiam ad materiam. Secus autem esset si ex materia cibali gigneretur caro per se distincta, & separata à carne, quæ præfuit ex partibus, quia tunc non esset mixtum, & corrumpi posset tota materia tracta ex parentibus, & maneret caro sola ex cibo generata, & tunc non esset idem homo, qui fuerat à principio.

Ad quantum dicendum, quod virtus debilitat propter admixtionem alicuius extranei, non tamē, quod illud totum, quod ex alimento prouenit, sit extraneum, & sit aliquid de veritate nature: siue, vt ponit prima positio, siue vt ponit secunda, sed quicquid aduenit est quodammodo alienæ nature respectu eius, quod præxi-

præxistebat, eo q̄ est alterius qualitatis, & facit totū mixtum ex eo quod præxistebat, & ex eo quod aduenit esse minus perfectū quam erat ipsum, quod præxistebat, & in quantum facit illud descendere à gradu puritatis suæ est sibi alienum. Causa autem quare id, quod ex alimento generatur non ita perfecte affectum virtutem speciei, sicut id, quod primo per virtutem formatam erat ad generationem carnis per se, conuersio autem alimentum in carnem per virtutem nutritiuam non est simpliciter generatio carnis, sed generatio carnis in alio, s̄ per immixtionem, & generatio per se facit consequi perfectiorem virtutem speciei quam generatio in alio. Secundo, quia quanto virtus animæ magis diffunditur, & spargitur, debilior redditur, vt patet in eadem re, quia quanto est maior tanto est minus calida. Vnde animalia habentia magna cor, sunt timida naturaliter, vt dicit Aristot. 1.3. de Animalibus, quia alimentum adueniens facit rem maiorem, & virtus secundum speciem non crescit, necesse est, quod in quolibet alimentum adueniens faciat totum mixtum minus perfecte participans virtutem speciei, & sicut admixtio causa debilitatis virtutis est, quia id, quod admisceat est quodammodo extraneum, cum non sit eiusdem qualitatis, & ita cum saepe fuerit admixtio ista iterata, necesse est tandem deficere indiuiduum.

Animalia habentia magnum cor sunt timida naturaliter.

Ad sextum dicendum, q̄ natura tenet semper optimum modum, quem tenere potest, & tamen facere augmentationem per multiplicationem materię nō est possibile nature, ideo non auget sic. Et ratio est, quia natura agit solum secundum formam, & ideo non multiplicat materiam, sed formam. Principium enim agendi in natura est forma, & ideo necesse est, q̄ effectus nature sit forma, vel aliquid secundum formam existens, in quantum forma accipit. Non agit autem natura per materiam, neque per totum compositum, quia materia non est principium operandi in natura. Etiam compositum non est principium operandi, ideo natura non potest producere materiam, neque multiplicare eam, neque etiam producere compositum, nisi mediante forma, s̄ quia forma producit in materia, ideo non est possibile, q̄ natura multiplicet materiam, sicut neque gignit eam, & ideo nō facit augmentationem secundum multiplicationem materię, sed solum per conuersionem alimenti in alitum, quod est augmentare secundum formam, s̄ corrumpendo formam corporis præxistentis, & gignendo formam carnis in materia illa, ideo autem nō negatur hoc possibile, quia ipse potest directe in materiam; ergo non fit augmentatio per multiplicationem.

Ad septimum dicendum, q̄ naturale est augmentari per conuersionem alimenti, & non per multiplicationem. Et dicendum de rebus eiusdem speciei, q̄ natura suat consequi perfectionem suam vno modo, si consequantur naturaliter, sicut nature sunt consequi, & tamen si vna consequatur perfectionem suam vno modo naturaliter, & alia per miraculum, nō erit idē modus consequendi perfectionem. Sic cæcus natus, qui à Christo illuminatus est, consecutus est perfectionem suam videndi, & nos illam consequimur, sed nos ex natura per vim formatiuam, ille verò per miraculum. Ita qui naturaliter perueniunt ad quantitatis perfectionem veniunt per additionem exterioris quantitatis conuersio alimento in corpus, qui verò non poterunt naturaliter peruenire ad hanc quantitatem, sicut pueri decedentes in parua ætate, perueniunt miraculose, & non per nutritionem, non oportet tamen, q̄ fiat illud per multiplicationem rei per se, sed magis tenetur, q̄ per additionem materię ab

extra, quæ conuerteretur in carnem, & ossa, licet non per alterationem, & successionem, sicut natura facit, & ita transit alimentum in veritatem humane nature eo modo, quo tenet tertia positio.

Nunc autem respondendum est ad argumenta prima, quæ ostendebant, q̄ non posset resurgere totum, quod fuerat de veritate humane nature, & dicendum, q̄ licet resurgat in homine quicquid fuit in eo de veritate nature, non resurget caro bouis, quia res naturalis non est id, quod est ex sua materia, sed quod est ex sua forma. Vnde quamuis illa pars materię, quæ fuit aliquando sub forma carnis bouinæ resurgat, nō dicitur resurgere caro bouis, sed caro hominis, quia illa materia non erit tunc sub forma bouis, sed hominis, & materia trahitur ad esse, & speciem per formam. Sic etiam non poterit dici, q̄ resurget limus, de quo formatum est corpus Adæ, sed quod corpus Adæ resurget, eo q̄ forma limi non manebit tunc, sed forma carnis. Prima tamen positio concedit istam argumentationem, eo q̄ potest nil resurgere, nisi id, quod est de veritate nature, & id dicit esse illud solum, q̄ fuit in prima constitutione nature, quod autem per alimentum venit, dicit non pertinere ad veritatem humane nature neque ad resurrectionem, & tamē ista positio prima necessario concedet, q̄ tota materia limi, de quo formatus est Adam, resurgat, quia ille limus materialiter fuit veritas tota nature humane nō solum Adæ, sed etiam omnium hominum.

Ad secundum dicendum, q̄ costa Adæ, de qua Eua formata est non resurget in Adam, sed in Eua, & tamen est concedendum, q̄ fuit illa costa in Adam de veritate humane nature, quia habebat veram formam carnis, & conditiones speciei, & hoc tam prima quæ secunda, & tertia positiones concedent. Nam prima positio asserit de veritate nature humane fuisse totum, quod fuit in sua constitutione, & tamē totum quod in Adam erat, quando costa ablata est ei, erat de veritate humane nature, quia nil de alimento adhuc supererat Adam. Nam præceptum de comedendo datum est post formationem mulieris Gen. 2. c. ergo de constitutione nature fuit illa costa secunda, & tertia. A fortiori illud ponunt, cum non fuerit ex alimento genita costa. Sed dicendum, q̄ licet esset de veritate humane nature in Adam, non erat in eo ad manendum, sed ad multiplicationem speciei, s̄ vt ex ea formaretur mulier, & sic erat loco seminis, sed semen non resurget in eo, in quo erat, sed in eo ad cuius generationem profuit: ergo costa illa neque resurget in Adā, sed in Eua. Est tamen differentia inter costam illam, & semen, quia semen nullo modo est de veritate humane nature in eo, in quo est. Nam non informatur ab anima habentis illud: immo neque perficitur, sicut sanguis, & alij humores, quia isti non animantur, & tamen perficiuntur ab anima, semen autē nō perficitur, quia tunc retineretur, & non emitteretur, & non putresceret per longam retentionem, & ideo neque semen, quod profuit ad generationem, neque illud, quod inutiliter fufum est proderit ad resurrectionem: non enim resumetur à resurgente: costa autem Adæ licet ordinata esset à Deo ad formam Eua, & aliter non produxisset eam in Adam, tamen pertinebat ad veritatem nature eius, quia informabatur ab anima eius, & ideo magis pertinebat illa costa ad Adam, quam semen ab habentem.

Ad tertium de eo, qui vescitur carnibus humanis dicendum, q̄ secundum primam positionem facile est respondere, quia secundum illam oportet, q̄ carnes comestæ resurgant in eo, cuius fuerint, & non in comedente. Et ratio, quia ponit ista positio solum resurgere in homine id, quod fuit in eo de veritate humane nature.

manæ nature, & dicit, q̄ id, quod prouenit ex alimento, nunquam pertinet ad veritatem nature, eo q̄ ad veritatem dicit solum pertinere id, quod fuit materialiter in Adam, & de illo traducitur ad quemlibet hominem aliquid per deriuationem seminis. Vnde non potest esse de veritate humane nature secundum istam positionem, nisi id, quod per semē defluxit, & ita carnes comestæ non resurgent in comedente, sed in eo cuius erant, quia in eo fuerunt de veritate nature humane. Quantum ad secundam autem, & tertiam positionem ponuntur carnes comestæ esse de veritate nature humane tam in comedente quam in eo cuius erant, & ideo in vtroque possent resurgere, & tamen non resurgunt in vtroque, sed in altero, sed quæ magis pertinebant, & forte in neutro eorum.

Circa quod considerandum, vt dictum est, q̄ tam secunda quam tertia positio ponunt alimentum pertinere ad veritatem humane nature, quia conuertitur in carnem, & ossa, sed positio secunda dicit pertinere minus principaliter, quia ponit id, quod est ex semine per se, & primo pertinere ad veritatem nature humane. Tertia autem positio asserit tam id, quod est ex semine quam id, quod conuertitur de alimento pertinere æqualiter ad veritatem humane nature: vtrique autem concedit id, quod conuertitur ex nutritione pertinere ad resurrectionem, licet non totum, sed quantum necessarium est ad restaurationem quantitatis, quam habuit homo, vel habiturus erat in maximo augmento. Ex quo sequitur, q̄ ista caro poterit resurgere non solum in eo, cuius fuit, sed etiam in comedente, cum per nutritionem conuersa fuerit in carnem eius.

In quo carnes humane comestæ resurgēt

Sed ad sciendum, in quo determinatè resurget est dicendum, q̄ aut ista caro inæqualiter pertinet ad vtrumque, aut æqualiter, aut nullo modo est alicui eorum necessaria. Si primo modo resurget in illo, ad quem magis pertinet. Si secundo modo resurget in primo. Si tertio modo in nullo resurget eorum, sed manebit conuersa in pulueres, & cedit in elementa.

De primo patet, quia partes hominis resurgunt in corpore secundum, q̄ pertinent ad veritatem nature eius, & non pertinent omnes æqualiter ad veritatem humane nature secundum secundam positionem, ideo illis partibus, quæ magis sunt de veritate nature humane magis competit resurgere, & ideo cum carnes comestæ fuerint de veritate nature humane tam in comedente quam in eo, cuius erant prius, in illo debent resurgere, in quo magis fuerunt de veritate humane nature.

De secundo apparet, quia si accideret in vtroque pertinere æqualiter ad veritatem nature humane (quod possibile est, vt ostenditur) resurgerent carnes in eo in quo primo fuerunt, quia licet æqualiter sint de veritate nature humane quantum ad necessitatem constitutionis corporis vtriusque, tamen cum in aliquo prius fuerint de veritate humane nature quam in alio, ex hoc aliquo modo magis pertinent ad veritatem nature in illo quam in secundo.

Circa quod sciendum, q̄ iudicium de illis carnibus comestis, ad quem eorum pertineant non debet accipi secundum eas totas, quia aliquid poterit in illis magis pertinere ad vnum, quam ad aliud, & aliquid e contrario, vt si carnes illæ existētēs in eo, cuius primo fuerunt, habuerunt in se aliquem tumorem, vel superexcrecentiam, non pertineret illud ad veritatem nature in primo, & non resurrectorum erat in eo etiam si non comederentur carnes eius ab aliquo, ideo neque nunc resurget in illo. In secundo autem poterit esse ille tumor, vel superexcrecentia de veritate nature, vt quia per alimentum potuit transire in veram carnem,

& ossa. E contrario autem aliquid de illis carnibus fuit de veritate nature in primo, quod non potuit esse de veritate nature in secundo, quia quando comedit eas, aliquid secessit per decoctionem, & iuit in secessum, quia ita fit de omnibus cibis quantumcunque sint boni, & connaturales, vt ostensum est supra. & illud non potest resurgere in comedente, quia non fuit in eo de veritate humane nature: in primo autē poterit resurgere, quia fuit in eo illa vera caro, aut os. De ceteris autem partibus, quæ in vtroque fuerunt de veritate nature, dicendum est, q̄ in vtroque possunt resurgere secundum, q̄ magis, aut minus pertinent ad veritatem humane nature.

Sed dicitur quid est accedere magis, & minus ad veritatem humane nature?

Dicendum, quod illud quod magis participat virtutem speciei accedit magis ad veritatem. Nam esse indiuisibile est, & ideo æqualiter participatur ab omnibus, à quibus participatur, vel non participatur: virtus autem speciei, & alia conditiones consequentes non consistunt in indiuisibili, & ideo participatur inæqualiter tam à diuersis hominibus quam ab eodem homine secundum diuersa tempora. Nam quanto magis quis declinat ad senectutem tanto minus perfecte participat virtutem speciei, quia fit maior aduentus extranei humidi, quod cum misceatur cum præxistēti redditur inde mixtum quoddam valde imperfectum, sicut apparet in vino, cui admisceatur aqua. Nam antequam admisceatur ei aqua habet totā perfectionem speciei, quia est purū, adiuncta vero aqua efficitur mixtum debilius retinens virtutem vini, & sic per continuam appositionem reperitur debilius virtus vini: & bene dicitur, quia aliquid participat magis, vel minus virtutem speciei: rātm enim facit ista participatio, quod propter esse virtutem imperfecte participatam non possit inueniri in aliquo natura speciei, sicut fit per continuam appositionem aquæ ad vinum, quia semper fit debilius retinens virtutem vini, & tam debiliter inueniuntur aliquando illa virtus, quod si iam fiat vltior additio, iam non erit vinum, sed aqua, vel mixtum alterius speciei. Sic fit in homine, quanta poterit debilitas virtutis fieri propter admixtionem continuam, quod in tali virtute non poterit inueniri natura speciei, & ita accidit circa omnes, qui moriuntur propter nimiam senectutē, s̄ q̄ illud mixtum tam debiliter tenet iam virtutem speciei, quæ non potest exercere operationes secundum speciem, & quia forma in homine non solum est forma, sed etiam motor, quādo cessauerit posse operari propter indispositionē corporis desinet esse ibi, & eodē modo in quantum forma exigit determinatam dispositionem ex parte materię qua perit, quando virtus multum debilitatur, & ideo anima etiam secundum, q̄ forma non potest ibi manere.

Ex hoc sequitur, q̄ partes materiales corporis, quæ fuerunt realiter in semine in vntro formatō maxime pertinet ad veritatem humane nature, eo quod quando formatur fetus de nouo non est ibi aliquid, nisi in quod data est forma speciei, & nil extraneum ei aduenit, & ideo sicut vinum tunc maxime participat perfectam virtutem speciei, quando ei nō est admixtus aliquis liquor, ita & corpus nouiter formatū, quando nil aduenit ei per alimentum, participat perfectissime virtutem speciei, quando autem ætas magis extendit, & continuè fit noua mixtio per alimentum conuersionem, tanto debilius habet homo virtutē speciei, & ita procedit vsquequo per continuam admixtionem tanta fiat impuritas totius mixti, quod non possit anima in illo corpore manere, vt dictum est.

Ex quo inferitur, quod nullæ partes in eodem homine pertinent æqualiter ad veritatem naturæ humanæ, nisi illæ quæ eodem tempore ceperunt esse de veritate eius, etiam quod quotidie partes aduenientes minus pertinent ad veritatem naturæ, unde illæ, quæ circa mortem conuertuntur in carnem, minime pertinent ad veritatem humanæ naturæ.

Ex hoc etiam apparet quis ordo erit partium ad resurrectionem in eodem homine. Nam in homine non resumetur totum, quod conuersum fuit in ipsum per nutritionem, sed tantum quantum sufficit ad reddendam magnitudinem, quæ habuit in tricesimo anno, vel habiturus erat si viveret, ut dictum est: ergo non resumentur, sed ordo in partibus resumendis erit, quod totum, quod fuit in semine, resumatur ante omnia, quia istæ partes materiales maxime participauerunt virtutem speciei, ut dictum est, & deinde id, quod statim venit per alimentum, quia illud fuit purius, id est magis participans virtutem speciei, & ideo si ad reddendam magnitudinem quam aliquis habuit in anno tricesimo, suffecerint partes materiales, quas habuit conuersas in corpus suum per nutritionem, licet resuerint non resumetur in resurrectione aliquid de eo, quod postea aduenit etiam si illud actu maneat in corpore, & aliquid iam fluxerit.

Ex quo patet, quod aliquis homo erit integræ ætatis, de cuius carne, & ossibus, quæ habuit cum moreretur, non resumetur quantitas, aut pondus vnus libræ, licet ipse sit ponderis ducentarum librarum. Ratio est, quia illud magis pertinet ad resurrectionem, quod perfectius participauit virtutem speciei, sed ut dictum est ea, quæ adueniunt in primo anno per alimentum magis pertinent ad virtutem speciei, & virtutem naturæ, ideo potius competit resurgere partibus, quæ conuersæ sunt in hominis corpus in anno primo quàm eis, quæ conuersæ sunt in anno secundo, sed illæ, quæ conuersæ fuerunt in principio ætatis pro maiori parte defluerunt per actionem continuam caloris: manent autem illæ, quæ postea adueniunt, ideo si quis vixerit vsque ad annos centum accidere poterit, quod in morte non maneat in eo quantitas vnus libræ de eis, quæ materialiter adueniunt à conceptione vsque ad annum sextum, vel septimum, quia cetera fluxerunt, & tamen illis, quæ conuersæ fuerunt in corpus hominis vsque ad quintum, vel sextum annum fortassis competet resurgere, ut si illa simul collecta sufficiant ad reddendam quantitatem maximam, quam homo habuit in anno tricesimo, ergo illa sola resurgent in corpore, & tamen de illis poterit accidere, quod non maneat vna libra ponderis in centenario moriente, ergo reliquum quod actu manet in eo non pertinebit ad resurrectionem, quamuis intermaneat in corpore, & cetera fluxerint.

Ex prædictis etiam sequitur, quod nunquam totæ carnes comestæ resurgent in comedente, quia semper aliquæ partes ibi manent materiales, quæ fuerunt in semine, & tamen illæ maxime pertinent ad veritatem humanæ naturæ, ergo non resurgent in comedente.

Patet primum: nam, ut supra ostensum est, non potest accidere, quod in aliquo homine, quantumcumque viuat, fluant omnes partes, quæ materialiter fuerunt in semine, & maneat sola, quæ venerit per alimentum propter causam ibi datam. Etiam quia si omnes illæ fluerent, non esset idem homo numero.

Secundum patet, quia, ut ostensum est, partes, quæ fuerunt in semine perfectissime participauerunt veritatem speciei, & ideo maxime pertinent ad veritatem naturæ humanæ: unde non possunt æqualiter pertinere

ad comedentem, sicut ad eum, cuius prius fuerunt: quia in comedente fuerunt partes per nutritionem in primo autem fuerunt partes materiales feminis: ideo necesse est, quod illæ resurgant in eo, cuius fuerunt, & non in comedente. Nisi forte quis dicat, quia aliquando partes comestæ non habebant aliquas partes materiales, quæ fuerunt in semine.

Sed dicendum, quod non stat: nam sicut est de roto, ita est de partibus: sicut enim non maneret idem totum, sicut supra ostensum est, si penitus fluxissent omnes partes materiales, quæ fuerunt à principio in generatione: ita & non manebunt eadem partes numero: ut pote non idem caput aut pedes, & ita de alijs si non maneat in eis aliquid, quod materialiter fuit ex semine, & tamen ad esse idem totum, oportet esse eandem partem: ideo necesse est, ut in quolibet membro corporis maneat aliquid materialiter, quod fuerit ex semine, quantumcumque sit paucum.

Item patet, quia omnes partes fuerunt constitutæ totaliter de humido spermatico, & postea in resolutione fit resolutio, & deperditio proportionaliter de omnibus, & etiam omnes nutriuntur, & augentur proportionaliter, ut supra ostensum est. Ergo necesse est, ut in qualibet maneat aliquid de humido spermatico, & quoad maneat aliquid in vna de humidis spermaticis, maneat in alia: quia quando de aliquibus corporibus fit diuisio, vel remotio proportionalis, et si illa sint inæqualia, non potest vnum finiri diuidendo nisi etiam alterum finiat, & necesse est ambo finiri simul, vel nunquam finiri, & ita cum in qualibet parte corporis fuerit humidum feminale, & postea de qualibet fit deperditio proportionaliter, impossibile est, quod deficiat in aliqua earum esse humidum spermaticum omnes partes quousque in omnibus partibus corporis esse defierint: & tamē quando homo viuat semper manet aliquid de materia spermatica, ut ostensum est, ergo necesse est, quod quando homo viuat, maneat in quolibet membro aliquid quod materialiter fuerit in semine, & quia illa particula necessario resurgere habent in eo, cuius carnes comestæ fuerunt, ut ostensum est, ergo impossibile est, quod aliquando carnes comestæ resurgant totaliter in comedente, et si effectæ fuerint de veritate naturæ eius, sed necesse est aliquid illarum resurgere semper in eo, cuius carnes fuerunt.

De ceteris autem particulis earundem carnum dicendum, quod interdum possunt pertinere magis in vno ad veritatem humanæ naturæ, quam in altero, & in illo resurgent. Hoc autem potest considerari secundum tempus nutritionis, quo alicui euenerunt. Nam ut ostensum est supra realiter pertinet magis ad veritatem humanæ naturæ alicuius id, quod aduenit ei in anno primo, quam quod aduenit de alimento anno secundo, & tertio, & ita de alijs temporibus.

Ex quo sequitur, quod ex ætate comedētis, & eius, cuius carnes comestæ fuerunt, poterit iudicari ad quæ pertineat realiter magis caro comesta, & quis magis illa indigeret.

Patet hoc: nam si ille, cuius aliquæ carnes comestæ sunt, erat annorum sexaginta, & ille, qui comedit, erat annorum quatuor: maior pars carnum videbitur pertinere ad comedentem quam ad eum, cuius erant. Ratio est, quia id, quod erat in homine sexagenario pro maiori parte, aduenit nouiter per alimentum, vel non multo tempore ante, quia reliquæ partes, quæ ab antiquo fuerant acquisite pro maiori parte fluxerant, & tamen id, quod acquiritur in ætate sexagenaria modicum pertinet ad veritatem humanæ naturæ propter participare imperfecte virtutem speciei, ergo magis pertinebat ad veritatem humanæ naturæ in comedente.

comedente, qui est quatuor annorum, in quo inuenitur virtus speciei perfectior propter paucitatem mixture, & paucum recessum à principio: ergo ibi partes illæ materiales participantes perfectius virtutem speciei effectæ sunt magis de veritate humanæ naturæ.

Secundo, quod magis indiget comedens partibus illis quam ipse cuius fuerunt, quia ei cuius fuerunt partes ille carnium forte particule materiales, quæ fluxerunt in temporibus præteritis sufficienter ad reddendam quantitatem, quæ habuit in anno tricesimo non resumptis illis, quas habebat cum erat sexagenarius, & forte partem de illis resumpturus erat in resurrectione, etiam si nullus comedisset eas, à fortiori autem si aliquis eas comederit, & effectæ fuerint in eo de veritate naturæ humanæ pertinebunt ad comedentem. Nam in illo videntur necessariæ ad reddendam quantitatem quam habuit comedens, vel habiturus erat in anno tricesimo eo, quod totum, quod fuit materialiter in aliquo conuersum per nutritionem vsque ad quartum, vel quintum annum forte est necessarium ad reddendam maximam quantitatem, quam habuit homo, vel habiturus fuit. Si autem comedens fuit antiquus, & ille, cuius carnes comederat, erat infans, fiet è contrario, & ita secundum considerationem diuersarum ætatum, & complexionum comedentis, & eius cuius carnes comeduntur, potest verisimiliter iudicari ad quem pro maiori parte carnes comestæ pertineant.

Dicitur autem secundum varietatem complexionum, quia non potest totaliter sumi iudicium ex ætate: potest enim aliquis esse, in quo id, quod aduenit per alimentum in anno vicefimo, sit magis de veritate naturæ humanæ naturæ in alio id, quod aduenit ei in anno sexto. Ratio est, quia virtus speciei à principio fuit inæqualis, sicut patet in vino, quia aliquod vinum purum existens participat plus duplo, vel quincuplo virtutem speciei quam aliquid existens purum. Hoc enim ex origine acceperunt. Ex quo sequitur, quod aliquod vinum habens admixtionem æqualitatis de aqua, participat ita perfecte, vel melius virtutem speciei quam aliquid aliud purum existens, ita de hominibus est, quia accipiendo corpora hominum, prout solū formata sunt ex spermate, id est menstruo, non participant æqualiter virtutem speciei, & ex hoc determinatur homini periodus specialis, scilicet quod aliqui sint longioris vitæ, & aliqui breuioris, secundum quod illud humidum existens purius potest diu manere recipiens admixtionem alieni humidi. Sic enim erat in hominibus primæ ætatis, in quibus erat vita longior, & vna causa longitudinis erat, quod semen participabat tunc magis perfecte virtutem speciei quàm nunc, & ita etiam accidit nunc, quod humidum spermaticum, ex quo formatum fuit corpus alicuius, sit duplo perfectius participans virtutem speciei, quam humidum spermaticum alterius, & ideo in illo erunt partes spermaticæ magis de veritate naturæ quam in altero, & hoc modo accidit, quod ea, quæ adueniunt alicui per alimentum in anno vicefimo, sint magis de veritate naturæ naturæ in eo, quam in altero ea, quæ proueniunt ei in anno tertio, vel quarto. Et hoc est verum respectu diuersorum, sed respectu eiusdem generis est, quod quæ primo adueniunt, sunt magis de veritate humanæ, eo quod quotidie ipsum totum mixtum habet debilius veritatem speciei. Et hoc verum est, nisi cum accidentaliter egritudine contrariū sit, quia eo tpe, quo quis patitur grauem egritudinem, ea, quæ adueniunt ei, minus perfecte participare videntur virtutem speciei, quam ea, quæ postea adueniunt cum homo resitutus est totaliter sanitati.

Dicendum tamen quod licet aliquid sit absolute magis de veritate naturæ in vno quam in alio, si probabiliter est minus de veritate naturæ in eo, non resurget caro in eo, sed in illo, in quo est magis de veritate naturæ eo, quod ibi est maior indigentia eius, ut si in aliquo existente annorum triginta fuit caro multum participans virtutem speciei magis quam in aliquo, quando erat annorum septem erit absolute caro eadem magis de veritate humanæ naturæ in illo, cui aduenit anno tricesimo, quàm in illo, cui aduenit anno septimo, & tamen proportionaliter non est verum. Nam comparando in istis duobus maximas participationes virtutis speciei, quæ sunt in corpore, quando formatum est ex menstruo, quia partes existentes materialiter in semine maxime participant virtutem speciei non sunt istæ participationes æqualiter, sed forte materia spermatica vni triplo, vel quadruplo perfectius communicat illam virtutem quam alia, & ita potest absolute esse, quod partes aduenientes alicui per alimentum participet perfectius virtutem istam perfectius in anno tricesimo quàm in alio in anno septimo, & consequenter absolute vna est magis, vel minus de veritate humanæ naturæ quam altera. Et tamen accipiendo quamlibet participationem istarum, ut summam, dicitur quod id, quod aduenit alicui in anno quinto per alimentum, & illud idem materialiter adueniat alteri in anno tricesimo, magis est de veritate naturæ illius, qui recipit in anno quinto quam illius, qui recipit in anno tricesimo, quia perfectio participationis virtutis speciei magis accedit ad summam in eo, qui in quinto anno recepit quam in illo, qui in anno tricesimo, & ob hoc pertinebit ista caro ad eum, cuius fuit in anno quinto. Etiam quia ille ea forte indiget ad complementum suæ quantitatis, ut quia omnia, quæ transferunt materialiter in corpus eius vsque ad tempus illud, non sufficiunt ad reddendam quantitatem competentem homini, & tamen in eo, cui aduenit in anno tricesimo non erit necessaria ad reddendam quantitatem eius, quia ceteræ partes, quæ fuerunt materialiter in corpore, & fluxerunt, prius sunt recipiende quam id, quod aduenit anno tricesimo.

De tertio patet, quia interdum caro comesta ad nullum pertinebit neque resurget in comedente neque in eo, cuius fuit, ut si aliquis existens sexaginta annorum comedit de carnibus alterius sexagenarij, forte ille carnes comestæ in nullo resurgent eorum, quia nulli necessariae sunt, quia certum est, quod cuilibet eorum ad reddendam debitam quantitatem sufficit ea, quæ materialiter fuerunt in eo ante annum sexagesimum, & fluxerunt, etiam si parum, vel nil resumatur de eo, quod actualiter manet in anno sexagesimo. Et hoc verum est, nisi quantum ad id quod manet in partibus illis de eo, quod fuit materialiter in semine, quia illud oportet resurgere in eo, cuius fuerunt partes carnis.

Sed quid si alicui istorum defit aliquid, ita quod resurgentibus istis carnibus in aliquo adhuc defit aliquid ad reddendam quantitatem debitam?

Dicendum, quod carnes resurgent in eo, in quo fuerunt magis de veritate naturæ, & magis necessariae, & siue ipsi, siue alteri, siue vtrique defit aliquid ad reddendam debitam quantitatem, supplebit Deus illud de aliqua materia, quæ nunquam fuit in aliquo istorum, sicut supplet in pueris paruulis decedentibus, qui nondum peruenerunt ad ætatem, in qua omne, quod fuit in eis materialiter sufficit ad reddendam quantitatem, quam habituri erant. Et hoc non tollit identitatem numeralem indiuidui, non enim tollitur per additionem, sed bene per subtractionem; id est si non manentibus eisdem partibus materialibus apponatur



tur alia omnino differentes, si tamen eadem omnino maneat, etiā additis alijs, vel fluentibus quibusdam non tollitur identitas. Sicut quotidie fluunt aliqua partes, de quolibet individuo, & tamen manet idem, quod prius.

Ad quartum dicendum, quod procedit argumentum, in quantum præsupponit semen esse de superfluo alimenti, & ideo fuisse de veritate humana naturæ in illo, de cuius carnibus comestis semen genitum est.

Ad hoc autem prima positio dicit falsum præsupponi, quia illa vult, quod semen neque secundum totum, neque secundum partem sit de superfluo alimenti, sed dicit esse de veritate humana naturæ, & quod illud multiplicetur secundum se, ut ex eo reddatur quantitas tota hominis, & etiam ex eo decidatur semen, & sic ille, qui vescitur solis carnibus humanis non emittit semen genitum de carnibus comestis, sed de veritate naturæ suæ. Et ideo secundum istam positionem non tenet argumentum, sed carnes comestæ pertinent ad veritatem naturæ humanæ illius, cuius fuerunt, & ideo non resurgunt in eo, qui comedit illas, neque in eo, qui genitus est de semine eius.

Sed secunda, & tertia positio dicunt esse semen de superfluo alimenti, licet maneat dubium, an sit solū de superfluo alimenti, vel maneat aliqua pars immixta de veritate naturæ.

Et secundum eas dicendum est, quod de carnibus aliquid illis resurget in comedente, & aliquid in eo cuius fuerunt carnes, & aliquid in eo, qui ex semine comedentis genitus est. Non est enim possibile, quod totum, quod materialiter fuit in carnibus comestis conuertatur in semen, quia post multam decoctionem cibi peruenitur ad depurationem feminis, quod hoc superfluitas vltimi cibi, illud autē, quod de carnibus comestis in semen conuertitur, magis pertinet ad veritatem naturæ in eo, quod ex semine nascitur, quam in eo, in cuius carnibus semen generatur, & ideo secundum doctrinam supra datam id, quod in semine conuertitur resurget in eo, cuius carnibus semen generatur, & ideo secundum doctrinam supra datam id, quod in semine conuertitur resurget in eo, qui ex semine nascitur, residuum autem poterit resurgere in eo, vel in alijs.

Circa quod sciendum, quod dato isto casu, carnes comestæ possunt pertinere ad tres homines, scilicet ad eum cuius fuerunt, & ad comedentem, & ad illum qui nascitur ex semine genito de illis carnibus. Sed de illo, qui ex tali semine nascitur dicendum, quod non possunt pertinere ad eum totæ illæ carnes comestæ, sed solum id, quod in semine conuersum est.

Patet primum, quia illæ carnes nullo modo conuertuntur in eum, quia non poterant peruenire ad eum, nisi per generationem, vel nutritionem. Non venerunt per nutritionem, quia ipse non comedit illas, per generationem autem pertinet solum id, quod materialiter est in semine, ideo non potest ad ipsum pertinere, nisi illud, quod de carnibus conuersum est in semine. Et hoc verum est directè. Et tamen per accidens poterant istæ carnes totæ assumi ad resurgendum in corpore eius, qui ex semine isto genitus est, ut si accideret, quod illæ carnes comestæ non essent necessaria comedenti, neque ei, cuius erant ad aliquam reddendam quantitatem ipsorum, ut dictum est supra, & ita pariter semē, & ille qui ex illo semine genitus est, forte decessit in primo anno vitæ, & ita non fuit in eo materialiter, unde possit reddi tanta quantitas quantum iste habiturus erat, si ad annum tricesimum perueniret, sed oportet aliunde eam suppleri, & ita fortassis de illis carnibus comestis, quæ ad nullius ipsorum

duorum resurrectionem pertinerent resumetur, quæ deest isti nato ex tali semine, sed hoc per accidens est, directè autem non potest competere ei, nisi quod conuersum est in semen. Sed circa semen, an competat ei, vel alijs, dicendum quod aut loquimur de semine, id est de menstruo materno, aut de semine virili, scilicet de semine paterno.

Dicendum, quod cum menstruum sit, ex quo materialiter componitur corpus fetus oportet, quod redeat, quia nil est, quod magis in aliquo pertineat ad veritatem naturæ eius quā id, quod fuit in prima formatione corporis eius. Unde non potuit pertinere factum ad veritatem naturæ humanæ in comedente, neque in eo, cuius carnes primo fuerunt, sicut in isto, qui ex illo menstruo formatus est, quia in alijs fuit per modum nutritionis, in isto autem pertinet ad primam formationem corporis. Istud autem verum est, nisi quantum ad illas particulas, quæ fuerunt in carnibus illis, quæ erant de semine in illo cuius carnes primo fuerunt. Nam ut supra ostensum est, sicut nunquam manet individuum, quin maneat in eo aliqua partes, quæ materialiter fuerunt in semine, id est menstruo, ex quo formatus est, ita nulla pars corporis est, quæ non habeat aliquas particulas, quæ materialiter fuerunt de semine in prima formatione ipsarum partium corporis, quando autem quis sumit illas partes in cibum sumit etiam id, quod materialiter fuit in semine, ex quo illæ partes formatae fuerunt. Si ergo de illis partibus rursus formatum est semen, & in illo semine veniunt aliqua partes earum, quæ fuerunt in semine illarum particularum comestiarum, necesse est, quod aliquid sit in semine, siue menstruo, ex quo formatur iste homo, quæ fuerunt in menstruo, de quo alius homo formatus est, & quia quantum ad hoc equaliter pertinent illæ particulae ad veritatem naturæ in utroque, necesse est, quod resurgant in eo cuius prius fuerunt particulae, sed cetera particulae menstrui pertinebant ad illum, qui formatus est ex isto menstruo, & non ad illum, ex cuius carnibus genitum est menstruum propter rationem supra positam.

Si autem loquimur de semine virili, dicendum, quod pendet hoc ex alio dubio: quidam enim dicit, quod semen maris non venit materialiter ad compositionem corporis fetus, sed solum, ut primum actiuum formans, & digerens menstruum foeminae, & euaporat propter suam subtilitatem in spiritus.

Alij dicunt, quod intrat in compositionem fetus, tam semen masculi quam foeminae, sed vnum, ut materiale solum, aliud verò est actiuum partim, & partim materiale.

Si autem teneatur, quod semen viri non intrat materialiter in compositionem fetus dicitur, quod non poterit resurgere in eo, id est poterit pertinere ad illum de cuius carnibus genitum est semen, ad comedentem autem non poterit pertinere illa particula, quia nunquam fuit de veritate in eo. Nam semen nunquam conuertitur in corpus illius cuius est, neque animatur anima eius, immo neque ab ea perficitur, in eo autem, cuius carnes fuerunt, fuit illud de veritate naturæ humane partim per nutritionem, & partim per generationem, ideo ad illum pertinebit.

Si dicatur, quod intrat in compositionem corporis, sicut menstruum muliebre. Dicendum est de eo, sicut de menstruo, scilicet, quod resurget in illo, qui ex illo semine genitus est: præter particulas illius feminis, quæ fuerunt in alio semine. Nam illa resurgunt in eo, cuius fuerunt carnes. De alijs duobus, id est de comedente carnes, & de eo, cuius carnes comestæ fuerunt.

Dicendum, quod residuum, quod non resurget in eo,

eo, qui genitus est ex semine resurget in illis, & poterit esse, quod totum resurgat in comedente præter id, quod fuit de illis carnibus comestis materialiter in semine, vel quod tota resurgant in eo, cuius fuerunt, vel partim in vno, & partim in alio, vel quod omnino pereant, & non resurgant in aliquo illorum, ut si nulli eorum sint necessaræ. Quod verum est præter particulas feminales, quæ semper resurgunt in eo, cuius fuerunt carnes, quod totum apparet ex his, quæ dicta sunt in solutione præcedentis argumenti.

Ad quintum cuius vigor est, quia ponitur cibari quis embryonibus solis, quæ sunt continentia id solum, quod est de veritate naturæ humane alicuius; dicendum quod prima positio non recipit hoc argumentum, quia argumentum procedit propter semen genitum ex illis, & tamen prima dicit non gigni semen ex superfluo alimenti, ideo ex embryonibus comestis non gignitur semen, sed adueniunt illa comedenti per nutritionem, semen autem est de veritate naturæ ipsius comedentis, & non de cibo, quem comedit, & ideo secundum istam positionem embryones si animati erant non resurgunt in comedente, neque in eo, qui genitus est ex semine comedentis ea, sed ipsi resurgunt in seipsis, quia quodlibet erit per se vnus homo.

Sed dicendum secundum secundam positionem, & tertiā positionem posse gigni semen ex illis embryonibus, qui sumuntur a comedente per modum nutrimenti. Et tunc dicendum, quod aut animati sunt, aut non: si sunt animati resurgunt. Sed tunc dicendum, quod in embryonibus non est solum quod est ex semine, sed multum aliud, quia non animatur embryo vsque ad perfectam perfectionem, quod in corpore maris accidit ad quadraginta dies, vel quasi, in feminis autem ad octoginta, & in tempore medio multum aduenit embryoni, quo nutritur, & augetur propter substantiam feminis, & illud habet se in embryonibus, sicut se habent in nobis partes materiales, quæ adueniunt per nutritionem quotidie, & ideo si quis nutritur solis embryonibus, & ex semine inde genito, nascitur homo, est dicendum, quod in semine illo est aliquid superfluum, quod poterit resurgere in genito.

Circa quod sciendum, quod dato isto casu materia embryonis poterit resurgere in tribus, scilicet in embryone pertinente ad resurrectionem, & in comedente, & in genito ex semine comedentis.

De genito dicendum, quod nihil resurget in eo de embryonibus, nisi illud paucum, quod de eis conuersum est in semine, & hoc nisi fuerint ibi aliqua partes, quæ fuerint seminaliter in embryonibus, quia illæ partes resurgunt in embryonibus, & si in aliquo seminaliter fuerint ante embryonibus resurgent in illo, & non in embryonibus secundum rationem supra positam: reliquum de semine illo resurget in genito ex illo semine, & illud sufficit cum alijs partibus, quæ postea per nutrimentum euenerunt, & si illæ non sufficiant, Deus supplebit ex alia materia. Neque est inconueniens, quia cum totum semen maternum, vel paternum secundum aliam positionem fuerit de veritate fetus nature, & in ratione sua seminali, quod non resurgat totum in eo, quia non est necesse: immo non est possibile, quod in quolibet homine resurgat totum, quod in eo fuit de veritate naturæ humane, ut dictum est supra, & dicitur sequenti q.

De reliquis autem partibus embryonum, quæ non conuertuntur in semen, dicendum quod resurget in embryonibus si erant animati, vel in comedente, in eo, in quo magis pertinuerit ad veritatem naturæ humane,

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

& qui plus indiget illis ad resurrectionem suam. Et ex his duabus rationibus videtur quasi aequaliter dicendum, quod illæ partes totaliter resurgant in embryonibus, & nil in comedente.

Prima ratio est, quia, ut supra dictum est, quanto aliquid de alimento citius alicui aduenit, tanto magis efficitur de veritate naturæ illius, & quia alimentum illud prius aduenit embryonibus quam comedenti, non solum respectu temporis absolute, sed etiam proportionaliter secundum durationem embryonum, & comedentis. Nam embryoni aduenit nutrimentum intra vtero paulo post suam formationem, comedenti autem aduenit post exitum de vtero, quia in vtero non vescitur embryonibus, & tunc maiori tempore distat a sua formatione, quā embryo a sua.

Secunda est propter maiorem necessitatem. Nam embryones nihil habent, in quo resurgant, nisi id, quod in vtero acceperunt, qui autem vescitur embryonibus aliquid habet præter id quod conuersum est in eum ex embryonibus. Nam aliquo tempore vescitur iste lacte materno, quando nullum alium cibum capere poterat, & conuersum est in eius substantiam, & ideo paucioribus indiget quam embryones, unde in embryonibus potius materia eorum resurgat.

Tertia potest addi, quia dato, quod vescens embryonibus aequaliter egerit ad resurrectionem partibus embryonum sicut embryones, adhuc non resurgerent in comedentem, sed in embryones, quia quod proprium est alicui prius ei responderet quam alteri, & quia partes illæ prius coeperunt esse de veritate naturæ humane in embryones, quam in comedente, pertinebunt potius ad embryones.

Quarta ratio potest addi, quia partes embryonis solum pertinent ad comedentem per modum alimentari, embryis autem partim competunt per nutritionem, & partim per generationem, in quantum aliquid illorum fuit ex semine, aliquid autem aduenit per nutritionem factam in vtero, & ideo realiter omnes partes embryonem comesti pertinent ad embryonem animatum. Ad comedentes autem nullæ pertinent realiter, nisi forte embryones habuerunt aliquas partes in vtero per nutritionem, quæ non effectæ fuerint de veritate naturæ ipsorum, sicut tumores aliqui, vel excrescentiæ, sicut accidit in foetibus monstruosis.

Nam in vtero accipiunt tales monstruositates, & illud, quod non est in eis de veritate humane nature, efficiuntur in comedente de veritate humane nature, & in eo pertinebit ad resurrectionem, & non in embryonibus, sed quia in tali casu tam embryonibus, quam comedenti eos sola desunt multa ad reddendam quantitatem, quam embryones habitura erant in anno tricesimo, & quam comedens habuit vel habiturus erat, supplebit illud Deus aliunde manente eadem quantitate numerali individui. Si autem embryones non erant animati non resurgent, & ideo non est eadem difficultas, sed dicendum, quod partim resurgunt in eo, qui ex tali semine natus est, scilicet, totum, quod fuit in semine. Residua autem partes resurgunt in comedente, scilicet, omnes, quæ in eum conuertæ sunt, quia multum de cibo non conuertitur, ut quod in secessum vadit, & quod resoluatur in fumositates quasdam subtiles in sua decoctione, & hoc non potest respondere ad quæcunque dubia, quæ sunt de materia resurgentium quantum ad id quod manebit, vel non manebit in corpore.

Ad duo argumenta in contrarium respondebitur sequenti quaestione.

P

Antotum, quod fuit materialiter in membris corporis humani, in homine resurgat. Quæstio. CCXLIII.

QUÆRITUR an totum, quod fuit materialiter in membris corporis humani resurgat in homine.

Aliqui dicunt, quod sic, quia minus videtur pertinere ad resurrectionem capilli, quam alia membra: & totum tamen, quod fuit in capillis resurgat, & si non in capillis saltem in alijs partibus corporis, ut dicit Augustinus, vigesimo secundo libro, de Civitate Dei in 19. & Magister, quarto Sen. di. quadragesima quarta, illud allegat, ergo à fortiori aliud quid quod fuit in membris nostris resurgat.

Secundo, quia sicut partes carnis secundum speciem perficiuntur ab anima rationali, ita & partes secundum materiam. Et tamen corpus humanum habet ad resurrectionem ordinem in quantum fuit animatum anima rationali, ergo tam partes secundum materiam quam secundum speciem resurgent, sed quidquid fuit materialiter in membris nostris vocatur pars secundum materiam, ergo quidquid fuit materialiter in membris nostris, resurgat in nobis.

Tertio, quia ex illa parte accidit corpori totalitas, ex qua accidit ei divisio in partes: sed divisio accidit corpori ex parte materiae, cuius dispositio est quantitas, secundum quam dividitur, cum totalitas corporis sit totalitas materiae, id est ex materia, & non ex forma, quia forma non habet partes sed materia, si ergo aliquid, quod materialiter fuisset in membris humanis, non resurgeret non resurgeret totum corpus, & consequenter neque totus homo, quod est inconueniens.

Alij dicunt, quod non resurgat quidquid fuit materialiter in membris, quia partes secundum materiam non sunt fixæ in corpore, sed fluunt, & resuunt, ut dicitur primo de Generatione. Illæ tamen fuerunt materialiter in membris: si autem omnes illæ resurgerent, aut esset corpus minus, aut densius; sed utrunque est inconueniens, ergo non resurgent omnes partes tales.

Secundo, quia quidquid est de veritate naturæ humanæ in vno homine, totum potest esse pars materiae in altero homine, qui eius carnibus vescitur: si ergo in quolibet resurgat id, quod fuit materialiter in vno sequitur, quod id quod fuit de veritate, humanæ naturæ in vno resurgat in alio, quod videtur esse inconueniens.

Dicendum, quod non oportet, quod resurgat in homine quolibet totum, quod fuit de materia in membris eius, immo neque est possibile resurgere.

Primo patet ex ratione supraposita de densitate, & magnitudine. Nam materialiter fuit quicquid aliquando conuenit in corpus eius per alimentum, siue actualiter maneat, siue fluxerit, sed si illud totum, quod fluxit, & manet, iungatur ad magnitudinem, manifestum est, quod efficiatur homo valde maior, immo qui vixit, quæ ad annos centum, & continuè nutritur restituta tota materia secundum gradum eundem densitatis, & raritatis, quem nunc homo habet, forte esset vnus homo æqualis decem, vel viginti hominibus simul in magnitudine, vel si tota illa materia per condensationem debeat reduci ad æquales dimensiones prioribus, quas homo habuit, dum viveret, oportet esse magnam densitatem, quanta nunquam fuit cum sit plus de materia sub æqualibus dimensionibus, utrunque autem est inconueniens, quia

tam magnitudo quam densitas, & raritas determinantur in vnaquaque specie Etheregenorum, & potissime animatorum ex conditione formæ: ergo non poterunt talia inueniri in homine: ergo non erit in eo tota materia, quæ fuit successiue incorporata ei.

Secundo, quia sequeretur, quod id quod est de veritate naturæ in eo, sicut id, quod fuit ex semine contingeret esse materialiter in aliquo, qui vesceretur carnibus illius, sed id, quod fuit in aliquo ex semine non potest resurgere in aliquo, nisi in ipso, ut ostensum est præcedenti quæstio, ergo non resurgit quicquid est materialiter in aliquo, & postea in ipso.

Tertio quia sic sequeretur impossibile, scilicet, quod idem numero resurgeret in mille hominibus, vel pluribus, quia id, quod fuit in vno potest esse in multis, ut si de carnibus vnus hominis comederent mille viri resurgat in isto id, quod est in alijs mille, & sic resurgat simul in isto, quod etiam intelligi non potest.

Sed dicendum, quod circa hoc aliter loquitur prima positio, aliter secunda, aliter tertia, ut dictum est præced. q.

Prima ponit nihil resurgere, nisi quod fuit de veritate naturæ humanæ, sed dicit esse de veritate naturæ humanæ illud solum, quod fuit in natura constitutiue de alimento nihil dicit pertinere ad veritatem humanæ naturæ, & consequenter, neque resurgere partes acceptas ex alimento.

Et secundum hanc positionem dicendum, quod non resurgat in homine, quod materialiter fuit in eo: nam alitum vere conuersum est materialiter in corpus hominis, & mansit ibi aliquandiu factum caro, & os, & tamen nil de illo resurgere dicit.

Quantum ad secundam, & tertiam positionem etiã dicendum, quod non resurgat quidquid materialiter fuit in membris nostris, quia vtraque ponit aliquid aduenire per alimentum, & manere aliquando in membris nostris, sed totum illud non redibit, quia non erit necessarium, neque conueniens ad reddendam quantitatem conuenientem homini in resurrectione.

Circa quod dicendum, quod in hoc manet dubiũ, scilicet quid differat esse materialiter in homine, & esse de veritate humanæ naturæ eius: nam solet communiter concedi, quod quicquid fuit in aliquo de veritate humanæ naturæ resurgat in eo, & tamen, quod resurgat quicquid materialiter fuit in membris solet negari, aut dubitari.

Dicendum, quod omnes positiones distinguunt hæc duo, sed prima positio dicit aliquid esse de veritate naturæ humanæ, quod ex semine quidem solum aduenit, quod per se multiplicatur ad reddendam quantitatem totam, quam homo postea habet, & ad decidendum inde semen. Materialiter autem dicit in membris nostris id, quod solum venit per alimentum quia illud in nobis est, & tamen dicit nunquam conuerti in veritatem naturæ humanæ, & ideo nunquam pertinere ad veritatem naturæ, neque resurgere, & tamen quod est alicui de veritate naturæ est in eo materialiter, quia est materia eius, & qualibet pars illius est pars materiae eius, sed non est solum materialiter in eo, cum sit etiam de veritate naturæ, quod autem dicitur materialiter, scilicet, quod est per nutrimentum solum est materialiter, quia non transit in veritatem naturæ humanæ.

Secunda positio dicit per cibum conuerti aliquid in substantiam hominis, & effici de veritate naturæ humanæ. Et tamen distinguit esse de veritate naturæ, quia dicit, quod quicquid in semine fuit, id est quicquid

quid materialiter fuit in prima formatione corporis ante omnem susceptionem alimenti, dicit esse totaliter, & per se primo de veritate naturæ humanæ, & istud dicit, quod pertinet per se ad resurrectionem, & quod nil de isto manebit extra corpus.

Et etiam dicit, quod per totam vitam nihil de isto fluit de corpore hominis, sed fixum manet, id vero quod per alimentum venit, fluit, & refluit. Et in hoc conuenit ista positio cum prima, quia vtraque ponit partes materiales, & secundum speciem differre realiter in corpore. Nam partes secundum speciem vocant id, quod ex semine aduenit, & ille semper manet, carnem secundum materiam vocant quicquid per alimentum venit, & istud fluit, & refluit. Sed in hoc differunt prima, & secunda, quia prima dicit nil resumi de resurrectione in partibus secundum materiam: secunda autem ponit aliquid resumi. Et ratio differentie est, quod solum prima ponit pertinere ad veritatem humanæ naturæ id quod ex semine est: nutrimentum autem nullo modo transire in veritatem naturæ: secunda autem dicit id, quod ex semine est pertinere primo, & principaliter ad veritatem humanæ naturæ, & ideo esse fixum, & totum resurgere: quod vero per nutritionem conuertitur transire in veritatem naturæ humanæ minus principaliter, & ideo aliquo modo competere ei resurgere, sed non omnibus partibus materialibus, quæ conuersæ fuerunt in veritatem humanæ naturæ.

Tertia positio asserit tam id, quod in formatione corporis fuit, quam id quod per alimentum postea aduenit, pertinere ad veritatem humanæ naturæ, & æqualiter omnia pertinere ad veritatem humanæ naturæ. Et hoc propter duo. Primo, quia nullam particulam asserit fixam manere in corpore per totam vitam, sed hominibus tam venientibus ex semine, quam ex nutrimento competere fluere, & refluire, & ideo quia non excedunt in hoc partes materiales, quæ fuerunt in semine partes, quæ veniunt ex alimento, nõ esse principaliter istas quam illas de veritate humanæ naturæ. Secundo, quia postquam partes materiales sunt in toto, siue sint ex semine, siue ex nutrimento, omnes participant æqualiter virtutem speciei, eo quod sit vnum mixtum mixtionem perfectam vnus gradus qualitatis. Et ideo non est causa quare vna dicatur magis pertinere ad veritatem humanæ naturæ, tunc quam alia: quia esse magis de veritate naturæ est magis participare virtutem speciei, secundum quam natura manet, & quia tunc æqualiter est participatio virtutis in omnibus partibus propter perfectam mixtionem, pertinent omnes partes æqualiter ad veritatem humanæ naturæ, licet aliqua partes materialiter tunc maneat in mixto, quæ prius magis participauerunt virtutem speciei, quam tunc.

Iuxta istam positionem debet dici, quod esse de veritate naturæ humanæ accipitur dupliciter. Vno modo largè, scilicet, quod quidquid informatur forma humana, dicatur de veritate naturæ humanæ. Alio modo, quod quidquid informatur forma humana, & pertinet ad speciem, est de veritate naturæ humanæ. Accipiendo primo modo quidquid est materialiter in corpore hominis, est de veritate humanæ naturæ, quia siue quod actualiter est, siue quod fluxit, informabatur anima humana verè. Et hoc modo concedendum est, quod sicut non pertinet ad resurrectionem quidquid materialiter fuit in membris nostris, ita neque resurgat quidquid fuit de veritate humanæ naturæ, sed multa sunt, &

Alph. Tost. in Matth. Pars V l.

fuerunt de veritate humanæ naturæ, quæ non resurgerent. Et hoc sufficiebat, & erat sine calumnia, scilicet, ut diceretur, quod licet id, quod est de veritate humanæ naturæ resurgat, tamen non quidquid est, aliquando fuit de veritate eius, & tunc non est distinctio inter esse materialiter, & esse de veritate naturæ humanæ. Sed quia communiter solet concedi, quod quidquid est de veritate humanæ naturæ resurgat, quod etiam oritur ex eo quod dicit Aristoteles primo de Generatione, scilicet, quod caro secundum speciem manet, caro autem secundum materiam fluit, & refluit, & ita id quod manet dicitur pertinere ad resurrectionem, quod autem fluit, non.

Circa hoc ergo dicendum, quod partes secundum speciem vocant illi de prima, & secunda positione quidquid venit ex semine, & fuit in prima formatione corporis, ut dictum est. Et has dicunt manere semper, quod autem per nutrimentum aduenit dicunt esse partes secundum materiam, & sic quod secundum speciem est, semper manet.

Alij dicunt partes secundum speciem vocari partes corporis habentes determinatam quantitatem in corpore, & est tantæ virtutis, ut competat ei actio propria; non quidem ut supposito extra totum, sed quod sit propria, id est, quod non habeat solum, quod concurrat cum toto ad actionem. Pars secundum materiam vocatur ex opposito ista, quæ non est tantæ quantitatis, neque tantæ virtutis naturaliter, ut competat ei aliqua actio, & hoc modo quodlibet membrum vocatur pars secundum speciem: partes autem parue membrorum vocantur secundum materiam, & dicunt isti quod pars secundum speciem manet, id est, quia ex se apta est ad manendum, cum tantam quantitatem, & virtutem habeat, ut agendo resistere possit agenti contrario, pars materialis dicitur fluere, quia secundum se apta est ad fluendum, quia non competit ei talis virtus, neque tanta quantitas, in qua diu manere possit. Sed hoc non consonat intentioni Aristotelis distinguentis id, quod est secundum speciem, & secundum materiam. Primo, quia tunc non possent distingui, quod est secundum speciem, & secundum materiam in homogeneis, quia homogenea non habent partes, quarum cuilibet competat aliqua operatio, sed eadem est operatio totius, & omnium partium propter vnitatem formæ simpliciter, & virtutem vnicam, id est, quod non sunt potentie distincte in forma homogenea, sicut damus in formis etherogeneorum, ut in animatis. Et tamen Aristoteles dicit libro primo de generatione, quod distinguitur esse secundum speciem, & secundum materiam, sicut in quolibet alio, ut in lapide, & aqua, & tamen manifestum est, quod in lapide, & aqua non est dare partes secundum speciem modo dicto, eo quod homogenea sunt, & non est aliquid, cui competat operatio distincta, ergo aliter vult Aristoteles accipere partes secundum speciem, & materiam.

Secundo quod Commentator ibidem exponens dicit eadem numero esse partes secundum speciem, & secundum materiam, & solam differentiam rationis ponit.

Tertio quia Aristoteles non solum vocat partes secundum speciem, & secundum materiam, sed carnem secundum speciem, & materiam, & tamen caro, quia est homogeneum non habet operationem aliquam, sed id, quod habet operationem est membrum, & illud est pluraquam caro, ergo non est illud, quod vocatur pars secundum speciem.

P 2 Quarto,

Quarto, quia hoc modo tam partes secundum speciem, quam secundum materiam manent, & nulla erit, quæ fluat. Et patet, quia partes parua membrorum sunt hoc modo secundum materiam, & tamen illæ manent, quia sicut tori membro competit, quod maneat, & non potest fluere: ita & cuilibet parti assignatæ habenti determinatam magnitudinem, & situm competit quod maneat, & semper manet, quia non poterat manere aliquid membrum nisi omnes partes magnitudinis eius manerent, & tunc non erit aliqua pars secundum materiam.

Aliter ergo dicendum, quod partes secundum speciem sunt omnes partes, in quantum habent magnitudinem, & situm, & figuram in corpore. Partes autem secundum materiam dicuntur eadem ipsæ partes, in quantum habent materiam secundum quam subijciuntur formæ speciei, & situi, & magnitudini, & figuræ. Et ita exponit Commentator, ut declaratum est præcedenti quæstione, & tunc verum est, quod partes secundum speciem, vel caro secundum speciem semper manet, & partes secundum materiam fluunt, & resuunt, ut si accipiat pes, ut manus. Nam pes, ut aliquid tale, & manus ut manus semper manet, scilicet, pes, qui nunc est, erit cras, & eiusdem magnitudinis, vel non minoris, & eiusdem virtutis in agendo, & eiusdem figuræ, & situm eundem habens respectu totius corporis, & ita pes non fluit, neque resuunt, & tamen non manebit cras tota, & eadem materia, quæ nunc est in eo, sed multum de ea fluat per actionem caloris, & multum de nouo aduenit, & sicut est de toto pede, ita est de qualibet particula quantumcunque parua assignata in pede, quæ habeat determinatam magnitudinem, & situm respectu pedis totius. Nam illa est etiam pars secundum speciem, & ideo nunquam illa fluit, sed sicut totus pes manet, ita & manet illa particula habens eandem magnitudinem, & situm eundem, & nunquam fluat, quia si illa particula posset fluere, etiam totus pes fluere, cum ex illa, & alijs similibus habentibus situm, & magnitudinem componatur, sed illa habet materiam, quæ nunc est sub ea, & illa fluit, & resuunt manente eadem particula, & ita in toto corpore accipiendum. Sic etiam est caro secundum speciem, & secundum materiam, & ossa eodem modo, & ita potest sciri, quæ sint partes secundum speciem, & secundum materiam.

Considerandum ulterius, quod in formatione corporis, quæ sit ex instructo, recipit corpus omnes partes suas, id est, omnia membra: & tamen non recipit omnes partes secundum speciem. Et ratio est, quia partes secundum augmentum sunt partes secundum speciem, & tamen illæ non habentur in formatione, sed postea ex alimento proueniunt, & hoc est contra positionem primam, & secundam. Verum est autem, quod post formationem corporis non adueniunt ei aliquæ partes diuersarum rationum, & denominationum, & diuersarum virtutum, quia ista pluralitas, & diuersitas causatur ab anima, & tamen anima aduenit corpori in formatione, & dat statim suam perfectionem totam corpori, quia secundum se totam in eo recipitur, ideo statim causatur in corpore tota multiplicitas partium, & virtutum, quæ ex anima causari potest.

Dico tamen, quod adhuc adueniunt postea multæ partes secundum speciem corpori, quia omnes partes augmenti sunt partes secundum speciem, quod patet, quia partes secundum speciem sunt, quæ manent, & tamen competit partibus augmenti manere: semper enim manent, postquam semel

Omnis partes augmenti sunt partes secundum speciem.

in corpore sunt: ergo sunt partes secundum speciem. Etiam quia partes secundum speciem sunt, quæ ultra esse materiale habent aliquod esse, & tamen partes augmenti ultra hoc, quod materiam habent, etiam habent magnitudinem determinatam, & situm respectu totius, & figuram aliquam, ideo quantum ad illud competit eis esse partes secundum speciem, & tamen istæ sunt ex alimento, ideo ex alimento proueniunt aliquid secundum speciem.

Circa quod sciendum, quod ex alimento proueniunt duplices partes: quædam sunt ad augmentum alia ad restaurationem deperditi: primæ sunt partes secundum speciem: secundæ vocantur secundum materiam, quia non competit eis aliquid de specie, ut sint. Hoc patet, quia alimentum facit duo in recipiente, scilicet, restaurat, quod deperditum est, ponendo aliud æquale loco eius, insuper facit maius quousque res proueniat ad magnitudinem competentem ei secundum speciem.

De partibus, quæ faciunt augmentum dicendum quod quilibet earum facit aliquid secundum speciem, & computatur, ut alia pars distincta, quia obtrahitur alium locum, & situm in corpore, & substat alijs partibus dimensionis: & secundum hoc habet aliquid per quod distinguitur, & quod addat in toto supra alias partes. Et ista est totalitas secundum speciem, quia non solum aduenit ibi distincta pars materiæ ab alijs partibus materiæ, sed cum ea venit distinctus situs, & figuratio, & pars dimensionis terminatæ, quæ omnia sunt rationes quædam ultra materiam.

Pars autem ex alimento veniens ad restaurationem deperditi est quidem pars secundum materiam distincta ab alijs partibus, quæ præexistebant materialiter in corpore, sed ista non accipit nouum situm, neque substat nouis partibus dimensionis, sed penitus stat loco præcedentis, quæ fluxit, & ideo etiam si tales nullæ adueniant cedente vna, & subintrante alia nil plus erit in re, quam si semper eadem pars materiæ mansisset, & ideo secundum formam nihil addunt istæ ad aliam propter quod illa prima poterat vocari pars secundum speciem, sed omnes istæ, quæ successerunt loco eius solum sunt partes materiales, ideo istæ fluunt, & resuunt, licet quilibet istarum eo tempore, quo manet in corpore considerata ad totum corpus non respectu alicuius partis, quæ fluxerit, vocabitur pars secundum speciem, eo quod tunc facit in corpore aliquam magnitudinem, & situm habet distinctum ab alijs.

Ex hoc autem sequitur, quod solæ partes secundum speciem resurgunt, scilicet, omnia membra corporis, & quidquid in illis ad magnitudinem pertinet, partes autem, quæ ad solam restaurationem prouenerunt non resurgunt, & ideo non resurgunt quidquid materialiter fuit in corpore.

Et hoc patet, quia si totum quod materialiter fuit in homine, & fluxit, colligeretur, ut resurgeret, essent multa inconuenientia, ut ostensum est supra. Et dicitur de partibus facientibus magnitudinem usque ad illam magnitudinem maximam, quam homo habuit, cum esset annorum triginta, vel quam habiturus esset, si illuc perueniret, & hoc verum est, nisi in aliquibus ex orbitate naturæ, id est, impotentia, secuta fuit minor magnitudo, quam esse decebat. Nam tales resurgent in maiori quantitate, quam habuerunt hic, scilicet, in tanta quantitate, quæ tam illos habere deceat, & habuerunt, nisi obstaret defectus naturæ, & illud quod deest magnitudini suppleri poterit ex partibus, quæ fluxerunt, quæ non fuerunt

Ex alimento duplices partes proueniunt.

erunt magnitudinem, sed restaurationem. Etiam verum est hoc, nisi de illis, quæ peruenierunt ad maiorem quantitatem, quam sit conueniens speciei, sicut de Titio dicit Isidorus, quod iacebat distentus in nouem iugeribus, & de similibus. Nam talia corpora non ueget, & regulat sufficienter anima humana, ideo illa erunt minoris quantitatis in resurrectione, cum ibi non maneat aliquid inordinatum.

Lib. 11. Ety molog.

Sed tunc manet dubium, cum enim non debeant redire omnes partes, quæ materialiter fuerunt in homine, sed illæ solæ, quæ faciunt magnitudinem, siue usquequo perueniat aliquis ad debitam magnitudinem, quæ partes potius redibunt.

Dicendum, quod circa hoc est triplex positio, quibusdam enim dicunt, quod redibunt illæ, quæ prius habuerunt esse in corpore, id est, illæ, quæ aliquando fuerunt in corpore, siue maneat tempore mortis, siue non, ita quod accipiantur omnes partes, quæ materialiter fuerunt in aliquo tam in formatione, siue in nutritione, & de istis reformabitur corpus, & accipiantur de illis tantæ, quantæ fuerint necessaria. Vnde si omnes quotquot fuerunt materialiter in hominea principio nutritionis usque ad annum quintum suffecerint ad reddendam quantitatem istam non resumentur aliquæ de illis, quæ postea adueniunt per nutritionem, etiam si maneat actualiter in corpore morientis.

Alij dicunt, quod illæ partes assumentur, quæ ad magnitudinem pertinebant, & manserunt in eo usque ad mortem, vel quas habuit dum moreretur. Ratio huius esse videtur, quia pars materiæ habet se ad resurrectionem, secundum quod ad hominem pertinet, & tamen magis videtur pertinere illæ, quæ manent, quam illæ, quæ fluxerunt: quia illæ sunt iam aliarum rerum: ergo illæ quæ manent tempore mortis, resurgunt.

Tertia positio est, quod resumantur illæ particule, quæ nouiter causauerunt magnitudinem, sicut enim supra dictum est per alimentum duo fiunt, scilicet, restauratio, & augmentum, quando deperditum resumitur per partes æquales est restauratio solum, quando resumitur plus est augmentum, quia perducitur res nutrita ad maiorem quantitatem: illa aut res, quæ primo facit magnitudinem, quæ non præexistebat pertinet proprie ad augmentum, quæ deperdita subintrat alia in locum eius, sed non facit nouum augmentum, nisi res nutrita incipiat habere maiorem quantitatem quam prius. De istis autem partibus, quæ nouiter augmentauerunt corpus, dicit ista positio, quod illæ solæ resurgunt cum partibus, quæ fuerunt in formatione: quia illæ etiam prouenerunt ad magnitudinem.

Sed dicendum, quod quæcumque istarum positionum teneatur non multum differat ad resurrectionem, dum tamen tantæ partes materiæ dentur, ut ex eis restituatur quantitas quæ præfuit. Nam non manebit corpus in eadem dispositione qualitatum, in qua aliquo tempore fuit dum uiueret, sed inducetur nouitas. Et tamen dicendum quod prima, & tertia sunt rationabiliores: secunda autem non multum ualet.

De tertia patet, quia in resurgentibus non solum exigitur identitas eorum, sed etiam equalitas quantitatis, & illa magis per se quæritur, quam materia penitus eadem. Nam si quæreretur identitas materiæ penitus resumantur omnes partes, quæ fuerunt materialiter in corpore, quod est falsum, sed tantum de materia quæritur, quantum sufficiens est quousque proueniat ad illam quantitatem. Ergo illæ partes materiales erunt ad hoc magis conuenientes

Alph. Tost. in Matth. Pars VI

tes, per quas prius deuentum est ad istam magnitudinem.

De prima patet, quia resurgunt partes materiæ in corpore, secundum quod pertinerunt ad veritatem naturæ: ergo quantum magis pertinerunt ad eam magis competit eis resurgere, & tamen partes materiales, quæ fuerunt a principio vitæ, magis prouenerunt ad veritatem humanæ naturæ: ergo illæ potius quam aliæ resurgunt. Patet istud, quia natura speciei consistit in indiuisibili, quia est esse: virtus tamen speciei est diuisibilis, quia ad qualitates pertinet, & ita cum in quolibet individuo cuiuslibet naturæ inueniatur virtus naturæ ipsius, non inuenitur tamen equaliter, sed in quibusdam perfectius, quam in alijs, & ita circa hominem illæ partes materiales, quæ perfectius participant virtutem speciei, dicuntur magis participare ad veritatem humanæ naturæ, sed quanto aliqua pars materialis prius fuit in toto perfectius participauit virtutem speciei, & consequenter magis accessit ad veritatem humanæ naturæ, ut ostensum est præcedenti quæstione: & omnibus partibus materialibus, quanto priores fuerunt in corpore, tanto magis competit resurgere.

Secundo, quia dato, quod partes quæcumque existentes in corpore humano pro quocumque tempore participarent equaliter veritatem humanæ naturæ, & virtutem speciei, tamen competeret potius resurgere eis, quæ priores fuerunt, sicut præcedenti quæstione dictum est, quod si quis comedit carnes alienius, & equaliter prouenerunt ad veritatem humanæ naturæ in vno, sicut in alio, quod resurgunt in illo, in quo prius fuerunt, quia in illo habuerunt prius, quod competeret eis resurgere. Ita ergo de partibus materialibus, quæ fuerunt successiue in eodem homine, dato quod omnibus competeret equaliter virtus speciei, cum prius competuit hoc prioribus, & habuerunt prius ordinem ad resurrectionem, videtur quod illæ potius resurgunt.

Secunda autem positio non est satis rationabilis, eo quod non sequitur aliquod motuum conueniens, non enim considerat puritatem, vel perfectionem partium materialium, quæ magis pertinent ad veritatem naturæ humanæ, sed potius illas ponit resurgere, quæ minus ad veritatem humanæ naturæ pertinent, non enim possunt minus aliquæ pertinere, quam illæ, quæ sunt tempore mortis, eo quod totum corpus debilius participat perfectionem speciei, quam aliquando participauerit, & propter hoc est mors, quia anima non potest manere in corpore tam elongato a perfectione virtutis humanæ: ergo in hoc est positio irrationalis. Etiam non attendit ista positio ad quantitatem, sicut tertia, quia ex eo quod requiritur in corpore tota quantitas, quæ præfuit, videntur illæ partes conuenientiores, quæ primo hanc quantitatem causauerunt, & tamen secundum istam positionem non resumuntur partes illæ, sed potius illæ, quæ successerunt eis, per quas quantitas causata est.

Motuum quoque positionis istius non ualet: nam ex eo quod partes aliquæ fuerunt in corpore tempore mortis, non magis pertinent ad hominem, quia sicut istæ nunc sunt in corpore, quando aliæ non sunt, sed fluxerunt: ita illæ erant in corpore, quando istæ nondum aduenierant, neque erant humanæ cum non maneat eadem partes per totam vitam: potius ergo pertinebunt ad corpus illæ, quæ præcesserunt, quæ participauerunt perfectius virtutem speciei, ut ostensum est.

Tenenda ergo est prima positio, quia illa est rationabilior, & communius tenet. Etiam, quia illa satisfacit omnibus

Propter quid sit mors.

P 3 bus

bus inconuenientibus, quod non faciunt aliæ duæ. **F** Nam secunda non satisficit, ut si moriatur aliquis centenarius, quando diminutus est quantitate, & resolutæ sunt multæ particulæ de corpore eius: non enim sufficit ad reddendam suam maximam quantitatem illud de materia, quod nunc habet, & ita oportebit redire ad priam, scilicet, ut resumatur aliquid de partibus, quæ fluxerunt. Secunda quoque interdum non sufficit, ut si moriatur quis ante complementum suæ maximæ quantitatis, si sumantur solæ illæ particulæ, quæ fuerunt primæ in partibus augmenti, non sufficent nisi ad reddendam tantam quantitatem, quanta est quando moritur, ut autem tanta quantitas reddatur, quanta futura erat, necesse est redire ad primam positionem, scilicet, ut sumantur omnes illæ particulæ, quæ fuerunt materialiter in homine a principio suæ formationis usque ad tempus, in quo omnes præcedentes particulæ collectæ valeant reddere magnitudinem, quam iste habuit, vel habiturus erat.

Sed obijcietur, quod dato isto modo resurrectionis non habebit resurgens easdem partes carnis, & ossis, quas uiuens habuit.

Dicendum, quod non habebit eandem penitus carnem, & ossa materialiter, id est, omnes illas partes materiales solum, quas habuit aliquo tempore, dum uiueret, vel in aliquo instanti assignato. Neque etiam habebit quidquid per totam vitam habuit, sed habebit id, quod habuit in diuersis partibus vitæ, & non sequitur ex hoc aliquod inconueniens. Primum patet, quia non habebit fuit omnes partes materiales, quas habuit per totam vitam, ut supra ostensum est: quia efficeretur maioris quantitatis, aut densitatis. Etiam non habebit illas solum omnes, quas habuit aliquo tempore, vel instanti determinato in vita. Nam si accipiatur tempus formationis falsum est, quia tunc haberet solas partes feminis nondum adueniente aliquo alimento: & illæ partes solæ non sufficunt ad reddendam magnitudinem, quam ille maximam habuit, vel habiturus erat: ideo oportet aliquas accipi de alimento, si accipiantur illæ, quas habuit, cum esset annorum triginta, non habebit easdem, sed paucas de illis, quia debent resumere omnes partes materiales, quæ per alimentum alicui aduenierunt a principio nutritionis usque ad tempus, in quo omnes collectæ sufficiant ad reddendam quantitatem, quam homo habuit in anno tricesimo: & forte istæ sunt usque ad annum quintum, vel sextum, & tamen istæ in nullo instanti sunt simul sumptæ in corpore. Nam neque ad usque annum sextum, quia aliqua nondum aduenierunt, & multæ fluxerunt, neque post annum sextum, quia licet omnes iam aduenierunt non manent omnes, sed pluraliter, siue effluxerunt.

Sed dicendum, quod non sequitur ex hoc inconueniens, scilicet, non identitas, quia non requiritur, quod omnes easdem partes materialiter sint in aliquo ad hoc, quod sit idem, quia tunc non possent dari duo instantia in tempore, in quibus maneret homo idem numero. Nam inter quælibet duo instantia quantumlibet proxima est tempus medium, & in illo fit resolutio per calorem, ut desinant esse aliquæ partes, quæ fuerunt materialiter, & sit conuersio, ita ut incipiant esse aliquæ in corpore, quæ non fuerunt, & quandiu homo uiuit, manet idem numero tam secundum materiam, quam secundum formam, ut ostensum est præcedenti questione: ergo etiam si non redeant omnes easdem partes materiales, quæ fuerunt per totam vitam, vel quæ fuerunt in aliquo determinato instanti vitæ,

dum tamen redeant illæ, quæ fuerunt in formatione corporis, & aliqua aliæ, quæ fuerunt postea, ex quibus constat magnitudo, quæ prius fuit, erit idem homo materialiter, & formaliter, qui prius. Immo uideretur, quod iste homo tunc erit magis idem sibi ipsi, qui prius fuit, quam comparando unum instans vitæ ad aliud, quia in nullo tempore habuit simul tantas partes, & tam perfecte pertinentes ad veritatem naturæ humanæ, sicut tunc. Quod patet, quia dato casu, quod omnes partes, quas homo habuit successiue usque ad annum sextum collectæ in unum reddant perfectam quantitatem, quam homo habiturus erat, tamen in nullo tempore, vel in instanti assignato usque ad illud tempus habet homo tantas partes, quantas habet resurgens, quia tunc ante annum sextum haberet eandem magnitudinem, quam habiturus est anno tricesimo. Si autem accipiantur partes, quas homo habet anno tricesimo, quæ reddunt omnem suam magnitudinem, dicendum, quod tantas partes habet, quantas habebit in resurrectione, & tamen non easdem, & quæ habentur in anno tricesimo non participant ita perfecte veritatem humanæ naturæ, sicut participauerunt illæ, quas habebit resurgens, quia illæ fuerunt priores in corpore, scilicet, usque ad annum sextum, & omne quod prius aduenit perfectius participat virtutem speciei, & sic non est aliquis modus melior magis seruans identitatem, & perfectionem partium, quam iste, qui postius est, & sic apparet, quod non erit in resurgentibus quidquid materialiter fuit in eis, dum uiuerent, nisi forte decedant in parua ætate, ut quinto, vel sexto anno, quia tunc omne, quod fuit in eis materialiter per totam vitam, oportet restaurari, & reassumi ad reddendam quantitatem, quam habiturus erat homo in ætate triginta annorum.

Ad primum dicendum, quod non redibunt omnes partes, quæ materialiter fuerunt in corpore. Cum autem dicitur de capillis, quod sint minus necessarii, quam ceteræ partes, dicendum, quod verum est, quia sunt partes accidentales, quibus etiam non manentibus esset idem in diuiduanti, sed dicitur quod de capillis resumetur, quod fuit illorum. Et dicitur, quod intelligitur hoc de partibus augmenti, quia isti faciunt nouam, & determinatam magnitudinem, & habent distinctum, & nouum situm substans nouis partibus dimensionis terminatæ, & quia tales partes non solum sunt secundum materiam, sed etiam secundum speciem, dicunt, quod resurgent. Secus autem de partibus nutrimenti, quæ sunt ad restaurationem deperditi, quia illæ partes sunt secundum materiam, & non resurgent.

Sed dicendum, quod hoc quod dicitur de partibus, secundum augmentum, & restaurationem, tenet verum quantum ad partes essentielles corporis, quas uocamus partes necessarias, secus quantum ad accidentales, quæ sunt capilli, & unguis. Et ratio diuersitatis est, quia in natura non solum queritur esse secundum certam speciem, sed etiam habere determinatam magnitudinem competentem secundum formam illius speciei ad hoc quod forma manens in materia, possit habere operationes suas determinatas, & completas, quæ non fiunt cum parua, vel quacunque quantitate. Et ideo sicut omnia naturalia habent determinatum esse speciei, secundum formam substantialem, ita & habent determinatam magnitudinem, usque ad quam venire cupiunt, & ultra non transcendent, quia omnium natura constantium posuit esse numerus magnitudinis, & augmenti, & ideo quia in resurgentibus requi-

requiritur perfectior status hominis, quam fuit hic: oportet inueniri esse, pro quo queritur identitas materię, & forme, & magnitudo eadem, quam hic maximam habuit uiuens, vel quam habiturus erat si uiueret: & ista magnitudo determinata inuenitur tam secundum naturam, quam circa corpus & omnes partes essentielles, id est, necessarias, quia in istis, etiam si semper apponatur alimentum, non augebuntur semper, sed solum usque ad determinatam magnitudinem. Secus autem de capillis, & unguibus, quos uocamus partes accidentales. Nam quia istæ partes non sunt de prima intentione naturæ, sed de secundaria tanquam ad custodiendum alias partes, quæ sunt de prima intentione naturæ, non est tanta sollicitudo naturæ circa ipsos, id est, capillos, & unguis, sicut circa alias partes: unde virtus naturæ in eis non est virtus determinata, sicut in alijs partibus, & non facit magnitudinem determinatam, sed quantum apponitur de materia, tantum crescunt capilli, & unguis, & crescunt in immensum, nisi rescinderentur, vel quando virtus ab anima fluens propter distantiam extremitatis capillorum, & unguium a sua origine non sufficeret peruenire illuc agendo. Ex quo apparet, quod non est determinata intentio naturæ circa magnitudinem istorum, sicut circa quantitatem aliarum partium, & ideo partes augmenti in capillis, & unguibus non uocantur partes secundum speciem, sicut partes augmenti aliarum partium corporis, sed magis partes secundum materiam: & ita non oportebit resumere in resurgentibus.

Secundo patet, quia si secundum naturam esset determinata aliqua magnitudo capillis, & unguibus usque ad illam continuaretur augmentum illorum, & habere illam magnitudinem, esset melius quam non habere cum natura tendat ad perfectionem, & melius sit quod perfectum est, quam quod imperfectum, & tamen nos recidimus capillos, & unguis excrecentes quasi indecens sit eos habere in tanta magnitudine: ergo illa magnitudo non est determinata secundum speciem, quia omne, quod est de intentione naturæ pulchrum, & perfectum est.

Tertio patet, quod non attendantur partes magnitudinis, & augmenti circa capillos, & unguis, sicut circa alias partes corporis, quia in resurrectione omnia corpora resurgent in maxima quantitate, quam hic habuerunt, & non tolletur eis aliquid de magnitudine sua, ut redigantur ad æqualitatem stature Christi, quod Augustinus redarguit lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 19. & 20. & 21. & Magister 4. Sententiarum distinct. 44. Sed de capillis multum tolletur, ut dicit Augustinus ibidem, & Magister. & subditur causa, scilicet, ne aliquid indecens appareat, si tota quantitas illorum maneat ibi: ergo non est idem de partibus augmenti capillorum, & unguium, quod est de alijs partibus corporis, sed omnes partes istorum computantur, ut materiales.

Quarto, quia si in capillis, & unguibus accipiantur partes formales, aut materiales, aut accipiuntur partes secundum speciem, siue formales partes quæcunque longitionis, & tunc partes secundum materiam uocabuntur illæ solæ, quæ manent aliquando in capillis, & unguibus non addentes aliquam quantitatem, sed solum aduenientes loco aliarum, quæ fluxerunt, aut uocabuntur partes secundum speciem, vel augmentum partes, quæ constituerunt maximam quantitatem, quam aliquando habuerunt capilli, & unguis, & partes secundum materiam erunt omnes partes longitionis, quæ non addunt super illam, licet faciant distinctas partes quantita-

Alph. Toftan Matth. Pars VI.

tis, ut si quando capilli, & unguis erant prolixi recisi sunt, & quousque rursus ueniant in priorem magnitudinem, omnes partes augmenti uocantur partes secundum materiam. Sed neutro modo fiat, quia si accipiatur primo modo diceretur, quod omnes partes augmenti redirent ad capillos, & unguis, sed non partes, quæ fuerunt ad restaurandum deperditum. Nam sic fit in omnibus alijs membris, quia aliæ redirent corpora minoris quæritatis, quam fuerunt, & tamen non fiet hoc, quia tunc omnes partes capillorum abscissæ, & unguium redirent ad capillos, & unguis, & esset immoderata, & indecens magnitudo, quod Augustinus negat, ubi supra, dicens: Alioquin si capillis redit quod tam creatura tonsura detraxit: si unguibus quod torrens depressit exsectio immoderata, & indecens cogitantibus resurrectionem carnis, & ideo non credentibus occurrit infirmitas. Si autem accipiatur secundo modo, non conuenit, quia aliquis erit, qui statim ut capilli nascebantur recidebat eos, & sic maxima magnitudo capillorum huius fuit tam parua, quod non conueniet resurrectioni, & si de partibus recisis deberet suppleri aliquid ibi, non apparetur eorum deberet suppleri, cum iste non habuerit maiorem quantitatem, & capillis secundam speciem non sit determinata certa quantitas. Maxime, quia iste non est proprius modus accipiendi partes secundum speciem sui augmenti: quia recisis capillis id, quod redit, ita pertinet ad partes longitionis, sicut totam quod præexistebat, & ita manet ratio prior.

Quinto, quia Augustinus ponit de partibus longitionis capillorum, & unguium, sicut de partibus materialibus aliorum membrorum. Nam quidquid fuit de partibus augmenti aliorum membrorum redit ad ipsa membra, & non transit de uno ad alterum: quia aliæ aliquod membrum maneret in resurrectione maius, quam hic fuit, quod falsum est: partes autem secundum materiam, quæ fuerunt in uno membro, id est, quæ erant solum ad restorationem, quia illæ non erant necessariae illis membris, poterunt transire ad alia si illis opus sit, & tamen partes augmenti, & longitionis capillorum dicit Augustinus transire ad alia membra: ergo non accipiuntur in capillis, & unguibus partes secundum augmentum, & secundum materiam, sicut in alijs partibus corporis.

Sexto, quia hoc etiam quod dictum est credunt aliqui, scilicet, quod de uno membro suppleatur alteri, si ei desit de partibus, quæ fluxerunt. Et tamen non est verum: nunquam enim de partibus unius accipitur aliquid, ut alteri suppleatur. Et hoc primo, quia tolletur identitas membrorum: nam identitas numeralis est ex materia: si autem materia, quæ fuit in alio membro inciperet esse de nouo in alio, tolleretur identitas, & ideo redit materia cuiuslibet membri ad ipsum membrum, & si non redit tota saltem de uno non redit ad aliud, ut ostensum est supra. Secundo circa hoc, quia unum membrum nunquam indiget materia alterius. Nam omnia membra augentur proportionaliter, & resoluuntur proportionaliter, ideo si desit alicui materia ad debitam magnitudinem, etiã deerit necessario omnibus, & si alicui superest, ut de illo alia possint habere, etiam cæteris deerit, & ita nunquam unum poterit recipere de materia alterius.

Sed obijcietur, quia interdum unum membrum præter proportionem habet aliquam excrementiam, vel tumorem, vel improporcionalem magnitudinē, & aliqua sint minorā debito, vel defectuosa, vel quæ non fuerunt,

fuerunt, & tunc poterit de vno concedi ad dandum F alteri debitam magnitudinem.

Dicendum, quod neque isto modo datur vni de eo, quod alteri superabundat. Pro quo sciendum, quod aut est excessus in membro aliquo, aut defectus: si excessus, aut est per aliquam superexcrecentiam, vel tumorem alicuius partis carnis, vel humoris, quem natura non potuit regulare, aut per hoc quod aliquod membrum habens suam debitam figuram, habet magnitudinem improporcionalem alijs membris. Si primo modo, siue sit per excessum numeri, vt in eo, qui habet sex digitos in manu, siue per solam excrecentiam, vt in illis, qui habent colla tumida, & pendentia, & similes excrecentias in quibuscunque partibus. Dicendum, quod illud non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, sed potius illam impedit, & accidit ex defectu virtutis formatiue, vel virtutis speciæ in indiuiduo iam formato, & ideo illæ partes materiæ possunt applicari alijs, sed tunc dicendum, quod aut est necessaria illi corporis parti, vt pote si aliquis tales tumores, vel excrecentias habens obiit in anno secundo vitæ, quia nullum membrum in eo peruenit ad debitam magnitudinem, est necessaria cuiuslibet additio materiæ ab extra, & ideo tunc illi membro, in quo talis tumor est, licet pro tunc non sit de veritate naturæ eius, proueniet in resurrectione materia, quæ fuit sub tumore, & tunc in eo efficietur de veritate naturæ, si autem accidat, quod non sit necessaria illi membro illa materia, vel non tota, poterit applicari cuiuslibet alteri membro indigenti, quod poterit sic accidere, scilicet, si aliquis decessit in quinto, vel sexto anno, quando nondum peruenit ad maximam suam magnitudinem, neque partes, quæ fluxerunt incorporatæ semel per nutrimentum collectæ in vnum possunt plenè reddere totam quantitatem maximam, quam iste in anno tricesimo habiturus erat, sed parum deest, & ita cuiuslibet membro parum deest: illi autem, in quo erat tumor, si addatur tota materia tumoris, vt efficiatur de veritate naturæ eius, fortè erit maior quantitas, quam illi membro competat proporcionallyter ad alia, & ideo tunc non cederet ei tota, sed pars, quæ necessaria fuerit vsque ad complementum debitæ quantitatis: reliquum autem cedere poterit cuiuslibet aliarum partium corporis. Et non tollitur per hoc identitas membrorum, quia illa materia non fuit de veritate humanæ naturæ in illo, cuius erat tumor: eodem modo si aliquis sex digitos habuit, vel aliquid vltra manum illud non fuit de veritate humanæ naturæ; & ideo poterit cedere in alias partes, si eis opus est, eo quod non fuit de veritate naturæ.

Si autem aliquod membrum fuit maius alijs præter proporcionem, & tamen fuit debite formatum, vt si quis habet vnum brachium longius alio, vel vnum pedem alio maiorem, aut ille fuit totum longior præter proporcionem ad alia membra, aut etiam peruenit vltra quantitatem, quæ competebar ei respectu totius corporis perfecti existentis.

De primo, aut quando quis nascitur, vel est in secundo, aut tertio anno, & habet vnum brachium longius alio, tunc brachium istud est extra proporcionem, & tamen nondum peruenit ad magnitudinem perfectam, quam habere debet respectu corporis, etiã si teneret proporcionem ad alia membra.

De secundo, vt si tenens illud brachium peruenit ad annum tricesimum.

De primo dicendum, quod moriens in anno tertio cum tali brachio, indigebit tota materia brachij pro eo, & nondum sufficere, vt perueniat ad debitam magnitudinem in resurrectione. Si autem per-

uenit ad magnitudinem perfectam, vt in secundo casu, tunc supererit illi brachio aliquod de materia, quia non debet sic manere, sed redire ad proporcionem aliorum membrorum, & tamen istud, quod supererit non cedit alijs, eo quod cuiuslibet alteri membro multum supererit collectis omnibus partibus, quæ materialiter fuerunt in membris illis ex alimento, & ideo nunquam vni membro, vel corpori succurreretur aliunde ad complendum suam magnitudinem, quousque omnes partes, quæ in eo fuerunt materialiter resumantur ad illud, quia illæ sunt de materia eius.

Sed dicit aliquis: Detur casus, quod perueniant omnia membra ad talem statum, vt collectis partibus, quæ fluxerunt reddatur debita magnitudo cuiuslibet præter modicam rem, quæ desit: & illi brachio sufficiat materia sua ad debitam magnitudinem, & superfit aliquid, an illud poterit cedere alijs membris.

Dicendum, quod non, quia illa materia fuit de veritate naturæ in membro illo, & si transiret ad alterum, præiudicaretur identitati partium. Nam si posset quædam pars materiæ vnius membri transire ad alterum, posset tota transire, & fieri permutatio, & tamen tollitur sic identitas: ergo non est concedendum, quod de eo quod fuit de veritate humanæ naturæ in vno membro sit, vel resumatur aliquid in alio, quia tollitur identitas, ideo illa materia tunc non manebit in illo brachio, sed peribit, & pro supplemento aliorum membrorum Deus adducet materiam de foris.

Si autem fuit defectus in corpore in aliquo membro, aut fuit, quia illud non habuit debitam magnitudinem secundum proporcionem ad alia membra, aut quia aliquod membrum defuit, vt si quis sine manu natus est, vel sine pede. Si primo modo, aut de materia, quæ fuit aliquando in illo membro defectuoso, & fluxit, potest reparari, vt redeat ad magnitudinem in qua sit alijs proporcionale, aut non, si potest sic reparari nil accipiet ab alijs membris, etiam si illis superabundet, cum illi non desit materia propria. Si autem non potest hoc modo sufficienter restaurari, etiam si addendo aliquid de eo, quod alijs superest restauraretur non fiet sic, vt non præiudicaretur identitati, cum ista duo membra manserint distincta ante resurrectionem, & quod vnius est, efficeretur alterius in resurrectione, quod identitati præiudicaret. Si autem fuit defectus membri, vt in secundo casu, dicendum quod de partibus materialibus, quæ fluxerunt de alijs membris, & non sunt eis necessariae ad debitam quantitatem, poterit formari illud membrum. Nam necesse est formari de aliqua materia, quia in resurrectione non manebunt aliqui defectus, vel monstruositates in corporibus resurgentiū tam beatorum, quam damnatorum, & hoc non præiudicat identitati. Et est ratio, quia istud membrum nunquam habuit aliam materiam nisi istam, ex qua constituitur, secus autem si existeret ex alia materia, & adueniret ei pars materiæ, quæ fuit in alio membro, quia tunc præiudicaretur identitati: non est enim istud membrum aliud a se, quia non habuit vnquam aliam materiam, per quam aliud esset. Et ita apparet, quod nunquam materia vnius membri transit ad aliud ad supplementum quod illi deest. Secus autem est de capillis, & vnguibus, quia ista sunt membra accidentalia: vnde illis variatis adhuc homo esset idem, quod non fieret variatis alijs membris, vel aliquibus eorum, & ideo superfluitas capillorum, & vnguium tā quantum ad partes augmenti quàm etiam ad partes re-

staura-

stauracionis deperditæ potest assumi ad supplementum A quod defuit alijs partibus, si non est vnde suppleat de particulis, quæ fluxerunt de ipsis membris, & ita non oportet distingui partes augmenti, & secundum materiam in capillis, & vnguibus, sicut distinguimus in alijs membris.

Septimo quantum ad principale, quia Augustinus non posuit exemplum de hoc, quod superflua vnius membri cedat alijs nisi in capillis, & vnguibus, de alijs nihil expressit, & ratio est, quæ fuit supra posita, scilicet, quia ista sunt accidentalia membra, & per transitum partium suarum in alia membra non præiudicatur identitati.

Octauo, quia etiam exemplum positum ab Augustino ibi de statua non multum tenetur, vt ostendimus supra: nam illud est verum accipiendum statuatam solum, vt est eadem secundum materiam, & non secundum formam. Etiam quod materia sit ens, vt metallum aliquid folabile, quia tunc transitus materiæ non alterat nisi situm. Secus est in heterogeneis, vt sunt animata, quia partes sunt ibi distinctæ secundum rationem, & operationem atque virtutem, vnde materiæ mutatio non solum variat situm, sed etiam identitatem partium: ideo non potest materia vnius partis transire ad alteram partem.

Et sic apparet, quod non est conueniens responsio illa, quæ dicebat, quod partes augmenti capillorum, & vnguium oportet resurgere, quasi sint partes secundum speciem, partes vero secundum materiam, id est, quæ fuerunt in eis ad restaurationem deperditi non oporteat resurgere. Ponunt enim isti statim inconueniens, quod est sibiipsis repugnare. Nam dicunt, quod oportet resurgere istas partes non quidem in capillis, & vnguibus, sed in alijs membris, quia causa quare in cæteris membris partes secundum augmentum resurgunt est, quia sunt partes secundum speciem ipsorum membrorum, & pertinent ad magnitudinem conuenientem naturaliter illis membris. Partes secundum materiam non resurgunt, quia non sunt necessariae ipsis membris, & ideo si partes augmenti capillorum, & vnguium resurgere oportet resurgere in capillis ipsis, & vnguibus quarum fuerunt partes, & tamen non resurgunt in illis, ergo non est necesse resurgere aliquo modo. Etiam quia si partes augmenti capillorum, & vnguium resurgere in alijs membris oporteret, quod essent illorum partes secundum speciem, sed non sunt, sed sunt minus quàm secundum materiam, cum id, quod nunquam fuit in capillis nunquam fuerit in alijs membris.

Item quia non est maior causa, quod in alijs membris resurgant partes capillorum secundum augmentum quàm partes illorum secundum restaurationem. Nam ad alias partes corporis non magis pertinent iste partes quàm ille, & tamen non dicunt resurgere partes secundum materiam, vel restaurationem deperditi, ergo neque resurgent partes secundum augmentum.

Item, & adhuc efficacius dicendum, quod non stat, quia capillorum partes nunquam assumuntur, vt resurgant in alijs membris nisi quando desit illis materia propria. Existente enim ista nunquam aduenit aliena, & ideo quando quis habuerit in quolibet membro sufficientem materiam pro ipso, non assumetur aliquid de capillis, & ideo tunc partes capillorum secundum augmentum peribunt cum non resurgant in alijs membris, neque etiam in capillis, vt non sit deformatas, vt Augustinus dicit, & tamen si necesse esset eas resurgere, quia partes augmenti sunt, semper resurgerent, ergo non est verum, quod

partes capillorum, & vnguium resurgant, quia sunt partes augmenti, vel secundum speciem, sed solum resurgunt, quando necessariae sunt ad reddendam magnitudinem, quæ non potest aliunde suppleri, & tunc tam ex partibus secundum augmentum quàm ex partibus secundum materiam sumetur pro alijs partibus corporis.

Dicendum ergo aliter ad argumentum, scilicet, quod in capillis, & vnguibus non redeunt omnes partes, neque secundum augmentum, sed solum iste, qui sunt necessariae ad tãtam magnitudinẽ vnguium, & capillorum reddendam, quanta fuerit decens in resurrectione. Et tunc dicendum, quod verum est, quod minus necessarij sunt capilli, & vngues, quàm aliæ partes corporis, & ideo est differentia in resurrectione quantum ad hæc, quia quantum ad cætera membra resurgunt omnes partes magnitudinis ipsorum non autem omnes partes secundum materiam in capillis autem, & vnguibus neque resurgunt omnes partes secundum materiam neque omnes partes magnitudinis, vt ostensum est.

Ad secundum dicendum, quod tam partes secundum speciem quàm secundum materiam se habent ad resurrectionem, in quantum se habent ad perfici ab anima rationali, & stat vis argumenti in diuersitate accipiendi partes istas, & secundum primam positionem omnes partes alimenti sunt secundum materiam, & non pertinent ad veritatem humanæ naturæ, sed ostensum est, quod est falsa positio. Secunda accipit partes secundum speciem eas, quæ sunt in semine, & quæ sunt ex nutritione vocat secundum materiam. Primas dicit ab anima perfici secundum se, & ideo semper manere, secundas vero non perfici nisi in habitudine ad primas, & ideo non pertinere ad resurrectionem nisi per comparationem ad illas. Et sic dicunt omnes partes secundum speciem resurgere, partes vero secundum materiam tantas resurgere quantæ suffecerint cum partibus secundum speciem ad reddendam quantitatem perfectam resurgenti.

Tertia positio, quæ est verior dicit eandem esse reali ter partes secundum speciem, & secundum materiam, in quantum quælibet habet materiam sibi subiacentem, vel ex qua constat, & etiam perficitur forma speciæ, & quælibet quandiu manet in corpore est pars secundum speciem, quia habet determinatum situm, & substat distinctis partibus magnitudinis terminatæ, sed quia in quantum habet aliquid materiale, quod fluere potest fuit aliquando vocatur pars secundum materiam, & tunc dicendum, quod tam partes secundum speciem quàm secundum materiam perficiuntur ab anima, eo quod sunt eadem numero, & tamen non perficiuntur ab anima nisi in quantum habent aliquid de specie, & etiam in quantum materiales sunt non pertinent ad animam, cum solum dicantur tales, quia possunt fluere, & ideo dicendum, quod nulli parti secundum materiam competit resurgere, nisi in quantum habet aliquid de specie, & ideo quantæ partes materiales fuerint necessariae ad reddendum perfectum id, quod est secundum speciem, id est, corpus hominis in sua magnitudine, & figura, tantæ resurgent.

Ad tertium dicendum, quod corpus humanum est totum totalitate partium materiæ substantium partibus quantitatis, secundum quam materia diuiditur. Sed est duplex dimensio, scilicet, terminata, & indeterminata, dimensio determinata competit materiæ ante omnem aduentum formæ substantialis. Dimensio terminata competit ei post aduentum

uentum formæ substantialis, vel simul cum ea, quia quantitas determinata est vna de dispositionibus, quam forma exigit in materia. De quibus dimensionibus dictum est supra: totalitas autem corporis humani est totalitas partium materiae, quæ subiacent distinctis partibus dimensionis, per quas dimensiones diuiduntur, & quia corpus humanum pertinet ad speciem quantitas sua non pertinet ad dimensiones interminatas, sed ad terminatas, & ad talem quantitatem nihil faciunt partes materiales, quæ fluxerunt, quia in homine partes magnitudinis eadem manent in resurrectione, & ideo dimensiones terminatæ, quæ erant in viuente redeunt eadem, vel similes, & ideo manet eadem totalitas corporis, quæ prius erat: partes autem, quæ fluxerunt non faciebant aliquam partem magnitudinis distinctam in corpore, sed subintrauerant loco aliarum, vel alia loco ipsarum, & ideo eis fluentibus nihilominus manet eadem quantitas, & eadem dimensiones terminatæ, non autem eadem interminatæ, cum quælibet pars materiae habeat dimensionem interminatam, & ideo si totalitas corporis esset totalitas pertinens ad dimensiones interminatas, non maneret totum corpus, nisi redirent omnes partes, quæ fuerunt in eo materialiter dum viveret, sed non est talis totalitas, ideo non oportet redire nisi tantas partes, quæ sufficiant quidem ad reddendam magnitudinem, quæ fuit in viuente, vel esse debebat in ætate completa.

Nunc respondendum est ad duo argumenta vltima præcedentis quæstionis.

Ad primum ipsorum dicendum, quod non resurget in homine quicquid fuit in ipso de veritate naturæ humanæ accipiendo esse de veritate naturæ humanæ, id est, esse informatum anima rationali, quia tunc partes, quæ materialiter fuerunt in homine, resurget in ipso, quia omnes illæ fuerunt perfectæ ab anima, sed hoc falsum est, vt ostensum est hic, & præcedenti quæst. Cum autem dicitur, quod pertinet aliquid ad resurrectionem in quantum fuit perfectum anima rationali.

Dicendum, quod verum est, quod ea, quæ perficiuntur ab anima pertinent ad resurrectionem, in quantum per hoc, quod ab ea perficiuntur, reddunt aliquid pertinens ad speciem, scilicet, corpus determinatum certa magnitudine, & figura, in quo possint exerceri operationes secundum illam formam, & ideo tantæ partes resurget in corpore, quantæ sufficient ad reddendum hoc totum, quod est secundum speciem, id est, corpus in sua debita magnitudine, cætera autem licet fuerint in corpore non faciunt ad hoc: ideo non pertinent ad resurrectionem, quia iam cessat habitudo earum ad animam, & in corpore quando manebant non manebant propter se, sed successerant alijs, quæ reddebant illam magnitudinem determinatam pertinentem ad speciem, sed in resurrectione illæ priores partes, quæ fluxerant redibunt: ideo illæ, quæ successerunt eis in corpore iam non resurget cum ibi non erit amplius fluxus, & refluxus, sed consistentia perpetua.

Ad secundum cum dicitur si tolleretur a corpore humano aliquid, quod est de veritate naturæ in ipso, non erit perfectum, dicendum, quod in resurrectione tam corpora electorum, quam damnatorum perfecta erunt quantum ad integritatem substantiæ eorum, Et cum dicitur, quod ablato aliquo manet corpus imperfectum, dicendum quod est verum si auferatur aliquid ad speciem pertinens, & tamen ablati solis partibus, quæ ad materiam pertinent, vel perueniunt, non manet imperfe-

ctum, & ideo omnia membra ibi erunt etiam si hæc non fuerint, & erunt in tanta magnitudine, in quantum hic fuerant, vel futura erant, quia hoc totum pertinet ad speciem, auferre corpori isto modo esset auferre aliquam partem magnitudinis, & hoc modo esset imperfectum, & non erit, sed partes solum secundum materiam non formant imperfectionem per ablationem, sicut nunc aliquis existens in anno tricesimo habet corpus suum perfectum, & tamen non habet omnes partes, quæ fuerunt in eo secundum materiam, & futura sunt, sed habet totum, quod pertinet ad speciem.

In qua ætate homines resurgent, & an omnes in eadem. Quæst. CCLV.

QVARETUR in qua ætate homines resurgent, & an omnes in eadem. Soler autem dici, quod resurgent omnes in ætate iuuenili, in qua Christus mortuus est, & surrexit.

Aliqui dicunt, quod non, quia Deus nil subtrahet resurgentibus, & potissime beatis, quod pertinet ad perfectionem hominis, ætas autem pertinet ad perfectionem, quia senectus est ætas venerabilis. Sapientia 4. ergo non resurgent in ætate iuuenili illi, qui senes obierunt.

Secundo quia videtur hoc impossibile, computatur enim ætas secundum mensuram temporis præteriti, sed impossibile est, quod præteritum non præterierit. 6. Ethico. ergo impossibile est ebs, qui maioris ætatis fuerunt, id est, senilis, efficiantur iuuenilis ætatis.

Tertio, quia videtur, quod non in iuuenili, sed in puerili, aut infantili ætate resurgent homines, quia illud, quod fuit magis de veritate humanæ naturæ in eo maxime resurget in eo, & tamen quanto aliquid fuit in homine prius, tanto magis videtur pertinuisse ad veritatem naturæ, quia perfectius participauit virtutem speciei, vt ostensum est supra. Et etiam apparet, quia continuè corpus hominum per vltiorem mixtionem redditur impurius, sicut vinum, cui semper admiscetur aqua, redditur valde aquosum, vt dicitur primo de Generatione. Et sic quod fuit in homine in ætate puerili fuit purius, quam quod fuit in ætate iuuenili, ergo si omnes homines resurgere debent in eadem ætate, videtur quod resurget in puerili.

Dicendum, quod tenetur communiter, quod resurgent omnes homines in eadem ætate, scilicet, in iuuentute perfecta, quæ est in anno tricesimo, aut parum plus. Et aliqui tenent hoc, quia dicitur ad Ephe. 4. capitu. Donec occurramus omnes in virum perfectam in mensuram ætatis plenitudinis Christi, sed Christus resurrexit in ætate iuuenili, quæ est in anno tricesimo, vel circa, ergo nos omnes in illa resurgemus, istam positionem tenet Magister 4. Senten. dist. 44. in principio, & August. 22. libro de Ciui. Dei capitu. 15. dicens, quod non dixit Apostolus in mensuram corporis, vel staturæ, sed in mensuram ætatis, quia vnusquisque recipiet mensuram sui corporis, quam habuit in iuuentute, etiam si senex obijt, vel fuerat habiturus, si ante defunctus est. Dicit autem Magister ibidem, quod ætas Christi morientis fuit trigintaduorum annorum, & trium mensium, & in illa surrexit, & in tali vult nos resurgere.

Dicendum, quod verum est, quod Christus tantæ ætatis erat, quando mortuus est, sed non præcise, est enim parum addendum. Sed Magister voluit adharere positioni communiori, quæ dicitur, quod

Quot annos natus erat Christus quando mortem obiit.

quod Christus mortuus est die vicequinta Martij, quæ est octauo calendis Aprilis. quoniam August. tenuit istam positionem 18. lib. de Ciui. Dei. cap. 54. & comparando a die Natalis Domini vsque ad vicequintum quinquagesimum diem Martij sunt tres menses integri, & sic voluit esse triginta duos annos, & menses tres, & tamen aliquid addendum est, scilicet, dies nouem. Nā dies tertius Aprilis erat, quo Christus mortuus est. Nam non erat possibile, quod Christus moreretur anno tricesimo tertio inchoatæ ætatis suæ die vicequinto Martij, sed oportuit, quod si moreretur anno illo, moreretur die tertia Aprilis, vt latè deductum est in lib. nostro Defensorio trium conclusionum. Immo non erat possibile, quod Christus moreretur die vicequinto Martij, nisi viueret annis centum septuaginta, & quinque ad minus: ille enim fuit primus, in quo mori potuit die vicequinto Martij, vt ostensum est eodem loco. Et tamè quantum ad presens nihil differt, quo die mensis mortuus fuerit, cum in hoc conueniamus, quod fuerit mortuus in anno tricesimo tertio Christi inchoato, & post diem tertium surrexit. Talem ergo ætatem voluit esse omnium resurgentium.

Sed dicendum, quod ex hoc loco Apostoli non infertur hoc, quia ibi loquitur Apostolus de Christo, vt dicit corpus mysticum, cuius nos omnes sumus membra: ipse verò est caput huius corporis, & iste Christus mysticus habet existere ex partibus determinatis, quæ sunt omnes electi secundum numerum ab ipso cognitum, & diffinitum, & quando non est impletus numerus ille, nō est Christus vir perfectus, id est, non habet omnia membra, vel partes, ex quibus constat, quia perfectio dicit integritatem ibi, & non virtutem. Et est sensus, quod Christus dedit in Ecclesia sua Apostolos, Euangelistas, Prophetas, & ita de alijs, & durabunt in Ecclesia, quousque occurramus in virum perfectum, id est, ex omnibus electis congregatis in vnum, reddatur vnus vir perfectus, i. Christus mysticus. Et dicitur in mensuram ætatis plenitudinis Christi, id est, mensura ætatis Christi mystici, quousque omnes isti conueniant, & tunc erit finis sæculi, quia cessabunt Apostoli, Euangeliste, pastores, Prædicatores, Doctores, qui sunt partes ministeriales Ecclesiæ, & post hæc non erit sæculum. Iste est verus sensus literæ illius, neque potest alius conuenientius adaptari, nisi vim inferendo literæ, & ita exponit August. 22. lib. de Ciui. Dei cap. 15. & 18. & dicit postea: Si quis velit adaptare ad ætatem resurgentium, quod faciat quasi non sit ille sensus literæ.

Dicendum tamen, quod verè omnes resurgent eiuſdem ætatis. Pro quo sciendum, quod ætas accipitur dupliciter. Vno modo pro numero annorum, vel temporis. Alio modo pro conditione corporis, quantum ad robur, & sanitatem, & cæteras operationes secundum competentiam ad ætatem, cum secundum quamlibet ætatem correspondeat alia, & alia dispositio corporis. Accipiendo primo modo certum est, quod non erit eadem ætas resurgentium, siue accipiatur ætas per totum illud tempus, quod fuit inter alicuius natiuitatem, & diē resurrectionis computando tempus, quo mortuus iacuit in ætate sua: siue accipiatur ætas pro solis annis, quibus aliquis vixit, quia vtroque modo est inæqualis ætas, neque de hoc quaeritur, quia manifestum est, quod non erit eadem ætas cum de ætate nil possit tolli, neque addi ei, nisi vere transferit iam. Sed accipitur secundo modo, scilicet, pro correspondentia magnitudinis corporalis, & roboris, & operationum ad aliquam ætatem. Et tunc dicendum, quod illa erit ætas omnium resurgentium, in qua maxime accidit hominibus

A perfecto ex omni parte, scilicet, tam ex mole corporis quam robore ac cæteris operationibus.

Causa huius est, quia opera Dei perfecta sunt, Deuteron. 32. resurrectio autem est opus Dei solius: ideo erit perfecta, sed perfectio operationis apparet in re operata, ergo oportet, quod omnes resurgentes perfecti resurgant, sed non fieret hoc si non resurgerent omnes in ætate pertinente ad perfectionem, ergo in illa resurgant.

Secundo apparet, quia creatio fuit opus Dei solius: ideo hominem produxit non sicut naturam in cipiendo ab imperfecto, id est, infantia, sed in ipsa plastatione dedit ei totam corporis sui magnitudinem, ita vt postea nil creuerit, & robur, & cæteras perfectiones: nam statim, vt eum plastauit constituit eum colonum paradisi, vt exerceat terram: Genes. 2. capitu. Mulier quoque plenæ ætatis, & staturæ condita est, vt apparet ex eis, quæ egerunt statim, vt formati sunt Genes. 2. & 3. cap. ergo & in resurrectione, quæ est opus Dei solius, eodem modo erunt perfecti secundum corpus, & omnia, quæ ad corpus atinent ipsi resurgentes.

Tertio patet, quia maior causa est quare in resurrectione perfecti secundum corpus sint homines quàm in creatione, quia per creationem formati sunt ad habendum esse naturale, & in statu huius vitæ, in quo esse, & statu non attingitur perfectio plenè ab homine, per resurrectionem autem reformantur homines ad esse supernaturaliter, vbi expectatur omnis perfectio, ergo maior perfectio debet esse in corporibus resurgentium quàm in corporibus creatorum à Deo, sed creati habuerunt statim totam perfectionem corporis tam quantum ad quantitatem quàm qualitatem, ergo in resurrectione erit hoc à fortiori, & sic resurgent in totali perfectione corporis non existente defectu aliquo. Deficit autem dupliciter humana natura. Vno modo, quia nondum perfectionem vltimam consecuta est. Alio modo, quia ab vltima perfectione iam recessit. Primo modo deficit in pueris. Secundo modo deficit in senibus: ideo in vtraque resurget humana natura secundum statum vltimum completionis, sed ista accidit in fine ætatis iuuenilis, quam dicunt esse circa annum tricesimum, aut parum vltra, quia ibi cessat motus augmenti, & plenitudo roboris est. De cætero autem ad declinationem iur. Dicuntur ergo propter hanc perfectionem resurgere omnes in ætate iuuenili, & quia accidit Christum mori, & resurgere in tali ætate, dicitur quod omnes resurgent in ætate, in qua Christus mortuus est, & resurrexit, sed non est illa causa, sed solum perfectio, quæ accidit illi ætati, & erit necessaria perfectio corporis in resurgentibus: si autem Christus mortuus fuisset anno octogesimo ætatis non resurgerent homines in ætate octogenaria, sed in ætate iuuenili, quæ sola habet perfectionem secundum corpus. Et istam causam assignat August. libro de Ciui. Dei capitu. 15. Quare circa annum tricesimum dicantur homines resurgere, scilicet, propter perfectionem ætatis.

Ad primum in contrarium dicendum, quod quæcunque perfectio, quæ hic fuit, vel esse potuit secundum ætatem manebit in electis, & ideo quicquid habet perfectionis senectus manebit ibi, sed non senectus: ipsa enim senectus habet multa incommoda manifesta, bonum autem non habet nisi secundum presumptionem, scilicet, quia presumptio est, quod senes prudentiores erunt, & mündiores in moribus quàm iuuenes, qui propter paucitatem temporis habent inexperientiam, & sic non habent prudentiam, vt colligitur 6. Ethic. propter

fortes autem passiones, quas sequuntur 1. Ethico. habent vitam immundam, & quarum ad istam perfectionem presumpsum est senectus laudabilis Sap. 4. cap. Quæ si non fuerit est multum vituperabilis, sunt autem incommoda omnia ex parte corporis in senectute, & ideo quia senectus ista in se importat non resurgent homines in ætate senili, sed iuuenili: perfectionem tamen senectutis, id est, prudentiam, & vitam mundam habebunt resurgentes electi, tales licet sint iuuenes secundum corpus vocabuntur senes. Sic dicitur Sapient. 4. cap. Senectus veneranda non diuturna neque annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominum, & ætas senectutis vita immaculata.

Ad secundum, dicendum, quod ætas accipitur dupliciter, ut supra dictum est. Accipiendo primo modo ætas non erit eadem in omnibus, sed quisque tantæ ætatis erit quam diuturnus in seculo vixit. Accipiendo secundo modo pro correspondentia status ex parte corporis, dicendum quod erit eadem ætas omnium, quia omnes resurgent perfecti tam secundum staturam quam secundum qualitates corporis, & operationes. Et hoc modo dicimus, quod Adam creatus est ætate iuuenili, id est, in tali habitudine corporis, qualis solet esse apud iuuentutem, & tamen si de ætate pro duratione temporis acciperetur, manifestum est, quod quando formatus est, non erat aliquis donationis, quia instans formationis fuit primum instans sui esse.

Ad tertium dicendum, quod non resurgent homines in ætate puerili, sed iuuenili. Concedendum autem est, quod aliqua virtus est perfectior in pueris quam in iuuenibus, & tamen simpliciter perfectior est ætas iuuentum quam puerorum, resurgentes autem utramque perfectionem habebunt. Primo patet, quia virtus conuersua perfectior est in pueris quam in iuuenibus, & ratio est, quia, ut fuit declaratum supra, menstruum, ex quo formatur corpus participat maxime virtutem speciei, quia efficitur caro per generationem, deinde adueniunt partes per nutritionem, quæ conuertantur de alimento, & ex illis, & præcedenti quod est ex spermate efficitur vnum mixtum, quod in omnibus partibus equaliter participat virtutem speciei, & tamen non est iam illud mixtum tam perfectè illam habens sicut quando corpus solū erat ex spermate, id est, menstruo formatum, & quā magis continuatur nutritio tanto ipsū totum nutritum efficitur imperfectius, & impurius mixtum, & ideo sicut per istam viam impurius est corpus humanū in senectute quam in iuuentute, ita impurius est in iuuentute quam in pueritia, quia magis distat ex puritate menstrui, & ideo virtus conuersua in carnem, & ossa ad recipiendum esse speciei perfectius est in pueritia quam in iuuentute, sicut & in femine perfectius est virtus ista quam in homine.

Secundo patet, quia si simpliciter ætas puerilis esset perfectior, quam iuuenilis secundum corpus non ordinaretur pueritia ad iuuentutem, & tamen natura ordinat præcedentes ætates ad iuuentutem, sicut imperfectum ad perfectum, ergo perfectio est iuuentus. Habet enim iuuentus perfectionem tam staturæ quam roboris, & omnium operationum, & non expectant partes hominis aliquam maiorem perfectionem: nam in pueritia nondum peruenerunt humores ad vltimam sui decoctionem. Tertium apparet, quod perfectio, scilicet, tam pueritiæ quam iuuentutis erit in resurgentibus. Nam partes materiales, quæ fuerunt in puero perfectius participauerunt virtutem speciei, quam quæ sunt in iuueni, & ideo reducuntur ad resurgentes om-

nes ille partes materiales, quas habuerunt in infanzia, & pueritia potius, quam quæ fuerunt in iuuentute. Vnde si partes in aliquo fuerunt materialiter à principio vitæ usque ad quintum, vel sextum annum sufficiunt ad reddendam magnitudinem, quam homo habuit, vel habiturus erat in anno tricesimo non accipientur aliqua de illis, quæ fuerunt in anno tricesimo: immo neque in aliquo anno post sextum, & tamen istæ partes erunt sub conditione ætatis iuuenilis, scilicet, quantum ad magnitudinem staturæ, & robur, & ceteras corporis perfectiones.

An omnes resurgentes habebunt æqualem corporis staturam. Quæst. CCXLVI.

QUÆRITUR an omnes resurgentes habebunt æqualem corporis staturam. Aliqui dicunt, quod sic, quia homo mensuratur quantitate dimensionum, sed quantitas dimensionum reducitur in omnibus ad idem, scilicet, quia omnes resurgent in eadem ætate, id est, iuuenili, sed non decesserunt omnes in iuuenili ætate, ergo & omnes resurgentur ad eandem mensuram staturæ, licet viuendo non habuerint staturam æqualem.

Secundo quia dicit Aristote. 2. de Anima, quod omnium natura constantium est terminus, & ratio magnitudinis, & augmenti, sed iste terminus non est nisi ex virtute forme, cui debet correspondere determinata quantitas, sicut & omnia alia accidentia, sed oēs hoīes habent eandem formam specificam, ergo in omnibus debet esse secundum naturam eandem quantitatis mensura nisi fiat per errorem naturæ particularis, sed omnis error, qui fuit in corpore humano corrigetur in resurrectione, sicut monstruositates, & superexerescentiæ. Ergo omnes resurgent in eadem statura.

Tertio quia quantitas corporis debet esse proportionata virtuti quæ est in formatione corporis, ergo quantitas, quæ erit in corporibus resurgentium, aut erit proportionata naturaliter virtuti, quæ corpus à principio formauit, aut virtuti supernaturali, quæ illud reformando suscitauit, non potest dici, quod proportio naturæ virtuti naturali, quia tunc non possent homines resurgere in maiori statura quam hic naturaliter habuerunt, & ita paruuli non resurgent in maiori quantitate quam hic decesserunt, & qui habuerunt monstruosas paruitates non haberent ibi maiorem staturam, quod est inconueniens. Et sic etiam esset de robore, & alijs conditionibus corporis si responderet corpus in resurrectione virtuti formanti illud. Et ita non essent resurgentes perfectiores secundum corpus quam nunc sint, quod falsum est, ergo respondebit quantitas corporis in resurgentibus virtuti suscitanti, & reformanti secundum comparisonem ad materiam, ex qua corpora reparabuntur, & tamen virtus reformans est eadem ad omnes, scilicet, virtus diuina, cineres autem, ex quibus corpora reparabuntur habent se equaliter ad suscipiendum actionem virtutis illius, ergo equaliter ager Deus in istos, & in illos cineres, & consequenter in omnibus inducet æqualem staturam, & sic omnes resurgentes eiusdem staturæ erunt.

Dicendum, quod non erit eadem statura corporis omnium resurgentium. Sic diffinit August. 22. libro de Ciui. Dei capitu. 15. & Magister 4. Sentent. distin. 44. Et ratio est, quia in resurrectione assequitur quilibet, quod est sibi naturale, sed quantitas determinata consequitur naturaliter naturam cuiuslibet

cuiuslibet indiuidui, ergo cum in resurrectione qui liber assequatur quod est sibi naturale, non variabitur in eo quantitas sua, sed non fuit hic quantitas eadem omnium, ergo neque ibi erit eadem statura.

Circa quod sciendum, quod in resurrectione non solum resurgent homines, sed etiam iidem homines, qui prius. Vnde non solum reparabitur in resurrectione humana natura quantum ad idem in specie, sed quantum ad idem numero, & ideo in resurrectione non est solum attendendum id, quod competit naturæ speciei, sed quod competit naturæ indiuidui, quantitas autem pertinet tam ad naturam speciei quam indiuidui: quantitas autem quam determinat sibi species humana est, quæ neque excedit, neque ab ea deficit nisi per errorem naturæ particularis, quæ tamen quantitas non consistit in vno gradu determinato, sed habet aliquos gradus latitudinis, intra quos est quilibet quantitas secundum speciem, quod autem excedit illos gradus, vel deficit ab eis, non fit sine errore, & ideo vnumquodque indiuiduum in specie humana consequitur intra illos gradus aliquam determinatam quantitatem, quæ competit naturæ indiuidui, & ista est maxima quantitas, ad quam peruenit indiuiduum in termino sui augmenti, nisi accidat aliquis error in opere naturæ secundum quem addatur aliquid vel subtrahatur illi quantitati, & illa quantitas est naturalis cuiuslibet indiuidui, & sicut quantitas determinata inter duos gradus prædictos est propria speciei, ita mensura quantitatis istius non est eadem in omnibus indiuiduis, sed accipitur variè secundum variam proportionem caloris, & humiditatis: nam calor extendens, & humidum extensibile sunt causa huius magnitudinis. Et quia neque calor, neque humidum in principio spermatico fuerunt equalia in omnibus non proueniunt omnes ad eandem staturam, sed est naturale hominibus diuersam quantitatem habere secundum calidum, & humidum diuersum. Interdum autem per errorem naturæ in principio seminali, & per alia exteriora accidentia, quæ adiuuant, perducitur indiuiduum ad maiorem quantitatem quam conueniat speciei, sicut de quibusdam formis monstruosis legimus, ut de Titio allegat Isidorus. 11. Etymolog. qui iacebat distensus in nouem iugeribus terræ. Interdum autem per errorem non consequitur indiuiduum quantitatem, quæ est secundum speciem propter paruitatem, quæ etiam paruitas monstruosa est, quia omne, quod naturæ non conuenit est monstruosum, & hoc corrigetur per Deum, scilicet, ut quidquid fuit ultra terminos magnitudinis speciei reseretur sicut est in magnitudinibus gigantū, quod autem deficit supplebitur, in magnitudinibus enim gigantes aliqui non excedunt terminos speciei, & illæ manebunt, aliæ excedunt, & cum illud fuerit factum per errorem, necesse est, quod suppleatur error tollendo, quod superest, in paruis autem vbi deficit supplebitur magnitudo, quæ defuit.

Et dicendum, quod neutrum præiudicat identitati resurgentium: nam tollitur quod superest non quidem auferendo aliquod membrum, sed cuiuslibet auferendo proportionaliter quouique redeat corpus totum ad commensurationem secundum speciem, & ista subtractio non tollit identitati, sicut quotidie multæ particulæ materiales effluunt de corpore nostro, & tamen manet corpus idem numero.

Item potest esse excessus, vel defectus secundum conditionem indiuidui: nam alicui indiuiduo erat

conueniens, & naturalis cætera quantitas secundum portionem caloris, & humiditatis, quæ fuerunt in principio spermatico, & accidit non peruenire ad illam magnitudinem propter aliqua impedimenta, quæ multa esse possunt. Et tunc dicendum, quod licet magnitudo, quam habet istud indiuiduum non fit circa terminos speciei, quia tamen est circa magnitudinem debitam indiuiduo supplebitur quouisque perueniatur ad illam magnitudinem, quia ita est naturalis indiuiduo illa magnitudo sicut est ei naturale peruenire ad terminos magnitudinis speciei, & non manere circa illos. Si autem excessit quis magnitudinem conuenientem sibi, etiam si non excessit terminos magnitudinis speciei, reserabitur de eo id, quod superfluit, quia illa magnitudo est contra naturam eius.

Sed dicitur, si suppleendum est, quod defuit alicui, siue secundum speciem siue secundum indiuiduum vnde supplebitur.

Dicendum, quod de partibus, quæ fuerunt aliquando materialiter in istis supplebitur, ut si quis vixit usque ad quinquaginta annos, licet non perueniret ad magnitudinem conuenientem speciei, vel indiuiduo, tamen per alimentum partes multe fuerunt ei incorporatæ, quæ postea fluxerunt, & hinc omnes conuertantur, non solum reddetur homini illi magnitudo debita secundum speciem, vel indiuiduum, sed etiam fortè formari possent inde duo, vel tres, si autem non abundauerunt ad hoc partes materiales, asumeretur de foris vnde suppleatur.

Sed dicitur, quid de paruulis, qui mortui sunt ante ætatem adultam, an resurgent in illa magnitudine, quam tunc habuerunt solum? Dicendum, quod non, sed dabitur eis magnitudo non solum quanta conuenit secundum speciem, sed etiam quanta conuenit secundum indiuiduum, pueris enim licet nondum haberent magnitudinem suam debitam erant quædam magnitudo seminis ex conditione, scilicet, secundum proportionem caloris, & humiditatis, & licet nondum haberet illam magnitudinem iam habere, videbantur, & sic usque ad illam supplebitur in eis, Sic dicit August. 22. lib. de Ciui. Dei cap. 14. scilicet, defuit autem infanti mortuo perfecta quantitas corporis sui, perfectio quippe infanti deest utique perfectio magnitudinis corporalis, quæ cum accesserit statura iam longior esse non possit, habent perfectionis modum, sic habent omnes, ut cum illo concipiuntur atque nascantur, sed habent in ratione non in mole, sicut omnia ipsa membra iam sunt latenter in semine, cum etiam natis non nulla adhuc defuit sicut dentes, & postea ait. In hac ergo, scilicet, ratione seminis infans iam longus, aut brevis est, qui brevis longiue futurus est, & ita cum infantibus sit debita illa magnitudo, & quodam modo habent etiam in utero, deesset, si non restitueretur in resurrectione. formabuntur, ergo ad illam magnitudinem, quam habituri erant, si vixissent usque ad ætatem perfectam, fiet autem ista reformatio de eo, quod fuit in eis materialiter, & fluxit, ut si vixit puer usque ad sex, vel septem annos, fortè ex eo quod conuersum est in corpus eius ex alimento, & fluxit, & poterit restitui tota magnitudo, quam habiturus erat, & aliquid amplius. Si autem non poterit, ut si mortuus est in primo anno, asumeretur aliunde quod defuit.

Ad primum dicendum, quod utraque mensura inuenitur in homine, & tamen neutra erit eadem in resurgentibus omnibus, scilicet, neque temporis neque dimensionis. Cum autem obijciatur de ætate. Dicendum, quod sicut dictum est præcedenti quod non erit eadem ætas omnium, prout ætas dicit materiam durationis,

tionis, sed vt dicit statum ex parte corporis compe- tentem etati: ille autem status, scilicet, perfectio- nis erit idem in omnibus, licet non sit eadem etas, & ita neque erit eadem statura, quia sine identitate, vel æ- qualitate stature poterit esse idem status perfectionis: nam neque perfectio est eadem siue equalis, sed est in quolibet summa proportionaliter ad conditionem corporis sui, nullus enim habebit ibi minus de perfe- ctione corporali quã hic habiturus erat siue electus siue damnatus, electi tamen plus habebunt quã ha- bituri erant naturaliter, & istud additamentum erit secundum proportionem meritotum, & conditio- nem glorię animę.

Ad secundum dicendum, quod quantitas debetur vniciuque secundum conditionem naturę, sed quia cuiuslibet est naturalis forma speciei, per quam est sub- determinata speciei, & etiam conditio indiuidui, non solum est magnitudo alicui debita propter formam speciei, sed etiam propter conditionem indiuidui, & sicut propter speciem est naturale homini non ha- bere magnitudinem vltra neque citra terminos con- uenientes speciei, inter quos sunt multi gradus latitu- dinis, ita conuenit cuiuslibet homini ex speciali condi- tione indiuidui venire ad determinatam magnitudi- nem, quę non habet gradus latitudinis, sed consistit in indiuisibili, & quia conditio indiuidui non est ea- dem omnium, nõ habent omnes eandem magnitu- dinem, neque in resurrectione eam habebunt.

Ad tertium dicendum, quod in resurrectione nõ respondebit quantitas corporum virtuti reformanti, quę est diuina, eo quod illa non est materialis neque de conditione corporis, sed respondebit virtuti forma- tiuę, quę fuit in corpore. Cum autem obiicitur, quod tunc non redirent corpora maiora quam fue- runt ante resurrectionem, dum uiuerent. Dicendum, quod in quibusdam fuit quantitas minor quã futu- ra erat, quia virtus naturalis non potuit deducere illam magnitudinem, in alijs autem poterat, sed im- matura morte impeditum est. De primo dicendũ, quod quia impeditum illud fuit ex aliquo extrinse- co, vel cõcurfu aliarum causarum supplebit Deus id, quod defuit virtute impeditum, & producet ad debi- tam magnitudinem tam secundum speciem quã secundum conditionem indiuidui. De secundo di- cendum, quod ibi natura potens erat impedita, & perduxisset ad illam magnitudinem nisi mors inter- cidisset: ideo tantam habebit magnitudinem quantã naturaliter habere debebat, & non plus.

An in resurrectione erunt omnes resurgentes masculi, vel erunt masculi, & femine. Quęst. CCXLVII.

QVARETVR An in resurrectione erunt om- nes resurgentes masculi, vel erunt masculi, vel femine.

Aliqui dicunt, quod omnes erunt masculi, quia ad Ephe. 4. cap. dicitur donec occurramus omnes in vi- rum perfectum, ergo non erunt femine, sed omnes erimus viri in resurrectione. Secundo quia in futuro cessabit omnis prælatio, sicut dicit Glo. 1. Corint. 15. super illo verbo, quod euacuabit principatum, & po- restatē, & tamen mulier naturali origine est viro sub- dita, ergo in resurrectione non erunt femine, quia alias non cessaret ibi prælatio. Tertio quia illud, quod occasionaliter in dicitur præter naturę intentionem non resurget, sicut patet de monstris quantum ad monstruositates suas, sexus tamen muliebris non est p intentionē naturę inductus, sed per defectum vir- tutis formatiue in semine, quę non potuit perduce- re materiam ad perfectionem virilē, sicut dicit Arist.

16. de Animalibus, q̄ femina est mas occasionatus, ergo femine non resurgent, sed viri. Dicendum, q̄ quando queritur, an omnes resurgentes erunt viri, aut intelligitur, q̄ sint viri, id est, q̄ solum resurgant il- li, qui fuerunt viri, aut q̄ omnes homines siue mascu- li, siue femine, qui hic fuerunt resurgant, & tamen femine efficiantur ibi viri. Accipiendo primo modo non queritur, quia manifestum est, q̄ homines, qui semel vixerunt resurgent, cum sit futura resurrectio generalis, alias nõ resurgerēt virgines, quę pro Chri- sto passę sunt, neque mater sua, quod absurdum est, neque de hoc aliquis dubitat. Sed accipientur secun- do modo, scilicet, an femine efficiantur viri in resur- rectione. Et dicendum, q̄ non, sed sicut hic fuerunt viri, & femine, ita & in resurrectione, quia Deus repa- rauit in resurrectione, quod condidit in creatione, & tamen Deus condidit masculum, & feminam, Genes. 1. & supra 19. cap. & feminam de coita viri formauit Genes. 2. cap. ergo femina reformabitur in resurrectio- ne, sic & resurgent femine. Item Christus hoc asse- ruit tacite supra in litera cum respondens ait Saddu- cęis, q̄ in regno cęlorum neque nubent, neque nuben- tur, sed sunt sicut angeli Dei. Ergo oportet, q̄ ibi sint, qui possint actiue, & passiuē nubere, quod ad vi- ros, & feminas pertinet, quia alias Christus superua- cuē diceret nõ nubent, neq; nubentur, & quod aper- tius dixit Lucas illi, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione, non nubent neque ducent vxores, Luc. 20. cap. ergo erunt ibi femine, quę possunt duci in vxores, q̄ alias vanē hoc diceret. Et ista rōne facit Aug. 22. lib. de Ciu. Dei, cap. 17. ad ostēdendũ, q̄ resur- gēt femine, & eadē rōne Hieronymus vitur dicens, nemo enim dicit de lapide, & calore, & his rebus, quę non habent membra genitalia, q̄ nõ nubent, neque nubentur, sed de his, quę cum possint nubere, tamē aliqua ratione non nubunt. Et ideo cõcludit Augu- stinus vbi supra, dicens. Mihi melius sapere videntur, qui vtrumque sexum resurrecturũ esse non dubitant. Item ex intentione literę huius: nam totum argumē- tum Sadducęorum cõtra Christum erat super vxoribus an redirent ad viros suos, & ad quos, si autem in resurrectione nulla femina futura esset, nulla respon- sio plenior esse poterat quã diceret. Erratis, quia in regno cęlorum non redibit aliqua femina: ideo nemo poterit habere suam, vel alienam vxorem.

Item dicendum, quod nõ necesse est resurgere foe- minas: nam seruabitur in resurgentibus identitas, & tamen si illa, quę fuit femina efficiatur vir in re- surrectione, non manebit idem indiuiduum numero, ergo oportet, quod femine sint in resurre- ctione, quę hic femine fuerunt, sicut enim non est idem indiuiduum, vbi non est eadem materia, ita non est idem indiuiduum, vbi non est eadem natura indiuidualis, sed non est eadem natura indi- uidualis femine, & maris, ergo non erit idem indiui- duum, si femina verteretur in marem.

Item dato, quod masculinitas, & feminitas non tollerent identitatem numeralem, adhuc oportebat feminas resurgere, quia sicut quantitas diuersa competit diuersis indiuiduis considerata natura indiuidui, ita diuersis indiuiduis competit diuersus sexus ex conditione ipsorum indiuiduorum, & ta- men in resurgentibus manet cuique quantitas non solum competens ex conditione speciei, sed etiam ex conditione indiuidui, vt ostensum est præcedenti qõne, ergo a fortiori manebit vniciuque ius sexus.

Item cõuenit perfectioni speciei, q̄ resurgant mas- culi, & femine ad ostendendum gradus inuentos intra essentiam speciei. Et sicut maior pulchritudo est in hominibus ex inæqualitate stature quã sit omnes

Vide de hac q̄ latius sine auct. Genes. ca. 13.

omnes essent equalesita & pulchritudo quædam est diuersitas sexus, vt natura perfectio ostendatur, quę potest inueniri in gradibus verum equalitatem secun- dum naturam. Neque est aliquid quod magis moueat ad negandum feminas in resurrectione esse, quã confusio mutue visionis, nunc enim vterque sexus operitur, & magis pars carnis nostrę: in regno autem Dei nullum erit tegumentum, & ita videre- tur confusio quædam ibi subortitura, sed non erit, quia ista confusio oritur ex peccato, quia est poena eius, ibi sicut peccatum non manet, neque peccati poena aliqua manebit. Etiam quia non manebit tur- pitudo actuum: nam nunc ideo de his membris eru- bescimus, quia sunt ad vsus, quos hic turpes iudica- mus quamuis liciti interdum sint: ibi autem vsus nullus manebit: ideo neque turpitudine aliqua. Sic dicit August. 22. libro de Ciu. Dei cap. 17. melius sapere videntur, qui vtrumque sexum resurrectu- rum non dubitant esse, non enim libido erit, quę confusio est causa: nam prius quã peccassent nudi erant, & non erubescerent vir, & femina, corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura serua- bitur, non est autem vitium sexus foemineus, sed natura, quę tunc quidem, & a concubitu, & a par- tu immunis erit, erunt tamen membra foeminea non accommodata vsui veteri, sed decoti nouo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quę nulla erit, sed laudetur sapientia, atque clementia, quę & quod non erat fecit, & liberauit a corruptione, quod fecit.

Ad primum dicendum, quod auctoritas illa non intelligitur de resurrectione, in qua esse debeamus omnes viri, sed de adunatione fidelium electorum in vnitatem fidei, per quam congregationem resul- tat vnus vir perfectus, id est, Christus mysticus, sicut expositum fuit supra, & ita respondet August. 22. lib. de Ciu. Dei cap. 18. la. è respondendo ad istud argu- mentum, & ista est veritas. Multa enim sunt ibi in li- tera, quę impediunt intelligi de resurrectione, & ta- men si de illa intelligeretur deberet dici occurramus omnes in viros perfectos, & non in virum, quia non erimus omnes vnus vir.

Aliter respondet etiam August. vbi supra, quod si intelligere vluerimus de resurrectione nihil impedit, quia per virum intelligitur quoque femina, cum vir dicat ibi naturam, & non sexum, sicut cum dicitur: Beatus vir, qui timet Dominum. Beata tamen sunt etiam femine, quę illum timent. Sed prima so- lutio est melior.

Ad secundum dicendum, quod cessabit prælatio in resurgentibus: vnde femine non erunt subdite alicui viro. Et ratio est, quia subiectio ista data est in po-enam peccati muliens, Genes. 3. ca. scilicet, sub viri potestate eris, & tamen ibi cessabit tam peccatum, quã omnis poena peccati: ideo non erit ibi femina subdita viro, neque sicut iam in dolore pariet filios aliquos, & tamen cessante prælatione non cessabit foemina, quia non est naturalis, sed ex peccato, vt dictum est.

Aliter autem dicendum, quod nunc femina est vi- ro subdita propter naturę imbecillitatem tam quan- tum ad vigorem animi quã ad robur corporis, & tamen in electis non manebit hoc in resurrectione, sed erit perfectio in viroque, & non secundum di- uersitatem sexuum, sed potius secundum diuersita- tem meritotum, quia qui plus meruit siue vir, si- ue foemina, excellentior erit ibi in viribus corporis, & animę.

Ad tertium dicendum, quod illud quod solum est per occasionem, & non est de intentione naturę nõ venit in resurrectione. Et sic est de monstruositati-

In q. 245.

Propter qd mulier est marito subdita.

bus, quę totaliter sunt per errorem, & ideo repa- ratur error iste in resurgentibus, & nõ erit monstru- us. Foemina autem nõ est per occasionem, & præter in- tentionem naturę, cum illa sit necessaria ad conserva- tionem speciei per generationem, quę non fit sine commixtione sexuum. Cum autē dicit Arist. quod femina est mas occasionatus, innuit quod est per oc- cationem, & ita præter intentionem. Sed est verum, quod est præter intentionem naturę particularis, est tamen de intentione vniuersalis naturę. Vocatur enim natura particularis ipsa vis corporea infra re- bus, & sic in formatione foemine natura est vis for- matiua manens in semine, & illa intendit producere virum, quia intēdit formare id, quod simpliciter me- lius est secundum speciem, & hoc est vir, quia tamen illa est imperfecta, non potest deducere materiam ad talem dispositionem in quo cõsistit conditio masculina, sed manet in gradu inferiori, qui est feminitatis. Natura vniuersalis vocatur non solum Deus secun- dum veritatem, sed etiam secundum philosophos intelligentia, quę præest rebus corporeis in motibus suis naturalibus dirigendo eas: nam opus naturę est opus intelligentiæ, vt Commentator dicit. Nam cum ista, quę intellectum non habent moueantur tam determinatē sine aliquo errore, necesse est quod dirigantur ab agente secundum intellectum, qui circa talia secundum certum modum operetur, & de intentione eius intelligentiæ dirigentis naturali- ter in motibus suis est, quod sit femina, & ob hoc- rale semē enenit, cuius virtus sit ita imperfecta, quod non possit deducere materiam conceptus ad dispo- sitionem masculinam.

Cum autem dicitur, quod foeminitas accidit ex imperfectione materię, vel virtutis formatiue, non est sentus (vt aliqui imperiti intelligunt) quod desit materia ad formandum vas genitale: nam non po- test hoc euenire ex paucitate, vel defectu materię, quia quantumcunque sit pauca materia aliqua, pos- sunt inde formari omnia membra, & formaliter, sed quanto fuerit paucior, tanto erit corpus formatum minus. Maximè quia pauca materia sufficit ad for- mationem fetus, cum fetus mox formatus vix sit ad quantitatem vnus mulier.

Item quia interdum in formatione corpora femi- narum sunt maiora quã masculorum, & ita fuit ibi magis de materia.

Item quia si intenderet simpliciter natura forma- re genitalem virilem, & propter paucitatem mate- rię non posset illa pars formari, maneret clausus vte- rus sicut in viris, licet non maneret pars foris appa-rens, & tamen manet ianua ventris certo modo facta per artificium, quę magis apparet facta ex inten- tione, & per artificium quã a casu, ergo non est propter paucitatem materię.

Item quia si propter defectum fieret, cum contin- geret ad interdum plus, vel minus deficere, defice- ret aliquando, quod medietas genitalis virilis ma- neret facta, & reliquum esset imperfectum, inter- dum autem plus de materia deficeret, & non clau- deretur vterus: sicut in foemina, sed maneret aliqua magna apertio, sed nunquam manet nisi sic, ergo nõ fit per accidens, sed per intentionem.

Item si fieret ex paucitate materię, deficeret po- tius materia in membris, quę vltimo formantur in corpore, sed non sunt genitalia membra vltimo for- mata, ergo non deficeret ibi, sed contingeret alibi deficere, & tamen non deficit alibi, ergo non fit pro- pter paucitatem.

Item quia in foemina non solum relinquuntur ianua illa vteri, sed etiam interius relinquuntur alia mem- bra

Quo intel- ligitur, qd femina est mas occa- sionatus.

bra proportionalia, vt patet in formatione matricis, quæ est in foeminis, & non in viris: & tamen si ex defectu materiæ fieret, formarentur omnia interiora similia in viro, & foemina, & cum perueniretur ad extremam formationem genitalis, deficiente materia, maneret illa ianua vteri loco sexus virilis, & tamen etiam in interioribus est magna distinctio maris, & foemina: ergo non fit propter paucitatem materiæ, & casu, sed ex intentione. Idem etiam circa mamillas argui poterat, & formationem lactis, quæ viro non accidunt. Item quia modus non est formationis idem, quia viris superiora sunt grossiora, & maiora, scilicet, pectora, & latera: inferiora autem minora, vt nates: foeminis è contrario: ergo non fit ex paucitate materiæ.

Sed dicendum, quod si ex defectu, id est, imperfectione materiæ formabilis, vt aliqui dicunt. Vel quod verius est ex defectu, & impotentia virtutis formatiue. Nam ad hoc quod formetur vir, oportet quod materia corporis eius deducatur ad certam dispositionem qualitatiuam, & formatiuam, si vis non potest deducere materiam ad illam dispositionem deducit eam ad aliam dispositionem minoris gradus, in qua non potest esse vir, & ideo format foeminam, quæ est indiuiduum eiusdem speciei cum viro: in altero tamen gradu perfectionis naturalis, & tunc quia tale indiuiduum non potest se habere ad modum agentis propter imperfectionem, format ei natura talem corporis dispositionem circa vasa, vt fit indiuiduum passiuum, & ideo format matricem, & genitale patens, & vbera ad lac: & sic circa eandem rem concurrunt defectus, & intentio defectus quidem in vi formatiua. Intentio autem in intelligentia, quæ est natura vniuersalis, & dirigit vim formatiuam circa formationem vtriusque indiuidui.

Vir, & foemina sexu differunt, & non specie.

Et sciendum, quod vir & foemina non differunt specie, sed sexu: non est autem sexus (vt insipientes putant) ipsam genitale maris, & foemina, quia tunc non differunt mas, & foemina, nisi per hæc. sed falsum est, quia ista membra sunt signa differentia maris, & foemina, non sunt tamen ipsa, per quæ differunt, sed differunt per totam dispositionem, & virtutem naturæ, quæ quidem altera est corporis vitilis virtus est dispositio, qua se habet ad agendum, & alia foemina, qua se habet ad patiendum, & quia tales dispositiones sunt differentes in eis, quæ vocantur sexus, dicuntur differre sexu, sed illa differentia est causa differentia genitalium, & tamen non existentibus illis genitalibus non possent exercere opera virorum, & foeminarum, sed dato, quod corpori foemineo per miraculum formaretur nunc genitale tale, quale viro, non esset vir, neque posset semen decidere, neque haberet: & dato quod Deus auferret nunc miraculosè alicui viro genitale relinquens talem vitam, sicut foemina, & interius formaretur matrix naturalis de conditione eius mutando, ille non esset foemina, neque posset concipere, licet recipere semen in genitali, sed in tota corporis dispositione, secundum quam distinguantur actiuum, & passiuum.

Sed adhuc obijciunt aliqui, quod non debeant foemina in resurrectione manere, quia non sunt per se de intentione Dei: nam Deus formauit hominem de limo terræ: foeminam vero non de limo, sed de latere viri, vt dicit August. quosdam arguere, 22. lib. de Ciuit. Dei, cap. 17.

Item quia in resurrectione erit id, quod melius est esse cum ibi expectetur vltima perfectio humana, & tamen melius, & perfectius est esse virum,

quàm esse foeminam: ergo non erunt foemina in resurrectione.

Dicendum, quod erunt foemina in resurrectione propter causas supra positas. Et ad primum dicendum, quod nihil obstat: nam licet Deus non fecerit foeminam de limo: fuit tamen de intentione Dei, quia aliàs eam non fecisset. Etiam fuit de veritate naturæ, cum dicatur Genes. 2. cap. quod Adæ non inueniebatur adiutorium simile ei, & ideo facta est Eva. Quod autem non fecit eam de limo, sed de costa viri, non fuit quasi non esset de intentione sua, sed quia voluit totam naturam humanam in vno esse, & ab eo dependere, ideo solum Adam formauit de terra: Euan vero de Adam: ergo vterque tam masculinum, quàm foemina est de intentione Dei, & pertinet ad resurrectionem.

Ad secundum dicendum, quod licet vir absolute sit perfectior, quàm foemina, tamen non est melius esse omnes viros, quàm esse aliquas foeminas, quia bonum, & pulchrum non consideratur respectu cuiuslibet per se, sed vniuersi respectu, vel speciei, vel totius. Licet enim in vniuerso perfectiora sint corpora cœlestia, quàm elementalia: melius fuit esse quædam cœlestia, & quædam elementalia, quàm nullum corpus esse, nisi cœlesti. Etiam perfectior est homo cæteris animalibus, & tamen non fuit conueniens, quod omnia animalia essent homines, & nullum esset animal præter hominem. Etiam in toto corpore, vel homine membrum perfectius est cor, & cerebrum, quàm pedes, & aures: & tamen non debuit esse cor, aut cerebrum, aut natus quidquid in homine est, sed ista tanta diuersitas ordinata est, vt in ea Dei sapientia reluceret, & resularet ratio totius, sicut & respectu speciei humanæ pulchritus est dare indiuidua gradualiter disposita participantia naturam eandem, quàm dare vnicum gradum. Vir autem, & foemina distant gradualiter intra eandem speciem, non gradu essentia, quæ in indiuisibili consistit, sed gradu perfectionis individualis, ideo melius est virum, & foeminam esse, quàm omnes esse viros, & ita dixit Deus, Genes. 2. cap. Non est bonum hominem esse solum, sed faciamus ei adiutorium simile sibi. erunt ergo femina in resurrectione.

Quo gradu vir, & foemina distant.

An resurgentes resurgant ad vitam animale, id est, an vtiuntur cibis, & potibus, & venereis. Quest. CCXLVIII.

Quæritur vtrum resurgentes resurgant ad vitam animale, scilicet, vt vtiuntur actibus nutritiuis, & generatiuis, scilicet, cibis, potibus, venereis, somno, vigilia, & huiusmodi.

Aliqui dicunt, quod sic, quia resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi. 1. Corinth. 15. cap. Sed Christus post resurrectionem legitur comedisse partem piscis assi, & fauum mellis, Lucæ 24. & Ioan. 21. cap. Ergo & nos comedemus.

Secundo patet, quia Lucæ 22. dixit Christus: Ego dispono vobis, sicut disposui mihi pater meus, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: ergo in resurrectione, quando est regnum Sanctorum erit comedere, & bibere. Item quia eodem cap. dixit Christus: A modo non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud vobiscum nouum in regno Dei. Ergo in regno cœlorum erit potus, & cibus. Item in poenam datur damnatis, quod esuriant, & sitiant: beatis autem quod epulentur, cum dicatur Isaie 65. cap. Serui mei comedent, & vos esurietis: serui mei bibent, & vos sitietis: serui mei letabuntur, & vos confundemini: ergo cibus erit, & potus resurgentibus.

Tertio,

tertio, quia distinctio sexuum ordinatur ad generationem, & similiter in ista virtutis nutritiue ordinatur ad cibationem, & tñ manebunt omnia membra in homine, tam seruentia ad generationem, vt dictum est præce. q. quam seruentia nutritioni, vt dictum est supra q. 240. & 241. & 242. ergo erunt ibi actus istorum ne ista frustra manere videantur.

Quarto, quia totus homo beatificabitur rã secundum animam, quam secundum corpus, beatitudo autem, siue felicitas consistit in operatione. 1. Ethic. ergo oportet, quod omnes potentie, tam anime, quàm corporis maneant in actibus suis, quia si aliqua maneret sine actibus, secundum illas non esset homo felix, & ita non esset totus felix.

Quinto, quia in beatis post resurrectionem erit tota, & perfecta iocunditas, talis autem iocunditas omnes delectationes includit, quia felicitas est status omnium bonorum aggregatione perfectus, vt dicit Boet. 3. de consol. prota. 2. Perfectum autem est, cui nihil deest. 5. Metaph. cum ergo in actu generatiue, & nutritiue sint magne delectationes, videretur, quod iste maneat in beatis, & ita actus animales erunt in resurgentibus omnibus.

Dicendum, quod in resurgentibus, siue beatis, siue damnatis non erunt actus vitæ animalis. Pro quo sciendum, quod duplex est perfectio hominis. Quædam dicit integritatem eorum, quæ ad naturam spectant. Alia est perfectio, quæ consistit in perfecta possessione finis, ad quem quis semel prouenit. Primam perfectionem potest homo habere in statu presentis vitæ p actionem causarum naturalium, & ista est perfectio omnium conditionum, & operationum, quæ pertinet ad hominem secundum formam speciei, in quantum est forma corporis, & ideo ad consecutionem istius perfectionis non ordinatur resurrectio, cum resurrectio sit supernaturalis, & non ordinetur, nisi ad consequendum id, quod naturaliter haberi non potest.

Secunda autem perfectio non potest haberi naturaliter, quia finis humanæ vitæ excedit naturam, & ideo resurrectio datur, vt perueniat homo ad aliam vitam in qua habere possit perfecte finem suum. Ex quo sequitur, quod ea, quæ ordinantur ad cauandum, vel conseruandum primam perfectionem, non erunt in resurgentibus, cum resurrectio non ordinetur ad consequendum illam perfectionem: tales autem sunt actiones vitæ animalis in homine. quia quædam ordinantur ad cauandum istam vitam animale, vt sunt operationes generatiue aia ad conseruandum, vt actus nutritiue, & somnus, & vigilia, ergo comedere, bibere, giguere, dormire non erunt in resurgentibus.

Item patet specialiter quantum ad venerea, quæ pertinent ad actus generatiue virtutis, nam non erunt in resurgentibus. Ita enim Christus dixit, quod in regno cœlorum, neque nubent, neque nubentur. Vel sicut Lucas dixit: Neque nubunt, neque vxores ducunt. Et tñ solus modus licitus venereorum est ad vxorem, ergo cum iste non maneat in resurgentibus, non manebit aliquis alius.

Sed aliquis dicit, quod hoc intelligitur de beatis, sed de damnatis non constat, cum dicatur. In regno cœlorum non nubent, neque nubentur.

Dicendum, quod idem est quantum ad damnatos, neutrum, cui vtiuntur venereis, quia quidquid erit iam, tam in beatis, quam in damnatis erit ordinatissimè, ideo si venerea manerent in illis essent ad aliquem finem secundum resurrectionem prestitutū, & tamen venerea secundum resurrectionem non ordinantur ad generandum, & tunc generatio non erit necessaria, neque conueniens post resurrectionem, quia humana, neque conueniens post resurrectionem, quia hu-

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

manum genus habebit tunc totam suam multitudinem indiuiduorum determinatam a Deo, ergo non erit generatio, neque venerea. Sic etiam dicit August. 22. lib. de ciuitate Dei. cap. 17. quod in resurgentibus erit, vterque sexus non tamen erit ibi libido, quæ confusions est causa, non est autem vitium sexus femininus, sed natura, quæ tunc quidem, & a concubitu, & a partu immunis erit, erunt tamen membra foeminea non accommodata vsui veteri, sed nouo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed lauderur sapientia, & clementia Dei. De hoc autem latius supra diximus, quæstione 240. & 241. & 242.

De actibus vero nutritiue, vt comedere, bibere, & dormire dicendum, quod non erunt in resurgentibus.

De cibo, & potu patet, quia profunt hæc ad duo, scilicet, ad restaurationem deperditi, & ad augmentum, vt perueniatur ad debitam quantitatem, sed neutrum conuenit resurgentibus, nam resurgunt ad vitam immortalem, in qua non erit actio, secundum contrarietatem, quia aliàs non esset immortalitas, & tamen deperditio fit per actionem calidi resoluentis humidum, ergo ibi non poterit esse resolutio aliqua, & consequenter non erit ibi nutritio ad restaurationem deperditi. De augmento patet, quia vt ostensum est supra quæstio. 244. & 245. & sequent. resurgunt homines in maxima quantitate, quam hic habuerunt, vel habituri erant, & ideo iam non erit aliqua causa augmentationis, quia erunt homines in statu. De somno eadem ratio est, quia somnus prodest ad digestionem cū cessent ibi virtutes aiales, & intenduntur naturales, & prodest ad cõfortationem pp relevationem laborū, sed tunc non erit digestio, cum non sit cibatō, neque sit labor, quia erunt corpora impassibilia electorum oium incorruptibilium, ergo somnus non erit ibi, & actus nulli vitæ animalis manebunt.

Ad primum dicendum, quod Christus resurgens comedit, & etiam nos resurgentes poterimus comedere, sed non comedemus. Primum patet, quia tam in Christo resurgente, quam in nobis resurgentibus manebunt oēs virtutes corporis perfectæ, & etiã organa proportionata virtutibus, ergo poterunt homines secundum illa exire in actum comedendi, & bibendi.

Secundum patet, quia Christus comedit, quia fuit in eo causa ad hoc, in nobis autem resurgentibus non erit causa aliqua, ideo non comedemus, neque bibemus. Patet de Christo: nam ipse resurrexit, & de sua resurrectione dubitabatur, quia putabatur esse phãasma, vel spiritus, & quod non esset verus homo, Luc. 24. Et vt non maneret ista dubitatio in discipulis petiuit si quid haberent ad comedendum, & dederunt ei partem piscis assi, & fauum mellis, & comedit coram illis, & tunc crediderunt, quod ipse esset. itam manducationem acceperunt Apostoli, tanquam firmam probationem de sua resurrectione, vt dixit Petrus. Act. 10. c. hunc suscitauit Deus a mortuis. i. Christum, & dedit illi manifestum fieri non omni populo, sed rebus præordinatis a Deo: nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo post resurrectionem suam, & ita in alijs suscitationibus, de quibus poterat esse aliquod dubium manifestabar Christus veritatem illarum per summptionem cibi. Sic patet de primo quem suscitauit, scilicet de filia archisynagogi. Nam statim iussit dari illi cibū, Mar. 5. & Luc. 9. c. 10 nobis autem resurgentibus non erit sic, quia non erit necessaria probatio resurrexerunt, omnibus enim nota erit, cum omnes resurgant, & ideo solet dici, quod Christus dispensatiue manducet post resurrectionem eo modo, quo iustitiam dispensationem esse iuris communis relationem, scilicet quod in alijs resurgentibus generale est, & quasius non manducare; Christus autem ipsi iure vltus manducauit,

Q

cauit,

cavit, & tamen adhuc illud comedere Christi nō habuit quicquid habet comedere nostrum, quia p̄ māducaationem transit cibum ad locum digestionis, & cōuertitur in substantiam nostram, & proficit ad restauraationem deperditū, vel ad augmentaationem: Christus autem cibum dentibus contriuit, & ad interiora transiit, & tamen non conuertit illum in substantiā corporis sui, quia iam non erat futura in eo restauraatio deperditū, neque augmentaatio. De quo magis dicitur Luc. 24.

Ad secundum dicendum, q̄ omnia illa intelliguntur per metaphoram, in regno autem celorum, neque est menia, neque cibus, neque potus, sed per ista designantur quaedam spirituales delectationes. Et ratio est, quia secundū sensum sunt magnæ delectationes, potissime pro rusticis hominibus in cibo, & potu, cum autem Christus vellet eis inuere magnas delectationes esse in vita æterna, quales non sint in hac vita, designauit eas per delectationes magnas huius vitæ, quæ sunt in cibo, & potu.

Cum autem dicitur: non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud nouum. Dicendum, quod etiam est metaphora, quia in regno Dei non est vinum. Et ita accipitur aliquando in scriptura, vt Zacharias nono capitulo. Quid est bonum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Et tamen vinum acceptum proprie non germinat virginitatem, sed ad luxuriam incitat ad Ephe. 5. cap. nolite inebriari vno, in quo est luxuria. Ita & in presenti accipitur vinum per metaphoram. Quod patet primo, quia dicitur Luca vigesimo secundo capitulo. Dico vobis ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et ita non dixit se manducaturum, vel bibiturum in regno Dei, sed quod implebitur ibi omnis delectatio, quæ hic neque inchoata est vere.

Secundo patet, quia dixit Christus: Donec bibam illud vobiscum nouum in regno Dei, infra vigesimo sexto capitulo, & Mar. decimo quarto, & tamen si de vero vino intelligeretur, non diceret, q̄ biberet illud nouum, quia melius est vetus, quam nouum, iuxta illud Ecclesiastici nono cap. Vinum nouum, amicus nouus, veterascer, & cum suauitate bibes illud. Et tamen si in regno Dei esset vinum esset optimum, sed nouum non est bonum, ergo non esset ibi nouū, sed vetus. Dixit tamen Christus nouum vinum, ergo nō intellexit de vino, sed de alio modo delectationis nobis incognito, & ideo vocauit illud nouum, quia noua ignota sunt. Cum autem dicitur: Serui mei comedent, & c. aliqui intelligunt de alio, quam de vita æterna, alii autem de regno Dei. Et tunc dicendum, quod erit metaphora, de quo dicitur Isa. 65. cap.

Ad tertium dicendum, q̄ manebant omnia membra hæc, & non manebunt actus eorum, quos hic habuerunt, & tamen proficient ad perfectionem, & integritatem hominis secundum indiuiduum, & speciem, nam ablati his membris esset homo truncatus, & tolleretur decor eius. Etiam aliquis actus manebit his membris, s. ostendere virtutem multiplicem in operante, quæ correspondet varietati horum membrorum. Sicut dicit Augustinus 22. libro de ciuitate Dei, capitulo 17, quod manebunt membra genitalia non accomodata vsui veteri, sed decori nouo, quo non alijciatur alijcientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed laudetur sapientia, & clementia, quæ & quod non erat fecit, & liberauit a corruptione, quod fecit.

Ad quartum dicendum, q̄ homo totus beatificabitur, & quia tam corpus, quam anima pertinent ad essentiam hominis, beatificabitur secundum corpus, & animam, & tamen corpus pertinet ad hominem,

vt informatur anima rationali. Et licet eadem anima sit in homine rationalis sensitua, & vegetatiua, quia non ponuntur plures formæ substantiales in eodem indiuiduo, vt dictum est supra, tamen non facit determinate anima esse corpus humanum, nisi in quantum ipsa est rationalis, quia in quantum est sensitua, facit illud esse animalis, & in quantum est vegetatiua facit corpus esse animatum. Et ideo cum beatitudo vitæ æternæ sit propria homini, secundum quod homo, quæ nemo beatificatur, nisi homo, secundum, & 10. Ethicorum, oportet quod beatificetur homo secundum ea, quæ sunt propria hominis, & non secundum ea, quæ sunt communia animali, & etiam corpus perficitur secundum quod est humanū, & 10. perficitur ab anima, secundum quod est humana, & tamen operationes istæ, s. comedere, bibere, gignere, dormire non sunt hominis proprie, sed conueniunt aliis animalibus, ideo beatitudo secundum corpus non consistit in his, sed ex beatitudine animæ, secundum quod rationalis est deriuabitur beatitudo corporis. Quia anima in quantum est rationalis beata erit per Dei visionem, & ex plenitudine boni, quod erit in anima rectū dabit aliquid in corpus. Et hæc est vera beatitudo corporis per dotes suas, s. claritatem, subtilitatem, agibilitatem, impassibilitatem.

Ad quintum dicendum, quod beatitudo non consistit in delectationibus corporalibus, neque etiam pertinent aliquo modo ad beatitudinem veram, vt declaratum est supra quinto capitulo, quaestione vigesima quarta, sed circa hoc errant Sarraceni, & Pagani, & plurimi Iudeorum, & carnales homines, qui vltra delectationes, secundum sensum nullum bonum esse existimant. Etiam errant Hæretici quidam antiqui apud nos, quos chiliaestas, idest millenarij Græci vocant, de quibus Augustinus, libro de nonaginta Hæresibus. Isti dicunt, quod post resurrectionem primam erunt mille anni, in quibus sancti resurgentes manebunt in terra, fruentes voluptatibus, secundum sensum ad nutum. Qui accipiunt velamen sui erroris ex eo, quod habetur Apocalyp. vigesimo, de mille annis quibus sancti regnabunt cum Christo. Sed de his ibi dicitur. Sed omnes hi insipienter afferunt, vnde non solum recta fides, quæ ex reuelatione cognoscit verum bonum, sed etiam Aristoteles solus rationis ductu ostendit non pertinere ad felicitatem delectationes secundum sensum, sed solas spirituales. Has enim dixit veras delectationes, corporales autem dixit a populo delectationes existimari propter nullas alias cognitatas esse, septimo Ethicorum, capitulo vltimo. Sed eas dixit esse medicinales, & ægritudinales. Dicuntur medicinales, quia sunt medicina adhibita ad tollendum fastidium, quod homini cecidit ex mutabilitate naturæ, quæ neque est vna, neque plures. Et ob hoc non solum vult homo delectationem secundum sensum, sed etiam non semper eandem, sed aliam, & aliam, scilicet, quia naturæ dispositio non manet eadem, sed alia, & alia: nam si eadem maneret necesse erat, quod eadem delectatio, quæ semel ei fuit delectatio, esset semper delectatio, septimo Ethicorum, in fine. Vocantur autem ægritudinales, in quantum homo delectatur eis inordinate, ac si essent vere delectationes, sicut homo habens infirmum gustum delectatur, in quibusdam, quæ sanis non sunt delectabilia, & ideo non sunt simpliciter, sed omnis inordinatio in actu humano est velut quædam ægritudo in corpore, quia sicut corpora sana semper habent delectationes, secundum naturam, & nunquam declinant ab eis, ita & operationes humanæ semper tendunt in rectam rationem, nisi quando inordinate sunt. Et sic recte vocatur delecta-

delectationes secundum sensum ægritudinales, quia tota communitas hominū pro maiori parte vitur eis inordinate, sicut ægri mouentur in id, quod non est simpliciter delectabile, natura quippe constituit in operationibus nutritiua, & generatiua delectationē, & non tanquam finem operationum, sed tanquam irritatum ad eas ne contemnantur. Vnde operatio est finis delectationis, & non e contrario, quando cum que igitur prosequimur operationem propter delectationem peruertimus naturæ ordinem, & toties delectatio illa ægritudinalis est. Et sic qui exercet vereciter propter delectationem ægritudinalem delectationem appetit. Similiter qui cibo aliquo vescitur solū, quia delectabilis est. Tales igitur delectationes non possunt pertinere ad beatitudinem, quæ propter se appeti non possunt, cum appeti propter se sit inordinate appeti. Cum autem dicitur, q̄ beatitudo debet includere omnes delectationes, Dicendum est per viam eminentię, sed non realiter eas colligendo, quia tunc beatitudo non esset operatio vna, neque vnus alicuius potentia, quod falsum est, vt etiam Aristot. innuit. 1. & 10. Ethic. Illa autem delectatio beatitudinis vere includet eminenter quicquid perfectionis, & boni est in delectatione nutritionis, & venereorum, sed ipse non erunt ibi.

Hæc autem dicta sunt de ipsa resurrectione: de conditione resurgentium dicendum erat, isti sunt autem beati, & damnati. Beati habent duplicem modū beatitudinis, s. corporalis, & spiritualis, est spiritualis ibi actu intellectus, & voluntatis, de quo diximus supra 5. c. beatitudo corporis consistit in quatuor dotibus, scilicet claritate, impassibilitate, subtilitate, agibilitate, de quibus diximus supra 17. capitulo, & quia beatitudo spiritualis dicitur dupliciter. s. primum essentialē, & accidentale. De essentiali, quod est ipsa beatitudo dictum est supra 5. capitulo, de accidentali, quam vocamus aureolam cum qua etiam fructus adiungitur, diximus supra 13. capitulo. De conditione autem solorum damnatorum resurgentium dicendum erat de quibus dicitur, infra 25. c.

Pharisei autem audientes, quod silentiū imposuisset Sadduceis, conuenerunt in vnu: Et interrogauit eū vnus ex eis legis doctor, tentans eum, Magister quod est mandatum magnū in lege? Ait illi Iesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primū mandatū: secundum autē simile est huic: Diliges proximū tuum, sicut teipsum. In his duobus mādatīs vniuersa lex pendet, & Prophetæ.

Hic autem ostenditur, quomodo Pharisei impugnauerunt Christum in veritate vitæ, in quantum p̄posuerunt ei quaestionem tentatiuam circa primum mandatū legis. Et primo ponitur Phariseorum interrogatio. Secundo Christi r̄sponso, ibi. *Ait illi Iesus.* Circa primum autem dicitur. *Pharisei autem audientes, quod silentiū imposuisset Sadduceis.* Ante hoc autem tētauerant ipsum Sadducæi proponentes quaestionem de resurrectione, illi autem victi sunt. Et hoc est ponit illis silentiū, scilicet, quod nihil obicere poterunt ad id, quod Christus responderat. *Conuenerunt in vnum.* Non enim ausus est aliquis de Phariseis solus Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

tentare Christum arguendo contra eum, sed omnes conuenerunt, quia hoc melius iudicabant intentioni suæ. *Et interrogauit eum.* i. Christum. s. congregati sunt, & congregati venerunt ad Christum. *Vnus ex eis.* s. ex illis multis Phariseis congregatis ad tentandū Christum. *Legis doctor.* s. iste interrogans erat vnus de doctoribus legis, quorum multi inter Iudeos erant, & isti exponebant illam, & prædicabant populo. *Tentans eum.* Idest non quaesuit animo addiscendi, sed tentandi, vt super hac re videret Christi sententiam. *Magister.* Sic enim vocabant eum omnes, quia docebat populum. *Quod est mandatum magnum in lege.* Idest quod est maximum mandatū. Nam omnia magna sunt, quia nullum contēptibile est, & parū vtilitatis, vel auctoritatis obseruatoribus. Et dicitur in lege, idest in tota lege Moyfi. *Ait illi Iesus.* Hic ponitur secundum, scilicet Christi r̄sponso, quæ statim secuta est ad quaestionem Pharisei. *Diliges dominum Deum tuum.* Præceptum dilectionis posuit maximum esse, & ita est, vt ostendatur. *Ex toto corde.* Idest ex tota affectione, vel volupate. *Et ex tota anima tua.* Idest ex toto intellectu. *Et ex tota mente.* Idest ex tota memoria, nulla enim alia potentia sunt anime rationalis, ex quibus possit prodire aliquis actus, & sunt hæc verba Dei. Deuter. 6. c. *Hoc est maximum.* Scilicet in obligatione, & merito. *Et primum mandatū.* Scilicet primum dignitate. *Secundum autem.* i. sequens mandatū in obligatione, vel dignitate. *Simile est huic.* Idest primo, non simile in dignitate, sed in actu, quia ambo sunt præcepta dilectionis. *Diliges proximū tuum.* Scilicet dilectione charitatis, quæ alia est affectio, quæ est secundum cognitionem, & carnem, vt ait Gregorius in homilia, quæ licet non sit illicita non est meritoria, & ideo illa non cadit sub præcepto. *Sicut teipsum.* Idest ad ea, ad quæ teipsum diligis. *In his duobus mandatis.* Scilicet de dilectione Dei, & proximi. *Vniuersa lex.* Idest Moyfi. *Pendet.* Idest in hoc consistit, & ad hæc duo sola inclinānt, quæcunque in tota lege sunt. *Et propheta.* Idest prophetales libri, s. nihil aliud illi monent, nisi Deum, & proximū diligere.

An hoc sit statim factum post precedentia, & an sit ordo continuus. Quæst. CCXLIX.

Quæritur an id, quod hic habetur sit statim factum post precedentia, an sit aliquid interpositum, & an sit ordo continuus.

Aliqui dicunt, quod non, quia Luca vigesimo capitulo statim post precedentem quaestionem de resurrectione mortuorum propositam à Sadduceis subiungitur, quod quaesierit Iesus de Christo, cuius filius sit, et hoc habetur infra, & ita non videtur esse continuus ordo.

Dicendum, quod est ordo continuus, & nō est anticipatio, neque recapitulatio, quia supra posita fuit quaestio Sadduceorum ad Christum, hic autem ponitur quaestio Phariseorum, quæ fuit post illam, sicut dicitur in litera. s. Pharisei audientes, q̄ silentiū imposuisset Sadduceis conuenerunt in vnum, ergo prius fuit terminata quaestio præcedens Sadduceorum cum Christo, quam inciperet ista quaestio Phariseorum cum eo.

Cum autem quaeritur an statim fuit istud, post illud, vel interpositum fuit aliquid aliud, dicendum, q̄ statim factum est. s. eadem die, & erat dies Martis hebdomadæ in ramis palmarum, & nō fuit inter hæc duo factum aliquid aliud, quod in scriptura narratur, & patet ex modo loquendi, cum dicitur: Pharisei audientes, q̄ silentiū imposuisset Sadduceis, statim, vt audierunt hoc factum esse, conuenerunt ad tētandum eum interrogantes hoc,

Ad argumentum in contrarium dicendum vno modo, quod Evangelistæ nunquam discordant in re narrata, quia tunc alter eorum falsum diceret, vel omnes, sed in ordine narrandi bene discordant sæpe. Et tunc dicendum, quod non valet argumentum, talis. Et Evangelista refert hoc ordine aliquam rem, ergo tali ordine accidit, sed verum est, quando non apparet aliquid in contrarium. Sicut auctoritas, vel ratio standum est illi ordini, sed nunc vnus Evangelista aliter, quam alius ordinavit ideo non valet argumentum sumptum ex auctoritate, sed tunc stabimus. Nam istum ordinem tenent duo Evangelistæ, i. Matthæus, & Marcus, Mar. 12. c. illum vero videtur tenere solus Lucas. Item ratio magis cõsonat huic ordini, quam alteri, quia illa quæstio Christi ad Phariseos de Christo, cuius filius sit, ortum hæt ex ista, vt infra ostenditur in litera.

Secundo potest dici, quod etiam Lucas tenuit istum eundem ordinem, quia relata contentione Sadduceorum ad Christum non subiunxit statim, quod Iesus quæsiuisset de Christo cuius filius est, sed ait, quod erant quidam Scribæ præsentibus, & dixerunt Christo: Bene dixisti magister. Et tunc sequitur quæstio, & tñ illud, quod ibi de Scribis dicitur est id, quod narratur hic de Phariseis, vt magis colligitur ex litera Mar.

Tertio potest dici, quod Lucas non deuiat ab ordine Matthæi, & Marci, quia deuiare est, quando duo eadẽ narrat, sed non eodem ordine, & tamen Lucas non narrat id, quod hic dicit Matthæus, & Marcus de tentatione Phariseorum ad Christum sup mādato magno, ideo oportuit, quod statim poneret de quæstione Iesu ad Phariseos, vel Scribas. Sicut filius est Christus, eo quod inter quæstionem Sadduceorum de resurrectione, & quæstionem Iesu de Christo, cuius filius est, nil intercedit, nisi quæstio Phariseorum ad Christum super mandato magno, & tñ, quia quæstio Iesu de Christo cuius filius sit fuit facta ad Phariseos, sicut Scribas, cū quibus fuerat ista quæstio de magno mandato, & non poterat bene introduci quæstio, nisi præsupponeretur ad quos fiebat, dicitur quod erant præsentibus. Quidam Scribæ induxerunt Christo super responsione ad Sadduceos bene respondisti, & ad illos direxit Christus quæstionem de Christo, cuius filius sit.

Quomodo fuit Sadduceis impositum silentium.

Quæst. CCL.

QUÆRETUR quomodo dicitur Sadduceis impositum silentium.

Dicendum, quod dupliciter imponitur alicui silentium. Vno modo per auctoritatem iubentis, & ita iudex adiudicans rem, de qua contenditur vni imponit alteri perpetuum silentium super petitione eiusdem rei. Sicut vltra aduersarium, cui res ad iudicem molestet trahendo eum ad iudicium super hac re.

Secundo modo imponitur silentium alicui, quod ratione superatur, ita vt nil habeat quod loquatur, & tunc ipse sibi silentium imponit, quia vltra non audeat præ verecundia loqui, sed quia ille, qui eum ratione conuincit imponit sibi hoc onus verecundia, dicitur imponere ei silentium.

De Christo dicendum, quod imposuit silentium non primo modo, & hoc propter duo. Primo, quia ad hoc oportebat, quod eum, vt iudicem agnoscerent, & tamen non agnoscebant eum, vt talem, neque ipse se iudicem ostendebat re, aut verbo, sed potius contrarium dicebat, vt Luc. 12. c. dixit si, qui petebat, vt cogeret fratrem suum ad diuisionem hereditatis, scilicet. O homo quis me constituit iudicem, & diuisorem inter vos, vt si vellet, vt iudex diffinire, non pa-

rerent mandatis eius. Secundo, quia dato, quod iudex esset, non processit vt iudex, nam tunc oportebat, quod ipse audiret contentionem inter partes, vt si Pharisei, & Sadducei inter quos erat ista contentio de resurrectione venirent simul ad Christum, & cõtenderent super hac re eius sententiam spectantes, tunc enim Christus, vt iudex imponeret silentium Sadduceis, & tamen non fuit sic, sed Christus, tanquam pars contendebat cum Sadduceis, qui eum super hoc interrogauerant, vt patet supra ex litera, & non imposuit eis silentium, sicut iudex.

Sed dicendum, quod imposuit silentium secundo modo, scilicet de responsione conuincendo, quia taliter contra Sadduceos arguit respondendo ad eorum dicta, quod ipsi non inueniunt quid contra eum dicerent. Si autem responderet quantumcunque verè, & bene, & tamen maneret aliquis modus arguendi eis contra Christum etiam si friuolus, vel calumniosus, non diceretur impositum illis silentium, sed quia Christo loquenti nil potuerunt obijcere, & recesserunt cum intentione non redeundi ad tentandum eum amplius super hac re, dicitur proprie illis silentium impositum, sicut dicit Origenes: Silẽtium Sadduceis imposuit Iesus volens ostendere, quoniam mendacij vocem obmutescere facit claritas veritatis.

Sed obijcietur, quod non erat eis vere impositum silentium, quia adhuc durabat ista contentio Sadduceorum, & Phariseorum super resurrectione, & angelis, & spiritibus tempore Pauli, & per illum ipse liberatus est a periculo. Ad hunc vigesimo tertio capitulo.

Dici potest vno modo, quod ista contentio erat inter Sadduceos, & Phariseos antiquitus, & tamen non Pharisei imposuerunt silentium Sadduceis, sed Christus, ideo contra Phariseos non erat Sadduceis silentium impositum, & tamen circa Christum erat impositum silentium. Patet primo, quia Pharisei, nūquam potuerant efficaci ratione concludere Sadduceos, cum ipsi non etiam firmiter, sed per quãdam probabilitatem crederent resurrectionem, nam si potuissent non durasset inter eos tandiu contentio ista, & tamen durabat, ideo ipsi, nūquam conuincerant Sadduceos.

Secundum patet, quia Christus efficaciter eos cõtuit nunc, ita vt ipsi respondere nihil possent, & ideo ipse eis silentium imposuit, & ob hoc erga Christum dicebatur eis silentium impositum, & ita nunquam rursus eum eo contenderunt super hoc. Pharisei autẽ nunquam eis imposuerant silentium, ideo contra eos non cessabant loqui, quia illorum argumenta facilliter euitabant, & sic tempore Pauli durabat adhuc illa contentio. Ad hunc vigesimo tertio capitulo.

Secundo potest dici, & adhuc melius, quod silentium impositum erat, tñ non erat supposita quæstio, neque inducta contraria credulitas. Circa quod sciendum, quod ille, qui ratione ab aliquo superatus est habet se tripliciter. Vno modo conuincit plene, ita vt non solũ nihil obijciat, sed et expresse profiteat verũ eẽ, quod redarguens eũ asserit. Alio modo ratione quis superat, & falsum se hactenus tenuisse videt, neque obijcere ad arguentem quicquid potest, & tñ non confitetur celum ab aduersario propter verecundiam. Tertio modo conuincitur quis, ita vt obijcere nihil possit, tamen non purat esse verum, quod aduersarius conclusit, ipse tamen non dissoluit argumentum eius, quia non habet sermonem ad respondendum, & id tacer. Ita est apud sophistas, quod deducit aliquẽ ad inopinabile, & ille manifeste videt falsum esse, sed rñdere nescit.

Sic

Sic dicit Aristo. 7. Ethic. c. 4. Adhuc autem sophisticus sermo mentiens propter inopinabilia velle concludere, vt sapientes sint, cum attingant, factus enim syllogismus dubitatio fit, ligata est. n. mens, cum manere non velit propter non placere conclusum, procedere autem non potest propter ad soluere non habere sermonem.

De Sadduceis dici potest, quod accidit eis modus tertius. Sicut ipsi firmiter tenebant non esse resurrectionẽ, quando autem Christus cõtra eos locutus soluit eorum argumenta, & per rationem scripturæ conuincit resurrectionẽ esse, ipsi non crediderunt sic esse, sed non habebat sermonem ad respondendum, & ideo sic conuicti tacerunt, & recesserunt, licet Christus non concludebat cõtra eos aliquid falsum, sed verissimũ licet inopinabile posset iudicari apud gentes, quibus nihil de facta scriptura reuelatum erat. Cum autem dicitur, quod tempore Apostoli erat contentio ista Sadduceorum de resurrectione. Dicendum, quod ibi non apparet, quod Sadducei contenderent super hoc arguentes, sed solum, quod non assentiebant positioni Phariseorum de resurrectione, & angelis, & spiritibus, & Paulus hoc sciens cauauit discordiam hoc modo inter eos, dicens: De spe & resurrectione mortuorum ego iudico.

Quare Pharisei conuenerunt in vnum audientes, quod impositum esset silentium Sadduceis.

Quæst. CCL.

QUÆRETUR quare dicitur, quod Pharisei conuenerunt in vnum audientes, quod impositum esset silentium Sadduceis, in quo innuitur, quod impositum esse silentium illis fuit causa, vt cõuenirent. Dñt aliquo modo, quod fuit ad congratulandum ei, vel gratias referendum, aut approbandum dicta eius pro eo, quod ipse nũc valde fauerat Phariseis, & honorauerat eos, vnde erat antiqua contentio inter Phariseos, & Sadduceos super resurrectione angelis, & spiritibus, quia nunquam Pharisei potuerant cõuincere Sadduceos ratione efficaci manebat semper cõtentio. Christus autem nunc conuincit Sadduceos tenens partem Phariseorũ, ita vt Sadducei nihil obijcere possint, ideo erat magnus honor Phariseis, tum quia Christum obtinuerat pro parte eorum, tum propter auctoritatẽ magnam Christi, quæ eorum positionibus fauebat, & sic venirent nunc ad gratias referendum de hoc beneficio, & quia beneficium non erat impensum quousque concluderetur aduersus Sadduceos dicitur, quod imposito illis silentio conuenerunt Pharisei. Sic videt inui Luc. 20. c. vbi Christo loquente contra Sadduceos, dixerunt quidam Scribæ: Magister bene dixisti. Et hoc erat laudare dicta eius.

Sed dicendum, quod non fiat, quia si ad gratias agendum venirent, bono animo venirent, & tamen dñt, quod interrogauit vnus ex illis tentans eum, ergo non venirent ad gratias agendum.

Secundo, ergo dicendum, & melius, quod venirent Pharisei nunc ad tentandum Christum, sicut litera innuit, & ad hoc multum conuenit, quod dicitur possum fuisse silentium, nam licet Pharisei, & Sadducei aduersarij essent, tñ contra Christum concordabant inter se, & ideo desiderabant qualitercunque illũ confundere, & ad hoc ipsi Pharisei prius ceperunt tentare super tributo reddendo, vel non, & ipse cõfudit eos, quibus recedentibus accesserunt Sadducei, & similiter tentauerunt eũ super resurrectione, quos Christus conuincit imponens silentium, & ideo nunc Pharisei concitati eorum liuore, quo prius redeunt ad tentandum Christum. Sic dicit Hieronymus. Phari-

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

se, ergo & Sadducei, qui inter se contrarij sunt, ad tentandum Iesum pari mente consentiunt. Et ratio consistit in hoc, quod dicitur impensum esse silentium, nã si Christus respondisset Sadduceis, & illi nondum finiuissent cõtentionem, sed maneret eis aliquid ad replicandum, vel ea mente recederent, vt alia fortiora argumenta contra Christum excogitarent, non esset opus, vt redirent Pharisei ad arguendum contra Christum, quando dubius manebat euentus concertationis Sadduceorum, sed quia penitus illi conuicti fuerunt, & impositum fuit eis silentium, ne Christus maneret tanquam pacificus omnium victor, rursus se ad eum tentandum armarit, & ista est vera causa. Matthæus autem pro tanto hoc enarrauit, vt ostenderet iniquitatem Phariseorum, cum enim tam se, quam Sadduceos clarissima veritate conuictos viderunt, debuerunt veritatem confiteri, & ei adherere, vel saltem non resistere, sed rursus contra eam moluntur fraudes. Sic dicit Hieronymus, scilicet, quia supra Pharisei in ostensione denarij fuerant confutati, & aduersarij partis viderant factionem subruptam, debuerant exemplo moueri ne vltra molirentur invidias, sed malevolentia, & liuor nutrit impudentiam, & ita se rursus ad tentandum attingunt. In hoc autem minus malos apparet esse Sadduceos, qui mox, vt conuicti fuerunt, tacerunt, neque vltra vllas moliri sunt invidias in hac re, vel alia. Pharisei autem sepe cõuicti sæpe redeunt, iniquitatis tamẽ magnitudo eos inuerecundos, & pertinaces faciebat.

Quomodo dicitur hic, quod conuenerunt Pharisei, cum Marcus aliter dicat. Quæst. CCLII.

QUÆRETUR quomodo dicitur hic, quod conuenerunt Pharisei, quia Mar. 12. c. dicitur, quod accessit vnus de Scribis, & ita ille, qui hoc quæsiuit non erat Phariseus, sed Scriba.

Dicendum, quod non est in hoc diuersitas, quia Pharisei etiã sunt Scribæ, licet non omnes. Pro quo sciendum, quod non se habent Sadducei, & Scribæ, sicut Pharisei, & Scribæ, nam Phariseus habet se ad Sadducei sicut album ad nigrum, habet se Phariseus ad Scribam, sicut album ad hominem, quia non opponitur illi, sed accidit ei, quamuis non semper: erant enim Phariseorum, & Sadduceorum duæ sectæ contrariæ, vt ostensum est supra 3. capitulo, quæstione 63. & ponit illud Iosephus libro 2. de Bello Iudaico. Et ideo Phariseus nunquam est Sadduceus, neque e contrario. Scriba autem non est nomen alicuius sectæ, vel opinionis contrariæ ad Phariseos, vel Sadduceos, sed notat gradum sapientia: Diuersæ enim gentes varie nominant peritos suos. Latini enim peritos viros sapientes vocant. Græci Philosophos: Hebræi scribas: Peritæ autem, & Chaldei Magos dicunt. Et ideo, quia illi reges quod ad Christum adorandum venerunt, pertinet ad regionem illam, dicit Matthæus tres Magos venisse, supra secundo capitulo. Et non vocantur Scribæ, quicunque sapientes, sed legis doctores, iuxta illud. Ego mitto ad vos sapientes, & Scribas. De istis Scribis erant multi apud Iudæos, & accidebat quosdam esse de Phariseis, alios de Sadduceis, alios de Hefenis, alijs sectis Iudæorum, vel de eis, qui ad nullam sectam pertinebant specialiter. Vnde euangelistæ nihil plus curant dicere Scribam, quam legis doctorem. Sic patet supra nono capitulo, vbi de Scribis audientibus verbum Christi loquitur Matthæus, & Lucas ponens eandem rem, Luc. 5. c. vocauit eos doctores legis. Sic etiam in præfenti fuit, nam Marc. duodecimo cap. dicitur, quod accessit vnus de Scribis,

Q 3 ad

ad hoc querendum. Hic autem dicitur, q̄ interrogavit vnus legis doctor. Et ita est idem.

Sed obijcietur, q̄ Scribæ, & Pharisei ponuntur, vt distincti, quia alijs non connumerantur, & tamen connumerantur, vt patet Luc. 5. c. l. ceperunt intra se cogitare Scribæ, & Pharisei.

Dicendum, q̄ cum scribam esse accidat, tam Phariseis, quam Sadduceis, ac omnibus alijs non connumerantur eis, nisi cum non accidit eis, & tamē quando accidit eis, etiam si non connumerantur, addit in se rationem, cum multi sint Pharisei, qui non sunt Scribæ, & ideo dato, q̄ soli Pharisei essent illi, de quibus loquitur Lucas recte dixit, q̄ ceperunt cogitare Scribæ, & Pharisei, id est Pharisei, qui non soli erant Pharisei, sed etiam erant Scribæ, quod nō intelligeret si solum diceretur Pharisei. Vel si solum diceretur Scribæ, quia aliqui erant Pharisei, qui non erant Scribæ, & aliqui erant Scribæ, qui non erant Pharisei.

Quomodo dicitur hic, quod conuenerunt Pharisei, & multi venerunt, & tamen Mar. dicit, quod vnus accessit. Quæst. CCLIII.

QVARETVR dato, q̄ sint ijsdē Pharisei, & Scribæ, quomodo dicitur hic, q̄ conuenerunt Pharisei, in quo inuoluitur, q̄ omnes, vel multi venerunt, & tamē Mar. 12. c. dicitur, q̄ accessit vnus de Scribis, & ibi per totum non fit mentio, nisi de illo.

Dicendum, q̄ vnus fuit, qui quæstionem proposuit, & cui Christus respondit, ceteri autem tacebant, multi tamen fuerunt, qui in hanc rem conuenerunt, consilium ponentes, ideo Matthæus fecit mentionē de omnibus. Marc. autē de solo illo, qui quæstuit, & ideo, quasi solus esset, de eo solo mentionem egit Marcus.

Causa diuersitatis est, quia Matthæus voluit enarrare plene istud factum, & quia nō ortum est ex vno, sed ex omnibus congregatis facit mentionem, q̄ conuenerunt.

Secundo, quia Matthæus vult assignare iniquitatē Phariseorum, qui cum sæpe Christum tentassent, & semper essent superati adhuc tentare non erubescunt. Et vt videatur, q̄ non erat iniquitas alicuius singularis dicit, q̄ conuenerunt ad eum tentandam, vt sic tota illa Phariseorum familia, & sequela semper Christo emula videatur. Marcus autē solum voluit enarrare quæstionem istam, vt videatur doctrina, quam Christus hic posuit de mandato dilectionis, non curauit aggravare peccatum Phariseorum, & quia ad hoc sufficiebat quæstio Christi, & Pharisei, qui eum interrogauit, non facit mentionem nisi de illo, quasi solus accesserit, licet vere multi Pharisei conuenerint, sicut dicit hic Matth.

Quando conuenerunt Pharisei contra Christum, & vbi, & quare. Quæst. CCLIII.

QVARETVR quando conuenerunt Pharisei, & vbi.

Aliqui dicunt, q̄ conuenerunt in absentia Christi, sc̄p̄ quando Christus erat dispersus cum Sadduceis, non essent presentes Pharisei, sed cognito, q̄ superasset Sadduceos, congregati sunt, & non iuerunt omnes ad Christum, sed miserunt de seipis vnum virū peritum ad tentandum Christum.

Alii dicunt, q̄ ista congregatio facta est Christo absente, sicut supra dictum est, & oēs Pharisei congregati venerunt ad Christum, sed vnus solus locutus est.

Tertii dicunt, q̄ ista congregatio facta est presente Christo, q̄ q̄ Christus disputabat contra Sadduceos

erant presentes Pharisei, sed non congregabantur, quia expectabant finem disputationis Sadduceorum, cui autem viderunt superatos Pharisei Sadduceos, congregati sunt deliberaturi quid agerent.

Ad primam positionem facere videtur, quia Mar. 12. c. dicitur. Et accessit vnus de Scribis, & sic vnus tantum fuit, qui accessit, sed alii conuenerunt, ergo in absentia Christi facta est congregatio, & vnus miserunt. Secundo, quia, vt hic dicitur, & Mar. 12. c. vnus solus locutus est, & quando Christus respondit ad vnum direxit locutionem, quod nō faceret, si multi essent. Sed dicendum, q̄ non stat, quia dicitur in litera. Conuenerunt in vnum Pharisei, & interrogauit eum vnus ex eis, ergo quando fiebat ista interrogatio presentes erant alii, quia si absentes essent, nō diceretur, q̄ interrogauit vnus ex eis, sed q̄ vnus Phariseus interrogauit.

Secundo patet, quia infra in litera statim dicitur, q̄ congregatis Phariseis dixit eis Iesus de Christo cuius filius est, & tamen constat, q̄ post quæstionem istam de magno mandato nihil quæstionant ab eo, vt in litera dicitur, ergo non congregarentur ad eum, & tñ congregati erant, q̄ dixit eis de Christo, cuius filius est, ergo iam congregati erant, & sic nunc erant coram eo, quando fiebat ista q̄ de magno mandato.

Ad primum in contrarium dicendum, q̄ Mar. ponit vnum, quia de alijs non vult facere mentionē propter causam dictam preced. q̄ ille enim solus loquebatur, ideo etiam si multi ad Christum accederent de vno tantum facere mentionem debuit.

Ad secundum dicendum, q̄ licet multi essent, vnus tantum loquitur, quia ita expedire visum est propter eam, quæ dicitur infra. Tertia positio adiuuatur ex eo q̄ dicit Marc. 12. c. & accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquærentes, ergo ille presens erat, quando disputabat Christus cum Sadduceis, sed Marc. solum loquitur de vno propter causam dictam preced. q̄ ergo inuoluitur, q̄ sicut ille, de quo loquitur erat presens, ita & ceteri, ac quibus tacuit presentes erant, & sic congregarentur ibi.

Sed dicendum, q̄ non stat primo, quia dicit supra in litera. Pharisei autem audientes, q̄ silentium imposuissent Sadduceis, & tamen si isti presentes essent Christo, & coram eo congregarentur, non diceretur, q̄ audierunt silentium impostum. sc̄p̄ viderunt illud imponi, ergo non erant presentes.

Secundo, quia si Pharisei presentes essent Christo, & ibi nunc congregarentur, oporteret q̄ fuissent presentes quōni Sadduceorum, & q̄ non recessissent post quōnē illam, quam supra habuerunt cum Christo de tributo reddendo Cæsari. Nam post illam in ipsa hora accesserunt Sadducei, vt dicitur supra in litera, & tamē finita quōne de tributo reddendo statim recesserunt Pharisei, ergo non manebant presentes quōni Sadduceorum, patet hoc, quia dicitur supra in litera, & audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

Ad confirmationem huius positionis dicendum, q̄ ille Phariseus, siue Scriba, qui quæstuit a Christo presens erat, quando disputabat Ch̄s cū Sadduceis, & tñ non erant presentes omnes Pharisei, & ideo congregati sunt absente Christo. Pro quo sciendum, q̄ cum recesserunt Pharisei conuicti super solutione tributi aliqui de eis manserunt, & viderunt disputationē Sadduceorum, & illi miserunt ad dicendum alijs, quō erant superati Sadducei. Secunda ergo positio tenenda est. sc̄p̄ absentes erant Pharisei, quando congregati sunt, & postea oēs simul venerunt congregati. Primum patet ex duabus rationibus supra factis contra tertiam positionem. sc̄p̄ nō poterat omnes esse presentes. Itē patet, quia nunc conuenerunt Pharisei ad consiliandū aliquid

aliquid contra Christum, sed hoc non fieret conuenienter coram eo, ideo absentes essent, & habito consilio venirent ad Christum. Sic patet supra in litera, quando Christus dixit aliquas parabolas contra ipsi vero indignati recesserunt, & consilio rursus habito redierunt. sc̄p̄ tunc abeuntes Pharisei consilium inierunt, vt caperent eum in sermone, & mittunt ei discipulos suos, ita ergo nunc facerent.

Secundum patet. sc̄p̄ simul venerunt. i. multi fuerunt per duas rationes postas supra contra primam positionem. Item, quia sic tenet Chrysofost. dicens: Venerunt in vnum Pharisei, vt multitudine vincerent. Modus autem fuit, q̄ finita quæstione de tributo reddendo recesserunt Pharisei confusi, & manserunt aliqui de eis, attendentes quid Christus faceret, & illi interfuerunt quæstioni, quam posuerunt Sadducei. Et cum impositum esset silentium, Christo respondente Sadduceis, dixerunt illi Pharisei, q̄ Christus bene diceret, Luc. 20. c. f. respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt: Magister bene dixisti. Isti autē videntes superatos Sadduceos, annunciauerunt alijs Phariseis absentibus, & ita intelligitur litera supra, sc̄p̄ licet Pharisei audientes, q̄ silentium imposuisset Sadduceis. Audire tamen ad absentes erat, tunc congregati sunt omnes, & simul venerunt, vnus tamen pro omnibus locutus est.

Quare Pharisei conuenerunt. Quæst. CCLV.

QVARETVR quare Pharisei conuenerunt. Dicendum, q̄ fuit primo, vt consilium inirent contra Christum, nam videbant se superatos saepe ab illo, & cum ratione contra eum contendere vellent, oportebat magni ingenii esse id, quod contra eum poneretur, & ad hoc non sufficeret vnus, ideo ingenia omnium necessaria erant, & ita erat consuetudo Phariseis, q̄ aliquid contra Christum facere volebant, q̄ consilium precedebat omnium congregatorum. Sic patet supra in litera. sc̄p̄ tunc abeuntes Pharisei consilium inierunt, vt caperent eum in sermone, & Ioan. 11. dicitur, q̄ collegerunt pontifices, & Pharisei consilium, & illud fuit contra Christum, nam dixerunt. Quid facimus, quia homo iste multa signa facit? ita ergo nunc verisimile est, q̄ omnes elegerunt de se vnum legis peritum, vt Christum tentaret.

Secundo fuit, vt Pharisei præ multitudine sua timore rem incuterent Christo, & non auderent respondere legisperito eorum, & quando loqueretur Christus clamarent, vel impedirent, aut irriderent, cum autē suis legisperitus loqueretur, fauerent ei. sic dicit Chrysofostomus. Venerunt in vnum Pharisei, vt multitudine vincerent quem ratione superare non poterant, a veritate se nudos professi sunt, qui se multitudine armauerunt.

Quare vnus est locutus pro omnibus, & quare erat ille legis doctor. Quæst. CCLVI.

QVARETVR quare vnus locutus est pro omnibus, & quare erat ille legis doctor.

Ad primum dicendum, q̄ fuit primo, quia Pharisei erant multi, & volebant querere aliquid a Christo, sed non poterant omnes simul loqui, ideo vnus pro omnibus loqui debuit.

Secundo, quia super vna re volebant tentare Pharisei Christum. sc̄p̄ super quæstione de magno mandato, ideo debuit vnus solus querere. Non. n. iudicabatur bonum esse plures quæstiones mouere, quia inter multas essent aliquæ faciles, & cū illas Ch̄s elideret confunderentur Pharisei, ideo expediebat eis, q̄ vnus, & Alph. Tostin Matth. Pars VI.

dubiā ei proponerēt. Si autē multas proponere vellent, possent a pluribus proponi, sed quia vnica fuit nō debuit loqui, nisi vnus. Tertio fuit, quia voluerunt caute se h̄re Pharisei ad euitandum verecundiam, manente. n. vno, si ille superaret Christum, oēs gloriarentur, quasi oēs ipsum superassent, quia oēs affabant. & de mandato oium agebat ille, & eo loquente oēs loqui videbantur, si autē ille superaretur a Christo, ipse solus confunderet dissimulantibus alijs, quasi nō pertinere ille ad eos. Sic dicit Chrysofost. Dicebant. n. apud se, vnus loquatur pro oibus, & oēs loquamur per vnum, vt si quidem vicerit, oēs videamur vicisse, si autē vicisset, nullus videat confusus. Ad secundum dicendum, q̄ voluerunt esse istum legis doctorē. primo, quia res ista, de qua quærebatur pertinebat ad sapiētiam legis, debuit, ergo sapiēs in lege esse, q̄ ista quæreret. Secundo, quia iste nō quærebat ad hoc, q̄ docerēt, q̄ ad istud quilibet sufficiebat, sed ad hoc, q̄ Christum redargueret cū dicit, q̄ quærebat retans eū, ergo debebat esse sapiēs, qui loqueret, & satis verisimile est, q̄ esset qui inter eos sapientissimus putaret. Tertio, vt magis absconderet intentio Phariseorū, agebatur. n. tētorie, & inauere volebāt, q̄ non malo, sed bono animo interrogarent, ideo debuit istam quæstionem proponere aliquis, de quo verisimiliter potest credi, q̄ ad vtilitatem propriam, vel eruditionē quæreret hoc.

Et quia quilibet circa artem, & professionem suam vult proficere, conueniens erat, q̄ doctor legis quæreret de aliquibus magnis dubijs legis, vt a Christo instrueretur, qui opinatissimus in sapientia habebatur. Si autem aliquis, qui non esset illius professionis hoc quæreret, non careret suspitione.

Quomodo dicitur, quod iste Phariseus erat tentans Christum, cum non tentatorie querat. Quæst. CCLVII.

QVARETVR quomodo dicitur hic, quod iste Phariseus erat tentans Christum, quia non videtur, quod tentatorie, sed bono animo egerit. Primo, quia Marcus non exprimit tentatorem fuisse, sed ait: Accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquærentes.

Secundo, quia videtur, quod animo addiscēdi egerit, sc̄p̄ licet videns, quod Christus sapienter responderat Sadduceis putauit, quod etiam sibi sapienter responderet. Nā dicitur Mar. 12. c. accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquærentes, & videns, quod bene illis respondit interrogauit eum, & c. ergo non animo tentandi.

Tertio patet, quia iste si tentatorie, & maligne interrogaret, etiam si videret Christum bene respondētem, non faueret ei, sed conaretur redarguere, & tamen ipse laudauit Christi responsum Mar. 12. c. sc̄p̄ licet, & ait illi scriba: Magister bene in veritate dixisti.

Quarto, quia Christus laudauit istum interrogantem, tamen non laudaret, sed potius increparet, si tentatorie ageret, sicut supra in litera dixit Phariseis querentibus, an tributum reddendum esset, quid me tentatis hypocritæ: istum autem non obiurgauit, sed potius laudauit, Marc. 12. capitulo. Iesus videns, quod respondisset sapienter, dixit illi. Non longe es a regno Dei.

Dicendum, quod iste tentans erat, cum Matthæus asserat hic fuisse tentantem. Sed potest tentatio accipi dupliciter. Vno modo tentare, id est experimentum accipere velle de re incognita.

Alio modo tentare. i. conari ad deducendum illum in metam aliquam, vel in aliquod inconueniens. Prima

ma tentatio est humana, quia provenit ex ignorantia & non est multum culpabilis, immo interdum est sine culpa. Secunda semper est mala, & diabolica, quia hoc modo diabolus tentat, scilicet intendens ad malum deducere. Poterat autem primo modo tentare iste scriba, & accipiendo isto modo, facile est soluere opposita, scilicet quod animo addiscendi egerit, & respondendo, an Christus esset sufficiens ad respondendum. Etiam sic bene ipse poterat laudare responsum Christi, quia cum ipse nullum liorem habuisset contra eum, sed solum desiderium experiendi illius sapientiam, cognito quod sapienter responderet laudaret eius dicta, & consequenter Christus ipsum laudaret, & quia in tali tentatione, vel nulla, vel levis culpa erat, utpote si ille Pharisæus ante hoc non expertus fuerat sapientiam Christi.

Aliter potest dici, quod ista tentatio erat maliuola ad nocendum Christo qualis est diabolica tentatio, & tamen postea penituit istum Pharisæum de illa tentatione, & bono animo se habuit ad Christum. De utroque loquitur Augusti. lib. de concord. Euangel. Non moueat autem, quod Matthæus hic dicit tentantem fuisse, a quo dominus interrogatus est: Marcus autem hoc tacet, & in fine ita concludit, quod ei Dominus sapienter respondenti dixerit. Non longe es a regno Dei. Fieri enim potest, ut quamuis tentans accesserit, Domini tamen responsione correctus sit, aut certe ipsam tentationem non accipiamus malam, tanquam volentis decipere inimicum, sed potius tanquam volentis experiri aliquid ignotum: neque enim frustra scriptum est. Qui facile credit leuis est corde.

Sed dicendum, quod secunda positio tentationis est melior, si enim solus ille quærens accessisset ad Christum, & diceretur tentans, poterat credi ex verbis Marci 12. capitulo, quod bono animo tentaret, quia tamen dicitur, quod conueniunt omnes Pharisæi in vnum, oportet intelligi, quod malo animo tentare voluerint.

Secundo patet, quia quodcumque in superioribus Pharisæi tentabant Christum, malo animo tentabant, sicut dicitur supra, quod consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. Et tunc tentauerunt, & tentatio ista fuit ad tradendum ei mortem, ut dicitur Luc. vigesimo capitulo, scilicet, ut caperent eum in sermone, & traderent principatui, & potestati præsidis.

Tertio patet, quia hoc doctores sacri asserunt. Dicit enim Hieronymus, quia supra in ostensione denarij Pharisæi fuerant confutati, & aduersæ partis videbant factionem subrutam, debuerunt exemplo moueri, ne ultra molirentur insidias, sed maleuolentia, & liuor nutuit impudentiam. Et ita innuit, quod etiam nunc moliti sunt insidias, sicut alijs vicibus, & quod ex maleuolentia, & liuore egerunt, & tamē tentatio procedens ex liuore ad malum est, scilicet ad nocendum proximo, ergo malo animo tentabant.

Item Chrysostr. dicit venerunt in vnum Pharisæi, ut K multitudine vincerent quem ratione superare non poterant. Sed qui venit, ut vincat per solam multitudinem, vel alteri malum inferre, & indebite, male agit, ergo malo animo tentabant. Origenes quoque increpans tentatores, dicit: Omnem qui non discendi, sed tentandi causa interrogat estimare debemus illius Pharisæi fratrem. Et sic illum Pharisæum obiurgat, quod non faceret, nisi præsupponeret, quod malo animo tentauerit.

Sed tunc dicendum, quod iste Pharisæus a principio tentabat malo animo, sed postea visa responsione canisti vera, cui nemo poterat obuiare, & quod bono animo Christus ei responderit compunctus cor-

de, quod animo tentandi venerit cepit esse beneuolus ad Christum, & laudauit eius responsum, & non curauit calumniose resistere dictis eius, sicut a principio proposuerat ipse, & alij Pharisæi, qui cum eo veniebant. Sic enim aliquando fiebat circa Christum, ipse enim erat dominus cordis humani, & aliquos, quod malo animo ad eum se habebant conuertebat ad meliorem effectum. Sic patet Ioann. 7. cap. vbi dicitur, quod principes, & Pharisæi miserunt ministros, ut apprehenderent Christum. Illi hoc animo ad eum iuerunt, sed audientes prædicationem eius, penituerunt de malo concepto, & nihil facientes, redierunt ad principes, qui cum quæreretur ab eis, quare non adduxerunt Christum, responderunt. Nunquam sic locutus est homo, id est quod taliter loquitur, & videtur esse a Deo, non ausi fuimus mittere manum in eum.

Ad primum in contrarium dicendum, quod non valet argumentum per locum ab auctoritate negatiue, licet enim Marcus tacuerit, quod venerit animo tentandi iste Pharisæus, quia tamen Matthæus illud non tacuit credendum est, quod fuit, quia Matthæus illud expressit, alioquin quia Luc. & Ioa. nihil retigerunt de questione ista de magno mandato dici deberet, quod non fuisset, quod absurdum est.

Ad secundum dici poterat vno modo, scilicet, quod tentauit non ad nocendum, sed ad experiendum, & tunc beneficiar, quod egerit animo addiscendi, quia nondum expertus fuerat ille quantum Christus posset in sapientia, & quia nunc vidit eum bene respondentem concepit aliqualem suspicionem, quod respondere posset, quia tamen non expertus fuerat tam plene, tate voluit, & interrogauit.

Sed quia dictum est supra, quod maligna fuerit ista tentatio, est dicendum, quod iste tentauit, eo quod vidit Christum bene respondente, ac si dicitur, quod Pharisæi (ut Hieron. dicit) licet essent inimici in tentando tamen Christum conueniebant cum Sadducæis, & ideo expectabant finem disputationis, & cupiebant, quod Sadducæi superarent Christum, & si illi superarent non oportebat, quod Pharisæi ultra arguerent, quia tamen Christus bene respondit, ita ut non possent Sadducæi, quicquam obicere oportebat, quod Pharisæi rursus arguerent contra Christum, vel maneret ipse victor omnium, & ista causa tentandi nunc Christum fuit, quia bene respondit, si autem male respondisset, maneret adhuc argumentum Sadducæorum, & nec oportebat, quod Pharisæi rursus tentantes interrogarent.

Ad tertium dicendum, quod a principio talis erat animus istius Pharisæi tentatoris, scilicet, quod redargueret Christum qualitercumque ille responderet, & tamen postea compunctus corde videns illius responsum bonam, laudauit eam.

Ad quartum dicendum, quod Christus laudauit interrogatorem, quia tunc quoniam eum laudauit, vere erat laudabilis, licet a principio non esset laudabilis, erat enim a principio tentator, & si talis permanisset non responderet ei Christus, vel non laudaret eum, postea tamen compunctus est, & beneuolus ad Christum effectus, & laudauit Christi responsum, ideo conueniens erat, quod Christus eum laudaret. Etiam quia Christi laudando eum confirmabat propria dicta, nam Pharisæus dixerat, quod Christus bene responderat, & repertit dicta Christi, ideo conuenienter Christus eius dicta laudauit, quia sibi ipsi fauebat.

Quare

Quare iste Pharisæus vocauit Christum magistrum. Quæst. CCLVII.

Quare iste Pharisæus vocauit Christum magistrum.

Aliqui dicunt, quod hoc dixit irrisorie, sicut aliqui percutientes eum dicebant. Aue rex Iudæorum, & alij dicebant. Aue rabbi infra 27. c. Sed dicendum, quod non stat, quia si irrisorie loquerentur, oportebat, quod hoc ex verbis, vel ex modo loquendi ostenderent, & tunc tolleretur occasio tentandi, quia Christus sentiens se irrideri nollet respondere irrisoribus.

Alij dicunt, quod vocauerunt magistrum adulatorie, ut sic alliceretur ad eis respondendum, & haberet locum licentiam. Ista positio est conueniens, primo, quia sic soliti erant facere Pharisæi, nam supra in litera, quando eum tentauerunt dixerunt adulatorie: Magister scimus, quia verax es, & verbum Dei in veritate doces. Secundo, quod ita tenet Origenes, dicens: Tentas dicebat magister, quoniam non, tanquam discipulus Christi protrebat hanc vocem. Siquis ergo aliquid non dicit a verbo, neque tradit se ei toto corde, dicit autem ei. Aue magister, frater est Pharisæi Christum tentantis.

Aliter potest dici, quod vocauit eum magistrum non ex aliqua causa speciali, sed quia omnes eum vocabant magistrum, nam tam Pharisæi, & Sadducæi ac discipuli ceterique vocabant eum magistrum, & ipsemet sic se vocari faciebat. De Pharisæis patet, quia sic dixerunt supra: Magister scimus, quia verax es. De Sadducæis patet supra in litera. Nam interrogauerunt eum dicentes: Magister Moyses dixit, &c. Et scribe eum, sic vocabant supra 4. f. Magister sequar te quocumque ieris. Et etiam alij populares supra 19. c. vbi quidam adolescens accessit ad eum, & dixit. Magister bone quid faciendo vitam æternam possidebo? Discipuli etiam sic vocabant Ioan. 13. c. f. Vos vocatis me Magister, & Domine. Etiam ipse iubebat, sic vocari infra 26. Lucæ 22. c. ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magister dicit, &c. Etiam ipse fauebat sic eum vocantibus, Ioan. 13. c. f. Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Et omnes populares, sic vocabant eum Mar. 5. c. f. Adhuc eo loquente veniunt ad archisynagogum, dicentes, quia filia tua mortua est, quid ultra vexas magistrum?

Causa autem quare omnes vocabant eum magistrum, erat, quia omnes docebat, & nullum aliud officium habebat, nisi docere omnes. Etiam quia Magister, siue Rabbi apud Hebræos erat nomen magni honoris. Quod patet, quia propter istum honorem cupiebant Pharisæi istud nomen sequenti c. f. amant vocari ab hominibus Rabbi. Et ideo, ut deferrent honorem magnum Christo, quo dignus videbatur, vocabant eum omnes magistrum. Et quia sic illum vocabat totus populus, etiam iste Pharisæus vocauit eum sic.

Quomodo dicit Matthæus, quod quæserit, quod esset magnum mandatum, quia Mar. dicit, quod quæserit de primo mandato. Quæst. CCLIX.

Quare iste Pharisæus quæserit a Christo, quod esset magnum mandatum, quia Mar. 12. c. dicitur, quod quæserit, quod esset primum mandatum omnium, & sepe iteratur hoc. Nam statim additur. Iesus autem respondit ei, quod primum omnium mandatum est. Audi Israel, &c. & enarrato illo concluditur, hoc est primum mandatum.

Dici potest primo modo, quod primus, & magnus idem sunt, quia primus dicit præcessionem quandam

A non solum temporis, sed etiam dignitatis, & inde vocantur primates illi, qui præcellunt alios episcopos honore, & dignitate, & etiam deriuantur primitiæ, i. res meliores, & electæ. Sic accipit Exo. 25. c. vbi iussit Deus Israelitis offerre primitias de auro, & argenteo purpura, & hyacintho coccoque bis tincto, & pilis caprarum, sed in istis non accipitur primitia, sicut in fructibus a primitate temporis, sed vocantur primitiæ partes illæ, quæ magis electæ sunt, & meliores. Sic autem primum mandatum est, quod cæteris dignius est, & hoc vocatur magnum. Et ideo vbi dicit Matthæus magnum, dixit Marcus primum.

Secundo potest dici, quod ille Pharisæus interrogando utrunque dixit, quod est primum, scilicet & magnum mandatum. Matthæus autem subtrahit hic primum, quod expresse dicit Marcus magnum, quod expresse dicit Matthæus. Iste modus est conuenientior, quia licet hic tacuit in principio Matthæus primum in verbis Pharisæi, tamē in verbis Christi expresse illud, scilicet hoc est maximum, & primum mandatum. Et tamen non diceret Christus sic, nisi Pharisæus sic quæreret, quia responsio debet formari iuxta modum petitionis.

Item patet, quia Marc. 12. c. licet a principio solum dicatur de primo mandato, postea expressum est de magno, quando Christus conclusit maius horum aliud mandatum non est. Et etiam in responsione Pharisæi ad Christum dicitur ibi, maius est omnibus holocaustis, & sacrificijs.

Quomodo dicit. Magnum mandatum. Quæst. CCLX.

Quomodo dicit. Magnum mandatum, nam magnum mandatum non est vnicum.

Dicendum, quod non accipitur magnum proprie, sed magnum, i. maximum. Nam aliàs questio nulla esset, quia illud, de quo quæritur hic, vnum erat tantum, quia aliàs non posset designari si multis conueniret, & tamen, qui quæsiuit dicēs, quod esset de aliquo determinato quæsiuit. Secundo, quia certum est, quod quodlibet mandatum Dei magnum est, nullum enim est paruum, cum nullum sit contemptibile, sed cum omnia magna sint aliquod est maximum: Tertio patet, quia Christus respondens ad hoc dixit: Hoc est maximum, & primum mandatum, ergo qui quærebat de maximo, & non de magno quærebat.

Dicendum ergo, quod accipitur hic positiuo pro superlatiuo, sicut interdum accipitur superlatiuo pro positiuo, de primo patet ex dictis, cum ponatur magnum, id est maximum. De secundo patet, quia primo Paralip. 12. vocantur omnes bellatores viri fortissimi. Nam dicitur, quod de tribu Ephraim fuerunt cum Dauid vigintimilla octingenti, & omnes istos dixit viros robustissimos, & tamen non poterant omnes esse robustissimi proprie, neque etiam valde robusti, quia inter tot aliquis esset, qui non esset valde robustus. Accipitur ergo pro positiuo, scilicet robusti erant. Et iste modus est frequentatus valde in veteri testamento.

In quo tentabat Christum iste Pharisæus, & ex hac tentatione quid deducere intendebat. Quæst. CCLXI.

Quare iste Pharisæus tentabat Christum in quo tentabat, & quid intendebat deducere ex hac tentatione.

Aliqui dicunt, quod ex ista tentatione nihil intendebat

debat deducere, nisi experientiam, volebat enim certum experimentum habere de sapientia Christi quærendo de hoc dubio, quod magnū erat apud Iudæos. Sed dicendum, quod non fiat, quia ut ostensum est supra q. 257. ista tentatio erat maligna, & ideo oportebat, quod aliquod nocuum inueneret inferre. Et tamen dicendum, quod non est hic tale nocuum, sicut quando tentauerunt eum super tributo reddendo. Nam tunc intendebant eum tradere morti tradendo potestati præsidis Luc. 20. c. ista autem quæstio non erat talis conditionis, quod deduceret ad tale inconueniens, ideo dicebat, quod volebat Phariseus capere Christum in sermone, scilicet ratione eum superare, vel videri superare, ut posset aliqua ignominia fieri Christo, quia si in ratione succumberet poterat dici, quod omnia, quæ prædicabat falsa erant, & auerteret ab eo populum, quod ille intendebat.

Quare Phariseus quæsiuit specialiter de hoc dubio. Quæst. CCLXII.

QUARE ET VR quare iste Phariseus quæsiuit specialiter de hoc, scilicet quod erat magnum mandatum in lege.

Dici potest primo, quod hoc fuit, quia iste volebat Christum tentare, & inducere ad inconueniens redarguendo eum. Ad hoc autem necessaria erat magna quæstio, quia in rebus leuibus facile erat respondere sine redargutione: talis autem erat ista quæstio, ideo istam proposuit.

Secundo fuit, quia ista quæstio erat communis omnibus doctoribus legis, & erant in ea diuersæ opiniones, quæ colorem aliquem habebat, & quidquid Christus responderet haberet statim Phariseus opinionem contrariam, ex qua posset contra eum verisimiliter arguere, & colorare.

Tertio fuit, quia iste erat modus conueniens ad occultandum tentationem. Nam si appareret, quod ad tentandum fiebat, forte Christus nollet respondere, vel ipsi timerent, quod nollet respondere, si autem quæstio proponeretur, quæ non faceret ad propositum quærentis, esset suspitio contra eum, quod tentatorie faceret, ideo proposuit, id quod ad propositum suum erat. Ipse enim erat legis doctor, ut in littera dicitur, ideo conuenienter proposuit quæstionem de lege, sicut dicit Hier. quod hæc quæstio omnibus peritis communis erat. Quarto potest dici, quod fuit, quia ista quæstio fuit multum usitata inter antiquos Hebræos, & nondum erat per aliquem sufficienter declarata, ideo quæsiuit de ea nunc Phariseus. Sic dicit Origenes, cum ante aduentum Saluatoris legeretur lex, forsitan quærebatur, quod est mandatum magnum in ea, neque enim interrogasset hoc Phariseus, nisi diu apud illos de hoc quæsitum fuisset, & non inuentum donec veniens Iesus hoc doceret. Causa autem, quare non inueniebatur veritas erat multitudo præceptorum in diuersis libris legis, sic dicit Hiero. Quæ est hæc quæstio problematis, quod est commune omnibus peritis in lege, nisi quod diuersa in Exo. & Leui. & Deute. ordinantur mandata, & ideo erant variæ positiones, quæ durabant vsque ad Christum. Et iste Phariseus tenebat illam, quæ vera erat, quam Christus approbavit. Sic dicit Beda. grauem sæpe inter Scribas, & Phariseos ostendit quæstionem esse versatam, quod esset mandatum primum, siue maximum in lege, quibusdam videlicet hostias, & sacrificia laudantibus, alijs vero fidei, & dilectionis opera præferentibus, eo quod plurimi patrum ante legem ex fide tantum, quæ per dilectionem operatur placerent Deo. In hac sententia se fuisse scriba iste declarauit.

Quinto fuit, quia ista quæstio erat multum apta ad calumniandum respondentem. Nam quærebatur de magno mandato, & ex hoc erat occasio præferendo quædam alijs dicere aliqua esse parua mandata, quod erat inconueniens. Sic dicit Hiero. non de mandatis interrogat, sed quod sit magnum primumque mandatum, ut cum omnia, quæ Deus mandauerit magna sint, quidquid ille responderit occasionem habeat calumniandi. Sed istum Phariseum increpat Chrysost. quia de magno mandato quæsiuit, dicens. De magno mandato interrogat, qui neque minimum obseruabat, ille debet interrogare de maiore iustitia, qui iam minorem compleuit.

Cum Phariseus tentatorie Christum interrogasset, quare respondit ei Christus. Quæst. CCLXIII.

QUARE ET VR cum iste Phariseus tentatorie Christum interrogasset, quare respondit ei Christus, nam tentantes non merentur responsum, neque solet eis respondere, sic patet præcedenti c. cum principes sacerdotum, & Scribæ interrogauerunt tentantes Christum, in qua potestate faceret hæc, & noluit eis respondere. Dicendum quod Christus semper respondit omnibus quærentibus, siue tentatorie, siue quomodocumque petant ne videatur ignorans facere. Sed differt, quia eis, qui quærent bono animo, respondet Christus plane circa id, quod quærent satisfaciendo intentioni eorum. Si autem tentatorie agunt, aut id, super quo eum tentant est tale, quod oporteat taceri, siue non fieri, aut aliquid, quod potest dici, & fieri. Si primo modo respondet Christus ostendendo, quod non potest fieri, quod petit, vel respondendo ad id, quod quæritur. De primo, quando petebant Iudæi a Christo signum de celo supra 12. c. & ipse dixit, quod generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum longæ prophetæ. Etiam iterum dixerunt, quod volebant videre signum de celo a Christo, & ille ait hypocrite faciem celi diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis supra 16. c. & ibi etiam conclusit, quod non daretur eis signum, nisi longæ prophetæ. De secundo, scilicet de respondendo ad id, quod quæritur, patet præcedenti c. nam quæsiuerunt illi, in qua potestate Christus hæc faceret, & ipse respondit, interrogabo ego vos aliam quæstionem, & c. & quia illi respondere nescierunt, dixit ille, quod etiam non responderet ipsis, scilicet determinate, id quod volebat. Non enim expediebat Christo respondere in illa quæstione, neque etiam signum de celo ostendere, ut declaratum est supra 12. c. & 16. & præcedenti c. Si autem id, super quo fit tentatio est tale, in quo aliquid responderi possit, aut tentatores sunt maligni, scilicet ad nocendum tentantes, autiani, scilicet solum ad habendum aliquam gloriam ipsius. Si primo modo responderet Christus conuincens eos circa materiam, & tamen non aperit eis id, de quo quærent iuxta intentionem ipsorum, sicut fuit supra in littera, cum Pharisei quæsiuerunt, an liceret dari censum Cæsari. Nam petebant hac intentione, ut deducerent Christum ad dicendum, quod non erat reddendus census, & traderent Christum potestati præsidis, scilicet ut eum interficeret: Luc. 20. c. ideo Christus respondit ad quæstionem, sed non aperte, dicens esse reddendum, vel non reddendum, quia ex vtraque parte inferre volebant illi inconueniens. Sed respondit generaliter, dicens, danda Deo, quæ sunt Dei, & Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & tamen, si illi non fuissent maligni interrogatores, respondisset eis plane, reddendum esse, vel non, tributum.

Sed circa hoc differt, quia aut malignus interrogat

In q. 257.

tor perseverat in liuore, aut dolet, & conuertitur ab iniquitate, si perseverat, sit, ut dictum est, si autem penitet, respondetur ei clare. Sic fuit in isto Phariseo, qui a principio fuit tentator malignus, & postea doluit de hoc, ut dictum est supra, & ideo Christus ei clare respondit, immo, & laudauit postea dicta Pharisei, dicens, non longe es a regno Dei: Mar. 12. c. Si autem tentator est vanus, scilicet quærens sibi ipsi laudem, & non intendens inferre Christo aliquod malum, respondetur ei. Et tamen malum stat dupliciter, aliquando accipitur malum pro nocuummento corporali: Aliquando pro quocumque, quod homo nollet sustinere, & alius ratione superet eum, aut vincat, dato quod inde nullum malum aliud sequatur. Accipiendo primo modo non respondet Christus aperte, licet in materia respondeat, sicut patet de Phariseis quærentibus de tributo: Aliquando tentans solum vult superare Christum ratione ad inferendum sibi hanc ignominiam, vel quærendum sibi inde magnam gloriam, & tunc Christus respondet directe ad quæstionem, quia non est periculosum respondere, & tamen non ad intentionem quærentis, scilicet non taliter qualiter intendebat quærens, ut nullum honorem, vel gloriam consequatur inde, sicut fuit in quæstione Sadduceorum. Nam illi tentantes accesserunt supra in littera, ut ratione superarent Christum, factum est autem potius e contrario, quia Christus eos conuincit, ita ut erubescerent. Aliquando autem tentans solum vult sibi ipsi aliquam gloriam, licet non intendat superare Christum, neque ponere eum in aliqua ignominia, & talibus respondet Christus directe, & audit verba eorum. Sic patet Luc. 10. c. scilicet. Et ecce quidam legis peritus tentans eum, & dicens. Magister quid faciendum vitam æternam possideo? & postquam respondisset ei Christus, & ille Christo, subditur, quod ille volens se ipsum iustificare, dixit. Et quis est meus proximus? velle se iustificare erat velle se ipsum ostendere, & capere gloriam aliquam inanem, & tamen Christus respondit ei directe ad quæstionem, scilicet quis esset proximus. Nunc vero iste Phariseus tentans quæsiuit, & postea penituit de tentatione ante finitam disputationem. Etiam quærebatur de re, cuius responsio non erat periculosa Christo, & ita ipse respondit directe ad quæsitum.

An lex vetus habeat plura mandata, vel vnicum. Quæst. CCLXIII.

QUARE ET VR cum hic quæretur de magno mandato legis, in quo innui videtur, quod multa mandata sint, an lex vetus habeat multa mandata, vel vnicum. Aliqui dicunt, quod vnicum, quia lex nil aliud est, quam præceptum, sed lex vetus est vna, ergo vnicum præceptum est in ea. Secundo, quia dicit Apostolus ad Ro. 13. c. scilicet si quod aliud mandatum ex hoc verbo restauratur, diliges proximum tuum, sicut te ipsum, sed illud est vnum mandatum, ergo lex vetus non continet, nisi vnum mandatum. Tertio, quia supra 7. c. dicitur, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, hæc eadem vos facite illis, hoc enim lex, & prophetæ dicunt. Sed tota lex vetus continetur in lege, & prophetis, ergo vnicum mandatum est totius legis. Dicendum autem, quod lex vetus nulla præcepta continet, dicit enim Apostolus ad Eph. 2. c. legem mandatorum mandatis euacuans, & loquitur de lege veteri. Item manifeste apparet, quod multa sint, quæ in multis libris traduntur, scilicet Exod. Leui. Numq. Deut. & de varijs rebus sunt, ideo non potest esse vnicum præceptum. Item quia Deus sæpe vocat ea præcepta pluraliter, ut Deut. 30. c. scilicet si audieris vocem

domini, & custodieris præcepta eius, & caeremonias. Causa autem huius multitudinis est, quia cum præceptum legis sit obligatorium, est de aliquo, quod fieri debet, quod autem fieri debeat hoc prouenit ex necessitate alicuius finis, & ita manifestum est, quod de ratione præcepti est, quod importet ordinem ad finem in quantum, scilicet illud, quod præcipit est necessarium, aut conueniens ad finem, contingit autem ad eundem finem multa necessaria, vel expedita, & secundum hoc possunt de diuersis rebus dari præcepta, in quantum ordinantur ad vnum finem. Et ita omnia præcepta eiusdem legis possunt dici vni præceptum, in quantum ordinantur ad vnum finem proximum eiusdem legis, sunt tamen diuersa secundam multitudinem eorum, quæ ordinantur ad illum finem. Hoc enim modo tam lex vetus, quam noua, & quilibet legislatio vnicum præceptum habet, & multa, quæ oportet, quod quælibet legislatio habeat vnum proximum, & determinatum finem, & quia homines ad illum finem peruenire debent, & peruenio non est à fortuna, sed secundum actum rationis, oportet, quod sit regula aliqua dirigens ad veniendum. Ista autem regula vna est ex vnitatis finis, ad quem peruenitur, quæ tamen per multa media veniendum est, & in quolibet ordinate agendum est, oportet de quolibet esse regulam, & sic multiplicantur regulæ, vel præcepta, licet vnus maneat finis præceptorum. Et iste modus vnus, & multorum præceptorum tam in lege noua, quam in veteri inuenitur. De noua patet, quia Ioan. 15. c. dicitur, hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Et ita dixit. Hoc est præceptum meum, quasi nihil aliud præceptum dedisset, multa tamen dederat, ideo oportet, quod voluerit omnia esse vnum, siue in vnitatis finis, siue radice, ut Grego. dicit. Et vere omnia vnum sunt vnitatis finis præcepti, id est charitatis, quia finis legis est charitas. Tim. 1. c. Et sic omnia vnum sunt, in quantum ad finem dilectionis tendunt, sed multa sunt per operis diuersitatem. Sic dicit Grego. in homilia, cum cuncta sacra eloquia plena sint dominicis præceptis, quid est, quod de sola dilectione quasi de singulari, id est de solo mandato dominus dicit. Hoc est præceptum meum, nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, & omnia vnum præceptum sunt, quia quidquid præcipitur, in sola charitate radicitur, præcepta ergo dominica, & multa sunt, & vnum, multa per diuersitatem operis, sed vnum in radice dilectionis.

Ita etiam in veteri testamento dicuntur esse multa mandata eiusdem legis, & etiam tota lex vnum mandatum est ex eadem ratione, & vtrunque posuit Moyses Deut. 30. c. scilicet. Si audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta, & caeremonias, quæ hac lege scripta sunt. ecce vnam legem, & multa mandata. Et statim sequitur, quod sit tota lex vnicum mandatum, scilicet mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie non est supra te, neque procul positum, neque in celo situm, & c. & tamen non loquitur ibi Moyses de aliquo vno mandato, sed de tota lege, quam dederat ostendens eam non esse difficilem ad custodiendum, ergo tota lex erat vnum mandatum, & per illa eadem verba ostendit Paulus ad Ro. 10. c. facilem esse oblationem noui testamenti. Ex hoc autem sequitur, quod habeat locum quæstio legis periti, scilicet quod est magnum mandatum, quia cum multa sint ex diuersitate operis, vnum erit maius alijs. Et de hoc ille quærebatur.

Ad primum dicendum, quod lex, vel vna, id est vna legislatio, quæ vna dicitur secundum ordinem ad vnum finem, & tamen continet diuersa præcepta secundum distinctionem eorum, quæ sunt in finem. Sicut etiã ars edificatiua est vna vnitatis finis, quia re-

dit ad edificationem domus, continet tamen diuersa instrumenta secundum actus varios, quæ ordinantur ad illum finem.

Ad secundum dicendum, quod omnia sunt vnus præceptum vnitate finis, sic enim Apostolus dicit 2. Tim. 1. scilicet. Finis præcepti charitas est, ad hoc enim tendit omnis lex, quæ ordinata est, & non est aposte- dia smenos, id est ratione deficiens, vt dicitur 5. Eth. & non sola lex noua, & vetus, scilicet vt constituat amicitiam, vel hominum adinuicem, vel hominũ, & Dei. Et ita Arist. 8. Ethico. dicit, quod legislator magis procurat ciues amicos reddere, quã iustos, & ideo tota lex, & omnis lex impletur in hoc mandato: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, sicut in fine mandatorũ omnium. In dilectione autẽ intelligitur dilectio Dei cum proximo propter Deum diligatur, & ideo Apostolus pro vno præcepto posuit dilectionem Dei, & proximi, dicens, quod omne præceptum instauratur in hoc. Et ad Gal. 3. c. dixit: Qui proximum diligit, impleuit legem.

Ad tertium dicendum, quod sicut mandatum de dilectione est vnum in quo omnia sunt vnitate finis, ita mandatum continens generaliter modum dilectionis est vnum, & continet simpliciter omnia mandata per quãdam inclusionem, & collectionem omnium modorum perueniẽdi ad illum finem. Et ideo sicut istud præceptum diliges proximum, est omnia præcepta vnitate finis, quia ad hunc finem omnia ordinantur, ita & hoc præceptum: Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, continet omnia præcepta in quantum sub quadam generalitate ostendit omnes modos se habendi ad proximum in diligendo eum, scilicet quod faciat ei illa, quæ sibi ipsi facit, vel fieri vult. Et hoc, quia vt dicit Arist. 9. Ethicorum amabilia, quæ ad alterum perueniunt ex amicabilibus, quæ ad seipsum.

Præcepta multa in lege veteri, de quibus erant, & quomodo distinguuntur. Quæst. CCLXV.

Quæretur cum in lege veteri sint multa præcepta, de quibus sunt, vel quomodo distinguuntur. Dicendum quod licet ista sit satis longa inuestigatio tamen nunc non intendimus eam prosequi, sed breuiem, & communem ponemus distinctionem. Omnia enim mandata, & prohibitiones veteris testamenti tam legis, quam prophetarum distinguuntur in tres species, quædam enim sunt moralia, quædam ceremonialia, quædam iudicialia. Moralia vocamus Decalogum. Ceremonialia sunt, quæ in cultu Dei dirigunt. Iudicialia vero, quæ ad dirimenda foralia negocia, & contractus humanos regulandos dicta sunt.

Sed dicitur, quomodo vocantur aliqua præcepta moralia, & alia non, quia moralia a moribus dirigen- dis dicuntur, sed nulla præcepta sunt, quæ mores non dirigant cum de hoc solo omnia sint, ergo non conuenienter vocantur quædam moralia.

Dicendum, quod accipiendo mores humanos id, a quo moralem virtutem dicimus, omnia præcepta vocantur moralia, sed possunt vocari moralia dupliciter aliqua, & non omnia. primo, quia omne præceptum secundum se est morale, & ideo, sicut se habet aliquid ad esse præceptum, ita se habet ad esse morale, sed quædam sunt præcepta per se, quædam vero non per se, sed in quantum sunt illorum determinationes. Ideo primis competit esse per se morale, secundis autem non. Ideo prima vocantur moralia per excellentiam, sicut vocantur præcepta per excellentiam, sicut est in proposito, quod quædam sunt, quæ præcepta sunt per se, & regulatiua morum, alia vero

sunt solum præcepta in quantum sunt determinationes primorum præceptorum, quæ si per se intelligerentur, nulla alia præcepta essent, ideo illa sola per excellentiam vocamus præcepta moralia, alia vero alijs nominibus vocantur.

Secundo vocamus aliqua moralia, & non omnia, scilicet quia quædam vbi que sunt ad dirigendos mores, & etiam si a nobis non instituantur competit ex eis ex dictamine rationis, quod sint directiua morum, & istam vim habent vbi que, talia autem dicimus de iure naturali. Alia autem sunt ad regulandos mores, quia sic instituantur, & si non instituerentur nullam vim ad hoc haberent. Ideo ista non vocamus præcepta moralia, sed determinationes moralium, & vocamus illa alijs nominibus, scilicet ceremonialia, & iudicialia. Ista autem moralia sunt, quæ in Decalogo continentur, & similia, quæ aliquando habentur tam in lege, quam in prophetis, quæ etiam sine aliqua institutione humana ex ipso naturali dictamine rationis habent, quod obligent. Ceremonialia sunt præcepta, quæ dirigunt hominem in cultum Dei, & sunt quædam determinationes cultus. Ceremonia enim ipse diuinus cultus est, ceremonialia autem sunt, quæ nos in cõsuetudo determinant, & dirigunt, sicut est de modis oblationum, & sacrificiorum, & de ritu, qui tenendus est circa ipsa animalia cuiuslibet sacrificij, & oblatio thuris, & compositio lucernarum, & compositio vestitus sacerdotum. Et non solum hæc, quæ immediate sunt ad Deum, & impenduntur ei sunt ceremonialia, sed etiam ea, quæ disponunt homines, vt apti sint ad Deum colendum, & ita est, quod homines non vaticantur carnibus, quas lex immundas iudicat, etiam caueant ab immunditijs tactus, vt nõ tangant leprosum, neque fluentem semine, neque mulierem fluentem sanguine, aut menstruatam, & omnes modi purificationum, & lotionum, vt purificatio a lepra, & fluxu, & contaminatione, & multa huiusmodi, quæ homines reddebant mundiores corporaliter respectu Dei. Et ita erant aptiores ad cultũ eius. Et de his multa sunt tam in Exodo, quam Leuitico, Numeris, & Deute. Iudicialia autem vocantur quædam præcepta, quæ sunt determinatiua habitudinis hominis ad hominem ad seruandum iustitiam, ne vnus alteri noceat, quod in generali dicunt præcepta Decalogi, sed quia oportebat ista specificari, ne sit error in applicatione circa particularia, vltra commune præceptum morale, vel naturale de bene se habendo ad proximum, data sunt multa præcepta, tam de modo communicandi hominum inter se, quam de penis eorum, qui peccarent in conuersatione ad proximum, & vocantur iudicialia, quia executio illarum legum quantum ad penas pertinebat ad solos iudices. Etiam quia generaliter instruebantur iudices per illa præcepta ad reddendum iura partibus tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Et hoc etiam supposito manet clara causa interrogandi, scilicet erant non solum multa præcepta, sed etiam multi modi præceptorum, ideo non iniuste quærebatur, quod erat magnum mandatum in lege.

Ad secundum dicendum, quod illa nõ solum sunt moralia, sed etiam moralium quædam principia. Nã illud, scilicet. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, continet omnia moralia pertinentia ad modum se habendi hominis ad hominem. Et illud, scilicet. Diliges proximum tuum, continet omnia præcepta moralia quantum ad vnitatem finis, quia iste est finis, scilicet vt diligat Deus, & proximus, & propter hoc de vtroque istorum dicit Christus, quod in eo est lex, & prophetæ, vt patet supra 7. & supra in litera, id est omnia præcepta legis, & prophetarum includuntur in illis.

Sed obijcietur, quod oporteat esse in lege Christi ceremonialia, & iudicialia præcepta, & quod sine illis non possit seruari, quia omnia præcepta moralia sunt multum generalia, & non tangunt conditionem particularem, & tamen in moralibus sermones vniuersales licet sint superiores sunt maiores 2. Ethicorum. Et hoc, quia particularium est actio, ideo oportet determinari illud vniuersale per aliqua particularia, sed particularia sunt ceremonialia, & iudicialia, quia cõ-

tra Decalogum multa sunt, vt vendere omnia, & dare pauperibus, & si quis te percusserit in vna maxilla, &c. & qui angariauerit te mille passus, &c. supra 5. c. & 19. ista enim non pertinent ad Decalogum, ergo sunt ceremonialia, vel iudicialia. Dicendum, quod verum est, quod omne præceptum præter moralia est ceremoniale, aut iudiciale, & tamẽ in lege Christi nullum tale est. Et cum obijciatur de prædictis. Dicendũ, quod ista non sunt præcepta, sed cõsilia, quia non obligant homines absolute, vel indifferenter ad illa faciendum, quod tamen esset, si essent præcepta, sed quia pertinent ad perfectionis gradum inuitantur homines ad illa, sed non coguntur. Et ita etiam in veteri testamento erat aliquid pertinens ad cõsilia, sicut observatio ritus Nazæeorum, & nõ de præcepto, vt patet eodem c. Etiam multa alia ex voto fiebant, & de modo obligationis illorum datur regula Num. 30. c. & ideo talia non oportet, quod pertineant ad aliquid de tribus generibus præceptorum, cum non sint præcepta.

Sed adhuc obijciatur, quod aliqua sunt præcepta in nouo testamento, quod nõ sunt moralia, & ita erant ceremonialia, vel iudicialia, sicut non repudiare uxorem supra 5. & 19. c. & non irasci, & non videre mulierem ad concupiscendum eam supra 5. c. & multa similia. Item quia est illud. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines supra 7. c. & illud. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, supra in litera. Et tamen ista non sunt moralia, cum non sint in Decalogo.

Dicendum, quod ista sunt præcepta, & tamen moralia sunt, & non ceremonialia, neque iudicialia. Nam ista ex naturali dictamine rationis obligant nulla existente humana, vel diuina institutione expressa, ergo moralia sunt, quia ceremonialia, & iudicialia positiua sunt. Cum autem dicitur, quod nõ ponuntur in Decalogo, dicendum, quod hoc nõ impedit. Nam non est verũ, quod omnia moralia ponuntur in Decalogo, licet aliquo modo reducantur ad Decalogum, sed inde est, quod Decalogus rotus ad moralia pertinet præter præceptum de Sabbatho, quod magis est ceremoniale, quã morale quantum ad assignationem diei, licet aliquid morale habeat. Et sic Decalogus magis ponitur, vt exemplum quoddã moralium, quam vt expresse continens omnia moralia. Tot enim moralia sunt, quot esse inueniuntur de naturali dictamine rationis. Omnia autem ista talia sunt, & multa alia, ideo non inueniuntur à Christo posita ceremonialia aliqua, aut iudicialia, sed sola moralia.

Ad secundum dicendum, quod illa nõ solum sunt moralia, sed etiam moralium quædam principia. Nã illud, scilicet. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, continet omnia moralia pertinentia ad modum se habendi hominis ad hominem. Et illud, scilicet. Diliges proximum tuum, continet omnia præcepta moralia quantum ad vnitatem finis, quia iste est finis, scilicet vt diligat Deus, & proximus, & propter hoc de vtroque istorum dicit Christus, quod in eo est lex, & prophetæ, vt patet supra 7. & supra in litera, id est omnia præcepta legis, & prophetarum includuntur in illis.

Sed obijcietur, quod oporteat esse in lege Christi ceremonialia, & iudicialia præcepta, & quod sine illis non possit seruari, quia omnia præcepta moralia sunt multum generalia, & non tangunt conditionem particularem, & tamen in moralibus sermones vniuersales licet sint superiores sunt maiores 2. Ethicorum. Et hoc, quia particularium est actio, ideo oportet determinari illud vniuersale per aliqua particularia, sed particularia sunt ceremonialia, & iudicialia, quia cõ-

tra Decalogum multa sunt, vt vendere omnia, & dare pauperibus, & si quis te percusserit in vna maxilla, &c. & qui angariauerit te mille passus, &c. supra 5. c. & 19. ista enim non pertinent ad Decalogum, ergo sunt ceremonialia, vel iudicialia. Dicendum, quod verum est, quod omne præceptum præter moralia est ceremoniale, aut iudiciale, & tamẽ in lege Christi nullum tale est. Et cum obijciatur de prædictis. Dicendũ, quod ista non sunt præcepta, sed cõsilia, quia non obligant homines absolute, vel indifferenter ad illa faciendum, quod tamen esset, si essent præcepta, sed quia pertinent ad perfectionis gradum inuitantur homines ad illa, sed non coguntur. Et ita etiam in veteri testamento erat aliquid pertinens ad cõsilia, sicut observatio ritus Nazæeorum, & nõ de præcepto, vt patet eodem c. Etiam multa alia ex voto fiebant, & de modo obligationis illorum datur regula Num. 30. c. & ideo talia non oportet, quod pertineant ad aliquid de tribus generibus præceptorum, cum non sint præcepta.

Sed adhuc obijciatur, quod aliqua sunt præcepta in nouo testamento, quod nõ sunt moralia, & ita erant ceremonialia, vel iudicialia, sicut non repudiare uxorem supra 5. & 19. c. & non irasci, & non videre mulierem ad concupiscendum eam supra 5. c. & multa similia. Item quia est illud. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines supra 7. c. & illud. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, supra in litera. Et tamen ista non sunt moralia, cum non sint in Decalogo.

Dicendum, quod ista sunt præcepta, & tamen moralia sunt, & non ceremonialia, neque iudicialia. Nam ista ex naturali dictamine rationis obligant nulla existente humana, vel diuina institutione expressa, ergo moralia sunt, quia ceremonialia, & iudicialia positiua sunt. Cum autem dicitur, quod nõ ponuntur in Decalogo, dicendum, quod hoc nõ impedit. Nam non est verũ, quod omnia moralia ponuntur in Decalogo, licet aliquo modo reducantur ad Decalogum, sed inde est, quod Decalogus rotus ad moralia pertinet præter præceptum de Sabbatho, quod magis est ceremoniale, quã morale quantum ad assignationem diei, licet aliquid morale habeat. Et sic Decalogus magis ponitur, vt exemplum quoddã moralium, quam vt expresse continens omnia moralia. Tot enim moralia sunt, quot esse inueniuntur de naturali dictamine rationis. Omnia autem ista talia sunt, & multa alia, ideo non inueniuntur à Christo posita ceremonialia aliqua, aut iudicialia, sed sola moralia.

Ad secundum dicendum, quod illa nõ solum sunt moralia, sed etiam moralium quædam principia. Nã illud, scilicet. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, continet omnia moralia pertinentia ad modum se habendi hominis ad hominem. Et illud, scilicet. Diliges proximum tuum, continet omnia præcepta moralia quantum ad vnitatem finis, quia iste est finis, scilicet vt diligat Deus, & proximus, & propter hoc de vtroque istorum dicit Christus, quod in eo est lex, & prophetæ, vt patet supra 7. & supra in litera, id est omnia præcepta legis, & prophetarum includuntur in illis.

Sed obijcietur, quod oporteat esse in lege Christi ceremonialia, & iudicialia præcepta, & quod sine illis non possit seruari, quia omnia præcepta moralia sunt multum generalia, & non tangunt conditionem particularem, & tamen in moralibus sermones vniuersales licet sint superiores sunt maiores 2. Ethicorum. Et hoc, quia particularium est actio, ideo oportet determinari illud vniuersale per aliqua particularia, sed particularia sunt ceremonialia, & iudicialia, quia cõ-

tra Decalogum multa sunt, vt vendere omnia, & dare pauperibus, & si quis te percusserit in vna maxilla, &c. & qui angariauerit te mille passus, &c. supra 5. c. & 19. ista enim non pertinent ad Decalogum, ergo sunt ceremonialia, vel iudicialia. Dicendum, quod verum est, quod omne præceptum præter moralia est ceremoniale, aut iudiciale, & tamẽ in lege Christi nullum tale est. Et cum obijciatur de prædictis. Dicendũ, quod ista non sunt præcepta, sed cõsilia, quia non obligant homines absolute, vel indifferenter ad illa faciendum, quod tamen esset, si essent præcepta, sed quia pertinent ad perfectionis gradum inuitantur homines ad illa, sed non coguntur. Et ita etiam in veteri testamento erat aliquid pertinens ad cõsilia, sicut observatio ritus Nazæeorum, & nõ de præcepto, vt patet eodem c. Etiam multa alia ex voto fiebant, & de modo obligationis illorum datur regula Num. 30. c. & ideo talia non oportet, quod pertineant ad aliquid de tribus generibus præceptorum, cum non sint præcepta.

Sed adhuc obijciatur, quod aliqua sunt præcepta in nouo testamento, quod nõ sunt moralia, & ita erant ceremonialia, vel iudicialia, sicut non repudiare uxorem supra 5. & 19. c. & non irasci, & non videre mulierem ad concupiscendum eam supra 5. c. & multa similia. Item quia est illud. Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines supra 7. c. & illud. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, supra in litera. Et tamen ista non sunt moralia, cum non sint in Decalogo.

remonialia sunt determinationes moralium pertinentium ad Deum, iudicialia sunt determinationes moralium pertinentium ad proximum, ergo necesse est in lege Christi esse ceremonialia, & iudicialia præcepta, quia sine illis non potest lex Christi seruari.

Dicendum, quod verum est, quod sine ceremonialibus, & iudicialibus non potest lex Christi obseruari, & tamen in lege Christi non sunt ceremonialia, & iudicialia, sed est in ea potestas condendi ceremonialia, & iudicialia, & obseruatores legis Christi habent ceremonialia, & iudicialia. Sunt autem iudicialia eorum leges ille forales, quas generaliter rotus orbis obseruat, si quæ tales sunt, sicut quondam fuerunt leges Romane dilatato imperio eius per totum orbem. Nunc vero, & si non sint eadem forales leges, sunt cuilibet populo illa iudicialia, quæ ipse sibi constituit, vel a maioribus suis suscepit, & hæc sunt convenientes determinationes præceptorum moralium pertinentium ad proximum positorum in lege Christi, vel non expressorum in ea, secundum, quod illi genti, & regioni conueniunt.

Ceremonialia autem sunt illa, per quæ determinamur ad colendum Deum, qui Christi legem profitemur, & ista partim sunt generalia omnibus cultoribus Christi, quædam vero propria simul gentibus, vel populis. Prima autem sunt illa, quæ modicum distant a naturali dictamine, & ideo sicut moralia sunt eadem, ita & talia ceremonialia sunt eadem, etiam illa, quæ ab Apostolis data sunt, & per totum orbem fuerunt diffusa. Sic etiam quæcunque instituantur summi p̄tiffices pro toto orbe efficiuntur ceremonialia toti orbi, cetera autem obseruantur particulariter variæ conditione singularum gentium, vel populorũ. Hæc vero licet non sint expresse instituta in lege Christi, est tamen potestas ibi sufficiens ad ista instituendum, & ideo legislatio Christi non est incompleta, esset autem incompleta, si cũ sint necessaria ceremonialia, & iudicialia, non ponerentur in ea, neque daretur ibi potestas sufficiens ad ea constituendum. Fuit tamen ibi data potestas Apostolis, & omnibus successoribus eorum a Christo statuendi omnia, quæ sunt in constructionem Ecclesie, sicut dicitur Ioan. vigesimo quarto capitulo. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos, id est eandem potestatem do vobis, quam dedit mihi pater, sed Christus homo per potestatem Dei dedit legem, ideo illi per potestatem a Christo susceptam possunt supplere omnia, quæ desunt ad bonum statum ecclesie. Et ita Apostolus dicit 2. Corin. 10. & 13. quod habent ministri Ecclesie potestatem in constructionem, & non in destructionem, & istud est supplere ea, quæ desunt legi Christi ad hoc, quod sit cõsummata, & ideo dixit Apostolus 1. Corin. 3. c. quod Dei adiutores sumus.

Sed tunc dicitur, quare Christus non posuit in lege sua ceremonialia, & iudicialia, sicut posuit Deus in veteri testamento?

Dicendum, quod licet necessaria erant tam nobis, quam existentibus in veteri testamento aliqua ceremonialia, & iudicialia, tamen non posuit aliqua Christus in lege sua, & ad hoc fuerunt plures rationes, de quibus posite fuerunt decem in quodam nostro tractatu de Prescriptionibus.

In quibus Pharisæi hoc mandatum magnum posuerunt. Quæst. CCLXVII.

Quæretur cum isti dixerunt: Quod est magnum mandatum in lege, in quo vocauerunt magnum.

Dicendum, quod magnum potest vocari aliquod man- ja-

Que iudicialia, & q ceremonialia in lege Christi.

mandatum multipliciter. Primo multitudine verborum contentorum in eodem mandato, secundo multitudine rerum faciendarum, quæ in illo mandato includuntur, tertio vocatur magnum difficultate, scilicet quod ea, quæ difficiliora sunt dicantur maiora mandata, quæ vero facilia sunt dicantur parua, quarto dicitur magnum auctoritate iubentis, quinto necessitate, vel magnitudine obligationis, sexto utilitate, vel merito obseruantis. De primo, ut quodlibet mandatum ceremoniale, vel iudiciale est maius, quam morale quodlibet, quia in quolibet iudiciali continetur multa verba, & clausule, ut patet Exod. vigesimo primo, & vigesimo secundo, & vigesimo tertio, & in ceremonialibus eodem modo, ut patet per totum Leviticum: in præceptis Decalogi pauca verba sunt, ut illud. Non me habebis. Non occides. Non falsum testimonium dices. Et hoc modo non queritur hic, quia manifestum erat, sed quod erat maximum, & quod minimum mandatum, etiam nulla utilitas erat scire sic, quod erat maximum mandatum.

Secundo modo dicitur maximum mandatum, quod plura facienda continet, & sic quanto aliquod mandatum est vniuersalius, tanto est maius, quia continet multa, sicut illud. Quæcunque vultis, ut faciant vobis homines hæc eadē facite illis, supra septimo capitulo, & sic non accipitur in præsentem, quia tunc non conueniret responsio Christi, sed diceret, quod mandatum maximum est. Quæcunque vultis, ut faciāt vobis homines. Item non poneretur, quod maius est mandatum de diligendo Deum, quam diligendo proximum, cum plura contineat mandatum de diligendo proximum, quam de diligendo Deum, quia continet omnia præcepta secundæ tabule, immo continet totam legē, quia omne aliud mandatum instauratur in hoc, id est in dilectione proximi. ad Roma. decimo tertio, capitulo, & ad Gala. quinto capitulo, dicitur, quod qui proximum diligit legem implet, & non dicitur, quod qui diligit Deum legem implet. Etiam præceptum de diligendo Deum includitur in præcepto de diligendo proximum, & non è contrario, quia dicitur prima Ioan. quarto, capitulo. Qui non diligit proximum suum, quem quotidie videt, Deum, quem non vidit quomodo poterit diligere? & tamen vocatur maius præceptum de dilectione Dei, ergo non accipitur sic.

Tertio modo dicitur magnum difficultate, & ita maius præceptum est abstinere ab omnibus venereis, quam a detractione, & inuidia, & non accipitur, sic in præsentem. Nam licet diligere Deum ex toto corde, &c. sit difficilior omnibus aliis tantum, quod non potest in hac vita impleri, tamen diligere proximum non est maioris difficultatis, quam cetera si accipiantur distinctum ab illis. Etiam non queritur hic de difficultate, quia parum proderat sciri, quod erat difficilior mandatum.

Quarto modo dicitur maius mandatum omne, quod a Deo datur, quam quæ dantur ab hominibus etiam si vicē Dei gerant, & si madata ab illis data sint maiora alijs modis. Et hoc modo præcepta Decalogi dicentur esse maiora, quam alia, quæ sunt in lege, quia illa dicuntur data a Deo in voce, sicut populus putabat, licet angelus esset, qui loquebatur ad Gala. tertio capitulo. Cetera autem data fuerunt populo per Moysen, qui ea a Deo accepit. Et tamen non accipitur sic in præsentem, quia tunc notum esset, quæ sunt maiora, & quæ minora præcepta. Item quia tunc è contrario esset, quam hic ponitur. Nam Christus dixit hoc esse maximum mandatum de diligendo Deum, & tamen istud non fuit datum in voce Dei, vel angelus, sicut Decalogus, sed postea per Moysen, ideo debet

esse minus. Sic patet, quia Decalogus ponitur Deuteronomi. quinto capitulo, & præceptum de dilectione ponitur Deuteronomi. sexto, & est de illis, quæ Moyses locutus est ad populum.

Quinto modo dicitur præceptum magnum obligatione, & tunc est dicendum, quod omnia præcepta obligant, ita quod nullum illorum potest omitti, vel infringi, nisi incidendo in peccatum mortale, & obligatione poenæ eterne, sed potest vocari maius obligatione in quantum transgressio, vel omisio eius importat maiorem culpam, & poenam gehennæ, & sic maximum mandatorum est non habere Deos alienos, quia nullum peccatum maius est, quam Deos alienos habere. illos credendo Deos, & colendo, ut Deos. Et hoc est accipiendum magnitudinem peccati ex genere, tamen potest accidere, quod in aliquo homine sit aliud magis peccatum, quam colere Deos alienos.

Sexto modo vocatur magnum merito, vel utilitate, & tunc illud est maius mandatum, per quod quis magis mereretur de vita eterna, vel magis placet Deo, & isto modo proprie accipitur in præsentem. Nam hoc proprie facit aliquod madata esse maius, sunt quippe omnia mandata ad aliquem finē, & tota bonitas sua est respectu illius finis. In quantum igitur magis facit aliquod illorum peruenire ad finem, tanto maius, & melius erit, sed per meritum peruenitur in finem, ergo illa, quæ sunt maioris meriti sunt maiora mandata simpliciter. Hoc autem conuenit his, quia madata de dilectione sunt maiora omnibus alijs. Nam charitas facit actum per se meritum, & alij actus non sunt meritorij, nisi in quantum a charitate imperantur, & diriguntur, & quia ista duo sola sunt præcepta charitatis, erit ista maxima mandata. Item patet hoc, quia Luc. decimo capitulo, cum quereretur quidam legi peritus a Christo, quid faciendo vitam æternam possideat? Respondit ei Christus. In lege quid scriptum est? & quomodo legis? Et ille dixit. Diliges dominum tuum, &c. & Christus dixit, quod recte dixerat, & ideo subiunxit. Hoc fac, & viues. Ergo per ista duo mandata maxime venit ad vitam æternam, & sic sunt maxima merito, vel utilitate, & hoc est, quod queritur. Item patet hoc Marc. duodecimo capitulo ex intentione Pharisei, qui istam questionem formauit. Nam dixit, quod. Diliges proximum tuum, sicut teipsum, maius est omnibus holocaustis, & sacrificiis, id est maius est merito, & in placendo Deo.

Quomodo hoc mandatum, scilicet diliges dominum Deum, &c. est in lege Moysi, & de quibus mandatis sit.
Quest. CCLXVIII.

QUARE ET Vnde cum dicitur, quod diliges dominum Deum, &c. sit maximum mandatum in lege, quomodo est verum, quod sit in lege, & de quibus mandatis sit.

Dicendum, quod mandatum de dilectione Dei est in lege, accipitur enim lex multipliciter, ut infra dicitur, & tamen quocumque modo accipitur quantumcumque stricte, est mandatum istud in lege, nam ponitur Deuteronomi. sexto capitulo, & ille liber vocatur Moysi.

Cum autem queritur de quibus mandatis sit, dicendum, quod non potest poni inter ceremonialia, aut iudicialia, sed oportet esse morale, immo maximum inter moralia. Nam ceremonialia sunt quædam determinationes cultus diuini, diligere autem Deum non est determinatio aliqua cultus, sed est ipsa substantia cultus diuini, sicut enim Augustinus dicit in Enchiridion,

dion, spe, fide, & charitate colitur Deus, & tamē charitate magis colitur, quam fide, & spe. Nam licet hæc tria magna sint, maior horum est charitas, primo Corinth. decimo tertio capitulo. Ideo non ponetur inter ceremonialia, quæ non dicunt ipsam cultū, sed quædam determinationes cultus.

Inter iudicialia etiam non ponitur, quia illa sunt ad proximum, & dirigunt in modo se habendi ad illum, manet igitur, quod sit de moralibus, & est præcipuum cum omnia præcepta, quæ sunt de dictamine iuris naturalis dicantur moralia, istud autem est de dictamine naturali rationis sine aliqua positione legis. Non est tamen præceptum istud in Decalogo, quia multa sunt de moralibus, quæ in Decalogo non sunt, sed sunt similia illis, vel reducuntur ad ea.

Quare Christus dixit esse primum mandatum diligere Deum, & non dixit timere.
Quest. CCLXIX.

QUARE ET Vnde quare Christus dixit esse primum mandatum, & magnum diligere Deum, & non dixit timere. Nam etiam Deus timere debet, & ab omnibus.

Dicendum, quod vbiunque est amor Dei est timor, sed non conuertitur, quia aliqui sunt, qui timēt, & non amant, sicut demones, qui credunt, & cōtremiscunt. Iaco. secundo capitulo, sed non amant. Et etiam bonis competit timere Deum, suadet enim scriptura timere Deum Psalmo trigesimo tertio. Timete dominum omnes sancti eius. Et timor iste laudabilis est. Psalms 118. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Et ideo ita pertinet ad præceptum timere, sicut amare. Item quia ponitur diligere Deum, tanquam generale præceptum, quia qui diligit Deum, non offendit ipsum, cauendo omnia, quæ sunt contra Deum, & faciēdo, quæ ei placita sunt. Ita & qui timet mouetur ad omnia hæc, siue agendo, siue cauendo, & sic quantum ad hoc equalia sunt timere, & diligere.

Est tamen dicendum, quod ponitur diligere Deum primum, & magnum præceptum, & non timere, quia ut dictum est supra quinto capitulo, questione 274. Vocatur hic magnum mandatum merito, & utilitate, & tamē nullum est præceptum plus meritum, neque equaliter, quam præceptum de dilectione, immo nullius præcepti actus est meritorius, nisi per actum charitatis, scilicet in quantum per charitatem mouetur homo ad agendum opera præceptorum, & ideo necesse est, quod actus diligendi sit excellentior, qui est actus elicitus a charitate, quam actus aliorum præceptorum, qui sunt imperati ab ea, & consequenter præceptum de dilectione est excellentius ceteris, & ita licet timere Deum sit laudabile, tamen non est meritorium per charitatem, & ideo si quis Deum timet, & non amat non meretur, sicut est in demonibus, & in malis hominibus, & ob hoc quidam timores sunt boni, quia annexam habent charitatem, sicut timor filialis, siue reuerentialis, qui dicitur timor sanctus, & castus. Timor autem seruilis non est laudabilis, neque meritorius, quia sine charitate est, non ergo debuit poni timor Dei in primo præcepto, sed dilectio, sed quia timor ad omnes pertinet, & etiam est laudabilis, & mouet ad omnia atque amor, ut dictum est, debuit poni in præcepto, & est de præceptis generalibus. Et istum modum seruauit Moyses ponendo præcepta Deuteronomi. sexto capitulo, nam prius dixit audi Israel Deus tuus vnus est, diliges dominum Deum tuum, &c. & post multa, quæ de dilectione dixit, addidit. Dominum Deum tuum timebis, & illi seruies, &

per nomen eius iurabis. Et sic non est maximum mandatum de timore, sed de dilectione. Et ita dixit Chrysostomus. diliges inquit, & non time, quia diligere maius est, quam timere. Timere enim seruorum est diligere filiorum. Timor sub necessitate est, dilectio sub libertate, qui in timore seruit Deo poenam quidem euadit, mercedem vero iustitiæ non habet, quia inuitus facit bonum propter timorem. Non vult, ergo Deus, ut timeatur seruiliter ab hominibus, quasi Dominus, sed ut diligatur, quasi pater, qui adoptionis speciem donauit hominibus.

Quare Christus dixit diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, &c. & cur Matthæus non posuit illa eadem tria, quæ sunt in Deute. Quest. CCLXX.

QUARE ET Vnde quare Christus dixit diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Et quid per hæc innuit.

Dicendum ad primum, quod Christus fecit hoc, quia voluit allegare mandatum ad literam, vel quasi. Nam quæsitum est a Christo, quod esset magnum mandatum in lege, ideo ipse respondit de his, quæ in lege erant allegans mandatum, & quia ibi ponuntur tria, scilicet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, licet non sit idem penitus ex tota mente, & ex tota fortitudine, ut declarabitur infra quæst. 274.

Quare Matthæus ponens tria, non posuit eadem, quæ ponuntur Deute. 6. c. Quest. CCLXXI.

SED tunc queretur, quare Matthæus ponens tria non posuit eadem, quæ ponuntur Deute. 6. c. vbi est litera, quæ allegatur.

Aliqui putant, quod sic, quia secutus est sensum, & non verba totaliter, & ideo posuit tria pro tribus, sed non eadem in verbis. Sed dicendum, quod non stat, quia neque etiam sunt eadem in sententia. Nam non est idem dicere ex tota mente, & ex tota fortitudine, quia mens pertinet ad animam, id est interiores virtutes, fortitudo pertinet ad vires executiuas, ut dicitur sequenti quæst.

Alij dicunt, quod Matthæus dixit hoc, quia Christus ista verba dixit, & eadem Matthæus scripsit.

Sed dicendum, quod non satisfacit, quia idem argumentum procederet contra dictum Christi, quod contra dictum Matthæi. Secundo, quia non est verum, nam Christus dixit non ista tria, sicut Matthæus illa scribit, sed dixit quatuor, scilicet ex toto corde tuo, ex tota anima, ex tota mente, ex tota fortitudine, ut dicitur Mar. 12. c. Et cum Marcus afferat illa quatuor dicta esse, necesse est, quod teneamus illa esse dicta, & non, quod solum tria dicta fuerint, quia sola tria posita fuerunt a Matthæo. Item quia non solum subiunxit hoc Matthæus, sed etiam aliud. Nam Christus dixit hoc esse maximum mandatum, scilicet audi Israel Dominus Deus tuus est vnus. Diliges dominum Deum, &c. ut patet Marc. 12. c. & sic manet dubium, quare Matthæus omnia hæc tacuit.

Dicendum autem ad primum, quod Matthæus omisit illud, scilicet ex fortitudine tua, vel virtute, quia tria præcedentia pertinent ad potentias anime rationalis, quartum autem, scilicet ex fortitudine, vel virtute pertinet ad vires operatiuas, & quia omnia organa obediunt anime, si quis agat ex omnibus viribus interioribus necesse est, quod agat ex omnibus exterioribus, & ita expressis interioribus, non oportuit exprimi vires organicas.

Ad secundum dicendum, quod Marcus secutus est ibi.

ibi Christum quantum ad verba, ideo quia posuit Christus illud, scilicet audi Israel in verbis suis, scripsit quoque illud Marcus, Matthæus autem secutus est eum quantum ad intentionem questionis, & quia quærebatur de magno mandato, & illud: Audi Israel, non erat mandatum non scripsit illud Matthæus. Nam, Audi Israel, est excitatio ad reddendum attentum, cum dicitur: Vnus Deus tuus est, non est mandatum, sed assertio fidei, quia tamen, ita habetur Deutero. 6. c. de quo loco Christus accepit posuit sic, & ita Marcus scripsit, sed Matthæus posuit solum illud, quod ad præceptum pertinet, & est, Diliges Dominum Deum, &c.

Quid Christus voluit signare per hæc tria, ex toto corde, ex tota anima tua, ex tota mente. Quæst. CCLXXII.

QVAERETVR quid voluit signare per hoc, quod dixit ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente. Dicendum, quod voluit designare perfectionem huius actus dilectionis, est enim istud maximum mandatum, & est maximum dignitate, & merito, sed non esset tale si non esset actus perfectus, ideo debuit designari perfectio eius, quæ innuitur in quantum dicitur ex toto corde, &c. sed quomodo sit ista totalitas, & an ad eam homo obligetur, dicitur infra q. 292.

Sed sciendum, quod per istam designantur omnes vires anime rationalis, ut exponunt doctores. Dicit enim Chry. diligere Deum ex toto corde est, ut cor tuum non sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem, quæ Dei. Diligere enim Deum ex tota anima est certissimum animum habere in veritate, & certissimum esse in fide.

Alius est enim amor cordis, alius anime. Amor cordis quodam modo carnalis est, ut etiam carnaliter Deum amemus, quod facere non possumus, nisi recesserimus ab amore mundalium rerum. Cordis ergo amor sentitur in corde. Amor vero anime non sentitur, sed intelligitur, quia in iudicio anime consistit, qui enim credit apud Deum esse omne bonum, & nihil boni esse extra ipsum, hic diligit Deum in tota anima: tota vero mente diligere Deum est, ut omnes sensus tui Deo vacent. Cuius enim intellectus Deo ministrat, cuius sapientia circa Deum est, cuius cogitatio ea, quæ Dei sunt tractat, cuius memoria, quæ bona sunt recordatur, tota mente diligit Deum.

Aliter exponit Augu. Deum ex toto corde diligere præceperat, ut omnes cogitationes tuas, ex tota anima, ut omnem vitam tuam, ex tota mente tua, ut omnem intellectum tuum in illum conferas a quo habes ea, quæ confers, nullam ergo vitæ nostræ partem relinquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velit frui, sed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus haurit. Tunc est n. optimus homo cum tota vita sua pergit ubi est incommutabile bonum. Aliter exponit Origenes. lex toto corde. i. secundum totam recordationem, & operationem, & cogitationem. Ex tota anima. i. ut parati sint ponere eam pro pietate Dei. Et tota mente, nihil, aliud proferentes, nisi, quæ Dei sunt. Et vide, si potes Cor quidem pro intellectu accipere, quo intelligibilia speculatur, mente autem ad proferendas res. Mente. n. singulas res proferimus, & per unumquodque, quod significatur, quasi mente nostra inambulamus, atque proferimus.

Sed, quia ponuntur tria, quæ pertinent ad animam, oportet intelligere vires anime rationalis, quas nos solemus vocare tres, scilicet intellectum, voluntatem, memoriam, mens. n. memoria est, anima & cor signat in-

F tellectum, & voluntatem. Sed varie, quia aliqui volunt per cor intelligi intellectum, per animam voluntatem, alij vero è contrario, & hoc est, quia quidam accipiunt cor a sapiendo, & tunc est intellectus. Alij autem a volendo, & dicunt significare voluntatem, licet cor pars corporis sit, & non vis anime, sic dicit Glo. ex toto corde. i. intellectu: Anima. i. voluntate: Mente. i. memoria, ut nihil ei contrarium velis, sentias, aut recorderis. Quia tñ Christus posuit quatuor, scilicet cor, animam, mentem, & virtutem Mar. 12. c. oportet accipi non solum interiores vires, sed et exteriores. Vñ aliqui accipiunt per cor vires naturales nutritivas, ut augmentatiua generatiua: per animam virtutes animales, ut oēs sensus interiores, & exteriores, ut simul affectiones, ut irascibile, & corruptibile, per mentem oēs vires rationales, scilicet intellectum, voluntatem, & memoriam iuxta eos, qui memoriam vim anime distinctam ponunt. Et ita exponit Theophylactus dicens. Attende qualiter oēs vires atque enumeravit. Est. n. virtus anime animalis, quæ expedit in dicendo ex tota anima tua, ad quæ pertinet ira, & desiderium, quæ omnia tribui voluit diuino amor. Est alia vis anime, quæ dicitur naturalis, ad quæ pertinet nutritiva, & augmentatiua, & ista est danda Domino tota pro quod dicit ex toto corde. Est & alia vis rationalis, quæ mentem vocat, & ista est tota domino danda. Alij exponunt, quasi pro eodem, ut per ista accipiamus tres gradus anime, scilicet per animam ipsam sensitiuam, per cor vegetatiuam, per mentem ipsam animam rationalem, & ita exponit Greg. Nifenus. Sed est adhuc planius dicendum, & magis concorditer ad intentionem Dei, scilicet quod posuit actus charitatis in præcepto, actus vero est ex habitu charitatis. Ad charitatem autem exigitur aliquid tripliciter. Vno modo, ut subiectum charitatis, & ita est voluntas, & significatur per cor, ut quidam volunt, vel per animam, ut alij placet. Alio modo exigitur aliquid, ut præcedens ad charitatem, & sic est intellectus, & memoria. Nam non potest quis diligere, nisi quæ præcognouit, quod ad intellectum pertinet, neque potest præcognoscere, nisi ea, quorum spem habuerit, quæ retentionem aliqui attribuant memorie, quæ est pars anime rationalis, & ideo ponuntur duo, scilicet anima pro intellectu, & mens pro memoria. Alio modo exigitur aliquid, tanquam primum, & sic est irascibile, & concupiscibile, & membra corporalia, quæ obediunt voluntati, & intellectui, & sic nihil manet in homine, quod ad actum charitatis non concurrat, & istud tertium notatur per virtutem, quæ Marcus posuit. Et non debet ibi virtus aliquis habitus, sed virtus a viribus corporis, & anime. Dicere autem ex tota virtute est dicere ex omnibus viribus, scilicet tam organicis, quam non organicis, quæ imperio voluntatis subsunt. Et hoc est, quod dicit Deuter. 6. ex tota fortitudine. i. ex toto conatu, vel omnibus viribus, licet aliqui per fortitudinem accipiant firmitatem, scilicet ut manere debeat firmus in charitate, qui illam semel habet. Dicendum autem, quod istud præceptum ponitur in quatuor locis, scilicet Deute. 6. c. & hic, & Mar. 12. & Luc. 10. & ubique est idem sensus, licet non ponantur penitus eadem verba. Nam Deut. 6. ponitur ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. Et ibi oportet accipi per cor, & animam intellectum, & voluntatem. Per fortitudinem autem omnes vires interiores, quæ voluntati obediunt, ut supra dictum est. Hic autem ponuntur tria, scilicet anima, cor, & mens, & oportet accipi pro tribus viribus anime rationalis, scilicet intellectum, voluntatem, & memoriam, inferiores autem vires tacuit, quia concurrentibus viribus superioribus totaliter ad operationem aliquam oportet etiam concurrere inferiores, quæ comitantur illas, & seruiunt eis. Marcus vero posuit cor, animam, mentem, & virtutem. Et iste magis expressit omnia ex nominibus designans, ut supra

G

H

I

K

Ata cor, & mens quæ significantur

supra expositum est. Lucas autem dixit ex toto corde & ex tota anima tua: & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua. Posuit autem eadem, quæ Marcus, nisi quod mutauit ordinem, quia mentem posuit post vires, & tamen apertius locutus est, quam alibi habeatur. Nam quod dicitur Deuter. 6. Ex tota fortitudine, & Mar. 12. ex tota virtute dicit ille ex omnibus viribus, quod manifestus est. Nam intelligimus omnes vires, scilicet posteriores voluntate, & subditas ei, ut irascibilem concupiscibilem, & omnes organicas.

Quomodo Christus respondens ad questionem Pharisei, dixit: Hoc est maximum mandatum. Quæst. CCLXXIII.

QVAERETVR, quomodo Christus respondens ad questionem Pharisei dixit hoc est maximum mandatum.

Dicendum, quod mandatum de dilectione Dei est maximum utilitate, & merito, ut dictum est supra quæst. 272. & hoc est propter duo. Primo, quod actus istius mandati est per se meritorius: actus vero aliorum non est meritorius, nisi quantum a charitate imperantur. Ratio autem quare charitas sit meritoria per se, & aliarum virtutum non, nisi per charitatem est ista, quia meritum est respectu præmij, præmium autem est respectu Dei, quia ipse solus illud dat, scilicet vitam æternam: ideo meritum non poterit esse, nisi respectu Dei, & consequenter illa virtus erit meritoria, quæ in Deum tendit, nulla autem virtus de moralibus, vel gratuitis est quæ tendat in Deum præter theologicas tres, scilicet spem, fidem, charitatem. Nam ceteræ habent per obiecto aliquid, quod est minus Deo, ut fortitudo, temperantia, liberalitas, habent determinata obiecta, quæ non sunt Deus, ut patet in Ethicis. Etiam finis earum non est Deus, sed proprius earum finis est aliquod bonum hominis secundum speciem, & quod in hac vita haberi possit, quod patet, quia Pharisei vsi sunt his virtutibus, & non expectauerunt aliquod bonum ipsarum, vel per eas post vitam, cum vitam aliam nescirent: ergo putabant se posse habere hic bonum, & finem ipsarum: ex quo sequitur, quod impossibile est virtutes huiusmodi, id est morales, vel quascunque non theologicas esse meritorias, quia meritum est respectu Dei, ipse autem nullo modo sunt ad Deum, id est, neque ut in finem, neque ut in obiectum. si autem aliquo modo sunt actus eorum ad Deum non est hoc per ipsas, quia impossibile est, quod ipse secundum se eliciat aliquem actum dirigendo in Deum cum non habeat illum pro obiecto neque pro fine: sed fiet per aliquam aliam virtutem, quæ superior sit, & earum actus imperando dirigat in Deum, & tunc non erit illi actus per se meritorius, sed per illam virtutem, a qua imperantur. De theologicas autem virtutibus dicendum, quod sunt in Deum, tam ut in obiectum, quam ut in finem, & istæ sunt fides, spes, charitas: & ideo vocantur theologica: id est diuina, quia de Deo, & ad Deum sunt. Et secundum hoc poterat aliquis dicere, quod omnes tres essent per se meritoria: sed falsum est, quod fides non est per se meritoria, cum ipsa sine charitate manens non faciat hominem Deo acceptum, quia si des in malis est. De spe eadem ratio est, & ideo sola charitas est meritoria. Ratio huius est, quia licet fides & spes sint de Deo, tamen non sunt de ipso secundum rationes perfectas. Nam fides est de Deo, ut de vero occulto, & reuelato, spes est de ipso, ut de ente arduo & difficilius attingibili. Charitas autem est de Deo, ut de bono, & de summo bono, ideo charitas dicitur perfectiorem rationem in Deo, ad quam est maximum, quia charitas dicit amorem ad Deum, & iste amor est duplex. Vnus est concupiscentia, & alius est amicitia.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Nulla virtus moralis in Deum tendit.

Sola charitas est meritoria.

A Primus est, quo amamus Deum, id est cupimus ipsum, ut efficiatur bonum nostrum, vel nos efficiamur beati per ipsum. Sicut dicitur homo amare vinum, vel equum, ut dicitur 4. Ethicor. & tamen ad ista non est amicitia.

B Secundus amor est, quo Deo ipsi volumus bonum, scilicet ut ab omnibus honoretur, & sit ei laus in sæcula, & subijciantur omnia illi, & tunc non est ipse bonum, quod volumus, sed cui bonum volumus, & tunc est amicus. Et de isto amore amicitia dicitur, quod est meritorium, non autem de amore concupiscentia: sed per nullam virtutem potest se quis habere ad Deum, ut ad amicum, nisi per charitatem, ideo per ipsam solam meremur per se. Per actus vero aliarum virtutum meremur in quantum a charitate imperantur, quæ est secundum se meritoria, & ideo præceptum de charitate est maius omnibus, quia solum illud est de actu per se meritorio.

C Secundo est hoc, quia in isto præcepto non solum ponitur substantia actus, scilicet diligere, sed etiam determinationes quadam quæ faciunt augmentum, scilicet ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente. Tales autem determinationes non ponuntur in aliquo alio præcepto, ideo istud habet specialem magnitudinem.

Quare potius in isto præcepto ponuntur istæ determinationes, scilicet, ex tota anima &c. quàm in alio. Quæst. CCLXXIII.

D QVAERETVR circa hoc cum in isto præcepto dilectionis Dei ponantur istæ determinationes, scilicet ex toto corde &c. & non in aliquo alio, quare potius in isto quam in alijs.

E Dicendum, quod virtutum quadam habent solum actum interiore, quadam vero interiore, & exteriori, quæ autem habent actum exteriori semper consistunt in determinatione quadam secundum qualitatem, & non est bonum in eis agere ex toto conatu. Sic est de liberalitate, fortitudine, magnificentia, temperantia. Nam dare aliquid est bonum, & tamen non est magis dare semper melius dare: non enim esset liberalitas, sed prodigalitas. Sic etiam omnia aggregandi, & oia sustinere non est fortitudo, sed audacia, vel impaudivitas. In virtutibus autem, quæ habent solum actum interiore, potest esse bonum agere ex toto conatu: & tamen non contingit adhuc in oibus. Nam fides non solum est in actu assentiendi veris reuelatis, sed consistit fides in rebus certis, quas credi oportet, & non plures, quia omnia credere vitium est, sicut nil credere, sed determinata sunt, quæ credenda sunt. De spe eadem ratio est, quamuis actus eius sit solum interior, quia non sunt omnia speranda, sed determinata. In charitate autem secus est, quia actus eius est diligere, & quanto maior fuerit melior est. Et hoc est ex tota anima, & ex toto corde &c. id est quantum quis potuerit. Dicunt autem quidam, quod est speciale in charitate, quod circa actum eius non sit tenendus aliquis modus, quia ipsa est nobilior alijs virtutibus. Sed dicendum, quod non stat, quia competeret charitati pro omnibus actibus suis, sed non est verum, quia proximus ex charitate diligitur, & tñ non diligitur ex tota mente, & tota anima &c. quia aliquis modus diligendi proximum propter excessum esset peccatum. Ita dicit Aristot. 7. Ethic. quod licet amare parentes, & filios sit de bonis, & pulchris, tñ excessum habet, sicut Niobe ita amabat filios, quod repugnabat ad Deos. Et Satyrus Philopator ita patrem diligebat, quod videbatur desipere. Sed dicendum, quod hoc accidit propter conditionem obiecti diligibilis. scilicet quia Deus diligitur, qui tam bonus, & diligibilis est, quod nemo eum diligit potest quantum ipse est diligibilis.

R proxi-

proximus autem habet bonitatem finitam: & ideo non est diligibilis per omnem modum: & ita in præcepto dilectionis Dei dixit scriptura, qd diligeretur ex toto corde, &c. In præcepto autem dilectionis proximi non dixit ex toto corde, sed solum sicut teipsum.

Quomodo est verum, quod hoc sit primum mandatum in lege. Quest. CCLXXV.

Quæretur cum dicatur hic, qd diligere Deum, &c. sit primum mandatum, quomodo est verum. Aliqui dicunt, quod istud sit primum præceptum Decalogi, sicut non habebis Deos alienos coram me. Qd ad Deum pertinet, & ita est primum mandatum.

Sed dicendum, qd non stat, quia diversa præcepta sunt. Primum patet, quia istud est affirmatiuum. Diliges Dominum Deum: illud negatiuum. Non habebis Deos alienos.

Secundo, quia vni pertinet ad charitatem. Diliges: quia diligere est actus charitatis: aliud est præceptum fidei. Non habebis Deos alienos, quia habere Deos alienos non est habere statuas in domo vel templo, sed credere, qd illi sunt dii ultra Deum quem asserimus. Vel ille, qui a nobis asseritur non sit Deus, sed alius præter ipsum. Credere autem est actus fidei, ideo non sunt ambo idem præceptum.

Tertio, quia in illo præcepto. Non habebis Deos alienos, non ponuntur istæ determinationes, quæ snt in isto, scilicet, ex toto corde, &c.

Quarto, quia Moyses posuit ista tanquam distincta. Nam Deute. 5. c. posuit in principio Decalogi illud. Non habebis Deos alienos. Et postea Deut. 6. finito Decalogo ponitur verba Moysi, & ibi ponitur. Diliges Dominum &c. ergo non snt idem præceptum, & ita non est istud primum præceptum Decalogi: immo non est de Decalogo.

Aliter ergo dici potest, scilicet quod istud est primum præceptum non quidem Decalogi, sed legis Moysi. Pro quo sciendum, qd duplex est lex data Iudeis a Deo, quædam est, quæ data est in monte Sinai: alia est, quæ data est in terra Moab. Sic dicitur Deut. 29. c. f. Hæc sunt verba foederis, quod præcepit Dominus Moysi, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab: præter illud foedus, quod pepigit cum eis in Horeb. Et ita fuit duplex fœdus, vel lex duplex, & illud quod factum est, in Horeb scriptum fuit in Exodo. Leui. & Num. quod vero factum est in terra Moab, scriptum est in Deut. vt patet Deut. 2. & 29. c. & ideo vocatur ille liber Deuteronomium, id est noua lex, vel secunda lex, & Hebrei vocant illum Bisine. id est secundam legem, & illa vocatur lex Moysi proprie, quia illa tota data est per Moysen: licet ille a Deo accepit. Prima autem non vocatur ita specialiter lex Moysi, quia aliquid quod in ea est datum est per Deum, scilicet per Angelos loquentes ex parte Dei, vt Decalogus Exo. 20. c. & ideo illud, quod fuerit primum præceptum in Deut. vocatur simpliciter primum præceptum: sed istud. Diliges Dominum Deum tuum, est primum in Deut. & non ponuntur aliqua præcepta ante Deut. 5. c. vbi ponitur Decalogus, & repetitur ibi, quia iam fuerat positus Exo. 20. c. & non pertinet Decalogus ad Deuterio. ideo prima præcepta Deut. sunt illa, quæ ponuntur ibi statim post Decalogum, & ista sunt, quæ habentur Deuter. 6. c. & primum illorum est. Diliges, &c. ergo illud est primum præceptum legis Moysi simpliciter. Et patet hoc, quia Deut. 6. c. in principio dicitur. Hæc sunt præcepta, & cerimoniarum, atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vester, vt docerem vos, & faceretis ea in terra, ad quam transgredimini possidendam. Et sic innuit ibi esse principium totius legis. Et statim primum præceptum est. Diliges &c. ideo poterat hic dicere Christus, qd erat

primum præceptum legis istud, scilicet diliges, &c. Secundo potest dici, & melius, qd vocatur primum non præcessionem, licet dignitate, & iste est verus sensus. Et patet primo, quia si de præcessionem in ordine scripturæ quæreretur nulla causa dubitandi esset, quia per seipsum poterat videre, qd erat primum in ordine. Secundo, quia dato, qd hoc esset dubium, nulla erat causa querendi, quia non fieret questio aliqua sine vtilitate, & tñ nulla vtilitas erat scire qd erat primum mandatum in ordine scripturæ: ideo non quaesitum est hoc, neq; respondit Christus de hoc.

Tertio, quia apparet manifeste, qd non ponatur primum pro præcessionem in ordine scripturæ sed pro dignitate, quia dixit Phariseus quæres, qd est magnū mandatum in lege. Et vbi dicitur hic, magnū, dicit Mar. 12. c. qd est primum mandatum. Etia quia Christus non dixit solum hoc est primum mandatum, & ait hoc est primum, & maximum, et ita illa primitas determinatur per maximum. scilicet sit primitas dignitatis, & ita fuit declaratum supra. q. 274. Quarto, & efficacius patet, quia sicut dicitur hoc est maximum, & primum mandatum, ita subditur statim. Secundum autem simile est huic, & ideo ita vocatur primum illud diliges Dominum sicut vocatur secundum illud. Diliges proximum, & tamen istud non vocatur secundum in ordine scripturæ, quia non ponitur iuxta illud diliges Dominum Deum, &c. vt patet Deut. 6. c. ergo vocatur secundum, alio modo. scilicet dignitate, & ita vocabitur primum, & non in ordine scripturæ istud. Diliges Deum.

Quomodo diliges proximum tuum est secundum præceptum legis Moysi, & vbi habetur. Questio. CCLXXVI.

Quæretur cum dicatur hic, quod secundum præceptum est diliges proximum tuum, quomodo Christus dixit esse præceptum legis, & vbi habeatur. Dicendum, qd istud non est aliqd determinatum, præceptum, quod ponatur expressè in lege veteri sicut ponuntur alia præcepta, sed est vnum præceptum, quod inuenitur ibi virtualiter, licet non literaliter. Vnde non est illud præceptum quasi pars legis, sed continens totam legem, sicut dicitur ad Ro. 13. qd omne præceptum legis in hoc verbo instauratur. Diliges proximum, &c. & ad Gala. 3. c. f. qui proximum diligit legem impleuit. Dixit igitur illud Christum præceptum legis. Continens in se omnia præcepta legis, vel quasi. Et ob hoc non possunt vocari ista duo præcepta dilectionis duo præcepta legis, quia ambo continent totam legem, licet non essent determinate præcepta illius, cum nihil sit in tota lege, quod non reducatur ad ista, vt infra dicitur. Et ideo aliter sunt ista duo præcepta legis, & aliter illa. Non habebis Deos alienos & illud: Non occides: Non mechaaberis. Quia ista sunt scripta, & pars legis, illa verò non sunt in lege, sed legem continent, & tamen in hoc præcepto. Diliges Dominum Deum tuum, fuit speciale. scilicet quia illud continet multa præcepta legis, & ipsum est ponitur determinate in lege, sed continet multa vt dictum est, & tamen etia si illud. Diliges Dominum Deum non poneretur in lege adhuc vocaretur præceptum legis. id est legem continens, & primum, & magnum vocaretur propter causas dictas.

Dicendum tamen est, quod licet non continetur præceptum istud secundum hanc literam alicubi in veteri lege, tamen Leui. 19. c. habetur quantum ad sententiam, quia dicit diliges amicum tuum sicut teipsum. amicus autem, & proximus interdum pro eodem accipiuntur, & eo. c. dicitur. Si habitauerit advena in terra vestra, ne exproberis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipsos.

Quomodo

Quomodo hoc præceptum de dilectione proximi vocatur secundum præceptum. Quest. CCLXXVII.

Quæretur quomodo istud præceptum de dilectione proximi vocatur secundum præceptum.

Dicendum, quod non potest accipi secundum in ordine scripturæ, vbi ponitur illud. Diliges Dominum Deum tuum, sed alia ponuntur, vt illud Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruis, & per nomen eius iurabis.

Est ergo dicendum, quod vocatur secundum in dignitate, id est, quod post illud de dilectione Dei, non est aliud maius, neq; æquale huic scilicet diliges proximum tuum.

Et hoc patet primo, quia charitas est virtus excellentior alijs, & actus suus est melior actibus aliarum virtutum. Sunt autem omnia præcepta legis de actibus omnium virtutum, quia lex præcepit actum omnium virtutum. 5. Ethic. c. 1. ergo cum charitas sit excellentior alijs necesse est, qd præcepta pertinentia ad actus charitatis sint maiora præceptis alijs: sed charitas habet duos actus. Diligere Deum, & proximum, ideo sunt duo præcepta dilectionis. Præceptum de diligendo Deum est simpliciter excellentius omnibus præceptis, ideo præceptum de diligendo proximum erit excellentius omnibus alijs, quia nulla alia sunt præcepta de actibus charitatis, & ita vocatur istud secundum præceptum.

Secundo, quia vt dictum est præcedenti qd præceptum de diligendo proximum non est vt vnum de præceptis positum in lege, sed colligens in se quasi totam legem. Nam quid est in lege dirigit hominē in actibus suis, & hoc aut circa Deum, aut circa proximum: omnia quæ ad Deum dirigit comprehenduntur sub illo præcepto. Diliges Dominum Deum: omnia verò, quæ ad proximum sub hoc præcepto. Diliges proximum tuum: ergo non potest comparari istud præceptum ad aliqd de illis, quæ sunt ad proximum: quia omnia sunt, vt pars huius, & pars non connumeratur contra totum: sed solum comparabit ad illud. Diliges Dominum Deum tuum, vel ad ea, quæ sub illo includuntur, & sunt determinationes illius, vel modi se habendi ad Deum. Si compararetur ad illud de dilectione Dei est minus illo, & respectu eius vocatur secundum. scilicet quia nullū aliud intercedit: si comparat ad alia est maius illis, vt dicit Mar. 12. c. diligere proximum sicut seipsum maius est omnibus holocaustis, & sacrificijs, & ita diligere proximum est minus primo. scilicet dilectione Dei, & est maius omnibus alijs: ergo est secundum, & ita Christus vocauit illud secundum.

Quare dicitur, quod secundum simile est huic, & quomodo est verum. Questio. CCLXXVIII.

Quæretur quare dicitur, quod secundum simile est huic, & quomodo est verum. Aliqui dicunt, qd est simile in dignitate, & merito, sicut dicit Hilarius, qd mandatum sequens primo est simile, significat idē esse officij, & meriti in vtroque.

Sed dicendum, qd non stat. Primum, quia ista præcepta non sunt æqualia. Nam diligere Deum maioris meriti est quā diligere proximum cum excellentior sit actus in se, & maioris obligationis est Deum quā proximum diligere: cum Deum diligamus propter se, proximum autem pro Deum.

Secundo, quia dicitur in litera de mandato dilectionis Dei, quod est maximum mandatum, & de dilectione proximi non dicitur, qd sit maximum mandatum.

Tertio, quia in mandato de dilectione Dei ponitur determinatio qualis non ponitur in mandato de dilectione proximi. scilicet ex toto corde, ex tota anima, & mē-

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

te: ergo maius est. Quarto, quia si istud esset illi æquale in merito non vocaretur secundum, quia secundum facit gradum, & ordinem, sed non vocatur hic secundum quantum ad ordinem scripturæ, vt dictum est præce. q. ergo vocatur secundum quantum ad dignitatem, & sic non est æquale in merito.

Cum autem Hilarius dicit, qd idem officij, & meriti est in vtroque. Dicendum, quod non intellexit de dilectione cuiuscūq; proximi: sed de dilectione Christi, qui est proximus noster, & est Deus, & ex hac parte dilectio, quia eum diligimus est eiusdem meriti, cū illa, qua diligimus Patrem, & Spiritum sanctum. Et patet quod ista intentio Hilarii, quia dicit. Neque enim aut Dei sine Christo, aut Christi sine Deo potest vtilis esse dilectio ad salutem.

Dicendum ergo, quod vocatur simile primo. scilicet in actu. Nam primum de dilectione est, & etiam secundum, & ista est intentio Christi, vt non putaretur illud præceptum esse alterius generis actus.

Secundo vocatur simile, vt aliqui volunt, quia non solum est idē actus, sed et quasi idē obiectum: quia qd diligit proximum propter Deum diligit, & quasi Deum diligit in ipso, sic dicit Chryso. qui hominē amat simili est sicut, qui Deum amat, quia imago Dei est homo, in quo Deus diligitur sicut rex in sua imagine honoratur. Alij autem volunt, qd est simile. qd se habent ista duo mandata per connexionem quādam, ita qd vnum, infert alterum, & infertur ab eo sicut dicit Theophylactus pp hoc dicit esse simile, quia hæc duo mandata alternatim sunt sibi cōsona, & reciproce conuertunt. Nam qui diligit Deum diligit, & facturā suā. Principale autem factorum eius est homo. Vnde qui diligit Deum, diligere debet omnes homines, qui vero diligit proximum, qui multoties dat causam scandali, multo magis debet Deum diligere, qui semper beneficia præstat.

Quid est dicere Diliges proximum tuum sicut teipsum & quare hoc Christus dixit. Questio. CCLXXIX.

Quæretur quid est dicere: diliges proximum tuum sicut teipsum, & quare hoc dicit Christus. Dicendum quod hoc positum fuit. Primo propter præcedens mandatum, nam in eo posita fuit determinatio vel modus amoris, quia non solum dictum est diliges Dominum Deum, sed etiam additum est ex toto corde, &c. ideo hic posita est alia determinatio scilicet, sicut teipsum.

Secundo fuit hoc ad tollendum. Nam dictum fuerat in præcedenti mandato diliges &c. hic autē dictum est secundum mandatum simile est huic, & ita putaret, qd diceret et diliges proximum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima. Vt ergo tolleretur iste error, posita fuit ista determinatio. Sicut teipsum.

Tertio fuit, quia et si poneretur solum mandatum de dilectione proximi, dēret poni ista additio, & hoc quia est actus virtutis, & omnis virtus ponit ordinem quēdā, & modum. cum cōtingat peccare per excessum & defectum, & ideo dilectio proximi debuit habere modificationem, & quia est præceptum generale, debuit esse generalis modificatio, & ista est sicut teipsum.

Cum autē quiritur, qd est dicere. Sicut teipsum. Dicendum, qd non intelligitur pro æqualitate, quia magis seipsum quisq; diligere debet qd proximum, sed pro similitudine, qd accipit in fine dilectionis, & in rebus, qd per dilectionem exhibetur. Finis. n. ad quē homo debet seipsum diligere est Deus. scilicet vt perueniat ad perfectā Dei participationem, quæ est fructus, & ideo ad illum finem debet quisque diligere proximum suum. scilicet vt perueniat ad illum finem. Etia debet ei velle eadem bona, qd sibiipsum. Vnde sicut qd sibi verum bonū vult vitā

Finis dilectionis hominis.

R 2 eternam

eternam vult: ita & qui diligit proximum debet ei velle vitam eternam. Cetera etiam bona tam virtutes quam fama & bona quæcunque fortunæ, sicut quisque illa vult pro se in quantum bona ipsi sunt: ita & velle debet ea proximo. Et hoc vere est diligere eum sicut seipsum. Vnde nil aliud fuit hoc, nisi dare quandam doctrinam de modo amandi: quia diceret aliquis: cum debeam diligere proximum, quomodo diligam? vel quid faciendo, ut diligam? Et respondetur, quod sicut te ipsum id est eadem vel similia bona, quæ tibi ipsi facis diligendo te, fac illi diligendo eum, & hoc est præceptum, quod Christus dedit. sup. 7. c. f. quæcunque vultis, ut faciant vobis homines hæc eadem vos facite illis, Et istam regulam amicorum, & dilectionis posuit Aristot. Ethic. scilicet. Amicabilia, quæ ad alterum venerunt ex amicabilibus, quæ ad seipsum, id est in hoc aliquis est amicus alterius, & operatur ad eum, sicut ad amicum, quando facit illi talia qualia sibi.

Quomodo accipitur lex, & propheta hic. Questio. CCLXXX.

QUÆRETUR cum dicatur, quod in his duobus mandatis pendet lex, & propheta quomodo accipitur lex, & propheta.

Dicendum quod accipitur lex multipliciter. Vno modo pro testamento, sicut dicimus legem veterem totum testamentum vetus, & sic lex dicit continentiam omnium librorum veteris testamenti, siue sint legales, siue sint prophetales, siue qualescunque.

Secundo modo accipitur lex strictius pro libris Moysi, quia lex præceptum nominat: ipse enim est, qui præcepta dedit Iudeis, & quia omnia, quæ Moyses scripsit, continentur in quinque libris, vocantur illi lex Moysi. Et ita accipiunt Iudei vocantes istos quinque libros Thora. i. legem, ut dicit Hiero. in prologo Galeato. Et isto modo accipitur communiter in sacra scriptura lex, ut Ioan. 1. c. lex per Moysen data est, & Io. 7. Moyses dedit vobis legem. Et tunc distinguitur lex contra alios libros scilicet contra prophetales, & sapientiales, agiographos, & apocryphos. Sic accepit Christus Luc. 24. scilicet. Neesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me.

Tertio accipitur lex strictissime pro ipsa lege, quæ totaliter data est a Moysese, & vocatur lex noua, siue secunda, & est Deuteronomium, Omnia enim præcepta tibi contra dedit Moyses Israelitis in terra Moab incipiendo a c. 6. vsque ad finem. Est enim ista lex distincta ab eo toto, quod habetur in quatuor libris præcedentibus. Et ideo dicitur esse aliud foedus. Deute. 29. Et hoc, quia in diversis locis data sunt hæc præcepta. Nam prima data sunt in Horeb, id est in monte Syna: alia vero in terra Moab. eo. c. De prophetis dicendum, quod non accipitur hic propheta pro viro, sed pro libro. Sicut dicitur Luc. 24. c. omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Et hic est dicit, quod pendet lex, & prophetæ. i. prophetalis scriptura.

Et tunc dicendum quod propheta. i. liber prophetalis accipitur dupliciter. Vno modo pro libro Propheta, id est in quo scriptæ sunt revelationes prophetiæ, alio modo pro libro, qui a propheta scriptus est, quidquid illud sit, quod continet. Primo modo vocantur libri prophetales, vel prophetæ libri quatuor prophetarum maiorum, id est Isaie, Ieremias, Danielis, Ezechielis, & liber duodecim prophetarum minorum. Accipiendo secundo modo vocantur libri prophetales Iosue, Iudicum, & libri Regum, licet non contineant prophetiam, sed historiam: eo quod a prophetis conscripti sunt. Et sic accipiuntur propheta a Iudeis in diuisione librorum suorum: sicut etiam accipit Hiero. in

prologo Galeato, ubi dicit esse octo libros prophetarum, & primus est Iosue, & secundus Iudicum. Sicut etiam accepit Christus Luc. 24. dicens. Neesse est impleri omnia, quæ scripta sunt de me in lege Moysi, & prophetis, & psalmis. Et sic Christus tetigit in generalibus libris, in quibus aliquid scriptum erat de eo, & tamen in libris Regum est aliquid de eo scriptum scilicet. 2. Regum 7. cap. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, quod non solum de Salomone, sed adhuc multo melius de Christo intelligitur ad Hebræos primo cap.

Nunc vero circa legem dicendum, quod aliter accipitur in verbis Christi, & aliter accipitur in verbis Pharisei querentis. Nam in verbis Christi debet accipi secundo modo, non enim potest accipi primo, neque tertio modo. Non primo, quia sic lex includit omnes libros, & non distingueretur lex contra prophetas, & tamen Christus distinxit hic, dicens, pendet lex, & propheta. Non potest accipi tertio modo, quia acciperetur pro solo Deutero. & tamē in alijs libris Moysi sunt multa præcepta, de quibus dubitare poterat an aliquod illorum esset primum, & maximum: ideo ne cessē est accipi de lege secundo modo, nam iste modus communior est accipiendi in scripturis.

De prophetis dicendum, quod accipiuntur secundo modo: nam præter libros revelationum adhuc in alijs libris, qui a prophetis scripti sunt continentur aliqua præcepta, & de omnibus illis poterat esse dubium & non solum isto modo, sed adhuc potest ampliari propheta, ut accipiat pro omnibus libris, qui non sunt legales, siue sint prophetales, siue agiographi. Nam etiam in agiographis, qui ad tertium ordinem librorum pertinent, ut dicit Hiero. in prologo Galeato continentur multa præcepta, de quibus poterat dubitari, an aliquod illorum esset maximum, & ita poterit etiam tertio modo accipi propheta, vel prophetalis liber.

An præceptum de dilectione Dei, & proximi sint duo præcepta, & quomodo dicuntur duo. Questio. CCLXXXI.

QUÆRETUR an ista sint duo præcepta, & quomodo dicuntur duo: nam vna charitas est, quæ diligitur Deus, & proximus, & vnus actus diligendi id est ad eandem speciem pertinet.

Dicendum quod duo præcepta sunt sicut hic dicitur. scilicet primum est. Diliges Dominum Deum, & c. Secundum est. Diliges proximum tuum. Etiam quia dicitur. In his duobus tota lex pendet, & propheta. Causa autem quare duo sunt, dicitur esse, quia duo sunt, quæ diliguntur scilicet Deus, & proximus, & non debuerunt eodem præcepto comprehendendi.

Sed obijciunt, quia tunc Angelus, & homo diuersa sunt, ergo de eorum dilectione deberent esse diuersa præcepta, sed non sunt.

Dicendum quod omnia, quæ diliguntur ex charitate est vna charitas, & dilectio est actus speciei eiusdem, & tamen non est vnus, & idem præceptum omnium, & hoc non propter diuersitatem diligibilium, sed propter diuersum modum diligendi. Nam diligimus proximum non propter se, sed propter Deum: ipsum autem Deum non diligimus propter alterum, sed propter se. Item diligendus est eo toto corde, & ex tota anima: proximus autem non: sed diligere debet eum quis sicut seipsum, & ideo non potuit esse idem modus, & sic non poterunt pertinere ad idem præceptum. Secunda ratio est, quia modi dilectionis Dei, & proximi debuerunt poni in præcepto sicut, & substantia actus, id si eadem modificatio esset virtutis effect

esset idem præceptum de vtroque, ut si esset diligendus proximus ex toto corde sicut Deus, vel si diligere deberet quis Deum solum sicut seipsum. Nam dicere tur tunc. Diliges Deum, & proximum ex toto corde, & tamen non potuit esse idem modus: ideo non potuit esse idem præceptum licet sit vna, & eadem virtus, cuius est vtraque dilectio, & etiam vtraque dilectio est eiusdem speciei, cum sit ab eodem habitu numero.

De homine autem, & Angelo licet differant specie, & genere, non debuit dari diuersum præceptum dilectionis, eo quod non est diuersus modus dilectionis, quia sicut diligimus hominem propter Deum, ita & Angelum propter Deum, & sicut diligo hominem sicut meipsum, ita Angelum sicut meipsum. Vnde, & Angeli proximi sunt, & nomine proximorum intelliguntur: ideo non debuit aliud præceptum esse de eis, & de hominibus.

Hoc dubium mouet Aug. 1. lib. de Doctr. Christiana. & Magister refert verba Aug. 3. Sen. di. 27. scilicet quod licet sit eadem charitas sunt duo præcepta propter duo dilecta, & ita dicitur gemina charitas, licet sit eadem. Sed magister magis aperiens hoc dicit, ideo esse duo præcepta, quia magis diligitur Deus quam proximus, & quia sunt duo motus, quibus Deus, & proximus diliguntur.

Sed dicendum, quod si accipiuntur duo motus, id est duo actus non est causa, ut sint duo præcepta: quia etiam diligendo tres homines sunt motus, quia sunt tres actus diligendi, & tamen non multiplicatur præcepta per hoc, ideo neque etiam ex actibus diligendi Deum, & proximum.

Item cum dicitur, quod ex hoc quod diligitur magis Deus quam proximus est aliud præceptum, non est causa conueniens, quare multiplicat præceptum. Nam etiam proximos non diligimus æqualiter, sed quosdam plus alijs, & hoc non per accidens quasi accidat diligi, cum vnus non sit maior alio, sed quibusdam determinate debitus est maior amor quam alijs, sicut pariter debemus diligere quam fratres, & cognatos magis quam extraneos: & tamen de omnibus his est idem præceptum dilectionis.

Sed dicendum, quod magister accepit magis, & minus non solum, ut dicuntur inæqualitatem in eadem quantitate, sed ut dicuntur diuersitatem speciei in modo scilicet, quia Deus propter se, & proximus propter Deum, Deus ex toto corde diligitur, proximus autem sicut nos ipsos diligimus: in proximis autem non est talis diuersitas, quia licet vnus plus quam alterum diligamus: omnes tamen diligimus propter Deum, & neminem propter se, & sic omnes diligimus eodem modo. Vnde pertinent ad idem præceptum.

Quomodo est verum quod in his duobus præceptis pendet lex, & propheta. Questio. CCLXXXII.

QUÆRETUR quomodo est verum, quod in his duobus præceptis pendet lex, & propheta. Aliqui dicunt, quod intelligitur, quod ex dilectione Dei, & proximi, quæ in his duobus præceptis ostenduntur, pendet intellectus legis, & prophetarum, id est, quod qui obseruat dilectionem Dei, & proximi accipit a Deo intellectum legis, & prophetarum librorum. Sic dicit Origines. Qui omnia impleuit, quæ scripta sunt de Dei dilectione, & proximo, dignus est maximas gratias a Deo percipere, ut intelligat omnem legem, & prophetas.

Sed dicendum, quod iste sensus est multum alienus. Primo, quia non dicitur hic de pendentia, quæ est quantum ad intelligere, sed de illa, quæ est quantum ad

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

ad continere, cum hic queratur de maiori parte præcepti, & dicitur est, quod est maius, & quod secundum. Nunc vero comparat ista duo præcepta ad totam legem, siue ad omnia alia præcepta. Secundo, quia non est hoc verum. scilicet diligenti Deum ex toto corde, & proximum sicut seipsum, detur intellectus totius legis, & prophetarum: multi enim sunt, qui Deum, & proximum diligunt. Omnes boni, & tamen non habent intellectum legis, & prophetarum.

Sed dicendum, quod est sensus, quod lex pendet, & propheta in his. i. quicquid continetur in lege tota, & in libris prophetalibus continetur in his duobus præceptis. Et hoc accipitur dupliciter: vno modo per modum finis. scilicet quia omnia, quæ sunt in lege, & prophetis sunt ad finem, quem ista duo præcepta dicunt. Ad diligendum Deum, & proximum. Sic dicit Aug. li. de quæstio. euan. Secundo modo intelligitur, quod in his pendet. i. in his intelligunt, & continentur. scilicet quod quicquid explicitè, & particulariter continent omnia, quæ sunt in lege, & prophetis, continent vniuersaliter, & implicite ista duo in q. 265.

Circa quod sciendum, quod ut dictum est sup. præcepta sunt triplicia. scilicet moralia, ceremonialia, & iudicialia. sed moralia sunt omnia præcepta, quæ continentur in generali oia, de quibus aliquid potest præcipi, ceremonialia autem, & iudicialia non sunt per se præcepta, sed determinationes quædam præceptorum moralium circa particularia, ipsa autem moralia, licet sint multa tamen ad Decalogum reducuntur omnia. Et ita dicimus Decalogum continere totam legem naturalem per hoc, quod omnia moralia reducuntur ad illud. Nam oia moralia sunt de iure naturali. Decalogus autem continet duplicia præcepta: quædam ad Deum pertinent. scilicet tria. Septem vero pertinent ad proximum, & quia vtraque sunt generalia habent determinationes, præceptorum autem, quæ ad Deum pertinent determinationes vocantur ceremonialia, determinationes autem præceptorum, quæ pertinent ad proximum vocantur iudicialia, & sic ad Decalogum reducuntur oia præcepta quæcunque sint, & quia tamen Decalogus habet decem præcepta, quæ sunt quasi decem conclusiones, licet multum generales, redditur adhuc Decalogus ad alia præcepta, quæ sunt simpliciter principia, quæ sunt simpliciora, & pauciora, & quæ licet Decalogus decem præcepta habeat de duabus rebus solum agit. scilicet de Deo, & proximo, dantur duo præcepta. Vnum de Deo, & alterum de proximo, & ad ista duo reducuntur oia præcepta Decalogi. Primum est de dilectione Dei, & ad illud reducuntur tria prima præcepta Decalogi. Nam qui verum Deum diligit non habet Deos alienos, per quos Deus verus offendatur, neque accipit nomen eius in vanum, neque infringit solemnitates ab ipso institutas in cultum suum. Secundum est de dilectione proximi, & ad illud reducuntur septem sequentia præcepta Decalogi. Nam qui proximum diligit, non infert ei aliquod malum de malis, quæ prohibentur in sex præceptis, & exhibet ei honorem debitum, qui continetur in vno præcepto eorum. Hoc ergo modo cum omnia præcepta cuiuscunque generis, quæ continentur in libris legis, & prophetarum, reducuntur ad Decalogum, & Decalogus reducatur ad ista duo præcepta, apparet quod lex, & propheta continentur in his duobus præceptis. Sic dicit Rabanus. Ad duo enim hæc præcepta pertinet Decalogus, præcepta quidem primæ tabule ad dilectionem Dei, præcepta secundæ ad dilectionem proximi.

Sed sciendum, quod cum dicitur, quod in his duobus præceptis dicitur pendere lex, & propheta, non quidem quantum ad omnia, quæ continentur in libris legalibus, & prophetalibus, quia ibi multa continentur, quæ ad puram historiam pertinent, ut patet in Genesi ubi nullum præceptum est, & tamen est liber legalis, & ita de libris

R 3 prophe.

prophetibus, qui multum de historia continet, sed intelligitur solum quantum ad precepta, scilicet quod omnia precepta, quae continentur in libris legalibus, & prophetalibus pendunt in his duobus: quia de nullo alio agitur in eis nisi de dilectione Dei, & proximi.

Aliter etiam potest intelligi scilicet quod omnia simpliciter, quae continentur in libris legalibus, & prophetalibus, non solum precepta, sed etiam historiae, & quaeunque alia continentur in his duobus preceptis: quae etiam si in eis nihil precipiatur, ordinant tamen hominem ad finem istorum preceptorum. i. ut bene se habeat ad Deum, & ad proximum. Sic dicitur ad Ro. 15. c. Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus, & tamē habere spem est bene se habere ad Deum ad quem est spes: ergo etiam historiae, & quaecunque contenta in libris prophetalibus, & legalibus reducuntur ad ista duo precepta.

Quomodo pendet lex, & propheta in his duobus mandatis, cum in vno tantum pendeat. *Quaestio. CCLXXXIII.*

QUAE RITUR quomodo est verum, quod pendet lex, & propheta in his duobus mandatis. Nam videtur, quod in vno tantum pendeat, & in mandato de dilectione proximi.

Et patet primo, quia sup. 7. c. dicitur, quaecunque vultis, ut faciant vobis homines, haec eadem facite illis, hoc est enim lex, & propheta.

Secundo quia, ad Ro. 13. c. dicitur, Omne mandatum in hoc verbo restauratur: diliges proximum tuum: ergo omnia mandata reducuntur ad vnum, & consequenter lex, & propheta.

Tertio quia, ad Ro. 13. c. dicitur, Qui proximum diligit legem implevit, sed lex dicit omnia precepta, ergo omnia precepta reducuntur ad preceptum de dilectione proximi, & non ad duo.

Dicendum quod utraque locutio potest concedi, scilicet quod in vno precepto pendet lex, & propheta; & quod in duobus pendet lex, & propheta, & tamen convenientius dicitur, quod pendet in duobus quam quod pendet in vno, & si debet dici quod pendet in vno non esset illud de dilectione proximi. Et patet hoc quia ad duo precepta directe reducuntur, scilicet septem precepta Decalogi cum omnibus iudicialibus ad preceptum de dilectione proximi: & tria prima precepta Decalogi cum omnibus ceremonialibus ad preceptum de dilectione Dei, sed vnum istorum non reducitur directe ad alterum. Et ratio est, quia non est idem modus utriusque. Nam diligere Deum est diligere ex toto corde, diligere proximum est diligere sicut seipsum, & non ex toto corde, & propter alterum, ideo accipiuntur ista tamquam duo prima, ad quae reducuntur omnia alia, si tamen deberet reduci vnum ad alterum, vel omnia ad vnum reducerentur ad preceptum de dilectione Dei, quia illud est simpliciter primum, & proximum non diligitur propter seipsum sed propter Deum, & ideo licet aliquando dicatur, quod tota lex est in dilectione proximi, vel pendet inde, non ita proprie dicitur sicut quod dicitur. In his duobus pendet lex, quia tamen ista duo sunt precepta dicitur aliquando tota lex esse in vno, & aliquando in alio, sicut dicit Aug. 8. li. de Trinitate. Cum autem sint duo precepta, in quibus pendet lex, & propheta dilectio Dei, & proximi: non immerito scriptura plerumque pro utroque ponit vnum, siue dilectionem Dei, sicut est illud: Scimus quoniam diligentes Deum omnia cooperantur in bonum, siue dilectionem proximi, sicut est illud: Omnis lex in vno sermone impletur, diliges proximum tuum.

Causa autem, quare in dilectione proximi est tota lex

est, quia includit dilectionem Dei, nam si possit separari dilectio proximi a dilectione Dei, non esset tota lex in dilectione proximi, sed non separatur, quia qui diligit proximum ex charitate diligit eum propter Deum, & non propter seipsum, neque propter aliam causam, sed qui diligit hominem propter Deum, magis diligit Deum quam hominem, & ideo diligendo proximum, diligimus Deum, & sic in dilectione proximi impletur lex, ut dicit Aug. 8. li. de Trinitate. Et ista est causa, quare dicitur, quod in dilectione proximi continetur tota lex vel impletur, & in dilectione Dei licet sit maius preceptum, & excellentior actus non dicitur, quod continetur tota lex scilicet, quia in dilectione Dei non continetur dilectio proximi sicut fit e contrario. Nam qui diligit proximum ex charitate, necesse est, ut diligat Deum cum diligat proximum, cum Deus non diligatur propter alterum, neque ordinetur ista dilectio ad aliquid.

Secunda causa est quare potius dicitur de dilectione proximi quam de dilectione Dei, scilicet, quia precepta, quae nos dirigunt in Deum sunt pauciora, quaeque in proximum dirigunt. Quod patet, nam in Decalogo tria sunt ad Deum, ad proximum vero septem. Et iudicialia, quae sunt ad proximum multo plura sunt quam ceremonialia, quae sunt ad Deum, ut patet ex multitudinem iurium humanorum, quae omnia ad proximum dirigunt. Qui autem facit quod plus est, maiorem partem rei, totam rem fecisse videtur, ideo qui proximum diligit, dicitur legem implere, non autem qui Deum diligit.

Tertia causa est, quia implere precepta, quae sunt ad proximum, videtur esse difficilius quam implere ea, quae ad Deum sunt, quia sunt pauciora, & etiam non sunt ex seipsis tam difficilia. Et sic qui potest animum suum subijcere ad faciendum omnia, quae pertinent ad proximum, nulla difficultas esse videtur quin faciat omnia, quae pertinent ad Deum, unde totam legem implese dicitur.

Ad primam auctoritatem dicendum, quod hoc est lex, & propheta non quod lex, & propheta solum iubeant facere ea, quae ad proximum sunt, quae etiam iubent ea, quae ad Deum, sed quia in dilectione proximi includitur dilectio Dei, ut dictum est, vel quia plura sunt mandata ad proximum quam ad Deum, & sic continentur quasi totam legem.

Ad secundum dicendum quod Apostolus solum loquitur ibi de mandatis, quae ad proximum pertinent. Et patet, quia hic dictum fuerat. Qui proximum diligit, legem implevit. Et sequitur. Non adulterabis. Non occides. Non furaberis. Non falsum testimonium dices. Non concupisces rem proximi tui. Et si quod aliud mandatum est in hoc verbo instauratur. Et tamen non posuerat exemplum nisi de mandatis proximi, ideo oportet elatusulam sequentem de solis mandatis proximi intelligi, & ita est sensus, quod omnia mandata, quae ad proximum sunt, implentur in dilectione proximi. Ad tertium dicendum, quod totam legem implevit, qui diligit proximum scilicet totam legem preceptorum pertinentium ad proximum, vel totam legem accipiendo eo modo, quo supra dictum est totam legem contineri in dilectione proximi.

An Deus possit amari a nobis per essentiam suam in via. *Quaestio. CCLXXXIII.*

NUNC vero ad istorum declarationem de charitate agendum erat cuius est dilectio Dei, & proximi: sed de charitate potest dupliciter agi, aut quantum ad se, aut quantum ad actum. Quantum ad se, & conditiones suas, & in comparatione ad alias virtutes

agetur. 1. Corint. 13. de charitate autem quantum ad actum suum, qui est diligere, est nunc agendum: eo quod hic agitur de dilectione Dei, & proximi, qui sunt duo actus charitatis, & primo de dilectione Dei. Circa quam quaeritur an Deus possit amari a nobis per essentiam suam in via.

Aliqui dicunt, quod non potest amari nisi per alia, & non per essentiam. Intellectus enim est velocior quam affectus, sicut dicit Augustinus. quod praecedit intellectus: aut sequitur parvus aut nullus affectus, sed intellectus noster in statu viae non potest immediate Deum videre, siue per essentiam: quia tunc esset hic beatitudo: ergo neque potest hic amari per essentiam.

Secundo, quia amor non potest esse de re non cognita sicut dicit Aristoteles. Ethico. quod nullus amare incipit specie non praedelectatus, sed nos in statu viae non videmus essentiam diuinam: ergo neque ipsam immediate per essentiam possumus amare.

Tertio, quia cognitio patriae excedit cognitionem viae, in quantum homo in patria videt Deum per essentiam immediate: in via autem non ita: ergo charitas patriae excedit charitatem viae, quia amor consequitur ad cognitionem, & ideo proportionaliter erit in eis excessus, sed si homo in via posset immediate Deum amare, non excederet charitas patriae charitatem viae: ergo non potest homo hic amare Deum immediate, siue per essentiam suam.

Quarto, quia ex hoc contingit, quod Deum in statu viae immediate videre non possumus: quia ex visibilibus deuenimus in cognitionem inuisibilium: sed similiter deuenimus ex amore visibilium in amorem inuisibilium. Unde Gregorius dicit in quadam homilia, Coelorum regnum rebus terrenis simile dicitur, ut per haec, quae animus nouit diligere, discat, & amare incognita. Et in praefatione dicitur. Ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc inuisibilium amorem rapiamur, ergo similiter in statu viae non diligimus Deum immediate.

Quinto, quia voluntas, quae est prima radix peccati, magis debuit corrumpi per peccatum quam alia potentia animae, cum tota corruptio quaecunque in illis fuerit, acciderit ex peccato, sed intellectus, qui minus corrumpi debuit non potest exercere actum suum immediate circa Deum scilicet intelligere per essentiam, ergo a fortiori voluntas non poterit hic Deum immediate amare.

Sexto, quia qui non potest in minus, non potest in maius, sed maius est amare Deum quam cognoscere, quia qui adharet Deo, vnus spiritus est cum eo. primo. Corint. sexto cap. est adhesio per amorem, adhesio autem per cognitionem non facit spiritum vnū, sed non potest homo in via immediate, id est per essentiam Deum cognoscere, ergo a fortiori non poterit per se, vel per essentiam eum amare.

Septimo, quia homo recedit, & separatur a Deo per peccatum ista. quinquagesimo nono, cap. iniquitates vestrae diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, sed peccatum magis est in voluntate quam in intellectu, ergo minus poterit homo Deum diligere immediate quam eum cognoscere.

Dicendum quod potest homo in via immediate Deum amare scilicet per essentiam, quia dicit Augustinus in li. confe. Va illis, qui diligunt nutus tuos pro te. Nutus autem Dei dicuntur participationes bonitatis eius in creatura, sed amare Deum non immediate est eum amare per nutus, vel propter nutus suos, ergo boni amant Deum hic immediate.

Secundo, quia cognitio enigmatica, quae est de Deo in via per finem ideo euacuatur in patria, ut dicitur, 1.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Corin. 13. c. quia Deum hic non per se, sed mediantibus creaturis cognoscimus, & tamen charitas, quae est in via nunquam excidet. eo. c. ergo non est mediantibus creaturis, & ita per eam diligimus Deum per se.

Tertio, quia sicut id, quod est medium cognoscens diest ratio cognitionis, ita quod est medium diligendi, est ratio dilectionis, sed ratio diligendi Deum in via non sunt creaturae, sed magis e contrario Deus est ratio diligendi creaturas, ex charitate ergo non diligimus hic Deum mediate, sed per se.

Considerandum autem, quod licet intellectus, & voluntas habeant cognitionem quandam, voluntas potest amare Deum immediate in via, intellectus autem non cognoscit Deum immediate, vel per essentiam in via. Ratio differentiae est, quia actus virtutis cognitivae perficitur in hoc, quod cognoscitur in cognoscente, actus autem virtutis appetitivae perficitur per hoc, quod appetitus inclinatur, & tendit in rem ipsam, & ideo oportet quod motus appetitivae virtutis sit in res secundum cognitionem earum. i. quod taliter, vel sub tali ratione ferat in eas, qualiter ipsas cognoscit, actus autem cognitivae virtutis erit secundum modum cognoscens. i. secundum quod veniunt res ad cognoscendum. Est autem in rebus talis ordo, quod Deus est propter seipsum, & per seipsum cognoscibilis, quia ipse essentialiter est ipsa veritas. Nam quia res cognoscitur in quantum vera, & verum, & ens conuertuntur, necesse est, quod quantum habuerit res de entitate tantum habeat de veritate, sed Deus est ipsa natura entitatis, quae ipse est esse simpliciter, necesse est, quod ipse sit natura vel essentia veritatis: ei ergo per seipsum, & primo modo petit esse cognoscibilis, & quia cum ipse sit natura entitatis est omnibus alijs causa essendi, necesse est, ut sit alijs causa cognoscibilitatis. s. vt vnunquodque tantum habeat de cognoscibilitate quantum communiscatur ei de veritate a primo vero, sed quia actus cognitivae virtutis sit secundum quod res cognoscibiles veniunt in virtute cognitivae, & quia non est idem ordo earum veniendi in intellectum, qui est in gradu cognoscibilitatis ipsarum, aliquid prius cognoscitur, quod est minus cognoscibile, & aliquid posterius cognoscitur, quod est magis, & prius cognoscibile, & ita contingit quod Deus, qui est primum cognoscibile, & per se sit vltimum, quod cognoscatur, quia vltimo venit in virtute cognitivam. Ratio autem huius est, quia in nobis sunt tres gradus virtutis cognitivae. s. sensus, imaginatio, & intellectus. Et vbi terminatur operatio vnus incipit operatio alterius, quia sunt ordinati isti gradus cognitionis, incipit autem cognitio nostra a sensu, & ideo sensus. i. sententia terminatur ad imaginationem, quae est motus factus a sensu secundum actus, & intellectus in termino imaginationis incipit, quia accipit phantasma pro obiecto, ut dicitur. 3. de anima, & ideo intellectus nil potest cognoscere, nisi quod prius fuerit in imaginatione, & non potest esse in imaginatione, nisi quod prius fuerit in sensu. Ex quo sequitur, quod illarum rerum, quae non habent phantasmata, non potest intellectus cognitionem accipere nisi ex rebus quarum sibi representantur phantasmata, unde in intellectu in statu viae in qua accipit a phantasmatis, non potest Deum immediate videre, sed oportet quod ex visibilibus in Deum veniat.

Ex quo apparet quod intellectus non solum in via non cognoscit Deum per essentiam vel immediate sed etiam maxime mediate. & remote, immediate, n. dicitur cognoscit id, quod non per aliud, sed per seipsum, siue per speciem suam cognoscitur. Et hoc est quod cognoscitur per sensum. Nam illud statim per speciem suam cognoscitur non intercedente alia re, quae sit medium, vel ratio cognitionis. Per essentiam autem cognoscitur illud, in

Tres gradus sunt in nobis virtutis cognitivae.

Quid sit per essentiam cognoscit.

R. 4. quo

quo idem est species, quæ est ratio cognoscendi, & obiectum, quod cognoscitur. Et dicitur cognosci per essentiam, ut distinguitur contra cognitionem, quæ est per speciem scilicet, quia essentia rei est ibi species per quam cognoscitur: & quod sic cognoscitur, non cognoscitur per sensum: quia in sensu non potest esse res, sed species vel intentio rei. Deus autem ab intellectu non capitur hic per essentiam: neque immediate, quia neque intellectus habet speciem Dei, per quam ipsum cognoscatur, quæ species immediate multiplicetur ab eo, neque etiam vnitur, vel applicatur intellectui, ut per essentiam intelligi possit. Etiam pater, quod maxime remote, vel mediate Deus cognoscatur hic ab intellectu: quia immediate cognoscitur, quæ sensu cognoscuntur in præsentia, eo quod primus gradus à quo incipit cognitio est sensus, sed nihil est magis separatum à sensu quam Deus: ideo nihil magis remotum est à cognitione, & ita licet Deus sit maxime cognoscibilis nihil est, quod posterius, & minus ab intellectu hic cognoscatur, sed licet non cognoscatur intellectus Deum immediate, cognitio eius terminatur in Deum, quia ex rebus creatis tandem peruenitur in Deum.

Circa dilectionem dicendum, quod sicut Deus est primum, & per se intelligibile, ita est primum, & per se diligibile. Nam dilectio est ad bonum: ens autem & bonum conuertuntur, & quantum habet quodlibet de entitate tantum habet de bonitate, sed Deus est ipsa natura entitatis, ergo est etiam natura bonitatis, & sic erit primum, & maxime & per se diligibile, & sicut à primo ente omnia habent esse: ita à primo bono habent omnia bona bonitatem: ideo ab illo habebunt cetera, quod sint diligibilia. Hoc autem habet voluntas per charitatem, quod sicut Deus est per se, & primo diligibilis: ita eum primo, & per se diligit. Et ratio differentia inter intellectum & voluntatem est, quia per appetere tendit voluntas in res, per intel ligere autem tendit res in intellectum: & quia voluntas est libera, & tendit in rem secundum determinationem præcedentem, si determinatum est esse illa primam, tendit in illam primo, & per se, & quia voluntas cognoscens Deum iudicat illum esse summe diligibilem, & propter eum diligenda esse cetera, tendit in eum ut primum diligibile, & in cetera propter ipsum: intellectus autem licet velit Deum prius, & per se intelligere non potest, quia non venit Deus prius in intellectum in statu viæ sed posterius, cum non veniat in sensu.

Ad primum dicendum, quod intellectus est velocior quam affectus in quantum intellectus præcedit semper effectum, & tamē non sequitur, quod magis pertingat ad rem intellectus in cognoscendo quam affectus in amando: quia affectus magis penetrat in tima rei quam intellectus: neque est difficile nimis aliquid amare, & tamen est difficile aliquid minus intel ligere, quia vnum est voluntarium, aliud non, sed pendens ex magnitudine luminis intellectus, & conditio ne rei intelligibilis.

Ad secundum dicendum quod ad amorem semper præcedit cognitio, quia incognita amari non possunt, & tamen non est necesse, quod idem sit ordo in amore, qui est in cognitione, & ita licet aliquid cognoscatur per aliud, siue per multa media non oportet, quod ametur per multa alia: sed statim ut aliquid cognitum est potest amari: & sic non præcedit amor alterius rei, quæ deducatur ad istam: licet præcedat multiplex cognitio, per quam deuentum est ad istum amorem, & ita Deus licet non cognoscatur immediate, & per essentiam a nobis in via, amatur immediate, licet non dicamus conuenienter, quod sicut contingit Deum co-

gnosci immediate, & per essentiam saltem in patria, quod ita hic contingat amari per essentiam: sed dicimus quod amatur immediate. id est nil ante ipsum amatur, quod deducatur in amorē eius: sed ipse potius à nobis amatus præstat causam, ut alia propter ipsum amemus. Dicit autem per essentiam conuenit ad cognitionē. si quoniam non cognoscitur per speciem: sed ipsa natura Dei est medium, vel ratio cognitionis: nisi largē dicamus, quod amatur Deus à nobis immediate, & per essentiam id est ipsum amamus, & propter se ipsum, & ratio amandi non est aliquid quod sit eius sed ipsemet.

Ad tertium dicendum quod maior erit charitas patriæ quam charitas viæ, & tamen sicut ibi Deus diligitur propter se, & immediate, ita & in via: quia ista maioritas dilectionis pertinet ad quandam intentionem, quæ non mutat ordinem, sed addit gradū dilectionis, & causatur ista intentio ex cognitione. Nam quantomagis aliquid cognoscitur esse bonū, tantomagis amatur præcipue si est bonum quod est finis, in quo nihil inuenitur, quod ostendat affectū, propter quod definat amare: sed in patria magis cognoscetur Deus quam in via, ideo magis amabitur: & sic non accideret ista diuersitas per hoc, quod pertinet ad intellectum, sed quia magis Deum cognoscimus in patria quam in via, eo quod in patria cognoscimus per essentiam in via autē per enigma, & ex hoc sequitur maior amor in patria quam in via: & tamen eiusdem rationis est amor patriæ, & viæ. scilicet hic amatur Deus propter se, & immediate, & in patria similiter, cognitio autem patriæ, & viæ non est eiusdem rationis, quia medium non est idem. scilicet essentia, & enigma.

Ad quartum dicendum, quod non est simile: nam per corporalia cognoscimus spiritualia, & inuisibilia, & tamen non diligimus inuisibilia per visibilia, vel propter illa: neque hoc dicit auctoritas, sed quod sicut ad cognitionem inuisibilium præcedit cognitio visibilium: ita ad amorem inuisibilium præcedit cognitio visibilium, quibus cognitis cognoscimus inuisibilia, & tunc illa amamus, & licet prius tempore diligatur visibilia a nobis, ut cibum, & potum, & omne delectabile, prius incepimus diligere quam Deum, quia prius ea cognouimus: & tamen non venimus in amorē Dei per amorem istorum, sed venimus per cognitionem istorum. Nam si quis cognosceret ista, & non diligeret, & per ea cognita cognosceret Deum, diligeret eum, & tamē si ista homo non cognosceret nisi quam Deum cognosceret, & ita quod prius diligamus visibilia quam Deum accidit ad amorem Dei: & tamen quod prius cognoscimus visibilia quam amemus Deum est quasi per se respectu modi cognitionis viæ, quia ista cognitio confert ad illum amorē, & tamen amor creaturarū. id est de creaturis non confert ad amorē de Deo.

Ad quintum dicendum, quod verum est, quod magis fuit corruptus, vel deprauatus affectus quam intellectus, & tamen licet deprauatus accidens ex peccato infirmas reddiderit potentias ad perfectionem actuum suorum, tamen conditionem, & naturam ipsarum non abstulit, sed naturale est intellectui, & omni virtuti cognitivæ, quod cognoscatur per hoc quod res mouentur ad intellectum, & efficiuntur in eo. Naturale autem est appetitui, quod amet per hoc quod tendit in res, & ex hoc sequitur, quod voluntas possit aliquid immediate, & per se amare, quod intellectus non potest immediate, & per se intelligere, ut declaratum est supra, ergo licet magis deprauata fuerit voluntas quam intellectus potest immediate amare Deum, quem intellectus non potest secundum conditionē viæ immediate cognoscere.

Ad sextum dici poterat vno modo, quod non est verum, quod dilectio Dei sit maior quam cognitio. Nam cognitio

gnitio est actus intellectus, qui est perfectior potentia quam voluntas cuius actus est diligere.

Potest tamen dici, quod in via est dilectio maior quam cognitio, quia dilectio est meritoria, cognitio autem non, & tamen non est difficilius actus amare propter se & immediate, quæ cognoscere immediate, & per se, sed potius est contrario, cum naturale sit voluntati sic posse facere, ut ostensum est supra. Intellectus autem secundum conditionem viæ, & naturæ humanæ non potest, ideo non est inconueniens, quod qui potest immediate amare Deum, non possit illum immediate cognoscere.

Ad septimum dicendum, quod verum est, quod solum peccatum elongat nos a Deo, & illud magis pertinet ad voluntatem quam ad intellectum, & ideo quandiu manet homo in peccato, difficilius est ei amare Deum immediate, & propter se secundum ordinem charitatis quam cognoscere eum immediate, & per essentiam, quia per miraculum potest manens in via cognoscere Deum per essentiam, sicut asseritur de Paulo, & Moysē, & tamen manens in peccato mortali non potest etiam per miraculum amare Deum immediate, & secundum ordinem charitatis, scilicet illum solum propter se, & cetera propter ipsum solū, sed quando voluntas est in charitate cessat peccatum, & elongatio à Deo, & ideo vnitur voluntas Deo immediate vinculo spirituali, quod non potest fieri per intellectum, in quo charitas non est, neque aliquid, quod in statu Dei immediate illum Deo coniungat.

An necesse sit Deum diligere propter se.
Quæst. CCLXXXV.

QUÆRETUR quia dictum est, quod Deus ex charitate diligitur, an necesse sit illum diligi propter se.

Aliqui dicunt, quod non, sed propter aliquid diligitur ex charitate: dicit enim Grego. in quadam homilia, quod ex his, quæ nouit animus, dicit incognita amare. Vocat autem incognita res diuinas inuisibiles, cognita autem ipsa sensibilia, ergo Deus propter sensibilia amatur.

Secundo, quia amor naturalis, & ex necessitate sequitur cognitionem, id est non potest præcedere iuxta illud ad Ro. i. inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur, ergo inuisibilia Dei amantur propter ea, quæ facta sunt.

Tertio quia spes gignit charitatem, ut dicit in Glo. Mat. i. timor etiam introducit charitatem, ut dicit Aug. super Io. ergo spes, & timor præcedunt ad charitatem, sed spes expectat aliquid habere à Deo, timor autem reingit aliquid, quod potest à Deo intelligi, ergo videtur, quod Deus sit amandus propter aliquid bonum, quod speramus, aut propter aliquid malum, quod timeamus, & ita non propter seipsum.

Dicendum, quod Deus propter seipsum diligendus est, & si diligeretur propter aliud, iam non diligeretur ex charitate, quia peruerteretur ordo. Nam, ut dicit Aug. lib. i. de doc. Christiana, frui est amore inherere alicui rei propter seipsum, sed Deo fruimur, & eo solo: ergo Deum propter seipsum diligere debemus, & quod plus est, quia eum solum propter seipsum amare debemus, cetera verò non propter seipsa, sed propter illum.

Sed sciendum, quod cum dicimus propter seipsum ly propter, importat habitudinem causæ, id est, quod ipse sit causa, & quia est quadruplex genus causæ, potest dicere ly propter, habitudinem cuiuslibet illarū, scilicet finalis, formalis efficiens, & materialis, licet propter

materiam simpliciter sumptam nihil est, sed reducitur dispositio materialis ad genus materiæ, & quando aliquid est propter materialem dispositionem, dicitur esse propter materiam, & in his oibus causis potest dici, quod vnum propter alterum diligitur. De finali, ut cum dicitur, quod diligitur medicinā propter sanitatem. De formali, ut diligitur hominē propter virtutem: non enim est ibi virtus causa finalis, quæ non diligitur eum, ut virtutem eius habeamus, quia habere non possumus, neque etiam, ut ille virtutē habeat, quia iam illam habet, sed diligitur eum propter virtutem, id est quia habet virtutem, quæ efficit eum diligendum, & illa inest ei formaliter. De efficiente, ut cum diligitur aliquem propter patrem suum, nam tunc non diligitur eum, nisi in quantum ab illo genitus est, & hoc ad efficiens pertinet. De dispositione autem materiali, quæ pertinet ad genus materiæ, sicut dicimus aliquid diligere propter id, quod nos disposuit ad illum diligendum, sicut amamus benefactorem propter beneficia si honeste amamus, non quod illa sit causa amandi sola, quia tunc essent in genere causa finalis, sed quia ex eo, quod aliquis benefecit mihi fuit mihi occasio ad diligendum eum, quem iam non diligo propter beneficia præstita, vel quæ præstat, sed propter virtutem, secundum quam illa præstitit, vel qua pollet.

De Deo autem dicendum, quod non diligitur eum propter aliud, sed propter se quantum ad primos tres modos causæ, sed quantum ad quartum dicimus eum diligitur propter aliud. Patet de primo, quia non diligitur Deus propter aliud tanquam propter finem, quia non ordinatur ipse ad aliud tanquam ad finem, sed ipse est finis vltimus omnium. Etiam de formali, non enim diligitur Deus propter aliud, quod ei formaliter inest, quod eum reddat diligibilem, quia res diligitur propter bonitatem. Bonitas autem Dei non est aliqua forma eius, vel accidens, aut pars, sed ipsa eius substantia, & essentia simplex, & inuisibilis, ideo non diligitur Deus propter aliud formaliter, sicut homo diligitur propter virtutem, quæ est forma eius, & non est ipsa eius substantia. Neque etiam Deus diligitur propter alterum in genere causæ efficientis, quia ipse non est ab alio, neque bonum, quod habet, aut partem eius suscepit ab alio.

De quarto modo dicendum, quod Deus diligitur propter aliud, & non propter se, quia aliquid fuit dispositio materialis nobis, ut ipsum diligere inciperemus, vel in dilectione proficeremus. Aliqui enim à principio Deum non incipient diligere, nisi quia ab eo recipiunt beneficia, & tamen postea corrigitur amor, & diligunt eum, quia talis est, ut amari propter se debeat, etiam si nulla beneficia præstaret, aut præstitisset. Etiam disponunt ad proficiendum in amore, quia licet Deum propter seipsum diligamus, quia talis est, tamē crescit in nobis amor, quia multa beneficia præstat, & ita multa disponunt nos materialiter ad diligendum Deum, sicut diligere incipiamus, vel ut in ea proficiamus, scilicet beneficia suscepta, præmia sperata, penæ, quas timeamus, & nos vitare intendimus. Et cum dicitur de dispositione materiali, debet ista accipi ex parte diligentis, scilicet quia ipsi efficitur dispositio materialis, non autem ex parte dilecti, quia tunc incideret in causam finalem, vel formalem.

Ad primum dicendum, quod Grego. cautē loquitur: non enim dixit, quod animus propter ista cognita amat incognita, quia sic significaretur causa, sed ex his amat illa, ut solum significetur ordo præcessionis, scilicet, quod prius nouit ista quam amet diuina, scilicet, quia amare non potest diuina, nisi illa cognouerit, cognoscere non potest, nisi cognouerit sensibilia, ideo

ideo ex his amat illa non tamen propter hæc. Alij dicunt, quod animus ex his, quæ nouit dicit amare incognita, non quod cognita sint ratio diligendi incognita per modum causæ formalis, vel finalis, vel efficientis, sed quia per hoc homo disponitur ad amandum incognita, ita vt reducat ad genus causæ materialis, scilicet, quod ista sit dispositio materialis, sicut beneficia præstita, sed melior est modus primus.

Ad secundum dicendum, quod Deus cognoscitur à nobis per alia, & ita potest concedi, quod per alia amatur, non quidem, quod alia amentur ad hoc, quod ipse ametur, sed quod oportet præcedere cognitionem aliorum ad hoc, quod ipse cognoscatur, & ametur.

Vnde dicendum, quod alia directe sunt causa ad cognoscendum Deum, sed non ad amandum: nam non possumus eum in via cognoscere, nisi alia præcognouerimus, & tamen eo cognito etiam si nihil aliud cognosceremus, neque amaremus, ipsum tamen amaremus, quod est propter se amare.

Ad tertium dicendum, quod spes, & timor præcedunt ad charitatem, & ita potest dici, quod amat quis Deum propter ea, quæ sperat, vel timet, non vt illa sint causa efficiens, formalis, vel finalis, sed quod sunt dispositio quadam materialis amantis, vt declaratum est.

An possimus, & debeamus Deum totaliter diligere. Quæst. CCLXXXVI.

Quæretur cum dicatur, quod diligamus Deum ex toto corde &c. an possimus, & debeamus Deum totaliter diligere.

Aliqui dicunt, quod non, quia ad dilectionem præcedit cognitio, & intantum res amatur in quantum cognoscitur, quod ergo non cognoscitur totaliter, non amatur totaliter, sed Deus non potest totaliter à nobis cognosci in via, quia non videtur per essentiam, neque etiam in patria totaliter cognoscitur, quia licet per essentiam cognoscatur non totaliter cognoscatur, quia hoc esset eum comprehendere, quod nemo facit, ergo etiam beati non poterunt totaliter Deum amare.

Secundo, quia diuina lux est infinita, & diuina bonitas, sed lux diuina ratione suæ infinitatis non potest comprehendi intellectu, vt totaliter videatur: ergo cum diuina bonitas sit aequaliter infinita non poterit comprehendi affectu, vt tota diligatur.

Tertio quia diligit Deus seipsum, & non plus quàm totaliter, si ergo aliqua creatura diligeret Deum totaliter, dilectio alicuius creaturæ posset adequari dilectioni Dei, quod falsum est: ergo nulla creatura potest Deum totaliter diligere.

Quarto, quia amor est vnio quadam, vt dicit Dionysius, 4. c. de diuinis nominibus, sed cor nostrum non potest totaliter Deo vniri, quia Deus est maior corde nostro, vt dicitur 1. Ioan. 3. c. ergo non potest totaliter amari.

Dicendum, quod Deus potest diligi totaliter, quia dicitur Deuteronomio 6. c. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & tota mente, & tota fortitudine, vel virtute. Et idem hic in litera, & Mar. 12. & Luc. 11. ergo potest totaliter diligi, quia aliis sit per accidens esset, & irrationabile istud mandatum, quod impossibilia iuberet.

Circa quod considerandum, quod ad dilectionem tria requiruntur, scilicet diligens, dilectio, & res dilecta, & quilibet horum respondet suus modus. Haberi enim res dilecta modum, quo est diligibilis, & diligens mo-

dum, quo est dilectus dilectionis: dilectionis autem modus attenditur in comparatione diligentis ad rem dilectam, quia dilectio medium est inter diligentem, & rem dilectam, & similiter sic circa visionem Dei eadem tria considerantur, scilicet videns, visio, & res visa, sed quia totaliter dicit modum potest accipi in quolibet istorum trium. Si enim dicat modum rei dilectæ & visæ, est dicendum, quod in patria Deus totaliter diligitur, licet non in via, & ita beati Deum totaliter vident, & totaliter diligunt. Nam essentiam Dei vident, & totam vident, & nil est de illa, quod non videant. Quod patet, quia essentiam Dei vident, cum Deum per essentiam videant, quia aliter non essent beati, sed essentia est simplex, & indiuisibilis: ergo necesse est, quod tota videatur cum partes non habeat vilo modo. Totam ergo essentiam diuinam videret quilibet beatus, & sicut ipsam essentiam diuinam vident, ita & modum, quo Deus est vident, quia ille non est alia res distincta à Deo, & consequenter totum illum vident, & sic beati totaliter vident Deum, quia totum, quod Deus est, vident. Similiter totam essentiam diuinam diligunt, quia Deum diligunt, & nihil de eo est, quod non diligant, & ideo totaliter Deum diligunt, quia totum quod Deus est, diligunt.

Accipiendo etiam secundum modum verum est, quod totaliter Deum vident, & diligunt, idest ex toto conatu vident, & diligunt nihil suæ potentie subtrahentes de visione, & de dilectione Dei, neque ab illa se distrahentes, aut in alio occupantes, sed ei ex toto potestate vacantes, & hoc est diligere ex toto corde, & potentia, & anima.

Accipiendo tertium modum dicendum, quod nemo potest diligere Deum totaliter, neque videre, quia modus visionis, & dilectionis est in comparatione videntis ad rem visam, & diligentis ad rem dilectam, & tunc totaliter videri aliquid est, quod tam perfecte videatur à vidente quam perfecte ipsum visibile est, & quod tam intense diligitur, quam intense diligibile est, & hoc modo Deus non potest ab aliqua creatura totaliter videri, neque totaliter diligi, quia Deus, sicut est infinitum ens, ita est infinitum verum, & infinitum bonum, & ideo infinite est intelligibilis, & quia visio fit per lumen, & lumen facit rem clare videri, vel cognosci. Differentia gradualis in videndo consistit in quadam claritate, scilicet quod aliquis clarius videt quam alius, & sic nemo tam clare videt Deum quantum est visibilis, quia in infinitum clare est visibilis, & nemo eum tam clare videt, quia nullius creaturæ actio est infinita. Sic etiam non potest Deus totaliter diligi, quia cum sit infinitum bonum, infinite est diligibilis. Nemo tamen infinite diligit: solus autem Deus diligit se tam feruenter, & intense, quantum sit diligibilis, & tam clare se videt, quantum sit visibilis, & sic solus se comprehendit videndo, & amando. Differentia autem est inter totalitatem, quæ se tenet ex parte diligibilis, & visibilis ad totalitatem, quæ se tenet ex parte visionis, & dilectionis. Nam prima totalitas dicitur absolute, secunda autem per comparationem, & ideo facit adæquationem actus, & obiecti, & ideo facile est primo modo diligere, & videre Deum totaliter, quia nil aliud est, nisi videre, & diligere totum Deum. Et ad hoc non facit aliquid inæqualitatis actuum. Nam per quamcumque visionem Deus totaliter videtur, & per quamlibet dilectionem totaliter diligitur, siue sit perfecta, siue imperfecta, quia non potest Deus videri, quin totus videatur, neque diligi, quia totus diligitur, & sic totaliter: quantum ad secundam totalitatem difficile est totaliter diligi, & videri, quia ad istam totalitatem debet adæquari visio rei visæ, & tunc differt inter visiones, & dilectiones, quia

Beati totaliter vident, & totaliter diligunt.

Deus in infinitum clare est visibilis.

quia licet nulla est, qua Deus totaliter videatur, & diligitur, tamen quanto aliqua est perfectior tanto magis accedit ad totalitatem.

Ad primum argumentum dicendum, quod est de totalitate tertio modo, quæ est dilectionis, & tali totalitate neque totaliter videtur Deus ab aliquo, neque totaliter diligitur, nisi à seipso, sed bene alijs duobus modis, & hoc neque in via, neque in patria.

Ad secundum dicendum, quod eodem modo procedit de tertia totalitate, cum dicat de comprehensione, quæ consistit in habitu dine visionis ad rem visam, & dilectionis ad rem dilectam, & ideo concedendum est, & ad alia duo eodem modo dicendum, quod de tertia totalitate procedunt.

An dilectio, qua Deum diligimus, habeat modum. Quæst. CCLXXXVII.

Quæretur, an dilectio, qua Deum diligimus, habeat modum.

Aliqui dicunt, quod sic, quia omne finitum habet mensuram, sed modus ex mensura causatur: ergo oportet, quod dilectio, qua Deum diligimus habeat modum.

Secundo, quia dicit Bernardus: charitas in sapientiam proficit, sed sapientia habet modum ad Rom. 12. cap. f. Non plus sapere, quam oportet: ergo dilectio habet modum.

Tertio omnis actus virtuosus est moderatus, quia quod immoderatum est vituperabile, & vitiosum, sed dilectio, qua Deum diligimus est actus præcipue virtutis: ergo habet modum.

Quarto quia actus omnium aliarum virtutum sunt meritorij ex charitate. si ergo charitas non haberet modum in suo actu, neque virtutes haberent modum, & tamen habent, ergo dilectio illum habet.

Quinto, quia ratio boni consistit in numero, specie, & ordine, vt dicit Augustinus, in lib. de Natura boni, sed dilectio Dei est optima in homine: ad Colo. 3. c. f. Super omnia charitatem habete: ergo dilectio Dei debet modum habere.

Sexto quia dicit Augustinus, lib. de Moribus ecclesie. Dic mihi, quæto te, quis sit diligendi modus: vereor enim ne plus inuise, quam oportet, inflammer de desiderio, & amore Domini mei: Frustra tamen quæreret modum, nisi esset aliquis diuinæ dilectionis modus: ergo modum habet.

Septimo, quia Augustinus, lib. super Gen. ad literam dicit: Modus est, quem vnique propria mensura præfixit, sed mensura voluntatis humana, & exterioris actionis est ratio: ergo sicut in exteriori effectu, vel opere charitatis, oportet habere modum à ratione præstitum iuxta id ad Ro. 12. c. rationale sit obsequium vestrum, ita in dilectione ista, quæ est interior actus erit modus.

Alij dicunt, quod dilectio Dei non habet modum, quia dicit Bernardus, quod modus diligendi Deum est diligeri sine modo. Secundo, quia dilectio mensuranda est secundum diligibile, diuina autem bonitas est infinita, & immensa: est ergo dilectio non habens mensuram. Dicendum, quod dilectio Dei non habet mensuram eo modo, quo nos dicimus mensurari aliquem actum. Nam sicut Augustinus dicit super Gen. ad literam. Modus importat quandam mensuram determinationem. Hæc autem mensura inuenitur tam in mensura quam in mensurato, aliter tamen, & aliter. In mensura enim inuenitur essentialiter, quia mensura secundum se ipsam est modificatiua, & determinatiua aliorum, quia in quantum talis est secundum quantitatem suam habet mensurare alia, in mensuratis autem in-

uenitur mensura secundum aliquid, & non secundum se, quia non habent modificationem in quantum quantitatem habent, aut tantam, vel tantam, sed in quantum mensuram attingunt, & ideo in mensura nil potest accipi immodificatum, sed res mensurata est immodificata, nisi mensuram attingat, idest ei adæquetur, siue deficiat, siue excedat. Sic etiam circa moralia: in omnibus siquidem appetibilibus, & agibilibus mensura est finis, idest per primum finem iudicatur quantum de eis accipere oporteat: oportet enim omnium, quæ agimus, & appetimus, propriam mensuram, & rationem ex fine accipere, vt dicitur 2. Phy. & ideo finis secundum se ipsum nunquam potest esse sine modo, cum ipse sit mensura aliorum, ea verò, quæ sunt ad finem, habent modum ex eo, quod sunt fini proportionata, & ideo, vt dicit philosophus 1. Polit. appetitus finis in omnibus actibus absque termino est, appetitus autem eorum, quæ sunt ad finem est aliquis terminus. Medicus enim cuius finis est sanare non imponit aliquem terminum sanitati, scilicet vt tantum velit sanare, & non plus, sed facit sanitatem quanto potest maiorem, & perfectiorem, medicina autem est medium, & huic imponit terminum. Non enim imponit de medicina tantum quantum potest, sed secundum proportionem ad sanitatem, quam intendit causare, quam quidem proportionem si medicina excesserit, vel ab ea defecerit, erit immoderata. Finis autem omnium actionum humanarum, & affectionum est dilectio Dei, per quam maxime attingimus vltimum finem, & ideo in dilectione non potest accipi modus taliter qualiter in re mensurata, scilicet vt contingat in ea accipere plus, & minus, sed taliter qualiter inuenit modum in mensura, in qua non potest inueniri minus, & plus, sed secundum quantitatem suam mensurat alia, & ideo quanto plus attingitur regula ab aliquo, tanto melius est, quia magis se conformat ei, & ita quanto plus aliquis diligit Deum melius est, & nunquam in diligendo est excessus, licet bene possit esse defectus, si quis non attingat regulam quantum conueniens est. Et hoc intelligendum est de actu diligendi, qui est elicitus à charitate, & est actus voluntatis, quia in isto nunquam potest esse excessus quanto ardenter, & feruenter quis Deum dilexerit, secus in actibus imperatis à charitate, quos ex dilectione Dei facimus, vt ieiunare, orare, pauperi subuenire, quia in his potest esse excessus, eo quod isti non sunt actus charitatis, neque ipsa Dei dilectio, sed actus aliarum virtutum, & à charitate regulati, & imperati, & ideo manet eis conditio virtutum à quibus sunt, qui sunt inter duo extrema, & ideo contingit in illis excedere. In ipsa autem dilectione Dei non contingit excedere propter causam iam dictam, & etiam, quia modus importat quandam mensurationem. Actus verò mensuratur ab eo, quod est ratio agendi, sicut miseria accipit quantitatem à quantitate miserie, quia illa consistit in subuentione faciendæ miserie, & quia miseria mouet ad subueniendum, illa est ratio agendi, & est mensura actus, quia non est plus miserendum, neque subueniendum quam miseria sit indigentis, immo non potest maior esse subuentione. Nam si ultra indigentiam, vel miseriam quis inopi, aut misero donet, non est illud iam misereri, aut subueniri, sed liberaliter erogare, vel magnifice. Causa autem diligendi Deum est diuina bonitas, quæ mensura est, actus verò tam diligendi quam quilibet alius actus creaturæ finitus est, cum ex finita potentia procedat, & ideo non potest adequari rationi diligendi, idest bonitati Dei, quæ infinita est, & ideo in dilectione Dei non ponit aliquis modus, ultra quem non liceat progredi, sed quantumcumque quis multum progrediatur, semper est citra mensuram,

Finis omnium actuum humanarum est dilectio Dei.

furam, id est non attingit ad quantitatem diuinæ bonitatis, ideo quanto plus dilexerit, tanto melius est. In dilectione autem proximi secus est, quia ratio diligendi proximum est bonitas eius mensura, vel imitationis cuiusdam ad Deum, sed tam bonitas quam imitatio illa sunt aliquid finitum, ideo non est diligendus proximus infinite, sed in certo termino, ultra quæ non licet transgredi, & ultra illum diligere excessus est. Sic enim dicit Arist. 7. Ethic. quod licet amor parentis sit de bonis, & pulchris, tamen contingit in eo excedere, sicut dicit de Niobe, quæ tam excessiuè amabat filios, quod propter illos repugnabat ad Deos, & de Satyro Philopatore, qui tam vehementer amabat patrem, & videbatur desipere.

Ad primum dicendum, quod tam actus diligendi nosmet ipsos quæ ceteri actus nostri finis sunt, & ideo modum quemdam habent, vsque ad quem pertingunt, id est, quod dilectio nostra est tanta, & non maior: non tamen habet terminum, vel modum, in quo sistere debeat, & quæ transgredi non liceat, sicut in alijs virtutibus, in quarum actibus accidit excedere, sicut despicere, ratio autem differentiarum inter eas, & dilectionem Dei posita est supra.

Ad secundum dicendum, quod non est simile de sapientia, & amore, quia in sapere contingit excessus, in amando autem Deum non contingit. Ratio differentiarum est, quia ut dictum fuit supra cognitio fit per motum rerum ad cognoscendum, scilicet sunt in eo, vel incipiunt esse in eo: appetere autem fit per motum appetitus in res extra, & quia cum moueatur res ad cognoscendam, & recipiantur in eo, recipiuntur secundum conditionem eius, & non secundum conditionem ipsarum, licet cognitio de illis sit vera secundum conformitatem cognitionis ad res cognititas, & non cognitionis ad cognoscendam, quantitas autem receptionis ipsarum rerum fit non secundum ipsarum magnitudinem, vel conditionem, sed secundum quantitatem capacitatis, & cognitionem recipientis, & ita in sapiendo aliquid de Deo est modus, vel mensura, quia non sapimus de eo quantum sciri potest, vel ipse se scibilis est, sed quantum nostra capacitas sufficit, & ideo quantumcumque quis de Deo sciret non esset excessus, sed laudabile, vel felicitas, sed quia quis vult de Deo plura sapere quam capax sit, est inordinatum, & occasio erroris. Et hoc est quod Apostolus vult, non plus sapere, id est non conari ad sapiendum ultra capacitatem nostram. In amore secus est, quia fit amor secundum motum amantis ad rem, & ideo quantitas amoris debet mensurari ex quantitate rei amate, & non ex amante, quia non recipitur amatum in amante, & ideo non est mensura aliqua in amando, sed quantum quis poterit, quia tamen elicitur actus a potentia finita, non potest esse infinitus, sed mensuram quandam habet, non quidem, quam non debeat excedere, sed quam non possit, ideo vocatur non magnitudo dilectionis, sicut desiderium magna sapientia de Deo.

Ad tertium dicendum, quod omne immoderatum est malum, & ideo dilectio Dei moderata est, id est modum habens, non tamen habet modum tale, qualem aliarum virtutum actus. Nam ibi constituitur terminus, ultra quem transgredi non licet, in dilectione autem non, & tamen quantumcumque sit vehemens, & feruens, atque intensa dilectio Dei, nunquam est immoderata, quia nunquam modum excedit in modo nunquam pertingit, quia modus, ultra quem non liceret transgredi est ad aequationem ad conditionem obiecti, sed hoc nunquam fit, quia obiectum est infinitum amabile, ideo nunquam est immoderata dilectio, licet possit esse immoderatus actus circa materiam aliarum virtutum.

Ad quartum dicendum, quod aliter est de charitate, aliter de dilectione Dei. Nam charitas est ad Deum, & ad proximum, in quantum verò est ad proximum modum habet, quia non licet diligi proximum ad quamcumque intentionem, ut dictum est. Etiam accipiendo charitatem, ut est ad Deum, habet duplices actus, scilicet caros, & imperatos, elicitus est dilectio, & de hac verum est, quod non habet modum, vel saltem nemo potest illum transgredi. Nam neque Deus potest eum transgredi, non potest se amare immoderatè, quia Deus propter infinitam bonitatem est infinite diligibilis, & ideo nunquam amatur immoderatè, nisi ametur plusquam infinite, sed Deus non potest amare se, neque aliquid aliud plusquam infinite, eo quod ipse non est plusquam infinitus: ergo nemo potest Deum diligere immoderate.

Et ideo accipiendo sic, dicendum quod charitas non habet modum, vel saltem non potest excedi, accipiendo autem actus imperatos dicendum, quod modum habet, quia illi actus non sunt proprie charitatis, sed aliarum virtutum, & ratione conditionum virtutum habent illi actus modum, & ideo generaliter loquendo potest dici, quod dilectio Dei, & charitas modum habet, sed ille est, quem non potest quis transgredi, ceteræ virtutes habent modum, quem potest quis transgredi, sed non licet, & quando dicimus, quod dilectio Dei non habet modum, est intelligendum, quod non habet modum, quem possimus transgredi.

Ad quintum dicendum, quod dilectio Dei, vel charitas modum habet, sed non, sicut alia virtutes, & id melius, & perfectius habet modum quam ille. Quod enim per se est potius, & maius est eo, quod est per aliquid, & ideo bonitas mensura, quæ secundum se habet modum, potius est quam bonitas mensurata, quæ habet modum per mensuram, & ideo charitas, quæ habet modum, ut mensura, & finis est prior alijs virtutibus, quæ habent modum, ut mensurate.

Ad sextum dicendum, quod Aug. quarebat ibi de modo dilectionis Dei, quasi esset taliter modus in ea, qualiter est in actibus aliarum virtutum, ubi contingit excedere, & ideo dixit: Verò ne plus, minusve oportet inflammar desiderio Domini mei. Et tamen statim respondendo subiunxit non esse sic in charitate, sicut in alijs virtutibus, sed ait, quod modus diligendi Dei est, ut ex toto corde diligatur, id est diligatur quantum potest diligi. Et hoc conuenit ad modum, qui conuenit mensuræ, in quo non contingit excedere.

Aliter potest dici, quod queritur modus in charitate quantum ad actus imperatos, & in illis bene est cauendum, ut teneatur modus: nam interdum quis inflammat desiderio Domini ieiunat, orat, aut facit aliquid plusquam conueniat, & ad hoc magna prudentia requiritur.

Ad septimum dicendum, quod oportet habere modum præstitum a ratione in actibus exterioribus charitatis, sed non in actu interiori.

Pro quo sciendum, quod in alijs virtutibus tam quantum actum interiorum, qui est electio quam etiam ad exteriorum, oportet tenere modum, quem non licet transgredi. Circa charitatem autem non est modus circa actum interiorum, quem transgredi possumus, est tamen modus circa actus exteriores. De exterioribus actibus aliarum virtutum manifestum est, quod contingit in eis excedere, ut in audendo, & timendo, & concupiscendo, & fugiendo delectabile. De interiori autem affectione, siue electione ratio est, quia ista est circa aliquod obiectum, & ideo debet mensurari ex illo, sed omne aliud obiectum præter Deum subiacet

indicio rationis, ideo affectus circa illud obiectum est mensuranda, & non debet transgredi terminum constitutum a ratione. Obiectum autem diuinæ dilectionis, scilicet Dei bonitas excedit iudicium rationis, ideo non potest ei poni modus, vel terminus a ratione, sed habet terminum ex natura obiecti, scilicet infinitatem, & ideo illum terminum, vel modum nemo potest transgredi, neque etiam pertingere. De exterioribus actibus charitatis alia ratio est, quia illi sunt actus aliarum virtutum, & a charitate solum imperantur, ideo secundum conditionem illarum virtutum habent modum. Item quia actus interior charitatis, id est dilectio habet rationem finis, quia vltimum bonum hominis consistit in hoc, quod anima Deo inhaereat iuxta illud Psalm. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum est. Exteriores autem actus sunt, sicut ad finem, in appetitu autem finis non datur terminus. Politi, in appetitu autem eorum, quæ ad finem, datur terminus, & ideo commentantur omnes isti actus secundum rationem, & charitatem.

An iste modus diligendi, quem Christus dedit, possit in via seruari. Quæst. CCLXXV III.

QVAERETUR cum Christus posuerit hic modum diligendi Deum, scilicet ex toto corde, ex tota anima, & in tota mente, an iste modus diligendi possit seruari in via.

Aliqui dicunt, quod sic, quia dicit Hiero. qui dicit aliquid Deum impossibile homini præcepisse anathema fit, sed hominibus existentibus in statu viae dedit Deus istud præceptum: ergo potest seruari, & hæreticum est dicere, quod non possit seruari.

Secundo, quia charitas est virtus magis necessaria quam alia, sed præcepta data de actibus aliarum virtutum possunt impleri: ergo, & præceptum datum de actu charitatis.

Tertio, quia omne præceptum legis ligat, cum lex a ligando dicitur, sed nullus potest dimittere id, ad quod obligatus est, quin peccet: si ergo lex aliquid præcipiat, quod obseruari non possit, lex obligaret nos directè ad peccandum, & ita esset lex mala.

Dicendum, quod accipiendo modum præcepti istius, ut iacet non potest obseruari in via, quia in via nemo potest sine peccato manere, nisi ex speciali privilegio. Io. 1. ca. si dixerimus, quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, sed cum quis peccat saltem venialiter, non diligit Deum ex toto corde: ergo præceptum illud non potest totaliter in via impleri. Secundo, quia non potest quis habere cor ad multa, sed dum Deum diligimus oportet, quod cor rebus temporalibus non apponamus: ergo non potest homo ex toto corde Deum diligere.

Considerandum autem circa hoc, quod cum dicitur ex toto corde hic &c. manet dubium, an ista totalitas amoris possit esse in via. Totum autem, & perfectum idem est, ut dicit Philosophus 3. Physic. ratio autem perfecti consistit in hoc, quod nihil ei desit.

Sed hoc dupliciter contingit: vno modo, quod nihil desit eorum, quæ naturæ est habere, siue potest habere, aut quod nihil desit eorum, quæ debet habere, sicut aliquis homo dicitur dupliciter habere perfectam quantitatem: vno modo, quod habeat tantam quantitatem, quantum possibile est esse in humana natura, sicut est forma gigantis.

Alio modo, quod habeat tantam quantitatem quantum requirit humana natura, licet non habeat tantam quantitatem quantum possibile est habere, ut quando venit ad magnitudinem gigantis, prima perfectio hominis est in statu gloriæ, quando homo

habebit totam perfectionem, quam possibile est habere in natura humana. Nam inuenitur ibi natura in suo esse perfectissima. Secunda perfectio est natura condita, scilicet Adam fuit ante peccatum. Nam tunc habuit totum, quod natura requirebat pro illo tempore, licet non haberet totum, quod poterat habere.

Nunc verò caret saepe vtraque perfectio, immo quasi semper, quia neque habet quis quantum habere potest, neque quantum habere debet. Quantum ad omnia in quibus attenditur humana perfectio secundum prædicta attenditur duplex totalitas in dilectione Dei, vna qua nihil deerit de his, quæ homo potest expendere in amore Dei, quin totum in dilectione eius ponat, & hoc est, quod nihil cogitemus vnquam, nisi de Deo, nihil velimus, & amemus, nisi ipsum, nihil agamus, nisi ad ipsum, & propter ipsum, & hoc modo non impletur, neque potest impleri præceptum istud in via, cum oporteat aliqua alia præter Deum considerare, & etiam affectus passionalis in aliquo impediatur. Sic dicit Magister. 3. Sen. dist. 27. f. Illud præceptum non penitus impletur in hac vita morali ab homine, sed ex parte non ex toto, quia ex parte dilectionis, sicut ex parte cognoscimus. & Aug. ait cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentie non omnino ex tota anima diligitur Deus. Caro enim non dicitur concupiscere, nisi quia carnalis anima concupiscit. Alia totalitas dilectionis est secundum quam totum illud, quod homo tenetur ponere in dilectione Dei, ponit nihil subtrahendo, & hæc totalitas ponitur in præcepto, & debet obseruari præceptum secundum hanc totalitatem, scilicet nihil omitat quis de his, quæ ponere tenetur in amore Dei. Differunt autem istæ duæ totalitates, quia prima ponit omne, quod potest impendi in amorem Dei, & excludit omne, quod obuiat amori Dei, & quomolibet illum intercipit, vel impedit, secunda perfectio ponit solum omne, quod requiritur ad amorem, & non omne, quod possibile est, & excludit omne, quod repugnat amori Dei, & non illud, quod ad tempus impedit, vel intercipit actum dilectionis. Nam semper exercere actum virtutis non est de necessitate salutis, neque est possibile in via, sed est eorum, qui sunt in statu beatitudinis, & hoc, quia perfectio beatitudinis est in operatione, perfectio autem virtutis est in habitu. Est autem de necessitate salutis nunquam agere contra virtutem, licet non requiratur semper operari secundum virtutem. In prima autem erit totalitas prima dilectionis, quia non solum non agemus ibi aliquid contra Dei dilectionem, sed etiam nunquam cessabimus ab actu diligendi, quia nihil erit, quod impediatur, vel intercipiatur illum actum.

Sic dicit Aug. cum autem veniet, quod perfectus est destruetur, quod ex parte est, ut iam ex parte non sit, sed ex toto: charitas iam non auferetur, sed augetur, & implebitur, in qua plenitudine illud præceptum charitatis implebitur. Diliges dominum &c. & tunc erit iustus sine peccato, quia nulla erit lex repugnans menti.

Sed obijciatur, cum istud præceptum non possit impleri in via, quare ponitur? Aliqui dicunt, quod non ponitur, ut impleatur hic, sed ut impleatur in patria.

Sed dicendum, quod non stat, quia tunc si non ponitur pro nunc non obligaret nunc, & consequenter istud præceptum non esset obligatorium. Est enim totum vnum præceptum de diligendo Deum, substantia autem actus est diligere, modus verò est ex toto corde, & ideo si non obligamur ad diligendum ex toto corde, neque obligamur ad diligendum, quia idem præceptum est, & ideo vel totaliter obligat, vel totaliter

totaliter non obligat, id est nullo modo. Secundo quia si pro nunc non poneretur præceptum, poneretur pro vita æterna, & tamen falsum est, quia tunc nulli præceptum ligat, neque manebimus sub præceptis, vel sub aliqua lege, quia tunc erimus in fine nostro: præcepta autem dirigunt quo tendendum est.

Dicendum ergo, quod istud præceptum ponitur solum pro presenti: pro futuro autem nullum præceptum erit. Sed in isto præcepto sunt duo, vnum ad, quod obligat, & aliud ostendit: obligat enim ad diligendum Deum, & ex tota anima, & corde & c. secundum totalitatem secundam, svt totum, quod tenemur expendere in amorem Dei expendamus, & nil contra amorem Dei faciamus. Ostendit autem aliam totalitatem.

Et istam dupliciter, vno modo pro futuro, scilicet in vita æterna ex toto corde diligemus, licet nunc non possimus quodam modo pro presenti, inuitat, & proponit nobis Deus istam dilectionem ex toto corde, vt licet non teneamur ad illam, nitamur autem quantum possumus, & ista est veritas. Ratio autem quare hoc fiat est ex conditione speciali huius obiecti diligibilis. In ceteris enim actibus virtutum determinatur aliquis modus, id est quantitas, vsque ad quam operari sit conueniens, ita ergo in charitate debuit fieri, & quia circa dilectionem Dei nullus modus est sufficiens, nisi ex toto corde, ideo debuit dici, quod ex toto corde diligemus, vt nemo putaret, quod satis diligebatur Deus si in minori aliqua quantitate diligeretur.

Secundo fuit, quia licet nemo in presenti diligere possit Deum ex toto corde, tamen si poneretur alius modus tolleretur occasio proficiendi in dilectione Dei. Nā non poterat dici, nisi quod diligemus Deum nihil facientes contra amorem eius, & hoc videtur consistere magis in priuatione, vel negatione, & non est magnum hoc facere. Et cum istud homo faceret non curaret tendere ad maiora, & sic in charitate parum homines proficerent. Fuit ergo conueniens dici ex toto corde, & ex tota anima, vt intra istam latitudinem, ad cuius terminum nemo pertingit alius alio magis curaret, & quilibet niteretur quantum posset, aut vellet, cum multum nitendo non posset errare. Sic dicit Aug. & Magister Sen. di. 27. f. Sed cur precipitur homini ista perfectio, cum in ista vita vitam eam habeat? & respondet. Quia non recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autē sciretur si nullis præceptis ostenderetur quasi dicat, nesciretur, & ideo conueniens fuit tale præceptum poni.

Ad primum dicendum, quod istud præceptum impletur in via quantum ad id, ad quod per id voluit nos Deus obligare, svt ex toto corde diligamus, id est nihil contra eius amorem faciamus, & tamen quantum ad totalitatem primam, scilicet, vt totum, quod potest expendi in amorem Dei expendamus non obligat, & ita non seruatur, neque potest seruari. Vnde proprie potest dici, quod istud præceptum totaliter impletur in via, quia non dicitur impleri præceptum, nisi in modo, in quo obligat, & tamen nullo alio modo obligat, nisi vt dictum est, ergo per essentiam modi impletur præceptum istud in via, sicut illa propositio est totaliter vera, quæ in omni modo significationis suæ est vera, & ita præceptum illud obseruatur totaliter, quod in omni modo, quo obligat obseruatur.

Ad secundum dicendum, quod sicut præcepta de alijs virtutibus possunt impleri, ita & præceptum de charitate. Nam id ad quod obligat præceptum seruatur, illud potest, & seruatur in via, ita facile, sicut præcepta aliarum virtutum, aliquid autem ponitur in præ-

cepto isto, quod vno modo intellectum non impletur, neque potest impleri, sed accipiendo totalitatem primam, & quantum ad illum sensum non est præceptum, sed magis obiectio, vel doctrina, & inuitatio quedam, quo tendere debeamus. Hoc autem non accidit in præceptis de actibus aliarum virtutum, & hoc contingit pro conditionem obiecti, & actus. Nā obiectum istud est in infinitum diligibile, ideo modus iste est aliquid, ad quod nos non possumus pertingere saltem nunc. Etiam quia actus aliarum virtutum sunt ad finem, actus vero diligendi Deum est finis, & ideo in eo non datur terminus, sed quantum plus possumus, in alijs autem datur terminus, & non agitur ex toto corde.

Ad tertium dicendum, quod istud præceptum de amando ex toto corde quantum ad illum sensum, in quo intelligitur esse præceptum, obligat, & impletur, in quantum vero non obligat non est præceptum, sed potius quedam inuitatio, & doctrina ad id, quod agere bonum est, & quod in patria faciemus.

An solus Deus sit ex charitate diligendus.
Quæst. CCLXXXI.

Quæst. CCLXXXI. cum dicamus Deum diligendum ex toto corde, qui est actus charitatis, an solus sit ex charitatis diligendus.

Aliqui dicunt, quod sic, quia ita sicut Deo debemus timorem, ita debemus amorem, Deut. 10. c. f. & nunc quid Dominus Deus petit, nisi vt timeas, & diligas Deum, sed alius est timor, quo timetur homo, qui dicitur humanus, & alius, quo timetur Deus, qui dicitur seruilis, vel filialis: ergo etiam erit alius amor, quo Deus diligitur, & alius, quo homo, sed Deus ex charitate diligitur: ergo nullum alium diligitur ex charitate.

Secundo, quia Aristo. dicit 8. Ethic. quod amari est honorari, sed alius est honor, qui debetur Deo, qui est latría, & alius qui debetur creatura, qui est dilectio: ergo alius est, amor quo diligitur Deus, & alius, quo diligitur proximus, sed Deus diligitur ex charitate: ergo non proximus.

Tertio quia spes gignitur ex charitate, vt dicit glo. in c. 1. sed spes ita habetur de Deo, quod increpantur, qui spem ponunt in homine, Iere. 17. c. scilicet maledictus homo, qui confidit in homine: ergo ita charitas se habebit ad Deum, quod non se extendet ad creaturam.

Dicendum, quod multa præter Deum diligitur ex charitate. Nam saltem proximus diligitur, sic dicit Christus hic. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Et 1. lo. 4. c. dicitur. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.

Circa quod considerandum, quod non est dubium quin proximum diligamus, & Deum, & tamen dubium esse poterat, an sicut diligendum Deum procedit ex habitu charitatis, ita dilectio proximi sit ex eodem habitu, vel ex habitu alio, & dicendum, quod ex eodem habitu numero charitatis, & ideo dicimus esse duo præcepta charitatis. Ratio huius est, quia habitus non diuersificatur, nisi ex hoc, quod variat speciem actus. Omnis enim actus eiusdem speciei pertinet ad eundem habitum. Cum autem species actus ex obiecto sumatur secundum formalem rationem obiecti: necesse est, quod idem specie sit actus, quo fertur agens in rationem obiecti, & quo fertur in obiectum sub tali ratione, sicut est eadem visio in specie, qua videtur lumen, & qua videtur color secundum rationem luminis. Ratio autem diligendi proximum Deus est, quia Deus propter seipsum diligitur, proximus autem propter

propter Deum in quantum ad Deum pertinet. Vnde manifestum est, quod idem actus specie est, quo diligit Deus, & quo diligitur proximus, & propter hoc habitus charitatis non solum se extendit ad dilectionem Dei, sed etiam ad dilectionem proximi.

Ad primum dicendum, quod tam timor quam amor se extendit ad Deum, & ad hominem, & aliquando est idem timor, quo Deum, & hominem timemus, & aliquando diuersus. De timore patet, quia aliquando timetur homo propter id, quod est sibi proprium, sicut timetur tyrannus propter crudelitatem, quia crudelitas est vitium, & est homini à seipso, & non à Deo & tunc vocatur timor humanus, & ita timemus illo timore hominem, quo non timemus Deum. Nemo enim diuinam crudelitatem timet, quia crudelitas nulla in eo est. Aliquando timetur homo propter id, quod habet a Deo, sicut propter potestatem occidendi, quam habet ex administratione publica ad vindictam malefactorum, & ista potestas est a Deo, vt dicitur ad Ro. 13. & 1. Pe. 2. & tunc timor, quo timemus hominem est idem specie cum timore, quo timemus Deum & erit iste filialis, vel seruilis. Et patet, quia etiam timemus Deum, quia habet potestatem nocendi, s. mittendi corpus, & animam in gehennam. Et istam causam timendi eum dixit Christus supra ro. ca. cum ergo eadem ratio timendi Deum sit, quæ est timendi hominem: manifestum est, quod timor idem in specie erit. De amare eodem modo est. Nam aliquando amamus hominem propter aliquid, quod est eius, vt cum quis amat hominem propter cupiditatem acquirendi aliquid ab eo, & tunc amor iste non est idem cum amore, quo Deum diligimus, & sic non pertinet ad charitatem, aliquando autem amatur homo propter id, quod est Dei in illo, id est, quod est ad imaginem Dei, & quia est capax eius, & tunc est idem amor in specie quo Deum diligimus, & hominem, sed Deum diligimus ex charitate, ergo proximum. Sed non est verum, quod quidam amatur propter id, quod est Dei in illo amatur ex charitate, sicut bruta, & inanimata non diligimus ex charitate, & tamen possumus illa diligere, quia à Deo creata sunt, & tamen ad charitatem ultra requiritur, quod sit ad imaginationem Dei, & possit in eo beatificari.

Ad secundum dicendum, quod non est simile de amore, & honore, quia licet non diuersificetur amor diuersificatur honor. Et ratio est, quia amor respicit bonum in communi, s. velle aliquid bonum homini: honor autem respicit bonum proprium honorati. Desertur enim honor alicui in testimonium propriæ virtutis, & ideo amor, quo diuersos diligimus non diuersificatur specie propter diuersam conditionem bonitatis diuersorum, & hoc est, quia non amantur propter illos gradus bonitatis, quos habent, neque vt illam bonitatem habeant, quia tunc non esset idem amor, quo diuersi isti amantur, sed amantur omnes isti, quia sunt ad imaginem Dei, & quia possunt frui Deo, vt illo fruuntur. Istud autem est vnum bonum commune in omnibus, ideo necesse est, quod amor quo isti diliguntur omnes secundum hanc eandem rationem sit idem specie, & ita est amor charitatis. De honore secus, quia honoramus diuersos homines secundum diuersa bona propria singulorum in singulis inuenta, & attendimus vnum bonum commune in omnibus, ideo diuersos gradus, & modos honoris eis impendimus, vt dicitur 9. Ethic. cap. 2. Et ita quia solus Deus excellentiam quandam habet quam nullus alius habet, est soli honorem latría impendimus, quem nulli alij tribuimus.

Ad tertium dicendum, quod de spe, & amore eadem ratio est: nam in Deo est spes ponenda, & non in

homine tanquam in principali actore salutis, vel cuiuslibet boni nostri quantumlibet parui, quia nullum bonum potest esse quantumlibet paruum, quod a solo homine nobis proueniat: sperare tamen in homine tanquam in adiutore ministeriali non est inconueniens, quia in quantum homines aliquid efficiunt, in quantum possunt alij in eis sperare, & tamen aliquid faciunt: immo Dei adiutores dicuntur 1. Corinth. 3. c. ergo aliqua spes potest in eis haberi, sed non principaliter, ita & homo amari potest, quia aliquid bonum in illo est, sed non principaliter quasi ponendo finem dilectionis in eo, sed propter Deum diligere potest in quantum bonum Dei participat, & in illum tendit, & sic idem amor est, quo amatur Deus, & proximus, s. charitatis.

An charitas, & cetera virtutes possint, aut debeant diligi ex charitate. Quæst. CCCX.

Quæst. CCCX. an charitas, & cetera virtutes possint, aut debeant diligi ex charitate.

Aliqui dicunt, quod non, quia ea, quæ sunt ex charitate diligenda, sub duobus præceptis charitatis includuntur, vt patet hic, & Mar. 12. & Luc. 11. c. Et tamen sub neutro illorum præceptorum continetur charitas, aut alia virtutes, quia virtus neque est Deus, neque proximus: ergo non diliguntur hæc ex charitate. Secundo, quia charitas est ad illa, quæ possunt participare beatitudinem, & tamen, neque charitas, neque aliqua virtus potest esse particeps beatitudinis, quia non sunt creaturae rationales: ergo non diliguntur ex charitate. Tertio quia charitas est quedam amicitia, sed nullus potest habere amicitiam ad charitatem, vel ad aliquod accidens, quia de ratione amicitia est redamare 8. Ethic. charitas tamen, & accidentia non possunt redamare, quia non sunt personæ, quibus competat actus: ergo non diliguntur ex charitate. Quarto quia si charitas diligatur ex charitate, oportet quod homo diligat charitatem propriam magis quam alienam, sicut potius diligit quis seipsum quam alium, & tamen si quis diligat charitatem suam ex charitate, oportet quod diligat ex alia charitate, & illa rursum ex charitate diligenda est, & sic ibitur in infinitum, quod est absurdum. Quinto quia illud quod propter nos tantum quærimus non diligimus ex charitate, quia charitas non quærit, quæ sua sunt 1. Cor. 13. id est ad charitatem non pertinet diligere ea, quæ sua sunt, id est quæ sunt propter eum cuius est, sed sunt propter alterum, s. qui possunt participare beatitudinem, sed charitatem, & virtutes propter nos tantum volumus, quia in seipsis non subsistunt, quia accidentia sunt. Vnde neque bonitatem habent, nisi secundum, quod in nobis sunt, ideo non sunt ex charitate diligenda.

Alij dicunt, quod charitas, & virtutes ex charitate diliguntur. Dicit enim August. 8. de Tri. qui diligit proximum consequens est, vt ipsam dilectionem diligat, sed proximus ex charitate diligitur: ergo & charitas atque virtutes diliguntur ex charitate. Secundo, quia propter vnumquodque tale, & illud magis, sed amicitia vera diligit amicum propter honestum: ergo magis diligit honestum, sed charitas, & virtutes sunt honestum quoddam: ergo ista magis debent ex charitate diligere quam habentes ea. Tertio quia actus primi, id est directi, & actus reflexi super eos ad eandem potentiam pertinent, quæ sunt eiusdem rationis, sicut intelligere aliquid intelligibile, & intelligere se integre, sed ad actus eiusdem rationis perficit idem habitus, siue virtus: ergo cum per charitatem diligatur proximus, quod pertinet ad actum directum, per charitatem diligatur dilectio, qua diligitur proximus, & ita charitas.

charitas. Quarto, quia ex charitate diligenda sunt illa, quæ ad beatitudinem referuntur, sed charitate, & virtutibus ad beatitudinem inducimur, & manent nobiscum in beatitudine: ergo ex charitate diliguntur. Quinto quia charitas est dilectio de fine ultimo, sed ultimus finis nostræ vitæ est beatitudo: ergo beatitudinem ex charitate diligere debemus, sed virtutes, & gratia, quando columantur transeunt in beatitudinem, id est efficiuntur beatitudo ipsa, quia nil aliud est gloria, nisi gratia consummata: ergo charitas, & virtutes ex charitate diliguntur. Dicendum, quod charitas, & virtutes aliquo modo amantur ex charitate, & aliquo modo non. Pro quo sciendum, quod charitas dicitur amorem, & addit aliquid, quia non est quilibet amor charitas, sed qualibet charitas est amor, ideo per amorem erit iudicium de charitate. Amari autem contingit aliquid dupliciter. Vno modo amore amicitia: sicut illud, cui bonum volumus, & quod sit, sicut hominẽ amicium diligimus. Alio modo amore concupiscentia, sicut amamus equum, vel vinũ, ut dicitur 8. Ethic. non ut equo, vel vino bonum sit, vel ut maneat, sed ut illa sint bona nostra. Et istud est magis concupiscere quã amare. Sic est de charitate: contingit enim dupliciter amari aliquid ex charitate. vno modo, sicut id, ad quod amicitia, quæ secundum charitatem est terminatur, & hoc modo neque charitas neque virtutes diliguntur ex charitate, quia non diligitur sic ex charitate, nisi id ad quod potest esse amicitia, amicitia autem non potest esse ad charitatem, aut virtutes, neque ad aliqua accidentia propter duo. Primo quia amicitia facit, ut homo velit amicum esse, & bona habere. 8. Ethic. accidentia autem non habent esse per se, neque bonitatem, sed eorum esse, & bene esse est eis in substantijs, vnde quod volumus virtutes, vel accidentia aliqua esse, hoc ad substantias refertur quas volumus sub illis accidentibus esse, vel bonum esse habere, & quantum ad hoc amare accidentia magis est amare ex concupiscentia quam ex amicitia, quia non volumus illis bonum esse, sed quod illa sint bona nostra, vel aliorum sicut equum, & vinum amamus, quorum amor solus concupiscentia est 8. Ethicorum. Secundo quia amicitia consistit in quadam societate, secundum quod amici seipos redamant, & eadem operantur, & conuersantur. Nam vna præcipua conditio amicorum est conuiuere, id est conuersari 8. & 9. Ethicorum. vnde amicitia non potest esse, nisi ad aliquid, quod sit natum agere, quia redamare, & conuersari est quadam reciproca actio, & quia agere non est accidentium, sed substantiarum, quia agere est ens, accidentia autem non sunt, sed insunt, ideo non potest esse amicitia ad virtutes, neque ad aliqua accidentia, & ita non possunt charitas, neque dilectio, neque virtutes diligi ex charitate quasi ad eas charitas terminetur. Alio modo potest dici aliquid diligi ex charitate, sicut id, ad quod terminatur amor, vel dilectio, quæ in charitate includit quamuis ad illud amicitia non sit, & talis amor ordinatur ad amorem alterius rei, quæ principaliter amatur, & talis amor dicitur amor concupiscentia: & sic dicitur amicus amare sanctitatem amici sui, & hoc modo quodam concupiscentia. Quod autem ista amemus manifestum est, quia in quantum sunt quadam bona volumus illa pro nobis, vel pro alijs, & hoc est ea amare. Etiam amamus ea amore concupiscentia, quia iste amor est ad ea, quæ non vult quis in se esse, sed pro alio esse, & tamen ista volumus pro nobis, vel pro alijs, ideo charitatem, & virtutes amamus amore concupiscentia. Etiam dicendum, quod amamus ea ex charitate. Nam ex charitate proximũ diligimus, & hoc in quantum ad beatitudinem peruenire potest: ergo necesse est, quod

ex charitate illi beatitudinem velimus, & quia ad beatitudinem sine charitate, & virtutibus nemo potest peruenire, necesse est, quod charitatẽ, & virtutes ex charitate diligamus, & eodem modo omnia bona quæcunque proximo prodesse possunt, ut perueniat, vel ut melius perueniat ad beatitudinem, oportet diligi ex charitate, quia sicut ex charitate volumus, quod ille perueniat ad beatitudinẽ, ita & volumus illa media, per quæ illuc peruenitur, neque est inconueniens diligere charitatem, aut dilectionem ex amore concupiscentia, quia non volumus illi bonum, sed volumus eam esse bonum nostrum. Ad primum dicendum, quod in duobus præceptis charitatis ponuntur omnia, quæ ex charitate diligenda sunt amore amicitia, quæ possunt redamare, & ista sunt solum Deus, & proximus, sic autem non diligitur charitas, neque virtutes, & ideo non exprimuntur in præceptis illis, ea verò, quæ diligitur ex charitate amore concupiscentia, nullo præcepto exprimuntur, sed sunt omnia illa bona, quæ volumus eis, quos ex charitate diligimus, quæ sunt tam ipsum bonum, quod est finis, id est beatitudo, quam etiã bona, quæ illuc aliquo modo perducunt, & quanto immediatius, & magis, & determinatius aliqua perducunt ad beatitudinem, tanto magis ex charitate illa volumus, & ideo magis ex charitate diligimus charitatem, & virtutes quæ cetera bona: diligere autem charitatem, & virtutes alterius non est illa diligere, sed velle, ut ille habeat, diligere autem propriam charitatem, & virtutes non est ad ipsa terminari amore, sed velle, quod ego charitatem, & virtutes habeam, & in me permaneant. Ad finem dicendum, quod nullam rem ex charitate diligimus tanquam terminum amoris, nisi eam, quæ potest participare beatitudinẽ, & illa amatur ex charitate, ut amicus, sic autem non amatur charitas, quia non potest participare beatitudinẽ, quia non est persona, sed quia illa est medium quoddam, sine quo ad beatitudinem non peruenitur, & actus eius manet in beatitudine, diligimus eam ex charitate, id est ex charitate volumus nobis ipsis, & alijs beatitudinẽ ipsam charitatem manere, vel acquiri si perdat, sine qua non est beatitudo. Ad tertium dicendum, quod procedit de amore amicitia, & sic neque amatur charitas ex charitate, neque aliquid accidens, quia non possunt redamare, sed solum concupiscentia amore ex charitate, ut dictum est. Ad quartum dicendum, quod si charitas amatur ex charitate, vel ut terminus, qui redamaret non posset eadem charitas per seipsam diligi, sed per aliam charitatem, sed non amatur, ut terminus: immo ut id, quod alteri volumus, & ideo non oportet esse alteram charitatem, sed per ipsam charitatẽ, quam quis habet, diligit ut ipsamet permaneat, vel redeat si aliquis perierit, & ita per eandem charitatem diligo Deum, & diligo me diligere Deum, id est volo sic diligere, sed aliud est de charitate, aliud de dilectione. Nam per eandem charitatem diligo ipsammet, & non per aliam, & tamen non diligo dilectionem per eandem dilectionem, sed per aliam. Ratio est, quia charitas est habitus, & omnis actus eiusdem speciei sunt ab eodem habitu, & tamen actus directi, & reflexi super eodẽ sunt eiusdem speciei, ideo pertinent ad eandem potentiam, & habitum, ergo sicut diligere Deum pertinet ad charitatem, ita velle me diligere Deum pertinet ad charitatem, & eadem ratione diligere me habere charitatem, per quam diligam, pertinet ad charitatem eandem: vnde per eandem ipsammet diligimus, & non oportet tendere in infinitum. De dilectione secus est, quia non diligo dilectionem per eandem dilectionem, sed per aliam, quia aliis idem numero esset actus directus, & reflexus, quod falsum est, quia non est inconueniens, quod vna dilectio per aliam diligatur, quia omnes dilectiones

ationes quotquot sint ab eadem charitate sunt, neque etiam est necesse ire in infinitum, quia licet diligam me diligere Deum, non oportet, quod illam secundum actum, qui est reflexus, iam diligam: & ita stabo ibi si volero.

Ad quintum dicendum, quod charitas non querit propter se ea, quæ amat, ut terminos, & in quibus est redamatio: sed amat illa ad seipsa: & tamen alia sunt, quæ non amantur ut termini, sed ut medium ad finem, & illa vult charitas ad alterum. Interdum propter seipsam, propter habentem eam, & interdum propter alterum, qui amatur amore amicitia. Ad argumentum pro alia parte est respondendum. Ad primum dicendum quod Aug. non loquitur de dilectione, quæ est actus noster, sed de dilectione, quæ est Deus, quia Deus est charitas vel dilectio, & ea dilectione diligitur proximus non formaliter, sed effectiue & exemplariter. Ad secundum dicendum vno modo quod virtus aut honestum aliquid non facit hominem diligibilem ex charitate. Nam etiã existentes in peccato mortali debent diligi ex charitate: sed diligitur homo, qui est ad imaginem Dei, & potens eo frui: virtutes autem non possunt Deo frui: ideo non possunt isto modo diligi: sed diligitur ex charitate, ut aliquid insint. Aliter potest dici quod ex charitate, ut non diligatur homo propter virtutem: tamen in amicitia honesta diligitur propter virtutem: & tamen tunc non sequitur, quod virtus magis diligenda sit quam amicus: quia si ille propter, diceret causam finalem, esset vera propositio: sicut si quis vult pecuniam propter cibos, magis vult cibos quam pecuniam: virtus tamen non est causa finalis, propter quam diligitur amicus: sed est causa formalis, quæ informat hominem facit eum diligibilem & in formalibus non tenet illa propositio sicut homo est albus propter albedinem, & tamen ista albedo non est magis alba quam homo. Ad tertium dicendum, quod per charitatem diligimus proximum, & diligimus dilectionem, & charitatem, & tamen proximum amore amicitia & in quæ terminatur actus: dilectionem verò & charitatem non diligimus quasi terminet amor ad illa: sed volumus illa pro altero. Ad quartum dicendum, quod omnia, quæ ad beatitudinem pertinent diliguntur ex charitate: sed quædam pertinent ad beatitudinem, quia illa participat: & ista amantur amore amicitia, scilicet Deus & proximus: alia pertinent ad beatitudinẽ perducendo, & dirigendo ad eam: licet non participant ipsa, & ista amantur amore concupiscentia: quod ea pro alio volumus & non terminatur amor ad ea. Ad quintum dicendum quod beatitudinem ex charitate diligimus: sed duplex est beatitudo. Beatitudo creata & increata, ipsa increata Deus est, quia ipse, est obiectum beatificans nos: & eum diligimus ex charitate amore amicitia. Beatitudo creata est visio, qua Deum attingimus, & virtus & gratia consumatur, & hæc sunt bona nostra, & diliguntur ex charitate non quasi illis bonum velimus, sed quia ipsa pro nobis, vel pro alijs volumus.

An creaturæ irrationales sint diligenda ex charitate. Quæst. CCXCI.

Quæstio de rebus an creaturæ irrationales sint diligenda ex charitate. Aliqui dicunt, quod sic quia per charitatem conformamur Deo: sed Deus diligit creaturas irrationales ex charitate: quia Deus diligit omnia, Sapient. 1. c. diligit omnia, quæ sunt. Et omnia, quæ diligit a seipso diligit, quia non habet aliquid in se distinctum a se, per quod diligit. Ipse autem charitas est. 1. Io. 4. c. Deus charitas est. ergo diligit omnia ex charitate, & consequenter nos ex charitate eas

Alph. Test. in Matth. Pars VI.

diligere debemus. Secundo quia charitas principaliter est ad Deum: ad alia autem se extendit, secundum quod illa ad Deum pertinent: sed sicut creatura rationalis pertinet ad Deum in quantum habet similitudinem imaginis: ita & irrationales pertinent ad Deum per similitudinem vestigijs: & ita se extendit charitas ad creaturas rationales. Tertio, quia sicut Deus est obiectum charitatis: ita etiam est fides: sed fides se extendit ad creaturas irrationales in quantum credimus celsũ, & terrã esse creatam a Deo, & pisces & aues esse productos de aquis, & ita de ceteris. ergo etiã charitas se extendit ad res irrationales. Quarto, quia omnis dilectio meritoria ad charitatem pertinet: sed aliquis potest meritorie diligere irrationalia: sicut cum quis diligit illa referendo in Deum, s. in quantum sunt facta a Deo, vel iuant tendentes in Deum: ergo diligende sunt ex charitate. Alij dicunt, quod irrationalia non est charitas. Dicit enim Aug. illa sola est charitas diligenda, quæ nobiscum societate quadam referuntur in Deum: sed irrationalia non sunt huiusmodi: quia non possunt nobiscum participare Deo: ergo non est charitas ad ea. Secundo, quia dilectio solum se extendit ad Deum & proximum, & tamen irrationabilia non intelliguntur nomine proximi. ergo non est ad ea charitas.

Dicendum autem, quod charitas est quadam amicitia, & ideo ad illa est charitas, ad quæ est aliquid amicitia: per amicitia autem amatur vno modo amicus, ad quem est amicitia, & alio modo bona, quæ ei optantur. Nam eodem amore volo amicum meum esse & viuere & bona habere & bona, quæ ille habet vel habere debet: & tamen amicum amo amore amicitia: ergo etiam bona, quæ illi volo amore amicitia, & tamen amicitiam habeo ad illum & non ad ea, quia iste amor terminatur ad amicum, & non ad bona, & propter hoc solemus dicere, quod amicum amo amore amicitia: bona amo amore concupiscentia, & rationalis amor amicitia terminatur ad rem, quæ dicitur amari: amor concupiscentia, non terminatur ad rem, quæ dicitur amari, sed ad aliam: & tamen amor est aliquando, quando amamus amicum, & bona pro eo.

Dicendum autem, quod charitas non potest haberi ad rem irrationalem amore amicitia: ita quod ad illam terminetur amor: quia neque amicitia aliqua esse potest, etiam sine charitate ad irrationalia. Primo quidem, quia amicitia habetur ad eum, cui bonum volumus. Non possumus autem proprie bonum velle creature irrationali, quia non est eius proprium habere bonum, sed solum creatura, rationalis differentia vندی bono quod habet per liberum arbitriũ: & ideo dicit Arist. 2. Eth. quod in huiusmodi rebus non dicimus aliquid malè vel bene contingere nisi secundum similitudinem. Secundo, quia omnis amicitia fundatur super aliqua communicatione vitæ: nihil autem est ita proprium amicitia quã participatio in bonis, quæ ad vitam pertinent, ut dicitur 8. Ethic. creature autem irrationales non possunt communionem habere in vita humana, quæ est secundum rationem: ideo nulla amicitia potest haberi ad creaturas irrationales, nisi forte secundum metaphoram. Tertio, quia in amicitia est beneuolentia, sed irrationabilibus, non possumus bona velle: tum, quia non accidit eis bonum, ut dictum est: tum, quia si aliquid bonum vellemus, volumus ut illa habeant illud bonum, sed ut ipsa efficiantur bona nobis. Quarto, quia amicorum est concordia: ad irrationabilia autem non est concordia, cum concordia sit in eadem volendo, & agendo, quod ad irrationalia esse non potest: quia non communicant nobis in eisdem operibus. Et eadem fere ratio est, quæ circa accidentia ad quæ non

S est

est amicitia, vt dictu est precedenti. quæst. quamuis enim irrationalia esse aliquod hant, in quo subsistat, & operationes aliquas habeant, quod non faciunt accidentia: non tamẽ cõdicant nobiscum in vita humana: neq; quantum ad esse, neq; quantum ad operationes vitæ. Quinto qd proprie ad charitatem pertinet quia charitas fundatur super cõmunicatione beatitudinis æternæ cuius creatura irrationalis capax non est: non potest ergo amicitia charitatis haberi ad res irracionales: possunt tamen ex charitate amari res irracionales: sicut bona, quæ alijs volumus in quantum. sex charitate volumus eas conseruari ad honorem Dei, & vtilitatem proximorum: & iste amor, quo ex charitate talia diligimus, vocatur amor concupiscentiæ, vt dictum est: quia non terminatur ad illa. Non enim illis volumus bona, sed volumus qd illa sint bona nostra vel aliorum: sicut amicus amat possessiones amici sui. vult qd illa bona habeat: ista tamen dilectio ad inanimata non est solum imperata ex charitate, sed etiam elicit, quia charitas elicit actum non solum ad ea, ad quæ principaliter est charitas: sed etiam ad alia, quæ ad ipsa ordinantur: & ita inanimata, & omnia irrationalia diliguntur ex charitate, non qd ad illa terminentur actus charitatis, sed quia per illum actum ipsa ordinantur ad illa, ad quæ principaliter est charitas.

Ad primum dicendum qd tam de Deo quam de nobis cõcedendum est, qd diligimus irrationalia ex charitate: & tamen non habemus charitatem ad irrationalia, quia habere charitatem ad ea est terminari ad ipsa actum dilectionis: & tunc illa possent redamari, & esset ad ea amor amicitie quod falsum est: ideo diligit Deus ista irrationalia ex charitate, nõ quod ad ea terminetur amor illius: sed quia ista amat, vt sint bona ad laudem eius, & ad vtilitatem nostram: se autẽ & nos principaliter ex charitate diligit amore amicitie: ideo ordinando ista irrationalia ad se, & ad nos diligit ea ex charitate amore concupiscentiæ.

Ad secundum dicendum, qd irrationalia habent aliam quam similitudinem ad Deum, quæ est vestigi, non sufficit ad hoc, qd amantur ex charitate amore amicitie, similitudo autem imaginis sufficit ad hoc, qd ista facit creaturas racionales cum Deo & adinuicem capaces eiusdem vitæ: s; gloriæ, ad quod non sufficit similitudo vestigi, qui est in irrationalibus: ideo sola racionales amore amicitie ex charitate diliguntur.

Ad tertium dicendum, qd non est de fide sicut de charitate, quia fides potest se extendere ad omnia, quæ sunt vera quomodo cunq; charitas autem se extendit non nisi ad ea, quæ nata sunt habere vitam æternam, quod nõ contingit irrationalibus: ideo fides potest esse de irrationalibus: sed non potest esse charitas ad illa. Etiam, quia fides non importat aliquam associationem credentis ad creditum, sicut charitas importat associationem amantis ad amatum: & sic fides potest esse ad quædam, ad quæ non est charitas.

Ad quartum dicendũ, qd sunt meritorie amari irrationalia, & hoc per charitatem solum: non tamen qd illis bona velimus, sed quod ea velimus ex charitate pro alijs vel pro nobis, & est amare ea ex charitate amore concupiscentiæ.

Ad primum in contrariũ dicendum, qd intelligitur de illis, ad quæ est charitas, quædam. n. sunt, quæ amantur ex charitate, & tamen ad ea non est charitas, quia ea non amantur ad se, sed ad alia, & talia non oportet, quod communicent in beatitudine: alia sunt quæ ex charitate amantur: & ad illa est charitas & talia possunt participare beatitudine, & de his loquitur Aug.

Ad secundum dicendum, qd charitas solum est ad Deum, & proximum, quia ad ea terminatur actus charitatis, & non includuntur irrationalia nomine

proximi, & tamen irrationalia amantur ex charitate: licet charitas ad ea non est, vt dictum est.

An homo seipsum ex charitate diligere debet. Quæst. CCXCII.

Quæritur an homo debeat seipsum diligere ex charitate. Aliqui dicunt, qd non. Dicit. n. Gregorius in quadam Homilia, qd charitas minus quã amari duos haberi non potest, ergo ad seipsum non est charitas.

Secundo quia charitas amicitia quædam est: amicitia autem de ratione sui importat quandam æqualitatem & similitudinem & conuicere. & Ethico. quæ sunt conditiones amicitie: & tamen ista non possunt esse homini ad seipsum: ergo neque charitas erit ad seipsum: nemo. n. est sibi ipsi similis neq; æqualis neq; conuersans, quia omnia hæc requirunt distinctionem.

Tertio quia id, quod ad charitatem pertinet non potest esse vituperabile, quia charitas non agit perperam. 1. Corinth. 13. cap. sed amare seipsum est vituperabile: quia dicitur 2. Timot. 3. quod in nouissimis diebus erunt homines amantes seipsum: ergo non potest se quis ex charitate diligere.

Quarto quia amicitia exigit redamationem, cum sit amor non latens in contrapassis. 8. Ethicorum, sed nemo potest seipsum redamare, quia ad hoc exigitur distinctio agentis & patientis: ergo non est ad seipsum charitas. Quinto quia charitas est amor, sed amor secundum Dion. est virtus vnitiua: vnio autem non est nisi distinctorum: ergo non est ad se charitas cum non sit vnio. Sexto quia amicitia consistit in quadam æqualitate. 8. Ethicor. sicut & iustus æqualitatem dicit. 5. Eth. sed iustitia proprie nõ est ad seipsum. 5. Eth. ergo neque amicitia neque charitas.

Dicendum quod homo potest, & debet seipsum ex charitate diligere: quia quilibet debet diligere proximum suum, sicut seipsum, vt patet supra in litera: ergo seipsum diligere debet. Secundo, quia misericordia ex charitate causatur, & tamen potest aliquis sibi ipsi esse misericors iuxta illud: Misereere anime tuę placēs Deo. ergo potest seipsum ex charitate diligere.

Circa quod sciendũ qd processus in amando se habet ad similitudinem processus, qui est in cognitione: in cognitione autem inuenitur aliquid, in quo primo fingitur intellectus cognoscens. s. in primis principijs & ex his ad deriuatur, & ipsa quidem cognitio, s. in qd stat in primis principijs, accipit nomẽ intellectus: s. autem quod deriuatur ad conclusiones, quæ ex principijs cognoscuntur accipit nomen scientiæ, sed quia cognitio principiorum est in conclusionib; sicut causa in causato: & e contrario cognitio conclusionũ est in principijs sicut causatũ in causa: ideo permutamus nomina, vt dicatur qd intelligimus cõclusiones, vt cõclusio est in principio, cui competit sciri: sic er in amatiuis est processus, qd affectus amantis primo figuratur in ipso amante. s. vt seipsum amet, & ex eo deriuatur ad alios. Vnde dicitur. 9. Ethicor. qd ex his, quæ sunt hominis ad amicũ. s. dũ se hẽt ad amicũ sicut ad seipsum, & ideo in præcepto dilectionis dicitur, qd amet quisq; proximum suum sicut seipsum. Nec est hoc mirũ, quia vnita se habent ad similitudinem eorũ, quæ sunt vnũ: vnde quamuis nomen amicitie imponatur s. in qd amor ad alios se diffundit: tamẽ etiam amor, quæm quis habet ad alterum, procedit ad similitudinem amoris, quæ habet ad seipsum. Aliter etiã potest dici, qd de charitate possumus dupliciter loqui. Vno modo sub rõne amicitie communi. s. in quantum charitas est amicitia quædam: alio sub ratione propria charitatis. Accipiendo primo modo iudicabimus de charitate sicut de amicitia

quia, ipsa vero amicitia proprie loquendo non potest hẽri ad seipsum, sed aliquid maius amicitia, quia amicitia importat vnionem, cum secundũ Dion. amor sit virtus vnitiua, vniciuque autẽ ad seipsum est vnitas, quæ est potior vnione, vnde sicut vnitas est principium vnionis, ita amor, quo quis seipsum diligit est principium amicitie, quæ est amor ad alium, & forma, & radix, in hoc. n. amicitiam habemus ad alios, qd nos habemus ad eos, sicut ad nos ipsos iuxta illud 9. Ethicor. veniunt amicitia, quæ ad alterum ex amicitibus, quæ ad seipsum, & ita est in processu cognitionis, quia de conclusionibus habetur scientia, de principijs autem nõ habetur scientia, sed aliquid maius illa, scilicet intellectus. Accipiendo autem charitatem secundum propriam rationem, dicendum, qd charitas est principaliter amicitia hominis ad Deum, vel alius ad Deum, & consequenter ad ea, quæ Dei sunt, & inter illa est homo, qui charitatem habet, iõ cum habens charitatem diligit Deum, & omnia ad Deũ pertinentia. i. capacia eius ex charitate, & ipse quoque sit de his, diligit seipsum ex charitate. & ita ad seipsum est charitas, vnde & Deus seipsum ex charitate diligit, & angelus seipsum.

Ad primum dicendum, quod Gregorius loquitur de charitate secundum rationem communem amicitie, & tunc large licet dicatur aliquis habere amicitiam ad seipsum, proprie tamen non habet, & sic, neque charitatem habet, & tamen secundum propriam rationem charitatis habet charitatem hõ ad seipsum magis, qd ad alios. Ad secundum dicendũ nõ vno, qd licet non sit homini ad seipsum amicitia, est tñ charitas s. in propriam rationem, vt dictũ est. Alio nõ dicendum, qd er ad seipsum habet hõ amicitia large, & iõ er ista sibi inerit in quantum est aliquid maius, qd hęc. Nam amicitia facit vnionem, hominis autem ad seipsum est vnitas, & quantum deficit vnio ab vnitate tantũ deficit amicitia, quæ est ad alterum ab amore, qui est hominis ad seipsum, vnde habet homo ad seipsum excellentem amicitiam, quæ est amicitia exemplaris a qua venit amicitia proprie dicta, quæ ad alterum est, & ita non habet aliquis ad seipsum æqualitatem, & similitudinem, sed pro his id est amicitia, quæ est maior, quam hęc, & hęc est identitas in substantia, & moribus, etiam non habet ad seipsum conuenire, vel conuersari, habet tamen identitatem operationum, quæ maior est, & ideo amicitia est hominis ad se maior quidem, quam ad alterum, sed non ita proprie dicta, sicut ad alterum.

Ad tertium dicendum, qd amare seipsum secundum naturam sensibilem, & corporalem est valde vituperabile, tales. n. appetitui, qui secundũ sensum est obediunt, & hoc non est vere amare seipsum, quia non amat se hõ secundum id, quod est vere bonum ei, & taliter se odisse laudabile. Sic dicit supra 16. & loã. 12. c. Qui amat animam suam perdet ea. Amare autem se s. in rationem. s. vt sibi velit hõ bona propria humana, quæ sunt bona secundũ perfectionem rationis est laudabile valde, & necessarium, & iste est amor secundum charitatem. Ad quartum dicendum, qd ista ratio procedit s. in propriam rationem amicitie, & ita non inuenit amicitia ad seipsum, neque redamatio, sed inuenitur amor, qd est maior, qd amicitia vnũ ad alterũ. Ad quintũ dicendũ, qd licet amicitia proprie dicta sit nõ eiusdem ad seipsum, tamen amor est proprie dictus eiusdem ad seipsum, quia amor non dicit redamationem, neq; æqualitatem, similitudo autem conuicereque pertinent ad amicitiam, & faciunt distinctionem, & iõ nõ prohibetur esse eiusdem ad seipsum, & cum dicit, qd est virtus vnitiua non est inconueniens, quia idem potest sibi ipsi vniri, scilicet qd id quod est sibi ipsi per naturam

turam efficiatur sibi ipsi vnitum per affectum, & hac facit amor.

Ad sextum dicendum, qd neque iustitia, neque amicitia proprie dicta est hominis ad seipsum, & tamen magis potest esse amicitia ad seipsum, quam iustitia quamuis vtrunque dicat æqualitatem, & faciat adæquationem quandam, sed amicitia facit adæquationem affectuũ, iustitia autem adæquationem reũ, facilius est autem adæquari affectus eiusdem ad seipsum, qd res, quia secundum operationem animę possunt accipi plura, vt vnũ, & vnũ, vt plura, quod contingit, qñ actus in ipsum agentem reflectit, res autem sunt exterius, & ideo non potest in eis per operationem animę fieri vnũ, quod plura est, neque e contrario, licet etiam iustitia potest esse hominis ad seipsum Metaphysice in quantum in homine inueniuntur diuersa secundũ rem, scilicet diuersę vires quarum adæquatio in eo, quod vniciuque competit respectu alterius iustitiam Metaphysicam reddit.

An corpus nostrum debeamus ex charitate diligere. Quæst. CCXCIII.

Quæritur an corpus debeamus ex charitate diligere.

Aliqui dicunt, qd non, quia non diligimus illũ cui non volumus conuiuere, vel conuersari, cum amicitia dicat conuiuere. 8. Ethicor. sed homines charitatem hñtes fugiunt conuictũ ad corpus ad Roma. 7. quis me liberabit de corpore mortis huius, & ad Phil. 1. c. huius desiderium ostendit, dicens, cupio dissolui, & esse cum Christo, ergo corpora nostra non debemus diligere ex charitate.

Scdo, quia charitatis amicitia fundat super cõicatione diuine beatitudinis. i. ad illa sola est charitas, quæ possunt communicare beatitudinem, & tñ corpus nostrũ non potest participare fruitione, quæ est actus partis spiritualis, & consequenter, neq; beatitudine, & ideo non diligitur ex charitate.

Tertio, quia charitas amicitia quædam est, & amicitia solum est ad illa, quæ possunt redamari. 8. Ethicor. sed corpus nostrum non potest nos redamare ex charitate, ergo non debemus illud ex charitate diligere.

Quarto, quia dicit Aristot. 10. Ethicor. qd vituperabile est homini seipsum diligere quantum ad id, quod est exterius, & seipso, sed corpus nostrum est exterius, ergo vituperabile est diligere corpus nostrum, sed actus charitatis est laudabilis, ergo non est ad corpus.

Quinto, quia pars non ponit in numerum contrarium, sed corpus nostrum est pars nostri, ergo non debet poni corpus aliud diligibile, quam nos ipsi.

Sexto, quia proximum debemus diligere, sicut nos ipsos supra in litera, & tamen non ponitur aliud diligibile proximum, & aliud corpus proximum, ergo neque ponimus aliud diligibile nos ipsi, & aliud corpus nostrum, quod tamen fieret, si corpus nostrum ex charitate diligeremus.

Dicendum, qd corpus nostrum est ex charitate diligendum. Primo, quia dicitur ad Ephe. 5. c. qd viri debent diligere vxores suas, sicut & corpora sua, sed vxores suas debent ex charitate diligere, ergo etiam corpora sua. Secundo, quia id, quod ad beatitudinem pertinere potest, est diligendum ex charitate, sed corpus nostrum est beatificabile, quia aliàs in resurrectione non resumerentur corpora ad cõplemẽtũ beatitudinis, ergo est diligendum corpus ex charitate. Tertio, quia Aug. lib. 1. de Do. christia. ponit quatuor esse ex charitate diligenda inter, quæ ponit corpus proprium.

Circa quod considerandum, quod eo modo, quo se habet corpus nostrum ad beatitudinē, se habet ad diligē ex charitate, quia dilectio charitatis habet fundamentum communicationem beatę vitę principaliter, & communicationem vitę gratię minus principaliter in quantum deducit ad vitam beatitudinis. Hęc autem vita tripliciter habet relationem ad habentē charitatem. Nam est vita beata vno modo in aliquo, sicut in diffundente vitam istā alijs, & id est principium vnus vitę, sicut enim est in Deo beatitudo. Est autem ista vita in amante ex charitate, sicut in participante vitam hanc a Deo. Et hoc dupliciter, aliquo modo quidem principaliter, & sic est in anima, quę per se est beatificabilis, & aliquo modo per redūctiōem ab alio, & sic est in corpore, quod ex redundantia beatitudinis animę recipit beatitudinis participationem, secundū quam dicitur habere quatuor dotes, quę ad beatitudinem, corporis pertinent. Est autem tertio modo beatitudo in alijs, sicut in participantibus, & sic est beatitudo in proximo, qui talem beatitudinem habere potest qualē nos ipsi, & ideo quia beatitudo ad ista quatuor pertinet, id est ad Deum, & nos, i. ad animam, & ad corpus proprium, & ad proximos, sunt ista quatuor diligenda ex charitate.

Aliter etiam potest dici, quod corpus nostrum potest dupliciter considerari. Vno modo secundū suam naturam. Alio modo secundum corruptionem culpe, quę est in eo, vel ex eo. Accipiendo quantum ad primū dicendum, quod possumus corpus diligere ex charitate, & debemus, quia illud non est in se malum, neque a malo principio factum, sicut Manichęi mentiantur, dicentes corporalia a Deo esse mala facta, spiritualia vero a Deo bono, omnia siquidem a bono, & vnicō principio prodierunt, & ideo cum corpus nostrum a Deo factum sit, possumus illo vti ad seruitiū Dei iuxta id ad Roma. 6. c. exhibete membra vestra arma iustitię Deo, & ideo ex dilectione charitatis, qua diligimus Deum, debemus etiam corpus nostrū diligere, quod in Deum ordinari potest. Si autē consideremus corpus nostrum quantum ad infectionem culpe, & pœnę, non debemus diligere illud, quia hoc esset diligere infectionem, & corruptionē peccati, & sic, quod est penale efficeretur iam voluntarium, & culpabile, sed potius ex charitate debemus cupere absolui ab illo, vt non incidat anima nostra infectionem peccati.

Ad primum dicendum, quod Apostolus non cupiebat fugere, aut liberari a corpore in quantum est capax beatitudinis, aut quantum ad naturam suam, quę bona est, immo secundum hoc cupiebat, nunquam expoliari eo, iuxta illud 2. Corin. 5. c. nolumus spoliari, sed superestirri, sed volebat fugere corpus quantum ad corruptionem culpe, & pœnę, cupiebat enim carere infectione concupiscentię, quę manet in corpore, & corruptione ipsius, quę aggrauat animam, ne possit videre Deum, vnde non dixit absolute, quis me liberabit de corpore, sed de corpore mortis huius, experiebatur enim Apostolus stimulos carnis 2. Corin. 12. c. erat enim concupiscentię lex in membris eius, quę repugnabat legi mentis ad Roma. 7. c. & ab illa lege, quę erat sibi, itaquā mors, petiuit ter liberari 2. Corin. 12. c. sed Deus non exaudiuit ipsum, & ideo clamat quis eum liberabit de corpore mortis, & non quis absoluet de substantia corporis, cū autem dicit ad Philip. 1. c. cupio dissolui, & esse cum Christo, non petit abolitionem a corpore quantum est habens infectionem, sed in quantum impedit diuinam visionem, quia quādiu sumus in corpore peregrinamur a Domino, & ita dicit cupio dissolui, & esse cum Christo, id est non possum esse cum Christo, nisi dissolutus fuero a corpore, ideo cupio dissolui.

Ad secundum dicendum, quod sola amantur ex charitate, quę pertinent ad beatitudinem, corpus autem ad beatitudinem, & fruitionem pertinet, quia licet in veritate non pertingat ad fruitionem, scilicet quia ipsum non fruitur Deo cognoscendo, & amando, quia tamē per opera, quę in corpore exercemus, quorum corpus est organum, venimus ad illam fruitionem, & rursus ex illa fruitione inuenta animę redundat in corpus beatitudo quędam consistens in quatuor dotibus, vt dicit Aug. in epistola ad Dioscorum. pertinet aliquo modo corpus ad beatitudinem, & fruitionem, & ita ex charitate amandum est.

Ad tertium dicendum vno modo, quod charitas consideratur dupliciter: vno modo secundum rationē generalem amicitię, in qua redamatio exigitur, & tunc nō est verum, quod conuertatur charitas cum amicitia, sed ad aliqua est charitas, ad quā nō est amicitia, & sic est de corpore. Aliter potest dici, quod hominis ad seipsum, vel ad corpus suum, aut ad animam suam nō est amicitia proprie, sed est aliquid maius, quam amicitia, scilicet amor quidam, in quo non requiritur redamatio, & talis est hominis ad corpus suum, ideo etiam charitas est ad corpus.

Ad quartum dicendum, quod hominem diligere seipsum secundum exteriorem naturam, ita quod penitus sequatur desideria illius, est vituperabile, quia per hoc repugnatur rationi, & tales vocat Apostolus 2. Timo. 3. Amantes seipsos in vituperium. A mare tñ exteriorē suā naturā quantum ad ea, quę non repugnant rationi non est vituperabile, sed potius necessarium, quia vt dicit Ephē. 5. c. nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit eam, & fouet, & hoc modo ex charitate corpus diligimus non agentes contra rationē.

Ad quintum dicendum, quod verum est, quod pars non ponit in numerum contra totum, ponit tñ pars in numerum contra partem, cum autem distinguitur dilectio, qua diligimus nos ipsos, a dilectione, qua diligimus corpora nostra non accipitur dilectio nostri pro dilectione ipsius suppositi, sed pro dilectione aīę, & sicut corpus ponit in numerum animā, ita dilectio qua diligimus animam ponit in numerum corpus, cum autē dicimus, quod homo diligit seipsum intelligit de dilectione, qua diligit aīam suā, quia vnusquisque dicit esse id, quod in eo optimum est, vt dicit Aristot. 9. Ethic. & inde dicit ibi, quod homo est intellectus, vel maxime. Quia pars intellectiua est nobilissimū quid in hoīe. Ad sextum dicendum, quod licet corpus, & anima respectu habentis charitatem diuersimode diligant, vt ponantur, vt diuersa diligibilia, tamē respectu proximi non est sic, sed habens charitatem sub eadem ratione diligit corpus, & animam proximi, non quod illa equaliter diligat, sed quod illa ponuntur, vt vnum extremum diligibile, scilicet quia habens charitatem diligit proximum suum, sicut seipsum, id est animā proximi, sicut animā suam, & corpus proximi, sicut corpus suum.

An peccatores sint ex charitate diligendi.
Quæst. CCXCIII.

QUÆRITUR an peccatores sint ex charitate diligendi.
Aliqui dicunt, quod non, quia Dauid dixit Psal. 218. Iniquos odio habui. Sed Dauid charitatem habebat, ergo potius sunt ex charitate peccatores odio habendi, quam diligendi.

Secundo, quia vt dicit Gregorius in quadā homilia probatio dilectionis exhibitio est operis, sed iusti non exhibent peccatoribus opera dilectionis, sed potius opera, quę vidētur esse odij, iuxta illud Psalms 100. in

in matutino interficiebam omnes peccatores terre, & Deus præcepit Exod. 22. c. maleficos non patieris viuere, ergo peccatores non sunt ex charitate diligendi. Tertio, quia ad amicitiam pertinet, vt amicis velimus optima bona, sed sancti ex charitate optant peccatoribus mala. Psal. 9. conuertantur peccatores in infernum, ergo peccatores non sunt ex charitate diligendi.

Quarto, quia proprium est amicorum de eisdem gaudere, & eadem velle 8. & 9. Ethic. sed facit charitas, quod iusti non velint id, quod peccatores volunt, & facit non gaudere de eis, de quibus peccatores gaudēt, ergo non pertinet amicitia ad illos, & consequenter, neque charitas. Quinto, quia proprium est amicorū conuiuere 8. Ethic. sed cum peccatoribus non est conuiuendum 2. Corin. 6. c. recedite de medio eorum, ergo non sunt ex charitate diligendi.

Sexto, quia vltra rationē amicitię generalē, que est conuiuere adhuc charitas requirit communionē in vita gratię, quę est diuina vita, sed hæc vita nō est in peccatoribus, ergo non sunt ex charitate diligendi.

Septimo, quia similitudo est causa amicitię, dissimilitudo autē inimicitię 8. Ethic. sed peccatores sunt dissimiles iustis, ergo non sunt diligendi ex charitate. Octauo, quia cum charitas sit amicitia quędam exigit redamatio 8. Ethic. sed mali non amant bonos, sed oderunt eos, ergo iusti non tenentur ex charitate diligere malos. Nono, quia amicorum est eadem amicitia: si ergo boni diligerent malos ex charitate, etiam mali deberent seipsos adiuuicem diligere, vel quilibet seipsum, & tamen mali non diligunt seipsos, quia vt probat Aristot. 9. Ethic. nullus malus suis ipsius amicus est, ergo non est charitas habenda ad illos.

Dicendum, quod peccatores quantumcumque mali ex charitate sunt diligendi, quia Christus dixit supra 5. Diligite inimicos vestros, sed omnis, qui inimicatur malus est, ergo mali ex charitate sunt diligendi. Secundo, quia quibuslibet que est benefaciendum, illi sunt ex charitate diligendi, sed malis debemus benefacere, conuertendo eos, & subueniendo eis in necessarijs, ergo mali sunt ex charitate diligendi. Tertio, quia dicit Augustinus 1. de Doctrina christiana, quod cum dicitur Diliges proximum tuum, noueris omnem hominē proximum esse deputandum, sed peccatores nō desinant esse homines per peccatum, quia peccatum nō tollit naturam, ergo peccatores sunt ex charitate diligendi. Circa quod considerandum, quod in peccatoribus est considerare, suam natura qua homines sunt, & malitiam, qua peccatores sunt, quia vero secundū naturā sunt ad imaginem Dei, & diuine vitę capaces, id secundum naturam suam sunt ex charitate diligendi, malitia autē ipsorum est contraria diuine vitę, & impediens ad illam: est id ipsa in eis odienda. Sicut n. dicit Aug. quod sic diligantur homines, quod eorum non diligantur errores, sed etiam si sint pater, & mater, & cognati debemus odisse eorum vitia, & persequi Deuteronom. decimo tertio capitulo. Ad primum dicendū, quod Dauid ex charitate oderat malos, & diligebat eos, oderat quidem eorum iniquitatem, & diligebat eorū naturam, quia natura est bonum in eis, & iniquitas est malum ipsorum. Hoc autē vocatur odium perfectum, id est ad perfectionem pertinet, (quod vitia detestemur, & hoīes diligamus, & id hic odium pertinet ad charitatem, sicut dilectio, quia sicut suadet charitas diligendam naturam, quia bona est, & ad Deum pertinet, ita inclinatur ratio ad odiendum iniquitatem, quę a Deo elongat, & separat.

Ad secundum dicendum, quod peccatoribus exigent iusti opera charitatis. Sed considerandum, quod vt dicit Aristot. 9. Ethic. amicis peccantibus nō sunt subtrahenda

Alph. Toll. in Matth. Pars VI.

eis amicitię beneficia, quousque non habeatur spes sanationis eorum, sed magis est eis auxiliandum ad recuperationem virtutis, quam ad recuperationem pecunie si eā amisissent, quanto virtus est magis amicitię affinis, quam pecunia, sed quando in maximam malitiam incidunt, & insanabiles fiunt, tunc non est eis amicitię familiaritas exhibenda, & ideo quando sunt aliqui peccantes, de quibus potius præsumitur nocuum aliorum, quam emendatio tā secundū legem diuinam, quam humanam, iubētur occidi, & tñ hoc facit iudex non ex odio eorū, sed ex charitate, secundum quam præfert bonum publicum, quod sequitur ex occisione peccatorum vitę personę singularis, & etiam ex charitate infertur mors tali peccati, siue conuertatur, siue non, quia si conuertitur prodest mors ad peccati expiationem, si non conuertitur prodest ad peccati terminationem, quia per hoc aufertur ei totaliter potestas peccandi amplius.

Ad tertium dicendum, quod peccatoribus non optamus mala. Cum dicitur, quod peccatores conuertant in infernum, dicendum quod huiusmodi increpationes, quę inueniuntur in sacra Scriptura possunt tripliciter exponi. Vno modo per modum pronuntiationis, & non per modum optationis, vt sit sensus, conuertantur peccatores in infernum, id est sic erit, quod conuertantur. Secundo modo per viam optationis, ita tñ, quod non referatur optatio ad desiderium pœnę hominis, sed ad iustitiam puniētis, quia desiderare iustitiam laudabile est iuxta illud Psalms 58. letabitur iustus cum viderit vindictam, & lauabit manus suas in sanguine peccatoris, scilicet gaudebit, non quia iste occiditur, sed quia iuste occiditur. Nam est Deus nō letatur in perditione malorum Sapi. 1. c. sed in sua iustitia gaudet, quia iustus est Dominus, & iustitias dilexit Psalms 10. Tertio modo, vt tale desiderium de pœna malorum referatur non quidem ad pœnam ipsorum, sed ad remotionem culpe, quia per pœnam aut emendantur, aut peccare cessant, vt dictum est.

Ad quartum dicendum, quod ex charitate diligimus peccatores non quidem, quod velimus, quam ipsi volūt, vel gaudeamus de his, de quibus ipsi gaudent, sed vt faciamus eos gaudere de quibus nos gaudemus, & velle, quod nos volumus, & sic dicitur Iere. 25. c. Ipsi conuertentur ad te, & non conuertes tu ad eos.

Aliter dici potest, quod licet nunc non gaudeant mali, de quibus gaudent boni, possibile tamen est, quod aliquando de illis gaudeant, & ideo, vt dicit Philo sophus 9. Ethicorum non confestim dissoluenda est amicitia ad eum, qui ex bono factus est malus, sed multo plus adiuuandus est ad recipiendam bonitatem virtutis, quam possessionem diuitiarum.

Ad quintum dicendum, quod quibusdam iustis est bonum conuiuere peccatoribus, alijs vero est malū, iustis quidem adhuc infirmis, & imperfectis non est bonum conuiuere peccatoribus propter periculum, quod eis imminet, ne subuertantur a malis. Iustis vero perfectis in virtute, de quibus non timetur, quod subuertentur a malis laudabile est conuiuere peccatoribus, vt eos conuertant conuersando cum eis, sic enim Dominus cum peccatoribus, & Publicanis manducabat, & bibebat supra nono, & Mar. secundo, & Luc. 5. quia sic eorum vitia curabat. Vnde dicit. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Alia autē est conuersatio, quę est in consorcio criminis, & hæc est vitāda omnibus hominibus, sic loquitur Apostolus 2. Corin. 5. recedite de medio eorum, & immū dum ne tetigeritis, scilicet incedo eorū immunditijs, & peccatis. Ad sextū dicendū, quod charitas fundat super communicationem in diuina vita, peccatores autem nō

S 3 con.



communicant actualiter vita diuina, sed possunt cōmunicare, quod autē est in potentia quodammodo est, ergo charitas ad illos esse debet. Sic etiam charitas est ad eos, qui beatitudinis capaces sunt, & tamen nemo nostrum in actu beatitudinem habet, sed quia habere possumus, ad omnes nos est habēda charitas.

Ad septimum dicendum vno modo, quod peccatores sunt iustis similes, & dissimiles, similes quidem in natura, dissimiles autem quantum ad iniquitatem, & ideo ex charitate eos diligere debemus in quantum nobis similes sunt in natura. Odiste autem eorum vitia, per quæ nobis dissimiles sunt, & quia iniquitas eorum nō repugnat unitati nature, manet adhuc eorū bonitas cum iniquitate, & ideo diligere possunt ex charitate. Aliter potest dici, quod licet in iusti sint nobis dissimiles, possunt tamen esse similes, & ideo diligimus eos ex charitate non in quantum tales manent, sed vt tales efficiantur, quales esse possunt, & tales desideramus eos fieri.

Ad octauum dicendum, quod licet mali non redamēt bonos actu, possunt tamen redamare, quia nunc propter dissimilitudinē, & quia ipsi charitatem nō hnt, non redamēt bonos, qñ tñ effecti fuerint boni (quod iusti oprant) redamabunt iustos. Etiā quia licet in presenti non redament mali bonos, redamabunt eos in vita futura, si illic peruenirent propter cuius conuersationem, quia ibi præcipue est charitas, & ibi saluā magis perfecte ratio amicitie in charitate, quam hic, quia amicitia dicit redamationem non latentem in p̄passis, & dicit conuiuere 8. Ethic. in presenti aut licet oēs boni diligant se ex charitate, tñ non se nouerunt, neque conuiuunt, in vita autem æterna oēs se mutuo agnoscunt, & conuersabuntur secundū amorē charitatis, ideo ibi charitas erit perfecte amicitia, quod hic non habet. Ad nonum dicendum, quod an mali se diligant, dicitur sequenti quæstio. & tamen etiam si illi non diligere se, nos poteramus eos diligere ex charitate.

An peccatores diligant seiplos. Quæst. CCXXV.

QVAERETVR an peccatores diligant seiplos. Aliqui dicunt, quod sic, quia illud, quod est principium peccati maxime inuenitur in peccatoribus, sed amor sui ipsius est principium peccati, quia vt dicit Augusti 14. lib. de ciui. Dei, amor sui ipsius facit ciuitatem Babylonis, ergo peccatores maxime diligunt seiplos.

Secundo, quia peccatū non tollit naturā, sed vniciueque competit ex natura sua, quod diligit seipsum, vñ & creature rationales naturaliter appetunt propriū bonum, & conseruationē sui esse, ergo peccatores diligunt seiplos. Tertio, quia ab omnibus est diligibile bonū, quod ab eis paratur bonum, vt dicit Diony. 4. c. de diuinis no. sed multi peccatores reputant se bonos, ergo multi peccatores diligunt seiplos.

Dicendum, quod mali nō amant seiplos, quia qui non amat animam suam non amat seipsum, mali tamen non solum non amant animam suam, sed illam oderunt. Etiam Psalmo 10. scilicet qui diligit iniquitatem, odit animam suam, ergo mali non amant seiplos. Sed circa hoc considerandū, quod amare seipsum accipitur tripliciter. Vno modo est commune omnibus. Alio modo est proprium bonorum. Tertio modo proprium est malorū. Primo est, quod quis amat id, quod seipsum esse existimat, & hoc est cōmune omnibus. Homo. n. dñ aliquid dupliciter. Vno modo secundū suā substantiā, & naturā, & secundum hoc oēs existimāt bonum commune se esse id, quod sunt, & ex aia. & cor-

porē compositos, & sic omnes homines boni, & mali diligunt seiplos, in quantum diligunt sui ipsorum conseruationem. Alio modo dicitur homo esse aliquid non secundum totum, vel commune, sed secundum principalitatem, & sic id, quod est principale in aliquo, dñ esse ille homo, vel illa res, & sic princeps ciuitatis dñ esse ciuitas, & id quod faciunt principes ciuitatis dñ facere ciuitas. Sic autem non oēs existimant se esse id, quod sunt, principale aut in homine est mēs rationalis. Sic dicit Aristote. 9. Ethic. quod homo est intellectus, vel maxime. Secundarium autem est natura sensitua, & corporalis, quorū primū Apostolus nominat interiorem hoīem, secundum vero exteriorem hominē, vt pater 2. Corin. 5. c. Bonum autē existimant principale in semetipsis esse naturam naturam, siue interiorem hominem, vñ secundum hoc existimāt se esse, quod sunt, quia vere existimant, mali aut existimāt principale in semetipsis esse naturam naturam sensituiam, & corporalem, & exteriorem hominem, vnde non recte cognoscentes seiplos non vere diligunt seiplos, sed diligunt id, quod seiplos esse existimant, boni autem vere seiplos cognoscentes vere seiplos diligunt, quod autem boni seiplos vere diligant, mali autem non diligant seiplos probat Aristote. 9. Ethicorum per quinque conditiones amicitie. Prima est, quia vnusquisque amicus vult amicum suum esse, & viuere, secunda, quod vult ei bona, tertia quod operatur bona ad ipsum, quarta quod conuiuere ei delectabiliter, quinta quod cōcordat ei in eisdem, quasi delectatus, & tristatus, & secundum hæc omnia boni diligunt seiplos quantum ad interiorem hoīem, quia volunt ipsum seruare in sua integritate, & optant ei bona eius, quæ sunt bona spiritalia, & etiam ad assequenda illa operam præstant, & delectabiliter sibiipsis conuiuunt ad corda propria redeūtes. Et hoc, quia inueniunt ibi bonas cognitiones in presenti, & bonorum memoriam præteritorum, & spem futurorum bonorum, ex quibus omnibus delectatio causatur. Similiter etiam non patiuntur in seipsis voluntatis disensionem, quia tota anima eorum tendit in vnum.

Econtrario autem mali non vere diligunt seiplos, quia non volunt conseruare integritatem interioris hominis, neque appetunt bona spiritalia eius, neque operantur ad hoc, neque est eis delectabile conuiuere sibiipsis redeundo ad proprium cor, quia non inueniunt ibi, nisi mala, quæ abhorrent, præsentia quæ cogitant, præterita, quæ egerunt: futura, quæ timeant se facturos, & passuros, & est disensio voluntatis, neque concordant sibiipsis propter conscientiam remordentem, iuxta illud Psalms 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Ex eisdem quinque motiuis potest probari, quod mali diligunt seiplos, sed corruptionem exterioris hominis, sic autem boni non amant seiplos. Et sic patet, quod mali aliquo modo se amant, sed non vere se amant, quia non amant id, quod sunt, quia nō existimant se esse id, quod sunt.

Ad primum dicendum, quod mali amant seiplos, quia est in eis tertius modus amoris sui ipsius, qui est proprius malorum, & iste est, qui incipit a seipso, & peruenit vsque ad contemptum Dei, vnde ista cupiunt bona exteriora, quod oderunt spiritalia, & contemnunt. Ad secundum dicendum, quod amor naturalis non tollitur a malis totaliter, tamen corrumpitur multum de eo, & hoc est, quia amor præsupponit cognitionem, mali autem nō hnt rectam existimationē de eo, quō sunt, ideo nō possunt se diligere, sed diligunt in seipsis id, quod ipsi non sunt.

Ad tertium dicendum, quod mali in quantum existimant se bonos, vel habere aliquid boni, diligunt seiplos,

Boni seiplos diligunt mali autem non.

seiplos, sed nō est illa vera dilectio, cum existimatio sit falsa. Nam existimant se bonos cum non sint, & illud in se bonum putant, quod non est, & quod ad esse eorum non pertinet, & ideo licet aliquo modo diligāt seiplos, tamen vere, & absolute non diligunt seiplos.

An angelos debeamus diligere ex charitate. Quæst. CCXXVI.

QVAERETVR an angelos debeamus diligere ex charitate.

Aliqui dicunt, quod nō, quia vt dicit Aug. lib. 1. de Doctrina christia. prima est dilectio charitatis. s. Dei, & proximi, sed dilectio angelorum non continetur sub dilectione Dei, quia sunt creature, non et continetur sub dilectione proximi, quia non comunicāt nobiscū in specie, ergo non sunt diligendi ex charitate. Secundo, quia magis conueniunt nobiscum bruta, quæ sunt in eodem genere propinquo nobiscum, s. in genere animalis, q̄ angeli, qui non conueniunt et in genere remoto, cum nos simus corporei, & illi incorporei, & tñ ad bruta non est charitas, ergo neque an angelos.

Tertio, quia nihil est, ita proprium amicorū, sicut conuiuere 8. Ethic. & tñ angeli nō conuiuunt nobiscū, quia non videmus eos, & Dani. 2. c. dicitur, quod non est illis cum hominibus conuersatio, ergo non sunt ex charitate diligendi a nobis. Quarto, quia charitas hominis non est ad ea, quæ non comunicant humana vita, sed angeli non viuunt humana vita, ergo non sunt ex charitate diligendi a nobis.

Quinto, quia amicitia similitudinem, & equalitatem imponit 8. Ethic. sed angeli non sunt nobis similes in specie, & non sunt æquales nobis, sed maiores tam in gradu essendi, quam nobilitatis, ergo non sunt diligendi ex charitate a nobis.

Dicendum, quod diligendi sunt angeli a nobis ex charitate, quia proximis diligendus est ex charitate, vt dicitur hic in littera, sed angeli proximi sunt, vt dicit Aug. lib. 1. de Doctrina christia. Iam vero cui præbendū, vel a quo nobis præbendum est misericordie officium recte proximus dicitur necessarium, eo quod præcepto, quo iubemur diligere proximum etiam sanctos angelos contineri, a quibus nobis multa nunc impenduntur officia. Secundo, quia amicitia facit amicos idem velle, & eorundem amicos esse, & tñ nos habemus charitatem ad Deum, & amicitia, & ille diligit angelos ex charitate, ergo etiam nos ex charitate diligere debemus. Circa hoc sciendum, quod cum charitas sit quædam amicitia, habet idem fundamentū, quod illa, amicitia autem fundatur super participatione eiusdem vite, id est non possunt esse amici, qui eadem vita non participant, & ideo hominis ad brutum non est amicitia, quia nullo modo participat eadem vita. Vita autem angeli, & hominis est duplex. Vna, quæ competit eis secundum materiam, vel speciem suam, aut genus, & sic angeli, & homines non comunicant in eadem vita, sed homines inter se, & angeli comunicant eadem vita inter se, & ideo possunt esse amici, quia comunicant eisdem operationibus, & circa illas occupantur. Alia est vita vniuersæ, quæ est diuina, siue per gratiā, siue per gloriam, & in hac comunicant angeli hominibus, sicut dicitur supra in littera, quod in resurrectione erunt homines, sicut angeli Dei, vel æquales angelis Dei, vt dñ Luc. 20. c. & ideo comunicant nobis in amicitia, & charitate, & idē est de Deo. Nos enim comunicamus cum eo eadē vita, quia sicut ipse est beatus, ita & nos beati esse possumus, & tamen non comunicamus cum eo in natura, sed multo magis differimus ab eo, quam ab angelis, & tamen ad Deum habemus charitatem, ergo

Vita angelorum & hominis est duplex.

Alph. Tol. in Matth. Pars VI.

& ad angelos poterimus habere charitatem. Ad primum dicendum, quod dilectio angelorum cadit sub dilectione proximi, & cū dicitur, quod nō cōicat in specie, dicendum, quod non obstat, quia magis differt homo a Deo, quam angelus, & tamen hominis ad Deū est charitas, cum sit cōmunicatio eiusdem vite, & nō requiratur comunicatio in specie, neque in genere aliquo. Item dicendum est, quod angelus est proximus, quia proximus est, cui officium misericordie præstamus, vel ille, a quo nobis præstatur, vt dicit Aug. lib. de Doctrina christia, & tamen ab angelis multa beneficia recepimus, ipsi enim sunt custodes nostri, & ministrant eis, qui capere habent hereditatem salutis, ad Hebr. primo cap.

Ad secundum dicendum, quod cum in cōicatione quadam fundetur amicitia, illa, quæ sunt proximiora illi cōicationi, participabunt magis de ratione amicitie. Dicendum autem, quod angeli magis comunicant nobiscum, quam bruta, quia bruta cōmunicāt nobiscū quantum ad id, quod nos nō sumus, angeli vero quantum ad id, quod sumus, ideo magis est amicitia ad angelos, quam ad bruta: ipsa quidem bruta cōicant nobiscum in genere proximo, & hoc quantum ad naturā sensituiam, quæ se tenet ex parte corporis, & virtutū corporis, quæ pars est minus principalis in homine, neque est homo sua pars sensitua, angelus aut cōicat cum homine quantum ad partem rationalem, & quia homo est intellectus suus, vel maxime, vt dñ 9. Ethic. cum vnumquodque sit, id quod in eo potissimum est cōicat angelus homini in eo, quod homo est, brutum vero non comunicat in eo, quod est ipse homo, & ita ad bruta, neque est amicitia, neque charitas, ad angelos autem sic.

Ad tertium dicendum, quod angeli conuersantur nobiscum, quia licet non conuertantur hic conuersantur in futuro, nā fundat amicitia nostra ad eos super cōicatione beatitudinis, quæ erit in futura vita, & in illa perfecte comunicabimus cum angelis, s. plurquam nunc comunicamus cum hominibus, & illud sufficit ad amicitiam, & charitatē. Sic et est de Deo, quia hic non cōicamus cū Deo videndo eum, quia Deū nemo vidit vnq̄. Ioā. 1. c. sed in vita æterna videbimus eum, sicuti est, & sic conuertabimur cum eo, & in eo, & hoc idem accidit ad homines. Nam oēs hoīes diligere debemus ex charitate, & sic ad oēs habem⁹ amicitiam, & plurimi hominū sunt, quos nunq̄ vidimus neque de eis, nunquam verbum audimus, sed amicitiam, & charitas inter nos est quantum diligimus nos inuicem ad futuram beatitudinem, in qua cum illis comunicabimus. Aliter potest dici, quod in presenti etiam conuersamur cum angelis non quidem quantum ad exteriorē operationem, & colloctionē, sed quantum ad impensionem operum suorum. Nā custodes nostri sunt, quandiu hic sumus, & tam ipsialiter, quam corporaliter nos adiuant, ipsialiter quidem suadendo nobis bona, & dissuadendo mala, quæ cogitamus, & ad quæ afficimur, & quæ demones nobis suggerunt, licet nos non experiamur istam dissuasionem, & suasionē, quia sit per actū interiorē sine cōicatione sensus exterioris corporaliter. Etiā adiuant liberando ab aliquibus malis, quæ agentibus hominibus alijs, & demones euentura erant, nisi angeli prohiberent. Et hoc etiam raro cognoscimus cū non videamus mala ingruentia, aut si videmus nescimus quomodo illa aueruntur a nobis, in his autem nobis in hac vita ministrant. Sic dicitur ad Hebr. primo. Sunt administratores spiritus in ministeriū missi pp eos, qui hereditatem capiunt salutis. Sed hæc administratio nobis facta quædam conuersatio nobiscū est, licet imperfecta, nō ad charitatē pertinet, cum no-

bis charitatis, & misericordie opera impendant, Etiam quantum ad exteriorem apparitionem, & colloquutionem inter dum nobiscum hic conuersantur, sed raro, & non est propria conuersatio, quia non videtur neque loquuntur secundum id, quod ipsorum est; sed secundum id, quod est alienum. Nam videri, & loqui non pertinet ad eorum naturam, & conditionem, sed ad assumpta corpora de aliena substantia, & ideo talis apparitio, & colloquutio, licet sepe fieret, non vocaretur conuersatio proprie dicta.

Ad quartum dicendum, quod super communicatione vite cuiusdam, & operationis fundat charitatis amicitia, sed dicendum, quod vita humana, in qua debet esse communicatio accipitur dupliciter. Vno modo pro vita, quae est secundum naturam humanam, siue sit vitæ ipsius esse viuentis, siue operatio secundum principia, & conditionem speciei. Nam nullo modo istorum habent angeli vitam humanam, quia non habent humanam speciem, vel naturam. Alio modo accipitur vita humana pro vita diuina, qua homo participat, & posse illa participare conuenit ei ex conditione humane speciei, ista autem vita est beatitudo. Nam ex eo est charitas, aut esse debet ad aliquos, quia mutuo possunt participare in beatitudine, ipsa autem beatitudo est solius vite Dei, quia vita viuentibus esse, illius ergo solius beatitudo est vita, cuius esse est beati esse, solius autem Deus essentialiter est beatus, quia essentia sua est beatitudo sua, & non accidit quicquam aliunde, & ideo beatitudo est vita Dei, & solius Dei. Sic dicitur 1. Timo. 6. quem reuelauit temporibus suis beatus & solus potens Dominus, id est Deus, qui solus est beatus, scilicet quia essentialiter solus est beatus, alijs autem beatitudo non est essentialis, sed accidit, ideo conuenit eis per quandam participationem ab eo, cui essentialiter inest, & sic quicumque est beatus participat vitam Dei, quae est beatitudo. angelus ergo, & homo, qui beati sunt, vel esse possunt participant vitam Dei, & illa participatione beati efficiuntur. Cum ergo dicitur, quod ille homo, ad quem habere debet charitatem, debet participare vitam humanam, est sensus, non quod habeat naturam humanam, & vitam consequentem eam, sed quod habeat aliquid, per quod possit participare vitam diuinam, id est beatitudinem, qua homo participat per conditionem naturae humanae, & sic angeli participant ea per conditionem naturae angelicæ. Vnde oportet, quod habeat inter se aliquam similitudinem, pecora autem, & inanimata non participant illa vita, quia non habent per quid, non enim assimilantur conditiones humane, neque angelicæ.

Ad quintum dicendum, quod inter amicos requiritur similitudo, & equalitas. De similitudine dicendum, quod non oportet, quod sit similitudo in specie, aut natura immediate, sed similitudo in operatione, siue per quam fundatur amicitia, & quia illa competit homini, & angelo secundum naturam spiritualitatis cuiusdam, aut rationalitatis potest esse charitas inter eos, & communicatio in beatitudine, licet non sit naturae identitatis in specie, neque in genere immediate. De equalitate dicendum, quod non requiritur equalitas æquiparantiæ, sed equalitas proportionis, scilicet quod inter amicos maneat talis proportio, quod vnus ad alterum operari possit, & quia inter hominem, & angelum manet equalitas proportionis propter similitudinem operationis adiunctam, licet non sit equalitas æquiparantiæ erit amicitia, vt dicitur 4. Ethico. Et etiam inter Deum, & hominem, qui magis distant propter similitudinem aliquam operationis manet amicitia, quia cum valde magna sit inæqualitas tollitur amicitia, quando non potest manere eadem vita, vel actus, sicut inter hominem, & pecora, aut res inanimatas.

Vita viuentibus esse.

In operatione fundatur amicitia.

Sed dicitur, quod magis distat Deus ab homine, scilicet quia infinite, quam homo a pecore quorum finita est distantia, sed manet amicitia inter Deum, & hominem, ergo debet manere inter hominem, & pecus, vel non manet inter hominem, & Deum. Dicendum, quod inter hominem, & Deum maior est distantia, vel inæqualitas æquiparantiæ, quam inter hominem, & pecus, & tamen maior est inæqualitas proportionis inter hominem, & pecus, quam inter hominem, & Deum.

An demones diligere ex charitate debeamus. Quæst. CCXXCVII.

Quæritur an demones debeamus diligere ex charitate.

Aliqui dicunt, quod sic, quia diligendi proximi ex charitate, sed demones sunt proximi, quia vt dicit Augustinus, proximus non propinquitate sanguinis intelligendus est, sed societate rationis, demones tamen communicant ratione, ergo sunt proximi, & consequenter diligendi, manent enim omnia ista perfecte in demonibus, scilicet esse viuere intelligere, quod sunt data naturalia, vt dicit Dionysius 4. c. de di. no.

Secundo, quia licet sit hic homo peccator diligendus est ex charitate, quia licet habeat iniquitatem, quam odisse debemus, habet tamen naturam bonam, quam debemus diligere, in demonibus autem sic est, quia licet iniqui sunt, tamen natura eorum bona est, non enim amiserunt naturalia bona pro peccato, vt dicit Dionysius 4. c. de di. no. ergo diligendi sunt ex charitate.

Tertio, quia Deus diligit omnia, quæ sunt. Sapientia 11. & nihil odit eorum, quæ fecit, ergo demones, quos fecit, diligit, sed quidquid diligit, ex charitate diligit, quia per seipsum diligit, qui charitas est. 1. Ioan. 4. c. ergo diligit demones ex charitate, & consequenter nos illos sic diligere debemus.

Quarto, quia illud, quod facit ad cumulum nostri meriti, & ad Dei gloriam, debemus ex charitate diligere, sed demones, dum nos tentant, profunt nobis ad augmentum gloriæ, quia nobis coronas fabricant, vt dicit Augustinus 1. lib. de Ciuit. Dei. ergo demones ex charitate diligendi sunt.

Dicendum, quod non est habenda charitas ad demones, quia charitas dicitur amicitia quaedam, & inter amicos est communicatio, sed cum demonibus est illicita communicatio, ergo non est habenda charitas ad illos. Patet Isa. 28. c. i. delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Infernus, & mors vocantur demones, qui infernum habitant, & nobis mortem procurant.

Secundo, quia dicit Augustinus, quod proximus ex charitate diligitur, quia iustus est, vel quia iustus esse potest, sed demones neque sunt iusti, neque possunt esse iusti, ergo non est habenda charitas ad eos.

Considerandum autem, quod circa demones, plus est, quam circa peccatores. Nam in peccatoribus est aliquid boni, quod possumus diligere, in demone autem non, quia demon importat vitium principaliter, scilicet deformationem naturæ, & ideo licet natura demonis possit diligi ex charitate, demon tantum, quia importat vitium non potest ex charitate diligi. Et tamen non considerando nomen, sed substantiam rei, vt si queratur, an spiritus illi, quos demones vocamus, sint diligendi ex charitate. Est dicendum, quod aliquid diligitur ex charitate dupliciter, vno modo, sicut id, ad quod habetur amicitia. Alio modo, sicut id, quod consideratur, vt bonum alterius. Primo modo non potest haberi charitas ad demones, quia non potest haberi amicitia ad illos, pertinet enim ad rationem amicitie, vt amicus bonum velimus, bonum autem, super quo fundatur

Aliquid diligitur ex charitate dupliciter.

tur charitas demonibus velle non possumus, quia illud est communicatio vite eterne, & illud non debemus velle demonibus, qui sunt æternaliter damnati, ideo repugnet hoc diuine charitati, quia per charitatem quam habemus ad Deum approbamus iustitiam eius cui repugnat communicari demonibus beatitudinem.

Secundo modo diligitur aliquid, quod est bonum alterius, & cupimus, vt maneat, sicut bonum illius. Et hoc modo diligimus irracionales creaturas non quidem, quod ad ipsas terminetur charitas tanquam eis bonum velimus, sed quia volumus eas permanere, vt bona nostra, spectantes ad gloriam Dei, & nostram utilitatem, & hoc modo demones ex charitate diligimus, sicut bruta, si non quod demonibus aliquid bonum velimus accidere, sed quod velimus naturam demonum, quæ bona est secundum speciem, & genus suum manere ad gloriam Dei, & nostram utilitatem. Sed hoc non est proprie diligere demones, neque naturam eorum, quia neque eis, neque naturæ eorum aliquid bonum volumus.

Ad primum dicendum, quod demones non sunt proximi, neque eos ex charitate diligere debemus. Et cum dicitur, quod communicant nobiscum in ratione, sicut angeli, dicendum quod ad habendam charitatem requiritur communicatio in vita diuina, scilicet in beatitudine, & ista est communicatio, quæ immediate requiritur, sed mediate requiritur communicatio secundum rationem eo, quod non est aliquid capax beatitudinis, nisi ens rationale, & ideo magis requiritur communicatio in beatitudine, quam in ratione, & si posset communicatio in beatitudine haberi sine communicatione in ratione, illa sufficeret ad charitatem habendam, & tamen communicatio secundum rationem non est iam possibilis cum demonibus cum communicatione secundum beatitudinem, eo quod dauati sunt a Deo æternaliter, ideo non est nobis ad eos charitas, secus de angelis bonis, in quibus manet tam communicatio in ratione, quam in beatitudine.

Ad secundum dicendum, quod demones magis differunt ab angelis bonis, quam homines peccatores a iustis, quia peccatores quando viuunt, licet non habeant beatitudinem possunt habere demones tamen esse possunt habere, ideo ad homines iniustos habenda est charitas, sed non ad demones.

Ad tertium dicendum, quod nos diligimus demones, sicut diligit Deus eos, ipse autem diligit naturam eorum bonam. i. vult ex charitate, quod illa maneat in cultum, & laudem Dei, & nostram utilitatem, & nos idem volumus, sed non ideo demones diligimus.

Ad quartum dicendum, quod tentatio demonum prodest nobis ad meritum, sed non ideo debemus diligere demones, quia tentando nos non intendunt facere nobis bonum, sed perdere nos in gehennam, & ideo magis ex hoc propter suam iniquitatem odisse debemus illos, quam diligere, quia quod eorum tentationes nobis in bonum vertantur, non prouenit ex eorum intentione, vel opere, sed ex eo, quod Deus diligit nos, & malum a demonibus procuratum vertit in bonum ad Rom. 8. c. scimus, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

An conuenienter distinguantur quatuor diligenda ex charitate. Quæst. CCXXCVIII.

Quæritur an conuenienter distinguantur quatuor diligenda ex charitate. scilicet Deus, proximus, corpus nostrum, nos ipsi: Videtur quod non, quia vt dicit Augustinus super Ioannem, qui non diligit Deum, neque seipsum diligit, ergo eodem membro, & dilectione includitur dilectio Dei, & sui ipsius, vnde non

debent poni, vt duo membra. Secundo, quia pars non ponitur in numerum contra totum, sed corpus nostrum est quaedam pars nostra, ergo non debet poni, quasi aliud diligibile a nobis. Tertio, quia sicut nos habemus corpus, ita & proximus, sicut ergo dilectio, qua quis diligit proximum distinguitur a dilectione, qua diligit seipsum, ita & dilectio, qua diligit corpus suum, oportet distingui a dilectione, qua diligit corpus proximi, vel sicut dilectio, qua quis diligit seipsum ponitur distincta ab illa, qua diligit corpus proprium debet poni, vt distincta illa dilectio, qua diligit proximum a dilectione, qua diligit corpus eius, & ita non debet poni ista quatuor distincta diligibilia, sed pauciora, aut plura.

Dicendum, quod conuenienter distinguantur ista quatuor diligibilia ex charitate, quia vt dicit Augustinus li. 1. de doctr. christiana, quatuor sunt diligenda, vnus quod supra nos est, scilicet Deus, alterum, quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, scilicet proximus, quod infra nos est, scilicet corpus proprium. Ratio autem horum est, quia charitas est quaedam amicitia, & fundatur super communicatione beatitudinis, vt inter illa sit charitas, quæ possunt in beatitudine communicare, in qua quidem communicatione vnus attenditur, vt influens beatitudinem, scilicet Deus. Aliud vt directe suscipiens, scilicet homo, & angelus. Tertium, quod non directe suscipit, sed per quandam redundantiam ab alio, scilicet corpus humanum: illud vero, quod est influens beatitudinem habet vnica causam dilectionis, scilicet quia est causa beatitudinis, ideo consideratum, vt vnica diligibile, scilicet vel quia nobiscum est vnus, vel quia nobis est confociatum ad participationem beatitudinis, & ita considerantur duo, scilicet homo & proximus, quod vero recipit per redundantiam vnica rationem habet, ideo non est, nisi vnus diligibile, & ideo conuenienter distinguuntur ex charitate quatuor diligenda.

Ad primum dicendum, quod diuersa habitudo diligenti ad diligibilia facit diuersa diligibilia, & diuersam rationem diligibilitatis, alia tamen est habitudo hominis diligenti ad Deum, & alia ad seipsum, quia ad Deum comparatur, vt ad causam beatitudinis iug, ad seipsum, vt ad directe recipiens beatitudinem a Deo influxam, ideo aliud diligibile debuit poni Deus, aliud nos ipsi. Cum vero obicitur, quod qui non diligit Deum non diligit seipsum.

Dicendum, quod verum est, quod dilectio ista se habet vt causa & causatum, nam diligo Deum, vt causam beatitudinis, me autem vt recipientem illam, sed ablata causa tollitur effectus, ergo qui non diligit Deum, quod solus est causa beatitudinis, non potest diligere seipsum ex charitate ad illam beatitudinem, quia a solo Deo potest inflari, & accipi, & tamen non sequitur ex hoc, quod ambæ sint idem, immo potius distinguantur cum vna se habeat ad aliam, vt causa ad causatum.

Ad secundum potest dici vno modo, quod licet non ponatur pars in numerum contra totum, ponitur in numerum vna pars contra aliam, & ita communicatur anima corpori. Cum autem dicimus diligere nos ipsos non accipitur pro toto supposito, sed pro anima. Et hoc, quia homo est id, quod principale est in eo, quale est anima. Sic dicitur 9. Ethico. Quod homo est intellectus, vel maxime. Et ideo alia est dilectio, qua diligitur nos, inanimata dilectione, qua diligitur corpora propria, eo quod non sunt æqualia secundum naturam, neque se habent eodem modo ad beatitudinem, sed anima, vt directe recipiens, corpus vero, vt per quandam redundantiam.

Alio modo poterat dici, quod accipitur nos ipsi pro toto supposito, corpus autem pro parte, & sunt vt duo diligibilia propter diuersum modum diligibilitatis. Nam

Nam totum, vel suppositum est, vt recipiens, quia pp animam, siue intellectum est homo capax directe beatitudinis, corpus autem nō est capax nisi per redundantiam, ideo non eodem modo diligimus nos ipsos, & corpora nostra.

Sed tunc dicitur cum ponatur corpus, quod est pars aliud diligibile, quam homo cuius est pars, cur non ponitur aliud diligibile anima.

Dici potest vno modo, sicut supra dicebatur, qd cū dicitur, quod diligimus nos ipsos intelligitur de anima, & ita non potest distingui dilectio animæ a dilectione ipsius, sicut dilectio corporis. Alio modo dicendum, quod etiam accipiendo nos ipsi pro toto supposito non debet distingui dilectio nostra a dilectione animæ, sed debet distingui a dilectione, qua corpus diligimus. Et ratio est, quia anima intellectiva est in eodem gradu, in quo nos ipsi, & debet diligere eadem ratione diligibilitatis, qua nos ipsi, quod nō est verum de corpore. Patet hoc, quia nos ipsi sumus directe capaces beatitudinis, & iō directe ex charitate diligimur, anima est nostra est directe capax beatitudinis, immo homo non est capax beatitudinis, nisi quia anima est eius, ideo non debet diligere homo seipsum sub alia ratione, vel gradu, quam animam suam. Secus autem de corpore, quia illud non est capax beatitudinis, sed solum participat ea aequaliter per redundantiam, ideo cum corpus respicimus nō dilimus illud in eodem gradu, in quo nos ipsos vel animā nostram, & ob hoc ponitur distinctum diligibile corpus nostrum, quod non fit de anima nostra.

Ad tertium dicendum, quod corpus proximi non debet poni, vt distinctum diligibile. Et ratio est, quia diligimus proximum ex charitate, vt quædam associata nobis in beatitudine, scilicet sub ratione istius associationis, & non sub ratione, qua ipse est, sed proximus associatur nobis tam secundum corpus, quam secundum animam, cum idem habeat proximus, quod nos habemus, ergo non debet distingui in proximo dilectio proximi a dilectione, qua ille diligitur.

An homines damnatos diligere debemus ex charitate. Quæst. CCXCIX.

QVABRETVR occasione præcedentium supra quæstione 297. an homines damnatos diligere debemus ex charitate.

Aliqui dicunt, quod sic, quia ad homines non damnatos habemus charitatem, & tamen damnati non addunt super alios homines, nisi penā, ergo adhuc diligendi sunt ex charitate.

Secundo, quia in damnatis sunt duo, scilicet peccatum, & peccati pena, sed neutrum istorum impedit dilectionem ex charitate eorum, ergo diligendi sunt. De primo patet, quia homines iniusti peccatum habent, & tamen ex charitate diliguntur, vt ostensum est supra. De secundo patet, quia peccatum deterius est, quam pena, & magis auertit hominem a Deo, & tamen peccatum non tollit quin debeat homo diligere ex charitate, ergo neque pena, & sic damnati diliguntur ex charitate.

Dicendum, quod damnati non sunt ex charitate diligendi. Pro quo sciendum, quod aliquid potest dupliciter ex charitate diligere. Vno modo, vt id, ad quod charitas habetur. Alio modo, vt ad id, ad quod nō terminatur amor charitatis, scilicet quia non volumus ei bonum aliquod, sed volumus ipsum esse, & manere velut bonum alterius. Primo modo non sunt damnati ex charitate diligendi, quia dilectio ista fundatur super cōmunicationem in beatitudine, siue in diuina vita, & tamen damnati non cōmunicant beatitudi-

dine in actu, neque in potentia, quia nemo eorum prest esse beatus, quamuis enim non repugnet illis suscipere beatitudinem, cum sint creature naturales, tamen stante Dei ordinata iustitia, qua eternaliter damnati sunt, non possunt beati effici, ideo non debent ex charitate diligere, quia hoc esset velle eos saluari in quo diuine iustitiæ repugnaremus, & tamen secundum charitatem, qua Deum diligimus, volumus ei iustitiam conseruari. Simile autem accidit in amicitia, nam vt dicitur 9. Ethicorum amicitia dissoluenda est ad illos, qui sunt insanabiles propter superbū dantem malitiam, & ideo si hæc insanabilitas accideret in hac vita, essent aliqui, quos viuentes nos deberemus diligere ex charitate, sed quia dum viuunt nemo insanabilis est, tenemur omnes viuentes diligere ex charitate, mortui autem efficiuntur insanabiles, si in peccati morbo decedunt, huiusmodi sunt damnati, quia in peccato decesserunt, ideo ad damnatos, tanquam ad insanabiles non est habenda charitas. Secus autem de amicitia, quia aliquos vocamus insanabiles in vita secundum illam, & ideo ad viuentes dissoluenda est amicitia, vt dicitur 9. Ethicorum. Quare autem amicitia dissoluenda est ad viuentes propter insanabilitatem, charitas autē non est ad viuētes dissoluenda, sed ad mortuos. Est dicendum, quod tā amicitia, quam charitas ad insanabiles dissoluenda est, sed ad amicitiam dicuntur aliqui insanabiles in vita, ad charitatem autem non sunt insanabiles, dum viuunt.

Ratio est, quia insanabilitas dupliciter considerari potest, scilicet aut quantum ad ipsum hominem, qui insanabilis efficitur, aut quantum ad Deum. Si primo modo dicendum, quod insanabilitas accidit multis in vita, scilicet quod consideratis viribus eorum, & circumstantijs, & dispositionibus vite, & operationis, de multis apparet, quod non possunt resurgere a peccato, & istud est quantum ad quosdam propter consuetudinem inueteratam, quæ inclinat per modum nature 7. Ethicorum, & facit difficultatem, & quasi impossibilitatem ad bonum Iere. 13. c. si potest mutare Aethiops pellem suā, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. In alijs autem propter quādam naturæ perversitatem, & fortem inclinationem secundum passionem, & ita de alijs circumstantijs. Si secundo modo, id est quantum ad Deum, nunquam accidit simpliciter homini insanabilitas, quia quantumcunque sit aliquis deprauatus potest Deus eum liberare a peccato, & infundere gratiā etiam si sit in inferno, quia nil est Deo impossibile. Luc. 1. non est impossibile apud Deum omne verbū, id est nullum verbū est impossibile, scilicet nulla res, & tamen dicitur adhuc insanabilis aliquis quantum ad Deum, non quidem, quia non potest eum sanare, sed quia sanare non vult, & disposuit non sanare, & ita quia dum homines viuunt, Deus vult concurrere cum eis ad bonum semper, & interdum eis non curantibus præuenire eos incitandum ad bonum nemo est insanabilis dum viuunt, neque est de eo desperandum. Secus autem est post mortem, quia tunc Deus disposuit non concurrere cum aliquo malo, & ideo qui in peccato decesserunt manent obstinati, quia ipsi non possunt bonum velle meritorie, nisi Deo concurrente, & Deus non concurrerit cum eis, ideo erunt obstinati perpetuo, & insanabiles. Accipitur autem insanabilitas in amicitia secundum id, quod est humanum, insanabilitas vero in charitate secundum id, quod est diuinum, eo qd amicitia habetur ad homines, & secundum conditionem humanam, charitas vero a solo Deo infunditur, & quia cōuersatio in quantum humana est solum secundum hanc vitam, quia homines nō habent ex se, secundum qd possunt

Insanabilitas potest dupliciter considerari.

communicare in alia vita debet dissolui amicitia ad illos, qui insanabiles facti sunt secundum conditionē humanam, & quantum homines iudicant, charitas autem non est dissoluenda ad aliquem manentem in hac vita quantumcunque sit malus, quia licet ille secundum humanam conditionem sit insanabilis, tamen fm ordinem diuine misericordiæ potest redire ad charitatem, & consuevit Deus aliquos tales ad charitatem reducere. Post autem vitam istam in eis, qui decesserunt in peccato non est tenenda charitas, quia illi nō possunt iam redire ad vitam gratiæ, quia effecti sunt simpliciter insanabiles, scilicet tam secundum se, quam secundum Deum, cum Deus iam cum talibus non concurrat, homini autem sunt damnati, ideo ad damnatos non est habenda charitas, neque amicitia.

Alio modo habetur charitas ad aliquid non tantum ad id, ad quod terminat, sed vt ad aliquid quod volumus, vt bonum alterius, & pro eo. & sic pecora, & inanimata ex charitate diligimus, quia ex charitate volumus illa esse, & permanere ad honorem Dei, & vtilitatem proximorum. Sic etiam damnatos ex charitate diligimus non quidem, quod ipsos diligamus, sed quod eos volumus ex charitate manere ad gloriam Dei, & nostram admonitionem.

Ad primum dicendum, quod homines damnati non addunt solum penam super alios, quia etiam alij habent penam aliquā, dum viuunt, sed addunt insanabilitatem, alij autem non sunt insanabiles, damnati autem sic, ideo isti non diliguntur ex charitate, alij autem homines sic.

Ad secundum dicendum, quod in damnatis peccatum, neque pena est, quod facit eos non diligere ex charitate, quia ista sunt etiam in viuētibus peccatoribus, sed insanabilitas de peccato facit dissolui charitatem ad istos, viuentes autem qualescunque sint nō sunt insanabiles, ideo omnes viuentes debent diligere ex charitate.

An debeat poni aliquis ordo in charitate. Quæst. CCC.

QVABRETVR nunc circa ordinem charitatis, & primo est dubium, an debeat poni aliquis ordo in charitate.

Aliqui dicunt, quod non. Dicit enim Bernardus, Amor gradum nescit, dignitatem non considerat, sed omnis ordo dicit aliquem gradum, ergo in charitate non est gradus.

Secundo, quia vt dicit 8. Ethic. amicitia dicit equalitatem quandam, equalitas autem est vniiformis nō sustinens diuersitatem, sicut vnitas non respicit diuisionem, sed vbi est ordo est quædam diuersitas, ergo charitas non habet ordinem.

Tertio, quia charitas est in voluntate, ordo autem est rationis, quia ordinare est rationis, cuius est comparare, voluntas autem non ordinat, quia non est vis collatiua, ergo non est ordo in charitate.

Quarto, quia ordo dicit quādam distinctionem charitas autem non est distinctiua, sed potius vnitua, cum sit amor quidam, ergo non est ordo in ea.

Quinto, quia illud, quod pertinet ad actum virtutis, sicut circūstantia quædam necessaria, cedit sub præcepto, sed ordo charitatis nō cedit sub præcepto, quia ex quo alicui impendo, id quod ei debeo, lex nō impedit, quin illi, cui non teneor, plus impendam, ergo ordo dilectionis non est circūstantia necessaria in virtute charitatis.

Sexto, quia charitas est quædam virtus, sed in alijs virtutibus non assignatur ordo, ergo neque in charitate.

Septimo, quia sicut obiectum fidei est prima veritas, ita obiectum charitatis est prima bonitas, & summa, sed in fide non ponitur aliquis ordo, sed omnia creduntur equaliter, ergo neque in charitate debet poni aliquis ordo, sed omnia equaliter diliguntur.

Dicendum, quod in charitate est ponendus aliquis ordo, quia Can. 2. c. dicitur: Intrauxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem, ergo charitas ordinem habet. Secundo, quia Dionys. 4. c. de diuinis no. dicit, quod malum hominis est contra rationem esse, sed malum hominis est esse contra virtutem, ergo oportet in qualibet virtute esse bonum rationis, sed bonum rationis est, quod homo faciat ordinate vnumquodque, quod facit, ergo charitas, quæ est præcipua virtus ordinem habebit.

Tertio, quia actus virtutis variantur secundum exigentiam obiectorum, sed obiectum charitatis, quod est bonū ordinem habet, cum quoddam sit melius altero, ergo charitas habet ordinem. Quarto, quia vbiunque est vnum propter alterum, ibi est aliquis ordo, sed charitas diligit aliquid propter alterum, scilicet omnia propter Deum, ergo charitas habet ordinem.

Quinto, quia vt dicitur 5. Metaphy. prius, & posterius dicitur secundum regulationē ad aliquod principium. Ordo autem includit in se aliquem modum prioris, & posterioris. Vnde oportet, quod vbiunque est aliquid principium, ibi sit aliquis ordo, sed iam dictū est, quod dilectio charitatis tendit in Deum, sicut in principium beatitudinis, in cuius cōmunicatione amicitia charitatis fundatur, id oportet, quod in his, quæ ex charitate diliguntur, attendatur aliquis ordo secundum relationem ad primum principium huius dilectionis, quod est Deus.

Sexto, quia in quolibet actu virtutis oportet esse modum quendam, quia non est iustus aliquis, nisi iusta faciat, & iuste: modus autem in actu virtutis est ex cōmensuratione obiecti ad potentiam, scilicet, quod potentia ipsi obiecto cōmensuretur, vt ab eodem a quo actus speciem accipit, mensurā accipiat, obiectum autem charitatis bonum est hoc modo, quod bonum simpliciter, vt dicit Aristot. 8. Ethico. est amabile simpliciter, vnicuique autem proprium bonum. Vnde cum in bono contingat esse magnam diuersitatem, & gradus diuersos, secundum qd vnum est altero melius, oportet quod actus dilectionis ordinem habeat ad hoc, vt sit virtuosus.

Ad primum dicendum, quod in amore potest accipi gradus dupliciter. Vnus est diligibilis ad diligibile, & de hoc gradu non loquitur Bernardus, alius gradus est diligens ad diligibile, & de hoc loquitur Bernardus, gradum enim diligibilis ad diligibile nouit amor, quia non equaliter amat omnia diligibilia, sed quædam plus, quædam minus, secundum quod ipsa magis, & minus diligibilia sunt, Gradus autē diligibilis ad diligens ignoratur ab amore, quia effectus amoris est vnire, interdum diligens, & diligibile sunt multum inæqualia, & si diligibile est maius, debetur sibi reuerentia a diligente. Hoc tamen non præstitit amor, quia reuerentia facit resiliere ab illo, cui reuerentia exhibetur, cum reuerentia sit considerata alterius magnitudine in propria resiliere paruitatem, & tamē amor vnit amantem amato, ergo non permittit resiliere ab eo, & consequenter non permittit reuerentia, sed reuerentia debetur ex gradu inæqualitatis, ergo amor nescit gradum. Sed dicendum, qd etiam hunc gradum quodammodo scit amor, & quodammodo nescit, scit quidem quantum ad affectum, sed nescit quantum ad affectum. De effectū patet, quia amās non impendit duobus a se amatis equalia si inæqualia amata

Quæ. 294.

com.

amata sunt. De affectu patet, quia vtrunque amat, & vtrique se vult, & vno ista tollit gradum, & tamen etiam in effectu ostenditur foris interdum aliquid, quod pertinet ad effectum, & sic, neque gradum exterius totaliter nouit. Quod patet, quia interdum amans ad superiorem se amatum ab eo confidit se habere, & ad amatum se minorem habere familiariter, & tamen ratio inæqualitatis tollere debet vtrunque. Nam ad maiores nobis nos habere debemus confidenter, vt illis debitam seruemus reuerentiam, & ad minores nobis non debemus nos habere familiariter, vt debitam nobis reuerentiam, & honorem teneamus, sed vtrunque confundit amor, & hoc est nescire gradum.

Ad secundum dicendum, quod charitas amabiliū ordinem habet, & cum dicitur de æqualitate, dicendum quod requiritur in amicitia, & charitate, & tamen non tollitur ordo, est tamen duplex æqualitas, scilicet æquiparantiæ, & proportionis, sic etiam in æqualitate. Duplex æqualitas æquiparantiæ non est semper inter amicos, quia sic nunquam esset amicitia ad minores, neque ad maiores, sed ad prorsus æquales, sed recipit etiam æqualitatem proportionis. Dicuntur hæc proportionis, quia proportio æqualitatis est æqualis numeri ad æqualem, vt quatuor ad tria, quæ melius vocatur æqualitas, quam proportio, vocatur tamen proportio in quantum quælibet duarum quantitates finitæ habet aliquam habitudinem, quam proportionem vocamus, ideo quantitates æquales dicuntur habere proportionem æqualitatis, sed talem proportionem (solemus vocare æqualitatem æquiparantiæ, & non proportionis. Dicitur æqualitas proportionis, quod aliquæ se extendunt proportionaliter, licet non æqualiter quantum ad quantitatem. Sic patet in numeris, vt quatuor ad tria est proportio æqualis, sicut sex ad quatuor, non est enim æqualitas excessus in quantitate, quia sex incedit ad quatuor in duobus, & tamen tria exceduntur a quatuor in vno, æqualis tamen, & eadē proportio manet, quia sex ad quatuor est sexquialtera, & quatuor ad tria sexquialtera. In amicitia autem, & charitate iustitiam inuenire æqualitatem proportionis, licet non sit æqualitas quantitatis, dicere autem æqualitatem æquiparantiæ inter amicos est dicere eos esse penitus æquales secundum virtutem, & secundum statum, & secundum rationem debiti vnus ad alterum, quod raro inuenitur. Dicere esse æqualitatem proportionis est dicere, quod licet sit æqualitas simpliciter inter eos maneat habitudo aliqua, secundum quam communicare possint, in actione, & reactione, quia amicitia fundatur in communicatione alicuius boni, super quo est amare, & redamare. Inter agens, & patiens est proportio, scilicet quod taliter se habet agens ad patiens, quod possit agere ad illud, & taliter se habet patiens ad agens, quod possit pati ab illo, licet neque sint æqualia, neque similia, æqualia quidem non sunt, quia actio fit ab excessu inæqualitatis, similia et non sunt, quia in principio actionis sunt dissimilia, in fine autem similia sunt, & ad hoc tendunt agendo, vt similia sint. Sic, & inter amicos, licet maneat non omnimoda æqualitas, quæ est æquiparantiæ, sufficit æqualitatem esse proportionis. Et, quia ista recipit secundum aliquam diuersitatem, & inæqualitatem, potest esse ordo in dilectione.

Ad tertium dicendum, quod ordo est in charitate, & in voluntate non tanquam in faciente, sed vt in recipiente, sicut dicimus de prudentia ad omnes virtutes morales, ipsa enim sola ordinat, & dirigit circa actum omnium virtutum moralium qualiter, & quando, & quibus instrumentis, & ita de alijs circumstantijs agendum sit, & ideo virtutes solum habent inclinare in obiectum suum, & finem, prudentia

autem habet dare modos agendi. Et hoc est ordinare circa actus virtutum, sic circa charitatem est ordo, non, quod charitas ordinem faciat, vel voluntas, in qua est, sed ratio, sive per prudentiam, sive per peritiam legis Dei ordinem ponit in diligibilibus, dicens, hoc tendit in illud minus debere diligere, charitas autem magis, & ea quæ ordinata sunt a ratione eo modo, quo nata sunt, & talem ordinem habet charitas, non facit tamen illum, sed recipit.

Ad quartum dicendum, quod in charitate possumus dupliciter considerare gradum, scilicet inter diligibile ad diligibile, & inter diligens ad diligibile. Primus gradus non tollitur per charitatem, sed ita est, quod quædam magis amat, quam alia. Secundus gradus non potest manere in charitate, & ibi est gradus aliquo quantum ad effectum, licet maneat quantum ad affectum, vt declaratum est, vno autem, quam charitas facit, tollit gradum inter amans, & amatum in amando, sed non inter amabilia, & ibi est gradus.

Ad quintum dicendum, quod ordo in charitate est de necessitate salutis. Cum autem dicitur, quod cum alicui datur, quod non debetur, prohibet lex dari alteri plusquam debeat ei, dicendum quod hoc non stat, quia si circa charitatem impendatur alicui plusquam debetur, tollitur alteri, quod ei debet, quia in vnoquoque genere non potest esse, nisi vnū summum, & ideo si aliquid præter Deum diligo, vt vltimum finem, & sic si aliquam rem diligo, quasi vltimum finem impendo ei plusquam debeo, & ex hoc tollo Deo id quod ei debetur, quem iam non possum diligere, vt vltimum finem, & ideo si aliquid aliud, quod est minus diligendum æquiparem alteri, quod est magis diligendum, non impendo tantam dilectionem quantum debeo ei, quod est magis diligendum, cum non magis diligam id, quod magis diligendum est, & sic ordo est in charitate de charitate salutis, & peccat, qui ordinem mutat.

Ad sextum dicendum, quod in charitate consideratur potius ordo, quam in alijs virtutibus, quia aliæ virtutes ordinant hominem in seipsum, vel in seipso, vt temperantia, & similes, iustitia autem ordinat hominem ad alium hominem secundum, quod æquatur ei quantum ad res, in quibus iustitia est, vel circa quas, in his autem non consideratur diuersitas, sed vel idem modus, vel æqualitas, obiectum autem charitatis est natura rationalis, in qua inuenitur multa differentia, quia ibi est Deus, angelus, homo, & in his rursus multa inæqualitas, ideo potius in charitate, quam in alijs virtutibus considerandus est ordo.

Aliter potest dici, quod charitas est in vltimum finem sub ratione vltimi finis, quod non competit alicui alteri virtuti, quia alij sunt in aliquid, quod est minus sine vltimo, sicut virtutes morales. Aliquid vero est in vltimum finem, sed non sub ratione vltimi finis, sicut fides, & spes, quæ sunt virtutes theologice, & sunt in Deum, qui est vltimus finis, sed non sunt in eum sub ratione vltimi finis, sed finis vltimus habet rationem principij in appetibilibus, sicut in speculatiuis primæ conceptiones, & ideo cum charitas, vt ad primum principium, & sub eius ratione est, ad alta importatur, vt in media, & ita ordo competit charitati potius, quam alijs virtutibus.

Ad septimum dicendum, quod tam fides, quam charitas sunt ad Deum, & tamē in charitate est ordo, in fide autem non. Ratio est, quia fides pertinet ad cognitiuam, charitas autem ad appetitiuam, operatio autem cognitiue virtutis est, secundum, quod res efficiuntur in cognoscente, operatio autem appetitiue est secundum, quod ipsa tendit in res, ordo autem

primus

principaliter inuenitur in rebus, quam in cognitione cum ex re deriuetur ad cognitionem, ideo ordo magis competit charitati, secundum quam voluntas tendit in res extra, quam fidei secundum quam res veniunt ad cognitionem, & incipiunt esse in intellectu, veruntamen aliquis ordo est in fide, quia fides est per se, & primo de Deo, secundario autem de alijs rebus, quæ referuntur in Deum.

An ordo, qui in charitate est attendatur secundum affectum, vel secundum effectum, vel secundum vtrunque. Quæst. CCCI.

Quæretur an ordo, qui in charitate est attendatur secundum affectum tantum, vel secundum effectum tantum, vel secundum vtrunque.

Aliqui dicunt, quod secundum effectum tantum. Sicut enim prima veritas est, cui innititur fides, ita est summa bonitas, cui innititur charitas, & vtraque est vna: sed fides æqualiter est certa de omnibus, quæ ex fide creduntur, ergo charitas æqualiter afficitur ad omnia, quæ æqualiter diligit, & tamen ordo dicit gradum, & inæqualitatem, ergo attenditur secundum effectum, & non secundum affectum.

Secundo, quia actus mensuratur, secundum rationem obiecti, sed quamuis plura sint, quæ ex charitate diliguntur, in omnibus est vna ratio dilectionis, quæ est diuina bonitas, quæ est obiectum charitatis, ergo ad omnia, ad quæ est charitas, est æqualis affectio, & consequenter gradus non consideratur secundum affectionem, sed secundum effectum.

Tertio, quia quanto quis ad alterum magis afficitur tanto ei magis bonum desiderat, sed omnibus, quæ ex charitate diligimus operamur idem bonum, scilicet vitam æternam, vel de iam habito nobis complacet, ergo æquali affectione omnia diligimus, & ita ordo non erit in affectione, sed in effectu.

Quarto, quia ordo charitatis est sub præcepto, sed non sub præcepto quantum ad affectum, quia cum alicui exhibeo id, quod debeo, et si sine affectu faciā, non sum reus præcepti, ergo attenditur secundum effectum.

Quinto, quia vbi est maior affectus, ibi est maius meritum, quia meritum secundum radicem charitatis mensuratur, sed dicunt, quod non magis meretur homo in dilectione propinquo, vel etiam in suis ipsius, quam aliorum, ergo ordo amoris non est accipiendus secundum affectum.

Dicendum, quod ordo iste consideratur tam secundum affectum, quam secundum effectum, sed principaliter secundum affectum. Primo, quia, vt dicit Grego. in homilia. probatio dilectionis exhibitio est operis, si ergo effectus est probatio, ergo res est in effectu, quia res, & probatio, vel signum rei distinguuntur.

Secundo, quia sicut beneficentia principaliter considerat effectum, ita charitas principaliter considerat affectum, si ergo ordinatio esset solum secundum effectum, esset ordinatio beneficentie, & non charitatis, quod falsum est, quare ordinem in charitate consideramus.

Item, quia effectus exterior non pertinet ad charitatem, nisi in quantum ex affectu procedit, in quo potest esse charitatis actus, vnde si ordo solum attendetur in effectu, ordo ille magis pertineret ad alias virtutes, vt ad liberalitatem, & misericordiam, quam ad charitatem, cum illæ virtutes respiciant actum exteriorem, & tamen ordo dicitur esse charitatis, & non aliarum virtutum, ergo erit secundum affectum principaliter, vt ex affectu transeat in effectum hoc modo, vt

ei, quem in affectu magis diligimus magis in effectu impendamus, vel quod sit paratus homo impendere si necesse foret, & hoc, quia interdum non est opus aliquid impendere, sicut quando illi, qui diliguntur nostris auxilijs non indigent. Et hoc patet per simile in natura, quia vnicique rei naturali tantum est inditum a creatore de amore naturali erga aliquid, quantum est necessarium, vt exhibeat de effectu circa illud. Sic etiam est in amore charitatis, quia talis gradus imperatur de charitate circa singulam rem, quantum de effectu est necesse foris ostendere circa illam, & sic gradus, & ordo principaliter consideratur in actu interiori, & posterius in effectu.

Ad primum dicendum, quod non est eadem ratio charitatis, & fidei, quia obiectum fidei est veritas prima, sed non est, vt est in re extra existens, sed secundum, quod est illa veritas nobis diuinitus reuelata, & annunciata, quia fides ex auditu est ad Ro. 10. ca. Et ideo, quia omnia, quæ sunt fidei annunciata sunt nobis eodem modo, & ab eodem, scilicet a Deo per filium suum, vel per prophetas ab eo inspiratos, ideo equalis certitudo habetur de eis, sed charitatis obiectum est bonum, scilicet secundum quod est in rebus, & ideo cum in diuersis rebus diuersimode diuina bonitas, quæ est prima inueniatur, oportet quod affectio, quæ tendit in res extra diuersimode transeat in illas.

Ad secundum dicendum, quod non est æqualis affectio ad omnia, quia licet sit eadem ratio communis omnibus diligendi illa, non tamen inuenitur equaliter participata in omnibus, nam in Deo est per se, in alijs autem secundum participationem maiorem, & minorem, & ideo ad quædam est maior affectio, quam ad alia.

Ad tertium dicendum vno modo, quod ex charitate volumus omnibus æquale bonum, sed non æqualiter, sed volumus, quod omnes fruantur Deo, sed non volumus esse æqualem frustrationem istam, cum quosdam optemus beatiore alijs fieri, & participare magis Deo, & ita non est equalis affectus.

Aliter potest dici, quod licet velimus idem bonum omnibus, & æqualem participationem illius, vt si vellemus, quod omnes participarent æqualiter beatitudine, tamen non esset æqualis affectio ad omnes, quia intensio actus in actibus animæ, quæ non agit secundum suum totum conatum, sicut entia naturalia non mensuratur ad quantitatem obiecti tantum, sed ad efficaciam agentis, & conatum in agendo, vnde non dicitur melius videre, qui meliorem rem intuetur, sed qui illam acutius, & clarius videt, & ideo licet quis velit duobus æquale bonum, non oportet, quod illud velit ex equali desiderio, sed vni potest velle illud ex maiori desiderio, quam alteri, immo & illi, cui minus vult bonum potest ex maiori desiderio velle.

Ad quartum dicendum, quod secundum charitatem tenetur quis alterum diligere, & secundum alias virtutes tenetur aliquid circa illum facere. Et ideo dupliciter est quis reus, scilicet non diligendo, & non impendendo ea, quæ sunt impedienda, si enim omittat quis impendere bonum, quod dare alteri tenetur, est reus iustitiæ non seruati, si omittat impendere affectum, quem exhibere tenetur, est reus charitatis non habiti, & ideo quando quis impendit alteri id, quod foris tenetur impendere, etiam si sine affectione agat non tenetur reus præcepti de iustitia seruanda, est tamen reus præcepti de charitate tenenda, vnde ad Ro. 1. ponitur pro vitio esse homines sine affectione, id est non affici ad proximos ex charitate, quia charitas est melior alijs virtutibus, cum quis omiserit actum huius magis reus est, quam omittendo actum aliarum virtutum.

Ad

Ad quintum dicendum, quod in diligendo est magis meritum, & aliquando minus, sed in quo sit magis meritum, & quid magis diligere teneamur, dicitur in sequentibus, & ideo hoc non simpliciter concedatur.

An debeat homo magis diligere Deum ex charitate, quam seipsum. Quæst. CCCII.

QUÆRITUR an debeat homo magis diligere Deum ex charitate, quam seipsum. Aliqui dicunt, quod non tenetur, quia ut dicit Dionys. 4. ca. de Diuin. no. amor est virtus vnitua, sed vnusquisque est sibi magis vnitus, quam Deo, quia sibi ipsi est idem, quod non est ad Deum, ergo magis tenetur seipsum diligere, quam Deum.

Secundo, quia Aristot. 8. Ethic. dicit, quod vnicique est amabile, quod est sibi bonum, sed quidquid diligitur propter hoc quod est sibi bonum, propter seipsum diligitur, ergo homo quidquid diligit, propter seipsum diligit, & ita se magis diligit, quam omnia, quæ diligit, ergo non diligit Deum super omnia.

Tertio, quia Philosophus dicit 9. Ethic. quod amabilia, quæ ad alterum, venerunt ex amabilibus, quæ ad seipsum, sed primum in vnoquoque genere est potissimum, ergo amor quæ quique habet ad seipsum est prior, quam amor, quem habet ad alterum. Et sic quilibet diligit se plusquam Deum secundum naturam, sed charitas non destruit naturam, sed perficit, ergo non diligit quisque Deum super omnia ex charitate. Quarto, quia ut dicit Grego. in homilia probatio dilectionis exhibitio est operis, sed tantum facit quisque pro gratia conseruanda, siue pro beatitudine habenda quantum pro Deo, ergo tantum diligit quilibet gratiam, & beatitudinem creatam quantum Deum, sed dilectio, qua dicimur diligere virtutem, vel gratiam, vel aliquod accidens refertur ad dilectionem qua diligitur subiectum illius accidentis cui desideratur idem accidens, ergo non diligit habens charitatem Deum plusquam se, immo minus videtur diligere, quam se cum charitatem, & beatitudinem minus diligit, quæ se, ista tamen equaliter cum Deo diligit.

Dicendum, quod quisque debet diligere Deum ex charitate magis, quam seipsum, quia finis diligendus est magis, quæ ea quæ sunt ad finem, sed Deus est finis omnium diligibilium ex charitate, ergo Deus est maxime diligendus. Secundo, quia ut dicit Arist. 8. Ethic. vnicique diligibile est proprium bonum, sed Deus est magis bonum, quam aliquid aliud, & est magis proprium rei, quam aliquid aliud, cum sit cuiuslibet rei magis intimum, quam ipsa res sibi ipsi, ut dicitur in libro de spiritu, & anima, ergo Deus est homini magis proprium bonum, quam homo sibi ipsi, ergo homo debet diligere Deum ex charitate magis, quam seipsum.

Tertio, quia in vnoquoque genere illud, quod est causa aliorum est maximum, ut dicitur 2. Metaphys. sed Deus est ratio, & causa, quare omnia ex charitate diligantur, cum diuina bonitas sit per se obiectum charitatis, ergo magis debet quisque ex charitate diligere Deum, quam seipsum.

Circa quod considerandum, quod cum obiectum amoris sit bonum, dupliciter potest aliquis tendere in bonum alicuius rei. Vno modo in quantum bonum illius rei ad alterum refert, sicut quando bonum vnus rei optamus alteri, vel pro ea si non habet, vel complacet nobis de illo bono habito a se si habet, sicut cum quis amat vinum in quantum dulce sibi vinum optat, & in hoc gaudet, quod fruatur dulcedine vini, & non quod velit, quod ipsum vinum habeat aliquod bonum. Et iste amor vocari solet amor concupiscentiæ. Amor

autem iste non terminatur ad rem, quæ dicitur amari, sed desinitur ad rem aliam, cui optatur bonum illius rei. Alio modo fertur amor in bonum alicuius rei, ita quod ad rem ipsam terminatur in quantum optamus bonum illi rei, quod nondum habet, & complacet nobis de bono, quod ipsa habet, & iste amor solet vocari amor beneuolentiæ, quæ est principium amicitie 9. Ethicorum, vel amor amicitie. Vnde gradus charitatis secundum hunc gradum amoris attendendi sunt, quia charitas amicitia quædam est, vel amicitiam includit, ut supra dictum est. Bonum autem illud vnusquisque vult maxime saluari, illud magis placens sibi, quia hoc est appetitum informatum per amorem magis conforme, hoc autem est suum bonum. Vnde secundum quod bonum alicuius rei est, vel estimatur magis bonum ipsius amantis, illud tantum magis vult amans seruari in re amata, bonum autem ipsius amantis magis sibi perfectius est, & ideo, quia pars qualibet imperfecta in seipsa, perfectionem autem habet in suo toto, ideo pars qualibet naturali amore magis tendit in conseruationem totius, quam in conseruationem sui ipsius. Vnde & naturaliter animal apponit brachium ad defensionem capitis, quia ex illo peditur salus totius. Et inde est etiã, quia particulares homines morti se exponunt pro conseruatione communitatis, cuius ipsi sunt partes, quia ergo bonum nostrum in Deo perfectum est, sicut in causa vniuersali prima, & perfecta bonorum, ideo bonum in ipso essentialiter magis complacet, quam in nobis ipsis, & ideo etiam amore amicitie naturaliter Deus plus diligitur ab homine, quam seipsum diligit homo, & quia charitas perficit naturam, ideo etiam secundum charitatem Deum magis, quam seipsum diligit homo, nam charitas supra naturalem amicitiam hominis ad Deum addit quandam associationem vitæ gratiæ, & gloriæ, quæ est in vita diuina, & ideo naturali amicitia diligit homo magis Deum, quam seipsum, quia est sibi causa omnium bonorum naturalium, a fortiori per charitatem diligit Deum super seipsum, tanquam auctorem bonorum gratiæ, & gloriæ.

Aliqui autem dicunt, quod homo naturaliter diligit Deum magis, quam seipsum amore concupiscentiæ, & tamen seipsum diligit magis, quam Deum amore amicitie, & tamen charitas naturam ad hoc eleuat, ut per amicitiam plus homo Deum diligit, quam seipsum. Et patet, quia amore concupiscentiæ illud diligitur, quod nobis bonum est, & tamen Deus est homini causa omnium bonorum, homo autem non est sibi causa illorum, ideo sic plus homo diligit Deum, quæ seipsum, & tamen, quia plus vult homo seipsum esse viuere, & permanere, quæ Deum, & potius homo vult habere bona, quæ Deus illa habeat, diligit magis seipsum amore amicitie, quæ Deum, sed dicitur, quod charitas eleuat hominem supra conditionem nature, & facit, quod amet Deum plusquam se. Sed dicendum, quod verior positio est præcedens, scilicet quod amore amicitie est naturaliter homo amet magis Deum, quæ seipsum, quia inclinatio naturalis hominis in quantum est homo, nunquam tendit contra charitatem, quia tunc charitas tolleretur naturam, & tamen non tollit illam, sed perficit, & tamen ex charitate amat homo Deum plusquam se, ergo etiam amicitia naturali potest Deum amare plusquam seipsum. Ad primum dicendum, quod amor facit vnionem, & vnus non tamen secundum rem, sed secundum affectum, quia res, quæ erant prius distincte realiter non efficiuntur idem realiter per amorem, sed vnuntur secundum affectum, quia amans vnitur amato secundum affectum, non est autem inconueniens, quod illud, quod est minus coniunctum secundum rem sit magis coniunctum secundum affectum.

Quilibet pars magis tendit in conseruationem totius, quæ sui.

Amor ad rem vnionem inducit. Etiam dicitur, quod dicitur amari, sed desinitur ad rem aliam, cui optatur bonum illius rei. Alio modo fertur amor in bonum alicuius rei, ita quod ad rem ipsam terminatur in quantum optamus bonum illi rei, quod nondum habet, & complacet nobis de bono, quod ipsa habet, & iste amor solet vocari amor beneuolentiæ, quæ est principium amicitie 9. Ethicorum, vel amor amicitie. Vnde gradus charitatis secundum hunc gradum amoris attendendi sunt, quia charitas amicitia quædam est, vel amicitiam includit, ut supra dictum est. Bonum autem illud vnusquisque vult maxime saluari, illud magis placens sibi, quia hoc est appetitum informatum per amorem magis conforme, hoc autem est suum bonum. Vnde secundum quod bonum alicuius rei est, vel estimatur magis bonum ipsius amantis, illud tantum magis vult amans seruari in re amata, bonum autem ipsius amantis magis sibi perfectius est, & ideo, quia pars qualibet imperfecta in seipsa, perfectionem autem habet in suo toto, ideo pars qualibet naturali amore magis tendit in conseruationem totius, quam in conseruationem sui ipsius. Vnde & naturaliter animal apponit brachium ad defensionem capitis, quia ex illo peditur salus totius. Et inde est etiã, quia particulares homines morti se exponunt pro conseruatione communitatis, cuius ipsi sunt partes, quia ergo bonum nostrum in Deo perfectum est, sicut in causa vniuersali prima, & perfecta bonorum, ideo bonum in ipso essentialiter magis complacet, quam in nobis ipsis, & ideo etiam amore amicitie naturaliter Deus plus diligitur ab homine, quam seipsum diligit homo, & quia charitas perficit naturam, ideo etiam secundum charitatem Deum magis, quam seipsum diligit homo, nam charitas supra naturalem amicitiam hominis ad Deum addit quandam associationem vitæ gratiæ, & gloriæ, quæ est in vita diuina, & ideo naturali amicitia diligit homo magis Deum, quam seipsum, quia est sibi causa omnium bonorum naturalium, a fortiori per charitatem diligit Deum super seipsum, tanquam auctorem bonorum gratiæ, & gloriæ.

Amor ad rem vnionem inducit. Etiam dicitur, quod dicitur amari, sed desinitur ad rem aliam, cui optatur bonum illius rei. Alio modo fertur amor in bonum alicuius rei, ita quod ad rem ipsam terminatur in quantum optamus bonum illi rei, quod nondum habet, & complacet nobis de bono, quod ipsa habet, & iste amor solet vocari amor beneuolentiæ, quæ est principium amicitie 9. Ethicorum, vel amor amicitie. Vnde gradus charitatis secundum hunc gradum amoris attendendi sunt, quia charitas amicitia quædam est, vel amicitiam includit, ut supra dictum est. Bonum autem illud vnusquisque vult maxime saluari, illud magis placens sibi, quia hoc est appetitum informatum per amorem magis conforme, hoc autem est suum bonum. Vnde secundum quod bonum alicuius rei est, vel estimatur magis bonum ipsius amantis, illud tantum magis vult amans seruari in re amata, bonum autem ipsius amantis magis sibi perfectius est, & ideo, quia pars qualibet imperfecta in seipsa, perfectionem autem habet in suo toto, ideo pars qualibet naturali amore magis tendit in conseruationem totius, quam in conseruationem sui ipsius. Vnde & naturaliter animal apponit brachium ad defensionem capitis, quia ex illo peditur salus totius. Et inde est etiã, quia particulares homines morti se exponunt pro conseruatione communitatis, cuius ipsi sunt partes, quia ergo bonum nostrum in Deo perfectum est, sicut in causa vniuersali prima, & perfecta bonorum, ideo bonum in ipso essentialiter magis complacet, quam in nobis ipsis, & ideo etiam amore amicitie naturaliter Deus plus diligitur ab homine, quam seipsum diligit homo, & quia charitas perficit naturam, ideo etiam secundum charitatem Deum magis, quam seipsum diligit homo, nam charitas supra naturalem amicitiam hominis ad Deum addit quandam associationem vitæ gratiæ, & gloriæ, quæ est in vita diuina, & ideo naturali amicitia diligit homo magis Deum, quam seipsum, quia est sibi causa omnium bonorum naturalium, a fortiori per charitatem diligit Deum super seipsum, tanquam auctorem bonorum gratiæ, & gloriæ.

Ad secundum dicendum, quod vnicique est amabile, quod ei bonum est, & nihil est amabile alicui, nisi quod ei bonum est, & tamen non oportet, quod omne, quod amat ab aliquo, ideo ametur, quod est ei bonum, ita quod amans se constituat finem rei amate, sed quod amat est bonum amanti, tamen amans non amat illud propter semetipsum, sed propter finem illius, sicut fit in amicitia. Nam amans amicum amat, quod sibi bonum est, quia ut dicitur 8. Ethic. amicus factus bonum fit ei, cuius est amicus, & tamen nemo amat amicum propter semetipsum, id est retorquendo illum ad se, vel ad aliquid ipsius, sed ita diligimus amicos, etiam si nihil inde nobis provenire debeat, & ideo licet diligit homo Deum, qui est nobis bonum non diligimus eum propter nos, sed propter se cum ipse sit finis dilectionis.

Ad tertium dicendum, quod hominis amor derivatur ex amore, quem quis habet ad seipsum, & ideo sequitur, quod iste est prior, non quidem in genere cause, sed in via generationis, ideo non oportet, quod iste amor sit maior alijs, vel prior, sed quod incipiat ante alios. Nam amor præsupponit cognitionem, & ideo illa, quæ sunt prius cognita, prius possunt amari, sed nihil est, quod possit homo cognoscere ante semetipsum, ergo nihil est, quod amet prius, quam se, & consequenter omnis amor provenit ex isto amore tanquam ex priori in via generationis: sed quia, quod amat, rationem finis habet, eo quod amans tendit in amatum, ille est amor simpliciter maior, qui est de fine simpliciter, & ille erit principium omnium amorum, sed finis simpliciter est Deus, & non homo sibi ipsi, ergo amor, quo Deum diligimus, est prius in genere amoris, & est potissimus.

Ad quartum dicendum, quod non facere debet quis tantum pro acquirenda beatitudine, vel conseruanda gratia quantum pro Deo. Vnde licet faciamus opera bona pro beatitudine acquirenda, & conseruanda gratia, potius debemus illa facere pro amore Dei, quæ pro his, & magis meritorium est agere bonum pro Deo, vel pro beatitudine obtinenda.

Aliter potest dici, quod non possumus comparare amorem, quo quis amat Deum ad amorem, quo se diligit quantum ad effectum. Nam probatio dilectionis est exhibitio operis in eis, quæ operibus nostris indigent, & tamen sunt quedam, quæ non indigent opere nostro, & ibi non est inconueniens, quod per eis, quæ minus diliguntur plura faciamus. Sic est de Deo, quia operibus nostris non indiget. Psal. 15. bonorum meo-

rum non eges. Et non accrescit ei aliquid ex operibus nostris, neque accrescere potest. Nobis autem sunt necessaria opera nostra, & aliena, & tamen si esset possibile, quod ex nostris operibus aliquid Deo accresceret habens charitatem, multo plura, & maiora facere deberet pro beatitudinem Dei conseruandam, quæ pro beatitudinem sibi ipsi adipiscendam, & tamen non inuenitur talis comparatio in operibus, ut dictum est, & sic plus homo debet Deum, quam seipsum diligere, & tamen plura pro se, quæ pro Deo facit, id est pro vilitate Dei.

An debeat homo diligere Deum plusquam proximum. Quæst. CCCIII.

QUÆRITUR an debeat homo diligere Deum plusquam proximum. Aliqui dicunt, quod non, quia dicitur 1. Ioan. 4. c. qui non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poterit diligere? Ex quo videtur, quod illud est magis diligibile, quod est visibile. Nam visio est principium amoris, ut dicit 9. Ethic. scilicet, quod nemo potest amare, nisi specie prædelectatus, ista autem præcedens delectatio est in ipse per visionem, sed Deus est minus visibilis, quam proximus, ergo est minus ex charitate diligibilis.

Secundo, quia similitudo est causa dilectionis. 8. Ethicorum. & Eccl. 13. Omne animal diligit, sibi simile, sed maior similitudo est hominis ad proximum suum, quam ad Deum, ergo ex maiori charitate est diligendus proximus, quam Deus. Tertio, quia id, quod homo diligit in proximo suo est Deus, ut patet per Aug. 1. de Doc. christiana. sed Deus non est maior in seipso, quam in proximo, ergo non est magis diligendus in seipso, quam in proximo, & consequenter non est magis diligendus Deus, quam proximus.

Dicendum, quod non est dubium, quin magis debeamus diligere Deum, quæ proximum, quia magis diligit homo seipsum, quæ proximum, & tamen magis diligit Deum, quam seipsum, ut dictum est præcedens. Ergo magis diligit Deum, quam proximum. Item illud est maxime diligendum, propter quod cetera sunt odio habenda, sed propter Deum sunt proximi odio habendi, si a Deo separantur Luc. 14. c. si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & sorores non potest esse meus discipulus, sed isti sunt proximi maxime coniuncti, ergo Deus magis est diligendus, quæ proximi. Item, quia vnaqueque amicitia respicit principaliter illud, in quo principaliter inuenitur illud bonum super cuius conseruationem fundatur, sicut amicitia politica principaliter respicit principem, vel rectoris ciuitatis, a quo totum bonum commune ciuitatis dependet. Vnde & ei maxime debetur fides, & obedientia a ciuibus. Amicitia autem charitatis fundatur super communicatione beatitudinis, quæ consistit essentialiter in Deo, sicut in primo principio, a quo derivatur in omnes, qui sunt beatitudinis capaces, & ideo principaliter, & maxime Deus est ex charitate diligendus, ipse enim diligit a nobis, sicut beatitudinis causa, proximus autem, sicut beatitudinem nobiscum simul ab eo participans.

Ad primum dicendum, quod esse visibile non est causa maioris dilectionis. Pro quo sciendum, quod aliquid est causa dupliciter dilectionis. Vno modo, sicut id, quod est ratio diligendi. Alio modo, quæ est via quædam ad acquirendum dilectionem. Primo modo bonum est ratio diligendi, quia omne, quod diligitur, ideo diligitur, quia bonum est, vel estimatur, & quanto melius est tanto magis diligit. Secundo modo est causa dilectionis, quod est via ad acquirendam dilectionem. & sic visio est causa dilectionis, non quidem, quod visio sit ratio diligendi, quia tunc omne, quod videmus diligemus, sed quia per visionem perducimur ad dilectionem, sicut dictum est supra,

Vbi fundatur amicitia charitatis.

supra, quia nemo diligit, nisi sp̄e prædelectatus, licet possit esse ista prædelectatio per sp̄em acceptam secundum auditum, & tñ communius, & firmiter sit per visum. Non ergo oportet, q̄ id, quod est magis visibile, sit magis diligibile, sed q̄ prius occurrat ad diligendum. Et sic arguit Io. in Canonica. Sed proximus, q̄ est nobis magis visibilis primo occurrit nobis diligendus, & ex his, quæ animus discit, nouit amare incognita, vt dicit Grego. in homilia. Vñ si aliquis proximum non diligit, argui pot̄, q̄ neque Deum diligit, non quia proximus magis diligendus sit, sed quia prius diligendus occurrit, sed Deus, qui minus videtur, immo quæ nemo vidit est maxime diligibilis pp̄ maximā bonitatē. Ad secundum dicendum, q̄ hō pot̄ vocari similior Deo, q̄ proximo. Nā hō est similior alteri fm̄ sp̄em, q̄ Deo, quia cōcant in eadem natura, & tñ simpliciter est Deo similior, quia participat hō fm̄ Deū istam similitudinem. f. Deus est causa huius similitudinis, & secundū id, quod ab eo recipimus sumus adinuicem similes, iō ex ratione similitudinis magis accedit hō ad Deum, q̄ ad alium hoīem. Sic ē magis est homo similis alteri homini, q̄ aīe suæ, quia cum altero hoīe cōuenit in specie, cum aīa aut̄ non, quia hō, & anima non sunt, vt duo indiuidua eiusdem speciei, sicut hō, & homo, & tñ quia ab anima, vt a causa formali habet homo, q̄ sit similis alteri homini in specie magis attinet homo ad aīam suam secundum rationē similitudinis, q̄ ad alterum hoīem, & ita cum Deus sit tā in nobis, q̄ in proximo causa huius similitudinis quārum ad id, quod ab eo participamus, magis eum diligere debemus ratione istius similitudinis, q̄ proximos. Ad tertium dicendum, q̄ Deus vbicunq̄ est equalis est, quia ipse impartibilis est, & iō vbicunq̄ existēs diligitur equaliter diligendus est, sed cum dicimus Deum in seipso consideratur secundum seipsum, & iō sub ratione totius, & perfecti accipitur. Cum autē dicimus Deum in proximo, vel in aliqua re, non consideratur Deus quantum ad id, quod ipse est, sed quantum ad id, quod de Deo participat ille, in quo Deus est, & quia illud non est Deus essentialiter, sed quædā participatio diuine bonitatis, ideo Deus est melius in seipso, quam in proximo, & iō magis diligimus Deū in seipso, quam in proximo, & a fortiori cum dicit, q̄ diligitur magis Deus in se, q̄ proximus habēs Deum, quia tunc manifestus apparet, q̄ non accipitur pro Deo essentialiter, sed pro quadam participatione bonitatis illius.

An licite possit in Dei dilectione haberi respectus aliquis ad aliquam mercedem. Quest. CCCIII.

QUÆRITUR vtum licite possit in Dei dilectione haberi respectus aliquis ad aliquam mercedem.

Aliqui dicunt, quod non, quia Ioann. 10. c. mercenarius vituperatur, sed mercenarius dī, qui mercedē quærit, ergo dilectio Dei ex charitate non admittit respectum aliquem mercedis. Secūdo, quia dicit Au. Deo licet sine premio serui non potest, tamen sine intuitu præmij seruiedum est, sed præmium nihil est aliud, quam merces laboris, ergo sine respectu laboris mercedis Deo seruiedum non est. Tertio, quia amicitia politica, licet habeat multas dilectionis utilitates, tamen eas non respicit, sed super honestum fundatur, & tñ amicitia charitatis est magis honesta, q̄ amicitia politica, ergo ipsa non respicit, aliquam utilitatem, quæ est merces. Quarto, quia merces est finis eorum, quæ diliguntur pp̄ mercedem, sed finis magis diligitur, q̄ ea, quæ sunt ad finem, si ergo Deus pp̄ aliquam mercedem diligitur, magis illa merces, q̄

F Deus diligeretur, quod est cōtra rationem charitatis. Quinto, quia sicut per charitatem homo adipiscit præmia, ita fugit p̄nam, sed charitas expellit timorē p̄næ maxime si sit perfecta, ergo etiam excludit intuitum mercedis.

Dicendum, q̄ charitas Dei stat cum intuitu mercedis, quia vt dicit glo. in c. 1. spes generat charitatē, sed spes est expectatio mercedis, ergo charitas esse potest cum intuitu mercedis. Secūdo, quia ad Heb. 1. 1. ca. dicitur de sanctis patribus, q̄ aspiciabant ad remunerationem, constat, tñ q̄ illi diligebant Deum ex charitate, ergo stat intuitus ad mercedem cum charitate. Tertio, quia ad amicos pertinet, q̄ querant inuicem fr̄se seipsis secundum amicitiam politicam. **G** charitas autem est amicitia quædam, ergo pertinet ad charitatē secundum eam velle perficere, sed fr̄tio est merces nostra, ergo charitas non solum nō excludit intuitum præmij, sed et̄ facit haberi intuitum ad illud. Circa quod considerandum magis, q̄ nō est inconueniens ponere mercedem finem amicorum ex parte amantis ex charitate, dum tñ non sit finis vltimus. Est tamen inconueniens ponere ex parte rei amatæ mercedem esse finem.

In quo sciendum, q̄ proprie merces dī præmium, quod quis ex labore, vel opere aliquo meretur, præmium autem est, quod alicui in bonum eius reddit, vnde mētēs in quantum huius importat aliquid referre velle per amorē ad id, cui merces reddi dītur, mercedem autem aliquis propter seipsum amat, non tamen est de ratione mercedis, q̄ habeat rationem finis, quia sepe non quærit quis mercedem ex opere, cui merces datur, & tamen si esset de ratione mercedis, q̄ haberet rationē finis, nemo posset facere opus, cui debetur, aut datur merces, quin intenderet confesqui inde mercedē. Ea autem, quæ propter se aliquis diligit, vel sunt perfectiones illius formaliter, sicut sanctitas, virtus, operatio, dilectio, & huiusmodi: vel sunt factiua, vel conseruatiua horum, vel contrariorum prohibitiua. Vnde si quis amat aliquid extra seipsum propter seipsum, illud potest dici merces in quantum ex eo aliquid in ipso relinquitur, vel conseruatur, sed quia, vt Aristo. vult 8. Ethicorum de ratione amicitie est, quod amicus sui gratia diligitur. Vnde amicus non habet in amicitia rationem mercedis proprie loquendo, quamuis ea, quæ ex amico in nobis fiunt rationem mercedis habere possunt, sicut delectationes, & utilitates, quas ex ipso amans consequitur ratione quarum ipse amicus merces dicitur, quasi causaliter, idest quia ex eo ptouenit, quod merces est, vel dicitur, sic etiam Deus dicitur merces nostra ratione eorum, quæ in nobis sunt ex eo. Patet ergo, quod ponere mercedem aliquem finem amoris ex parte amati est contra rationem amicitie, quia amicus non quæritur propter aliud, quod inde veniat, quod sit merces. Vnde charitas per hūc modum oculum ad mercedem habere non potest, quia hoc esset non ponere Deum finem vltimum amoris, sed ea, quæ ex eo consequimur: sed ponere mercedem esse finem quendā ex parte amantis, non tamen finem vltimum, in quantum amor est quædam operatio amantis, non est cōtra rationem amicitie, quia ipsa amoris operatio cum sit quoddam accidens, nō dicitur amari, nisi propter suum subiectum, & inter ea, quæ propter se aliquis diligit, potest esse ordo salua amicitia, vnde & ipsam operationem amoris possumus amare propter aliquid aliud, non obstante amicitia, vt si quis amat amicum ex charitate, vt amando eum habeat vitam æternam finem huius actus amandi ponit vitam æternam, & tamen non finem rei amatæ, quia non dirigit amicum ad vitam æternam, quia hoc esset vtilio, sed diligit eum

Quid sit proprietas.

Hec enim autem aliquis propter seipsum amat, non tamen est de ratione mercedis, q̄ habeat rationem finis, quia sepe non quærit quis mercedem ex opere, cui merces datur, & tamen si esset de ratione mercedis, q̄ haberet rationē finis, nemo posset facere opus, cui debetur, aut datur merces, quin intenderet confesqui inde mercedē. Ea autem, quæ propter se aliquis diligit, vel sunt perfectiones illius formaliter, sicut sanctitas, virtus, operatio, dilectio, & huiusmodi: vel sunt factiua, vel conseruatiua horum, vel contrariorum prohibitiua. Vnde si quis amat aliquid extra seipsum propter seipsum, illud potest dici merces in quantum ex eo aliquid in ipso relinquitur, vel conseruatur, sed quia, vt Aristo. vult 8. Ethicorum de ratione amicitie est, quod amicus sui gratia diligitur. Vnde amicus non habet in amicitia rationem mercedis proprie loquendo, quamuis ea, quæ ex amico in nobis fiunt rationem mercedis habere possunt, sicut delectationes, & utilitates, quas ex ipso amans consequitur ratione quarum ipse amicus merces dicitur, quasi causaliter, idest quia ex eo ptouenit, quod merces est, vel dicitur, sic etiam Deus dicitur merces nostra ratione eorum, quæ in nobis sunt ex eo. Patet ergo, quod ponere mercedem aliquem finem amoris ex parte amati est contra rationem amicitie, quia amicus non quæritur propter aliud, quod inde veniat, quod sit merces. Vnde charitas per hūc modum oculum ad mercedem habere non potest, quia hoc esset non ponere Deum finem vltimum amoris, sed ea, quæ ex eo consequimur: sed ponere mercedem esse finem quendā ex parte amantis, non tamen finem vltimum, in quantum amor est quædam operatio amantis, non est cōtra rationem amicitie, quia ipsa amoris operatio cum sit quoddam accidens, nō dicitur amari, nisi propter suum subiectum, & inter ea, quæ propter se aliquis diligit, potest esse ordo salua amicitia, vnde & ipsam operationem amoris possumus amare propter aliquid aliud, non obstante amicitia, vt si quis amat amicum ex charitate, vt amando eum habeat vitam æternam finem huius actus amandi ponit vitam æternam, & tamen non finem rei amatæ, quia non dirigit amicum ad vitam æternam, quia hoc esset vtilio, sed diligit eum

etiam propter se, & ita est in amando Deum, quia ex charitate diligimus Deum, & diligimus eum, vt habeamus vitam æternam, & ideo huius actus diligendi bene ponitur finis aliquis, qui est merces, sed Deū non amo propter vitam æternam, quasi illum ordinē ad vitam æternam, quia hoc esset vti Deo, & non diligere illum propter se in amore: resū autem vtilium tam ipsius amoris, quam rei amatæ ponitur finis aliquis, quæ est merces, & licet non sit contra rationem aliquis finis operationis amoris: est tamen contra rationem virtutis, si operatio virtutis fiat propter aliquid quod est virtute inferius, vt si fiat actus virtutis propter acquisitionem bonorum temporalium. Et sic patet, quod habens charitatem non potest habere oculum ad mercedem, vt ponat aliquid quodcunque finem amati, idest, Dei: hoc enim esset contra rationem charitatis, vt est amicitia quædam. Etiam non potest amans ex charitate ponere aliquod temporale bonum finem actus amandi, quia hoc est contra charitatis rationē, vt est virtus quædam: potest tamen habere oculum ad mercedem, vt ponat beatitudinem creatam finem amoris, quia Deo diligit: nō tamen finem amari quasi ad hoc ordinetur a nobis amatum, illud enim non est contra rationem charitatis, vt est amicitia, neque vt est virtus quædam: cum non ordinetur ibi actus virtutis ad aliquid quod sit minus virtute, quia beatitudo est finis omnium virtutum.

Ad primum dicendum, quod licitum est habere oculum ad mercedem in amore Dei, & non est vituperabile, sed mercenarius, qui vituperatur est, qui abutitur rebus, scilicet, nō exercendo opus debitum propter commodum temporale, quod minus est.

Ad secundum dicendum, quod Deo non potest serui sine premio, quia etiā si homo nō petat Deus illud tribuit. Cum autem dicitur, quod non debet haberi oculus ad mercedem, vel quod sine intuitu præmij seruiedum est, dicendum quod seruiedum est sine intuitu præmij, ita quod præmium non ponatur finis eius, cui amatur, & cui seruitur, sed quod ponatur finis seruicius eius, vel amoris.

Ad tertium dicendum, quod in amicitia politica licet sint multæ delectationes, & utilitates, amicitia non respicit illas quasi illæ sint finis amati, quia non amatur amicus propter illas delectationes, & utilitates, licet finis operationis amoris potest esse aliqua delectatio, quæ sit secundum virtutem, quia illa delectatio non est minus boni, quam actus virtutis.

Ad quartum dicendum, quod merces finis est operationis, & ideo in charitate non ponitur merces, quæ sit finis amati, sed quæ sit finis actus amandi Deum, vt dictum est.

Ad quintum dicendum, quod non est simile de malo, ad quod se habet timor, & de bono, ad quod se habet spes, quia malum non conuenit charitati, ideo illud foris expellit: bonum autem conuenit charitati, & non abijcit illud, & sic cum charitate manet intuitus bonorum, sed non timor malorum, dum tamen bona illa non sint minora, quam actus charitatis, sicut est vita æterna.

An ex charitate debeat homo se ipsum diligere, magis quam proximum, vel è conuerso. Quest. CCCV.

QUÆRITUR, an ex charitate debeat homo se ipsum magis diligere, quam proximum, vel è conuerso.

Aliqui dicunt, quod magis proximum, quam seipsum debet quis diligere, quia illud magis diligitur propter quod aliud relinquitur, sed charitas Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

A facit hominem se quodam modo derelinquere, & amato inhære, quia vt dicit Dionys. Amor ponit hominem extra se, & collocat eum in amato: ergo plus amat homo proximum, quam se.

Secundo, quia Deum diligimus magis quam nos ipsos, in quantum bonum nostrum perfectius in eo, quam in nobis inuenimus, sed similiter bonum nostrum perfectius inuenitur in aliquo proximorum nostrorū, quam in nobis, sicut de illis, qui perfectiores sunt nobis, & magis Deo appropinquant, ideo tales magis, quam seipsos diligere debemus.

Tertio, quia illud, quod in se quisque magis diligit est viuere, & esse, sed charitas facit ponere vitam corporalem pro fratribus, etiam amicitia politica, quia quidam gentium pro amore amicorum se morti exposuerunt sine aliqua spe vitæ æternæ, ergo charitas, & amicitia facit magis diligere proximum quam seipsum.

Quarto quia illos magis diligimus, quorum bonum magis optamus, & mala magis vitamus, sed sicut dicit Aristo. 9. Ethic. In tristibus cordis vocare debemus amicos, ad eorum autem tristitias promptē ire debemus, in lætitijs autem eos promptē vocare debemus, ad nostram lætiam, ad eorum verō lætiam difficulter nos iungere debemus, ergo charitas facit amare proximos magis quam seipsum eū plus de bono demus amicis, quam nobis, & minus de malo illis quam nobis.

Quinto, quia beneficentia est effectus charitatis, sed magis laudantur, qui suar benefici ad amicos, quam qui sunt benefici ad seipsos, ergo charitas magis facit amare proximos quam seipsos. Sexto quia amicitia facit gaudere de conuersatione cum amicis, sed homo magis delectatur de conuersatione ad amicos, quā de conuersatione ad seipsum, ergo plus diligit amicos, & proximos quam seipsum. Septimo quia iniustus est, qui facit cōtra id, quod tenetur, qui tamen sustinet damna pro amico iustus est Prouer. 12. cap. qui negligit damnum propter amicum iustus est, & tamen si magis teneretur seipsum diligere quam amicum, deberet potius damna propria vitare quam amici, ergo magis amicum quam seipsum quisque diligere debet. Octauo, quia vt dicitur 1. Corint. 13. c. charitas non quarit, quæ sua sunt, ergo fm̄ charitatem magis debemus velle bona alij quam nobis, & consequenter illos magis diligimus.

Dicendum, q̄ magis tenetur se quisque diligere ex charitate, q̄ proximum, quia quanto plus amat salutem alicuius, tanto magis vitat peccatum illius, sed homo magis debet vitare peccatum suū, q̄ peccatum alterius, ergo magis debet seipsum amare, q̄ alterum.

Secundo, quia misericordia causatur ex charitate, & tñ magis dēt q̄q̄ misereri sibi, q̄ alteri, & dēt incipere a se misereri, vt dicit Aug. ergo dēt incipere a se amare, & ita erit maior amor ad seipsum, q̄ ad aliū.

Tertio, quia illud quod est naturale principibus, & vehemētius est, q̄ id, quod est solum voluntarium, sed amor sui est ex inclinatione naturæ: amor autem aliorum est ex voluntate rationis tantum: ergo plus debet homo seipsum ex charitate, q̄ alios diligere.

Quarto, quia dicitur Leu. 19. cap. & supra in litera: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ex quo videtur, q̄ dilectio hominis ad seipsum est, sicut exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterum, sed exemplar magis est quam exemplatum: ergo ex charitate magis debet quisque se diligere quam proximum.

Circa quod sciendum, quod sicut aliqui dicuntur perfectus in causa perfecta, & in vniuersali quam in effecta particulari, ita & abique inuenitur perfectus in re, q̄ in sua humanitate. Vnde cum dicitur, q̄

T. I. I. I. I.

Debet vnusquisq; Deum diligere plus quam seipsum.

prium cuiusque inueniatur in Deo, sicut in causa vniuersali, in se autem sicut in effectu, in proximo autem sicut in similitudine, sicut quisque debet diligere Deum plus quam seipsum beneuolentiæ dilectione, ita debet seipsum plus quam proximum diligere: Deus enim (vt dictum est) diligitur vt primum bonum, super quo fundatur dilectio charitatis, homo autem seipsum diligit ex charitate secundum rationem, qua est particeps prædicti boni: proximus autem diligitur secundum rationem societatis in isto bono, associatio autem est causa dilectionis secundum quandam unionem in ordine ad Deum. Vnde sicut vnitas potior est, quam vnio, ita quod ipse homo participet bonum diuinum, est potior ratio diligendi, quam quod aliud associetur sibi in hac participatione, & ideo homo ex charitate debet magis seipsum diligere, quam proximum.

Sed sciendum, quod cum in homine sit duplex natura, interior, quæ est rationis, quæ dicitur homo interior, & exterior, scilicet natura sensuualis, quæ dicitur homo exterior, plus debet homo diligere seipsum, quantum ad naturam interiorem, quam quantum ad naturam exteriorem, & ideo ea, quæ sunt bona nature interioris debet potius optare quam ea, quæ sunt bona sibi secundum naturam exteriorem. Omnia enim opera virtutis sunt sibi bona secundum naturam interiorem, ideo potius amare debet ista, quam vtilitates rerum, vel voluptates: ad opera autem virtutis pertinet operari bonum ad amicū, & ideo plura bona exteriora sunt impendenda amicis, quam nobis ipsis, sed de bonis spiritualibus, vel de bonis virtutis plura debet quisque sibi procurare, quam amico. Ratio est, quia cum quis procurat sibi ipsi bona temporalia, aut voluptates recipit bonum vtile, vel delectabile. Cum vero amico donat, vel procurat, illa facit sibi ipsi bonum virtutis: cum dare amico pertinet ad virtutem, sed bonum melius est dare amico, quam vtile, & delectabile: ergo melius est dare amico, quam sibi ipsi, & hoc non quasi magis diligere debeamus amicū quam nos, & idem amicum plus de bono quam nobis, sed potius est contrarium ipsi, sicut sic fit, quia homo diligit seipsum, magis quam amicū, & debet potius se diligendo dare sibi maiora bona quam amico, & quia dando amico vtilia, dat sibi bonum virtutis, quod maius est, debet potius benefacere amico, quam sibi in vtilibus. Non tamen est intelligendum, quod homo ad hoc obligetur, sed quod bonum sit sic facere, quia quanto sic fecerit tanto magis de bono sibi procurat. De bonis autem spiritualibus, vt virtutis est contrarium, quia maiora debet sibi ipsi optare, & procurare, quam amico, quia ista sunt bona simpliciter, & ideo cum seipsum magis diligit, necesse est, quod maiora bona de his sibi ipsi quam proximo tribuat. Et ob hoc magis debet velle quis vitare peccatum, quam quod proximus illud vitet, & magis debet conari pro seipso, quam pro alio ad hoc, & idem vult Aristot. 9. Ethicorum.

Ad primum dicendum, quod magis amat homo seipsum, quam alium, & etiam magis quiescit in seipso, quam in alio extrinseco. Dicendum autem, quod in amore amatum, vt amatum potius est, quam amans, cum amans trahatur in amatum, & amatum moueat amantem, & non est contrarium, sed quia amans est etiam, vt amatum a seipso, ideo potest esse potius in amore, in quantum est amatum a seipso, quam aliquod amatum extrinseco, & ita magis collocatur affectus amantis in seipso, quam in alio. Magis ergo seipsum diligit.

Ad secundum dicendum, quod nemo debet amare proximum plus quam se, quantumcumque ille sit melior. Nam non est ibi tanta ratio amandi, sicut in eodem ad seipsum: amat enim bonum quisque, quod est in ipso tanquam bonum, & tanquam proprium: immo hoc quod

est esse proprium est potissima ratio amandi, quia vt dicitur 8. Ethic. Amabile est vnicuique quod est proprium bonum: vnde si aliquid esset magnum bonum, nullo tamen modo ad me pertineret, neque pertinere putaretur, nullo modo possem illud amare: inuenitur tamen bonum, quod ego habeo perfectius in alio, quam in me, & tamen non potest inueniri bonum, quod est in altero magis proprium mihi quam bonum, quod ego habeo, & ideo bonum, quod ego habeo quantumcumque paruum, est mihi magis diligibile, quam bonum, quod habet proximus quantumcumque magnum, quia istud paruum, quod ego habeo efficit mihi magis bonum, quam bonum magnum, quod proximus habet.

Sed tunc diceretur, quod eadem ratione potius deberet quilibet seipsum diligere, quam Deum, quia licet bonum quod est in me inueniatur maius in Deo, quam in me, tamen bonum Dei non est mihi tantum bonum, quantum bonum meum, quia illud non erata mihi proprium, sicut bonum meum.

Dicendum, quod magis Deum, quam seipsum quisque diligere debet, & quod bonum inuenitur in Deo est cuiusque magis proprium, quam bonum, quod in ipso est. Neque est simile de bono proximi, quia bonum proximi est totaliter extrinsecum ad bonum nostrum: bonum autem Dei non est extrinsecum, sed est nobis intrinsecum, cum sit causa boni nostri in efficiendo, & conseruando, & nihil bonum in nobis est, quod non sit Dei, & sic bonum Dei est bonum nostrum, & sicut si bonum nostrum efficeretur aliquo maius, quam nunc est, diligeremus illud magis quam nunc, ita cum bonum Dei sit bonum nostrum, & sit maius quam nostrum diligimus illud, vt bonum nostrum, & magis quam nostrum, & vere nostrum est, quia si quid de bono nostro deficit, bonum Dei supplet bonum nostrum, & idem habet se bonum nostrum ad bonum Dei, velut si quis habeat duas possessiones, vna quæ perire possit, alia vero quæ non possit. Nam licet essent aliæ æquales, magis diligit permanens quam caducum: ita bonum nostrum, quod est in nobis est caducum: bonum nostrum, quod est in Deo est stabile: ergo magis diligimus bonum nostrum in Deo, quam in nobis.

Ad tertium dicendum, quod exponit quis pro amicis esse, & viuere. Sed non sequitur, quod diligit magis amicū quam seipsum, sed potius est contrarium, sed prouenit hoc ex duabus suppositionibus. Prima est, quod magis diligit seipsum, quam amicū. Secunda est, quod vult pro se maiora bona, quam pro illo. Tertia est, quod maius bonum hominis est, quod est secundum interiorem naturam, id est, secundum rationem, quale est bonum virtutis, quam bona secundum exteriorem naturam, quæ sunt bona corporis. Ex his sequitur, quod cum vita sit bonum corporale, scilicet, quia corpus accipit ab anima esse, quod minus bonum sit vita, quam bonum virtutis, quod est secundum interiorem naturam: ponere autem vitam, siue animam pro amicis est actus perfectissimus charitatis, vel amicitie. Ioan. 15. cap. Maiorem hac charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat pro amicis suis, & ideo oportet, quod actus ponendi vitam pro amico sit multo melior quam vita, sed quisque eligit pro se id, quod melius est, ideo amicus ponet animam pro amico, quia ponendo illam accipit plus de bono pro se, quam pro amico, & facit hoc, quia diligit se plus quam amicū.

Ad quartum dicendum, quod de bonis procurat plura amicis pro amico, quam pro se, quæ sunt maiora bona, sed de maioribus bonis plura procurat pro se. Ex hoc prouenit, quod potius homo sibi ipsi onerosus esse velit quam amico. Hoc autem est, quod ad tristitiam amicorum cito eamus non vocati, quia sic malum illorum transfumus partem illius in nos assumentes, vt dicitur 9. Ethicorum, & ad letitiam illorum, aut prosperitates non debemus

Amabile est vnicuique quod est proprium bonum.

Quo homo se debet habere ad prosperitates amicorum.

debemus nos ingerere, sed vocati venire: quia ingerendo nos perficimur onerosi cum partem boni illorum abstrahere velimus participando. est contrarium autem in nostris aduersitatibus, & prosperitatibus. Nam in aduersis nostris non debemus eos vocare, vel rardere, scilicet, quando non potest euiari eorum vocatio, & hoc est, quia vocando eos ad nostras aduersitates transfumus in eos partem quandam mali nostri, & debemus conari potius mali malum sustinere, quam transferre partem in amicos. ad prospera autem nostra cito vocare debemus eos, vt partem letitie nostre habeant, in his omnibus damus amico plus de bono delectabili, quam nobis, & minus de malo, quod opponitur delectabili, quam nobis. Et faciendo hoc virtuose nos habemus ad amicos, sed actus virtutis est maius bonum, quam bona exteriora, id est, delectabilia, vel vtilia, ideo amicus faciendo hoc ad amicum accipit pro se maiora bona, quam deramico, & ita magis seipsum diligit, quam amicū.

Ad quintum dicendum, quod de bonis exterioribus, quæ sunt maiora bona, laudabile est magis amico dare, quam sibi ipsi. De spiritualibus vero, quæ sunt bona virtutis, debet sibi quisque plura procurare, quam amico, eo quod magis seipsum amare debet, quam amicum, & consequenter maiora bona sibi, quam amico, velle debet, sed dando exteriora bona amico, dat sibi bonum virtutis, & honorem, & famam, quæ sunt quodammodo spiritualia bona: ergo rectissime facit, & se diligit, qui dat plura bona exteriora amico, quam sibi ipsi. De beneficentia autem dicendum, quod ex charitate prouenit, sed quia beneficentia est secundum quam bona facimus, & bonum est duplex, scilicet, de exterioribus, siue corporalibus, & de interioribus, siue spiritualibus, & ideo vtroque modo est homo beneficus, sed laudabile est, quod secundum beneficentiam bonorum exteriorum fit homo magis beneficus amico, quam sibi. Et hoc laudat Aristot. secundum beneficentiam autem bonorum interiorum debet quisque esse magis beneficus sibi, quam amico.

Ad sextum dicendum, quod conuersatio cum amicis est nobis valde delectabilis, in quantum per eam cognoscimus bonum ipsorum, quod ex conditione amicitie eis optamus, & complacet nobis bonum ipsorum quasi nostrum, & quia per visum melius, & certius cognoscitur res quam per alium sensum, ideo amici magis se videre desiderant, quam participare secundum alium sensum, & quia magis potest homo cognoscere secundum veritatem, quæ sunt alterius, quam quæ sunt propria, magis delectatur in conuersando ad amicum, quam ad seipsum. Et tamen est dicendum, quod omnis virtuosus delectabiliter conuersatur ad seipsum, quia inuenit in se bona multa, de quibus delectatur, scilicet bona presentia, quæ facit, & memoriam bonorum præteritorum, quæ fecit, & propositum bonorum, quæ facere intendit, & ipem habet de illis faciendis, & sic hæc delectatur. Etiam necesse est, quod viri excellentes in magna virtute magis delectentur in conuersando ad seipsum, quam ad amicos. Causa enim delectationis est bonum, quod quis inuenit, & bonum non causaret delectationem, nisi esset proprium, quia bonum quantumcumque magnum, si non est proprium non potest condelectare, sed inducere de eo desiderium, sicut si quis sciat alicubi esse magnum thesaurum absconditum, quem tamen nondum habet, neque putat se habiturum, non enim delectatur in illo, sed mouetur ad desiderium eius: in conuersatione autem gaudet ad amicum quisque, quia conuersando videt, vel agnoscit bonum illius, quod reputat esse suum, nullo suum est, si veri amici sunt. Amicorum enim omnia sunt communia, vt Aristot. dicit. de bono autem extraneorum licet magnum sit, & con-

Alph. Toft. in Matth. Pars V l.

agnoscatur non gaudet aliquis, sicut de paruo bono amici, quia bonum extraneorum non pertinet ad ipsos, & ideo si bonum, quod quis inuenit in amico, & reputat esse proprium: maius bonum sit ipsi conuersanti quam bonum, quod in seipso inuenit, delectabitur magis conuersando ad amicum, quam ad seipsum. Si autem est contrarium, oportet quod magis delectetur conuersando ad seipsum, quam ad amicum: ex quo sequitur, quod si aliquis sit multum excellens in virtute magis gaudebit conuersari ad seipsum, quam ad amicos, quia maiora bona inuenit in seipso, de quibus propriis delectatur, quam inuenit in amico. Huiusmodi sunt viri magnæ sapientiæ, qui delectabilius manent soli speculando altissima secundum sapientiã, quam conuersentur colloquentes ad amicos. Sic etiam viri contemplatiui, qui dulcedinem quandam experiuntur in contemplando. Et tamen dicendum, quod omnia hæc alternantur, quia & si nunc magis delectetur quis conuersando ad seipsum, quam ad amicum, tamen post paululum erit contrarium, & hoc non accidit ex inæqualitate delectationum, vel conuersationum in se, sed ex conditione nostra. Gaudeamus enim mutatione, vt dicitur 7. Ethicorum cap. vii. & hoc quia natura non est simplex, & epicles, sed alia, & alia secundum transformationem, & ideo non est ei vna, & simplex delectatio, sicut Deus habet vnicam, & simplicem delectationem, vtriusdem dicitur. Et ideo non iudicatur vna melior conuersatio, vel minor delectatio, quam alia, quia de vna transitur ad aliam, in qua illarum magis propter instabilitatem nature nostre, cui non potest idem semper esse bonum, sed alternatur, sed ita iudicabitur inæqualitas delectationis, scilicet, si quando sit homo dispositus ad vtrumque, in qua illarum magis gauderet æquali tempore, & ideo si quis ponus eligit manere secum, vel conuersari ad seipsum per vnã horam, quam in illa conuersari ad amicum, sequitur quod maior delectatio sit in conuersando ad seipsum quam ad amicum, licet de conuersatione ad amicum transeamus interdum ad conuersationem ad amicum, quasi non potentes semper eadem gaudere delectatione.

Ad septimum dicendum, quod interdum tenemur sustinere detrimenta corporalia pro amico, interdum vero non tenemur, est tamen laudabile. Et ideo dicitur quod iustus est, qui negligit damnum propter amicum, sed interdum est iustitia necessaria, interdum vero iustitia supererogationis, quam Christus vocat iustitiam superabundantem, supra 5. cap. & tamen hoc non infert, quod magis diligamus proximos, quam nos ipsos, sed ex eo quod diligimus plus quam proximum ordinato amore facimus hoc: est autem idem iudicium de plus de bono, & minus de malo, vt dicitur 5. Ethic. eo quod minus de malo est bonum quoddam. Et ideo eo modo, quo est laudabile dare amico magis de bono, est laudabile dare minus de malo, & est contrarium, eo modo, quo est laudabile dare sibi ipsi magis de bono, quam amico, est laudabile conari ad minus de malo sustinendum, quam amicum sustineat. De primo, quia laudabile est dare amico magis de bonis temporalibus, quam sibi, vt dicitur 8. Ethic. scilicet, quod laudabile est esse magis beneficis ad amicos, quam ad seipsum: est laudabile velle sustinere plura damna temporalium rerum, quam amicus sustineat, & consequenter pati detrimentum rerum temporalium; ne amicus sustineat illud laudabile est. De secundo, quia laudabile est, & necessarium, quod homo plura bona spiritualia procuret sibi, quam amicum esse laudabile, & necessarium quod magis conetur pro se ad vitandum peccatum, quam pro amico.

Ad octauum dicendum, quod amat quisque se magis, quam proximum.

Viri sapientes delectantur soli commorantur.

Bonum virtutis maius est vtili, & delectabili.

Charitas non querit q̄ sua sunt, quomodo intelligitur.

proximum, quod vero dicitur, non querit quæ sua sunt, non indicat q̄ magis proximum, q̄ seipsum diligit, quia si sic intelligatur ad literam, non solum erit sensus, q̄ diligit quis ex charitate proximum, magis q̄ seipsum, sed q̄ non diligit seipsum, quia non querit aliqua bona pro se. Sed est dicendum, q̄ est sensus, q̄ tollit charitas peruersitatem amoris, quo quis contemptis alijs sibi soli bona querit. Charitas autem ponit amorem ordinatum, secundum quem aliquando nostra cōtemnenda sunt pro bonis proximi, scilicet, quia magis diligere debemus spiritualia bona pro illo, quàm bona corporalia pro nobis. Aliter autem August. exponit in litera, dicens: q̄ charitas non querit, an sua sunt, id est, communia bona proprijs antepone, commune autem bonum est, cuique magis amabile, quàm proprium, sicut bonum totius est magis amabile, quàm bonum partis ipsi parti: proximus autem & proximus distinguuntur, vt pars a parte, & non comparatur, vt totum & pars, ideo quisque magis diligit se, quàm suum proximum.

An ex charitate tenemur diligere plus proximum, quàm corpus nostrum. Quæst. CCCVI.

Q V A E R E T U R an ex charitate tenemur diligere plus proximum, quàm corpus nostrum. Aliqui dicunt quòd non, quia in amore proximi intelligitur amor corporis proximi, cum ibi non distinguatur amor proximi, & corporis proprii: si ergo debet quis diligere proximum magis quàm proprium corpus, sequitur quòd debet plus diligere corpus proximi, quàm corpus proprium, sed hoc est inconueniens: ergo plus debet diligere corpus proprium, quàm proximum.

Secundo, quia homo debet diligere plus animam propriam, quàm proximum, sed corpus nostrum est propinquius animæ nostræ, quàm proximus: ergo magis debet quilibet corpus suum diligere, quàm proximum.

Tertio, quia vnusquisque exponit id, quod minus amat pro eo, quod magis amat, sed non tenetur quilibet homo exponere corpus proprium, pro salute proximi, sed hoc perfectorum est, iuxta illud Ioan. 1. 5. cap. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis: ergo homo nõ tenetur ex charitate plus diligere proximum, quàm corpus proprium.

Dicendum, q̄ tenemur ex charitate magis diligere proximum, quàm corpus proprium. Primo, quia Aug. dicit lib. 1. de Doctr. Christia. q̄ plus debemus diligere proximum, quàm corpus proprium.

Secundo, quia illud est magis ex charitate diligendum, quod habet pleniorẽ rationem diligibilis ex charitate, sed proximus habet rationem maioris diligibilis ex charitate quàm corpus proprium: ergo est magis diligendus. Hoc patet, quòd ex charitate potest aliquid diligi quadrupliciter. Vno modo vt principium illius boni, in cuius communicatione fundatur amor charitatis. Nam charitas fundatur super communicatione beatitudinis: illa autem inuenitur in Deo essentialiter, & vt in principio a quo fluit in alia, ideo est maxime ex charitate diligendus: in nobis autem, vt in eo, quod directe participat illa beatitudine: in proximo autem, vt in consorte, & associato nobis in communicatione illius beatitudinis: in corpore autem nostro tanquàm in eo, quod non directe, sed per redundantiam participat beatitudine, scilicet, redundando ex anima, sed perfectior gradus participationis est participare, vt associatum in participatione directa beatitudinis, quàm participare so-

In quo fundatur charitas.

lum per redundantiam: ergo proximus, qui magis participat de ratione diligibilis ex charitate, quàm corpus nostrum magis debemus diligere, quàm corpus nostrum, & hoc est quòd proximum, quatum ad salutem animæ magis diligamus, quàm corpus proprium, vel quàm bona nostra exteriora, & ideo bona nostra exteriora pro salute animæ illius exponenda sunt.

Ad primum dicendum, quòd magis debemus diligere corpus nostrum, quàm corpus proximi, sicut animam nostram magis diligimus, q̄ animam proximi. Cum autem dicitur, q̄ nomine proximi intelligitur corpus, & anima proximi, dicendum, q̄ verũ est, q̄ non distinguimus in proximo diligere ipsum, & diligere corpus eius, sicut distinguimus in nobis diligere nos ipsos, & diligere corpora nostra, & tamẽ q̄ comparamus dilectionem proximi ad dilectionẽ corporis nostri, non accipitur proximus pro corpore, & anima simul, sed pro sola anima, quia vnusquodq; dicitur esse id, quod præcipuum est in eo, sicut homo & intellectus, vel maxime, vt dicitur 9. Ethic. & tunc verũ est, quòd proximus est magis diligendus, q̄ corpus nostrum, licet corpus nostrũ magis diligere debeamus, quàm corpus proximi.

Ad secundum dicendum, q̄ corpus nostrum est magis propinquum animæ nostræ, q̄ proximus, quantum ad constitutionem humanæ naturæ, quia ex corpore nostro, & anima cõstituitur vnũ indiuiduum humanæ naturæ: ex duobus autem proximis nil constituitur, & tamen quantum ad participationem beatitudinis, in qua fundatur amor charitatis, maior est associatio nostri ad proximum, q̄ corporis nostri ad animam nostram, ideo magis diligitur proximus, q̄ corpus nostrum.

Ad tertium dicendum, q̄ anima proximi est magis diligibilis ex charitate, q̄ corpus nostrum, & tamẽ de corpore nostro habemus curam, & cuiuslibet imminet necessitas agendi curã pro corpore proprio, nõ imminet tamen cuiuslibet necessitas agendi curam pro quolibet proximo, nisi in aliquo casu, qui possit euenire, & ideo non tenetur quilibet exponere corpus proprium pro salute animæ proximi, sed ille, qui habet curam de salute proximi, tenetur generaliter exponere corpus suum pro salute proximi, si aliter illa seruari non potest, & sic est de prælatis, & rectoribus populorum. Sic dicitur Ioan. 10. cap. Pastor bonus animam suam, id est, vitam ponit pro ouibus suis, id est, pro salute spirituali earum, & in quocunque casu, & quantum ad quantumcunq; hominem, si quis pro salute spirituali eius ponat vitam suã, facit opus perfectæ charitatis, & est supererogationis.

An ex charitate debeamus magis diligere vnũ proximum, quàm alium. Quæst. CCCVII.

Q V A E R E T U R an ex charitate debeamus magis diligere vnũ proximum, quàm alium.

Aliqui dicunt, quòd non, quia dicit August. 1. lib. de Doctr. Christia. omnes homines æquẽ diligendi sunt, si tamen omnibus prodesse non possis his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quatumlibet rerum opportunitatibus strictius, & quadam forte iunguntur: ergo non est diligendus magis vnus, q̄ alius, licet contingat vni magis bene facere, quàm alteri.

Secundo, quia vbi est vna, & eadẽ ratio diligendi diuersa, non debet esse dilectio inæqualis, sed vna est rō diligendi oēs proximos, s. Deus, vt dicit Aug. 1. de Doctr. Christ. ergo oēs proximos debemus diligere æqualiter.

Tertio,

Terra maiorem gravitatem habet q̄ aqua.

Deus est dilectionis principium.

Tertio, quia amare est bonum velle alicui, vt dicit Aristor. secundo Rhetoricorum, sed omnibus proximis volumus æquale bonum, scilicet, vitam æternã: ergo omnes proximos debemus diligere æqualiter.

Dicendum, quòd nõ sunt diligendi æqualiter omnes proximi, quia tunc magis debet aliquis diligere, quanto grauius peccat, qui contra eius dilectionem operatur, sed grauius peccat, qui agit contra dilectionem quorundam proximorum, quàm qui agit contra dilectionem aliorum. Nam Leuit. 20. cap. dicitur, quòd qui dixerit male patri, aut matri, morte moriatur, quod non dicitur de alijs proximis, ideo non est tam grauis pœna maledicere alijs proximis, sicut istis, & consequenter quidam sunt magis, quàm alij diligendi.

Sed dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim sunt, qui dixerunt, quòd omnes proximi sunt æqualiter ex charitate diligendi, quantum ad affectum, sed non quantum ad effectum exteriorem, & dixerunt ordinem, qui tenendus est in dilectione, debere intelligi quantum ad exteriora opera, vel beneficia, quæ magis sunt impendenda proximis, quàm alienis, sed quantum ad interiorẽ affectum non: dicunt enim, quòd affectus æqualiter est omnibus proximis impendendus etiam inimicis.

Sed ista positio est irrationabilis, quia oportet commensurari effectum exteriorẽ interiori affectui, & vbi foris requiritur magnum opus, requiritur intus magnus affectus. Vbi sufficit vero parvus effectus non requiritur intus magnus affectus, quia esset superuacuis. Et hoc apparet, quia non minus ordinatus est affectus charitatis, quæ est inclinatio gratiæ, quàm appetitus naturalis, qui est inclinatio naturæ, vtraque enim inclinatio ex diuina sapientia processit: videmus tamen in naturalibus, quòd naturalis affectus, vel inclinatio proportionatur actui, vel motui, qui competit naturæ vnus cuiusque rei, sicut terra habet maiorem inclinationem grauitatis, quàm aqua, quia competit ei magis descendere, quàm aqua, & esse sub aqua, & sic est maior inclinatio ignis ascendendi, q̄ aeris, eo q̄ competit igni esse supra aerem: si autem non esset in his commensurata inclinatio iuxta exteriorẽ motum sequeretur, q̄ esset in inclinatio illa superuacua, cui nõ competere affectus, & quia res violentaretur, s. quia non permetteretur agere iuxta inclinationem suam, vel si aliquando ageret iuxta illam, excederet proportionem entium vniuersi, ideo oportet ad tollendum omnia hæc inconuenientia, q̄ cuiuslibet rei in sit inclinatio commensurata motui eius, & secundum proportionem in motu earum erit earũ proportio in inclinatione. Sic igitur oportet, q̄ inclinatio gratiæ, quæ est affectus charitatis proportionetur his, quæ sunt agenda exterius, ita q̄ ad illos intensiorem charitatis affectum habeamus, ad quos nos magis debemus beneficos esse.

Dicendum igitur, q̄ secundum affectum debemus vnũ proximorum magis, quàm alterum diligere, & ratio est, quia cum principium dilectionis sit Deus, & homo diligens, necesse est, q̄ secundum approximationem maiorem diligibilis ad alterum istorum principiorum sit maior affectus dilectionis, quia vbicunque inuenitur aliquod principium, attenditur ordo secundum habitudinem ad illud principium, & quia aliqui proximi sunt magis propinqui Deo, vel saltem homini diligenti, ideo ad illos est intensior affectus charitatis.

Ad primum dicendum, quòd omnes homines æqualiter diligendi sunt, scilicet, quia aliqua æqualitas inuenitur in dilectione omnium, & tamen hoc non obstante est inæqualitas dilectionis. Et tamen potest Alph. Toit. in Matth. Pars VI.

esse æqualis, vel inæqualis dupliciter. Vno modo ex parte boni illius, quod amico optamus, & hoc modo omnes homines æqualiter diligimus ex charitate, quia omnibus optamus idem bonum in genere, scilicet, beatitudinem æternam. Alio modo dicitur maior dilectio propter intensiorem actum dilectionis, & sic non oportet diligere omnes æqualiter.

Aliter etiam potest dici, quòd dilectio haberi potest ad aliquos inæqualiter; vno modo ex eo q̄ aliqui diliguntur, & alij non diliguntur, & hoc quantum ad effectum exteriorẽ, in quo consistit beneficentia, verum est, & seruati oportet, scilicet, quòd quidam diliguntur, & alij non. Nam non possumus omnibus benefacere: illos autem, quibus beneficentius dicimur diligere quantum ad beneficentiam: illos autem, quibus non benefacimus, dicimur non diligere, & quia nemo potest prodesse omnibus hominibus, cum nemo cum omnibus conuersetur, oportet, quòd quilibet diligit proximos inæqualiter, scilicet, quosdam diligendo, & alios non, sed non debet haberi ista inæqualitas in beneuolentia, quæ attenditur solum, quantum ad affectum, sed ad omnes extendere debemus affectum charitatis, & sic omnes æqualiter diligimus, quia omnes diligimus, prout distinguitur ista habitudo contra habitudinem, quæ est secundum beneficentiam. Nam aliqui secundum beneficentiam diliguntur, & alij non. Alia autem inæqualitas potest considerari intra ipsam beneuolentiam, s. quidam plus alij minus diliguntur, & ex maiori, vel minori affectu, & hanc inæqualitatem non negat August. sed primam ostendens, q̄ sit nemo, quem a dilectione excludere debeamus.

Ad secundum dicendum, q̄ licet sit eadem ratio dilectionis in oibus hoibus, nõ oportet q̄ oēs hoies æqualiter diligantur, sed sequitur, q̄ oēs hoies sunt diligendi: ad hoc aut q̄ æqualiter diligantur non solum oportet esse eadẽ rōnẽ dilectionis, sed participare æqualiter ratione illa, sed hoc non est, quia non accedunt omnes homines æqualiter ad participationem diuinę bonitatis in cuius communicatione fundatur amor charitatis, ideo quidam sunt intensius, quàm alij diligendi.

Ad tertium dici potest vno modo, q̄ nõ optamus omnibus proximis æquale bonum: nam licet in generali sit idem bonum, quod pro oibus optamus, s. beatitudinẽ, tñ nõ optamus illud simpliciter æquale, quia non desideramus, q̄ oēs hoies æquales sint in beatitudine, sicut neque erunt, sed alij fulgebunt, vt Sol, alij vt Luna, alij vt Stellæ. 1. Corinth. 1. 5. cap. Ideo etiã quantum ad bonum, quod desideramus est dilectio inæqualis, & idẽ est de bonis, quæ sunt media ad perueniendum ad illam beatitudinem: non enim adiuvamus omnes æqualiter, sed quosdam plus alios minus, & etiam illis inæqualia media perueniendi esse volumus.

Aliter potest dici, q̄ licet velimus proximis æqualia bona non diligimus eos æqualiter, quia non ex æquali conatu, & ideo ad quosdam est magna affectio ad illos vero parua, vel minor.

An magis debeamus diligere propinquos, quàm extraneos, vel contra. Quæst. CCCVIII.

Q V A E R E T U R dato, quòd sit inæqualitas dilectionis, an magis debeamus diligere propinquos, quàm extraneos: vel è contrario.

Aliqui dicunt, quòd tenemur potius diligere extraneos, quia charitas, & amicitia habent pro fundamento aliquid honestum, sed maior honestas, vel T 3 virtus

virtus inuenitur quandoque in extraneis, quam in propinquis: ergo magis sunt diligendi aliquando ex charitate extranei, quam propinqui.

Secundo, quia charitas facit conformitatem hominis ad Deum, scilicet, Deus plus diligit extraneos nostros, quam propinquos si sunt meliores: ergo & nos magis debemus diligere eos.

Tertio, quia effectus responderet affectui, sed in aliquibus debemus maiorem effectum amoris ostendere ad extraneos, quam ad propinquos, sicut in collatione beneficiorum ecclesiasticorum si extranei sunt meliores: ergo magis diligendi sunt ex affectu extranei, quam propinqui.

Quarto, quia illud quod est debitum præponendum est ei quod non est debitum, sed reddere retributionem beneficiorum est debitum: benefacere autem propinquis non est debitum, quia si beneficium est, debitum non est, ergo quandoque magis benefaciendum est extraneis, quam propinquis, & ita saltem quantum ad amicitiam effectum extranei præponendi sunt propinquis.

Alij dicunt, quod magis diligendi sunt propinqui, quia propinquis magis benefaciendum est: ergo magis diligendi sunt, quia effectus proportionatur affectui, vt dictum est, & tamen ad Galat. 6. cap. dicitur: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Ergo domesticis magis benefaciendum est.

Secundo, quia magis debet quis diligere seipsum, quam alios: ergo quanto aliqui fuerint ei propinquiore, magis debet eos diligere.

Dicendum, quod proximos nostros diligimus, in quantum in eis aliquid bonum nostrum inuenitur per similitudinem, quam ad nos habent, scilicet, quia in bono nostro communicant, & iste est amor beneuolentiæ. Similitudo autem secundum quam bonum nostrum inuenitur in eis, est secundum quod cum eis communicamus. Vnde secundum diuersas communicationes distinguit Aristor. diuersas amicitias, quoniam omnem amicitiam super communicatione quadam fundari asserit.

Potest autem distingui quadruplex communicatio. Est enim prima naturalis, secundum quod in naturali origine quedam communicant, & in ista communicatione fundatur amicitia patris, & filij, & cognatorum, in quantum ex eodem sanguine descendunt.

Secunda vero est communicatio œconomica, siue domestica, siue secundum quam homines communicant in officijs domesticis, requirit enim personas, quæ constituunt œconomiam.

Tertia autem communicatio est politica, secundum quam homines eiusdem vrbis, vel loci communicant inter se in eis, quæ pertinent ad Rempublicam, vel ad seiplos, in quantum sunt partes eiusdem Reipublicæ.

Quarta est communicatio diuina, secundum quam homines communicant in vno corpore Ecclesiæ in actu, vel potentia. Et hæc est amicitia charitatis, quæ habetur ad omnes. Est autem verum, quod Aristoteles plures communicationes assignat. Nam primo Politicorum cap. 1. ponit quinque communicationes, scilicet, naturalem, despoticam, œconomicam, homogalactarem, politicam: communicationem autem charitatis, siue diuinam non ponit. Naturalis est, quæ fit propter simile tertium derelinquere, & ista est communicatio maris, & scæminæ non solum in hominibus, sed etiam in omnibus animalibus perfectis, & quam propagationem habent. Despotica communicatio est domini, & serui non

Que sit communicatio naturalis.

quidem seruorum legalium, id est, eorum, qui emittuntur, vel in bello capiuntur, sed seruorum naturalium, qui autem sint naturaliter serui, & qui naturaliter domini, inter quos ista communicatio est, patet cap. primo Politicorum. Œconomica est domestica, & ista est composita ex naturali, & despotica, & ideo ponuntur in hac sex rationes personarum ad minus, scilicet, vir & vxor, pater & filij, dominus & seruus, & tamen idem est vir, & pater, & dominus: includit autem despoticam, in quantum est ibi dominus, & seruus, sed loco serui ponitur interdum bos, & ita dicit Aristotel. ibidem, quod Homerus in hac communicatione ponebat hominem, & bonam aratorem, ideo quod bos pauperibus pro ministerio est.

Homogalactaris communicatio est, quam alij vicalem vocant, quæ est maior quam œconomica, & est minor quam politica. Nam œconomica continet vnicam domum, homogalactarica continet plures, sed non tot, quod sufficiant ad constituendum politiam, sed sunt tales communicationes immediatæ partes politicæ, & ideo continet plures domos, quæ faciunt vnum vicum, & sic vocatur vicalis, & dicitur homogalactarum, id est, conuictorium: quia de eodem lacte educati sunt, vel homocipij, id est, vnus cibi, vel homocaphiti, id est, vnus fumi, siue ad vnum ignem exercens, vt dicitur primo Politicorum. Politica autem communicatio est per se sufficiens, & maxima omnium, quæ facit ciuitatem, & ista ex multis hominibus diuersorum officiorum, & actuum, & gubernationum: ita vt talis congregatio sufficiat ad rectè viuere, & non petatur de foris aliquid necessarium illi congregatum ad rectè viuere. In assignatione autem nostra supra posita non ponuntur istæ omnes communicationes, sed subiciuntur despotica, & homogalactarica, vt dictum est despotica includitur sub œconomica, & dictum est homogalactarica autem sub politica, cuius est pars im mediata. Aliâ autem, scilicet, diuinam communicationem, in qua est amicitia charitatis non posuit Aristotel. Ratio est, quia communicatio ista est vita diuina, quæ est in beatitudine, consistens in diuina visione. Philosophi autem non inueniunt talem beatitudinem, ideo non posuerunt homines taliter communicare, & consequenter neque amicitiam super hoc fundamentam, quæ est charitatis, posuerunt: nos autem ex fide scientes talem communicationem esse, & cuiuslibet homini fore possibilem, assignamus amicitiam inde ortam, quæ est amicitia charitatis, & ista est præcipua amicitia, quæ fundatur super præcipua communicatione, & est communicatio ista in vita diuina, quæ est vita gloriæ, vel gratiæ. Et quia vita gratiæ ordinatur ad vitam gloriæ, ponimus communicantes in gratia pertinere ad amicitiam charitatis, quia charitas haberi non potest, nisi intra Ecclesiam, extra quam nemo saluatur. extra de summa Trinitate, & fide Catholica, cap. firmiter. Dicimus esse charitatem ad communicantes in vno corpore Ecclesiæ, siue in actu, siue in potentia, & quia omnis homo est actu in Ecclesia, vel in potentia, charitas esse debet ad omnem hominem, & tam ad amicos, quam ad inimicos. Quia ergo charitas beneuolentiam importat, quæ amicis bonum operat, & operatur bonum ad ipsos, ideo secundum vnamquamque prædictarum amicitiarum amandi sunt amici, quantum ad bona pertinentia ad communicationem illam, super quam amicitia fundatur. Vnde ad patrem, & ad consanguineos, ad quos est prima communicatio, scilicet, cõcabiliter naturalis nos habere debemus in eis, quæ pertinent ad conseruationem naturæ, cū illa cõcatio sit ad propagare naturam, & quæ cõseruatur natura

Homogalactaris communicatio quæ sit.

Politica communicatio quæ sit.

Charitas haberi non potest, nisi intra Ecclesiam.

natura per cibum, & potum, & alia necessaria vitæ, omnia huiusmodi pertinent ad benefaciendum his, qui sunt in hac communicatione: ad domesticos autem nos debemus habere amicabiliter in eis, quæ pertrinet ad conuersationem, & tractationem rerum domesticarum, & in his magis eos diligere, & concordare eis debemus, quam oibus alijs, qui non pertinent ad istam cõicationem cuiuscunq; cõicationis intra diues autem habere nos debemus amicabiliter in eis, quæ pertrinet ad opera ciuilia: ad oēs hoīes nos amicabiliter debemus habere in eis, quæ ad Deum spectant, sicut oibus optemus vitam æternam, & gratiam, & media peruenienti ad hæc, & operemur ad salutem eorum spiritualē, secundum modum nostrum. Dicendum autem, quod cum secundum istas cõicationes sint amicitia, scilicet, quamlibet earum diligant se illi, qui pertinent ad vnam cõicationem, & ideo oportet, quod licet aliqui hoīes sint, qui cõicent in multis istarum communicationum, & consequenter diligant se in plures amicitias inde ortas, tamen maxime se diligant in illa amicitia, quæ fuerit præcipua. Est autem præcipua amicitia illa, quæ magis accedit ad id, quod maxime diligendū est, est autem Deus super oīa diligendus, & post hoc dicit homo maxime seipsum diligere, sed amicitia illa, scilicet, quæ Deū diligimus, est charitas, cū ista sola fundetur super illa cõicatione, in qua cum Deo cõicamus, ideo amicitia charitatis est præcipua. Patet hoc, quia in naturali cõicatione, & in despotica, œconomica, homogalactica, & politica: nemo cõicat cum Deo. Sic dicitur Dan. 2. cap. 4. Dicitur non est conuersatio cum hoībus, & ideo nemo amat Deū amicitia in surgente ex his cõicationibus. cõicamus autem cum Deo in vita beata, in quantum est ipse essentialiter beatus, & nos per participationem eius efficiuntur beati eodem modo in vita gratiæ, quia gratia ab ipso est. Enā cõicamus in corpore Ecclesiæ, in quantum ipse est caput Ecclesiæ, & nos dependemus ab eo, sicut membra a capite. 1. Corinth. 12. & ad Ephes. 4. cap. Dico autem Christum Ecclesiæ caput esse. Ex hac autem cõicatione inturgit amicitia, quæ est charitas, scilicet, amicitia charitatis est, quæ Deum diligimus, & ista est præcipua, & ideo si ab amicitia separarentur amicitia fundata super alijs cõicationibus, ipsa sine illis esset maior quam tres ipse sine illa: non tamen separantur amicitia illæ tres ab amicitia charitatis in hac vita, quia quicumque diligendus est aliqua amicitia illarum diligendus est amicitia charitatis, & non dicitur contrario: eo quod charitas debet haberi ad omnes viuentes: illa autem amicitia non habentur ad omnes, sed ad aliquos specialiter, sed post mortem separantur: nam licet maneat mihi amor ad aliquos mortuos in peccato mortali secundum alias amicitias, non tamen manere debet amicitia charitatis, vt mortuos cognatos diligamus, etiam si in peccato mortali decesserint, quia cognati erant, & dolemus de eorum damnatione, & tamen non diligimus eos ex charitate. Et qui omnes viuentes diligimus ex charitate, sequitur quod quemcunque viuentem quantumcunque extraneum magis diligam, quam quemcunque damnatum quantumlibet propinquum, & sic quemcunque Christianum viuentem, vel etiam infidelem diligam magis, quam patrem meum mortuum in infidelitate, quia de sic mortuo constat esse damnatum, & ideo non est diligendus ex charitate: quemcunque autem Christianum, & etiam infidelem viuentem diligere debeo ex charitate, quia participat actu, vel potentia corpore Ecclesiæ, & vita gratiæ, sed dilectio ex charitate est maior omnibus alijs, ideo quicumque ex charitate diligitur, magis diligitur, quam quicumque alio amore diligitur, & sic infidelem viuentem magis diligam, quam patrem defunctum.

Præcipua amicitia, quæ sit.

Infideles ex charitate diligendi sunt.

Atum in infidelitate, & tamen magis dolebo de damnatione patris, quam de malo proximorum viuentium, & secundum affectum naturalem poterō magis ferri in eum, quam in proximum viuentem, & ita de omnibus alijs, secundum quod magis coniuncti sunt est verum, quod magis feremur in eos ex affectu naturali, licet forte non ex charitate, vt si sint damnati iam. Sed ex hoc in generali poterit haberi aliqua cognitio graduum charitatis ad proximos, scilicet, quod ad viuentes non diuiduntur istæ amicitia ex charitate, sed cum qualibet earum dicitur stare charitas, & ideo nulla alia superat aliam ex parte charitatis, quam aliqua earum comparatur per se ad amicitiam charitatis, sed comparantur secundum se, & secundum excessum earum inter se: ita amor ex charitate concommitans eas debet esse intensior, & quia, vt dictum est, Deus est maxime diligibilis, post ipsum autem quilibet a seipso maxime diligitur, ideo comparatio earum erit secundum quod magis, vel minus accedunt ad amorem, quo homo diligit seipsum, post seipsum autem nihil est magis coniunctum, quam homines illi, quos propinquos vocamus, & ideo amicitia ad illos est maxima. Et ista est, quæ pertrinet ad communicationem primam, quæ dicitur naturalis, & istos maxime ex charitate diligimus. Post istos est secunda communicatio, id est, œconomica maxima & charitate ad huiusmodi debet esse maxima, quia magis accedunt isti ad identitatem, quam qui sunt in tertia communicatione, & amicitia. Deinde diliguntur pertinentes ad tertiam communicationem, quia maior communicatio est tertia quam quarta, quia tertia est politica, & habet secum amicitiam charitatis, quia vt dictum est, charitas non separatur ab amicitia aliqua istarum, sed quarta communicatio sola charitatem dicit, ideo ista est minima communicatio, & minimus amor, & est ad illos, ad quos non communicamus, nisi in charitate, isti sunt inimici, quia cum istis nulla alia communicatione communicamus, & tamen si ista amicitia separaretur ab alijs tribus, maior esset, quam omnes tres simul sumptæ, sed quia non separatur ipsa, quæ fuerit sola erit maior, quam quilibet aliarum, quæ cū qualibet aliarum est charitas.

Et ob hoc distinguit Ambrosius gradus, dicens, quod primo diligatur cõsanguinei, ad quos habetur prima amicitia. Secundo domesticis, ad quos habetur secunda quantum ad illos, qui in domo cõuersantur nobiscum. Tertio diligatur illi, qui nobiscum in actibus ciuilibus, & honestis communicant. Quarto diligantur inimici, ad quos habet solū quarta amicitia. Et hoc verum est simpliciter, & in se loquendo. Nam per accidens potest mutari ordo iste, vt si amicitia se habeat quis ad familiarem, qui solum cõicat ei in operibus honestis quantum ad societatem, quam habentambo in istis: quæ ad patrem suū, qui non cõicat ei circa talia, & ita de alijs personis, & modis dilectionis intelligendum est.

Ad primum dicendum, quod simpliciter loquendo magis diligendi sunt propinqui quam extranei, licet sint extranei meliores. Et dicitur simpliciter, quia quantum ad aliquem modum specialem amicitia, forte magis diligendus erit extraneus quam cognatus, vt si cognatus communicat in illo modo amicitia: sed quia propinqui diliguntur in naturali amicitia, quæ non habet ad illos, & ista est maior alijs, vt dictum est, sequitur, quod simpliciter magis diligantur isti ex charitate, quam alij, & quia fundatur ista amicitia in cõicatione naturali, & illa est ad simile tertium delinquentem, pertinet ad propagationem, & cõseruationem naturæ, & cõsequenter quantum ad necessitatem vitæ magis diligimus propinquos quam alios, & quantum ad ipsum esse, & viuere, quod accipitur ex natura

Distinctio graduum dilectionis, quam assignat Ambrosius.

naturali communicatione. Nam aliæ communica-
tiones non fundantur super esse, & vivere, sicut amici-
tia politica communicationem habet in operibus
honestis, in quibus simul aliqui conuersantur, sed na-
turalis amicitia habet fundamentum in communica-
tione naturali, & hæc cõicatio est ppinquior illa, qua
homo sibi ipsi cõicat: unde sicut homo debet simpli-
citer seipsum diligere, quantum ad esse naturale, etiã si
malus sit cupiẽdo sibi esse, & vivere, quã alium
vitiũ bonum: ita & patrem suũ, quantum ad esse natura-
le magis debet diligere cupiẽdo ei vitam, & sospita-
tem quã alium bonum virum. Licet malus pater,
& infidelis sit, non tamen debet ei vitam cupere, vt
malus est, sed vt bonus efficiatur.

Ad secundum dicendum, qd cõformamur Deo in
diligendo, non quidem in re dilecta, sed in radice dili-
gendi, & modo. Nõ enim oportet, qd ego cõformer
Deo in re dilecta, quia tunc cum ipse diligit multos
alios plus quã me, & tñ neminem debet quis dili-
gere plus qd se, nisi Deum. Radix autẽ dilectionis Deus
est, qd si ipsum super omnia diligit, & consequenter
diligit illa, quã magis coniuncta sunt sibi, & quia qui
melior est magis Deo est propinquus, diligit Deus
magis meliores: nobis vero ordo est imitãdo Deum,
qd nos ipsos supra cetera post Deũ diligamus, & dein-
de id, quod nobis magis coniungitur, & quia nobis
magis coniuncti sunt illi, qui cõicant in naturali com-
municatione, ideo illos magis diligere debemus, &
ita secundum ordinem aliarum amicitiarum dictum est,
& hoc charitas faciendum suadet. Si autem qui
magis sunt boni, essent magis coniuncti nobis, tene-
remur magis eos diligere, sed non sunt magis con-
iuncti nobis. Nam bonus in quantum huiusmodi
non est magis coniunctus alicui, quã ceteris, nisi
qui est bonus per essentiam, quod soli Deo cõperit.

Ad tertium dicendum, qd in illis, quã non pertinet
ad communicationem naturalem, quam cum patre,
& consanguineis habemus: non oportet, qd magis be-
nefaciamus consanguineis, quã aliis, sed illis, qui
magis coniuncti sunt nobis secundum illam commu-
nicationem ad quam pertinent bona, de quibus agi-
tur, & quia beneficia ecclesiastica non sunt bona per-
tinentia directe ad communicationem naturalem,
quã sunt esse, & vivere, & ea per quã conseruan-
tur hæc, sicut necessaria ad vitam non debemus be-
neficia ecclesiastica dare magis cõsanguineis, quã
alijs, pertinent autem beneficia ecclesiastica ad Ec-
clesiam: communicatio autem in corpore Ecclesiã
est quarta communicatio, ex qua insurgit amicitia
charitatis, ideo illis, qui communicant magis in Ec-
clesia nobiscum danda sunt magis ecclesiastica bene-
ficia: illi autem sunt, qui meliores, & magis apti sunt
ad gubernandum Ecclesiam, in quo communicant
cum prelato, qui gubernat Ecclesiam, & ad quem
pertinet beneficia conferre, ideo melioribus, & ma-
gis aptis ad gubernandum Ecclesiam sunt magis cõ-
ferenda ecclesiastica beneficia. Verum est, quod si
cognati sint æqualiter idonei sicut extranei, possunt
dare potius cognatis beneficia, quã extraneis. Nisi
forte ex hoc incidere pigritas in suspensionem, quod
faueret nimis carni, & sanguini, & putaretur perso-
narum acceptor. Sed de hoc dictum est supra ma-
gis, cum diximus de personarum acceptione. Si au-
tem sint bona patrimonialia, vel aliã licitã acquisi-
ta, quia illa, vt talia, sunt quãdam sustentatio vitã,
& in esse, & vivere magis communicamus cum co-
gnatis, quã cum alijs, & magis dandum est ex cha-
ritate cognatis, quã alijs. Et hoc maximẽ quan-
do sunt bona purẽ patrimonialia, id est, ex successio-
ne progenitorum habita, quia talia debita sunt ma-

Fgis cognatis, quã alijs hominibus, cum descende-
rint de sua progenie. Et hæc vera sunt, nisi maior
paupertas, vel necessitas extranei præponderet, quã
tunc potius dandum est extraneo, quã cognato.
Idem si aliqua maior vtilitas sequatur dando extra-
neo, quia tunc non tenemur magis dare propinquo,
quã extraneo.

Ad quartum dicendum, quod si accipiatur bene-
facere proprie, prout pertinet ad liberalitatem, vel
beneficentiam, & non subijcitur alicui necessitati,
vel debito rationis generale est, quia potius reddend-
um est debitum, quã beneficendum, ac si dice-
retur magis obligamur ad id, quod est necessarium,
quã ad id, quod nullo modo est necessarium. Sed
interdum accipitur aliter, scilicet, vt dicamur redde-
re debitum, quando vicem reddimus alteri pro eo
quod fecit nobis, vel dedit beneficium dare dicamur,
quando cunque bonum damus alicui, cui non sumus
specialiter obligati ex aliquo bono, quod nobis de-
derit, vel pro nobis fecerit. Accipiendo in primo
modo reddere debitum, & beneficium dare, potius
est reddendum semper debitum, quã dare benefi-
cium, quia alicubi est obligatio, & in alio non. Acci-
piendo secundo modo fiat dubitatio: quia interdum
melius erit benefacere, quã reddere debitum, &
hoc quia licet non sit ibi debitum aliquod ex opera-
tione eius, cui tenemur, cautatum est tamen debi-
tium ex iure, vel ratione. Sicut si aliquis extraneus fe-
cerit mihi paruum beneficium, & frater meus nul-
lum fecerit, & ambo sint in periculo mortis, & non
possum simul vtrumque eripere, magis teneor eru-
ere fratrem a quo nulla suscepi beneficia, quã ex tra-
neum, a quo paruum suscepi beneficium, quia ad co-
gnatum licet non sit debitum erudiendi eum a morte
ex aliquo bono, quod ab eo receperim, est tamen de-
bitum iuris, & rationis propter vinculum cognatio-
nis, & naturalis communicationis, licet in hoc non
possit dari faciliter regula vniuersalis, quia multum
est aspiciendum ad magnitudinem, & paruitatem
beneficij collati ab extraneo, & ad magnam, vel par-
uam cognationem, vt si est pater, aut si est cognatus
in quarto gradu, quia secundum varietatem istorum
interdum magis reddendum est debitum, quã bene-
faciendum, & interdum è contrario, & tamen
simpliciter loquendo in his, quã pertinent ad con-
seruationem naturã, magis sumus debitores paren-
tibus, a quibus naturam traximus, & cognatis, cum
quibus in vnitã sanguinis participamus, quã ex-
traneis, & consanguineis, cum quibus magis, & pro-
pinquius participamus, quã alijs, cum quibus mi-
nus participamus, ideo magis liberare debemus a
morte patrem, quã extraneum, non solum si ille
extraneus paruum beneficium nobis contulit, sed
etiam si in simili casu ipse nos a morte liberauit. Hoc
autem propter gradum cognationis, quia ibi est ma-
gna cognatio. Etiam propter beneficiorum magni-
tudinẽ. Nam licet pater non liberauerit filium a
morte, dedit sibi aliud quod maius est, scilicet, vi-
tam: maius est enim vitam alicui dare, quando non
habebat, quod pater facit generando, quã vitam
conseruare a morte liberando, quando iam vita erat,
& ideo patri magis tenemur in hoc casu, & mari.
De ceteris cognatis non est facile dicere, quia non
est ad illos talis habitudo, qualis ad patrem, cum ab
eis non susceperimus esse, sicut a patre, ideo inter-
dum magis tenemur cognatis, interdum extraneis,
secundum diuersas circũstantias rerum, & perso-
narum.

Si extraneus
contulerit
paruum be-
neficiũ ali-
cui, & fra-
ter eius
nullũ ma-
gis tenetur
ille fratri,
quã ex-
traneo.

Meliores
sunt Deo
propinquo-
res.

An magis diligendi sunt ex charitate meliores, quã nobis
coniuncti. Quæst. CCCIX.

QVÆRETVR ad aliqualem maiorem decla-
rationẽ dictorum an magis diligendi sunt ex
charitate meliores quã nobis coniun-
cti. Aliqui dicunt, quod semper sunt meliores dili-
gendi magis. Illud enim videtur magis diligendum,
quod nulla ratione odio haberi potest quã illud,
quod aliqua ratione est odiendum. Sicut illud est al-
bius, quod est nigro impermixtius, sed personẽ nobis
coniunctẽ sunt aliquando odio habendã iuxta illud
Luc. 14. cap. si quis venit ad me, & non odit patrem,
& matrem &c. boni autem homines, nunquam &
nulla ratione sunt odio habendi, ergo magis amandi
sunt boni quã cognati.

Secundo quia secundum charitatem maxime Deo
conformamur, sed Deus diligit magis eum, qui me-
lior est, ergo per charitatem potius debemus diligere
meliores quã coniunctos nobis.

Tertio quia secundum vnam quãque amicitiam
illud est magis amandum, quod magis pertinet ad id,
super quod magis amicitia illa fundatur: amicitia
enim naturali magis diligimus eos, qui sunt nobis se-
cundum naturam coniuncti, scilicet, parentes, & fi-
lios, sed amicitia charitatis fundatur super commu-
nicatione beatitudinis, ad quã magis pertinent me-
liores quã nobis coniuncti non ita boni, ergo cha-
ritate magis debemus diligere meliores extraneos
quã coniunctos non ita bonos.

Dicendum, quod sic dicebatur præced. q. non po-
test dari regula generalis, quis & quando debeat ma-
gis diligi, sed ad hoc est dicendum, quod interdum,
& in quibusdam magis diligimus extraneos bonos,
vel meliores, quã cognatos non ita bonos, in qui-
busdam vero è contrario. Pro quo sciendum, quod
oportet omnis actus, & motus proportionetur obie-
cto, & agenti, motus vero termino, & motori, licet
de motu non est ad propositum, actus vero obiecto,
& agenti proportionatur, sed ex obiecto habet spe-
ciem, ex virtute autem agentis habet modũ, & quan-
titate suã intensiõis, sicut motus, vt dictum est,
habet speciem a termino ad quem est, sed intensiõẽ
velocitatis habet ex dispositione mobilis, & virtute
mouentis. Sic igitur dilectio speciem habet ex obie-
cto, sed intensiõem habet ex parte ipsius diligentis.
Obiectum autem charitatis dilectionis Deus est,
homo autẽ diligens. Homo etiam est obiectum dile-
ctionis huius non per se, sed secundum relationem
ad Deum, scilicet, vt communicat actu, vel potentia
vita diuina, & ideo diuersitas dilectionis secundum
charitatem quantum ad speciem est etiam in proxi-
mis diligendis per comparationem ad Deum, id est,
vt in dilectione, quã ad proximos habemus aliquid
consideretur ex parte ipsorum proximorum, & quia
ipsi sunt, vt obiectum, & obiectum facit differre spe-
cie, tenebit te illa diuersitas dilectionis, quã est ex
parte hominis diligibilis ad speciem charitatis, vel di-
lectionis, cõsideratur autem aliqua diuersitas ex par-
te diligentis, & ista, quia pertinet ad agens non facit
ad speciem, sed ad intensiõem, quã le tenet ex par-
te agentis, hoc autem est, quia quibusdam proximis
maius bonum velle debemus ipsum bonum, quod
volumus ex maiori affectione, & quia obiectum cha-
ritatis est Deus, velle debemus maius bonum ex par-
te Dei. Isti autem proximi sunt illi, qui magis pro-
pinquant Deo: ideo ipsis debemus velle maius bonũ
Dei, id est, beatitudinem maiorem.

In quo sciendum, quod cum amicitia charitatis
fundetur super communicatione actuali, vel poten-

Obiectum
differre fa-
cit actus
specie.

tionali in beatitudine, omnibus quos diligimus ex
charitate velle debemus beatitudinem, & quantum
ad hoc omnibus proximis volumus equale bonum,
quia idem bonum volumus, beatitudo tamen licet
sit idem bonum, habet diuersos gradus participatio-
nis, quia secundũ, quod aliquis magis aut minus Deo
participat, est magis aut minus beatus, & secundum
hos gradus est magna inæqualitas, & in hoc est gene-
rale, quod quilibet ex charitate debet magis diligere
meliores quã non ita bonos, etiam si illi sint pro-
pinquissimi. Nam differentia graduum gloriã est se-
cundum differentiam meritorum, & bonitatis, &
pertinet ad rei iustitiam, vt secundum meritorũ dif-
ferentiam det differentiam graduum gloriã, sed qui-
cunque charitatem habet, diligit Deum super om-
nia, sed Deo est bonum, quod iustus maneat, & iusti-
tiam seruet, amans autem Deum ex charitate amat
bonum ei, scilicet, bonum esse, & sic semper perma-
nere, ergo quilibet habens charitatem tenetur velle,
quod Deus iustitiã seruet, ergo tenetur velle, quod
Deus fm differentiam meritorum det diuersos gra-
dus gloriã, & consequenter ergo ex charitate teneor
velle, quod extraneus a me habeat maiore gloriã, q̃
propinquus meus: immo quã pater, qui non est ita
bonus, quã aliã vellemus Deum distribuere iniuste
& non solum diligam plus quã propinquos, sed
etiam plus quã me, scilicet, si quis est melior quã
ego, teneor velle, quod Deus det illi maiore gradum
gloriã quã mihi, & sic magis illum diligo quã
me, & hoc totum pertinet ad diuersitatem speciei di-
lectionis, quia tenet se diuersas ex parte obiecti.
Sunt enim diuersę dilectionis species secundum di-
uersa bona, quã optamus ex charitate his, quos dili-
gimus. Aliud autem considerabatur ex parte dili-
gentis, & istud erat intentio dilectionis per compara-
tionem ad diligentem, & quantum ad hoc non con-
sideratur aliqua conditio eius, qui diligitur, secun-
dum opinatiõem ad rationem obiecti, scilicet, an
magis, vel minus, vel boni sunt, per quod magis ad
Deum, qui est ratio diligendi ex charitate appropin-
quant, sed illos quis intensius diligit, ad quos sic dili-
gentes magis dispositus est, & quia magis afficitur
homo ad seipsum quã ad alium, & consequenter
ad id, quod magis est idem, & tanto intensius diligit
aliquos quanto ei propinquiores fuerint cognatione,
quia est propinquitas secundum esse, & secundũ na-
turam, secundum quam est homo idem sibi ipsi, &
ita aliquos ad maiora bona diligimus, quos tamen in-
tensius diligimus, scilicet, propinquos minus bonos,
Et ista est prima differentia dilectionis inter propin-
quos minus bonos ad extraneos magis bonos.

Vnus alio
magis bea-
tus est.

Aliquem
magis te-
neor quam
me ipsum
diligere.

Difc dile-
ctionis in-
ter propin-
quos mi-
nus bonos
ad extra-
neos ma-
gis bonos.

Secunda differentia eorum est, nam cognati sunt
propinqui nobis secundum naturalem originem, a
qua communicatione discedere non possunt, quia
sunt id, quod sunt, scilicet, quia fundatur super esse;
alii autem appropinquant nobis secundum virtutem,
quam habemus, vel habere debemus, & appropin-
quant Deo, ista tamen bonitas, secundum quã pos-
sunt accedere, vel recedere, augeri, & minui, vel tota-
liter perire, ideo licet non possim velle ex charitate,
quod non sit cognatus meus ille, qui est, quia non est
possibile, quod non sit, quia iam factum est, possim
tamen velle, quod ille habeat virtutem, quam
non habet, vel maiorem quam habet. Et hoc ex charita-
te, quia istud possibile est, & bonum est sic esse, aut
fieri. Et ideo possim velle, quod cognatus meus, qui
nunc malus est, vel parũ bonus, efficiatur melior quo-
cunque extraneo quantumcunque bono, sed cũ talis af-
fectus fuerit, debetur ei maior gradus beatitudinis q̃
cui extraneo: ideo possim diligere cognatũ meũ,
qui

Fat autem malum non debemus diligere semper, quia non quando malus est in eo, quod malus. Ergo diutius debet diligere extraneos bonos quam patrem, & tamen non magis, quia tunc quando diligitur magis diligitur quam extranei boni, & quia semper debet diligi, licet malus quamvis non in quantum malus, debet pater semper diligi magis quam extranei, licet benefaciendum non sit ei circa omnia plusquam extraneis.

Ad secundum responsum est præcedenti quod scilicet, quod conformamur Deo non in dilectionis quantitate, & rebus dilectis, sed in radice diligendi.

Ad tertium dicendum, quod ad radicem charitatis duo pertinent, scilicet ratio obiecti, quod pertinet ad speciem, actus & intensio, quæ se tenet ex conditione agentis, ideo utrunque est in actu charitatis. Sic autem licet ex conditione speciei actus magis boni sunt diligendi plusquam magis coniuncti, tamen ex conditione agentis intensius diliguntur cognati quam extranei, licet etiam cognati possunt magis diligi, i. optari eis maiora bona, non quod actus magis boni sunt, sed quia cupimus ut magis boni sint, & ita per omnem modum poterunt magis diligi cognati quam extranei, licet in beneficiæ circa omnia non seruetur hoc semper.

Gratia autem malum non debemus diligere semper, quia non quando malus est in eo, quod malus. Ergo diutius debet diligere extraneos bonos quam patrem, & tamen non magis, quia tunc quando diligitur magis diligitur quam extranei boni, & quia semper debet diligi, licet malus quamvis non in quantum malus, debet pater semper diligi magis quam extranei, licet benefaciendum non sit ei circa omnia plusquam extraneis.

Ad secundum responsum est præcedenti quod scilicet, quod conformamur Deo non in dilectionis quantitate, & rebus dilectis, sed in radice diligendi.

Ad tertium dicendum, quod ad radicem charitatis duo pertinent, scilicet ratio obiecti, quod pertinet ad speciem, actus & intensio, quæ se tenet ex conditione agentis, ideo utrunque est in actu charitatis. Sic autem licet ex conditione speciei actus magis boni sunt diligendi plusquam magis coniuncti, tamen ex conditione agentis intensius diliguntur cognati quam extranei, licet etiam cognati possunt magis diligi, i. optari eis maiora bona, non quod actus magis boni sunt, sed quia cupimus ut magis boni sint, & ita per omnem modum poterunt magis diligi cognati quam extranei, licet in beneficiæ circa omnia non seruetur hoc semper.

An inter propinquos sint magis diligendi consanguinei quam affines, & amici. Quest. CCCX.

QUÆRITUR dato, quod coniunctos magis diligamus quam extraneos, cum sit coniunctio multiplex, scilicet secundum carnem, & secundum alios modos, an consanguinei sint magis diligendi quam ceteri. Aliqui dicunt, quod non dicitur enim Prover. 18. c. vir amicabilem ad societatem magis erit amicus quam frater. Et Valerius Maximus dicit, quod vinculi amicitie prævalidum est, neque ex parte vlla sanguinis viribus inferius est. Hoc etiam certius, & exploratius, quia illud nascendi fors foruitum opus dedit, hæc vniuersumque solido iudicio inchoata voluntas contrahit, ergo illi, qui sunt coniuncti sanguine non sunt magis amandi quam alij. Secundo quia dicit Ambrosius, lib. de officiis. non minus vos diligo quos in Euangelio genui, quam si in coniugio succēpissim, non enim vehementior est natura ad diligendum quam gratia: plus certe diligere debemus, quos perpetuo nobis computamus futuros, quam quos tantum in hoc seculo, ergo non sunt magis diligendi consanguinei quam coniuncti per amicitias alias. Tertio quia, ut dicit Gregorius in homilia probatio dilectionis exhibitio est operis, sed quibusdam magis debemus impendere opera dilectionis quam consanguineis, ergo alij coniuncti sunt magis diligendi, sicut magis obediendum est prælato, & duci exercitus in bello quam patri.

Lib. 4. c. 7.

Lib. 1. c. 7.

Dicendum, quod coniuncti sunt a nobis magis diligendi quam extranei, & ideo quanto aliqui sunt magis coniuncti tanto magis diligendi sunt, sed nemo magis coniunctus est, quam consanguinei, qui coniunguntur in eo quod est esse, & hæc, ergo illi magis sunt diligendi. Secundo quia Exo. 20. cap. specialiter mandatur de honore parentum, qui sunt coniunctissimi secundum carnem, ergo coniunctio secundum originem facit specialem dilectionem. Circa hoc considerandum est, quod ut dictum est præced. quilli, qui sunt nobis magis coniuncti, sunt magis ex charitate diligendi, tum quia ad maiora diliguntur, tum quia intensius, tum quia pluribus modis. Intensio autem dilectionis est ex coniunctione dilecti ad diligentem, & ideo dilectio diuersorum est meturanda secundum diuersam coniunctionis rationem, ut in vniuersumque diligatur magis in eo, quod pertinet ad illam coniunctionem secundum quam diligitur. Et vltimus ad sciendum,

Naturalis amicitia ceteris est maior ac prior.

Quelibet res fertur magis in seipsum amore quam in aliam.

Ad dilectionem secundum comparationem coniunctionis ad consuetudinem. Ex hoc apparet primum, quod cum amicitia consanguineorum fundetur in communicatione naturalis originis, amicitia autem consuetudinum in communicatione civili, amicitia autem œconomica in communicatione domestica, & amicitia commilitantium in communicatione bellica, quod in his, quæ pertinent ad naturam plus debemus diligere consanguineos, quam alios homines, in his vero, quæ ad vitam civilem plus cõciues quam alios, & in rebus domesticis plus œconomicos, in rebus autem bellicis commilitones. Et ita est in exhibitione honoris, quia non impenditur omnibus idem honor, sed secundum convenientiam, ut dicitur 9. Ethic. singulari propria, & congruentia attribuendum. Sic autem, & facere videtur qui ad nuptias quidem vocat cognatos. Videbitur, utique & nutrimento oportere parentibus sufficere, & sic de alijs. Secundum est, quod ultra, quod in qualibet amicitia debet se magis amare illi, qui participant in rebus eiusdem communicationis in quantum ad res illas adhuc vna communicatio est maior alia, & vna amicitia maior alia, & sic amicitia naturalis est maior omnibus, & permanentior, & prior. Est prior quidem, quia est secundum id, quod prius aduenit, i. secundum naturam, quæ est prior omni accidente. Etiam quia homines huius communicationis prius se cognoscunt, ideo possunt se prius amare, & etiam permanentior, quia id, super quo fundatur magis permanet. Nam fundatur super natura, & esse, ceteræ autem amicitie fundantur super quibusdam bonis postea aduenientibus, ut super virtute, & alijs, quæ etiam sicut accidunt, ita possunt deficere. Natura autem est permanentior, quia est id, in quo subsistimus, sed tantum permanet amicitia, quando id, super quo fundata est, ergo naturalis amicitia est permanentior. Est etiam maior, quia fundatur super maiori re. Nam natura est, ut substantia, cetera vero sunt, ut accidentia, & dependentia eius, etiam quia quilibet res fertur amore magis in seipsum quam in aliam, sed natura est id, quod sumus nos, & est fortior quam ceteræ amicitie, quia ista magis accedit ad illam amicitiam, quæ est eiusdem ad seipsum, & ideo licet quilibet amicitia quantum ad res suæ communicationis sit maior ad illos, qui secundum eam communicant quam ad alios, tamen loquendo simpliciter amicitia naturalis est maior alijs, & ideo consanguinei, qui ad hanc pertinent magis sunt diligendi ex charitate quam ceteri, cum charitas non separatur ab aliqua istarum amicitiarum, & actus cuiuslibet istarum sit actus imperatus a charitate, ut dictum est.

Ad primum dicendum, quod amicitia sociorum propria electione contrahitur in his, quæ sub nostra electione cadunt, i. circa agibilia, & ideo circa tractatum agendorum magis se diligunt amici, qui communicant in eis, & magis sibi consentiunt, & vnus alteri prodest quam consanguineis non communicantibus in hac societate agendorum, sicut quilibet amici circa aliquam specialem communicationem magis se diligunt circa res eiusdem communicationis quam alios homines. Verum tamen simpliciter magis se diligunt consanguinei quam communicantes in alijs communicationibus, eo quod ista amicitia est prior, stabilior, & maior omnibus, ut dictum est. Et ideo dicendum primum, quod magis tenemur providere in necessarijs tamen in liberando a malo, quam in conferendo necessaria ad vitam, ut cibum, potum, vestem, & similia cognatis quam alijs, quia ista sunt ad conseruationem vitæ, & communicatio naturalis fundatur super rebus pertinentibus ad esse, & viuere: ideo in naturalis amicitiam provide-

Abimus cognatis magis in his, quæ in alijs hominibus. Et quia ista sunt, quæ communius veniunt ad vsum hominum, videbitur homo simpliciter de bonis exterioribus magis dare cognatis quam alijs. Secundo dicendum, quod quantum ad effectum magis diligimus eos ex charitate, quia actus omnium amicitiarum imperatur ex actu charitatis, sed actus istius amicitie vehementior est, & intensior propter maiorem coniunctionem diligentis ad dilectum, ideo cum totus ipse quantus est, & qualis imperetur a charitate, sequitur, quod magis diligantur ex charitate consanguinei quam alij, ut dictum est præcedenti quod.

Ad secundum dicendum, quod loquitur Ambrosius non de affectu dilectionis, sed de affectu subuentio- nis, & hoc quantum ad illa, quæ sunt propria alicui amicitie, & tunc verum est, quod circa res cuiuslibet communicationis magis subuenire, & consentire debemus his, qui pertinent ad illam communicationem quam alijs, loquitur autem Ambrosius de beneficijs pertinentibus ad communicationem gratiæ, vel corpore Ecclesiæ, i. de instructione morum, & quantum ad hæc debet quis magis subuenire filijs spiritalibus, quos spiritualiter genuit, quam filijs corporalibus, quibus tenetur magis providere in corporalibus subsidijs facientibus ad conseruationem vitæ corporalis.

Ad tertium dicendum, quod sicut supra dictum est secundum quamlibet communicationem diligendi sunt magis, qui communicant in rebus illius generis, quam qui non communicant, & ideo quia in rebus bellicis communicat quis cum commilitonibus, & ordinatur ad ducem exercitus, debet magis amare quilibet commilitones, & bonum eorum, ut huiusmodi quam bonum consanguineorum, & debet magis obedire duci exercitus in bello quam patri, aut cuiusquam alteri. Sed non sequitur, quod simpliciter magis sint diligendi commilitones quam consanguinei, quia cum amor in qualibet amicitia sit secundum proportionem communicationis, in qua fundatur, & communicatio maior sit secundum originem, sequitur quod amicitia illa, quæ dicitur naturalis, sit simpliciter maior.

An quis ex charitate magis debeat diligere patrem suum quam filios. Quest. CCCXI.

QUÆRITUR an quis ex charitate magis debeat diligere patrem suum quam filios. Aliqui dicunt, quod magis sunt diligendi filij, illos enim magis debemus diligere, quibus magis debemus benefacere cum effectus proportionetur ad affectum, sed magis debemus benefacere filijs, quam parentibus, quia dicitur 2. Corin. 13. Filij non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filijs, ergo magis debemus filios diligere quam parentes. Secundo, quia ordo charitatis non repugnat naturæ, cum gratia naturam non tollat, sed perficiat, sed naturaliter parentes diligunt plus filios, quam diligantur ab eis, sicut plus beneficiarius diligit beneficiarium quam e contrario, cum ibi reluceat bonum quoddam eius, ut dicitur 9. Ethic. ergo ex charitate magis tenebimur amare filios quam parentes. Tertio, quia per charitatem conformatur affectus hominis Deo, sed Deus magis diligit filios quam diligatur ab eis, & hoc ex charitate. Nam quicumque amor, quo Deus aliquem diligit est charitatis, cum Deus sit Charitas. 1. Ioan. 4. cap. ergo magis debemus diligere filios quam parentes. Quarto, quia si non tenemur diligere magis filios quam patres, tenebimur diligere parentes supra omnes homines, & tunc sequitur, quod tenebimur magis diligere fratres quam filios, i. quod pater diligit magis fratres suos qui sunt patris filiorum suorum, quam filios proprios, eo quod maior est similitudo

In q. 308.

similitudo patris ad fratres, qui sunt patri filiorum quam ad filios, cum pater, & fratres sint in eodem gradu, & eadem beatitudine, quod non est de patre respectu filiorum.

Dicendum, quod magis diligendi sunt parentes ex charitate quam filij, quia Deum diligimus super omnia, sed amor, quem habemus ad patrem assimilatur magis amori, quem habemus ad Deum, quia Deus amatur, ut pater noster, ergo magis parentes quam filij diligendi sunt. Secundo quia ille, cui nunquam potest sufficienter retribuere est magis diligendus, sed ut dicit Arist. 4. Ethic. nunquam possumus retribuere sufficienter deus, neque parentibus, quia a parentibus accipimus esse, nutrimentum, & disciplinam, ergo patres sunt inter homines omnes maxime amandi.

Tertio quia quanto amor est maior, tanto est firmior, sed firmior est amor filij ad patrem quam de contrario, quia filij non possunt abnegare patres, ut dicitur 8. Ethicorum, nunc possunt etiam eos propter crimen aliquid accusare, & expellere, quod filij non possunt ad parentes, ergo magis sunt diligendi patres a filijs quam filij a patribus. Quarto, quia Ambrosius ponit istum ordinem, scilicet primo diligendus est Deus, secundo parentes, deinde filij, postea domestici.

Circa hoc considerandum, quod præter amorem, qui est hominis ad Deum, qui maximus esse debet, & deinde amor hominis ad seipsum, est maxima amicitia filij ad patrem, & patris ad filium, ab hac enim ceteræ oriuntur. Nam omnis amicitia propinquorum, ut dictum est, fundatur super communicatione naturali, omnis autem communicatio naturalis fundatur super originem, per quam est pater, & filius. Fratres enim, qui sunt inter cognatos propinquissimi dicuntur in eo, quod ab eodem patre nascuntur, & sic deinceps, sed origo est immediate inter filium, & patrem, ergo isti duo maxime pertinent ad communicationem naturalem, & amicitiam hanc, & ista erit maxima amicitia, & ab hac derivabitur omnis amicitia propinquorum, in hac autem amicitia parentum, & filiorum quodam modo preponuntur patres filijs, quodam modo filij parentibus secundum duplicem modum amoris. Amatur enim uno modo, aliquid ut tres distincta, sicut amo hominem, aliquid autem amatur alio modo, sed non, ut res distincta, & per se, sed ut aliquid alterius, sicut amo manum meam, vel pedem, aut aliquod membrum amore, quo me ipsum amo. Loquendo autem de amore primo modo, i. alicuius rei, quæ in seipso amatur. Est dicendum, quod magis amatur parentes a filijs quam de contrario. Loquendo de secundo amore, quo aliquid amatur in altero velut res alterius. Dicendum quod filij magis amantur a parentibus quam de contrario. Cuius ratio est, quia unum quodque tanto magis diligitur, quanto magis nobis propinquum est, propinquius autem est aliquid alicui, quod habet ordinem essentialem ad illud, quæ quod ad ipsum accidentaliter ordinatur. Causa autem est essentialis ipsi affectui sicut genus speciei, sed affectus ad causam accidentaliter se habet, quia est post eius esse, & sequitur illud sicut species ad genus. Nam genus ad speciem essentialiter se habet, & quia est necessario de essentia eius, species autem ad genus habet se per accidens, quia non est de esse eius, & hoc est verum nisi effectus sit aliquid cause, quæ sic effectus comparabitur ad causam per modum partis integralis, quæ est actu essentialiter in toto, sed secundum effectus est aliquid cause non est conditionata ad ea, sed est unum cum ipsa. Sic de patre, & filio dicendum est, considerando autem patrem, & filium, ut sunt quedam persone inter se distincte, sic pater magis amatur a filio cum in quedam res patris, & non de contrario; ideo filius diligitur alia dilectione a patre quam diliga-

tur pater a filio in quantum filius res quedam patris est, & ut membrum ipsius diligitur. Unde dicit Arist. 8. Ethic. quod illud, quod est ex aliquo genitum, est propinquius, sicut membrum eius, puta pes. Et quia hoc modo diligitur pars a toto quasi eadem dilectione, quæ totum diligit seipsum, & dilectio, quæ est rei ad seipsum, est maxima; ideo totum diligit magis partem suam quam diligitur ab ea. Ita autem est de patre, & filio. Nam filius se habet ad patrem, ut ad rem distinctam, de qua est pater, aut se habet ad filium, ut ad partem suam, & ideo necesse est, quod filius diligit patrem quasi aliquid a se distinctum, pater autem diligit filium quasi aliquid sui ipsius, & ideo filius diligit patrem quasi aliquid a se, pater autem diligit filium, quasi partem suam, vel aliquid sui; ista autem dilectio est quasi eadem dilectio quæ diligit pater seipsum, sed nulla est maior dilectio quam illa quæ pater diligit seipsum, ergo dilectio quæ pater diligit filium erit necesse maior quam dilectio, quæ filius diligit patrem. Et hoc est, quod Arist. tenet 8. Ethic. assignans ibi multas causas quare pater diligit magis filium quam filius patrem. Prima est, quia pater amat filium, ut quoddam membrum suum, vel partem corporis, sicut ut aliquid sui ipsius existentem, pater autem non est aliquid filij, & ideo non potest filium amare patrem, ut aliquid sui ipsius, sed ut a quo recessit, cum esset prius idem cum eo, & ideo dilectio, secundum quam pater diligit filium, similior est dilectioni quæ quis seipsum diligit quam de contrario. Secunda quia notitia est causa amoris, sed parentes magis certi sunt de filijs, quod ad eos pertinet, quod viderunt eos nasci, & a principio educaverunt quæ filij sunt certi de patribus, quia hoc nesciunt nisi ex auditu. Tertia est, quia propinquior est patri filius quam pater filio. Nam filius se habet ad patrem, ut pars quedam eius, pater autem se habet ad filium sub ratione principij, & a quo filius processit, & recessit cum prius esset in eo, & tamen quanto est aliquid alteri propinquius, tanto magis ab eo diligitur. Quarta est, quia parentes diutius amaverunt. Nam statim, ut filij nascuntur, eos dilexerunt, immo antequam nascerentur, dum esset in utero illos sciabant, & semper continuatus fuit amor, filius autem non statim dilexit parentes, sed quædam tempore, cum cognovit, & fuit aptus amare, sed quædam amor est diuturnior magis firmatur, & ceteris paribus est maior, ideo magis diligitur patres filios suos quæ de contrario. Quinta est, quia bonus patris tulgit in filio, & non de quo, & ideo est ista causa multum nobis, quare magis afficiatur pater ad filium quam de contrario. Nam pater est, ut causa, filius ut cautus, & quidquid est filiorum materialiter est a parentibus, & est ipsorum partem tam per generationem quam per educationem, filius autem nil tuum recognoct in patre, quia filius nihil præstitit parentibus, sed recepit, & ideo pater diligit bonum proprium in filio, quod in illo inuenit, filius autem non inuenit in patre aliquid bonum proprium quod diligit, & si est naturaliter, quod diligit quilibet bonum proprium necesse est, quod naturaliter afficiantur magis parentes ad filios, quæ filij ad patres. Sexta, quia naturaliter diligit magis benefactor beneficiatum a se, quæ beneficiatus benefactori, ut infra declarabitur. Nam beneficiatus in bene passio inuenit bonum, quod contulit, & illud amat, quia amare bonum proprium est seipsum amare, beneficiatus autem, ut huiusmodi nihil inuenit in beneficiante, ideo minus amat, sic autem filius ad parentes se habet, ut ad benefactores, quæ ultra naturale bonum, esse, quod præstitit in essendo adhuc præstitit, ut magna beneficia, in educando, & erudiendo ad intellectum, & virtutem, filius autem nihil parentibus præstitit, ideo magis diligit parentes suos filios quam diligitur ab eis, & habent aliquid vnde naturaliter ad hoc agendum inclinentur,

Quare pater diligit magis filium quam filius patrem.

clinentur, sed quia loquimur de amore amicitie, & charitatis, quo aliquid diligitur in seipso, de cuius ratione est benevolentia, quæ est principium, & radix amicitie, ideo dicendum, quod magis amatur amore amicitie pater a filio quam filius a patre, & idem de amore charitatis, licet quodam alio amore, qui non est propria amicitie, quia non est ad rem distinctam, sed vel ut ad seipsum, vel ad aliquid sui magis amantur filij a parentibus quam parentes a filijs. Aliqui autem dicunt, quod parentes amant filios affectu naturali magis quam amantur ab eis, & tamen affectu charitatis filij amant magis parentes quam de contrario.

Sed dicendum, quod non stat. Primo, quia tunc charitas, cum sit ordinatissima, & affectus naturalis esset hic contra affectum charitatis, esset affectus naturalis inordinatus, quia inclinaret ad magis diligendum id, quod est minus diligendum, & tamen affectus naturalis non est inordinatus, quia tunc malus esset, & tamen naturalia a Deo sunt instituta, & non sunt a nobis facta, ipse autem omnia fecit bona; ideo inconvenciens est asseri inordinatum esse affectum naturalem, sicut dicere charitatem esse inordinatam, utrumque enim prodijt a solo Deo. Est ideo dicendum, quod sicut amore charitatis magis diligitur pater a filio quam de contrario: ita etiam amore naturali diligitur filij magis parentes quam diligantur ab eis. Secundo quia inuenimus, quod in quibusdam magis inclinatur homo naturaliter ad amorem patris quam parentes ad amorem filiorum, sicut homo habens patrem, & filium facilius a se expellit filium quam patrem. Nam filium propter faciliem causam abijciat, patrem vero non nisi propter superabundantem malitiam, ut dicitur 8. Ethic. cap. vlti. Tertio quia inclinatio naturalis perfectior est in homine quam in ceteris animalibus cum homo sit perfectior natura, & specie, & ideo quidquid inuenimus de perfecta inclinatione naturali in ceteris animalibus dicemus esse in homine, sicut secundum stimulus quosdam nature, sicut secundum rationem quæ est homini natura, & tamen inuenimus quedam animalia naturaliter inclinari magis ad parentes quam ad filios sicut refert Basilus in Examerō lib. 4. de Coniis, quæ parentes suos arate cōfectos fouent plumis, alimenta ministrant, & etiam in volatu supportant, ergo ad fortiori homines inclinabuntur magis secundum naturalem affectum ad parentes quam ad filios. Et ideo non est distinguendum de affectu naturali, & affectu charitatis.

Sed dicendum, quod tam ex charitate, quam ex naturali affectu magis diligunt parentes filij quam de contrario. Sed quia de amore charitatis, & amicitie, qui ad virtutem nunc pertinet licet super bono, & ordine naturali fundetur, loquimur, est dicendum, quod magis, & minus, sive gradus in dilectione habet considerari ex duobus. Vno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte diligentis. Accipiendo primo modo, id, quod habet rationem maioris boni est magis diligendum, cum bonum sit ratio dilectionis. Etiam quæ quanto aliquid est melius tanto est Deo similis, qui propter se, & summè ex amore charitatis diligendus est. Et hoc modo parentes debent magis diligi a filijs quam de contrario, eo quod parentes cōsistunt in ratione principij, & eminentioris boni, quod Deo similatur, filij autem considerantur, ut aliquid principium, quod non habet rationem magni boni, ideo in ratione obiecti parum amantur filij a parentibus, parentes autem multum amantur a filijs. Secundo modo consideratur gradus dilectionis ex parte diligentis, & ita quanto aliquid magis est coniunctum magis diligitur, quia accedit magis ad dilectionem rei ad seipsum, & quia filij sunt magis coniuncti parentibus

Gradus in dilectione dupliciter consideratur.

quam parentes filijs, diliguntur isto modo magis, & intensius filij a parentibus quam parentes a filijs propter causas suppositas.

Ad primum dicendum, quod parentes, & filij diuersimodè comparantur, ita ut aliquo modo magis diligitur filij, & aliquo modo magis parentes, amor enim, qui est filij ad patrem, est ut principiat ad principium. Et quia se habet, ut ad maius debet filius patri secundum istum amorem reuerentiam, & honorem, pater autem se habet ad filium, ut causa ad effectum, & causa habet influere in effectum, & ideo secundum amorem, qui est parentum ad filios, tenetur providere, & curare, & sic filij magis debent honorem, & reuerentiam parentibus in quantum magis amant eos quam ab illis amantur, parentes autem magis debent filijs curam, & provisionem quæ de contrario in quantum ipsi magis amant filios quam amantur ab eis. In quantum enim pater est causa filij, pertinet ad eum influere in filium, & non de contrario. Ideo amor naturalis patris ad filium attenditur secundum inclinationem naturalem affectus ad beneficiandum ei, sed amor filij ad patrem attenditur secundum inclinationem naturalem ad beneficiandum se, et, hæc inclinatio non est minor quam prima, quæ erat patris ad filium ad beneficiandum ei. Immo est maior, quod pater, quia maiorem malitiam oportet aduenire ad hoc, quod homo distrahitur ab ista inclinatione quam a prima, & ex faciliori causa cessabit pater beneficiare filio quam filius cesset honorare patrem, & obedire ei, sunt tamen istæ inclinationes diuersæ, est tamen verum, quod licet pater sit naturaliter maior filio, & ut causa influens accedit ipsum esse minorem filio, & quod eius auxilio indigeat, hoc tamen non conuenit patri in quantum pater est, quia in quantum pater est semper est superior, & causa, & ideo quia natura inclinatur semper ad illud, quod est per se non autem ad illud, quod accedit in casu: ideo non inest filio tanta inclinatio naturalis ad beneficiandum patri, sicut patri ad beneficiandum filio, licet sit maior inclinatio naturalis filio ad amandum patrem in eo, quod ad eum conuenit quam patri ad filium, inclinatio autem filij ad beneficiandum patri non est tam ex natura quam ex ratione. Facit enim ratio istam inclinationem, quæ supplet id, ad quod natura non sufficit, in alijs autem animalibus in quibus pietatis paternæ allegantur exempla, apparet magis inclinatio ad beneficiandum patribus quam in hominibus. Et ratio est propter duo. Primo quia in hominibus non est commune, quod patres indigeant opere filiorum in senectute. In illis autem animalibus, de quibus dictum est, est quasi commune, & ideo natura de dicit maiorem inclinationem ad id, quod ut communiter accedit ad id, quod raro. Secundo, quia in hominibus ratio est natura cum sit naturale homini rationem habere, & secundum rationem vivere, & ideo non est opus, quod in filijs stimulus nature ad aliquid agendum, bestijs autem non inest ratio, & ideo si quid naturaliter habere debent oportet, quod habeat ex inclinatione, & ideo natura ad hoc determinatam inclinationem indidit, hominibus vero non, quia ratio in eis suppleret id ad, quod nature impetus non sufficeret.

Vnde est, quod quædam animalia magis inclinantur ad beneficiandum parentibus quam hominibus.

Ad secundum dicendum, quod in amore filiorum, & parentum non repugnat charitas amori naturali neque de contrario, sed id, quod magis diligitur amore naturali & c. magis diligitur ex charitate, & ideo verum est, quod pater magis diligit filium filij a parentibus, parentes autem multum amantur a filijs. Secundo modo consideratur gradus dilectionis ex parte diligentis, & ita quanto aliquid magis est coniunctum magis diligitur, quia accedit magis ad dilectionem rei ad seipsum, & quia filij sunt magis coniuncti parentibus

etia, fm quam amatur res in seipsa, & vt distincta ab amante, est dicendum, q magis amat filius patre quam pater filium. Si secundo modo, non est proprie amicitia, quia non est ad rem distinctam, est tamen amor quidam, & in hoc magis amat pater filium quam filius patrem. Et hoc non est intelligendum, q etia isto genere amoris amet filius patrem. Nam filius no potest amare patrem, vt aliquid sui, cum no sit, sed solus pater amat filium. Sed est sensus, q coparetur amor, quo pater amat filium, vt aliquid sui ad amorem quo filius amat patrem, vt aliquid a se distinctam, valde maior est amor patris ad filium quam filij ad patrem, & ille amor est tam fm naturam quam fm charitate. & ideo simpliciter potest dici, q patres amant magis filios quam amantur ab eis, & ita asseruit Arist. 8. Ethj. si tamen parentes amant filios, vt amicos, & vt aliquid a se distinctum, valde maior amor est filij ad patrem quam patris ad filium, & quia charitas est amicitia quedam, & considerat rationem boni maioris, & debiti, dicimus simpliciter, quod filius magis debet amare patrem tam ex naturali affectu quam ex charitate quam e contrario.

Ad tertium concedendum, q filij magis diligantur a patribus etiam ex charitate, quia non solum, vt amicos, & a se distinctos diligunt ex charitate, sed etiam, vt aliquid sui. Et tamen hoc modo simpliciter magis amant patres filios quam filij parentes. Deus aut licet non diligat nos, vt patres essentia sue sicut pater filium in humanis, q Deus non genuit nos vnioco, sed equiuoco produxit, diligit tamē, vt aliquid sui, quia totum bonum nostrum illius est, quia ab eo sumus, & ideo hoc modo ipse quasi naturaliter magis nos diligit quam nos cum sicut beneficians beneficiatum, & ita pater diligit filium, vt beneficiatum magis quam ab eo diligitur. Dicit enim Aug. 1. lib. de Doctri. Christi. Deus diligit nos ad nostram utilitatem, & suum honorem, & ideo quia pater comparatur ad nos in habitudine principij sicut, & Deus, pertinet, pprie ad patre, vt ei a filijs honor impendatur, ad filium aut pertinet, vt eius utilitati a parentibus provideatur, licet in articulo necessitatis obligatus sit filius parentibus provide, & no qualiter conq; sed magis q sibi ipsi in cibo, & potu, & alijs necessarijs ad vitam, vt dicitur 9. Ethj.

Ad quartum dicendum, q non sunt fratres propinquiores inter se quam pater filijs, & ideo magis diligimus filios quam patres. Et cu dicimus, q sunt in eodem gradu, dicendum, q hoc arguit potius cotrarium, q gradus personarum in colanguinitate dicit quandā distantiam, id inter eos, inter quos est gradus, est distantia, vbi vero nullus gradus est, non est distantia talis. Sic aut est nunc, fratres enim sunt geniti ab eodē, & possunt dupliciter comparari. Si enim comparentur ad patrem, sunt filij, si comparentur inter se, sunt fratres, & vt comparentur ad patrem, minus distant, quam si comparentur inter se. Na si inter se aliqua propinquitatem habent, hoc ideo est, quia ab eodē patre sunt, sed propter vnum quodq; tale, & illud magis: id nede esse est, q maior cognatio sit filiorum ad patre, vt filij sunt, q inter se ipsos, vt fratres sunt, & propter hoc requiritur, q inter patrem, & filios; & e contrario non est gradus aliquis fm principium omnium graduum, sed origo inter fratres inter se, iam est gradus, quia est primus gradus, & cum dicitur, fratres sunt in primo gradu, filius aut ad patrem non est in primo gradu, ergo magis distat. Dicendum, q verū est, si essent in aliquo alio gradu vteriori, vt in secundo, vel tertio, sed sunt ante oem gradum, ergo minus distant quam fratres, qui sunt in primo gradu. Item quia fratres cu sunt in gradu primo, & eandem habent equalitatem pater, & filij non habent equalitatem, sed identitatem,

F & tantum maior est identitas quam equalitas: ideo maior est propinquitas patris ad filios, & e contrario quā fratrū inter se, & consequenter maior amicitia.

An pater sit magis diligendus quam mater, vel e contrario. Quæst. CCCXII.

QUÆRITUR quis sit magis diligendus mater, an pater. Aliqui dicunt, q mater est magis diligenda. Dicit enim Arist. in lib. de Animalibus, q foemina in generatione dat corpus, sed homo non habet nisi corpus, & animam, animā autē non habet a patre, sed a Deo per creationē, ergo nihil habet, q maneat a patre, & consequenter mater est magis diligenda, quia ab illa magis recipit filius q a patre. Secundo, quia magis amantē tenemur amare, sed mater magis amat filium quam pater, ergo filius magis tenetur amare matrem quam patrem. Primo patet, quia in amicitia debet esse redamatio, & rursus debet esse equalitas, & similitudo 8. Ethj. ergo qui plus amauerit debet plus amari. Secundo patet, quia Arist. 9. Ethico. dicit, q matres sunt magis amatrices filiorum quam patres. Tertio, quia illi debetur maior affectus dilectionis, qui pro nobis magis laborauit, iuxta illud ad Rom. 1.6. cap. Salutate Mariā, que multum laborauit in nobis. Sed mater magis laborauit in generatione, & educatione quam pater, vnde dicitur Ecclesiastici 3. cap. gemitus matris tuæ ne obliuiscaris, ergo mater magis est diligenda quam pater. Quarto, quia similitudo est causa amicitie, sed filia magis simulantur matribus quam patribus, quia sunt eiusdem sexus. Ergo salte filia debent plus amare matres quam patres, & sorores quam fratres.

Dicendum, q aut comparentur pater, & mater ad filios, vt pater, & mater, vel vt quadam personæ. Si primo modo pater est magis diligendus, quam mater. Si secundo modo interdum potest pater magis diligi interdum mater. De primo patet, quia dicit Hieron. super Ezechielem. post Deum omnium patrem diligendus est pater, deinde mater. Item quia tam pater quam mater amantur sub quadam ratione vna, scilicet vt principia originis nostræ, & ideo ambo vocantur parentes, & tamen quantum ad hoc habet excellentiorem rationem principij pater quam mater, quia pater se habet per modum principij se agentis, mater aut per modum principij patientis, sed agens semper est excellentius. Item quia amor, qui debetur parentibus, est honoris, & reuerentia, sed ista dantur ei, qui dignior reputatur, dato autem, q pater, & mater sub eadem ratione, & equaliter essent, vt principium originis filij, quia tamen pater est semper vir, mater autem foemina, & sexus masculinus est honorabilior, quia vir est caput mulieris, sicut Christus est caput viri. 1. Corin. 1.1. cap. debetur maior honor, & reuerentia patri a filijs quam matri.

Si autem considerentur pater, & mater, vt quadam particulares personæ, potest variari, vt interdum plus vni, & interdum plus alteri debeatur de amore, & tanta potest ista differentia esse, quod aliquando vni eorum nihil de honore, aut reuerentia habeatur. Vt si sit superabundans malitia, quia tunc abijcere possumus eos 4. Ethico. capitu. vltimo. Et interdum aliquis eorum non solum, vt parens amat, sed in amore, & beneficijs superabundat, & tunc magis quam parens redamari debet, sed tunc non considerantur, vt parentes, sed vt amici.

Ad primum dicendum, quod quantum ad principium originis superabundat pater. Nam foemina ministrat principium materiale in forma, pater autem virtutem formatiuam, vterque enim ministrat

Quid ministrat foemina in generatione.

strat aliquid, quod deciditur, & tamen quod foemina ministrat est pure materiale. Et cum dicitur, quod corpus ministrat, non est sensus, quod ipsam totam substantiam corporis ministrat, quia corpus materia, & formam dicit, sed est sensus, quod id, quod foemina ministrat, habet se ad id, quod ministrat vir sicut corpus ad animam, id est, ad formam. Nam nulla virtus est in eo, quod foemina dat. In eo verò, quod mascululus ministrat, est virtus formatiuu corporis, & ideo vocatur spirituale, quia actiuum est. Anima autē non est a viro neque a foemina, sed a Deo, & tamen quod vir ministrat disponit materiam ad hoc, quod efficiatur propria materia anime, & sic quedam necessitas ad formam illam in materia. Hoc autē est plusquam ministrare nudam materiam: ideo pater est principalior in origine quam mater.

Ad secundum dicendum, quod verum est, quod matres magis amant filios quam patres. Primo quia maiorem apponunt laborem, & curam, erga filios, quam patres, & hoc modo cognoscunt plus de bono suo in filijs quam pater, & sicut benefactor amat bene passum, quia in eo bonum suum agnoscit. Ita quanto fuerit aliquis magis benefactor tantomagis amabit. Secundo, quia quanto aliquis magis agnoscit, qui sunt filij sui quam pater, tanto magis potest amare, sed mater magis agnoscit, qui sunt filij sui quam pater. Nam mater non potest ignorare filium suum, pater autem nescit per eternitatem, sed ex coniuncturis, & quia suspicio, vel dubium circa hoc tollit multum de amore quantum fuerit quis magis certus magis amabit, sed necesse est matrem magis certā esse: ideo magis amat quam pater. Tertio, quia in uori tempore amant. Na paruuli apud matres aluntur in paruetae, & non apud patrem, & conuersatio auget, & roborat amorē, ergo mater ex hoc magis diligit, & consequenter magis debet a filijs diligi. Sed dicendum, quod hoc non pertinet ad rationem patris, & matris, sed vt amici sunt, & benefactores, & in hoc alij personę possunt eis adæquari, & excedere eos, non autē in ratione principij, vt sunt pater, & mater.

Ad tertium dicendum, quod aliquem affectum ostendere debeat filij ad matrem in quantum pro eis tantos labores sustinuit, quos pater non sustinuit, sed hoc non pertinet ad matrem in quantum est principiu originis, quia laborare in conceptu partus, & educatione non est aliquid conferre ad esse, sed pertinet ad genus beneficij. Et non est inconueniens, q licet patrem magis diligat filius, vel vt excellentius principium originis: matrem tamen aliquo genere amoris magis amet, in quantum magis laborauit pro filio.

Ad quartum dicendum, q filia in aliquo assimilatur magis patri, & in aliquo matri, habet enim filia aliquid perfectionis, scilicet, quod est homo, & habet aliquid imperfectionis, scilicet, quod est foemina. Nam foemina est vir occasonatus, & est per defectum nature. Quantum ad primum filia magis assimilatur patri: nam non esset homo nisi de materia ministrata a matre fuisset formatum corpus, quod esset capax anime, per quam esset homo, sed formatio non fuit ex parte matris, sed ex virtute seminis paterni, ergo filia habet a patre, quod homo sit, & ideo licet in hoc tam matri, quam patri similetur secundum speciem, & formaliter, tamen vt cause magis assimilatur patri, quam matri, quia pater magis ad hoc ministrat, & facit. Esse autem foeminam est defectus, & ad hoc non prestat pater, sed mater tam casualiter, quam per imitationem, sed defectus non est principium amoris, immo bonum, & completum. Et quia de bono, & complemento plus prestat pater filia quam mater magis diligit natura-

liter filia patrem quam matrem. Et etiam magis diligit filia fratres, quam sorores, quia participant magis secum in eo, quod perfectum est, quod autem filia diligit interdum plus matrem, quam patrem, & sorores quam fratres accidit, siue ex maiori conuersatione, quia foemina magis conuersatur ad foeminam quam ad virum, siue ex collatis beneficijs, vel alijs causis per accidens, & ita etiam ex eadē causa diligit homo naturaliter plus consanguineos ex parte patris quam ex parte matris, licet per accidens multum de his varietur.

An homo plus debeat diligere uxorem quam patrem, & matrem. Quæst. CCCXIII.

QUÆRITUR an homo debeat plus diligere uxorem quam patrem, & matrem. Aliqui dicunt, q magis sit diligenda vxor quam pater, & mater, quia nullus dimittit rem aliquā nisi pro alia re magis dilecta, sed propter uxorem dimittit homo patrem, & matrem Genes. 2. cap. ergo magis diligit uxorem, quam patrem, & matrem. Secundo, quia Apostolus dicit, quod viri debent diligere vxores sicut seipsos ad Ephe. 5. cap. sed magis debet quisque diligere seipsum quam parentes, ergo etiam vxorem quam parentes magis diligit. Tertio quia vbi sunt plures rationes dilectionis ibi debet esse maior dilectio, sed in amicitia, quæ est ad vxorem sunt plures rationes dilectionis, quam in amicitia ad parentes. Dicit enim Arist. 8. Ethj. quod in hac amicitia, quæ est ad vxorem est vtile, delectabile, & honestum, si coniuges sunt virtuosij, & non sunt plures modi, si que rationes amicitie. Ad parentes autem non sunt omnes istę rationes amicitie: ideo magis diligenda est vxor quam parentes.

Aliqui dicunt, quod magis sint diligendi parentes, quia ad Ephe. 5. cap. dicitur, quod viri debent diligere vxores suas, sicut & corpora sua, & tamen minus debet diligere homo corpus suum quam proximos, vt dictum est supra, sed inter proximos parentes diliguntur maxime, ergo magis diligendi sunt parentes quam vxor.

Dicendum, quod gradus in dilectione consideratur dupliciter, vel in rationem obiecti, vel secundum coniunctionem diligentis ad dilectionem. Obiectum enim dilectionis est bonum, & tunc accipitur gradus dilectionis, scilicet, vt aliquid sit magis, & minus diligibile in quantum magis, aut minus est bonum, & hoc modo magis diligendi sunt parentes quam vxor, vel vir ab vxore, quia parentes se habent ad filios in ratione maioris boni, scilicet, quia esse presterunt, & educationem atq; doctrinam. Vxor autem viro, aut vir vxori nihil tale presterit: ideo valde magis diligendi sunt parentes quam vxor. Secundum autem est ratio coniunctionis. Et hoc facit ad gradum dilectionis, scilicet, quod magis diligitur, quod magis coniunctum est, & quia vir, & vxor sunt effecti vna caro, sicut dixit Christus supra 19. cap. quod iam non sunt duo, sed vna caro, non potest esse maior coniunctio: ideo ex hoc inclinatur vir ad diligendum ardentius vxorem quam patrem, & matrem, licet non in ratione tanti boni, & ideo maiorem reuerentiam, & honorem debet quisque parentibus quam vxor viro, aut vir vxori, & talis habitudo erat quodam modo inter parentes, & filios, quia quantum ad rationem obiecti magis debet quisque amare parentes quam filios, quia sunt, vt maius bonum, quantum verò ad, rationem coniunctionis magis amat quisque filios quam parentes, vt dictum est supra.

Ad primum In q. 311.

Ad primum dicendum, quod ratio teneret si sim-
pliciter dimittendi essent parentes propter vxorem,
quia tunc magis amaretur vxor, sed non dimittuntur
parentes quantum ad omnia, sed solum quantum ad
actus cohabitationis, & copulæ carnalis. Nam quan-
do homo non habet vxorem manet in familia, &
cohabitatione a parentibus. Cum vero vxorem acci-
pit incipit esse paterfamilias, & nouus rector œcono-
miæ, & ideo non cohabitare iam parentibus, sed vxori
solum faciens distinctam œkonomiam, & huic
œkonomiæ & familiam prouidet, & non ei cuius
pars erat primo, s. paternæ. Sc enim dixit Iacob ad
Leiam soceram suam, cum quo multo tempore an-
te habitauerat, & cum accepit vxorem, ait illi: Num
est igitur, vt aliquando prouideam dormit meæ, &
ideo cessat cohabitare nisi parentibus, & cohabitare
vxori constituendo nouam œkonomiam. Et hoc in-
nuitur Genes. 2. s. propter hanc, i. vt cohabitaret huic,
dimittit patrem, & matrem, & adheret vxori legi-
timam conuersando quam per copulam maritalem.
Et sequitur. Et erunt duo in carne una, s. per maritalē
copulam, in eis, quæ debentur tamen parentibus nõ
dimittunt neque dimittere possunt eos filij propter
vxores, quia nihil minus tenentur eis ad reuerentiã,
& amorem plusquam vxoribus, etiam in prouiden-
do circa necessaria vitæ si parentes indigeant, tenen-
tur eis filij non solum plusquam vxoribus, sed et plus
quam sibi ipsi, vt dicitur 9. Ethic. ca. 2. & ita ista dimissio
non arguit minus amari parentes quam coniuges.

Ad secundum dicendum, quod cum Apostolus
dixit ad Ephes. 5. cap. vnusquisque vxorem suam dili-
gat sicut seipsum, non intellexit, quod equaliter deberet
diligere vxorem, & seipsum, quia neminem debet
diligere nisi equaliter diligere, maxime quia eo, c.
dicit Apostolus, quod viri diligant vxores suas sicut cor-
pora sua, & tamen non eadem est, neque equalis di-
lectio, qua quis seipsum diligit, & qua diligit cor-
pus suum: ideo non potest accipi proprie diligere
seipsum, sed debet accipi sicut dicitur supra in lite-
ra de proximo, quod diligit homo proximum si-
cut seipsum, non tamen equaliter ad seipsum, ita
& vxor debet diligere viro, quia vxor est proximus,
& ideo vir eam diligit, sicut seipsum, & tamen non
solum debet intelligi iste modus generalis in hoc
verbo, cum vxor non diligitur solum, vt proximus,
sed etiam quodam modo speciali, & est sensus, quod
diligit vir vxorem sicut seipsum, id est, dilectio vxoris
accipit causam ex dilectione, qua seipsum vir
diligit, scilicet, quia diligit eam, vt carnem suam,
cum iam sit effecta vna caro cum eo. Et hoc patet,
quia eodem capitulo prius dixerat, quod viri dilige-
rent vxores, vt corpora sua, postea subiunxit, quod
diligerent eas sicut seipsum, id est, valde sicut eis con-
iunctas, & quasi idem effectas, sicut corpus proprium
est idem cuiuslibet. Et ideo quando dicitur de proxi-
mo, quod diligit eum homo sicut seipsum, intel-
ligitur humiliter, licet non equaliter. Cum autem
dicitur de vxore est sensus, quod diligit eam sicut
seipsum, id est, proxime, vel propinque ad seipsum.

Ad tertium dicendum, quod in amicitia filiorum
ad parentes inuenitur omnis ratio amicitia, scilicet,
vtile, delectabile, honestum, licet non idem vti-
le, & delectabile, & honestum, quod inter coniuges,
& propter istos modos generales inueniuntur
plures rationes in particulari quare filij magis ament
parentes, quam coniuges, & omnes rationes ac-
ceptæ ex parte parentum præponderant rationibus
assumptis ex parte vxorum quantum ad rationem
boni, quod est obiectum, sed non præponderant
quantum ad rationem coniunctionis, & ideo ar-

F dentius diligitur vxor, licet magis diligantur pa-
rentes.

Ad argumentum pro contraria parte dicendum,
quod neque est etiam diligenda sic vxor, sicut caro
nostra, quasi non diligitur plus quam caro, vel cor-
pus, quia vt ostensum est supra, plus diligere debe-
mus proximum quam corpus nostrum, & tamen
vxor est proximus, ergo vir debet diligere plus vxor-
em suam quam corpus suum. Neque etiam intel-
ligitur, quod debeat vir diligere carnem vxoris suæ
equaliter ad carnem suam, quia tunc diligeret vxor-
em equaliter ad se, quod falsum est: ideo non de-
bet intelligi per ly carnem suam equalitas, sed ratio
diligendi, id est, vir specialius diligit vxorem quam
alios proximos, & hoc, quia efficitur eadem caro
cum illo per copulam carnalem, quod ad illos pro-
ximos non fit.

*An magis diligere debeamus benefactores nostros, vel bene-
ficiatos a nobis. Quest. CCCXIII.*

Q VÆRETUR an magis diligere debeamus
benefactores nostros au beneficiatos a nobis.
Aliqui dicunt, quod magis debeamus dili-
gere benefactores, quia dicit August. libro
de cathech. zandis rudibus. Nulla est maior prouoca-
tio ad amandum, quam prouenire amando, nimis
enim durus est, qui dilectionem, & si non vult im-
pendere, nolit rependere, sed benefactores præue-
niant nos prius nos in beneficio charitatis diligendo,
nos ergo magis debemus diligere benefactores quam
bene passos.

Secundo quia tanto aliquis est magis diligendus,
quanto grauius peccat homo si ab eius dilectione
desistat, vel contra eam agat, sed grauius peccat,
qui benefactorem non diligit, vel contra eum agit
quam si diligere desinat bene passos a se, ergo ma-
gis tenetur quilibet amare benefactores quam bene-
ficiatos.

Tertio quia inter omnia diligenda est Deus maxi-
me diligendus, & post eum pater, vt dicit Hieron. y.
sed Deus, & pater sunt maxime benefactores 8. Ethic.
quibus propter magnitudinem beneficii non possu-
mus equalia rependere, ergo benefactor est magis
diligendus quam bene passus.

Alij dicunt, quod magis diligendi sunt bene passus,
quia dicit Arist. 9. Ethic. quod benefactores videmur
magis amare beneficiatos.

Dicendum, quod, sicut dictum fuit supra de amo-
re filiorum, & parentum, aliqua diligatur magis
altero dupliciter, vno modo in ratione obiecti, scilicet,
quia habet rationem excellentiorem boni aho mo-
do ratione maioris coniunctionis.

Primo modo benefactorem magis diligere debe-
mus quam beneficiatum, quia benefactor habet ra-
tionem excellentis boni in quantum est principium,
& bonum contulit, bene passus autem non habet
rationem alicuius boni excellentis, quia nil contulit.
Etiam non est, vt principium aliquod, & ita vt sic pa-
rum est diligendus.

Secundo modo magis diligimus beneficiatos a
nobis, quia sunt aliquid magis conuictum nobis
quam benefactores. Et hoc probat Arist. 9. Ethic. per
quatuor rationes.

Prima est, quia beneficiatus est quasi quoddam
opus benefactoris, vnde conuenit dici de aliquo iste
est factura illius. Est autem naturale, cuique quod di-
ligat opus suum. Sicut videmus, quod poetæ diligunt
poemata sicut filios, & hoc: ideo est, quia vnum-
quodque diligit seipsum maxime, & esse suum: esse
autem

In q. 306.

autem manifestatur in agere, & ideo diligimus acta
per nos, quia manifestant perfectionem nostri esse.

Secunda est, quia vnusquisque naturaliter diligit
id in quo inspicit suum bonum. Habet autem bene-
factor bonum suum in bene passis, & bene passus bo-
num suum in benefactore, sed non eodem modo.
Nam benefactor respicit bonum suum in bene pas-
so, vt honestum, bene passus autem respicit bonum
suum in benefactore, vt vile. Nam bonum benefa-
ctoris in bene passis est, velut in recipiente, benefi-
ciatus autem habet bonum in benefactore, vt in cau-
sa sui boni: bonum tamen quod benefactor habet in
bene passis est honestum, quia dando operatus est vir-
tuose. Bonum vero, quod bene passus habet in bene-
factore, vel ex illo est vile. Nam est virtuosus ex eo,
quod recipit vtilitatem, habet bonum tamen honestum
delectabile consideratur quam vile.

Primo, quia est diuturnius, quia vtilitas cito tran-
sit, & consumitur, quod vile est, honestum autem
nunquam transit, neque alteratur, sed semper est hon-
esta operatio, quæ fuit honesta, dum fieret. Etiam
manet delectatio operis honesti in memoria. Nam
in recordatione operis honesti delectatur operans.

Secundo, quia vile, quando præsens est delectat,
quia tunc habet bonum suum, cum vero præterierit,
non est vile, definit esse bonum, & non manet, nisi
memoria obligationis, quam incurrimus ex receptio-
ne boni vtilis. Hoc autem non est delectabile, sed po-
tius iustus recordari autem, quod bonum quis egerit,
& per hoc aliquem sibi obligauerit delectabile est,
& quia quis amat secundum quod bonum cognoscit,
& benefactor cognoscit semper bonum suum in bene
passis, quod delectabile considerat, diligit illi tan-
quam id, in cuius memoria est sibi quædam delecta-
tio. Bene passus autem quod recordatur, benefici-
orum receptorum, non inuenit bonum suum, sed obli-
gationem, quam non cogitat delectabiliter, ideo
non diligit valde benefactorem, cuius beneficia iam
fuerunt, nisi forte maneat in spe bonorum futuro-
rum, & ita non cupiunt bene passus vitam benefacto-
rum, sicut benefactores vitam bene passorum.

Tertia causa quantum ad principale est, quia ad
amantem pertinet agere: vult enim & operatur bo-
num amato. Ad amatum vero pertinet pati, & ideo
excellentiùs est amare, & tamen ad benefactorem
pertinet amare, vt ad agentem, ad bene passum vero,
quod pertinet amari, vt ad patientem, ideo minus co-
petit bene passis quam benefactori amare.

Quarta causa est, quia difficile lius valde est benefi-
cia impendere quam recipere, ea vero, in quibus pa-
rum laboramus minus amamus, quia ea, quæ de faci-
li proueniunt contemnimus quodam modo, illa au-
tem, in quibus multum laboramus magis diligimus,
& ita benefactor, cui difficile fuit beneficia impen-
dere valde diligit opus suum, & id in quo id permanet,
scilicet bene passum, bene passus vero qui parum la-
borauit in modo nil recipiens a benefactore, minus
diligit beneficium receptum, & eum, a quo recepit.
Et ideo dicendum, quod amor benefactoris, & bene
passi consideratur, vt excedens, & excessus: quantum
enim est ad rationem debiti, plus debet bene passus
amare benefactorem quam è contrario: sed quantum
ad inclinationem naturalem magis amat benefactor
bene passum quam è contrario. Primum patet, quia
benefactor ad nihil tenetur bene passis, cum nihil re-
cepit ab eo, bene passus autem tenetur in quantum
recepit, & pro bona voluntate benefactoris, quæ præ-
cessit sine meritis bene passis. Et patet hoc ex senten-
tia Christi Luc. c. 7. de duobus debitoribus scelerato-

Alph. Toft. in Matth. Pats VI.

A ris vnus, quorum alteri debenti quingenta, & alteri
quingenta remisit in totum, & quaesuit à Simo-
ne, quis horum magis diligit generatorem. Et ille ait:
Aestimatio, quis cui plus donatus est. Et Christus ait: Re-
cte iudicasti. Si ergo propter magis recipere est ma-
ior obligatio, ergo propter recipere est obligatio, &
qui nil recipit, ex hac parte nihil debet, sed bene pas-
sus recipit bonum, benefactor autem nihil, ergo ma-
gis obligatur diligere benefactor, quam bene pas-
sus.

Secundum patet, quia benefactor inclinatur natu-
raliter ad diligendum bene passum tanquam id, in
quo bonum suum inuenit, & cuius recordatio est sibi
delectabilis, & quo pereunte bonum suum quo-
dammodo perit, bene passus autem non inclinatur
sic naturaliter ad diligendum benefactorem, quia non
inuenit in eo bonum suum, neque pereunte eo perit
bonum illius, cum non sit sibi delectabilis recorda-
tio beneficii præteriti, & vtilitas, quam beneficium il-
lud faciebat, iam desijt esse.

Et ideo est dicendum, quod bene passus obligatur
magis diligere benefactorem quam è contrario, &
tamen benefactor magis diligit bene passum quam
diligitur ab eo. Neque sequitur tamen ex hoc peccatum
bene passis, quod minus amet quam debeat, ne-
que excessus benefactoris, quasi magis amet quam
oporteat: poterit enim esse, quod bene passus tan-
tum amet, quantum tenetur ex ratione suscepti be-
neficii, & ideo non peccat quasi minus agens quam
teneatur: sed tamen magis amat benefactorem quam
ipse, quia magis inclinatur ad amandum quam bene
passus. Rursus benefactor non excedit rationem,
quia non amat plusquam inclinatur naturaliter ad
amandum, & illa inclinatio est honesta, & actus eius,
& ita vterque excedit alterum, sed comparando secun-
dum diuersa, scilicet benefactor diligit plus benefa-
ctorem quam diligitur ab eo, id est inclinatur natu-
raliter ad plus eum diligendum: non est enim possibi-
le, quod equaliter inclinatur naturaliter bene passus
ad amandum benefactorem, sicut benefactor incli-
natur ad bene passum, bene passus autem diligit ma-
gis benefactorem quam è contrario, id est obligatur
ad magis diligendum, & non est possibile, quod be-
nefactor in quantum huiusmodi tenetur equaliter
ad diligendum bene passum, sicut è contrario.

Quis tamen simpliciter magis diligit alterum, di-
cendum, quod non potest dari regula. Nam etiam si
bene passus diligit benefactorem quantum tenetur
poterit esse, quod benefactor, ex naturali inclinatio-
ne magis eum diligit. Potest etiam esse, quod be-
ne passus ex bonitate virtutis suæ amet plusquam te-
neatur, & ita simpliciter plus amet benefactorem
quam ametur ab eo.

Sed quidquid sit dicendum, quod amor bene pas-
si ad benefactorem est magis meritorius, quia est se-
cundum rationem, & non ex inclinatione natura: a-
mor autem benefactoris ad bene passum non est tan-
tum ex ratione quantum ex naturali desiderio, ideo
ex hac parte non est tam meritorius, licet poterit ef-
se magis meritorius, si non amet bene passum, vt bo-
num suum, vel vt aliquid suuipius, sed aliquid distin-
ctum à se, & vt amicum.

Ad primum dicendum, quod in benefactore est ali-
quid, quo beneficiatus prouocetur ad amandum ip-
sum, scilicet, quia est debitor beneficii, beneficia
tamen non habet aliquid, quod prouocet benefa-
ctorem ad se diligendum, neque benefactor indiget
prouocatione, sed ex seipso inclinatur naturaliter ad
diligendum beneficiatum quasi id, in quo bonum
suum

V suum

sum manet, ideo in quantum prouocatus ad amandum magis amat bene passum benefactorem quam e contrario: in quantum tamen ex se inclinatus magis amat benefactor bene passum quam e contrario, sed quia quod ex se est, vel ex inclinatione maius est quam id, quod ex prouocatione, secundum rationem, vt communiter magis, & intensius diligit benefactor bene passum quam e contrario.

Ad secundum dicendum, quod amor bene passus ad benefactorem est, vt debitis, amor vero benefactoris ad bene passum est, vt ex naturali inclinatione procedens, & ideo cessare ab amore primo est peccatum, quia cessatur a debito. Cessare autem ab amore secundo non est cessare a debito, ideo non est peccatum. Agere autem tam contra benefactorem, quam contra bene passum peccatum est, & tamen deterius est facere contra benefactorem, quam contra bene passum, quia præter alia mala est ibi ingratitude, quæ non incurrit benefactor committens aliquid contra bene passum.

Ad tertium dicendum, quod quidam benefactores nostri sunt, quos plus diligimus quam omnes beneficiatos a nobis: sed non oportet, quod quoslibet benefactores plus diligamus quam beneficiatos: est enim naturale, quod benefactor magis inclinatur ad amandum bene passum, quam e contrario propter causas dictas. Et tanta est interdum magnitudo bonorum receptorum, quod plus diligimus benefactores quam bene passos a nobis, & ita est de Deo, & patre nostro, quibus æqualia non possumus retribuere. **S.** Ethicorum. Nam istos non amamus plusquam omnes beneficiatos a nobis solum quasi teneamur, sed etiam quia ad hoc natura inclinatur, cuius inclinationem ratio supplet, est tamen verum, quod etiam hic seruetur habitudo benefactoris ad bene passum in amando, quia Deus, & pater sunt benefactores, & magis diligit nos Deus quam nos Deum, & pater magis diligit filios quam diligitur ab eis: non tamen oportet quod quoscunque beneficiatos a nobis, magis diligamus quam quoscunque benefactores propter causas dictas, sed respectu eiusdem beneficii magis diligit benefactor bene passum quam e contrario.

An in vita æterna maneat ordo dilectionis. Quæst. CCCXV.

QUÆRITUR, an in vita æterna maneat ordo dilectionis, scilicet distinctio graduum talis qualis hic.

Aliqui dicunt, quod non, quia secundum ordinem, qui hic manet, diligit homo plus seipsum, quam quemlibet alium quantumlibet meliorem; & tamen in vita æterna videtur, quod magis diligit meliorem se quam seipsum. Dicit enim August. lib. de Vera reli. quod perfecta charitas est, vt plus potiora bona, & minus minora diligamus; sed in patria erit perfecta charitas, ergo ibi plus diligit aliquis meliorem se, quam seipsum, vel sibi coniunctum.

Secundo, quia ille magis amatur, cui maius boni volumus, sed quilibet in patria existens vult maius bonum ei, qui plus bonum habet, alioquin voluntas eius non conformaretur per omnia voluntati diuinæ, quæ vult singulos id habere quod habent, sed ibi magis de bono habet qui melior est, ergo ibi magis diligit homo alium quam seipsum.

Tertio, quia tota ratio dilectionis in patria est Deo, tunc namque implebitur, quod dicitur 1. Corinth. y. cap. s. vt sit Deus omnia in omnibus, ergo magis diligitur qui sicut Deo propinquior. Et quia aliquis erit

ibi propinquior Deo quam ego, diligam alium magis quam me.

Alij dicunt, quod manebit in patria ordo charitatis, qui est hic, quia natura non tollitur per gratiam, aut gloriam sed perficitur: ordo tamen charitatis superpropositus oritur ex ipsa naturæ inclinatione, & omnia entia plus seipsa quam alia amant, quod naturale est, ergo ordo charitatis, qui nunc est, manebit in patria.

Dicendum quod in vita æterna manebit ordo dilectionis, vel charitatis, quia ibi manebit charitas: ergo manebit ordo, quia ordo essentialiter cõsequitur charitatem, cum non possit esse charitas, vbi ordo non seruetur, sicut non esset charitatis dilectio, si quis seipsum, vel proximum magis quam Deum amaret. Sed de isto ordine, qui nunc est, aliquid manebit, & aliquid non. Est autem secundum ordinem charitatis, quod Deus super omnia diligitur, & quantum ad hoc manebit ordo, quia totaliter diligit homo ibi Deum super omnia, & non solum super omnia, sed etiam ex toto corde, tota anima, tota mente, quia homo fruatur ibi Deo plene per præsentiam eius, quod hic non contingit.

De alijs autem gradibus charitatis, scilicet, quod post Deum diligit seipsum, deinde parentes, deinde filios &c. Est distinguendum, quia vt supra dictum est gradus dilectionis attenditur dupliciter, vel secundum rationem obiecti, quod est secundum differentiam boni, vel secundum intensiorem dilectionis.

Primo modo erit ordo in patria, quod quilibet diligit meliores se magis quam seipsum, minus autem bonos minus diligit quam seipsum. Et in hoc est differentia ordinis illius ab ordine charitatis, quæ nunc est. Nam nunc quilibet diligit seipsum ex charitate magis quam quemlibet alium, tam intensius, quam etiam ad maiora bona, licet ipse minus bonus sit quam alij: etiam consanguineos, & potissimè multum coniunctos, vt parentes & filios magis diligimus ex charitate, id est ex maiori intensiõne & seruiore, & ad maiora bona, quam quoslibet alios, etiam meliores illis. De intensiõne ratio est, quia intensio in actu amandi non fit propter conditionem obiecti, id est, quod sit valde bonum, sed propter habitudinem eius ad amantem. Si enim sit coniunctum amanti diligit illud seruide & intense, si autem elongatum ab eo, etiam si sit valde bonum, non amatur ex tanto seruiore: & quia nihil est magis coniunctum alteri, quam idem sibi ipsi, nihil diligit aliud intensius quam idem seipsum, & consequenter quia consanguinei nostri communicant nobis in origine, quæ communicatio est maxima, cum sit secundum naturam, ardentius diligimus illos quam alios. Etiam quantum ad maius bonum diligit hic quis seipsum ex charitate, id est optando sibi maiorem gradum beatitudinis quam alijs quantumlibet melioribus. Nam licet charitas stet cum diuina iustitia, cum diligamus ipsum summè ex charitate, & diligendo ipsum volumus ipsum esse bonum qualis est, & manere bonitatem suam, sed iustitia sua est quoddam magnum bonum ipsum, id est qui charitatem habet, vult, quod iustitia Dei seruetur, & secundum Dei instantiam respondeant maiora præmia melioribus: & alijs, si sint meliores me, & cognatis meis deberem ex charitate velle maiorem beatitudinem; quam mihi & cognatis. Quia tamen ego, licet non sim nunc æqualis alijs in merito, possum esse æqualis, & maior illis, & si fuero respondebit mihi maius præmium quam illis, possum licite optare mihi altiore gradum beatitudinis quam oibus alijs proximis, quia simul.

Vbi ordo non est charitas esse non potest.

Gradus dilectionis attenditur dupliciter.

Qui charitatem habet vult quæ iustitia Dei seruetur.

mihi optabo mihi maiorem gradum præmij, & aliarum virtutum quam sit in alijs. Et iste gradus potest mihi aduenire, quia non repugnat diuinæ ordinationi quantum ad nunc, eo quod charitas augetur, & si seipere potest homo continue maiorem gradum bonitatis, ideo conuenienter quis optare potest hic pro seipso maiorem beatitudinẽ quam pro omnibus alijs quantumlibet melioribus, si tamen quis optaret maiorem beatitudinem quam debetur alijs, vel iam habet, & non optaret melior fieri quam est, ageret contra charitatem, quia cuperet contra Dei instantiam, & idem est de consanguineis, vt parentibus, & filiis respectu aliorum proximorum, quia licet multi sint meliores eis possumus ex charitate eis optare maiorem gradum gloriæ quam omnibus alijs, cum etiam gradum meritorum simul optare possimus. Sed in vita æterna non manet iste ordo, quia intensiõne diligit quisque seipsum ibi magis, quam quemlibet alium quantumlibet meliorem, sed maiora bona optabit alijs, vel vult quam sibi ipsi, & a fortiori quæ cognatis suis. De intensiõne ratio patet, quia intensio est propter coniunctionem amantis ad amatum, & quia erit in patria nemo erit magis propinquus alteri, quam idem sibi ipsi intensius se diligit quam quemlibet proximum. Sed de magnitudine boni non manet eadem ratio, quæ hic, quia quilibet vult iustitiam Dei manere, & quia secundum Dei iustitiam erunt omnibus ibi data præmia, vult quilibet talia, & tanta præmia alios habere, qualia & quanta habent. Et quia minus bonus fuit, habebit ibi maiorem gradum beatitudinis, vult se habere maiorem gradum quam alij habeant, neque cupiet iam maiorem gradum præmij & meriti, per quod præmio efficiatur dignus, quia iam non erit locus proficiendi in merito, aut premio sicut nunc est, & idem de cognatis erit. Sed quantum ad intensiõnem dilectionis dicendum, quod quisque diligit in patria se plusquam proximum etiam meliorem, quia in intensio actus prouenit ex habitudine diligentis ad dilectum, scilicet ex maiori coniunctione, & tamen maior est coniunctio ad seipsum quam ad alium, ideo seipsum magis diligit, & ad hoc conferuntur a Deo vnique donum charitatis, vt primo qui dem mentem suam in Deum ordinet, quod pertinet ad dilectionem sui ipsius: secundario autem ordinem aliorum velit esse in Deum, & ad hoc operetur secundum facultatem suam. Hæc autem vera sunt in eodẽ ad seipsum comparando ad alios, sed de alijs proximis inter se, secus est, quia non erit ibi distinctio intensiõnis, & magnitudinũ in bonis, sicut est ad seipsum, sed quilibet beatè amabit magis simpliciter eũ, qui melior fuit, siue cognatum, siue extraneũ, id est vult ei maiora bona, quæ tunc habebit, & illa ex ardentiori affectione vult: tota enim beata vita consistet in ordinatione mentis ad Deum. Vnde talis ordo dilectionis beatorum obseruabitur per comparationẽ ad Deũ, vt scilicet ille magis diligitur, & propinquior diligenti habeatur ab vnoquoque, qui fuerit Deo propinquior. Cessabit enim tunc prouisio indigentiarum, quæ in hac vita necessaria est, in qua necesse est, vt vnusquisque magis coniuncto sibi secundum quamcunque necessitudinem magis prouideat quam alieno, ratione cuius in hac vita ex ipsa inclinatione charitatis homo plus diligit magis sibi coniunctum, cui magis debet impendere charitatis effectum, cum affectus dilectionis, & effectus proportionent, & quanto maior est affectus, debeat sibi maior effectus correspondere. Non tamen tollitur ex hoc, quin ad consanguineos speciali modo se habeat homo in patria, quia licet non diligit eos plusquam alios, tamẽ diligit eos pluribus modis, vel rationibus quam alios. Nam sicut

Intensius diligit quisque seipsum in vita æterna magis quam quemlibet alium.

Tota beata vita consistet in ordinatione mentis ad Deum.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

per omnes alias rationes dilectionis diligit etiam quæ cognati sunt. Nam ratio ista dilectionis non cessabit in patria, cum omnis honesta causa maneat in patria, & tamen licet maneat, erit maior causa dilectionis propinquitas hominum inter se, secundum quod ad Deum sunt propinqui, & illa est magnitudo menti, ideo meliores ibi magis diligemus.

Ad primum dicendum, quod charitas perfecta qualis erit in patria facit, quod magis diligamus maiora bona. Et hoc indifferentiter verum est quantum ad proximos quantumcunque coniunctos, quia meliores magis diligimus, siue quantum ad intensiõnem, siue quantum ad magnitudinem boni, sed quantum ad seipsum secus est, quia magis diligit quisque seipsum in patria intensiõne, licet maiora bona velit inefficere alijs, qui meliores sunt, & quibus iam illa maiora impertunt, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quod procedit de dilectione quantum ad magnitudinem boni, quod volumus, non quantum ad intensiõnem actus, & ita volumus alicui maiora bona, cui non tamen ex tanta affectione velimus.

Ad tertium dicendum, quod Deus est tota ratio diligendi, & tamen non ideo sequitur, quod magis aliquis diligit alium, licet magis Deo coniunctum quam seipsum, quia Deus ideo est nobis ratio diligendi, quæ est bonum nostrum. Bonum enim est ratio diligendi: Deus autem in quantum bonum nostrum, est nobis ratio diligendi. Nam dato per impossibile, quod non esset bonum nostrum, non esset nobis ratio diligendi aliquid, & quia nihil est magis bonum alicui, quam ipsum, quod in eo est nihil est, quod magis alij quis diligit, quam seipsum. Et ob hoc post Deum diligit homo seipsum, & quia licet aliquis sit Deo propinquior quam ego, non est tamen mihi magis bonum quam egomet mihi, ideo magis magis bonum quam egomet mihi, ideo illum magis debeo diligere quam me, sed non alium. Circa dilectionem quoque inimicorum, & signa dilectionis ad eos multa dicenda erant, sed de hoc dictum est latè supra quinto cap. in quæst. 343. & ibi vide. De charitate autem quantum ad se dicitur primo Corinth. decimo tertio cap.

Congregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Congregatis autem. Hic ostenditur Pharisæos, & Principes Iudæorum esse contradicentes diuinæ veritatis errori contrario adhaerendo, & hoc quia Chriam dicebant filium Dei non esse, sed purum hominem, & dicitur.

Congregatis autem Pharisæis. scilicet nunc multis stantibus. Nã nunc quoniam hoc locutus est Christus, oēs erant simul, quæ us.

Hic ostenditur Pharisæos, & sacerdotes esse contradicentes diuinæ veritatis errori contrario adhaerendo, & hoc quia Chriam dicebant filium Dei non esse, sed purum hominem, & dicitur.

V 2 non

non fiebat semper, sicut quando non iuerunt omnes Pharisæi, sed miserunt discipulos suos supra in litera. Interrogavit eos. Nō quæsiuit ab aliquo specialiter, sed ab omnibus, licet vnus eorum solus illū interrogasset de magno mandato supra in litera. *Quid vobis videtur de Christo?* Quasi dicat, non quero à vobis notificationem huius rei, quia ego illā bene noui, sed vt vos dicatis, qd sentitis. *Cuius filius est?* Id est an sit filius Dei, vel solum hominis. *Dicunt ei,* Id est responderunt. *Dauid,* i. de progenie Dauid, quia non asseriebant, quod esset filius eius personaliter. *At illis.* Redarguendo dictum illorum. *Quomodo ergo Dauid.* Quasi dicat, Dauid vocat eum dominum, & tamen si filius esset non vocaret eum dominum: ergo non est filius eius, sed alicuius maioris, & nemo erat nisi Deus, ergo erat filius Dei. *In spiritu.* Id est loquens per Spiritum sanctū. Nam illum Psalmum fecit Dauid pulsatus à Spiritu sancto, sicut omnes scripturæ Sacra factæ sunt Spiritu sancto dictante. 2. Petr. 1. cap. Et hoc dixit Christus ad confirmandum positionem suam. Nam diceret quis Dauid dixit hoc, & tamen nō sequitur, quod sit verum, quia potuit mentiri, cū sit omnis homo mendax Psal. 115. Christus autem dixit, quod non potuit mentiri, neque errare, quia dixit hoc in spiritu, i. inspiratus à Deo. *Vocat eum Dominum.* Patet hoc in Psalmo, quem ipse Dauid edidit, & est 109. *Dixit dominus.* Iste est Psalmus. Et dixit Dominus, id est Deus pater. *Dominus meo,* Id est Christo, vel Messia. *Sede a dextris meis.* Id est sta in bonis meis potioribus. *Donec ponam inimicos tuos.* Id est eos, qui resistunt tibi. *Scabellum pedum tuorum.* Id est, vt sint sub pedibus tuis. *Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?* Quasi dicat, non est verisimile, quod vocaret eum Dominum si filius esset eius, sed vocat, ergo non est filius eius. *Et nemo poterat ei respondere verbum,* Id est nullus de omnibus Pharisæis congregatis poterat ei respondere neque vnū verbum. Et hoc est, quia Christus tam efficaciter arguebat, qd non poterat recte, aut verisimiliter aliquid dici contra verba eius. *Neque ausus fuit quisquam.* I. neque de Pharisæis, neq; de Sadduceis. *Ex illa die enim* In ista die vtriusque conuicere, ideo ex ista die nemo eum interrogabat tentatorie. *Amplius interrogare.* Sci licet vsque nunc variè tentando interrogauerant, sed de cætero non interrogauerunt.

An hic ordo continuus, vel mutatus sit. *Quest. CCCXVI.*

QVAERETVR an sit hic ordo continuus, vel mutatus. Dicendum, qd continuatio est, quia necesse est istam quæstionē fuisse post omnes præcedentes. Primo quia omnes Euāgelistæ sic ordinant. Nam tam Matthæus quam Mar. 12. quam Luc. 20. c. ponant istam quæstionem post omnes, & ideo cum omnes conueniant in ordine, credendum est, qd iste verè fuerit ordo.

Secundo quia post istam interrogationē non fuit aliqua quæstio inter Christum, & Iudæos, quia dicit supra in litera, neque ausus fuit quisquam ex illa die amplius interrogare, & tamen omnia, quæ habentur supra, sunt quedam interrogationes tentorie Pharisæorum, & Sadduceorum ad Christum, & responseiones eius, ergo necessariè illa fuerunt ante hoc: & ita est ordo conueniens.

Si autem dicatur, an fuerit hoc statim post præcedentia, vel multo tpe post, dicendum qd fuit statim eodē die: oīa enim quæ hñr supra ex c. 21. vbi de siculinea refecta ponitur vsque huc fuerunt facta eodem die, cum Christus maneret in Ierusalem antequam rediret ad vesperum in Bethaniam ad sumendum cibum.

F Quomodo Pharisæi congregati sunt, & quare hoc dixit Matthæus. *Quest. CCCXVII.*

QVAERETVR cum dicatur, qd congregatis Pharisæis interrogauit eos Christus, quomodo fuit qd essent congregati, & quare dicitur, qd erant cōgregati. Dicendum qd accidit, qd essent congregati Pharisæi dupliciter. Vno modo, quia ex industria ante hoc conuenerant ad Christum ad eum tentandum, vt patet supra in litera. I. Pharisæi audientes, quod silentiū imposuisset Sadduceis conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex illis tentans eum. Et cū nunc essent cōgregati finita eorum quæstione quæsiuit ab eis Christus hoc, & ita erant congregati Pharisæi.

G Secundo fuit ex conditione loci: fuit enim ista interrogatio facta in templo Mar. 12. c. f. & respondens Iesus dicebat docens in templo, quomodo dicit scribæ Christum filium Dauid, & tamen in templum conueniebant omnes Iudæi Ioan. 18. c. & maxime hoc faciebant Pharisæi, qui simulabant se valde religiosos, & simulabant longas orationes, quibus diriperēt domos viduarum sequenti cap. & istas orationes faciebant in templo, vel in angulis platearum, quia erant loca publica supra 6. ca. & ideo omnes isti in templo starent, & poterant esse ibi congregati, quando Christus hoc quærebat.

Ad secundum dicendum, qd dixit hoc Matthæus, vt sciretur rei veritas, & quia sic fuit, quod p̄sentibus omnibus Pharisæis istud dictum est, dicitur qd cōgregatis illis locutus est hoc Christus.

Secundo ad tollendum dubium, nam si diceretur, qd Christus dixit hoc Pharisæis, & nihil adderet putaretur, qd pauci ibi essent, & tamen differebat, qd ibi essent pauci, vel omnes, vt infra dicitur: ergo cū essent omnes debuit dicere, quod erant cōgregati. Et patet hoc, quia aliquando pauci de Pharisæis veniebant ad Christum aliquando omnes, aliqñ vnus tantum. De vno tantum patet, quando Nicodemus, qui erat princeps, & ex Pharisæis venit ad Christum nocte: Ioan. 3. cap. iste enim erat discipulus eius occultus propter metum Iudæorū. De paucis patet supra, quando Pharisæi inierunt consiliū cum Herodianis, & miserūt quosdam de discipulis suis ad tentandum Christum, vt caperent eum in sermone. Quod omnes venirent apparet supra in litera, I. Pharisæi audientes, quod silentium imposuisset Sadduceis conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex illis tentans eum. Sicut autem ibi omnes conuenerant, ita & nunc congregati erant, quando Christus hoc quæsiuit, quia nōdum dissoluta fuerat illa congregatio, qua conuenerat ad eum tentandum, & ideo rectè dicitur hoc factum esse congregatis Pharisæis.

Quomodo Matthæus, Marcus, & Lucas discordant in ista narratione, & an contrarientur. *Quest. CCCXVIII.*

QVAERETVR quō potest stare, quod hic dicit, qd Christus interrogauit Pharisæos, cuius filius esset Christus, & qd illi responderint, quia Mar. 12. cap. dicitur: Dixit autem ad illos, quō scribæ dicunt Christum filium esse Dauid.

Dicendum, quod Euāgelistæ concordant in veritate rei, sed in modo narrandi discordant, veritas autē rei fuit, sicut Matthæus describit hic, quod congregatis Pharisæis, quæsiuit Christus ab illis, quid eis videretur de Christo, cuius filius esset, & illi responderunt, quod in litera habetur, & ideo cōtra Matthæum nulla in hoc calumnia est, quia tam veritatem rei quam modum, quo accidit fideliter retulit.

Sed de Marco dicendum, quod rei veritatē tenuit & modum nō tenuit, sed dicit hoc dixisse Christum. Sed

Sed cum dicitur, quod Christus respondens dixerit illud, non est sensus, quod aliquis quæsiuit à Christo, cuius filius esset Christus, cum potius ipse quæsiuerit vt Matthæus dicit. Etiam modus loquēdi Marci hoc indicat. Nam si innueret, quod Christus responderet quasi ab aliquo interrogatus non diceretur, quod ipse diceret, quomodo scribæ dicunt Christum filium Dauid esse. Sed ipse simpliciter diceret, quod Christus est filius Dei, vel non est solum filius Dauid, & tamen ponit illorum dictū, ergo magis Christus est arguens & alienam responseionem confutans quam ipse respondens: sed ponitur respondere pro simpliciter loqui, & ita sæpe in scriptura ille, à quo nemo aliquid quæsiuit, sed absolute loqui incepit, dicitur respondere. Sicut idem Marcus dicit Mar. 11. quod veniens Christus ad siculneam non inuenit in ea, nisi folia iartum, & ipse dixit: iam non amplius in æternum quisquam ex te fructum manducet. Et tamen manifestū est, quod ibi non poterat Christus respondere siculneæ cum illa nihil potuisset interrogare: sed respondit, id est locutus est. Sicut etiam supra decimo quinto cap. dicitur respondens Petrus dixit ei: Ediffere nobis parabolam istam, & tamen manifestum est, quod Petrus non respondebat ibi, sed potius quærebat, cum diceret: Ediffere nobis parabolam. Etiam quia nullū verbum Christi ad Petrum præcesserat ad hoc, quod Petrus responderet Christo, ideo ponitur respondere pro simpliciter loqui, vel interrogare. Et ita Christus dicitur respondens apud Marcum eo modo, quo Petrus dicitur respondens, cum magis quæreret quæ responderet. Etiam quia Christus apparet quærens, cum dicat: Quomodo dicunt scribæ filium esse Dauid Christum.

Quare Mar. non eo modo hoc retulit quo Matthæus?

Causa autem quare Marcus non retulit istam rem eo modo, quo Matthæus, est prima, quia Marcus introduxit solum istud, vt sciretur ista veritas, scilicet, qd Christus erat filius Dei, & non solus Dauid, quod autem introducatur per modum disputationis habet inter eum, vel Pharisæos, vel per modum allocutionis eius ad populum nihil differt; ideo tenuit modū illum, qui breuior erat, scilicet, quod Christus dixerat plebi referendo tamen opinionem Scribarum, & confutando eam.

Secunda causa est, quia hoc non conuenit modo narrationis suæ supraposita: Nam hic Matthæus dixerat, quod conuenerant Pharisæi in vnum, & vnus ex eis interrogauit Christum tentans, & quia de omnibus fecerat mentionem subdidit hic de omnibus cōtinuata narratione, scilicet, congregatis autem omnibus Pharisæis, interrogauit eos. Marcus autem non potuit tenere istum modum, quia ante hoc non potuit, quod conuenerant Pharisæi in vnum ad tentandum Christum, sed quod accessit ad Christum vnus de Scribis, & ille quæsiuit de magno mandato, sicut posuit supra Matthæus. quod ergo Marcus subderet hic, quod interrogauerit Christus Pharisæos congregatos, non conueniebat præcedenti narrationi suæ, cum supra non posuisset congregationem aliquam ipsorum factam, neque conueniens erat induci nouiter eos congregatos esse, cum nulla causa ad hoc subesset. Nam ad hoc, quod Pharisæi quærerent à Christo, verisimile erat eos congregari, sicut dicitur supra in litera, quod Pharisæi audientes, quod Christus silentium imposuisset Sadduceis conuenerunt in vnum: & tamen ad hoc, quod Christus ab eis aliquid quæreret, nulla causa erat, vt congregarent, & tamen nunc Christus ab eis quæsiuit, ideo non erat conueniens, quod Marcus nunc induceret quasi nouiter congregatos Pharisæos, vel Scribas, cum prius de eorum cōgregatione nihil dixisset, & ob hoc non induxit eos

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

A congregatos, neque Christum ab eis aliquid quæsiuisse, sed quod Christus locutus fuerit hoc turbæ docendo.

Et ex hoc sequitur aliquid, scilicet, quod aliter finiuit narrationem istā Matthæus, quam Marcus, quia Matthæus dixit hic, quod nemo ausus est eum ex illa die amplius interrogare: Marcus autem dixit, scilicet & multa turba eum libenter audiebat. Et ratio differentia est, quia Matthæus induxit hic Christum quærentem, & Pharisæos respondentes confusos esse. Ex hoc autem sequebatur, quod postea non audent quærerere tentando ne in similem confusione incidere: Marcus autem non induxit disputantē Christum contra Pharisæos, neque illos conuictos, sed locutum Christum ad turbas prædicando, & quoniam rationes istæ quas Christus inducebat, erant multum efficaces & vtilis, sequitur quod gauderent turbæ audiendo cum nondum essent ille deprauatē contra Christum, sicut Pharisæi, & ideo cōclufit Marcus, quod multa turba eum libenter audiebat.

Quare non eundem modum narrandi tenuerunt in ista re Matthæus, Marcus, & Lucas. *Quest. CCCXIX.*

SED dicitur quare Lucas non inchoat hoc, neque sicut Matthæus, neque sicut Marcus. Nam dicit in principio, dixit autem ad illos, quomodo dicit filium Dauid, & postea non concludit id, quod Matthæus, scilicet, quod non ausi sunt quærerere amplius, neque sicut Marcus, vt dicat multa turba, quod eum libenter audiebat, scilicet, probato quod Christus nō sit filius Dauid nihil addit, sed finit dicens: Dauid ergo Deum illum vocat, & quomodo filius eius est?

Dicendum, quod hoc est, quia quilibet Euāgelistarum tenet ordinem narrationis, & modum sibi proprium, & ita vniuersa contexit, vt videantur semper subsequencia conuenire præcedentibus, vt vnum corpus narrationis ex illis efficiatur, & quia Lucas aliter posuerat præcedentia quam Matthæus, & Marcus. nō potuit conuenire cum illis in modo narrandi rem istam. Et patet, quia Lucas non ponit tentationem Pharisæorum interrogantium de magno mandato, sed ponit responseionem Christi ad quæstionem Sadduceorum. Sequitur, Respondentes autem quidam Scribarum dixerūt: Magister, bene dixisti, & amplius non audebant interrogare. Et post hoc sequitur: Dixit autem ad illos. Vbi quantum ad sententiam idem ponit, quod Matthæus & Marcus, I. qd Christus non est filius Dauid solum, sed Dei, & tamen non inchoauit, sicut Matthæus, qui dixit Christum quæsiuisse à Pharisæis cōgregatis, quia hoc est, quia dixerat supra, qd venerant illi in vnum ad tentandum eum, & ideo conueniens erat, qd poneretur, qd ipse interrogauerat eos, vt illos confutaret, & non audent vltra quærerere. Lucas vero non posuerat aliquid de præcedenti tentatione Pharisæorum ad Christum, ideo non fuit cōsequens, vt subderet Christi disputationem rursus cōtra Pharisæos, sed posuit simpliciter Christi sententiam, vt intelligeretur nō esse Christum filium Dauid. Etiam nō inchoauit sicut Marcus, quia ille dixit, quod dixit Christus: Quō dicunt scribæ Christum esse filium Dauid? quasi dicat, non credatis, quia contra scripturam loquunt. Lucas vero dixerat ante hoc de Scribis, I. rudentes quidam Scribarum &c. ideo quasi cōtinuata narratione subdidit: Dixit autē ad illos, I. ad Scribas, quomodo dicunt Christum esse filium Dauid? Et nō dixit qui hoc dicunt, sicut dicit Marcus, I. quomodo dicunt scribæ. Et hoc est, quia Marcus introduxit Christum, vt loquentem ad turbas: Lucas vero, vt loquen-

V 3 loquen-

loquentem ad scribas ipsos, & non loquitur ad alios de iis.

Sed tunc dicitur, quare non locutus est ad eos in secunda persona, ut diceret, quomodo dicitis Christum esse filium David?

Dicendum quod hoc est, quia si sic directè loqueretur ad eos, oporteret ad eos respondere, & esset disputatio, & tamen Luc. noluit introducere Christum, ut disputantem cum Phariseis, sicut introduxit Mattheus propter causam dictam: ideo non direxit sermonem ad eos. Ex eadem ratione non sinit, sicut Mattheus, aut Marcus, quia Mattheus dixit, quod non audiebant eum interrogare ex illa die, & hoc quia consequens erat ad dicta, quia confutauerat eos, timebant de cetero tentare eum, ne confunderentur. Sed Lucas non posuerat precessisse disputacionem, aut confutationem, ideo non erat consequens, ut poneret, quod non ausi sunt eum amplius interrogare. Etiam non concludit, ut Marcus, s. & turba multa libenter eum audiebat. Ratio est, quia Marcus introduxit Christum loquentem ad turbas sententiam istam, & quia verba eius erant grata populo, qui mirabatur in doctrina eius. supra 7. cap. dicitur, quod audiebat eum turba libenter: Lucas autem non introduxit Christum loquentem hæc ad turbas prædicandum, sed ad Scribas, ideo non dixit, quod audiebat eum turba libenter. Sic non apposuit aliquid post rationem, per quam probauit Christum esse filium Dei.

An hoc quod Matth. hic dicit contrarietur Luc. Quæst. CCCXX.

QVAERETUR circa veritatem horum: quomodo enim stat, quia Marcus dixit, quod Christus respondens, dicebat, quomodo dicunt Scribæ, cum dicat Mattheus, quod quaesuit de hoc a Phariseis. Nam non videntur hæc simul stare.

Dicendum, quod bene stant simul. Pro quo supponendum est, quod quando ista acciderunt erat Christus in templo, & turbæ circumstabat, & docebat eas. Et ita dicitur Mar. 12. quod Christus dicebat docens in templo, quomodo dicunt Scribæ &c. Illuc autem conueniunt ad eum Pharisei, ut tentarent quærentes, quod est magnum mandatum? Quæstione soluta ibidem ipse quaesuit ab eis, quid eis videretur de Christo, cuius filius esset, sicut refert Mattheus, & illi dicerent statim, quod erat filius David: Tunc autem Christus conuersus ad turbas diceret, quomodo Pharisei, vel Scribæ dicunt Christum esse filium David, quasi dicat, non bene dicunt. Et adiunxit rationem, quæ eadem ponitur apud omnes Euangelistas, & ita non stat aliquid inconueniens. Quod autem Marcus dicit respondens Christus &c. Mattheus autem dicit quod interrogauit, non est inconueniens, quia vtrumque stat. Nam a principio Christus interrogauit Phariseos quid eis videretur de Christo, cuius filius esset, & illi dixerunt, quod erat filius David. statim verò cepit Christus redarguere eorum responsionem, & hoc fuit quasi respondere ad eorum dicta, & ideo conuenienter dixit Marcus, quod Christus respondens dicebat, quomodo dicunt Scribæ &c. etiam quia respondere accipitur variè, sicut dictum est supra q. 318.

An isti, quos Christus interrogauit fuerunt Scribæ, vel Pharisei. Quæst. CCCXXI.

QVAERETUR, quomodo stat, quia dicitur supra in litera, quod congregatis Phariseis interrogauit Christus eos hoc, & quod ipsi respon-

derunt, cum Mar. 12. dicatur istos fuisse Scribas, scilicet, quomodo dicunt Scribæ Christum esse filium David.

Dicendum, quod iidem sunt isti Pharisei, quos hic vocat Mattheus, & illi quos vocat Marcus. Et ratio est, quia non distinguunt Scribæ & Pharisei, sicut sectæ oppositæ, vel disparatæ, sicut esse Sadducei, Phariseum, vel Hærenum, quia ista non comperunt eidem homini, sed sunt sicut qualitates, vel conditiones, quæ possunt eidem accidere, sicut esse Philosophum, grammaticum, vel dialecticum. Sic enim Philotheus nomen sectæ est. Scriba autem est nomen sapiētis, quia Iudei Scribas vocant, quos nos sapientes dicimus. Et quia aliqui Pharisei erant sapientes, & aliqui non, erant Pharisei, qui erant Scribæ, & alij non isti autem Pharisei, a quibus nunc Christus istud quaesuit, erant sapientes, siue Scribæ, ideo vocauit illos Marcus Scribas: Sic etiam vocat eos Lucas. Nam dicitur Luc. 20. cap. Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt &c. & sequitur: Dixit autem ad illos, scilicet Scribas, quomodo dicunt Christum filium David. Et ratio quare quaesierit Christus a Phariseis, qui erant Scribæ, fuit ista, quia Pharisei habebantur inter Iudeos, ut viri religiosi, sed non ut sapientes, nisi accideret simul esse Scribas, & quia de quaestione ista debet queri a viris peritis, non debuit Christus querere a Phariseis de tali quaestione, nisi simul illi essent sapientes, ideo quaesuit a Scribis: & ita vbicumque de sapientia agitur Scribæ ponuntur, vbi autem de religione, & zelo legis nominantur Pharisei solum.

Quare Christus quaesuit de hac quaestione a Phariseis cuius filius esset. Quæst. CCCXXII.

QVAERETUR, quare Christus quaesuit de hac quaestione, scilicet, Christum cuius filius esset.

Dicendum, quod fuit primo ad compescendum tentationes Phariseorum. Nam querebatur ab eo multa eum tentantes. Voluerant enim eum supra capere in sermone, quando quaesierunt de tributo Cesaris, & post hoc Sadducei tērauerunt Christum super resurrectione mortuorum, & rursus Pharisei tērauerunt quærentes de magno mandato legis, ut autem aliquando his tentationibus esset finis voluit ab eis hoc quærere, in quo superarentur, & postea non audebant quidquam interrogare, & ita factum est, quia cum conuicti essent dicitur, quod non ausi sunt, ex illa die amplius eum interrogare, & tamē ista ratio est generalis, quia ad hoc sufficiebat quæsi quæstio, in qua conuicti cogèrentur tacere.

Secundo fuit, ut cessarent a tentatione Christi, non tanquam superati ratione, sed tanquam agnoscentes veritatem, scilicet, quia ante hoc putabant eum esse hominem purum, ideo tentabant eum. Nunc verò eum ex responsione Christi agnoscere possent eum esse filium Dei, non audebant eum amplius tentare. Sic dicit Chrysostomus, scilicet, Iudei estimantes Christum esse hominem purum eum tentabant: neque enim tentassent si Dei filium credidissent. Volens ergo Christus eis ostendere, quod cognoscebat fallaciam cordis eorum, & quia Deus erat, talem eis proposuit quaestionem, & tamen non dixit aperte se Deum, neque aperte negauit, neque tacuit, ut sequenti quaestio dicitur.

Tertio tamen & precipue fuit, ut hæc veritatem ostenderet. Nam apud Iudeos fides erat de Messia uero, & tamen nesciebatur, an ille esset filius Dei, immo communiter tenebatur a Iudeis, quod esset Christus, futurus homo purus, iustus tamen valde, quod & Iudei moderni

Scriba sapiētis nomen est.

moderni tenent. Voluit ergo auferre istum errorem faciendo, quod Messias crederetur esse filius Dei, & hoc erat summe necessarium. Nam si Messias non esset filius Dei, nihil prodesset nobis aduentus eius & mors, quia saluare non posset, cum potius ipse aliena salute indigeret. Etiam valde proderat Christus opinionem, & fidei quam de seipso causare volebat. Nam se Christum, siue Messiam ostendere volebat aliquando, & ut quando eum Messiam crederent, cōsequenter crederent, quod filius Dei esset, voluit ostendere quod Christus non esset filius David solum, sed potius filius Dei: & hoc conuenienter factum est. Nam si de seipso directè vellet dicere, quod esset Deus, minus crederetur. Quod autem Messias, vel Christus esset magis crederetur. Si autem iam probasset Christum esse filium Dei nullo opus erat sibi ad ostendendum se esse filium Dei, vel Deum. De hoc dicit Hieronymus: Interrogatio hæc nobis proficit vsque hodie contra Iudeos. Hi enim qui confitentur Christum esse venturum hominem simplicem, & sanctum virum asserunt de genere David.

Causa tamen, quare potius hoc tempore quā alio Christus quaesuit hoc a Phariseis, fuit prima, quia Christus volebat terminare omnes tentationes Phariseorum, & Iudeorum quorumcumque quæres contra se petendo aliquid ab eis, in quo illos confunderet. Non fuit autem vna aliqua quaestio dignior ad hoc, quā ista, ideo quaesuit de hoc.

Secunda, quia Christus veritatem istam ostendere debebat ante mortem suam, sed nunc moriturus erat: ideo non debuit differre istam quaestionem, sed nunc eam conuenienter proponere. Sic dicit Theophylactus, sed quia Christus ad passionem venturus erat, opinionem corrigi Iudeorum, qui Christum filium David esse dicebant non dominum eius.

Cum Christus vellet se filium Dei esse ostendere, quare non dixit apertius. Quæst. CCCXXIII.

SEB queretur cum Christus vellet ostendere se esse filium Dei, quare non dixit apertius, aut quid assererent de ipso, sed dixit quid videt vobis de Christo, cuius filius sit.

Dicendum, quod fuit primo, ut veritatem huius rei posset ipse aperire, & contra se calumniam nullam daret. Oderant enim illi iam Pharisei, quos nunc interrogabat, & si viderent, quod aperte de seipso quaereret, quasi de Deo, abominarentur eam magis, & velut blasphemum accusarent, & ideo non debuit de seipso aperte quaerere, ut inuidiam tolleret. Neque rursus quaestionem tacere, ut veritas huius rei notificaretur: ideo quaesuit non quasi de seipso, sed velut de alio. Nam cum de alio quaereret, qui ignotus esset, vel quæ Iudei nondum esse putarent, sed potius futurum expectarent, non inuiderent illi, & ita pacificè veritatem in quantum intelligerent, viderent. De ipso autem Iesu si veritatem etiam noscent, potius illam occultarent contrarium asserendo, ideo quaesuit Iesus quid vobis videtur de Christo cuius filius sit: Et non dixit quid vobis videtur de me? Sic dicit Chrysostomus. Neque dicere voluit manifestè veritatem, ne occasionem blasphemiam inuenientes Iudei amplius infaniret, neque omnino tacere, quia ad hoc venerat, ut veritatem annuntiaret, ideo talem interrogationem eis proposuit.

Secundo, quia licet de seipso aperte non quaereret hoc, facile erat ad seipsum retorqueri, quia aliquando constaret ipsum esse Messiam, & tunc infertur aperte esse filium Dei, & iam non haberent Iudei colorē negandi ipsum esse Deum, cum iam cōcessissent, vel conuicti essent, quod Messias erat Deus. Si autem di-

Alph. Tost. in Matth. Pars VI

rectè de se quaereret, forte nihil concederent Iudei, & ita veritas ista maneret occulta.

Tertio, quia ista quaestiones se habebant sic naturaliter per ordinem, sicut prius deberet constare de veritate iuris quā facti. Dato enim quod cōcederent Iudei Iesum esse Christum, vel Messiam, quid prodesset, si Messiam dicerent esse purum hominem, sicut assererent, quia dicerent ipsum non esse Deum, & deberet ipse tunc procedere ad ostendendum, quod Messias erat Deus, conueniens ergo fuit, quod prius quaeretur de eo, quod erat prius in ordine dubitationis. Et sic voluit ostendere, quod Christus esset filius Dei.

Sed dicitur quare non petiuit hic Christus a Phariseis quid videretur ipsis de eo. Nam ab Apostolis sic quaesuit, dicens, scilicet vos autem quem me esse dicitis, supra 16. cap.

Dicendum, quod non erat eadem causa in vtrisque. Nam Apostoli & ceteri discipuli erant beneuoli Christo, & quidquid ab eis quaereret non scandalizaretur, ideo potuit conuenienter hoc ab eis petere: Pharisei autem oderant illum, & non sustinerent eum talia quaerentem, sed velut blasphemum accusarent, sicut dicitur infra 26. & Mar. 13. audistis blasphemiam. Et hoc quando Christus dixit: amodo videbitis filium hominis sedentē a dextris virtutis Dei. Sic dicit Chrysostomus, & quidem discipulos primum interrogauit, quod alij dicerent de Christo, & tunc quid ipsi dicerent. Hos autem non ita: profecto enim eum seductorem dixissent, & malum, existimabant autem quoniam Christus purus homo erat.

Quare Christus voluit se filium Dei esse ostendere per interrogationem. Quæst. CCCXXIII.

QVAERETUR autem cum Christus hoc dixerit, ut veritas ista manifestaretur, scilicet, quod Christus erat filius Dei, quare voluit hoc per interrogationem ostendere, & non potius per enunciationem simplicem, sicut cum ipse predicabat populo, solebat eis multa dicere asserendo sine aliqua disputatione.

Dici potest vno modo, quod fuit, ut Christus per eundem actum duo efficeret. Volebat enim Christus imponere silentium Phariseis, ut eum amplius non tentarent, & hoc fieri debebat conuincendo eos super aliqua quaestione, & ita voluit istam esse. Vnde simul Phariseos disputando conuincit, & veritatem istam manifestauit. Si autem sine quaestione istud proponeret, non conuinceret Phariseos, ideo fuit conueniens proponi quaerendo.

Secundo tamen potest dici, & melius, quod hoc fuit ad certiozem reddendam istam sententiam. Nam si simpliciter enūciando hoc dixisset maneret dubium apud multos, an verum esset. Nunc vero cum a Phariseis quaereret, oporteret, quod ipsi responderent. Et tunc aut assererent ipsi Christum esse filium Dei, aut negarent, si concederent efficeretur sententia certior ex concessione aduersariorum, quā si Christus hoc solus assereret: si negarent Christus probaret auctoritatibus vel rationibus, & ita etiam maneret firmata sententia, ideo ut ista sententia, que magni ponderis erat maneret firma, decuit quod Christus eam quaerendo introduceret, ut sic magis firmaretur.

Tertio fuit, ut constaret nobis quid existissent antiqui, & quid ad hoc eos moueret. Nam dixerunt Pharisei, quod Christus erat filius David. Si autem per asseritionem Christi simplicem veritas ista proponeretur, non constaret de sententia aliorum in hac re, ideo fuit conueniens introduci per quaestionem.

V 4 Quarto

Quarto fuit ad tollendum suspicionem affirmatio- nis. Nam Iesus erat Messias, & postea sic à Iudæis credi- tum est. Si autem ipse contra opinionem commu- nem Iudæorum assereret Messiam esse Deum, puta- rent forte, quod ipse hoc asseruerat, ut quendam sibi ho- norem diuinum ascriberet, nunc verò cum introdu- xit sententiam, querendo, confirmata fuit ex eo, quod Pharisei conuicti sunt.

Sed obijciatur, quod potuisset hoc fieri sine questione, vt si Christus predicaret de hac re, & introduceret opinionem aliorum, & contra eam adduceret proba- tiones, quas induxit, efficeretur firma ipsa sententia, sicut solent facere docentes, qui inducunt opiniones contrarias, & confutant illas.

Dicendum quod non erat conueniens, primò quia sic non constaret quorum esset illa opinio, quã Chris- tus confutaret. Secundo, & præcipuè, quia dato quod constaret, quorum esset, quia tamen illi non respon- debant per se, putaretur, quod non sufficenter confu- tabat eorum opinionem, si quia firmius responderet illi quorum erat opinio si per se ipsos loqueretur. Vo- luit ergo ab eis querere, vt cum ipsi per se responde- rent, & conuincerentur à Christo, ita vt cum nihil au- derent dicere, appareret, quod opinio non erat vera, vel illi non poterant eam defendere: & sic voluit per que- stionem introducere istam materiam.

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

Quare Christus nunc quaesuit de hoc potius à Phariseis quam ab alijs. *Quaest. CCCXXV.*

F hanc, & quia nunc erat morti proximus proposuit, sed accidit, quod essent congregati Pharisei, ideo pro- posuit congregatis omnibus.

Sed dicendum, quod non est ista causa. Nam si ob hoc solum coram illis proposuit, quia accidit illos esse tunc congregatos, non exprimeret Euangelista, & tamen expressit, quod congregatis Phariseis quaesuit hoc, ergo aliqua fuit causa, quare potius congregatis quam non congregatis proponeret, quia non solent Euangelistæ aliquid sine causa describere.

Ideo dicendum, quod fuit ex intentione. Nam de- buit coram omnibus proponere, & non coram vno solo, quia si vnus tantum aut pauci Phariseorum adij- sent, & conuinceretur à Christo, diceretur, quod hoc fuerat, quia illi forte nescirent respondere, essent ta- men alij peritiores, quos si interfuisent non posset Christus conuincere, nunc vero cum omnes adessent, & nemo responderet, constabat omnes esse conui- ctos, & veram esse Christi assertionem, ideo congre- gatis omnibus proposuit.

Quare Christus direxit hanc quaestionem ad omnes. *Quaest. CCCXXVII.*

Quare Christus direxit hanc quaestionem ad omnes. *Quaest. CCCXXVII.*

Quare Christus direxit hanc quaestionem ad omnes. *Quaest. CCCXXVII.*

Quare Christus direxit hanc quaestionem ad omnes. *Quaest. CCCXXVII.*

Quare Christus direxit hanc quaestionem ad omnes. *Quaest. CCCXXVII.*

Quare Christus direxit hanc quaestionem ad omnes. *Quaest. CCCXXVII.*

rent amplius eum tētare, sicut dicitur in litera: Et ne- mo poterat rēdere ei verbum, neque ausus fuit ex illa die quicquam eū amplius interrogare. Et tamen si ad vnum dirigeret quaestionem, non viderentur omnes esse victi, quia non erat omnibus imposita necessitas respondendi, aut se conuictos fatendi, si non respon- derent, ideo debuit ab omnibus querere, vt inferri posset, quod nemo poterat respondere ei verbum.

Quare non dixit, cuius filius est Christus. *Quaest. CCCXXVIII.*

Quare non dixit, cuius filius est Christus. *Quaest. CCCXXVIII.*

Quare non dixit, cuius filius est Christus. *Quaest. CCCXXVIII.*

Quare non dixit, cuius filius est Christus. *Quaest. CCCXXVIII.*

Quare non dixit, cuius filius est Christus. *Quaest. CCCXXVIII.*

Quare non dixit, cuius filius est Christus. *Quaest. CCCXXVIII.*

Quare non dixit, cuius filius est Christus. *Quaest. CCCXXVIII.*

Quare non dixit, cuius filius est Christus. *Quaest. CCCXXVIII.*

& dixit Nathanael à Nazareth potest esse aliquid bo- nit̄ id est nunquid Messias, qui est bonum nostrum po- test esse à Nazareth? quasi dicat, dubito, aut credo, quod non. Causa autem quare mouebantur ad cre- dendum; erat, quod scriptura hoc asserit: nam Mes- sias promissus erat futurus de semine Dauid. vt dici- tur Isai. 11. c. Egredietur virga de radice Iesse &c. & ta- men Iesse est Isai pater Dauid, & ibi agitur de Messia. Etiam Iere. 23. ca. dicitur suscitabo Dauid germen iu- stum, & regnabit rex &c. quod expressè de Messia ac- cipitur, qui vocatur Dauid, id est de semine eius. Etia Psal. 131. dicitur, quod iurauit Dominus Dauid de fructu ventris tui ponam super sedem tuā, & de Mes- sia accipitur, & idem in multis alijs locis.

Quare potius Pharisei dixerunt Christum esse filium Dauid quam Abrahæ. *Quaest. CCCXXX.*

Quare potius Pharisei dixerunt Christum esse filium Dauid quam Abrahæ. *Quaest. CCCXXX.*

Quare potius Pharisei dixerunt Christum esse filium Dauid quam Abrahæ. *Quaest. CCCXXX.*

Quare potius Pharisei dixerunt Christum esse filium Dauid quam Abrahæ. *Quaest. CCCXXX.*

Quare potius Pharisei dixerunt Christum esse filium Dauid quam Abrahæ. *Quaest. CCCXXX.*

Quare potius Pharisei dixerunt Christum esse filium Dauid quam Abrahæ. *Quaest. CCCXXX.*

Quare potius Pharisei dixerunt Christum esse filium Dauid quam Abrahæ. *Quaest. CCCXXX.*

H

patet quia dicitur: Et interrogauit eos quid vobis vi- detur. Et tamen de tanta multitudine poterat vnum eligere, ad quem dirigeret quaestionem: sic enim Pha- risei fecerant. Nam congregati venerant ad tenta- dum Christum, & tamen vnus tantum ex eis propo- suit quaestionem, vt patet supra in litera.

Dicendum, quod fuit primo ad ostendendū scien- tiam Christi insuperabilem: nō enim formidabat res- pondere omnibus quotquot essent. Nam ita nunc quaerebat quasi contra omnes esset arguiturus, aut re- sponsurus eorum dictis.

Secundo fuit, vt cum quaereret ab omnibus, tene- rentur omnes respondere, & si vnus succumberet, al- ius succedere deberet, vt defenderet positionem cō- munem, & non viderentur succumbere. Nam si con- tra vnum direxisset quaestionem, & ille nesciret respō- dere, vel succumberet in defensione opinionis Pha- riseorum, licet in veritate omnes succumberent, nisi alius, aut alius succederet in defensione; tamen ipsi possent se aequaliter excusare dicentes, quod cum qua- stio esset ad vnum tantum directa alij rēdere nolue- runt, licet possent, vt autem tolleretur ista calumnia direxit quaestionem ad omnes, vt appareret oēs esse conuictos cum nemo responderet. Tertio, quia si vnū de illis eligeret, cui dirigeret quaestionem, videretur illius solius opinionem confutare, & nō aliorum, & tamen totus populus nō assumeret testimonium ve- ritatis ex vnus confutatione, ideo debuerunt omnes interrogari.

Quarto, quia si vnum eligeret, cui dirigeret qua- stionem, videretur, quod deberet eligere illum, qui tentauerat eum querendo de magno mandato, quia illum elegerant omnes Pharisei, vt à Christo quaere- ret, & tamen querere ab illo non erat aliquod magnū, quia Christus iam eum superauerat respondendo ad illius quaestionem. Ideo vt Christus magnitudinem sapientiae ostenderet, per quam neminem arguē- tē formidaret, debuit non eligere istum iam supē- ratum, sed potius contra omnes arguere, & omnibus respondere.

Quinto fuit, quia Christus voluit per istam quō- stionem imponere silentium omnibus Phariseis, vt nō aude- rent

B

Secundo, vt ostendat eos non scire veritatem, sed opinionem aliquam habere. Nam si ab eis quaereret quasi scientibus, etiam si non quaereret, vt sciret, & diceret cuius filius est Christus, dixit tamen, quid vobis videtur? quasi dicat, vos veritatem nescitis, sed ali- quam opinionem habetis, & hoc conueniens erat sic dici, cum ipse statim illorum opinionem confutatu- rus erat. Tertio, vt non solum ostendat eos nescire ve- ritatem, sed etiam se scire illos nescire veritatem, cū quaerat quasi à nescientibus, & opinantibus, si autem non intenderet confutare positionem eorū non que- reret sic, sed diceret, cuius filius est Christus? Nunc ve- rō quasi destruere positionem illorum volebat, id quod postea facere intendebat in principio ex modo quaerendi ostendit.

Secundo fuit, quia licet ad vtrumque fuerint factæ promissiones, tamē plures valde factæ sunt ad Dauid quam Abraham. Nam ad Abraham inuenitur solū in Genesi facta promissio, & tamen ad Dauid inueni- tur dictum in multis locis scripturæ.

Tercio quia magis conuenit cum Dauid. Nam nō solum Christus fuit de stirpe Dauid, sed etiam natus est in loco, in quo Dauid, in Bethlehem, vt dicitur. Ioan. 7. capitul. Et ideo magis ab illo nominari de- bebat.

Quarto, & præcipuè, quia si dicerent, quod erat fi- lius Abrahæ nihil erat dicere. Nam ideo quaerebatur cuius filius esset, vt determinaretur per hoc progenies eius, sed dicendo, quod erat filius Abrahæ nihil deter- minabatur, quia omnes Iudæi erant filij Abrahæ. Et certum erat apud Iudæos, quod Christus Iudæus fu- turus erat. Nam si esset gentilis, non crederent, quod expectatio illius pertineret ad eos. Neque etiam pro- mitteretur eis, sed dicere, quod erat filius Abrahæ ni- hil plus erat, quam dicere, quod erat Iudæus, ideo de- buit nominari ab alio per quem fieret aliqua distin- ctio, & sic fiebat dicendo eum filium Dauid.

Quinto, quia dicendo filium Abrahæ nihil distin- guebatur, sed etiam efficiebatur res magis confusa, Nam ab Abraham non solum descendunt Iudæi, sed etiam Gentiles, Ismael, & posterij sui. Etiam ex Cerura habuit Abraham alios filios, qui pertinuerūt ad Gentilitatem, de quibus Gen. 25. cap. Et si dicitur, quod isti non pertinebant ad semen Abrahæ, quia di- citur Gene. 21. quod in Isaac vocabitur tibi semen, & non in Ismaele, neque in alijs, adhuc manet ratio, quia etiam de Isaac descenderunt Gentiles, quia de eo natus est Esau, à quo descenderunt Idumæi, qui fuerunt

merant. Gentiles. Ergo dicere filium Abraham...

Quare Christus non fuit vocatus filius alicuius illorum...

Secundo dicitur dato, quod non vocaretur Christus...

Dicendum, quod non debuit vocari filius alicuius...

Secundo, quia ista nominatio fit propter promissiones...

Quantum ad eos, qui preceserunt David poterat...

Quare Christus redarguit Phariseos dicentes filium David...

Quare Christus redarguit Phariseos dicentes filium David...

Quare Christus redarguit Phariseos dicentes filium David...

dabant dixerunt. Otianna filio David supra 21. & Mar...

Quare non quaesivit ab eis prius quid alij sentirent...

Quare Christus redarguit Phariseos dicentes filium David...

Dicendum, quod non est similis quaestio illa, quam...

Secundo fuit, quia nunc assertio populi non prode...

Tertio fuit, quia non proderat ad intentionem Christi...

Quarto fuit, quia si quaereret de sententia aliorum...

Quomodo

Quomodo procedit argumentum Christi contra Phariseos...

Quare Christus redarguit Phariseos dicentes filium David...

Dicendum, quod procedit sic, quia Christo querente...

Secundo dicitur, quomodo valet istud argumentum...

Quare Christus ad suam probationem dixit, quomodo David...

Quare Christus ad suam probationem dixit, quomodo David...

Quare Christus redarguit Phariseos dicentes filium David...

Quomodo

est alterius speciei, & sic cum ex dignitate, & inaequalitate...

Quarto quia auctoritas allegata ad hoc prodest...

Quinto quantum ad principale, quod manifeste inferitur...

Cum autem obijcitur, quod non valet argumentum...

Dicendum, quod hoc bene teneret, nisi ex modo arguendi...

Quare Christus ad suam probationem dixit, quomodo David...

Quare Christus redarguit Phariseos dicentes filium David...

Sedere a dextris quid sit.

Lucifer quarto die cum tota celi ornatu fuit creatus Adā vero sexto.

David dignior ac excellentior nemo apud hebræos.

loquendo in spiritu, id est per spiritum sanctum, & ille non potest mentiri: ergo illa, quæ David per Spiritum sanctum dixit, non possunt esse falsa, sed vocavit eum Dominum in spiritu: ergo est filius Dei. Circa quod considerandum, quod propheta homines erant, & non erant confirmati in gratia, ideo poterant errare in dictis suis interdum volendo mentiri, & interdum non intendendo veritatem rerum. Et ob hoc non erat necesse, quod quidquid diceret ille homo, quod propheta erat, acciperetur tanquam verum, & certum. Vt ergo videatur, quod certum erat id, quod David asseruit, dixit Iesus, quod non solum dixit illud David, sed etiam dixit illud in spiritu, id est per Spiritum sanctum. Et sic debet accipi tanquam certum, & firmum. Secundo considerandum, quod propheta interdum erant viri peccatores, & pessimi. De pessimis patet, quia Caiphas pessimus erat cum dedit consilium de morte Christi ante ceteros: Ioan. 11. & 18. c. & tamen iste prophetavit Io. 11. f. cum esset pontifex anni illius prophetavit, & tamen illius propheta ponitur in sacra Scriptura, s. Ioan. 11. & est magna certitudinis, ut Evangelista confirmat. Manifestum est autem, quod cum iste esset pessimus vir, & mulus Christi, quod interdum mentiretur, & sic propheta, quorum dicta in sacra Scriptura habentur, interdum mentiebantur. Et sic etiam est de Balaham propheta, cuius verba erant certissima, ita ut haberentur verba Dei, s. q. cui ipse malediceret, esset maledictus, & cui ipse benediceret, esset benedictus: Nu. 22. c. Et propheta certissima fuerunt, & prænuuciauit aliqua de Christo, & de statu futuro Iudeorum, & fuerunt illa magna auctoritatis, ita ut Moyses, qui fuit maximus prophetarum inter Hebræos, Deuter. 34. c. scriberet dicta Balaham: Nu. 24. c. Cõstat tamen, quod iste Balaham, cum esset pessimus, & resistens Deo, volens maledicere Israelitis contra Dei voluntatem, Num. 22. & 23. & dans consilium contra eos ad delendum eos, Nu. 24. & 31. ca. & quem Deus propter hoc fecit interficere, Nu. 31. c. mentiretur aliquando, & falsa diceret. Et sic illi propheta, quorum dicta in sacris libris habentur, mentiebantur aliquando. Tertio considerandum, quod interdum propheta, licet non essent pessimi, peccabant aliquando ex humana fragilitate, licet raro. Sic patet de illo propheta, quem Deus misit ad prænuuciaandum contra altare Bethel, & sacerdotes eius 3. Reg. 13. c. nam ille vir Dei vocatur ibi, & sanctus erat, & tamen peccavit ibi comedens panem in loco, in quo Deus veterat, & ideo leo egressus de sylua occidit eum eod. c. Sic etiam David propheta Domini erat, & vir sanctus, ita ut Deus valde laudaret ipsum, dicens: Inveni virum iuxta cor meum 1. Re. 13. & Psal. 78. & tamen ipse peccabat interdum, ut in occasione Virgæ, & adulterio cum Bethsabee, & in numeratione populi 2. Reg. 11. & 24. c. ergo isti, qui circa alia peccabant, poterant peccare circa mendacium, & circa errorem intelligendi, & sic non esset necesse credere ei in omnibus dictis suis. Quarto considerandum, quod etiam propheta qui erant viri sancti, de quibus nulla peccata legimus, interdum ignorabant veritates rerum. Sic patet de Elifao 4. c. Ipse enim fuit vir sanctus, neque legimus de eo aliquam iniquitatem saltem parvam; & tamen quando venit ad eum Sunamitis nesciuit ille, quid illa volebat 4. Reg. 4. c. f. dimitte illam, quia anima eius in amaritudine est, & dominus celauit à me, neque indicauit mihi. Qui ergo ignorabat veritatem rerum poterat interdum per errorem dicere aliquid falsum, & sic non esset necesse assentiri omnibus dictis eius. Quinto considerandum, quod propheta quando loquebantur aliqua, ut propheta, loquebantur per Spiritum sanctum, & tunc non poterant falsum dicere. Nam sicut arbor bona non potest malos fructus facere, & arbor mala non potest bonos fructus facere, ita Deus, qui per essentiam est bonus, & verus, immo veritas, & bonitas, non potest falsum dicere, neque malum facere, ergo neque homo cum mouetur à Deo licet enim homo potest per se facere malum, & bonum, tamen quando à Deo mouetur ad agendum, non potest facere, nisi bonum, quoadu ab eo regulatur in agendo, & si regulatur in intelligendo impossibile erit quod decipiatur, neque meritiatur, sed omnes propheta loquuntur Spiritu sancto dictante 2. Pe. 1. f. Spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines: ergo propheta in quantum prophetaliter loquuntur, non possunt errare.

Prophe-
tae quan-
doq; erant
viri pec-
catores,
& pessimi.

test malos fructus facere, & arbor mala non potest bonos fructus facere, ita Deus, qui per essentiam est bonus, & verus, immo veritas, & bonitas, non potest falsum dicere, neque malum facere, ergo neque homo cum mouetur à Deo licet enim homo potest per se facere malum, & bonum, tamen quando à Deo mouetur ad agendum, non potest facere, nisi bonum, quoadu ab eo regulatur in agendo, & si regulatur in intelligendo impossibile erit quod decipiatur, neque meritiatur, sed omnes propheta loquuntur Spiritu sancto dictante 2. Pe. 1. f. Spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines: ergo propheta in quantum prophetaliter loquuntur, non possunt errare.

Spi san-
cto dicta-
tur pro-
pheta.

Sexto considerandum, quod spiritus propheticus quo propheta loquuntur, non semper messis est, sed interdum sedet super eos, & interdum non, & quando habent spiritum illum, loquuntur occulta, quæ certa sunt, & non potest veritas eorum præuicari. Quoadu autem non habent illum, nihil possunt dicere de occultis, & sunt, sicut ceteri homines. Et patet primum, de modo loquendi apud prophetas, quia dicitur factum esse verbum Domini ad eos tali die, vel tali, ut sepe patet in dictis Ieremie, & aliorum prophetarum. Secundum patet, quod aliquando querebatur aliquid à prophetis, & nesciebant respondere, quia nondum habebant spiritum Domini, & expectabant quotiesque illum haberent, & tunc loquebantur. Sic patet 4. Re. 3. ca. quando tres reges quaesierunt ab Elifao, de aduersitate fitis, in qua erant, & nesciuit respondere Elifao, & iussit, quod adducerent ei Psalter, id est citharistam, & dum ille psalleret factum est verbum Domini ad Elifao, & tunc respondit ad propositam quaestionem eodem capitulo. Et iste spiritus subito venit, & apprehendit homines quasi saliens in eos. Sic dicitur primo Regum 10. capitulo, cum dixit Samuel ad Saul, & cum egressus fuisset urbem habebis obtinui gregem prophetarum, & insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis, & mutaberis in virum alterum. Et iste spiritus durabat in homine aliquando multum, & aliquando parum, quoadu Deus volebat. Et quoadu manebat intelligebat propheta res occultas, quæ aliter intelligere non poterat, & poterat illas dicere: cum verò cessabat spiritus minere in homine, cessabat homo intelligere, & dicere. Sic patet primo Regum decimo nono capitulo, de Saule, qui inuit persequens David in Huoth Ramatha. Et sequitur. Et factus est etiam super eum spiritus Domini, & ambulauit ingrediens, & prophetauit vsque dum veniret in Huoth in Ramatha, & expoliavit se etiam ipse vestimentis suis, & prophetauit cum ceteris, & cecinit nudus tota die illa, & nocte. Et sic innuitur, quod vna die, & vna nocte mansit spiritus propheticus tunc in Saule, & sic in alijs aliquando durabat parum, & aliquando multum.

Septimo considerandum, quod quando propheta non habebant actualiter spiritum propheticum, si illum cuperent ad intelligenda aliqua occulta, vel ad respondendum ad quaestiones eis factas, non habebant illum, quando volebant, & interdum confulebant Dominum super aliqua re, ut eis responderet dando eis spiritum propheticum. Et fiebat tunc tripliciter: primo modo, quod Deus statim, sine post parum responderet, & insiliret in eis spiritus Domini. Secundo modo, quod post aliquot dies, vel hebdomadas. Tertio modo, quod nunquam responderet eis insilendo in eos ad intelligendum id, quod volebant.

De primo patet, ut in Elifao, quia cum quaesierunt ab eo tres reges de dubio, non habebat spiritum propheticum, & ideo nesciuit respondere, sed vocari iussit

iussit citharistam, & dum ille caneret facta est manus Domini super Elifao, & iussit, & ita parum moratus est.

De secundo patet Ieremie quadragesimo secundo capitulo, ubi Iudai, qui relictii fuerant in terra post transmigrationem aliorum Iudeorum, orauerunt Ieremiam, ut responderet eis ex parte Dei, an descenderent in Aegyptum, vel non, & ille orauit Dominum, ut ei responderet. Cum autem completi essent dies decem, factum est verbum Domini ad Ieremiam, Et ita vsque ad decem dies non venit in eum spiritus Domini. Aliquando autem plus tardabat, ut patet Dani. decimo capitulo, ubi Daniel orauit Dominum, ut reuelaretur ei per spiritum eius visionis intelligentia, & ieiunabat, & lugebat non vngens se per tres hebdomadas integras, & in fine reuelata est ei visio.

De tertio patet 1. Regum 28. cap. quando Saul super euentu belli consuluit Dominum. Et dicitur, quod non respondit ei, neque per sacerdotes, neque per somnia, neque per prophetas, & sic super illa re nullo modo voluit spiritus propheticus insilire in prophetas ad hoc, quod reuelaret eis id, quod querebant. Patet etiam super obsidione Ierusalem facta à Chaldeis. Nam propheta volebant habere responsum de fine obsidionis, & Deus noluit respondere eis, sed soli Ieremie respondebat Threno. 2. capitulo, scilicet Non est lex, & propheta eius non inuenerunt visionem à Domino, id est noluit insilire in eis spiritus propheticus, ostendendo eis, ut viderent finem illius obsidionis. Et ideo cum propheta non habeant semper spiritum propheticum, & etiam non habeant eum, quando volunt, multum differt quomodo aliquis propheta asserat aliquid. Nam si dicat illud, quoadu habet spiritum propheticum, & per illum spiritum est certum dictum, quia est dictum Dei. Si autem dicat illud, quod non habet spiritum propheticum, non valet plus dictum eius, quam alterius hominis simplicis.

Ex quo sequitur vnum notabile, scilicet, quod propheta loquens interdum sine spiritu propheticum errat, & dicit contra id, quod ipsemet postea asserit habendo spiritum propheticum. Sic patet de Nathan propheta, cuius magna laudes ponuntur Ecclesiasti. 47. capitulo inter sanctos viros. Ab eo enim quaesuit David, an edificaret templum domino, & ipse non habens spiritum propheticum videns humano iudicio, quod illud opus erat laudabile, & pium, dixit ad David, omne quod est in corde tuo vade, & fac, quia dominus tecum est 2. Regum 7. & 1. Paralipom. 17. cap. Et eadem nocte factum est verbum Domini ad Nathan prophetam, ut diceret David, quod non edificaret ipse domum domino, sed filius eius Salomon. eod. cap. & sic contradixit verbis suis prioribus. & sic Nathan loquens humano iudicio, quando non habebat spiritum propheticum, errauit, & deceptus est, ita ergo licet David, qui propheta erat, diceret Christum esse filium Dei, vel esse Dominum suum, non esset certum, neque faceret probationem, nisi David tunc haberet spiritum propheticum, & ideo fuit conueniens, quod Christus diceret, quod David in spiritu loquens vocat dominum ipsum Christum.

Quomodo cognosci potest, quod verba, quæ aliquis propheta dicit sint ex spiritu propheticum, vel non.
Quæst. CCCXXXVI.

Quæretur cum propheta non habeant spiritum propheticum, & quando loquuntur sine spiritu illo non sunt eorum verba magis quam aliorum hominum certa, in quo sciemus, an verba, quæ aliquis propheta dicit, sint ex spiritu propheticum, vel non, ut credamus ei, vel

non credamus. Dicendum, quod verum est, quod propheta interdum errant prænuuciaando falsa. Sic dicitur Threno. 2. ca. propheta tui viderunt tibi falsa, & stulta, neque aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam prouocarent. Hoc autem accidebat dupliciter. Vno modo, quia aliqui fingebant sibi aliquid esse reuelatum à Deo, quod non erat reuelatum, licet aliàs isti essent propheta, & istos vocat Deus factores somniorum Deuteronom. 13. cap. & loquuntur ex tumore, id est ex superbia sua, ut videantur in hoc esse propheta cum non sint Deuteronom. 18. cap. Et hos dicit Deus prophetare ex corde suo. Et dicit, misit nos Dominus, cum Deus non miserit eos: Ezechi. 13. cap.

Alio modo contingit, quod propheta non fingunt aliquid, sed putant sibi esse reuelatum à Deo, & non est. Sic patet de prophetis Baal, qui responderunt regi Achab. Nam Deus voluit decipere regem Achab, ut caderet in bello 3. Regum 22. cap. & 2. Paralipom. 18. & dixit quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendet, & cadat in Ramoth Galaad? Et egressus spiritus stetit coram Domino, & ait: ego decipiam illum. Et ait Deus, in quo decipies? Et ille ait: egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius, & dixit Dominus, decipies, & præualebis egredere, & fac sic. Et sequitur. Nunc igitur dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum, qui sunt hic. Et sic illi putauerunt se vera prænuuciare, & à Deo accepisse visionem, & non acceperant, & ideo inuentum est falsum, quod prænuuciauerunt, quia omnes vno ore prædixerunt, quod traderet Deus Ramoth Galaad in manus eius, & tamen ipse mortuus est in bello, & non tradita est Ramoth Galaad in manus eius eod. cap.

Ad sciendum autem, quando propheta loquitur ex parte Dei, est considerandum, quod aut propheta dicit se loqui ex parte Dei, vel innuit hoc ex modo loquendi, aut non. Si non innuit hoc non est credendum, sicut propheta, sed accipienda sunt verba eius, sicut cuiuslibet alterius hominis simplicis, & licet verum eneniat, quod talis prædixerit fuit per accidens, & non est tenendum tanquam propheticum. Si autem dicat propheta se loqui ex parte Dei, vel hoc innuat, est vnus modus inuestigandi hoc, scilicet quia aut quod ille prædixit euenit, sicut ille dixit, aut non. Si non euenit, apparet manifestè, quod non est locutus ei Deus, sed finxit ipse, vel errauit putans se accepisse à Domino Deuteronom. 18. cap. f. propheta, qui arrogantia damnatus voluerit loqui in nomine meo, quod ego non præcepi illi, ut diceret, interficietur, & sequitur, quod si tacita cogitatione responderis, quomodo possim intelligere verbum, quod non est locutus Deus: hoc habebis signum, quod in nomine Domini propheta ille locutus fuerit, & non venerit hoc, Dominus non est locutus, sed per tumorem causâ sui propheta confinxit: cõtrario autem si euenit, quod locutus est, est signum, quod Deus locutus fuerat illud, quia potest accidere id, quod quis de futuro prænuuciat, sicut ille asserit, licet de hoc ipse nihil nouerit, est tamen præsumptio, quod à Deo ei reuelatum fuerit, si sic euenit, ut ille locutus est.

Quando propheta loquitur ex parte Dei.

Sed istud signum, licet sit conueniens, non est tamen sufficiens, quia multa prædicuntur à prophetis sine præfinitione temporis, vel talia, quorum impletio designatur futura post tempora nostra, & circa talia non est illud signum sufficiens, sed solum circa ea, quæ dicuntur in breui futura, ita ut nos possimus de illorum veritate, vel falsitate iudicare.

Ideo ad hoc est alia regula, scilicet, quod aut propheta ille prænuucians aliquid futurum subiunxit aliquod

aliquod miraculum, aut non, si subiunxit aliquod miraculum in confirmationem illius certum erat, quod a Deo venerat illud, verbum, vt si diceret, ego pronuncio vobis tale, vel tale futurum ex parte Dei, & in signum huius dico vobis, quod tale, vel tale miraculum videbitis statim. Ista regula colligitur Deuteronom. 13. cap. & taliter ostendit veritatem prophetiæ suæ Samuel. Nam dixit Iudæis ex parte Dei. Valde peccastis petendo regem super vos, & in signum huius dico vobis, quod statim venient tonitrua, & pluuia, licet sit tempus æstatis 1. Regum decimosexto capite.

Sicut autem non subiungeret miraculum, non erat certum verbum eius, an ex Deo esset, & ideo non tenebantur audientes credere, licet esset a Deo verbum.

Et tamen sciendum, quod licet propheta daret miraculum, si illud præcederet ad dictum non obligabantur credere dictum sequens, vt si propheta faceret aliquod miraculum, & post miraculum diceret scitote, quod hoc erit, non tenebantur credere. Et hoc, quia illud dictum manebat sine cõfirmatione: nam miraculum, quod præcessit, non potuit esse signum confirmans sequentia. Sic patet Deuteronom. decimotertio cap. de illo, qui prædixit portentum, & euenit, & tunc addidit. venite eamus, & colamus Deos alienos. Nam non erat audiendus ille propheta, sed occidendus.

Sed adhuc non est istud signum sufficiens, quia multi prophete erant, qui nunquam faciebant miracula, & dato, quod miracula facerent non tamen ad cõfirmationem singularum rerum. Etiam quia si ad cõfirmationem illarum facerent miracula, tamen nos hoc nescimus. Ideo est alia regula conuenientior, & potissimè nobis, quia nos nunc non videmus prophetas, sed dicta illorum, quæ a multo tempore fuerunt dicta. Est autem regula, quod illa dicta prophetarum quæ Ecclesia in sacris libris scripta habet, certissimè credenda sunt esse dicta Deo inspirate. Ea verò, quæ inter sacras scripturas non inueniuntur, nullam auctoritatem habent, neque credimus illa prophetas a Deo inspiratos dixisse. Et patet ista regula 2. Pe. 1. ca. scilicet hoc primum intelligentes, quod omnis propheta scripturæ propria interpretatione non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Cum enim dicitur omnis propheta scripturæ propria interpretatione nõ fit. Est sensus, quod omnia dicta prophetica, quæ scripta sunt in sacra scriptura non sunt propria interpretatione, id est ex ingenio loquentis, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt prophetæ omnia illa, quæ in sacra scriptura sunt. Hoc autem dato iam non oportet quæri aliquod signum, san propheta fecit miraculum ad confirmationem, vel non, sed absolute dicendum est, quod quicquid inter sacras scripturas in canone recipitur ab Ecclesia vniuersali, est dictum a prophetis inspirante Spiritu sancto. Et iste modus accipiendi firmitatem ex scripturis, quæ erant in canone, fuit apud Iudæos quondam sicut nunc est apud nos. Sic loquitur August. in Epistola ad Hieronymum. & in Dec. di. 9. cap. ego solis, s. ego solis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque referre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere. Et per huc modum tam apud nos quam apud Hebræos constat quid sit dictum a prophetis propheticè Deo inspirante, s. id, quod inter sacras literas in canone scripturarum inuenitur.

Vnde constat, quod Dauid in spiritu loquebatur, & quis erat iste spiritus. Quest. CCCXXXVII.

Quæretur cum dicat Christus hic, & Dauid dixit hoc de Christo loquens in spiritu. Vnde constat, quod in spiritu loquebatur.

Dicendum, quod constat ex regula data præcedenti q. s. quod id, quod inuenitur inter sacras scripturas est propheticè dictum. Sic autem est istud dictum, s. dixit Dominus Domino meo, ideo cum ibi sit constat, quod Spiritu sancto dictate fuerit dictum, & hoc ex modo loquendi Euangelistarum. Nam Matthæus hic, & Marcus 12. c. dicit, quod Dauid loquens in spiritu, dixit hoc, sed Lucas c. 20. dixit, quod Dauid dixit in libro Psalmorum: dixit dominus &c. & ita locutionibus, quod alij dixerunt Dauid in spiritu locutum, dixit Lucas dixisse illum hoc in libro Psalmorum quasi dicere in libro Psalmorum sit dicere de spiritu propheticò. Est enim liber Psalmorum inter sacras scripturas. Nam tres ordines librorum ponunt Iudæi in canone librorum suorum, 1. Leges prophetales agiographos, vt patet per Hieronymum in prologo Galeato, & ibi ponuntur Psalmi agiographa. Vnde constat spiritu sancto dictum esse quicquid ibi scriptum est. Huc autem ordinem canonis librorum Christus ostendit Luc. 24. cap. dicens: oportet impleri omnia, quæ scripta sunt de me in lege Moysi, & prophetis, & Psalmis.

Et tamen si Psalmi non haberent auctoritatem, non allegaret illos. Etiam apparet per Spiritum sanctum esse compositos, quia dixit: oportet impleri omnia, quæ scripta sunt de me. ergo ea, quæ in Psalmis erant, dicta erant per Spiritum sanctum, & sic constabat, quod Dauid in spiritu locutus est de Christo.

Quis erat iste spiritus in quo loquebatur Dauid. Quest. CCCXXXVIII.

Quæretur cum dicatur, quod Dauid loquebatur in spiritu, quis erat iste spiritus.

Dicendum, quod oportet accipi pro Spiritu sancto. Manifestum est enim, quod Dauid in spiritu loquebatur, etiam si nemo Euangelistarum hoc exprimeret, quia cum esset agens per intellectum, oportebat, quod illud, quod ageret ex præcogitatione, vel intellectu dictante dicitur fieri a spiritu, quia intellectus spiritus dicitur, eo quod virtus animæ, quæ est spiritualis substantia, & omnem spiritualem, vel incorpoream substantiam spiritum vocamus, in quantum distinguimus substantiam per corpus, & spiritum, & ideo siue Dauid moueretur a Deo, vel ab alia exteriori substantia spirituali, siue non, sed per seipsum solum ageret, diceretur in spiritu agere, vel loqui, & ideo non oportebat ad hoc exprimi, quod in spiritu locutus esset, & tamen expressit hoc Matthæus, ideo oportet aliquid speciale intelligi per spiritum, quod non intelligeretur non expresso hoc.

Dicendum autem, quod per spiritum voluit intelligere Matthæus Spiritum sanctum. Et patet, primo, quia Marcus ponens eandem sententiam, dixit. s. ipse enim dicebat in spiritu sancto. Dixit dominus &c. Mar. 12. c.

Secundo patet, quia Matthæus expressit istud ad cõfirmandum argumentum, scilicet, quod Dauid vocauerat Christum Dominum: ergo nõ esset filius eius & tamen non sequeretur hoc, si Dauid a Spiritu suo motus ista dixisset: ergo oportet, quod moueretur a spiritu Dei, vt verbum suum esset certum, sed spiritus Dei vocatur Spiritus sanctus Psalm. 50. Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Ergo intelligitur de Spiritu sancto.

Tertio

Tertio patet, quia Dauid inducitur locutus non a seipso, sed Deo mouente, vt verbum suum habeatur in auctoritate, & tamen omnia talia dicuntur dicta per Spiritum sanctum 2. Pe. 1. f. non enim voluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines: ergo Dauid Spiritu sancto spiratus locutus est hoc.

Quare Matthæus dixit, quod locutus est Dauid in spiritu, non addens in Spiritu sancto. Quest. CCCXXXIX.

Sed dicitur quare Matthæus dixit, quod locutus est Dauid in spiritu, non addens, quod loqueretur in Spiritu sancto.

Dicendum, quod spiritus, quandoque accipitur in scriptura sine determinatione, solet autem accipi pro vèro, siue flatu: nam flatum spirationem dicimus, sic accipitur 3. Regum 19. capitu. scilicet, ecce Dominus transit, & spiritus grandis. Et sequitur, & non in spiritu Dominus, id est non in vento grandi transeunte.

Secundo accipitur pro indignatione, vel ira, vt Gen. 6. cap. non permanebit spiritus meus in homine in æternum &c. id est non erit indignatio mea semper contra hominem, & Isa. secundo capit. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius, id est qui habet iram in naribus.

Tertio accipitur pro quadam concitatione animi iuxta illud. Et spum concitatum quis cohibet e poterit?

Quarto modo accipitur spiritus pro substantia spiritali, quæ contra corpus distinguitur, & hoc, siue sit spiritus coniunctus corpori, sicut est spiritus humanus, siue separatus, & immaterialis, sicut Angelicus siue totaliter diuinus, De primo patet Nu. 16. capit. f. Fortissime Deus, spirituum omnis carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desiquet? Et vocatur Deus spiritus carnis, id est potens super spiritus alligatos carni, qui sunt spiritus humani, id est animæ. De secundo patet Psalm. 103. & ad Hebræ. 1. capit. f. Qui facit Angelos suos spiritus. Et sic Angeli vocantur ibi spiritus. De tertio patet Io. 4. c. f. Deus spiritus est.

Quinto accipitur spiritus pro spiritali desiderio, vel conditione agendi. Sic patet ad Rom. 8. cap. Quicumque spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Et ad Gal. 6. Si spiritu viuimus, & spiritu ambulemus, id est spiritaliter. Sic etiam Christus loquitur Ioan. 4. cap. f. Deus spiritus est, & eos qui eum adorant oportet in spiritu adorare, id est spiritaliter, & ex hoc vocatur lex spiritalis, id est ad modum viuendi spiritalem deducens ad Ro. 7. cap. f. scio enim quod lex spiritalis est, ego autem carnalis.

Sed accipiendo quantum ad modum quartum p substantia spiritali separata, est sciendum, quod aliquando accipitur spiritus absolute in malum, id est p demone, & aliquando pro Deo. De 1. patet 3. Reg. 22. & 1. Paralipom. 18. cap. f. Et egressus spiritus stetit coram Domino, & ait: ego decipiam illu. Et ille est spiritus, qui decepit prophetas Achab. Sed ad Deum, & ad Angelos non pertinet decipere, maxime quia iste spiritus per mendacium decepit eod. cap. f. in quo decipies, & ait spiritus: egredier, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. ad demonem autem pertinet esse mendacem Io. 8. f. diabolus mendax est, & pater eius, id est mendacij, & ideo cum mētitur de proprijs loquitur, & sic accipitur ibi spiritus pro demone. Aliquando spiritus absolute accipitur pro Deo, vt Ioan. 4. capit. Deus spiritus est, & ita nunc accipitur spiritus pro Deo, qui est Spiritus sanctus, & nõ oportuit aliud addi, quia satis intelligebatur cum dicitur, quod locutus est in spiritu, locutum esse per Deum. Sic etiam accipitur in nouo testamento fre-

quenter, vt Luc. 2. de Simeone, qui venit in spiritu in templum, id est per Spiritum sanctum, qui mouerat cor eius ad veniendum. Sic etiam supra 4. cap. dicitur. Ductus est Iesus a spiritu in desertum, id est spiritus soler a Spiritu sancto, qui eum illuc impulit, vt ibi a demone tentaretur.

Sed adhuc considerandum, quod spiritus iste, in quo loquebatur Dauid erat spiritus propheticus. nõ spiritus, qui prophetas facit esse, spiritus propheticus appellatur, & tamen Dauid dixerat ista, vt propheta, ideo cũ diceret per spiritum, oportebat, quod per spiritum propheticum diceret, & iste spiritus solet vocari interdum spiritus absolute, vt patet 4. Reg. 2. cap. f. requieuit spiritus Eliæ super Elisæum & 4. Re. 2. cap. petiuit Elisæus ab Elia, dicens. Obsecro, vt fiat spiritus tuus duplex in me, & tamen manifestum est, quod ille erat spiritus propheticus, quia non habebat alium spiritum Eliæ, nisi propheticum, neque transfusus est alius in Elisæum. Sic etiam Deus loquitur Nume. 11. cap. ad Moysen, s. auferam de spiritu tuo, & tradam eis, id est de spiritu propheticò Moysi dandum erat aliquid septuaginta senioribus. Et patet, quia eodem cap. sequitur. descendit dominus per nubem, & locutus est ad Moysen auferens de spiritu, qui erat in Moysen, & dans septuaginta viris: cumque requieuisset in eis spiritus prophetauerunt, neque ulterius cessauerunt. Et ita spiritus ille propheticus erat, quia mox, vt insilij in eos, prophetauerunt.

Sciendum autem, quod iste spiritus propheticus, quem Marcus Spiritum sanctum vocauit, potest dupliciter vocari Spiritus sanctus. Vno modo, quod sit iste Spiritus sanctus, qui est persona trinitatis. Alio modo, quod sit donum aliquod Spiritus sancti: nam verque modus conuenit. De primo patet, quia licet omnia bona nostra sint simul a tota trinitate, vt ab vno benedicto, & vnico rerum omnium principio, tamen per attributionem omnia dona attribuuntur Spiritui sancto, ita vt ipse dicat efficere in nobis omnes gratias. Et hoc modo quia propheta per donum, quoddam Dei inspirati prophetant, dicuntur a Spiritu sancto inspirati, & ipse Spiritus sanctus dicitur spiritus propheticus, quia animos eorum implet. sic accipitur 2. Pe. 1. f. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, id est prophete. Et necesse est, vt propheticus spiritus dicatur ille, qui prophetas constituit. Sic enim dicitur Sapient. 7. ca. quod transferens se per animas sanctas amicos Dei, & prophetas constituit: ergo spiritus sanctus est spiritus propheticus. Et sic etiam potest accipi Actu 2. capit. f. repleti sunt omnes Spiritu sancto. nam Spiritus sanctus super eos descendit, & ille est, qui eos repleuit.

De secundo, s. quod sit donum Spiritus sancti, patet Ioan. 20. c. f. insufflauit in eos, dicens. Accipite Spiritum sanctum. Et tamen oportet ibi accipi pro dono, s. pro potestate soluendi, & ligandi, quæ non est ipse Spiritus sanctus, sed quoddam donum, cum statim dicitur. Et quorum remisistis peccata remissa erunt &c. sic etiam accipitur Actu 8. ca. f. orauerunt p eis, vt acciperent Spiritum sanctum, id est dona Spiritus sancti, vel gratiam. Et ex hoc etiam omnia dona Spiritus sancti vocantur spiritus. Sic patet Isaiæ vndecimo capite. vbi ponuntur septem spiritus sapientie, consilij, timoris, pietatis, &c. qui sunt spiritus, id est septem dona Spiritus sancti. Et recte hoc fit, quia ipse Spiritus sanctus omnia hæc dat, & licet ista multa sint, ipse vnus est 1. Corinth. 12. c. f. diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Vnde postquam ibi posuit multa dona subdidit. Hæc omnia operatur vnus, & idem spiritus diuidens vnique prout vult. Et sic in presenti potest accipi spiritus, in quo loquebatur

Spiritus propheticus pot. dupliciter. Spiritus sanctus vocari.

Omnia dona Spiritus sancti, vel gratiam. Et ex hoc etiam omnia dona Spiritus sancti vocantur spiritus.

batur David pro ipsa persona Spiritus sancti, quæ impellebat eum ad loquendum. Vel pro spiritu, id est do no prophetico, quo illustrabatur interius ad dicendū hæc, & ad eundem sensum redeunt isti modi. Nam propheta nō possunt habere spiritum propheticum, qui est interior inspiratio, & illustratio, nisi Deus inspiret, neque etiam per Deum solum prophetabit ali quis, nisi Deus aliquid dederit i intellectu eius, quod distingatur a Deo. Quod verum est, nisi in visione beata, vbi homo potest prædicere futura non per aliquam inspirationem interiorem, quæ distingatur essentialiter à Deo, sed per ipsam diuinam essentiam, quia illa est ibi, quod videtur, & medium videndi, siue species, & tamen adhuc in tali casu requiritur lumen gloriæ, quod est aliquid habituale, & creatum, sine quo non aptatur, neque proportionatur essentia diuina intellectui nostro, vt sit nobis medium intelligendi.

Quomodo constabat Iudæis, quod illa verba dixerat David, scilicet dixit dominus domino meo. Quæst. CCCXL.

QUÆRITUR quomodo constabat Iudæis, quod illa verba dixerat David, scilicet dixit dominus Domino meo.

Aliqui dicunt, quod planum est, quia ista sunt verba Psalmi, & tamen omnes Psalmi facti sunt à David, cum sic inscribatur titulus eorum.

Multi autem dixerunt omnes Psalmos auctores Heman, Ethan, Idithum, filij Core, Asaph, Moyses, David, & alij, vt patet ex vera inscriptione titulorum Psalmorum. Solent tamen apud pauca aduertentes, & interdum omnes peritos omnes Psalmi ascribi ipsi David, & quia ipse plurimos eorum fecit. Nemo enim de alijs auctoribus Psalmorum tor edidit Psalmos: immo ipse solus edidit plures Psalmos quam omnes alij auctores simul, & ob hoc ipse vocatur propheta absolute, id est per excellentiam, & quia in canendo, & compositione Psalmorum ipse fuit maior omnibus Israelitis. Sic dicitur 2. Reg. 23. c. f. dixit David filius Isai egregius Princeps Israel. Psalmes autem dicitur auctor, vel Psalmorum compositor.

Dicendum, quod falsum est: nam licet apud vulgares inscribatur cuiuslibet Psalmi titulus David non fuerunt omnes editi à David, sed multi fuerunt Psalmorum auctores Heman, Ethan, Idithum, filij Core, Asaph, Moyses, David, & alij, vt patet ex vera inscriptione titulorum Psalmorum. Solent tamen apud pauca aduertentes, & interdum omnes peritos omnes Psalmi ascribi ipsi David, & quia ipse plurimos eorum fecit. Nemo enim de alijs auctoribus Psalmorum tor edidit Psalmos: immo ipse solus edidit plures Psalmos quam omnes alij auctores simul, & ob hoc ipse vocatur propheta absolute, id est per excellentiam, & quia in canendo, & compositione Psalmorum ipse fuit maior omnibus Israelitis. Sic dicitur 2. Reg. 23. c. f. dixit David filius Isai egregius Princeps Israel. Psalmes autem dicitur auctor, vel Psalmorum compositor.

Ad propositum autem dicendum, quod licet non sint omnes Psalmi David, tamen iste Psalmus est ipse David, vt apparet ex eius titulo, & Iudæi, qui tunc erant non dubitabant de hoc, ideo nemo calumniatus est probationem Christi quasi veram, & solidam existentem.

Quomodo sit verum, quod ille Psalmus de Christo intelligatur. Quæst. CCCXLI.

QUÆRITUR cum dicat Iesus, quod David vocat eum, id est Christum dominum suum, in quo innuit, quod ille Psalmus de Christo intelligatur, quomodo sit hoc verum.

Dicendum, quod in veritate Psalmus iste de Christo intelligitur, neque conueniunt ea, quæ scripta sunt ibi alteri, nisi Christo, vt ostendatur statim, & Iudæi illius temporis ita credebant: nam si non haberent isti pro manifesto, quod Psalmus ille intelligeretur de Christo, arguerent Christi probationem: ipsi enim valde cuperent eludere Christi argumentum ad seipso defendendum, quia ipsi dixerant Christum esse filium David, & Iesus ostendebat, quod non. Et sic si inuenirent aliquam occasionem calumniandi contra argumentationem suam niterentur arguere, &

maximè, quia tunc vis probationis stat in hoc; quod iste Psalmus intelligatur de Christo, sed ipsi nihil cōtenderunt super hac probatione, ideo constat, quod ipsi pro certo tenebant hunc Psalmum intelligi de Christo.

Circa quod considerandum, quod cum Iudæi negantes Messiam esse filium Dei, videant ex hoc Psalmi aliquid inferri, si de Christo intelligatur, dixerunt non intelligi de Christo, & ideo dicunt nō solum non intelligi de Christo, sed etiam ista verba nō esse David, vel saltem non esse dicta in persona eius, sed in persona cuiusdam serui Abraham cuius filius vocabatur Damascus Eliezer Gen. 17. & hoc volunt, quia aliqua verba huius Psalmi videntur aliquid conuenire illius opposito, & dicunt intelligi de bello Abraham contra reges quatuor, qui tenebat captiuos quinque reges Gen. 14. c. & dicunt, quod loquitur Eliezer Damascus verba Psalmi illius, scilicet dixit dominus, id est Abraham Domino meo, id est Isaac filio suo, qui erat Dominus Eliezer, sede à dextris meis, id est quiesce: donec ponam inimicos tuos, id est illos quatuor reges, scabellum pedum tuorum, id est subijciam eos tibi. Et hoc, quia Abraham pugnauit contra illos, & conuertit eos in fugam: accepitque de manu eorum omnia spolia quinque Regum, quæ ipsi tulerant iure bellico. Etiam videtur concordare alia particula Psalmi, in quantum dicitur sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: nam in eodem bello fit mentio, quod Melchisedech rex Salem, qui erat sacerdos Dei altissimi protulit panem, & vinum, & benedixit Abraham. Etiam videtur consonare aliud verbum Psalmi, scilicet dominus à dextris tuis confregit in die iræ suæ reges, quod intelligunt de illis quatuor regibus confraetis, & superatis ab Abraham.

Sed dicendum, quod omnia hæc facta sunt, & per extorsionem literæ dicta. Primo quia si de hoc intelligeretur, oporteret, quod ista essent verba Eliezer, & non David, & sic esset Psalmus Eliezer, & non David, & tamen inscribitur Psalmus ipsi David, ideo non intelligitur de facto Abraham.

Secundo, quia hoc modo poneretur à principio Dominus pro Abraham, & tamen non conuenit, quod absolute ponatur dominus pro Abraham: ad Deum enim talis nuncupatio pertinet: poterat enim Eliezer vocare eum Dominum suum, sed non Dominum absolute, quia significatur, quod est dominus omnium.

Tertio quia diceret ibi Abraham filio suo Isaac, qui erat dominus Eliezer: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos &c. & tamen manifestum est, quod non poterat esse istud dictum de Isaac, quia tunc Isaac natus esset multo tempore, ante bellum Abraham cum istis quatuor regibus, vt posset ei loqui Abraham, vel fingi, quod ei loquebatur, & tamen nondum erat natus, sed multo tempore post natus est Isaac, quia istud bellum ponitur Gen. 14. c. & natiuitas Isaac ponitur Gen. 21. c. Ergo non potest sic intelligi.

Sed dicendum, quod ista argumenta procedunt supponendo, quod in expositione Psalmi inducantur Abraham, & Isaac, scilicet, quod dominus sit ibi Abraham.

Alij tamen Iudæi minus calumniose exponunt, & quod intelligatur de Abraham, & tamen non inducunt Isaac, & tunc est sensus, scilicet dixit Dominus, id est Deus domino meo Abraham sede a dextris meis, donec ponam &c. Sed adhuc dicendum, quod ista expositio nō stat: primo quia tunc esset Psalmus iste Eliezer, & non David, quia David non vocaret Abraham dominum suum. Secundo dicitur, quod non stat, quod dicitur sede à dextris meis. Nā Abraham nunquā sedit à dextris Dei necque

quis erat Melchisedech.

vere

vere, neque figurate, quia hoc significat quandam æqualitatem honoris, quæ non conueniebat Abraham, qui seruus erat Dei, & nullo modo equandus ei.

Tertio, quia dicitur, donec ponam inimicos tuos, Nam illi reges quatuor, contra quos pugnauit Abraham non erant inimici Abraham, sed reges Sodomorum, & illum, & alios quatuor reges captiuos ducebant, Abraham autem venit in auxilium regis Sodomorum. Gen. 14. c.

Quarto, quia non conuenit, quod sequitur, scilicet virgā virtutis tuæ emittet dominus ex Sion. Nam hoc non videtur quō intelligatur de Abraham, ad quem non pertinuit Sion, quæ manebat sub potestate Melchisedech regis Salem. i. Ierusalem.

Quinto, quia dicitur: Ex vtero ante Luciferum genui te, in quantum enim dicitur genui te, significatur, quod Deus esset pater Abraham per generationem, sed falsum est, quia licet Deus sit pater omnium nostrum, non tamen per generationem, sed per creationem, ergo de alio intelligitur, qui filius sit.

Sexto, quia dicitur, ante Luciferum. scilicet quia genitus sit ante Luciferum. Nam de Abraham non est verū, quod genitus sit ante Luciferum, quia Lucifer creatus est quarta die seculi: Abraham vero natus est, quasi anno seculi millesimo nōgētesimoquinquagesimo, vt patet ex decursu libri Gene. Et hoc etiam prodest ad confirmationem antecedentis rationis. Nam dicitur aliquis, quod gignere accipitur large pro creare, & ita Deus genuit Abraham. Hoc tamen non stat, quia dicitur genuisse ante Luciferum, & tamen Abraham non fuit genitus ante Luciferum, sed multo tempore post creationem Luciferi.

Sed obiicitur, quod intelligatur de eo, quia licet Abraham secundum existentiam non fuerit, nisi in tempore determinato, tamen in mente Dei erat ab æterno: & ita erat ante Luciferum.

Dicendum, quod et non stat, quia tunc non solū Abraham esset in mente Dei, sed oīa sunt ibi idealiter, & ita et esset ibi Lucifer, & ideo non esset Abraham ante Luciferum. Nam in mente diuina omnia sunt simul, & vnū non præcedit ad aliud duratione.

Septimo, quia dicitur: ex vtero, scilicet genui te ex vtero, id est de substantia mea, vel de eo, quod est in me, siue pars mei, & tamē Abraham non est de substantia Dei, quia nihil est de substantia Dei, nisi Deus: cætera vero sunt de nihilo. Et ista ratio efficacius probat quam ceteræ, nam quantum ad gignere poterat dici, quod accipiebatur large pro creare: quantum vero ad luciferū poterat dici, quod accipiebatur pro generatione, vel esse, quod Abraham habebat in mente diuina. Et cum obiicitur, quod etiam Lucifer habebat ibi esse. Poterat dici, quod accipiebatur esse Luciferi pro esse, quod habet in proprio genere, quod recepit in die quarta, & non pro esse, quod habebat in mente diuina. Et tunc verū est, quod Abraham genitus est ante luciferū, sed hoc vltimum tollit oēs ambiguitates, scilicet quia dicit ex vtero, quod significat consubstantialitatem: nihil autem consubstantiale est Deo, & genitum nisi filius eius, qui etiam Deus est. Et notanter dicit ex vtero, & non ex corde, vel intellectu, quia omnia sunt in Deo per modum intellectus, & ideo si de corde, vel intellectu diceretur genuisse, posset intelligi, licet large pro modo, quo nos sumus in Deo, & procedimus ab ipso velut ab artifice, & conditore per voluntatem, & intellectum. Dixit tñ ex vtero. Est autem vterus locus naturalis generationis, & formationis fetus, ideo cum dixit, ex vtero genui te, non potest intelligi nisi de filio, qui consubstantialis est patri, & per modum naturæ ab eo genitus, & non, vt ab artifice factus, vel creatus.

Octauo patet, quia dicitur: Tu es sacerdos in æternum. Alph. Post. in Matth. Pars VI.

num, & tamen Abraham non fuit sacerdos, Christus autem fuit sacerdos, immo ista causa innuitur Gene. 14. Quare Melchisedech benedixit Abraham, scilicet, quia erat sacerdos Dei altissimi, & tamen si Abraham esset sacerdos non benediceretur a Melchisedech, cum benedicatur minor a maiori ad Hebræ. 7. Et agitur ibi de benedictione Abraham facta a Melchisedech, & tamen si esset Abraham sacerdos, non poneretur ibi pro causa, quia Melchisedech benedixit Abraham, quia erat sacerdos Dei.

Nono patet, quia Iudæi applicant istam particulā, in quantum Gen. 14. vbi ponitur istud bellum, dicitur de Melchisedech, quod erat sacerdos, & tamen in litera Psalmi innuitur, quod iste, de quo agitur sit sacerdos, & non Melchisedech, sed sequitur ordinem Melchisedech, & ideo non est ad propositum.

Decimo, quia dicitur sacerdos in æternum, & hoc excludit omnem calumniam. Nam etiam si fingat, quod Abraham fuerit sacerdos sequens ordinem Melchisedech, tamen non fuit sacerdos in æternum, quia mortuus est, & ideo oportet intelligi de alio, qui viuat in æternum, ipse est filius Dei Christus, & ita exponit Apostolus istum passum ad Hebr. 7. de Christo, quod sit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Alia rationes poterant accipi ex litera Psalmi ad ostendendum, quod non possit intelligi de Abraham, & tñ quantum ad eas superfedetur. De his dixit Hierony. super Matthæum, interrogatio hæc proficit nobis vlt; hodie contra Iudæos. Hi enim qui consistuntur Christi venturum hominem simplicem, & sanctam virum, asserunt de genere David. Interrogemus ergo omnes docti a Domino, si simplex homo est, & tantum filius David, quomodo David vocet eum dominum suum? Iudæi autem ad deludendam interrogationis veritatem friuola multa confingunt, Vernaculum Abraham asserentes cuius filius fuerit Damascus Eliezer, & ex ipsius persona scriptum esse Psalmū, quod post eadem quinque regum dominus Deus Domino suo Abraham dixerit, sede a dextris meis, &c. quos interrogemus, quomodo dixerit Abraham ea, quæ sequuntur, & respondere cogamus, quomodo Abraham ante Luciferū genitus sit, & quomodo sacerdos fuerit, secundum ordinem Melchisedech, pro quo Melchisedech accepit panem, & vinum, & a quo decimas præde accepit. Omnia tamē, quæ in hoc Psalmi dicuntur, conueniunt Christo, quō aut singula applicentur, dicitur in expositione ipsius Psalmi.

Quomodo Psalmi auctoritas applicetur ad propositum, & quomodo est verum, quod dixit Dominus, Domino meo, &c. Quæst. CCCXLII.

QUÆRITUR cum Iesus alleget auctoritatem Psalmi, quomodo applicetur, & quomodo sit verum, quod dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.

Dicendum, quod ista sunt verba David loquentis de Christo ad ostendendum eius honorem, & dignitatē in hoc, quod filius Dei est, & equalis per omnia Deo patri, & ideo ait: Dixit dominus. i. Deus pater: Domino meo. i. Messia, siue Christo. Sede a dextris meis. Vobis ostensio auctoritatis Psalmi, catur autem pater Dominus non quidem Dominus filii, sed Dominus omnium, quia Dominus ad seruū dicit, & ideo pater non est Dominus ad Christum, nisi Christus seruus sit, sed non est seruus, cum sit Dñs, & hæres vniuersorum, per quem fecit & secula. Ad Hebræ. 1. c. & ipse est iudex viuorum, & mortuorum Act. 10. c. licet secundum carnem erat quidem parū distans a seruo, cum sit ipse Dñs omnium ad Gal. 4. c. creature autem factæ sunt a Deo per filium, ideo illæ dicun-

Expositio auctoritatis Psalmi.

X

dicuntur subditæ, & ad illas dicitur Dñs Deus, & maxime, quia vocatur dñs absolute, quod ad Dei solus honorem pertinet, nam homines licet sint natura ferri, possunt dici Dñi ad hanc, vel ad illam rem specialiter consideratam, & tñ dñs nemo absolute dñ. Nam q dñs est absolute est dñs oñum, sed nemo est dñs omnium, sed solus Deus. Cum autē dixit Domino meo, i. Christo, vel Messie, non ostendit esse alium Dñm. Nam licet pater sit alius a filio non est alius Dñs, neq; alius Deus, sed vnus Dñs, & vnus Deus, quia quilibet persona diuina, quia in seipsa rationem, & perfectionem hēt nullo indigens recipit per se prædicationē oñum attributorum, vt dñ, q qualibet earū est Deus, & qualibet oīprens, & bonus, & ceteræ prædicationes, non tñ plures dñi, sed vnus est dñs qui est pater, filius, & spiritus, trinitas solus Deus.

Quare Dauid patrem vocauit Dominum absolute, filium autem vocauit Dominum suum. Quæst. CCCXLIII.

QUÆRITUR cum Dauid de patre, & filio locutus fuerit, quare patrem vocauit Dñm absolute, filium autē vocauit dñm suum cū ista determinatione. Nam ista determinatio vī multum diminuens de extensione domini. Aliqui dicunt, quod hoc fuit, quia pater est Deus, & non homo, ideo est dominus absolute, filius autem est Deus, & est homo, ideo est dominus specialiter, quasi sit minor in dominio.

Dicendum, quod verum est, quod Christus in quantum est homo minor est patre suo. Sic enim ipse dicit Ioan. 14. vado ad patrem, & pater maior me est, & tamen non est ob hoc intelligendum, quod simpliciter filius sit minor patre, vel Christus sit minor Deo, quia Christus est Deus filius Dei, & in hoc est ei equalis, sed per hoc, quod homo factus est, nihil perdidit de sua naturali excellentia, quia sic nunquā factus fuisset homo, ergo Christus homo existens est æqualis Deo patri, & omnipotens, sed in hoc differt, quod licet Christus homo, vel homo existens sit equalis patri, tamen secundum, quod homo non est equalis patri, vtroque tamen modo est Dominus omnium, sed secundum, quod Christus est filius Dei est naturaliter Dominus omnium, in quantum vero est homo non est naturaliter Dominus omnium, sed est ibi collatum a tota trinitate, sic ipse dixit infra. 28. c. data est mihi potestas in celo, & in terra. Et hanc ipse potestatem meruit per passionem suam. Sic dicitur Actu. 20. ca. quod Christus acquisiuit sibi ecclesiam sanguine suo, id est vt esset Dominus eius in quantum homo est, nam in quantum Deus, erat Dominus illius etiam sine effusione sanguinis.

Nunc ergo ad propositum dicendum, quomodo sit illa responsio. I. q. Christum vocauerit Dauid Dominum suum, quali aliquo minoritatis in domino importetur, cum Christus sit equalis patri, & etiam Dauid inducat eum, vt æqualem patri in quantum dicat, sedea dextris meis. Est ergo dicendum, q. iste psalmus intelligitur de Christo. Sic dixit Iesus. Et q. Christus est Deus, & homo, ideo Dauid inducit hic Christum quantum ad aliqua, quæ competunt, & secundum vtinque substantiam. Nam cōpetit Christo in quantum est Deus, q. sedeat a dextris. i. sit equalis patri, etiam competit ei, q. sit natus ex vtero ante luciferum. i. consubstantialis patri, competit autem in quantum homo, q. habeat inimicos, qui sub pedibus eius ponuntur, etiam, q. sit sacerdos secundum ordinē Melchisedech. Nam sic scriptum, vt sacerdos patri obulit, & sacrificium panis, & vini instituit.

His suppositis dicendum, q. sicut pater vocatur Dominus absolute, ita filius, i. Christus poterat vocari

F Dominus absolute, & tamen non debuit vocari. Et ratio est, quia in diuinis est distinctio inter personas, quia pater non est ipse, qui filius est, & filius non est ipse, q. pater est, & ita Dauid voluit eos, vt duos ostēdere, & per nomina designare, sed si diceret: Dixit Dominus domino nihil addendo putaretur ad seipsum locutus, ideo debuit addi aliqua limitatio, per quam inoueretur, q. non erat idem, qui loquebatur, & ad quem fiebat sermo.

Quare potius circa filium ponitur limitatio, quam circa patrem. Quæst. CCCXLIII.

SEPTIC quæretur dato, q. aliqua limitatio ponenda deberet circa aliquam istarum partium, quare potius circa filium, quam circa patrem, posset enim dici dixit Dominus meus, i. pater. Domino, i. filio, vel Christo.

Dicendum, q. fuit primo ad significandum inequalitatem ex aliqua parte, nam licet filius sit simpliciter æqualis patri, tamen quantum ad naturam humanam assumptam non est ei æqualis, & ideo in quantum talis, i. in quantum homo non est Christus equalis patri in Domino, neque sibi met est filius Dei, & ideo melius dicitur filius, qui homo est Dominus cū determinatione diminuentē, vt ex hoc importetur conditio humanitas, quam pater, qui nihil assumpsit quantum ad quod sit minor seipso, & hoc competit modo loquendi Psalms in quantum dicitur: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, cum ergo pater ponat inimicos filij sub pedibus Christi, importatur pater, vt potentior, ergo ipse Christus debet vocari dominus cum limitatione, & non pater.

Secundo, quia meus significat proprietatem quādam, & specialitatem, & hoc conuenit potius filio, quam patri, est enim pater Deus, & nihil extraneum assumpsit, per quod limitetur, sed in quantum Deus communis est omnibus gentibus, ad Ro. 3. Deus nō solum est Deus Iudæorum, sed, & gentium, ideo non debuit patrem vocare Dauid Dominum suum, filius autem specialiter pertinebat ad Dauid pp multa, vt statim dicitur, ergo de illo conuenienter dicere debuit, q. est Deus meus.

Secundo dicitur, q. etiam pater potest dici Deus meus, quia Deus erat specialiter Iudæoū, & ita ipsi vocant eum sepe Deum suum, Deuter. 32. non est Deus noster, vt dij ipsorum. Item, quia Deum patre specialiter vocant Iudæi Deum suum. Io. 8. c. f. Est pater meus, quia glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognoscitis eum.

Dicendum, q. Deus potest accipi tripliciter, aliquando non distinguendo personas, & tunc post comparari Deus verus ad eos, qui non sunt dij, sed vocantur sic. Vel comparabitur ad ipsos, qui eum colunt, & vtroque modo eum poterant vocare Iudæi Deum suum specialiter.

De primo patet, quia soli Iudæi colebant Deum verum, inter quos solum erat notus Psalms 75. f. Notus in Iudæa Deus in Israel magnam nomē eius. Et ideo ipsi eum Deum suum vocare poterant, quia soli eum, vt Deum tenebant, ceteræ autem gentes, vt communiter idola colebant.

De secundo patet, quia specialiter erat Deus verus Dominus Hebræorum, quia licet alia gentes eum, vt Deum agnoscerent, nulla eum talibus ceremonijs colebat, vt dicitur Deu. 4. c. f. Quæ est n. gens sic incluta, quæ habeat ceremonias, iustaq; iudicia, & cunctam legem, q. ego proponam hodie ante oculos vestros. Et ideo Deum suum vocarent. Alio modo accipitur

Deus

Deus sub distinctione personarum, & tunc Deus pater, & Spiritus Sanctus non dicuntur Deus Hebræorum specialiter, vel dominus eorum, filius autem dicitur conuenienter dominus eorum, & in hoc, quia in multis pertinet ad eos, in quibus non pertineret pater, & Spiritus Sanctus.

Ad secundum dicendum, quod pater non est specialiter Deus Hebræorum, & cum Christus dixit, q. Hebræi dicebant hoc, debet intelligi, quod ille, qui est pater erat Deus Hebræorum, tamen Iudæi non sciebant, quod pater erat, quia ipsi ignorant distinctionē esse personarum diuinarum, sed putant esse vnicum suppositum diuinum, sicut est vnus Deus, & ideo nō vocant patrem specialiter Deum suum, quasi distinguant illum a filio, & Spiritu Sancto, sed quia ille, quē ipsi vocant Deum suum est pater, & filius, & Spūs Sāctus vnus Deus. Et hoc patet ex verbis Christi allegatis, scilicet quem vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Non cognoscere autem erat, quod personarum distinctionem nesciebant, & sic manet, quia eum dominum suum vocabant in quantum non distinguabant personas, sed distinguendo personas, & comparando inter se, vel nullam earum vocarent dominum suum, vel vocarent filium suum, vel vocarent solum filium.

Causa autem prima, quare Christum vocat Dauid dominum suum est, quia ille pertinebat ad ipsum secundum carnem. Descendebat enim de progenie Dauid, propter quod specialiter ad eum pertinebat.

Secunda causa est, quia Christus in carne assumpta specialiter operatus est salutem, nam licet totum bonum nostrū sit à beata Trinitate, quæ est vnus Deus, tamen fuit per mortem Christi. Et quia solus filius assumpsit carnem, solus filius passus est, & ideo salus nostra specialiter pertinet ad filium, & sic possumus specialiter Christum vocare dominum nostrum, & conuenienter Dauid illum dominum suum vocauit.

Tertia causa est, quia cum Christus natus sit de stirpe Iudæorum specialiter fecit ad gloriam, & exaltationem ipsorum Luc. 2. lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuę Israel, ideo quantum ad hoc magis pertinebat filius ad Dauid, & ad omnes Iudæos, quam pater, & Spiritus Sanctus, & ideo eum specialiter dominum suum vocauit.

An Dauid vocauerit Christum dominum quantum ad deitatem, vel secundum carnem. Quæst. CCCXLV.

QUÆRITUR cum Dauid vocauerit Christum dominum suum, an vocauerit eum dominum quantum ad deitatem, vel secundum carnem.

Dicendum, quod vtroque modo Christus erat dominus Dauid, & omnium hominum, nam in quantum Deus est naturaliter dominus hominū, & omnium rerum, quia ipse fecit omnia. In quantum autem homo etiam erat dominus Dauid, quia constitutus est à Deo rex, & iudex viuorum, & mortuorum Actu. decimo capitulo. Etiam a tota Trinitate data est ei potestas super omnia infra decimo octauo capitulo scilicet. Data est mihi potestas in celo, & in terra. Et ideo secundum vtinque poterat eum vocare Dauid dominum, nam licet secundum carnem descenderent de Dauid, maior tamen erat, quam Dauid, & ideo omnes patres sancti alpiciebant eum, vt maiorem etiam secundum carnem, & dederant tempus aduentus eius, & eum videre supra decimo tertio capitulo, scilicet. Multi prophete, & iusti Alph. Toit. in Matth. Pars VI.

Acupierunt videre, quæ vos videris, & non viderunt. Etiam Ioan. 8. dixit Christus Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum vidit, & gaudis est. Ita ergo Dauid secundum carnem eum poterat vocare dominum, potissime cum eum vocet dominum suum specialiter, quod magis ad carnem pertinet, vt dictum est præced. q. Et tamen Hiero. super Mat. dicit, q. vocauit eum dominum in quantum est Deus. f. testimonium hoc de Psal. centesimo nono sumptū est dominus ergo Dauid vocatur Christus non secundum id quod de eo natus est. i. de Dauid, sed iuxta id, quod natus ex patre semper fuit præueniens ipsum carnem suam patrem.

Quomodo stat, quod Deus pater dixerit Christo sede a dextris meis. Quæst. CCCXLVI.

QUÆRITUR quomodo stat, q. Deus pater dixerit Christo sede a dextris meis.

Dicendum, quod istud dicere non fuit aliquid loqui, tum quia pater non loquitur, nam ipse nō assumpsit naturam humanam, in qua competat ei loqui, sicut filius assumpsit, tum quia nulla locutus realis potest esse pater ad filium, cum non sit pater extra filium, sicut homo extra hominem, sed pater est in filio, & filius in patre. Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est, & tamen ad loquendum oportebat, q. esset pater extra filium, sicut homo extra hominem, nunc vero idem est intellectus patris, & filij, & eadem sapientia, ideo non loquitur pater filio, neque filius patri.

Sed dicendum, q. ista ponuntur ad ostendendum veritatem rerum, cum enim ita sit, q. sedeat filius a dextris patris, vt dicitur sequenti quæst. dicitur, q. pater dixit filio, sede a dextris meis, sic etiam multa alia in scriptura dicitur Deus dixisse cum nihil dixerit, licet non superuacue ponantur. Sic in operibus creationis dicitur, dixit Deus fiat lux, & facta est lux, & ita de alijs Gene. 1. c. & tamen certum est, q. nihil istorum dixit exprimens verbo vocali, tamen dicitur, q. dixit, vt videatur, q. eo volente facta sint omnia, & nō fuerit alius rerum conditor. Etiam ponitur ad ostendendum facilitatem diuine operationis, quæ prouenit ex omnipotentia eius, in quantum nullis preparatorijs eguit, sed dixit, & facta sunt. f. dixit fiat lux, & facta est lux, id est nihil aliud intercidit morę, neque difficultatis. Ita nunc, vt ostendatur concordia patris, & filij dicitur, q. dixit dominus sede a dextris meis, vt non intelligatur, q. filius sedet a dextris Dei, quasi ipse nolente, vel renitente, & hanc concordiam, & amorem Deus nobis expressit in voce super Christi baptisimū. supra 3. & Luc. 3. c. scilicet hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et iterum in transfiguratione coram tribus discipulis supra decimo septimo c.

Dicendum, quod ista ponuntur ad ostendendum veritatem rerum, cum enim ita sit, q. sedeat filius a dextris patris, vt dicitur sequenti quæst. dicitur, q. pater dixit filio, sede a dextris meis, sic etiam multa alia in scriptura dicitur Deus dixisse cum nihil dixerit, licet non superuacue ponantur. Sic in operibus creationis dicitur, dixit Deus fiat lux, & facta est lux, & ita de alijs Gene. 1. c. & tamen certum est, q. nihil istorum dixit exprimens verbo vocali, tamen dicitur, q. dixit, vt videatur, q. eo volente facta sint omnia, & nō fuerit alius rerum conditor. Etiam ponitur ad ostendendum facilitatem diuine operationis, quæ prouenit ex omnipotentia eius, in quantum nullis preparatorijs eguit, sed dixit, & facta sunt. f. dixit fiat lux, & facta est lux, id est nihil aliud intercidit morę, neque difficultatis. Ita nunc, vt ostendatur concordia patris, & filij dicitur, q. dixit dominus sede a dextris meis, vt non intelligatur, q. filius sedet a dextris Dei, quasi ipse nolente, vel renitente, & hanc concordiam, & amorem Deus nobis expressit in voce super Christi baptisimū. supra 3. & Luc. 3. c. scilicet hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et iterum in transfiguratione coram tribus discipulis supra decimo septimo c.

Quomodo est verum, quod filius sedeat a dextris patris. Quæst. CCCXLVII.

QUÆRITUR quomodo est verum, q. filius sedeat a dextris patris.

Dicendum, q. non debet sic accipi, vt voces significant, quia hoc falsum est. Primo, quia in Deo nō est dextra, neque sinistra, quia ista competunt enti corporeo animato: Deus autē incorporeus est, id nemo potest ad dextrā, aut sinistram illius sedere, cū ipse dextram non hēat. Secundo, quia si Deus pater dextrā, & sinistram haberet non sederet filius ad dextrā, sed potius ad sinistram, vel sederet ex opposito, aut secundum aliam habitudinem, nam cum duo sedent, ille, qui minus honorabilis est, sedet ad sinistram,

X 2 & con.

& consequenter qui honoratior est sedet ad dextram...

Et iste modus loquendi valde frequentatus est in...

Qui sint isti inimici Christi, quos ponet scabellum.

Quæretur cum dicatur donec ponam inimicos tuos...

Dicendum tamè, quod large dicitur Deus habere inimicos...

De primo patet, quia scriptura sæpe vocat aliquos inimicos Dei...

mentiti sunt ei, & isti vocantur inimici Dei, non quod...

De Christo autè cum Deus sit eadem ratione dicendum est...

De Christo autè cum Deus sit eadem ratione dicendum est...

Quæretur quando sit ista subiectio inimicorum futura, vel facta sit.

De secundo patet, quia omnes, qui in Christum credunt sunt magnæ dignitatis...

quia sic dicitur ad Hebræos, secundo capitulo. Voluit autem fratribus per omnia assimilari.

Quomodo inimici Christi ponitur scabellum pedum eius, & an positi fuerint.

Quæretur quomodo inimici Christi ponitur scabellum pedum eius, & an iam positi fuerint.

De Christo autem dicendum, quod inimici eius ponuntur, ut scabellum pedum eius, quando perfecte subiiciuntur ei.

An spectatur ista subiectio inimicorum futura, vel facta sit.

Quæretur quando sit ista subiectio inimicorum, vel an spectatur futura, aut an facta sit.

Aliqui enim erant inimici Christi, qui nitentur eum superare viribus argumentationum, sicut Pharisæi, qui tentabant eum arguentes contra eum, & istos ipse subiiciebat pedibus suis.

cas in sabbatho, & dixerunt, quod in Beelzebub demonia eiiceret, supra duodecimo cap. Nam in utroque confudit arguentes, & iste erat conueniens modus subiiciendi scilicet ut eo modo subiiceret, quo illi pugnant.

Aliquando inimici eius moliebantur fraudes contra eum volentes eum capere in sermone, & hos ipse subiiciebat sibi, quando eorum fraudes dissoluebat, ut nihil prodesse.

Alii erant inimici Christi, qui eum corporaliter persecuti sunt mortem eius procurantes, & quia isti opere inimicabantur, Christus subiicit eos sibi realiter, sed dupliciter.

Quæretur quando sit ista subiectio inimicorum futura, vel facta sit.

Alii fuerunt inimici Christi, qui postea nomen eius, & cultum persecuti sunt. Hos vero pro magna parte Christus sibi subiiciebat conuertendo ad se, ut Deum colerent, alios vero temporaliter perdebat, sicut Iulianum Apostatam, quem miraculose Christus occidi fecit, ut refert historia tripartita, & alios multos terrores Christianorum Deus miraculose occidebat, ut in sanctorum gestis vulgatum est.

Ad est inimici duo requirunt.

In q. 348.

Quinqueplures inimici Christi.

idola delerent, & subiugaretur omnis potestas Christi iugo, & impleteretur quod scriptum est vltus sum in eos. Quid est vltus sum in eos? vindicaui me de ipsis inimicis meis. Quomodo vindicaui? occidendo errorem, suscitando fidem. Adhuc tamen inimici Christi manent semper aliqui, qui nomen eius oderunt, & in quantum possunt persequuntur, quos ipse sapientissima dispensatione tolerat. Vt aut eos sibi conuertendo subiiciat, aut per eos bonos exerceat, ipsos vero tandem perdat non solum æternaliter, sed etiam corporaliter, & temporaliter. Et de his semper erunt aliqui vsque ad finem mundi. Et ideo quotidie inimicos suos sub pedibus suis Christus ponit, & vsque ad consummationem sæculi ponere non desinet.

Alij autem sunt inimici Christi, quia sunt inimici amicorum Christi, i. cultorum eius, & hos quoque Christus in finem subiicit, vel ad fidem conuertendo & sic cessant esse inimici, vel eos perdendo. Vulgatum enim est quomodo Christus a suis cultoribus inuocatus fuit eorum inimicos in bello, & sine bello miraculo se perdidit, sicut saepe in veteri testamento legitur. Vnde & Moyses dixit Iudæis fugientibus a facie Aegyptiorum, & timentibus, dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Exod. 14. c. Hi autem inimici semper erunt, quousque omnes conuertantur ad Christum, & fiat vnum ouile & vnus pastor. Io. 10. c. subiectio tamen inimicorum Christi licet quotidie fiat nunquam erit consummata vsque ad finem sæculi: ibi enim omnia pedibus eius erunt subiecta, quia omnes impij in inferno detruſi erunt, boni vero manebunt cum eo. Et expresse ponit consummationem subiectionis inimicorum Christi ibi apostolus. 1. Cor. 15. c. f. deinde finis, cum tradiderit regnum Deo patri & euacuauerit omne principatum, & potestatem, & virtutem, oportet illum autem regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius, nouissime autem inimica destrueretur mors. Et sic vsque ad finem sæculi non sunt subiecti Christo inimici eius. Cui enim cessauerit esse mors in rebus, erunt subiecti omnes inimici eius. Nam vt ipse mortem inimicam passus est, quia mortuus est semel: ideo illam sibi subiiciet, sed non erit subiecta quousque eam penitus tollat, scilicet cum nihil fuerit, quod mori posset, & ideo recte dixit apostolus, quod nouissima omnium inimica destrueretur mors.

Quare dicitur: donec ponam inimicos tuos. Et quomodo stat hoc. Quæst. CCCLI.

QVARE ET VR quare dicitur: donec ponam inimicos tuos, & quomodo stat hoc. Dicendum, quod ex modo loquendi innuitur per hoc, quod Christus sederet a dextris patris, quousque subiiceret inimicos suos, & cum subiecti essent, desineret sedere ad dexteram eius.

Et tamen dicendum, quod non potest sic intelligi, quia Christus non solum sederet a dextris Dei, quoad inimici eius non sunt ei subiecti: sed etiam postquam fuerint subiecti, & semper. Nam cum semel sederet ad dextram, nunquam desinet sedere, quia non erit per quod impediatur sedere.

Et patet primo, quia licet ex intentione communiter loquentium hoc significet sermo iste: tamen de rigore sermonis non tollit, quin postea sedeat: ideo licet sedeat post subiectionem inimicorum non, est propositio falsa.

Secundo quia plenum est, quod semper sedet: nam Christus sederet a dextris Dei in æternum, ergo non solum sedet vsquequo subiiciantur ei inimici sui. Et patet, quia sedere ad dexteram patris est manere ad æquali-

teratem honoris, & dignitatis paternæ, vt dicit Rengius, & tamen filius, quoadiu est filius, est æqualis patri, cum sit consubstantialis: sed filius est in æternum, ergo in æternum sedet a dextris Dei.

Tertio patet, quia ad Heb. c. introduxit Apostolus patrem loquentem ad filium. s. thronus tuus Deus in sæculum sæculi. in æternum, ergo in æternum sedet, & consequenter in æternum sedet ad dextram patris.

Quarto patet, quia licet sic soleamus nos accipere tales propositiones, tamen in sacra scriptura non est semper sic, sed sunt multa exempla contraria, sicut Gen. 8. de cornu emisso de arca. s. Qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec sicarentur aquæ. Et tamen manifestum est, quod desiccatis aquis non redijt cornus ad arcam, quia non erat aliquod, ad quod rediret. Sic etiam dicitur. sup. 1. c. quod Ioseph accipit Mariam coniugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Et tamen manifestum est, quod sicut ante natum Christum non cognouit eam, ita nec vnquam postea eam cognouit. Sic etiam dicitur Psal. 111. Non commouebitur, donec despiciat inimicos suos. Et dicitur de iusto viro, & tamen certum est, quod vir iustus etiam postquam despexerit inimicos, id est superauerit, non commouebitur. Sic ergo Christus postquam subiiceret inimicos sibi, non deberet cessare ad dexteram Dei.

Sed dicendum, quod scriptura non sine causa vititur tali modo loquendi. Facit enim hoc ad tollendum dubium. Quædam enim sunt de quibus est dubium, an fiant, an non fiant vsq; ad determinatum tempus, & post illud non est dubium, & ideo ponit scriptura donec ad illud tempus. Sic patet in prima istarum auctoritatum, scilicet de cornu misso de arca. Nam de illo dubitabatur rationabiliter, an rediret ad arcam aneq; sicarentur aquæ, eo quod non inueniret bonam mansionem in terra, post desiccationem autem nulla causa dubitandi erat de eo, quia manifestum est, quod non rediret ad arcam, cum inueniret in terra meliorem mansionem & copiam delectabilioris cibi. eam uero, ideo dixit scriptura, quod non reuertebatur cornus, donec desiccarentur aquæ, quod tantum est, ac si diceret, nunquam reuersus est, & tamen dixit, donec, vt distingueret tempus, in quo potest esse dubium ab eo, in quo nullum erat.

Sic etiam cum dicitur, quod Ioseph non cognoscebat Mariam, donec peperit est sensus, quod nunquam cognouit, & tamen ponitur tempus, in quo poterat esse dubium: scemina enim secundum cursum naturæ non concipiunt, neq; pariunt nisi a uiris fuerint cognita, & ideo cum de Maria legatur, quod Christum peperit, quilibet crederet, quod a Ioseph viro suo fuerat cognita, vel ab illo ad hoc, quod Christum conciperet & pareret. Et ideo ad tollendum istum errorem, qui erat verisimilis dixit Euangelista, quod non cognouit eam, donec peperit. post natiuitatem Christi non erat aliqua causa suspicandi, de Maria, quod aliquis eam cognosceret, quia postea nunquam concepit neque peperit, ideo cum non esset aliqua causa verisimilis dubitandi non curauit Euangelista auferre illud dubium, ita vt diceret Ioseph nunquam cognouit Mariam, sed dixit, quod non cognoscebat eam donec peperit filium.

Sed tunc dicitur, quare dixit, donec peperit, quia sufficiebat dici donec conceperit. Nam ad concipiendum exigitur, quod scemina cognoscatur a viro non autem ad pariendum.

Dicendum, quod potest vno modo dici, quod quilibet istorum sufficiebat. s. donec concepit, vel peperit: ideo dixit Euangelista, quod voluit.

Secundo potest dici, quod dixit hoc, quia conceptus non est ita manifestus: partus vero manifestus est, & ideo

ideo planius fuit dici, donec peperit, quam donec A conceptus.

Tertio & melius dicendum quod dictum est hoc, quia magis pertinet ad propositum: nam partus includit conceptum, & si non cognita est Maria vsque ad partum non fuit cognita vsque ad conceptum, & specialiter, quia partus addit aliquam necessitatem cognitionis ultra conceptum: nam conceptio facit necessitatem cognitionis ad hoc, quod formetur menstruum muliebri, partus vero facit necessitatem ad exitum, potest enim naturaliter fieri conceptio, sine ruptione claustrorum scemina: non potest tamen fieri partus sine violatione claustrum, vna autem de violationibus, & dispositionibus ad exitum fetus de utero est apertio illa, que fit in cognitione virili: ideo etiam cognitio illa facit aliquid ad partum. Et quia Maria mater Christi non solum fuit virgo ad concipiendum, sed etiam ad pariendum. i. virgo ante partum, & in partu, vt Ecclesia tota canit: fuit conueniens dici, quod non cognita est donec peperit.

Cum autem dicitur non commouebitur, donec despiciat inimicos, est dubium de viro iusto, an antequam superet inimicos, dabitur aliqua commotione ab eis, id est molestiam vel iniuriam. Postquam autem superauerit inimicos cum nemo sit, qui ei molestiam faciat, non est dubium, an commoueat: immo non est verisimile, quod commoueat quia non est unde commoueat, vel non appareat: ideo dixit, quod non commouebitur donec despiciat inimicos, ac si dicat nunquam commouebitur.

Cum vero dicitur sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, est sensus, quod sedere ad dexteram patris sit magna quies, si ista non potest perturbari in Christo quando habet inimicos, a fortiori non turbabitur, quando non habuerit inimicos. Et ideo si verum est, quod Christus sedebat ad dextram Dei, quamdiu non sunt inimici eius subiecti illi, sed adhuc eos habet, & non turbant quietem eius, verisimilius est, quod sedebat postquam cessauerit habere inimicos, quod est, quando fuerint inimici subiecti. Et ideo dixit, donec ponam inimicos tuos, id est sede in æternum a dextris Dei.

Item patet hoc ex modo exponendi iuris circa istam dictionem donec. extra de reg. iur. c. Ioseph, & c. quod dicitur, quod ista non signat actum sequi, sed quod res non facta sit.

Quare dicitur donec ponam inimicos tuos, & non dicitur donec tu ponas inimicos tuos. Quæst. CCCLII.

QVARE ET VR quare dicitur donec ponam inimicos tuos, & non dicitur donec tu ponas inimicos tuos, quia Christus potest ponere inimicos suos scabellum pedum suorum, & videtur significari quedam infirmitas, quod pater habeat ponere inimicos filij sub pedibus eius.

Dici potest vno modo, quod verum est, quod filius est omnipotens sicut pater, & ponit inimicos suos sub pedibus suis, & tamen dicitur hoc ad innuendum humanitatem assumptam a filio, in qua est minor pater, & in qua omnia accipit a patre, nam non habet secundum quod homo omnipotentiam, sed infirmitatem naturaliter, & ex diuina concessione accepit potestatem, & ita quia minor est pater, orat patrem, & petit ab eo liberari de inimicis. Sic enim Christus in passione dixit patri, Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti: Et illud: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. infra 27. c. Et ideo sic recte dicitur, quod pater subiicit filium sub pedibus eius.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

lio inimicos sub pedibus, & non quod ipse filius subiicit sibi inimicos sub pedibus.

Secundo potest dici, quod hoc non dicitur ad ostendendum infirmitatem filij, quali non possit filius proprios inimicos sibi subiicere: sed ad ostendendum mutuas actiones. Nam eadem est potestas patris & filij, & ideo quidquid operatur filius, operatur pater, & e contrario. Et sic si pater subiicit filio inimicos sub pedibus, & ipsemet filius sibi ipsi, subiicit inimicos. Vt autem ostendatur ista mutua actio, ponitur interdu id, quod pertinet ad filium facere pater, & quod pertinet ad patrem dicitur facere filius. Sic patet Jo. 8. vbi Christus dicit, quod honorificat patrem, & rursus ipse petit a patre honorificari, & clarificari Jo. 12. Etiam apertius patet, quia sup. 1. c. dicitur filius reuelare patrem hominibus. nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, & tamẽ supra 16. c. dicitur, quod pater reuelat hominibus filium. s. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Illa autem reuelatio erat, quod Iesus erat filius Dei viui, vt patet eo. c. ita ergo hic dicitur pater subiicere filio inimicos sub pedibus, & diceretur filius subiicere patri inimicos sub pedibus. Et sic expresse ponit Apostolus. 1. Cor. 15. c. f. deinde finis cum tradiderit regnum Deo & patri. filius tradiderit regnum patri. Et sequitur, oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius, id est filius regnat nunc & oportet quod regnet donec subiiciat omnes inimicos sub pedibus eius, id est patris, & hoc est, quod dabit tunc regnum Deo patri, & erit finis. ergo mutue accipitur, quod pater subiiciat filio inimicos, & quod filius subiiciat inimicos patri. Sic dicit glossa. Quod autem a patre inimici subiiciuntur, filio: non infirmitatem filij, sed vnitatem naturæ signat, nam, & filius subiicit inimicos patri, quia patrem clarificat super terram.

Tertio sit ad notandum concordiam summam & amorem inter patrem & filium, tantum enim pater diligit filium, quod inimicos eius vult ei subiicere. Sic dicit Theophylactus. Manifestat quod aduersarius patris non est: sed secum concordat cum pater repugnet aduersarijs eius.

Quarto sit hoc ad simul ostendendum deitatem, & humanitatem filij, scilicet ponendo aliqua, quæ pertineant ad humanitatem, & alia, quæ ad deitatem, nam quod ad dexteram Dei sedeat & ante Luciferum genitus sit, ad deitatem pertinet. Quod vero inimicos eius pater subiiciat, significat humanitas, secundum quam minor est pater. Sic dicit Ambrosius super Lucam, scilicet, ergo & Deum Christum, & hominem credamus esse, cui a patre subiiciuntur inimici non per infirmitatem potestatis suæ, sed per vnitatem naturæ, quod in altero alter operatur.

Ad quid Christus expressit hoc, scilicet donec ponam inimicos tuos. Quæst. CCCLIII.

QVARE ET VR ad quid Christus expressit hoc, scilicet donec ponam inimicos tuos. Nam videtur non esse conueniens, quia volebat ostendere Iesus Christum esse filium Dei, & non solum David, & ad illud prodest ista particula, scilicet, dominus dixit domino meo, sedea dextris meis. Nam cum David eum dominum vocet, quomodo erit filius eius? Sed quod dicitur, donec ponam inimicos tuos, non pertinet ad ostensionem deitatis, sed potius pertinet ad ostendendam humanitatem, quam non erat necesse probare, quia Pharisei condebant esse futurum Christum hominem.

X 4 Di

Dicendum q̄ Christus allegauit istam particulam non sine causa. Et primo ex conditione allegationis. nam quādo aliqua scriptura inducitur in probatione rei alicuius, licet vna particula sola faciat ad probationem non inducitur sola, sed totū quod cum ea adiunctum est ad reddendam perfectam sententiam, licet probatio non sumatur interdum ex tota sententia, sed ex aliqua particula eius, & ita hic sufficiebat illud: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Et tamen quia illud, quod sequitur, s. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, est determinatio sessionis ad reddendam sententiam perfectam, addidit illud. Secundō fuit ad inducendum Iudeos interrogantes: nam licet Iesus non diceret nunc se apete esse Christum, tamen per circūloquia illud innuebat, & volebat significare, q̄ malum paterentur, qui resisterent ei, & frustra amarentur, quia dominus subiecerat eos pedibus suis, & sic pēneret eos mali sui, quod contra ipsum agebant. Sic dicit Chry. s. Sede a dextris meis, & non in hoc stat, sed vt timeant, subdit: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum, vt saltem eos inducat ita.

Quare Christus non allegauit alias partes Psalmi. Quæst. CCCLIII.

Q̄ V A E R E T V R quare Christus nō allegauit alias partes Psalmi: nam alia erant, quæ multum ad propositum suum faciebant: intendebat enim ipse ostēdere Christum esse filium Dei, & non solum Dauid, & ad hoc multum conferebat illud, quod postea dicitur. s. Ante luciferum genui te. Et illud: Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Aliqui dicūt, q̄ verum est, q̄ Christus omnes illas partes allegauit. Matthæus vero studens breuitati subtrahit illas, sicut multa alia fecit, & dixit Christus, quæ Euangelistæ tacuerunt. Io. 20. c.

Dicendum, q̄ non stat. Primō, quia si Matthæus solus rem istam scripsisset, posset aliquo modo hoc credi, & tamen tres, i. Matthæus, Marcus, & Lucas illud narrauerunt, & omnes expresserunt eadem verba. s. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et nihil addit vnus neque minuit de eo, quod dixit alius: ideo argumentum est, q̄ nihil plus dixerit Christus, quia aliās contingeret vnū eorum plus, aut minus dicere quam alius expresserit sicut in alijs multis fieri solet. Secundō patet quia Euangelistæ expresserunt hoc ad ostendendum probationem Christi contra Pharisæos: si autem plura addidisset, illa facerēt ad probationem intentionis eius: ideo non tacerent ea Euangelistæ, ne relinquerent probationem suam infirmiore, quam ipse eam fecerit.

Tertiō apparet, & efficacius ex modo arguendi, quia Christus supponit hic auctoritatem scripturæ & ex illa infert: nā dicit, quomodo Dauid vocat eum in spiritu dominum, dicens. Dixit dominus domino meo &c. & cōcludit. Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Ita ergo si Christus induceret alias partes Psalmi ex illis quoque inferret. s. ex illa: Ante luciferū genui te. Et ex illa: Sacerdos in æternum. Et tamen nō infert ex aliqua earum nisi ex hac scilicet, si ergo Dauid eum dominū vocat: ergo non induxit alias partes.

Est ergo dicendum, q̄ Christus non induxit alias partes, sed istas solas, quæ expressę sunt. Et fuit primō, quia ista pars inducta sufficiebat, & ideo licet alię ad hoc facerent, non curauit eas applicare.

Secundō fuit, quia ista faciebat specialius ad propositum: nam licet illa, s. ex vterō ante luciferum genui

te, efficacius & magis sine calūnia probet Christum esse filium Dei: tamen q̄ non sit filius Dauid apertius probat illa. s. dixit dominus domino meo, Pharisæi tamen dixerant, q̄ Christus erat filius Dauid, & Iesus volebat ostendere, q̄ non: ideo ad hoc conuenientior erat ista particula, in qua Dauid eum dominum vocat. Nam illa, s. ante luciferum ostendit, q̄ non sit filius cuius hominis solum. Ista verō, scilicet dixit dominus ostendit specialiter, q̄ non sit filius Dauid: ideo istam applicuit solum.

Tertiō & principalius fuit, quia Iesus volebat confutare Pharisæos coram turbis, & ad hoc oportebat, q̄ assumeret argumenta plana, si enim obscuras, & alii ingenij faceret probationes, non viderent vulgares, quomodo superabat Christus Pharisæos, & ipsi quoque Pharisæi possent asserere se nō esse conuictos, assumpsit ergo planam probationem, qualis est q̄ Dauid vocat Christum dominū, ergo non est filius eius. Si autem argueret de æterna generatione, quæ est ex vterō patris ante luciferum, esset res obscura, quam neq; ipsi Pharisæi intelligerent, neque vnquam intellexissent cū non distinguant personas in diuinis: ideo a fortiori turbæ non caperent, & sic probatio Christi frustra esset, quia nō videretur ex hoc cōcludere propter quod solum dixit hoc, quod planum erat. s. dixit dominus &c. & tacuit id, quod erat altum. s. de generatione ante luciferum. Et eadem ratione tacuit de æterno sacerdotio, quod difficile erat intelligere quō Christus futurus esset sacerdos, cum de tribu Iuda esset, in qua nemo erat sacerdos ad Heb. 7. c. Etiam dato q̄ ex quadam dispensatione Dei posset esse sacerdos: quomodo tamen esset sacerdos in æternum difficile erat concipi, nisi multa prius dicerētur: ideo Christus rationabiliter illa tacuit.

Quomodo valeat hoc Christi argumentum, scilicet si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est. Quæst. CCCLV.

Q̄ V A E R E T V R quomodo valet istud argumentum Christi. s. si ergo Dauid vocat eum dominum quomodo filius eius est? Nam videtur satis stare, q̄ sit filius eius, & tamen q̄ vocet eum dominum quasi maiorem: nam quia Christus putabatur futurus sanctior omnibus hominibus, poterat eum vocare Dauid dominum, licet filius eius esset, id est de stirpe eius.

Dicendum q̄ hoc non stat, quia quantacūq; excellentia polleat filius super patrem, vt si filius efficiatur rex, & pater sit rusticus, adhuc pater non debet vocare filium dominum, sed potius filium patrem dominum vocabit: quia ei tenetur ad magnam reuerentiam, & nunquam desinit esse debitor. Nam etiam si filius efficeret patrem suum regem, non retribuere sufficenter pro his, quæ accepit, sed maneret semper debitor: quia dijs, & parentibus non possumus æqualia retribuere octauo Ethicorum, & ideo si Christus non haberet super Dauid, nisi quod sanctior eo esset, non vocaret, eum Dauid Dominum, si filius eius est.

Aliter obijcietur q̄ non valet argumentum Christi, quia Christus est dominus Dauid, quia est Deus, & tamen est filius eius, quia secundum carnem ab eo assumptam accepit naturam. Et ita non tenet argumentum, scilicet vocat eum dominum: ergo non est filius eius.

Dicendum q̄ verum est: immo ita confiteri debemus, q̄ Christus dominus Dauid est, & quod est filius eius: dominus secundum deitatem, filius autem secundum carnem substantiam.

Ad argumentum autē Christi dicendum, q̄ verum est,

est, quando filius est totaliter eiusdem speciei cuius pater, nam tunc trahit esse a patre, & ideo per nullum accidentale additum potest effici, quod filius sit Dominus patris, hic tamen Christus est naturaliter Deus ab æterno, & secundum hoc non est in eadem specie, in qua Dauid, immo in nulla specie est, quia in Deo, neque inuenitur species, neque genus, neque vniuersale, & particulare. Et sic est Christus Dominus Dauid, quia ipse fecit eum, & regit. Quod vero filius sit Dauid ex tempore fuit per assumptionem carnis, per quam non accessit nouum esse filio Dei, licet filius Dei nūc sit homo, & non erat ab æterno, & id eo in isto casu non tenet argumentum.

Sed tunc dicitur, quomodo ergo Christus fecit tale argumentum, cum non valeat. Dicendum, quod interdum arguens sapienter procedit ex veris simpliciter, interdum ex eis, quæ videntur respondentis, & quia Pharisæi putabant Christum esse parum hominem, & filium Dauid, valebat argumentum contra eos, scilicet quod non posset eum vocare dominum si erat filius. Si autē concedere vellent Pharisæi Christum esse Deum, & dicerent non tenere argumentum Iesum, tunc ille haberet, quod veller, & non vteretur contra eos tali argumentatione, & diceret, quod arguebat contra eos, quasi contra negantes Christum esse filium Dei.

Quomodo stat, quod Christus vult inferre, scilicet quod sit filius Dei. Quæst. CCCLVI.

Q̄ V A E R E T V R quomodo sequitur, quod Christus vult, ipse enim non solum vult inferre, quia Christus non sit filius Dauid, sed quod sit filius Dei. Et tamen non videtur ex hoc sequi, nam licet ex hoc, quod Dauid vocat Christum Dominum sequatur, quod non sit filius eius, non sequitur, quod nō sit filius alterius viri, quia poterat esse filius alterius, & tunc non sequeretur, quod esset filius Dei, quod Iesus inferre volebat.

Dicendum, quod bene sequitur, quod Christus sit filius Dei, quasi arguatur sic. Christus non est filius alicuius hominis, ergo est filius Dei, consequentiam bene concederent Pharisæi, quia media entia inter Deum, & hominē non gignunt, scilicet angeli, & dæmones. Antecedens patet, scilicet quod non sit filius alicuius hominis, vt arguatur sic, scilicet non est filius Dauid, ergo non est filius alicuius hominis. Et patet, quia si alicuius hominis filius esse deberet, verisimilius esset filius Dauid, quam alterius, sed nō est filius illius, ergo nullus est filius.

Primo patet, quia scriptura dicit esse Christum de semine Dauid Ioan. 7. c. & supra 1. c. & 2. & ideo quādo negatur esse filius illius, non negatur quasi non sit filius illius aliquo modo, sed quod non sit filius illius solum, si autem non est solum filius, neque erit filius alicuius totaliter, sed erit filius Dei.

Secundo, quia arguit hic Christus ex modo dignitatis, scilicet quia Dauid illum Dominū vocat, a fortiori quilibet de Israel vocaret eum Dominum, cum Dauid sit excellentior omnibus Israelitis, & tamen, quia Dauid vocat eum dominum, sequitur q̄ non sit filius eius, vt Christus arguit, ergo sequitur, q̄ nullius Israelitę filius sit, cum omnes Israelitę eum dominum vocare debeant.

Quod vero Dauid sit excellentior omnibus patet primo ex dignitate, nam ipse fuit rex, nemo autē inter Israelitas poterat esse maior rege. Et non solum fuit rex, sed etiam excellentior omnibus regibus, ipse enim primus fuit eorum, qui regnauerunt de Iuda, & primus omnium Regum sanctorum, & propter eū

Dauid omnibus excellentior Israelitis.

datum est regnum successoribus eius 2. Regum 7. & 1. Paralip. 17. c. & propter peccata ipsorum auferre voluerat Deus sepe regnum de stirpe illa, sed propter Dauid reliquit ei duas tribus, in quibus regnaret sua posteritas 3. Regum 11. & 12. c. & illas postea auferre voluit propter scelera, sed vt relinqueret lucernam Dauid non fecit 3. Reg. 15. c.

Item Dauid excessit alios in sanctitate, nam de eo dixit Deus. Inueni virum iuxta cor meum 1. Reg. 13. c. & Psal. 88. quod de alio non dixit in toto veteri testamento.

Item in Dauid concurrerunt tres dignitates, quæ in nullo viro Iudæo concurrerunt, nisi in eo, erat. n. rex Patriarcha, & propheta. De regno, & prophetia patet. De patriarchatu patet Act. 2. c. cū dixit Petrus, Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, Moyses quidē propheta fuit, & magnus. Deutero. 34. sed nō fuit rex, neque patriarcha, Isaac fuit patriarcha, sed nō fuit rex, & neque propheta, Abraham vero, & Jacob fuerunt patriarche, & Prophete, sed non fuerunt reges. De patriarchatu vtriusque planum est. De prophetia patet, quia Deus vocauit Abraham prophetam Gene. 20. c. De Iacob vocauit Abraham prophetam Gene. 49. c. Dauid autē omnia tria simul habuit, & non solum habuit, & quæ omnia per excellentiam habuit, nam propheta fuit, & maximus prophetarum, & ideo eum absolute vocamus prophetam, etiam præcipuus fuit inter reges. Ex quo etiam sequitur, quod fuit potissimus in patriarchatu, quia pater fuit omnium regum Iuda, quia reges sunt præcipui inter alios homines.

Quare nemo poterat probationibus Christi respondere, & cur hoc expressit Euangelista. Quæst. CCCLVII.

Q̄ V A R E cum Christus istas probationes faceret, nemo poterat ei respondere verbum, & quare hoc expressit Euangelista.

Ad primum dicendum, q̄ fuit. Primo, quia ratio Christi erat tam efficax, quod non poterat quidquam ad eam dici. Ad hoc autem, quod conuincatur quis ita, vt nihil respondeat, exigitur, quod medium arguendi non solum sit efficax, sed etiam planum, & omnibus apparens. Ita erat hic, ideo turbę etiam videbant quomodo conuicti essent Pharisæi.

Secundo erat, quia Christus volens imponere silentium Pharisæis, & honorem in illis accipere, incuriebat mentibus eorum quendam timorem, & diffidentiam, ita vt non auderent quidquam loqui. Et hoc satis est verisimile, licet non expriment Euangelistę, nam sicut Christus dabat discipulis suis nihil cogitātibus in ore quid loquerentur supra 10. & Luc. 21. ita & cum velle auferret cognitionem arguere volentium excecando eos, vel insaturo dicta, aut cognitiones eorum, sicut Dauid orauit Deum, vt insaturot consilium Achitophel 2. Reg. 17. c. Et cum confiteretur, quod Christus potest facere, est verisimile, quod faceret, quia aliās non videtur, quomodo Pharisæi, & ceteri, qui tanto zelo emulationis concitari erant contra Christum, saltem aliquod verbum non dicerent contra argumentum Christi in fauorem proprium, & in contolationem ignorantie sue.

Ad secundum dicendum, quod Matthæus hoc expressit ad ostendendum Christi excellentiam, vt sciamus, qualis erat Christus cum Pharisæis, scilicet q̄ cum aduersus eum arguerent confusi recedebāt, erant tamen isti præcipui inter Iudæos, ideo erat dignum, quod omnes ei subiecerant in sapientia, &

ago.

agnoscebant eum, vt potentem in sermone. Sic enim discipuli duo eius post mortem suam cum nondum resurrexissent crederent, vocauerunt eum potentem in opere, & sermone. Potentia autem sermonis erat ista vna, quod viribus rationis, & argumētationis omnes superabat, neque quisquam poterat ei resistere.

Secundo fuit hoc ad ostendendum id, quod Christus allegauerat contra Phariseos. Dixerat enim. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, sed inimici Christi erant Pharisei, qui in hoc ei subijciebantur, quod eos ratione confutabat, vt dicit Theo. vt ergo ostenderet Euangelista, quod id, quod Christus dixit statim complebatur, dixit, quod nemo poterat ei respondere, vt sic ostenderet confutatos esse aduersarios.

Quomodo est verum, quod ex illa die nemo ausus est Christum interrogare. Quæst. CCCLVIII.

Quæritur cum dicatur hic, quod ex illa die nemo ausus fuit interrogare eum, quomodo est verum, nam videtur, quod post hoc eum quidam interrogauerint, quia infra 24. c. Dicitur, quod quæsierunt ab eo de tpe aduentus sui, & consummationis sæculi.

Dicendum, quod illi erant discipuli Christi, qui ad eum secreto accesserunt, & quæsierunt de hac re, vt patet eodem c. & Mar. 13. & Luc. 21. hoc autem de Phariseis intelligitur, & Sadduceis, & Herodianis, qui vsque nunc ab eo quæsierant, vt patet supra in littera, & de his nemo postea Christum interrogauit. Et hoc colligitur ex serie literæ vsque ad finem libri, nam iam nulla quæstio Phariseorum, aut Sadduceorum introducitur contra Christum, sicut ante hoc multæ fuerunt introductæ, & idem patet ex ordine literæ aliorum Euangelistarum. Nam postquæ Marcus, & Lucas hoc ponunt, scilicet Mar. 12. & Luc. 20. c. nulla quæstio introducitur ab eis Phariseorum, vel aliorum Iudæorum.

Sed obijciatur, quod postea interrogauerint, quia postea princeps sacerdotum quæsiuit à Christo de doctrina sua, & de discipulis suis Ioan. 18. c. & quæsiuit an esset filius Dei benedicti infra 26. & Mar. 14. Etiam Pilatus quæsiuit ab eo an erat rex, & vnde erat, & quid esset, Ioan. 19. & infra 27. & Mar. 15. c.

Dici potest vno modo, quod est intelligendum de tempore illo, quo docuit. Nam solebat Iudæi aliqua quærere à Christo, & arguere contra ipsum, quando docebat, sicut & nunc factum est, nam in templo erat docens, quando ista ab eo quæsierunt. Et est verum, quod postea nunquam quæsierunt aliquid ab eo, quædiu doceret, ea vero, de quibus arguitur quæsitæ sunt ab eo non iam docente, sed pariente, quia tunc exercebatur mysterium passionis, & comprehensus atque ligatus erat Christus, quæ ista acciderunt. Secundo potest dici, quod intelligitur hoc de quæstionibus tetratorijs, quæ omnia præcedentia tam in quæstionibus Phariseorum, quæ Sadduceorum erant ad tentandum, vt patet supra in littera. De cetero non tentauerunt eum, quærendo aliquid. Ista autem, quæ in passione quæsitæ sunt, non fuerunt quæsitæ ad tentandum, sed fuerunt quæstiones iudiciales ad eodēdandum eum, & aliæ quæstiones fiebant ad illudendum, sicut cum quærebant ab eo dicentes Prophetiza Christe, quis es, qui te percussit, & dabant ei alapas infra 26. & Luc. 22.

Quare Pharisei non ausi sunt ex illa die eum amplius interrogare. Quæst. CCCLIX.

Quæritur quare non ausi sunt ex illa die eum amplius interrogare.

Dicendum, quod fuit. Primo, quia videbāt se frustra agere, si enim Pharisei quærere à Christo intentione sciendi veritatē, et si vnica Christo ostenderetur ignorantem veritatem, non desisterent a quærendo, quia non est ignominia discipulo asserere aliquid, quod nesciat, & in illo eradii à magistro, neque propter hoc cessat quærere, quod ostensus est ignorare, immo quædiu ignorat, quærunt: Cum vero scit, iam quærere desistit, sed quærere Pharisei animo tentatorio, vt Christum confunderent deducendo eum ad aliquid, quod ignoraret, vel ad aliquid inconueniens, & quia sepe quæstionant, & semper confundebantur, & superabat eos Christus in quo ipsi acquirerebatur gloria apud populum, eis vero magna confusio. Luc. 13. scilicet, & erubescerent omnes aduersarij eius, omnis autem populus gaudebat super his, quæ gloriose fiebant ab eo: Vt ergo non cogere amplius erubescere, & Christo materiam laudis dare, cessauerunt eum interrogare. Sic dicit Origenes. si autem interrogatio eorum fuisset ex intentione discendi, nunquam eis talia posuisset, vt amplius non essent eum ausi interrogare. Et tamē sciendum, quod licet Pharisei victi recesserunt, noluerunt tamen profiteri se superatos, vel Christum rationabiliter locutum, quia inuidus, & iniquus superari quidem potest, sed bonus effici non potest, sic dicit Rabanus, scilicet ex hoc autem intelligimus venena inuidiæ superari posse, sed difficile quietescere.

Secundo potest dici, quod fuit, quia Christus eis timorem incussit, vt amplius non auderent interrogare. Et hoc verisimile est, scilicet quia Christus volebat hūc honorem, quod Iudæi ab eo ratione superari essent, vt si aliquid contra eum molirentur constaret eos ex iniquitate agere non ex ratione, cum ipse ratione eos in omnibus superaret, etiam sciens suam innocentiam dixerit eis palam quis es vobis arguerit me de peccato? Ioan. 8. c. ego permitto cuiuslibet potestatem accusandi me si inueniri poterit aliquid, de quo me acuter, & quia quædiu Pharisei non cessarent arguere contra eum docentem, non videbātur penitus ab eo conuicti, fuit conueniens, quod aliquo tempore ante passionem suam totaliter cessarent quærere ab eo, & arguere licet ipse præsentibus eis doceret, & ad hoc incussit eis timorem, vt amplius non auderēt quidquam ab eo quærere.

Tertio potest dici, quod ipsi non interrogauerunt eum amplius, quia vsque nunc voluerunt verbis contendere contra eum, nunc vero conuerterunt se, vt opere contenderent tractantes iam passionem eius, quia istud paucis diebus fuit ante passionem, vt dicitur sequenti quod istud aliquantulum itat, sed melius conueniunt due rationes præcedentes eo, quod dicitur in littera. Neque ausus est quisquam eum amplius interrogare. Et ita non cessauerunt, quasi vellent intendere alijs negocijs, sed quia non audebant interrogare, & hoc, quia putabant non posse euadere confusionem, & quia incusserat eis Christus timorem.

Quæ dies fuit ista, ex qua non ausi sunt amplius Christum interrogare. Quæst. CCCLX.

Quæritur quæ dies fuit ista, ex qua non ausi fuerunt amplius eum interrogare.

Dicendum, quod fuit per duos, vel tres dies solum ante passionem. Quod patet, quia Christus venit in Ierusalem in Dominica, quæ erat in Ramis palmarum, vt colligitur Ioan. 12. & supra 21. & eadem die prædicauit in Ierusalem, & ante occasum solis rediit in Bethaniam ad quietem, & cibos sumendos, vt colligitur supra 21. & Mar. 11. c. sequenti autem die, idest die Lunæ in aurora cum rediret de Bethania in Ierusalem.

falem esuriit, & iuit ad ficulneam, & maledixit illi. c. & rursus eadem die de Ierusalem in Bethaniam rediit, & sequenti die, idest Martis venerit de Bethania in Ierusalem Christus, & discipuli, & tunc viderunt ipsi ficulneam aruisse, vt colligitur Mar. 11. c. & osium est supra 21. c. q. 98. & eadem die accesserunt principes sacerdotum, & Pharisei, & quæsierunt a Christo docente in templo, in qua potestate hoc faceret, idest prædicaret, & ipse quæsiuit de baptismo Ioannis, an esset de cælo, vel ab hominibus supra 21. c. & posuit in eodem tempore parabola de duobus filijs, quos pater misit ad vineam, & continuauit parabolam de rege vocante inuitatos ad nuptias filij sui, & post hæc accesserunt Pharisei, vt caperent in sermone Christum quærentes de censu, an esset dandus Cæsari, & statim Sadducei quæsierunt de resurrectione, & illis confutatis accesserunt Pharisei, & vnus ex eis legis doctor tentauit Christum, quærens quod esset magnū mandatum, post hoc quæsiuit Iesus a Phariseis de Christo cuius filius esset, & tunc Pharisei confutati ab eo non ausi sunt eum amplius interrogare. Et sic neque postea ista die Martis, neque Mercurij, neque Iouis, quibus Christus superauit, ausi sunt Iudæi interrogare Christum in aliquo tentatorio, neque arguere contra Christum, sed mansit ille prædicans sine contradictione aliqua, & sequenti die veneris crucifixus est pro nobis.

C A P. XXIII.

Vnc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruare, & facite, secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant autem onera grauiâ, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus: dilatant enim philacteria sua, & magnificant simbras. Amant autem primos recubitus in cænis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim magister vester, omnes vos fratres estis. Et patre nolite vocare vobis super terrâ, vnus est enim pater vester, qui in cælis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester: qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur.

Luc. 11. c. 26. q. 7. c. alligat de cathedra Moysi supra 6.

Luc. 11. & 20. Iacob. 3.

Luc. 14. & Luc. 11.

STENDERAT Matthæus præcedenti c. Iudæos, & potissime eorum præcipuos reprobatos esse iuste, quia fuerunt contradictores diuinæ veritatis. Hic ostenditur eos reprobatos, quia fuerunt factores falsæ bonitatis. Et diuiditur in duo, quia primo Matthæus ex nomine

Christi ponit huius fictionis motiuum. Secundo ponit prædicte fictionis multiplicem effectum, ibi.

Vae autem vobis Scribæ. Prima in duas, quia primo Christus motiuum prædicatum in Iudæis esse ostendit. Secundo illud a suis discipulis excludit, ibi. Vos autem. Fuit autem motiuum superbia Phariseorum, & legisperitorum, & ostenditur superbia hæc ex tribus. Primo ex abusu suæ potestatis. Secundo ex simulatione sanctitatis, ibi. Omnia vero. Tertio ex ambitione dignitatis, ibi. Amant autem primos. Circa primum dicitur: Tunc locutus est Iesus. Scilicet quando cessauerunt ab eo quærere Pharisei, & principes sacerdotum, qui non ausi fuerunt iam ab eo quærere postquam conuicit eos Iesus super quæstione de Christo cuius filius sit præcedenti c. Ad turbas. Scilicet ad populos, qui erant in templo, in quibus comprehenditur omnis conditio hominum non expressa dignitate status, vel professionis aliquorum, quasi dicat ante hoc loquebatur ad Phariseos congregatos, præcedenti c. nunc vero desijt loqui ad illos, & cepit loqui ad turbas.

Et ad discipulos suos. Intelliguntur nomine discipulorum omnes, qui sequebantur Christum tam doctrinam, quam conuersationem, scilicet vt irent cum illo, quoniam ille iret, & sunt isti tam Apostoli, quam alij, qui non ascenderant ad hunc gradum, & tamen erant cum Christo.

Super cathedram Moysi. Ista est increpatio Scribarum, & Phariseorum quantum ad abutulum potestatis, & doctrine, scilicet quod multa docebant, quæ ipsi non faciebant, & in docendo imponebant grauiora mandata, quam opus erat, & sedebant super istam cathedram Moysi ad docendum, & diffiniendum.

Scribæ, & Pharisei. Isti sunt, qui sedebant super cathedram Moysi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis. Scilicet prædicando, & diffiniendo. Seruate, & facite. Idest custodite illa in corde vestro memoriter, & facite ea in operis executione. Vel dicitur seruare, & facite. Et est sensus, quod duplicia prædicabant Pharisei, & Scribæ Iudæis, quædam, a quibus abstinentiam erant, & alia, quibus erat insistendum eum sint quædam præcepta negatiua, & alia affirmatiua. Propter prima dixit seruare, idest cauete ab eis, quibus illi cauendum esse dicit. Et pro secundis dixit facite, scilicet illa, quæ ipsi facienda prædicant, sed primus sensus est melior, quia videtur tota littera intelligi de præceptis affirmatiuis. Secundum vero opera eorum. Idest Scribarum, & Phariseorum. Nolite facere. Idest attendite ad dicta eorum, sed non facta, quia bona docent, & mala faciunt, vel saltem ea, quæ agenda prædicant, non implent, & ostendit statim, scilicet. Dicunt enim, & non faciunt. Idest prædicant bona facienda, sed illa non faciunt. Alligant enim onera grauiâ. Ostenditur abusus potestatis eorum, siue in prædicando, siue in iudicando, quia maiora iubebant faciendâ, quam iubere deberent, & est metaphorica locutio ad modum eius, qui de lignis congregabat multa, & colligat ea in onus vnum, quod graue efficitur, & imponit illud super humeros alterius, qui portare non potest, & tamen ad portandum non adiunxit, vel non vult ipse simile onus super humeros suos ponere.

Et importabilia. Idest difficilia ad portandum. Et imponunt humeris hominum. Super humeros populi Iudæorum, quibus prædicabant obligare eos volentes ad hæc præcepta.

Digito autem suo nolunt ea mouere. Idest non solum non imponunt ista onera super humeros suos, sicut super humeros aliorum, sed etiam nullo modo tangunt illa ad sustinendum difficultatem eorum, quia neque digito suo mouent.

Luc. 11. c. 26. q. 7. c. alligat de cathedra Moysi supra 6.

Luc. 11. & 20. Iacob. 3.

Luc. 14. & Luc. 11.

STENDERAT Matthæus præcedenti c. Iudæos, & potissime eorum præcipuos reprobatos esse iuste, quia fuerunt contradictores diuinæ veritatis. Hic ostenditur eos reprobatos, quia fuerunt factores falsæ bonitatis. Et diuiditur in duo, quia primo Matthæus ex nomine

An qua habentur hic sint continuata ad præcedentia, Quæst. I.

QVAERETVR an ea, quæ habentur hic sint continuata ad præcedentia, & an fuerint statim facta, vel interposito aliquanto tempore.

Ad primum dicendum, quod ista sunt continuata ad præcedentia, scilicet quod ista fuerunt facta post illa. Et primo patet, quia semper putandum est ordinem esse rectum, nisi constet deuiatum esse ab eo, sed hic non constat deuiatum esse ab ordine naturali, ergo dicendum est ordinem esse rectum. Secundo, quia dicitur tunc. Positis enim præcedentibus subiungitur, tunc locutus est, quod est signum continuationis, ideo dicendum est esse continuatum ordinem.

Sed obijciunt aliqui, quod non stat, quia videtur, quod multo ante præcedentia dixerit Christus ea, quæ habentur hic. Nam Luc. 11. c. ponitur de ista increpatione, quam posuit Christus contra Phariseos, & Scribas, quod alligant onera grauiâ, &c. Etiam quod infra sepe dicitur. Ve vobis. Etiam ponitur ibi a Luca, sed multo postea, scilicet Luc. 19. & 20. Ponit Lucas id, quod habetur supra 20. & 21. c. de aduentu Christi in Iericho, & sanatione cæcorum, & de iatrouit in Ierusalem, & de ramis palmarum, & laudibus pueris, sicut supra Matthæus descripsit.

Dicendum, quod verum est, quod Matthæus tenuit rectum ordinem hic. Sed ad dictum Luc. potest dici vno modo, quod Matthæus tenuit ordinem rerum gestarum, siue naturalem: Lucas vero non tenuit ordinem rerum gestarum, sed artificialem, sepe enim sic faciunt Euangeliste, vt rem eandem narrent, & non eodem ordine. Et tunc necesse est, quod vnus teneat ordinem rectum, & alius non, vel forte nemo tenuerit ordinem rerum gestarum, quod non est possibile cum vna sit res narrata, & diuersus, vel oppositus sit modus narrandi, & hoc nihil nocet, quia si Euangeliste non repugnant sibi in sententijs, vel rebus narratis, ordo variatus narrationis non nocet, quia non facit verum, neque falsum, quia si Euangelista aliquid narret quodam ordine, asserit quidem res esse, quas ille narrat, sed non asserit eo ordine accidisse, quo ille retulit, propter quod nullum est inconueniens Euangelistas narrare idem non eodem, sed diuerso ordine, quia hoc vulgatum est inter eos. Sic dicit Aug. super Matthæ. & extra de re. iu. c. nihil obstat, scilicet nihil obstat narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur maxime cum quisque Euangelistarum eo ordine credat se dixisse quo Deus voluit, & ita non erat inconueniens, quod Matthæus tenuerit ordinem rerum gestarum, Lucas vero non.

Alter tamen dicens, & melius, quod tam Matthæus, & Lucas tenuerunt rectum ordinem narrationis, licet varie narrauerint, eo quod ista res narrata non semel potuit seruari ordinem rerum gestarum quantum ad vnam vicem, & aliu quantum ad aliam. Et patet, quia Lucas asserit dicta fuisse ista, quando Christus manducabat panem in domo cuiusdam iniuiatus ab eo ad prandium, & quia non baptizauerat ante cibum cepit intra se Phariseus de Christo murmurare, & tunc cepit ipse dicere contra Phariseos, & Scribas ea, quæ habentur hic, vt patet Luc. 11. Istud autem, quod Matthæus narrat, non fuit dictum in eodem loco, neque ob eandem causam, neque eisdem personis. Nam dictum est hoc in templo, vbi Christus prædicabat, & argueret contra ipsum Pharisei, vt colligitur ex continuatione verborum præcedentis. Et illud in domo Pharisei, cum responderet. Istud etiam dictum est propter tentationes Phariseorum, quia eum capere voluerant in sermone, & tradere morti.

Fligitur præcedenti. c. illud vero, quod Christus non lauerat se, quando manducauit, & ob id Phariseus contra illum murmurauit, & ibi fuit Christo occasio introducendi omnia hæc. Istud etiam dictum est ad turbas, & ad discipulos, vt patet hic in principio literæ. Illud vero non potuit dici turbis, sed Phariseo illi, in cuius domo Christus manducauerat, & alijs Phariseis, qui astabant, & ita apparet, quod non fuit eadem narratio, sed diuersa. Et dicendum est, quod id, quod Lucas posuit fuit multo ante hoc, quod hic ponit Matthæus, vnde potuit vterque tenere ordinem rerum gestarum licet diuerso modo dicant, quia rem diuersam narrent, & sic manet, quod ista litera est continuata ad præcedentem.

Circa secundum, scilicet an fuerint hæc statim facta post præcedentia, vel fuerit aliquod tempus interpositum, dicendum quod non fuit interpositum aliquid, quod ad sacram Scripturam pertineat, id est inter disputationem illam, quam habuit Iesus cum Phariseis de Christo, cuius filius sit, quæ habetur præcedenti c. & istam locutionem nihil factum, aut dictum est a Christo, quod apud Matthæum, aut alium Euangelistam scriptum sit. Etiam dicendum, quod non intercidit aliquanta mora temporis inter præcedentia, sed hæc facta fuerunt statim post illa. Quod patet primo, quia dicitur hic: Tunc locutus est, sed non potest aliquid significare minorem interpositionem temporis, quæ tunc, quod signat in eodem contextu vtramque rem factam, scilicet præcedentem, & sequentem. Secundo patet, quia non poterat esse longa mora interposita inter hæc, & illa, quia illa facta fuerunt die Martis post Dominicam in ramis palmarum, vt ostensum est præcedenti c. q. vlti. passio, & mors Christi cepit die Iouis sequenti, ideo non poterat esse longa mora inter hæc.

Sed dicendum, quod modus fuit, quod Christus in eadem die, & in eodem contextu non diuertendo ad alia postquam fecit ea, quæ habentur præcedenti capite statim, quæ habentur hic, nam bene Iesus quæsiuit a Phariseis de Christo, cuius filius esset, & illi non possent respondere, recesserunt ab eo, & non ausi sunt amplius eum interrogare, vt dicitur præcedenti c. ita tunc ipse conuersus ad turbas, quæ præsentibus erant, cepit loqui, quæ habentur hic.

Quando fuit istud tunc, quando Christus est allocutus turbas, & vbi. Quæst. II.

QVAERETVR cum dicatur, quod locutus est Christus tunc, quando fuit istud tunc, & vbi.

Dicendum ad primum, quod refertur istud tunc ad præcedentia, quæ posita sunt de quæstione de Christo, cuius filius sit, quæ habita est præcedenti c. scilicet quod statim post illam quæstionem habitâ successit ista locutio, vt dictum est præcedenti q. Et est dicendum, quod iste dies, in quo facta est locutio ista ad turbas fuit dies Martis ante passionem Christi, nam fuerunt ista facta in eodem die, & contextu, quo fuerunt facta ea, quæ habentur præcedenti c. vt dictum est quæstione præcedenti, sed illa facta sunt die Martis post ramos palmarum, & ante mortem Christi, vt ostensum est præcedenti c. q. vltima. Ergo & ista dicta, & facta sunt in eodem die, in qua illa, scilicet die Martis.

Sed obijciatur, quod non fuerint facta, & dicta hæc prædicto die Martis, sed multo tempore ante festum, vel diem in ramis palmarum, quod patet, quia in fine c. post omnia hæc dicta adiunxit Christus, non me videbitis amodo donec dicatis benedictus, qui venit in nomine domini, & tamen hoc dictum est Christo in die in ramis palmarum, quando pueri Iudæorum clamabant

mabant Hofanna benedictus, qui venit in nomine domini. Et ita non est ordo rectus, quia de ramis palmarum habetur supra 21. & Mar. 11. c.

Dicendum, quod hic est ordo rectus, vt dictum est supra 1. & præced. q. & fuit hoc die Martis, scilicet per duos dies ante passionem Christi. Quod patet, quia enarratis omnibus his, quæ durant vsque ad finem capitis sequitur in principio c. sequentis. Et egressus Iesus de templo ibat, & accesserunt ad eum discipuli eius, vt ostenderent ei edificationem templi, & ipse dixit eis, videtis hæc omnia. Amen dico vobis, quia non manebit lapis super lapidem, qui non destruat. Et tunc sequitur, quod sedente illo super monte Oliueti continuata eadem quæstione, dixerunt discipuli Christo: Quando hæc erunt, & quod signum est aduentus tui, & consummationis sæculi? & Christus cepit statim respondere, & dixit sub eodem contextu omnia, quæ habentur sequenti c. & 25. c. & in fine totius responsionis infra 26. c. dicitur. Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, scitis, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis trahetur, vt crucifigatur: Ergo manifestum est, quod omnia hæc, quæ habentur sequenti c. & 25. dicta sunt duobus diebus ante mortem Christi, quæ fuit in Pascha, sed Pascha incipiebat die Iouis ad vespærum, & continuabatur cum die veneris, in quo occisus est Christus, ergo die Martis dicta sunt illa verba, quia tunc erat biduum ante Pascha Iudæorum, sed verba illa dicta sunt statim, vt consummata sunt ista, quæ habentur in hoc c. quia finitis his dicitur sequenti c. & egressus Iesus. Ergo & ista quæ hic habentur de redargutione Phariseorum, & Scribarum dicta sunt biduum ante Christi mortem, scilicet eodem die Martis. Et sic sunt ista continuata ad præcedentia, quod intendebamus. Cum autem obijciatur, quod dicta fuerunt ante dies in ramis palmarum. Dicendum quod non est verum. Et cum dicitur. Non me videbitis amodo, donec dicatis benedictus, qui venit. Non intelligitur de laude puerorum diei in ramis palmarum, sed de laude, quam cantabant fideles in die iudicij. Nam ex tunc, id est ex eo tempore, quod erat tempus passionis (Nam post biduum occisus est) non viderunt Pharisei, & Scribæ Christum, quia post mortem non manifestatus fuit toti populo, sed testibus à Deo præordinatis: Acti. 10. c. & manet nunc occultus quantum ad præsentiam corporalem omnibus hominibus, in die iudicij manifestabitur omnibus hominibus, & plangent se super eum omnes tribus terre Apoca. 1. c. Tunc autem laudabunt eum fideles, & qui cum eo partem habebunt, dicentes: Benedictus qui venit. Et tunc Pharisei, & turbæ eum videbunt, vt dicitur infra in fine cap.

Vbi Christus dixit hæc verba. Quæst. III.

QVAERETVR circa secundum, scilicet vbi Christus dixit verba hæc.

Dicendum, quod dixit in templo illa. Et patet, quia ponuntur omnia, quæ habentur in hoc c. sub eodem contextu, quia Christus illa dixit continuato sermone, vt apparet ex litera cum non sit sermo interruptus, & tamen in principio sequentis c. finitis his verbis dicitur, & egressus Iesus de templo ibat, ergo apparet, quod quando ista dicebat erat in templo.

Secundo apparet, quia omnia ista, quæ habentur ex c. 21. vbi accesserunt principes sacerdotum ad Christum quærentes, in qua potestate faceret hæc, sunt continuata vsque huc, vt ostensum est supra 21. & 22. c. &

tamen illa facta sunt in templo supra 21. c. ideo etiam hæc facta sunt Christo manente in templo, vbi orabat, & prædicabat.

Quomodo potuit ista dicere turbis, & discipulis. Quæst. IIII.

QVAERETVR quomodo potuit Christus ista dicere turbis, & discipulis suis cum dicatur, quod turbis locutus fuerit hæc.

Dicendum, quod hoc facile erat: nam Christus erat nunc in templo, vbi turbæ erant, ideo poterat loqui turbis. Hoc patet, quia vt dicitur sequenti c. quando Christus compleuit verba hæc exiit de templo, ergo in templo hæc dixit, sed quacunque hora Christus esset in templo, essent multi Iudæi ibi, qui vocantur turbæ potissime nunc, quia erant plures, quam alias, quia conuenerant ad diem festum, scilicet Pascha, nam non solum nunc, scilicet die Martis ante passionem, sed etiam ex Dominica in ramis palmarum erant multi Iudæi, qui conuenerant in Ierusalem ad diem festum, & illi exierunt obuiam cum ramis cum intrauit in Ierusalem Ioan. 12. ergo poterant esse nunc multæ turbæ in templo, quibus Christus loqueretur.

Item patet hoc, quia vt innuitur Luc. 21. c. Christus in his diebus, qui fuerunt inter Dominicam in ramis palmarum, & mortem Christi, ipse per diem manebat in templo prædicans, & ante vespærum exibat de vrbe, & manebat in monte Oliueti, & diluculo veniebat in templum ad prædicandum. Quod etiam innuit sequenti c. nam finitis verbis Christi, quæ habentur in hoc c. sequitur in principio sequenti c. Et egressus Iesus de templo ibat, & accesserunt ad eum discipuli eius, vt ostenderent ei edificationes templi, & ipse dixit eis, videtis hæc omnia: amen dico vobis, quod non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat. Et tunc sequitur ibi, scilicet sedente autem illo super monte Oliueti accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, quando hæc erunt. Et sic videtur, quod postquam exiit de templo iuit statim in monte Oliueti, & ita erat in tempore illo, quod fuit inter diem in ramis palmarum, & mortem, & tamen tunc per diem, quia totum manebat in templo docendo turbas, Luc. 21. c. ergo nunc, quado in templo erat poterat loqui turbis ea, quæ habentur hic.

Quomodo Christus potuit ista dicere discipulis, cum dicatur, quod ea turbis dixerit. Quæst. V.

QVAERETVR quomodo Christus potuit ista dicere discipulis suis, cum dicatur, quod locutus est ea turbis, & discipulis.

Dicendum quod facile est intelligi, quia Christus vbicumque erat manebat cum discipulis suis, nisi aliquando vellent solus orare, sicut solitus erat, maxime per noctem manere in oratione tota nocte pernoctando, & tunc nemo erat cum eo de discipulis, vt patet Luc. 6. c. & si interdum per diem orare vellent etiam ab eis recedebat, vt patet Ioan. 6. c. quando saturatis turbis ascendit solus in montem orare, & instante passione, scilicet die Iouis cæcæ per noctem, cum esset in orto, & relictis omnibus discipulis accessisset tres, id est Iacobum, & Ioannem, & Petrum adhuc ab eis auulsus est quantum est iactus lapidis, Luc. 22. & tunc orauit, & post orationem reuersus est ad eos infra 26. & Mar. 9. c. Quando autem Christus erat cum turbis, nunquam se subtrahebat a discipulis, immo ipsi adherabant ei non permittentes, vt turbæ comprimerent, quando turbæ offerebant Christo paruulos, vt imponeret eis manus, & discipuli prohibebant turbas.

bas, & paruulos accedere, quousque Christus dixit, finire paruulos venire ad me. Et idem supra 5. c. ubi Christus predicauit multis turbis. Et tamen dicitur, quod discipuli sederunt circa Christum, sed nunc Christus predicauit turbis in templo, ergo a fortiori predicaret discipulis, scilicet quod illi presentes essent. Secundo patet hoc, quia hoc fuit die Martis ante passionem Christi, ut ostensum est supra. 1. & 3. q. & tamen hoc tempore, scilicet inter diem in ramis palmarum, & mortem Christi quotidie ueniebat Christus in aurora de Bethania, siue de monte Oliueti in Ierusalem cum discipulis suis, & predicabat, & ad uesperum redibat ad eundem montem Oliueti Luca. 21. c. ibat autem tunc cum Christo discipuli eius, & redibant. Quod patet, quia uenientibus eis de Bethania, siue de monte Oliueti in Ierusalem, maledixit Christus sicul neg. & aruit, & uiderunt postea eam discipuli aruisse supra 21. c. & Mar. 11. c. ergo erant ipsi cum Christo in Ierusalem, quando predicabat nunc, & ita poterat eis loqui, cum loqueretur turbis.

Quare dicitur, quod Christus locutus est nunc turbis. Quæst. VI.

Quare dicitur, quod Christus locutus est nunc turbis. Aliqui dicunt, quod hoc fuit, quia Pharisæi recesserant, uolunt enim, quod postquam Christus disputauit cum eis de Christo, cuius filius sit, & illi confusi fuerunt, quia nemo audebat ei respondere, neque poterat, recesserint, & manserunt tunc sole turbe, & discipuli Christi, ideo non poterat Christus loqui nunc, nisi turbis, quia iam illi recesserant. Sed obijcietur, quia infra in litera continuato sermone isto loquitur Christus ad Pharisæos, & Scribas dicens sape: Vg vobis Scribe, & Pharisæi, ergo erant presentes, quia aliis non loqueretur ad eos, & sic non recesserunt. Dicit poterat, quod Christus loquebatur coram turbis de Pharisæis, & Scribis, & licet non essent presentes dirigebat ad eos sermonem per apostropham, quod figuratam locutionem nos saps facimus. Sed melius dicendum, quod Christus locutus est nunc ad turbas non, quasi non essent presentes Pharisæi, sed quia non erat sermo iste dirigendus ad Pharisæos. Et hoc propter tria. Primo, quia uoluit Euangelista in uerbis Christi ostendere differentiam. Nam ante hoc Christus disputauerat cum Pharisæis, & Scribis de Christo, cuius filius erat precede. capit. & illa disputatio finita fuit, cum nemo ausus fuit ultra querere. Dum autem illa disputatio durauit, loquebatur Christus solum ad Pharisæos, cum quibus disputabat. Illa autem uerba sequentia non pertinent ad questionem illam, neque ad aliam, quam Christus haberet cum illis, ideo debuit dici ad quem loquebatur, quia aliis putaretur, quod loquebatur ad eosdem Pharisæos, ad quos supra, & ideo dicitur, quod locutus est ad turbas. Et hoc magis reddit causam, & quare Matthæus dixit, quod Christus locutus est turbis, quam quod Christus locutus fuerit turbis. Secundo fuit, & precipue, quia Christus uoluit nunc aliqua mala dicere de Pharisæis, & Scribis, scilicet alijs, ut cauerent ab eis, & ideo direxit sermonem ad turbas, & discipulos, ut ab eis cauerent. Et patet hoc, quia dicitur in litera: Super cathedra Moyfi sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia, quæ dixerint uobis seruate, & facite, secundum autem opera eorum nolite facere. Tertio fuit, quia nunc Christus officium predicandi habebat, & predicare uolebat instanter usque ad mortem, sed iam non proderat loqui Pharisæis, &

Scribis, quia peruersi erant, & incorrigibiles. Ergo debebat conuerrere sermonem suum ad eos, quibus poterat prodesse, & isti erant turbæ, & discipuli. Sic dicit Chry. postquam Dominus sacerdotes response prostrauit, & incorrigibilem conditione eorum ostendit, sicut & clerici si malefecerint in emendabiles sunt, laici autem delinquentes facile emendantur, tunc conuertit sermonem ad Apostolos, & ad populum infructuosum, namque est uerbum in quosic alter confunditur, ut alter non emendetur.

Quare Christus locutus est hæc uerba discipulis suis. Quæst. VII.

Quare Christus locutus est hæc uerba discipulis suis. Aliqui dicunt, quod hoc fuit, quia erant presentes discipuli Christi, quando ipse dirigebat uerba hæc ad turbas, ut dictum est supra q. 6. & ideo necesse erat, quod illi audiret, & ita diceretur uerba ad illos dicta esse. Sed dicendum, quod non stat. primo, quia si non esset aliqua utilitas dicendo eis uerba hæc, neque Christus dirigeret ad illos prædicta uerba etiam si presentes essent, & illa audirent, nec exprimeret Euangelista, quod illis dicta fuissent, cum nihil sine causa ponat, & tamen exprimit, quod illis dicta fuerint, ergo non fuit ista causa. Secundo, quia non staret litera in ueritate, nam ad hoc, quod quis dicatur loqui alicui non sufficit, quod eo presente, & audiente ipse loquatur, sed etiam quod uerba ad illum dirigat, & tamen hic dicitur, quod Christus locutus est tunc ad turbas, & ad discipulos, ergo uidetur, quod non solum erant presentes, quando Christus loquebatur, sed etiam Christus dirigebat ex intentione uerba sua ad eos. Dicendum ergo, quod dixit hoc Christus discipulis, quia ista doctrina, quod dedit hic Christus erat necessaria discipulis, sicut & turbis, immo plus necessaria eis, quia turbis, nam turbis, ideo hæc dicebat, ut non errarent circa simulationem Pharisæorum, sed error iste periculosior erat in discipulis Christi, quam in turbis, eo quod futuri erant principes, & doctores Ecclesie, & omnium turbarum, ideo illi magis erudiri debebant in hoc. Unde Christus sape dicebat discipulis, quod cauerent ab hoc errore simulationis Pharisæorum.

Quare expresse fecit mentionem Matthæus, quod dicta fuerint uerba hæc discipulis Christi. Quæst. VIII.

Quare expresse fecit mentionem Matthæus, quod dicta fuerint uerba hæc discipulis Christi, nam poterat Christus loqui illis cum turbis, & quod nomine turbarum intelligerentur, ita ut diceret Euangelista, quod locutus est Christus ad turbas, nil ultra addens. Dicendum, quod fuit propter tria. Primo propter inæqualitatem dignitatis, nam maioris ualde dignitatis erant discipuli Christi, quam turbe, & est regula secundum iura, quod nomine aliquorum, quorum parua est dignitas non possunt intelligi specialiter aliqui maioris dignitatis, quam sint illi, qui per nomen intelliguntur, & tamen expresse generaliter nomine aliquo magni honoris, uel dignitatis possunt intelligi particulariter illi, qui sunt minoris dignitatis, quam discipuli, non poterant intelligi discipuli nomine turbarum, & consequenter oportuit exprimi discipulos. Secundo fuit ad ostendendum differentiam locutionum Christi, nam interdum Christus loquitur ad solos discipulos, interdum ad solas turbas, interdum

terdum uero ad turbas, & discipulos simul, sicut sape apparet ex narratione euangelica. Et quia ista uerba ad utroque dirigebantur, expressit Euangelista, quod locutus est ad turbas, & discipulos.

De his tribus dicit Origenes. sunt autem meliores discipuli Christi ceteris turbis, & inueniens in Ecclesijs quosdam affectuosos accedentes ad uerbum Dei esse discipulos Christi, ceteros autem esse populum ipsius, & interdum quædam discipulis solis dicit, quædam autem turbis, quædam uero turbis simul atque discipulis, sicut sunt hæc. Tertio & precipue fuit hoc, ut intelligamus hæc esse necessaria discipulis Christi, sicut & turbis, nam sicut fuit conueniens, quod Christus ista loqueret t discipulis, quam turbis, quia utrisque erant conuenientia, ita fuit conueniens, quod nos sciremus ista dicta esse discipulis, ut sciamus illis fuisse necessaria, sed nesciremus eis fuisse dicta, nisi Euangelista hoc exprimeret, ideo expressit, quod etiam discipulis fuerint dicta.

Circa distinctionem prædictorum trium modorum, scilicet quod aliquando Christus loquitur solis discipulis, etiam dicendum, quod uera est distinctio absolute quantum ad primum, & tertium modum. De primo patet, quia Christus interdum loquitur discipulis suis secreta, sicut de passione locutus est eis secrete, sicut in turbis supra 20. c. & de eiectione demonum supra 17. & de signis aduentus sui sequenti c. De tertio patet, quia interdum loquitur Christus simul turbis, & discipulis, sicut hic. De secundo autem dicendum, quod non dicitur loqui solis turbis, quasi solis eis audientibus loquatur, & non sint presentes discipuli, quia semper erant ei presentes, quando cunque turbe erant presentes, ut ostensum est supra q. 6. sed dicitur loqui ad solas turbas, quia interdum, licet essent discipuli presentes, non dirigebat Christus sermonem, nisi ad turbas, eo quod illa doctrina, uel sermo non erat necessaria, nisi turbis. Sic patet supra 8. c. quando Christus locutus est laudans fidem centurionis, nam dicitur, quod turbis sequentibus se dixit hoc, & ratio est, quia ad exprobrationem Israelitarum loquebatur dicens. Non inueni tantam fidem in Israel. Et hoc, quia Israelitæ non credebant, discipuli tamen credebant, ideo non debebat eis exprobrari hoc, & sic solis turbis locutus est. Sic etiam supra 13. c. quando Christus locutus est multis parabolis, tam discipuli, quam turbe presentes erant, ut patet e. c. & tñ dñ ibidem, quod locutus est ad turbas, & nihil dicitur de discipulis. Et ratio est, quia parabole quantum ad corticem, sicut Christus illas proponebat, erant pro populo, qui admiraretur, & non intelligeret, sensus autem latens, quem Christus non predicabat publice, erat pro discipulis, & non pro turbis. Quod patet e. c. ubi querentibus discipulis edisseri sibi parabolam, dixit Christo: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis. Et ita inueniet generaliter si quis diligenter aduertat, quod ubique Christus dicitur locutus ad turbas, non expressis discipulis, quod doctrina, uel uerba illa non pertinent ad discipulos, neque ad eruditionem, neque redargutionem, neque ad aliquam utilitatē ipsorum, sed solū turbarum. Cū uero dicitur locutus ad discipulos, & turbas, inueniet utrisque prodesse sermo. Et illa est uera cā huius distinctionis in modo loquendi.

Quare Christus dixit nunc turbis ista, quæ ad Pharisæos, & Scribas pertinebant. Quæst. IX.

Quare Christus dixit nunc turbis ista, quæ ad Pharisæos, & Scribas pertinebant, scilicet quomodo imponebant onera importabilia

hominibus, & multa alia de conditionibus eorum. Dicendum, quod fuit. Primo ad instructionem popularium, & discipulorum, ut cauerent simulationem Pharisæorum, & Scribarum, & intelligerent eorum iniquitates, quia hoc proderat tam turbis, quam discipulis, ut dicitur sequenti q.

Secundo fuit ad aliqualem emendationem Pharisæorum, & Scribarum licet non precipue, nam cum non possent corrigi ad mouendum eos directe in bono, fortassis admonerentur cum uiderent suas iniquitates manifestari, quia sic erubescerent.

Tertio fuit in penam ipsorum, nam ipsi calumniabantur contra Christum tentantes eum sape, ut caperent in sermone, ut patet precedenti c. & ideo iustum erat, ut in aliquo punirentur, Christus autem erat iudex, qui poterat eos punire, cum esset Deus, ideo puniuit aliquo modo manifestando, uel referendo eorum iniquitates.

Quarto fuit, ut Christus ostendat suam innocentiam coram populo, nam sepe eos redarguebat, & aliquando dure se ad eos habebat, ut patet precedenti c. ubi illi dixerunt Christo: Scimus magister, quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces. Ipse autem uocauit eos hypocritas, & quia populus putaret, quod forte Christus in hoc dure, & irrationabiliter se haberet, ostendit hic eorum iniquitates populo, ut licet grauiora contra eos faciat appareat iuste facere, & dicere.

Ad quid proderat turbis, & discipulis Christi instructio panes iniquitates Pharisæorum ac Scribarum. Quæst. X.

Quare Christus dixit nunc turbis, & discipulis Christi instructio circa iniquitates Pharisæorum, & Scribarum.

Dicendum, quod ualde proderat, & in hoc præsupponendum, quod Pharisæi inter Iudæos tenebant quendam modum uiuendi, qui sanctior uidebatur modis uiuendi ceterorum hominum: Scribæ autem habebantur, ut peritiores ceteris, & ad quos pertinebat instruere ceteros homines de his, quæ ad legem erant. Ex quibus sequebatur, quod Pharisæis, & Scribis maxima fides adhibebatur inter Iudæos. His quidem tamquam sanctissimis, illis uero, ut peritissimis. Si autem hi recte se haberent, nullus error sequeretur prædictam fidem eis adhibendo. Si autem a rectitudine declinarent, poterant sequi magna, & multa inconuenientia, iō docuit Christus tam turbas, quam discipulos, quod Scribæ, & Pharisæi non recte se haberent, ut sic non adhiberent eis fidem in his, in quibus non expediebat, quod quidem fiebat manifestatio eorum iniquitates. Et primo quidem circa passionem Christi proxime futuram, nam Scribæ, & Pharisæi, qui Christum oderant, incitabant populum ad passionem Christi, ut dicitur Mar. 15. c. quod cum Pilatus diceret plebi, quem uolebant sibi dimitti, pontifices concitauerunt turbam, ut pereret dimitti sibi Barrabam, & crucifigi Iesum: & nomine pontificum intelligebantur Pharisæi, & Scribæ, quia isti fuerant precipui in consilio occidendi Christum. Ioan. 11. c. ut autem populus non assentiret eorum consilio cum essent iniqui suadentes Christi mortem, ostendit nunc eorum iniquitates, ut si postea populus assentiret eis suadentibus petere mortem Christi non esset populus excusabilis, qui suadebat ab iniquis ad iniquitatem, secus uero si eos iustos crederent, & quibus esset fides adhibenda. Secundo circa ea, quæ pertinebant ad passionem Christi, quia relurgere eo principes sacerdotum consilio habito cum senioribus, querant de Pharisæis, & Scribis dederunt pecuniam copiosam custodibus sepulchri, ut dicerent, quod dormi-

Differentia inter Scribas, & Pharisæos.

ibus ipsis venerant discipuli Iesu, & abstulerant corpus eius inde infra 28.c. Hanc autem iniquam fictionem credere deberet, & potissime, quia populus videbat, q̄ Scribæ, & Pharisei, qui Christum oderant, nitentur hoc suadere. Secus foret si hi viri boni essent. Ideo vtile erat ostendi eos fore iniquos, vt non crederetur eis circa similia. Tertio & præcipue circa fidem Christi, nam post eius mortem, & resurrectione prædicatum est publice inter Iudæos, in Ierusalem eū esse Messiam, & Deum: Pharisei autem, & Scribæ nitentur nimis auertere plebem ab hac fide non solum verbis, sed etiam verberibus Actu, 5.c. vt autem fides nō adhibeatur eis, quasi firmiter verba dicentibus, dicit q̄ erant iniqui, & sic non erat recedendum ab ea fide, quæ mirabilis probabatur propter suasionem istorum iniquorum.

Quarto dixit propter doctrinā eorum, vt non putaretur necessaria. Nam Pharisei, & Scribæ multa mandata confingebant, quibus grauabant homines, & pp opinionem, quæ de illis habebatur, putaret homines se obligari ad illa, ideo Christus ostendit, q̄ nō erant simpliciter obligati, cum vocat illa mandata onera importabilia. Quantum ad discipulos Christi etiam proderat ista manifestatio iniquitatis Scribarum, & Phariseorum, quia discipuli Christi erant Iudæi, & tā ipsi, quam progeniores eorū semper fuerant subiecti doctrinæ ipsorum, & multam eis reuerentiam impendebant, propter quod attendentes mandatis illorum aliquantulum Iudaizarent, & distraherentur a mandatis Christi, ideo Christus intēdebat penitus eos distrahere ab imitatione Phariseorum, & Scribarum, & illorum mandata confundit, sicut patet supra 15.c. vbi disputat contra Phariseos super lotionem manuum, & quod obseruatio præceptorum positum ab illis nō sanctificabat hominem, & violatio eorum nō pollebat eum, & hoc etiam videtur hic facere cū dicit: Alligat onera importabilia humeris hominum, & sed quid hoc sit, infra dicitur. Et ideo tam turbas, quam discipulos valde admonet Christus, fugere simulationem Phariseorum, & Scribarum, scilicet vt non credant eis in omnibus, quasi boni sint cum non sint boni, & eorum doctrina, vt non teneatur in omnibus velut recta. De primo patet Luc. 12.c. scilicet multis turbis circumstantibus, ita vt se inuicem comprimerent cepit dicere: Attendite a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis, id est simulatio. De secundo patet supra 15. vbi contra doctrinam eorum deluando manus ad cibum, tanquam necessariam ad mundificationē hominis dixit Christus conuocatis ad se turbis: Audite & intelligite, non quod intrat in os coinquinat hominem, & supra 16.c. dixit discipulis: Intuemini, & caute a fermento Phariseorum, & Sadduceorum, & postea dicitur ibidem, q̄ istud fermentum est doctrina, & sic ab illa Christus admonebat cauendum.

Quæ erat ista cathedra Moyfi, & quid erat sedere super eam. Quæst. XI.

QVÆRITVR quæ erat ista cathedra Moyfi, & quid erat sedere super eam. Dicendum, q̄ exponunt quidam de auctoritate, & potestate iudiciaria, quam vocat cathedram Moyfi, quia ad illum præcipue pertinuit, & ita illius cathedra manere videbatur, sicut primus vicarius Christi fuit Petrus, & sedit loco Christi, & nunc omnes, ad quos peruenit per successiones, & tēpora vicariatus Christi dicuntur sedere in sede Petri, scilicet quia ille fuit primus, qui super eam sedit.

Circa hoc considerandum, quod Moyfes fuit primus quem Deus præposuit populo Iudæorum, & ille

eos eduxit de Aegypto, & legem a Deo acceptā illis publicauit, Exod. 19. & 20. & 22. Et iste solus audiebat causas totius populi, Exod. 18. Et propter multitudinem populi manebat tota die audiens contentiones, & non finiebat, neque dirimere poterat litigia, quousque dixit ei Iethro sacerdos Madian. Stulto labore consumeris tu, & populus, qui tecum est. Et ibi constituit decanos, quinquagenarios, Centuriones, atque tribunos eod.c. Sed cum adhuc maneret difficultas magna, clamauit Moyfes ad Deū, & ille dedit de spiritu Moyfi septuaginta senioribus, qui prophetauerunt, & constituit eos in iudices pariter cum Moyse: Numeri 11.c. Et mansit ordo ille iudicandi postea semper, quandiu mansit status populi Iudaici, scilicet vsque ad destructionē Ierusalem per Romanos, quando Iudæi desierunt esse gens, quia dispersi fuerunt per totum orbem, & ita tempore Christi manebat talis congregatio seniorum septuaginta. Et isti sunt, qui vocantur seniores infra 6. & 27.c. vltra hos non erat appellatio, & per hoc diffiniabantur magnæ causæ Iudæorum, & ad hos deuolebantur, siue per appellationem, siue per dubiū causæ de omnibus locis Israel, & sententiæ istorum stabatur. Erat autem præcipuus istorum summus sacerdos: Deute. 17.c. Et ita poterit intelligi, quod isti septuaginta seniores in quocunq̄ tempore essent, dicerentur sedere super cathedram Moyfi, quia habebant auctoritatem, vel potestatem iudiciariam, quam primus inter Iudæos tenuit Moyfes, & ita exponit Nicolaus.

Aliter potest exponi de actu docendi, & exponendi legem, & vocatur cathedra Moyfi illa cathedra, in qua lex Moyfi prædicabatur populo, & exponebatur. Nam in templo Dei, & in omnibus locis, in quibus Iudæi erant, prædicabatur lex Moyfi, & erat cathedra, in quam ascendebat prædicator, vt doceret, & non dicitur cathedra Moyfi, quasi Moyfes in ea vnquam sederit, sed quia lex Moyfi in ea prædicabatur, & exponebatur. Et ista expositio videtur esse melior, & magis conuenire literæ.

Circa quod sciendum, quod apud Iudæos in singulis locis conueniebant quolibet sabbatho Iudæi in Synagoga. Nam & sic Christo consuetudo erat quolibet sabbatho cum eis intrare in Synagogam Luc. 4.c. & ibi legebatur primum lectio de libro Moyfi, & de libris prophetarum, & post lectionem prædicabat aliquis ad plebem. Actū decimotertio capitulo, vbi de Paulo, & Barnaba dicitur, quod ingressi Synagogam die sabbathorum sederunt, post lectionem autem legis, & prophetarum miserunt principes Synagoge ad eos, dicentes, viri fratres siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite, & tunc Paulus surrexit, & prædicauit. Illa autem prædicatio, vt communiter erat aliqua expositio legis Moyfi, sicut & nunc prædicatores prædicando exponūt Christi doctrinam, & hoc patet clare Actuum decimo quinto capitulo, scilicet, Moyfes enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne sabbathum legitur.

Secundo apparet hoc ex proprietate nominis, quam bene solet seruare Hieronymus: dixit enim super cathedram, & tamen cathedra pertinet ad docentem, tribunal ad iudicem. Si ergo intēderet Christus loqui de potestate iudiciaria, diceret Hieronymus super tribunal Moyfi, & non super cathedram, ergo videtur, quod intelligeretur de sessione, quæ erat ad docendum, & non ad iudicandum, illud vero erat in prædicando legem Moyfi, & exponendo illam.

Tertio, quia si intelligeretur de potestate iudiciaria diceretur, quod super cathedram Moyfi sederunt seniores,

seniores, quia ad septuaginta seniores pertinebat ista potestas, vt dictum est. Dicitur tamen sederunt Scribæ, & Pharisei: ergo intelligitur de prædicatione, quæ ad omnes hos pertinebat.

Quarto, quia dato, quod aliquis diceret, quod hoc stat, eo quod isti seniores erant de Phariseis, & Scribis, & ita sedebant seniores, eum sederunt Scribæ, & Pharisei, non conuenit, quia tunc non diceretur absolute Pharisei, & Scribæ, quia signat, quod non solum conueniebat hoc illis Phariseis, & Scribis, qui erant seniores, sed generaliter omnibus quod falsum est. Quinto, quia dicitur, quæcunq̄ dixerint vobis, facite. Et tamen si de iudicibus intelligeretur, potius diceretur quæcunq̄ vobis imperauerint, facite, ideo potius est intelligendum, quod accipiatur de docentibus, & prædicantibus, exponendo legem Moyfi, quàm de iudicibus. Sexto apparet, quia idem asserit Origenes super Matth. scilicet, qui legem Moyfi prædicant, & interpretari se gloriantur, hi sedent super cathedram Moyfi.

Qui erant isti Scribæ, & Pharisei, qui sederunt super cathedram Moyfi. Quæst. XII.

QVÆRITVR qui erant isti Scribæ, & Pharisei, qui sederunt super cathedram Moyfi. Aliqui volunt, quod Scribæ sunt, qui literam legis solum sequuntur: Pharisei autem qui interpretantur quasi diuisi ab eis, & meliores existentes. Sic dicit Origenes super Matth. qui non recedunt a litera legis, & Scribæ dicuntur: qui autem maius aliquid profiterentur diuidunt se ipsos, quasi meliores a multis, Pharisei dicuntur quod interpretantur diuisi, qui autem Moysem secundum spirituales virtutes intelligunt, & exponunt, sedent quidem super cathedram Moyfi si non sunt Scribæ, & Pharisei, sed his meliores dilecti Christi discipuli, & post aduentum Christi sedent super cathedram Ecclesie, quæ est cathedra Christi.

Sed dicendum, quod hoc mystice accipitur: nam necesse est accipi Scribas, & Phariseos pro quibusdam conditionibus personarum inter Iudæos, quæ personæ tempore Christi sedebant super cathedram Moyfi.

De Phariseis autem dicendum, quod quedam secta Iudeorum erat. distinguebantur enim tres præcipue secte inter Iudæos, scilicet, Phariseorum, Sadduceorum, & Hæsenorum, vt dicit Iosephus secundo libro de bello Iudaico. De motibus autem Phariseorum, & vita late diximus supra 3.c. quæst. 63. habebantur autem inter ceteros Iudæos isti, tanquam religiosiores, & vitæ austeriores saltem, quantum ad multitudinem cæremoniarum, vnde exhibebatur eis magnus honor, & erant multi de his viri periti, & ideo sæpe prædicabant.

De Scribis dicendum, quod non erant secta aliqua Iudeorum, sicut Pharisei, & Sadducei, sed erant sapientes: nam viros doctos sapientes vocamus, Græci vero Philosophos, Hebræi Scribas, Perse autem Magos, & ideo cum Christus veller dicere doctos in lege, dicit Scribas, quia ita Iudæi loquuntur.

Sciendum autem, quod licet ponantur hic Scribæ, & Pharisei, tanquam distincti non distinguuntur inter se, sicut Phariseus, & Sadduceus, siue sicut opposita, quia nullus Phariseus est Sadduceus, neque econtrario, quia erant secte disparatæ, & quasi oppositæ, sed distinguuntur sicut Grammaticus, & Dialecticus, galicet aliud sit Grammaticus esse, aliud Dialecticū; tamen idem potest esse Grammaticus, & Dialecticus. sic enim aliud est esse Scribam, quàm Phariseum, galicet Alph. Toit. in Matth. Pars VI.

A Scribam esse esse sapientem in lege; Pharisei esse erat habere modum certum viuendi, & sectam, & tamen accidit eundem esse Phariseum, & Scribam, id est, doctum in lege.

Ad quid sedebant isti Scribæ, & Pharisei super cathedram Moyfi. Quæst. XIII.

QVÆRITVR ad quid sedebant isti Scribæ, & Pharisei super cathedram Moyfi. Dicendum, quod ad prædicandum populo exhortando, iuxta illud Actu. 13. cap. Viri fratres siquis sermo exhortationis ad plebem in vobis est dicite: & ad exponendum doctrinaliter, sicut Doctores, qui magistraliter docent discipulos suos, pro vtroque enim competit sedere super cathedram, & hoc significat Christus istos facere, cum ait. Quæcunq̄ dixerint vobis seruate, & facite. & sic aliquid docebant, quod tenendum esset ab audientibus, etiam quia dicitur, dicunt enim, & non faciunt.

Sed dicitur quomodo Scribæ, & Pharisei sedebant super cathedram Moyfi ad prædicandum, & docendum, quia hoc pertinet ad solos sapientes, qui in lege docti sunt, sed Pharisei non erant docti in lege, cum solum tenerent sectam determinatam viuendi, ideo non pertineret ad eos docere, sed solum ad Scribas.

Dicendum, quod aliqui erant Pharisei simplices, qui solum imitabantur illum viuendi modum, & nullam habebant literarum peritiā, alij autem præter hoc, quod Pharisei erant, habebant magnam eruditionem in scriptura. primi istorum Phariseorum non prædicabant, quia non erant sapientes, secundi vero prædicabant, & docebant, & isti non solum erant Pharisei, sed etiam Scribæ.

Sed tunc obijciatur, quod superuacue ponitur de Scribis, quia cum omnes sedentes super cathedram Moyfi essent sapientes, & omnes sapientes sint Scribæ, soli Scribæ sederunt super cathedram Moyfi, ideo non deberet dici de Phariseis, & Scribis.

Dicendum, quod verum est, quod omnis sedens super cathedram Moyfi erat Scriba, & tamen posuit Christus distinctionem istam, quia de sedentibus quidam erant Scribæ, qui erant Pharisei, alij autem erant Scribæ qui non erant Pharisei, & vtrique erant reprehensibiles in multis, ideo vtrisque Christus nominauit, vt vtrorumque conditionem poneret, sed Scribæ, qui non erant Pharisei, erant quidem eruditi circa legem, sed non erant excellenter religiosi, sicut Pharisei apud Iudæos habebantur.

Quomodo competebar Scribis, & Phariseis ista potestas prædicandi, & an cuiuslibet competebar, vel quibus. Quæst. XIII.

QVÆRITVR cum dicatur, quod Scribæ, & Pharisei sedebant super cathedram Moyfi ad docendum, & prædicandum, quomodo competebar eis ista potestas prædicandi, & an cuiuslibet competebar, vel quibus.

Aliqui dicunt, quod competebar cuiuslibet, & non requirebatur aliqua potestas, vel conditio personarum, quia tam Scribæ, quàm Pharisei prædicabant nunc, & isti laici erant, nam neque sacerdotes, neque Leuitæ erant, sed multi pure laici erant Pharisei, & Scribæ, etiam Christus prædicabat, qui erat pure laicus, quia erat de tribu Iuda, de qua nemo altario ministravit, ad Hebr. 7. cap. ergo quilibet poterat prædicare inter Hebræos.

Alij dicunt, quod requirebatur specialis potestas, & conditio personarum, quia alij non possent redarguere

darguere principes sacerdotum Christum prædicantem dicentes. in qua potestate hoc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem? supra 21. cap. quod de prædicatione intelligitur, ut ibi expositum est.

Dicendum, quod officium prædicandi inter Iudeos non erat tam arctatum, sicut nunc in Novo Testamento: nam nunc pure laicis non permittitur prædicare extra de hære. cap. cum ex in iuncto, clericis quoque non permittitur ubique indifferenter prædicare, nisi ues quis habeat quatum ei cura immineat, quia nomine pastoralis curæ etiam prædicandi officium venit: alij vero potestatem accipiunt prædicandi ab eo, qui præest spiritualiter eis, quibus prædicandum est, vel a iure.

In Veteri Testamento duo ad hoc quod prædicaret requirebantur.

In Veteri autem Testamento non erat sic, sed etiã laicis licebat prædicare. Duo tamen requirebantur ad hoc quod quis prædicaret. Primum erat sciëntia ad docendum. Secundo erat quod acciperet potestatem ab eo, qui præerat synagoga in qua fiebat prædicatio.

Circa primum autem dicitur est, quod cum aliquis esset vir peritus ad docendum, & exhortandum, pluraliter nõ curabatur de qua progenie, vel statu esset, vnde tam Sacerdotes, & Leuitæ simplices, & laici quicumque poterant prædicare, & admittentur ad prædicandum, si erant periti. sic patet Act. 13. cap. vbi cum Paulus, & Barnabas venissent in Antiochiam, introierunt die sabbathi in synagogam, & post lecturam legis, & prophetarum miserunt ad eos principes synagoga dicentes: Viri fratres si quis sermo exhortationis in vobis est ad plebem dicite. & tamen ibi nesciebatur an Paulus, & Barnabas essent periti, vel non, aut qui, vel quales essent, nisi solum quod cognoscebatur eos esse Iudæos, eo quod intrauerant synagogam ad orandum, & nulla alia discussione facta, petuerunt ab eis, quod prædicarent solum querentes, an essent periti, & hoc ipsum ignorabãt cum de hoc quererent, quia aliàs solum dicerent principes synagoga: Viri fratres dicite aliquid ad plebem exhortando: ergo nesciebant eos peritos, sed cum nescirent quales erant ad hoc, quod prædicarent, solum qua fuerunt ab eis, an essent viri periti: ergo videntur, quod nulla alia conditio requirebatur, quia aliàs requirerent ab eis de illa conditio, scilicet, an essent sacerdotes, vel Leuitæ, vel de quacunque alia conditio, aut statu, quæ requiretur ad prædicandum, sed non qua seruitur, nisi de hoc, ergo in distincte admittentur ad prædicandum quilibet peritus.

De secundo dicendum, quod ad hoc quod aliquis quantumcunque peritus prædicaret, requirebatur auctoritas eius, qui præsidebat loco, vel synagoga, & ab illo accipiebat potestatem prædicandi.

Pro quo sciendum, quod in terra Iudæorum erat vnicus locus templi in quo fiebant sacrificia, & ceteræ ceremoniæ diuini cultus, ut dicitur Leuit. 17. & Deuteronom. 12. & si quis alibi templum constitueret, vel sacrificia faceret, nefas erat. sic innuitur Leuitici 17. & Ioue 22. & Deuteronom. 12. cap. & ad hunc locum veniebant omnes Iudæi masculi, ter in anno ad tres solennitates, Exo. 23. & 34. & ibi offerrebant sacrificia tua, & munera. per singula autem loca Iudæorum terræ erant domus quæ tam deputatæ ad orationem omnium, qui in loco erant, quas synagogas vocabant, & in his non fiebant sacrificia aliqua, neque oblationes, aut ceremoniæ diuini cultus, sed solum conueniebant omnes ad orationem diebus sabbathorum, & alijs festiuitatibus, & proponebatur ibi verbum Dei ab eis, qui periti erant, Actum 13. & 15. Si autem quis prædicare vellet in templo Domini debebat accipere potestatem ab eo, qui præerat templo, si autem in synagoga aliqua accipiebat potestatem

ab eo qui synagogæ præerat, in quolibet enim loco præerat aliquis synagoga, & ille vocatur princeps synagoga, sive archisynagogus, quod idem est, sic dicitur Marci 5. & Lucæ 8. cap. De archisynagoga cuius filia a Christo curata est, id est, suscitata, & Lucæ 13. cap. dicitur de archisynagogo, qui increpuit eos, qui veniebant ad Christum, ut curarentur sabbatho; non tamen increparet ceteros, nisi princeps, vel magister eorum esset, cum ex auctoritate quadam agere videatur. petio autem, sive concessio licentię ad prædicandum erat necessaria, quia aliàs non redargueretur quis prædicans sine potestate concessa, arguebant tamen principes sacerdotum Christum de hoc, supra 21. cap. dicentes in qua potestate hoc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem? & queritur ibi de prædicatione, ergo constabat inter Iudæos necessariam esse potestatis concessionem ad hoc, quia aliàs vanum esset argumentum, & increpationis Iudæorum. & ideo quando quis prædicare volebat in templo, accipere debebat potestatem a summo sacerdote, eo quod ille præerat templo, & loco electo a Domino, Deuteronom. 17. cap. scilicet, Qui autem superbiebit nolens obedire sacerdoti imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo. & ille est summus sacerdos, ut colligitur ibi ex litera. & sic illud exponit Papa, extra qui filij sunt legitimi, cap. per venerabilem, qui autem in alio loco prædicare volebat, accipere debebat potestatem a principe synagoga, ad quem pertinebat prouidere de prædicatore, sic dicitur Actuum 13, scilicet, Quod principes synagoga miserunt ad Paulum, & Barnabam dicentes, Viri fratres si quis sermo exhortationis in vobis est ad plebem dicite. Hoc autem verum erat, nisi putaretur quis habere auctoritatem a Deo, id est, ab eo missus, sicut erant prophete, quia tunc non petebatur aliqua auctoritas ab homine, & ob hoc cum Christus sepe prædicaret in synagogis, ut patet Lucæ 4. & Marci 2. & supra 12. Nunquam tamen petebatur ab aliquo archisynagogo licentiam prædicandi, & etiam quando prædicabat in templo in Hierusalem non accipiebat licentiam a summo sacerdote, & hoc erat quod putabatur esse propheta, supra 16. cap. & supra 21. vocabatur publice propheta a Nazareth, & ideo neque ipsi principes sacerdotum, aut alij Iudæi petebant ab eo dum prædicaret in templo quis ei dederat ad hoc licentiam, nisi semel ante moriẽ suã, quoniam indignati contra eum dixerunt, in qua potestate hoc facis, sup. 21. & fuit hoc die ramis palmæ, ut ibi ostensum est. de ceteris autem qui nõ putarentur esse prophete, necesse erat, quod acciperent licentiam, sicut dictum est. Ex hoc autem apparet, quod petebatur, si quomodo ad Scribas, & Phariseos pertinebat prædicare. Et dicendum, quod licet non essent sacerdotes, neque Leuitæ, neque laici, sed accidebat quod aliqui sacerdotes essent Scribæ, aut Pharisæi, & aliqui etiam laici erant Pharisæi, & Scribæ, cum Scribam esse est esse sapientem, quod tam laico, quam sacerdoti accidere potest. Pharisæum esse sit tenere certas ceremonias viuendi, quod etiam conuenit vtrisque, sed de istis dixit Christus, quod sedebant super cathedram Moysi, eo quod erant isti periti, nam omnis Scriba est sapiens; Pharisæi autem pro magna parte erant sapientes.

Quare Christus dixit, quod super cathedram Moysi sederunt Pharisæi. Quest. XV.

Quare Christus dixit, quod super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Nam videtur quod solum deberet dicere quod sederunt Scribæ: nam periti sedebant super cathedram

dram ad prædicandum, ut ostensum est precedenti q. A sed Scribæ erãt soli periti: nam pro sapiente Scribam vocant Iudæi: ergo soli Scribæ sedebant.

Dicendum, quod verum est, quod soli sapientes, qui vocantur Scribæ prædicabant. Pharisæi autem qui dicuntur super cathedram sedere, etiam Scribæ erant, quia vocantur Pharisæi, & similes sunt Pharisæi, & Scribæ. Sed tunc dicitur cum quilibet Iudæus sapiens admitteretur ad prædicandum, quare specialiter dixit Christus de Pharisæis: nam Sadducei, vel alij laici, qui de nulla secta essent, si sapientes essent admitterentur ad prædicandum.

Dici potest vno modo, quod licet quilibet peritus admitteretur ad prædicandum: plurimi tamen qui inter Iudæos erant sapientes, erant de Pharisæis, quia hi vocabantur magis studio legis Dei. Quod patet, quia isti habebant vterius opiniones circa credenda, quam ceteri: nam Sadducei negabant resurrectionem, & angelos, & spiritus, Actu. 23. cap. Pharisæi autem omnia hæc esse asserbant: sed rectiores habere opiniones ad sapientiores pertinet: isti ergo ut sapientiores, ut in plurimum frequentarent officium prædicationis. Secundo, quia isti erant magis accepti apud plebem, quam ceteri Iudæi propter sanctitatem, quam simulabant, & ideo deuotius audiret plebs eos prædicantes, quam ceteros. vnde plures de istis prædicarent, & sic Christus istos potius, quam alios nominaret, & sic expressi sunt nomine proprio Pharisæi, quia plures de his, quam de alijs prædicabant; ceteri autem quicumque essent prædicantes nomine communi vocati sunt Scribæ, id est, sapientes. Tertio potest dici, quod expressi fuerunt specialiter Pharisæi, quia Christus volebat eos redarguere. hic, & quia specialiter Pharisæi digni erant redargutione eos expressit specialiter. Si enim Christus vellet solum dicere, qui prædicabant inter Iudæos solum diceret, quod sederunt Scribæ super cathedram Moysi, quia ad peritos pertinebat prædicare, sed voluit redarguere Iudæos multa fingentes, & decipientes Iudæos alios sub specie sanctitatis; huiusmodi autem erant præcipue Pharisæi, qui multa simulabant ex habitu exteriori, & vera non erant, alij autem decipiebãt populum iubentes multa facere, & nihil ipsi facientes, & hi erant doctores legis, scilicet, Scribæ, ideo solos hos nominat. Et verum est tunc, quod aliqui Pharisæi erant, qui nõ erant Scribæ, & tamen illi falsebant populum simulatione sanctitatis, & non doctrina. Sed de his nõ dicitur in principio littere, cum dicatur, super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, qui periti erant, & hoc verisimile est, scilicet, quod ad increpandum eos specialiter expressit Pharisæos, quia infra in littera vbi cum quæ ponitur vterque nominantur Scribæ, & Pharisæi, & ipsi quidem soli. Sed obijcietur cum supra persequeretur Christum principes sacerdotum, Scribæ, Pharisæi, & seniores, quare soli Scribæ, & Pharisæi nominantur hic ad redarguendum, quia etiam ceteri erant digni redargutione. Dici potest vno modo, quod omnes illos redarguit Christus hic sub nomine Scribarum, & Pharisæorum, scilicet, quod principes sacerdotum, & seniores populi, vel erant Scribæ, vel Pharisæi, aut vtrumque, & ideo aut quantum ad sapientiam includentur sub Scribis, aut quantum ad professionem sub Pharisæis. Et hoc satis verisimile est, maximè quantum ad Scribas, quia Scribæ sunt sapientes, & tamen tam principes sacerdotum, quam seniores erant sapientes. De principe sacerdotum patet, quia omnes sacerdotes esse debebant sapientes: ergo a fortiori summus sacerdos, qui alijs præerat. sic dicitur Aggei 2. cap. Interroga sacerdotes legem, ergo debebant habere peritiam legis. & Malac. 2. scilicet, Laph. Tost. in Matth. Pars V. l.

bia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius exquirent, quoniam Angelus Domini exercituum est. Et intantum tenebantur esse sapientes, quod si non essent abijciébatur de sacerdotio, Osee 4. cap. f. Quia tu repulisti scientiam, ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi.

De senioribus apparet, quia isti seniores successerunt loco illorum septuaginta, quos Deus posuit cõsortes Moysi, ut ostensum est supra q. 13. & illi erant sapientes, quando electi sunt, cum dicat Deus Moysi, Numeri 11. cap. Congrega mihi septuaginta, quos tu nosti, quod senes sint populi, ac magistri. Sed magister dicit peritiam, etiam quia addidit eis Deus sapientiam maiorem, cum dedit eis spiritum propheticum: nam dicitur eodem cap. quod prophetauerunt neque ultra cessauerunt: ergo necesse erat sapientes esse eos, qui loco horum eligebantur, potissimè quia assumebantur ad iudicandum de omnibus causis arduis, ideo sapientes essent. De vtrisque simul patet planè Deuter. 17. cap. vbi dicitur, quod quando cumque erat ambigua res, de qua iudicandum erat in aliquo loco terre Israel, & verba iudicum variabant, recurrendum erat ad summum sacerdotem, & ad seniores, qui erãt in loco, quem Deus elegerat, & quid illi iudicabant, tenebatur; ergo esse debebant sapientes. Et sic tam principes sacerdotum, quam seniores poterant intelligi nomine Scribarum.

Alio modo potest dici, quod principes sacerdotum, & seniores, non intelliguntur nomine Scribarum, neque Pharisæorum, & tamen non expressit eos hic Matth. quia Christus voluit solos Scribas, & Pharisæos increpare. Et ratio huius est, quia Christus voluit hic increpare de duobus, scilicet, de doctrina, & de simulatione. De doctrina quidem, quia onera grauias, & importabilia humeris hominum imponebant; digito autem suo nolebant ea tangere. De simulatione vero, quia cum essent iniqui, per hypocritism ostendebant foris magnam sanctimoniam, sed ista duo pertinebant ad Pharisæos, & Scribas; ad Scribas quidem doctrina, quia ipsi prædicabant, ad Pharisæos autem simulatio, ideo isti soli nominati sunt. Vterque modus satis est conueniens.

Quomodo potest stare, quod Christus dixit, scilicet, Omnia quæcunque vobis dixerint, facite, cum non obligemur ad legem Moysi, quam illi prædicabant. Quest. XVI.

Quare Christus dixit, quod Christus dixit, quod quæcunque vobis dixerint, facite. Nam Christus loquebatur hic de Pharisæis, & Scribis, qui docebant ea, quæ in Veteri Testamento, id est, quæ pertinebant ad legem Moysi, cum dicatur, quod sederunt super cathedram Moysi. & tamen ad legem Moysi faciendam non solum non obligamur, immo peccat qui eã obseruat, ut colligitur ad Galat. 5. cap. sicut est circuncidi, & abstinere a cibis, & cetera huiusmodi, a quorum obseruatione Apostoli in cõcilio suo ostenderunt fideles esse absolutos, Actu. 5. cap.

Aliqui dicunt, quod nos obseruamus totam legem Moysi, quam illi prædicabant, sed non in eo sensu, in quo illi prædicabant, quia illi prædicabant eam literaliter, nos autem illam spiritualiter debemus obseruare. Sic dicit Origenes super Mat. f. Si autem Scribæ, & Pharisæi sedentes super cathedram Moysi sunt Iudæorum Doctores, secundum litteram docentes legis nãdata, quoniam iubet nos Dñs fm omnia, quæ illi dicunt, facere, cum Apostoli in actibus vident fideles fm litteram legis viuere. Et respondet statim, f. Sed illi docent secundum litteram legem spiritualiter nõ intelligentes.

Y 2 Quæcun.

Sciëntia sacerdotibus quam necessaria.

Quæcumque ergo dicunt nobis ex lege intelligentes sensum legis facimus, & seruamus nequaquam facientes secundum opera eorum.

Sed dicendum, quod non stat iste sensus: primo, quia sic intelligendo non est sensus literalis, sed mysticus, & alienus a litera, ideo oportebat, quod Christus foris aliquid ostenderet, per quod pateret, quod non loquebatur literaliter, sicut quando loquitur in parabolis, quia ex modo loquendi apparet, quod parabolice, & non literaliter loquitur, & tamen hic nihil tale ostendit: ergo literaliter est intelligendum.

Secundo patet, quia sic intelligendo pararet Christus laqueum, & deceptionem auditoribus. Nam illi non poterant hoc intelligere nisi literaliter, cum verba sic sonent, & ipse non ostendat aliquid, per quod appareat, quod intelligitur spiritualiter, & sic seruarent ad litteram mandata legis, & peccarent si Christus dicebat ea spiritualiter seruanda.

Sed dicitur, quod non est hoc inconueniens, quia multa alia loquebatur Christus, quæ non intelligebant auditores, sicut erant parabolæ, quas prædicauit supra 13. cap. quas nemo de auditoribus intellexit, quousque in secreto Christus exposuit eas discipulis, eodem cap.

Dicendum, quod non est simile, quia Christus loquebatur ibi ea, quæ licet non intelligerentur non nocebat auditoribus, quia erant quædam comparationes sumptæ a rebus, & non erant præcepta de agendo, sicut prædicarent omnia, quæ prædicarent Scribæ, & Pharisei, & si non intelligerent auditores istud mandatum peccarent, quia contrario modo facerent, ideo inconueniens erat præcipere, quod non intelligerent auditores.

Tertio, quantum ad principale, quia non potest stare litera, sicut omnia quæcumque dixerint vobis seruare, & facite. Et tamen si intelligatur lex vetus, quam isti prædicabant in sensu spirituali non potest tota seruari, quia multæ partes eius nihil significabant spiritualiter, sed data erant, ut sic seruarentur. Sicut sunt multæ ceremoniæ. Etiam dato, quod significarent aliquid spiritualiter, ea quæ significantur, non possunt semper fieri, quia plura eorum pertinent ad credendum, quam ad agendum, ut motus Christi ibi signata, & remissio peccatorum, & multa huiusmodi. Sic dicitur ad Hebr. 10. c. Vmbra futurorum bonorum lex habet.

Quarto, quia etiam quantum ad ea, quæ significantur agenda, non dicerent seruare mandata illi, qui in sensu spirituali seruarent. Sic ostensum est supra 13. cap. q. 28. Quod non potest aliqua scriptura compleri, vel non compleri, nisi in sensu literali, & ita non dicitur seruari, nisi in sensu literali, propter quod esset præuaricator legis, si cui daretur lex, & ille non seruaret eam in sensu literali, sed in spirituali, sicut palam est, quod Iudæi peccarent mortaliter si legem Moyse eis datam non seruarent literaliter, sed spiritualiter, ut si circumciderentur in corde, & non in carne, ut dicitur ad Rom. 2. cap. Nam si quis realiter non circumcideretur in carne, quantumcumque circumcideretur in corde, peccaret, & periret anima illa de populo suo, Genes. 17. & ita de omnibus alijs ceremonijs, vel præceptis legis: ergo si seruanda erant mandata, quæ prædicabant Pharisei, & Scribæ, erant seruanda literaliter, sicut illi prædicabant, & non spiritualiter.

Quinto, quia esset iste sensus erroneus. Nam si seruanda essent mandata legis spiritualiter, & non literaliter, eo quod Christus dixerit seruanda: sequeretur, quod cum hoc dixerit Iudæis, & ante passionem suam, quod darentur illi tunc seruare illa sic, sed hoc falsum est: ergo non tenebantur ad hoc, neque sic intelligendum est.

Aliter potest intelligi ista litera, ut aliqui volunt, quod in-

telligatur de prælati nostris, sicut prælati obediendi est, licet mali sint, dum tamen non iubeant aliquid contra Deum, & hoc quando manent tolerati in sua dignitate, vel officio. Sed dicendum, quod licet hoc verum sit, non tamen inuitur ex litera, neque est hoc, quod Christus vult. Quod patet, quia ipse non locutus est generaliter de prælati, sed dixit expresse de Scribis, & Phariseis, id oportet referri ad illos, sicut scienda essent, quæcumque prædicabant Pharisei, & Scribæ. Secundo, quia dato, quod sic intelligeretur de omnibus prælati, & prædicatoribus, necesse erat etiam intelligi de Scribis, & Phariseis suis, quia isti sunt de prælati, aut prædicatoribus, siue quia nominati fuerunt expresse, & necesse est aliquid referri ad illos, quia exprimentur. Tertio ergo exponitur alij, quod intelligatur de Phariseis, & Scribis specialiter, sicut litera dicit, & tamen cum dicitur, quod omnia facere debeamus, quæ illi faciunt intelligantur de solis illis, quæ pertinent ad decalogum, siue ad præcepta iuris naturalis. Et non de omnibus ceremonijs, & ceteris præceptis. Sic dicit Origenes super Matt. 1. Cum omnia audieris, non omnia intelligas præcepta legis, puta quæ de escis sunt, & de hostijs, & similia, sed ea, quæ corrigunt mores. Sed dicendum, quod non est hoc rationabiliter dictum. Nam Christus dixit omnia facienda esse, sed auditores non haberent aliquam causam distinguendi inter hæc, & illa, neque etiam scirent distinguere, quia ante hoc indifferenter obligabant tam præcepta moralia, quam iudicialia, & ceremonialia, & ideo cum Christus expresse non diceret, quæ obseruanda essent, & quæ non, sed generaliter diceret omnia obseruanda: obseruarent illi omnia, & Christus eos cogeret incidere in errorem si sic intelligi vellet dictum suum. Quarto ergo dicendum est, quod intelligitur litera totaliter, sicut iacet, sicut de Scribis, & Phariseis prædicantibus, & etiam de omnibus, quæ illi prædicarent, sicut tam moralia, quam ceremonialia, & iudicialia. Cum autem obijciatur, quod obseruatio istius vetita est. Dicendum, quod istud soluitur respiciendo, quando Christus hoc dixit, & quibus. Nam Christus dixit hoc ante passionem suam, dicit etiam hoc Iudæis, scilicet, turbis, & discipulis suis, ut patet supra in litera, & tamen ante passionem

Christi omnes Iudæi erant obligati ad omnia præcepta legis, & discipuli quoque Christi, quia etiam ipsi Iudæi erant, & sic non erat inconueniens seruari omnia, quæ dicebant Scribæ, & Pharisei. secus autem si nobis diceret illa seruanda esse, quia tunc obstaret huic prohibitio facta de obseruatione legalium ab Apostolo, ut dictum est.

Quare Christus dixit de Scribis, & Phariseis, quæcumque dixerint vobis, facite. Quæst. XVII.

Quare Christus dixit, quæcumque dixerint vobis facite, & hoc de Scribis, & Phariseis.

Dici potest vno modo, quod fuit ad tollendum accusationem, quam contra eum facere possent Iudæi: erat enim proxime ab eis occidendus, & cum nullam rationabilem causam mortis eius haberent multa falsa quererent, inter quæ dicerent, quod prædicauerat contra legem Moyse, & soluebat eam, sicut dixerunt, quod non erat a Deo, quia sabbarum soluebat, Ios. 9. cap. & ideo istam occasionem calumnie tollit hic eodem sermone laudans doctrinam Moyse, & Scribarum, & Phariseorum, in quantum ex eius libris erat. Secundo fuit, ut ex hoc daret doctrinam, qualiter credendum erat, & obediendum prædicatoribus fidei Catholice. Nam si Pharisei, & Scribæ, qui mali erant, & persecutores Christi, & præ-

cabant legem Moyse, tunc quando cessatura erat, iussit Christus obedire, & facere quæ illi dicebant: quantum magis obediendum esset prædicatoribus fidei, & legibus Christi, quæ sanctior erat, & in eternum mansura?

Sed tunc dicendum, quare non dixit hoc Christus expresse de prædicatoribus legis suæ, quibus potius erat obediendum?

Dicendum primo, quod non fuit ista causa præcipua, quare Christus dixit facienda esse omnia, quæ a Phariseis, & Scribis dicebantur, sed ea, quæ infra tangebat.

Secundo dato, quod hoc principaliter intenderet nondum erat dicendum de lege Christi, quia illa non dicitur prædicari, & non intelligerent auditores quod esset, quod Christus diceret, etiam quia per hoc multum scandalizarentur, quia inueneretur quod lex Moyse cessatura erat, & alia lex prædicanda esset, & hoc non debuit dici ante passionem Christi.

Tertio quantum ad principale dubium dici potest, quod fuit hoc ad tollendum calumniam, quæ posset contra eum dici. Nam statim dicitur erat magis increpationes contra Scribas, & Phariseos, ut patet infra in litera. Aliquis autem putaret, quod hoc faceret Christus quasi inuideret eis principatum suum, & quia talia, de quibus inuidemus alijs, & nos non habemus, solummodo vilis pendere, laudauit Christus principatum, & officium eorum docendi, ut malum quod contra eos dicit non videat dicere ex inuidia officij eorum.

Quarto potest dici quasi ex eodem capite, scilicet, quod Christus increpare volebat Phariseos, & Scribas, ut infra patet, & tunc aliquis putaret, quod tamen officium quam personam vituperarentur, ut autem tolleretur iste error, laudauit Christus prius officium docendi, & doctrinam Phariseorum, & Scribarum totam approbando, quia non poterat esse maior approbatio, quam dicere totam esse seruandam, & postea increpare valde Phariseos, & Scribas. De hoc Origenes super Matt. dicit, quod accusaturus erat Scribas, & Phariseos in sequentibus sermonibus, ne videretur apud stultos ex hoc eorum principatum cupere, vel propter inuicium hoc facere, a se primum hæc suspicionem remouet, & tunc cepit eos reprehendere, ut turbæ non incidant in eadem vitia.

Quare Christus dixit de Scribis, & Phariseis secundum opera eorum, nolite facere. Quæst. XVII.

Quare Christus dixit de Scribis, & Phariseis secundum opera eorum nolite facere.

Dicendum, quod Christus intendebat grauius increpare Scribas, & Phariseos, sicut ex sequentibus manifestatur, & posuit hanc primam inter increpationes, est enim valde magna, scilicet, quod aliquis doctrinam imitari debeamus, cuius tamen vitam fugere oporteat. Sic dicit Origenes super Matt. Quid est autem illo Doctore miserabilis, cuius vitam cum discipuli non sequuntur, saluantur, cum autem sequuntur, perdonantur?

Secundo fuit hoc ad tollendum occasionem erroris, quia putaret aliquis, quod cum iuberet Christus tenendam esse doctrinam Phariseorum, & Scribarum, ita quoque vitam eorum imitabilem, quia eiusdem hominis ista duo erant simul, ut ergo nemo erreret, dixit Christus, quod licet doctrinam sequantur eorum non tamen vitam.

Erant autem occasio nimia errandi, quia interdum lex, vel doctrina potest habere multos sensus, & si lex seruari solet in vno sensu, in alio tenenda est, & ille credendus est verus sensus eius, eo quod conuertendo interpretatur legem. Sic autem in doctrina Phariseorum,

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

& Scribarum poterat esse multa dubia apud simplices, & quia sensus esset tenendus, quem ipsi darent in doctrina sua, & quia nulla planior interpretatio esse videretur, quam ipsi ex operibus suis ostenderent cum magis credatur operibus, quam verbis. 10. Eth. in principio, sequerentur simplices, qui audiebant doctrinam Scribarum, & Phariseorum, eorum vitam, ideo Christus expresse admonet, ne hoc faciant.

Tertio fuit hoc, ut daret doctrinam non esse contemnendam bonum propter malum, quod adiunctum est, neque esse malum tenendum propter bonum aliquod eius. Sic enim erat in presenti, quia in eodem duo erant, id est, bona doctrina, & vita peruersa: foris autem quis considerans malam vitam horum, fugerit quoque horum doctrinam, & contra hoc Christus loquitur dicens: omnia quæcumque vobis dixerint, facite, aliquis autem considerans bonam eorum doctrinam forte vitam quoque imitari vellet, quod etiam Christus cauet, dicens, sicut opera eorum nolite facere.

Quomodo possit stare, scilicet, quod bonum malo coniunctum non sit abiiciendum, sed tenendum. Quæst. XXI.

Quæretur occasione huius, quomodo possit stare, scilicet, quod bonum malo coniunctum non sit abiiciendum, sed tenendum. Et videtur primo esse falsum, quia dicit Cato:

Quæ nocitura tenes, quamuis sint chara, relinque. Et ita ibi sunt duo, i. bonum, propter quod res chara est, & malum secundum quod nocitura est, vel dicitur. Et tamen dicitur relinquenda: ergo quando bonum, & malum coniunguntur in eadem re, dimittendum est bonum eius.

Secundo patet, quia non sunt facienda mala, ut bona veniant, quia qui hoc faciunt, vitam habent damnationem, ad Rom. 3. cap. & tamen quæ sunt mala, ut bona veniant, accipiuntur bonum, & malum simul, & non dimittitur bonum propter malum, cui coniunctum est: ergo non est accipiendum bonum, quod est coniunctum malo, sed potius est abiiciendum, & contemnendum propter malum, cui est coniunctum.

Dicendum circa hoc, quod aut bonum, & malum, quod inueniuntur circa eadem res, sunt ita coniuncta, quod non potest vnum ab alio separari, & sine eo teneri, aut potest separari. Si primo modo dicendum, quod illud bonum non debet accipi, neque concupisci, sed abiici, & contemni: quia concupiscere sic bonum esset concupiscere illud malum, quod ei coniunctum est, & sine quo non inuenit, & tamen magis nocet paruum malum, quam prodest quodlibet bonum, immo quod omnia bona. Nam si esset possibile, quod quis haberet minimum peccatum mortale cum omnibus virtutibus, & bonis operibus non posset quis saluari, sed necessario eodem naretur, id est, melius est carere quocumque bono, ut non habeamus cum eo malum, quam habere bonum, quod non inuenitur sine malo. Et hoc verum est de malo, quod est peccatum. Secus autem est de malo, quod dicit priuationes bonitatis aliarum, quæ sunt forte perfectiones naturales, quæ ibi melius est habere quasdam priuationes, quæ sunt mala quædam, quam non habere illas priuationes non habere quosdam gradus entitatis, cum quibus ille priuationes inueniunt. Si secundo modo dicendum generaliter, quod malum abiiciendum est, & bonum accipiendum, cum ibi bonum purum haberi possit. Et in isto casu loquitur Christus, quia in Phariseis, & Scribis inueniebantur simul hæc, scilicet, bona doctrina, & vita peruersa. Poterant autem auditores imitari eorum veram doctrinam, non sequendo iniquam ipsorum vitam, deo audire, & sequi licebat doctrinam ipsorum, sic dixit Christus: Quæcumque dixerint vobis, facite, sicut autem opera eorum nolite facere. Sic etiam dicit Chrysostomus super Matt. Sicut autem aurum de terra eligitur, & terra relinquitur, sic & auditores doctrinam acci-

Magis nocet paruum malum, quam prodest quodlibet magnum bonum.

supra 15. cap. quia ibi preuaricabantur Scribæ, & Pharisei mandatum Dei de honorando parentes per traditiones suas male illud, & contra intentionem Dei exponendo, & illud non erat sic tenendum, sicut exponebant illi, cum Christus ostenderet eos errare, sic etiam circa iuramentum errabant, dicentes tenere iuramentum, quod sit per donum, quod est super altare, sed non iuramentum factum per altare, & ita in multis aliis a Christo redarguebantur. Et in his manifestum est, quod non erat tenenda ipsorum doctrina.

Quæ erant ista onera graua, quæ imponebant Scribæ, & Pharisei humeris hominum. Quæst. XXI III.

QUÆ ERANT quæ erant ista onera graua, quæ imponebant Scribæ, & Pharisei humeris hominum, & in quo arguit eos Christus de hoc.

Ad secundum dicendum, quod inter increpationes, quas hic Christus ponit est vna, quod imponunt onera graua humeris hominum, & nolunt ea tangere digito. Et quantum ad hoc in duobus arguuntur. primum est de quadam austeritate in subditos, scilicet, quia illos plus debito oneribus grauabant. Secundum est, quod ipsi non subibant ista onera, & cum vtrumque per se sit vitium, tamen ambo coniuncta efficiunt magnum vitium, & quod quolibet eorum cum altero sit magnum. Nam in prelatiis, & prædicatoribus non solum agere contra legem est vituperabile, sed etiam custodita tota lege, si minores sint laicis in sanctitate, sunt vituperabiles: nam increpatione dignus est, qui præcedit dignitate si non præcedat sanctitate, ut ait Greg. dist. 4. cap. denique. Sed hoc innuitur in hoc, quod isti nolent tangere digito suo onera, quæ super alios imponebant.

De his dicit Chrysostr. in homilia duplicem eorum iniquitatem in hoc ostendit: vnam quidem in hoc, quod sine venia experunt a subditis summam diligentiam vitæ, aliam vero in hoc, quod sibi ipsi multam concedunt licentiam: oportet autem bonum principem è contrario se habere in his quidem, quæ secundum seipsum sunt grauem iudicem esse, in subiectis autem mansuetum.

Et dicendum, quod modus loquendi est metaphoricus, cum dicitur alligant onera graua, & importabilia, quia ista non sunt onera, sed præcepta viuendi, quæ quasi onera ipsos subditos premunt, etiam quod dicitur de humeris ad eandem metaphoram pertinet, scilicet, quia sicut corporalia onera super humeros ponuntur, ita & ista graua præcepta, quæ onera sunt, dicuntur super humeros poni, quia homines premunt. Dicuntur autem ipsi Pharisei, & Scribæ alligare ista onera, in quantum ipsi ista præcepta laicis imponunt obseruanda. Digito autem suo nolunt ea mouere. Etiam metaphora est, idest, minimum, vel nullum conatum ad obseruandum hæc apponunt ipsi, qui hæc præcepta alijs imponunt. Nam ad mouendum graue onus non potest esse minor conatus, quam tangere illud digito. Sic dicit Hieronymus super Matth. scilicet, Humeri autem digitus, & onera, & vincula, quibus alligantur onera spiritaliter sunt intelligenda, idest, metaphoricè.

Est autem magna redargutio istorum, quia non custodiunt præcepta, quæ imponunt. Nam licet is, qui condit legem non teneatur ea, cum par in parem non habeat imperium, & a fortiori idem in se ipsum, tamen si quis condit legem, per quam viuant subditi, tenetur ipse ex quadam naturali equitate, & ratione secundum eam viuere, & peccat si sine causa contra agat. Sic dicit sapiens. Patere legem, quam

Par in parem non habet imperium.

ipse tuleris. Et quod quis iuris statuit in alterum, ipse debet vti eo. extra de constitut. cap. omnes isti autem legem posuerunt, & ea non vtebantur, neque in minimo, & non ex impotentia obseruandi, sed quia nolebant, ideo est magna redargutio eorum. Sic dicit Chrysostr. in homilia: Intende qualiter eorum reprehensionem aggrauat: non enim dixit, non possunt, sed nolunt, neque dixit portare, sed digito mouere, idest, neque propriè ferre, neque tangere. Est autem hic generaliter reprehensio eorum, qui magna docent, aut iubent, & ipsi parua faciunt. Sic dicit Hieronymus super Matth. scilicet, Hoc etiã generaliter dominus aduersus omnes magistrum loquitur, qui magna, & grandia iubent, & minora non faciunt.

Quæ erant ista onera graua, quæ alligant Scribæ, & Pharisei, & ponebant super humeris hominum. Quæst. XXV.

QUÆ ERANT quæ erant onera ista graua, quæ alligabant Scribæ, & Pharisei, & ponebant super humeris hominum.

Aliqui dicunt, quod erant præcepta legis Moyfi, quæ erant onera graua, quia erant diuini obseruationis: vnde dicitur iugum, Actuum 15. cap. scilicet, Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Sic dicit Chrysostr. super Matth. scilicet, Et quidem quantum ad Phariseos, & Scribas, de quibus loquitur onera graua, & importabilia dicit legis mandata, de quibus in Actibus dicit, Ut quid vultis imponere iugum super ceruices discipulorum?

Sed tunc dicitur, quomodo Scribæ, & Pharisei alligabant ista onera, & imponebant super ceruices Iudeorum, quoniam alligata erant, & imposita.

Dicunt autem quidam, quod Scribæ, & Pharisei commendabant in tantum istas obseruationes, quod necesse erat populo eas custodire, & ita non poterant a se rejicere, sicut onera ligata. Sic dicit Chrysostr. super Matth. scilicet, Onera enim legis quibusdam rationibus fabulosis commendantes auditoribus, quasi vincula super humeros cordis eorum alligabant, ut velut rationis vinculo constructi non rejicerent ea a se.

Alij dicunt, quod ista onera graua sunt traditiones, quas seniores constituerant, quæ erant ex Phariseis, & Scribis, & in his grauabant populum multitudinem, & difficultate obseruationis. Et ita tenet Glo. dicens alligant onera, idest, vndeunque traditiones colligunt, quæ conscientiam non leuant, sed grauant, & idem tenet Nicolaus.

Dicendum autem, quod iste est verus sensus, & patet primo, quia dicitur de Scribis, & Phariseis alligant onera graua, & imponunt ea humeris hominum, cum enim lex aliqua, vel mandatum dicatur hic onus, tunc alligatur onus, quando lex conditur: tunc humeris imponitur, cum promulgatur, & subditis obseruanda iubetur: ergo ipsi condebant has leges, & iubebant eas obseruari, sed mandata legis Moyfi non conderunt ipsi, sed Deus, neque ipsi promulgauerunt, & custodienda tradiderunt, sed Moyfes: ergo non potest intelligi de lege Moyfi.

Secundo, quia cum lex Moyfi esset lex Dei, non redargueret, neque male positam ostenderet illam Christus, qui Deus erat, & tamen dicendo onera graua, & importabilia humeris hominum imposita, increpauit loquitur, ideo dato quod lex Moyfi esset onus graue, & importabile, idest, difficultatis portationis

portationis non vocaret eam Christus onus importabile, quod in redargutionem sonat, ergo loquitur de aliquibus institutionibus factis ab homine. Tertio apparet, quia Christus posuit ista verba, & omnia præcedentia, & sequentia ad redargutionem Phariseorum, & scribarum, & tamen si ista onera essent mandata legis Moyfi, nulla redargutione digni essent propter illa, quia non constituerant neque introduxerant ea, sed obligabantur quoque ad ea custodienda, sicut ceteri homines, ergo non intelligitur de lege Moyfi, sed traditionibus humanis. Quarto patet, quia inquit dicitur, & imponunt ea humeris hominum, significauit iniustum quoddam hominibus fieri ex eo, quod importabilia onera eis imponuntur, & tamen si esset lex Moyfi, etiã si grauis esset non erat iniustum imponi illam humeris hominum, eo quod erat lex Dei, & nihil a Deo factum est iniustum, aut grauatorium, cum ipse vtatur summa equitate, ergo intelligitur de humanis obseruationibus.

Quæ erant ista mandata, vel obseruationes, quæ dicuntur vincula, aut onera importabilia. Quæst. XXVI.

SED tunc quæretur, quæ erant ista mandata, vel obseruationes, quæ dicuntur vincula, aut onera importabilia. Dicendum, quod apud Iudeos erant seniores septuaginta, de quibus dicitur est supra 13. cap. & successerunt isti loco illorum quos Deus fecit accipere cum Moyse ad indicandum populũ, & isti habebant cum summo sacerdote potestatem constituendi aliqua, si qua necessaria, vel vitia eis viderentur ad regimen, & statum Iudeorum, quæ non essent aequaliter contra ea, quæ Deus statuerat, & de his multa statuerant ceteroniam circa modum viuendi, & quædam erant ad aliquam perfectionem vitæ, alia verò erant ad quandam munditiam exteriorem, vt multiplex purificatio, & lotio manuum, & totius corporis, & ablutio vasorum ex eriorumque rerum, quæ ponuntur supra 15. & Mar. 7. cap. f. Bapismata calicum, vrceorum, & grametorum, & lectorum. Ista autem vocantur onera graua, quia difficile erat ea obseruari, & hoc siue propter eorum multitudinẽ siue propter specialem difficultatẽ, vtrumque enim faciebat ea importabilia. Nam si multa erant, etiam si quolibet eorum per se non haberet difficultatẽ obseruationis, omnia simul sumpta efficerentur difficilia ad obseruandum, sicut est de venialibus, quia de singulis venialibus, idest, de quolibet per se nemo est, qui non possit cauere, & tamen cauere omnia non videtur possibile homini ex seipso, sed solum ex speciali adiutorio gratiæ, vt declaratum est supra 19. cap. quæst. 184. De difficultate eorum per se apparet, vt si erant aliqua, quæ deducebant ad perfectionem, sicut est in abstinentia ab illecebis carnis, siue in gustu, vt quantum ad præcepta de ieiunando, siue in tactu, vt in abstinentia a venereis, & sic generaliter in repressione cuiuslibet alterius passionis, hæc enim per se ipsa, & potissimè cum obseruationes legis Moyfi efficiebantur velut onera graua, & importabilia.

Quæ Christus iubet turbis ea, quæ Pharisei, & Scribæ prædicabant obseruare. Quæst. XXVII.

QUÆ ERANT cum Christus redarguit istos Scribas, & Phariseos, quia alligabant onera graua, quæ suadet immo iubet turbis ea, quæ isti prædicabant obseruare.

Dicendum, vt supra ostensum est, quod istud intelligitur non de præceptis legis Moyfi, sed de tradi-

tionibus, quas instituerant seniores, qui erant de Scribis, & Phariseis, ista autem obligabant Iudeos ad obseruationem sui, quia isti seniores habebant potestatem constituendarum legum, vel statutorum ad ordinationem populi tam circa cultum Dei quam circa bonam habitudinem gentis in eis, in quibus Deus non dederat legem, & non licebat Iudeis deniare ad dexteram neque ad sinistram ab eis, quæ isti diffiniebant nisi ipsi quoque aliquid contra legem Dei disponderent. De his dicitur est supra 15. cap. q. 1. & 12. Christus autem hoc videns iubeat populo obseruare ea, quæ isti prædicabant quoniam prædicabant ea, quæ per seniores statuta erant, qui habebant auctoritatem statuendi.

Sed dicendum, quod Christus redargebat istos seniores, qui erant Scribæ, & Pharisei, quia potestate sibi concessa abutebantur statuentes ea, per quæ grauaretur populus, peccabant enim in hoc, quia aut inconsiderate agebant non respicientes quæ statuta possent tolerare populus, aut superbe, s. multa statuentes pro alijs obseruanda, vt ex hoc ipsi viderentur iusti sine operatione vlla, & magis superbe quam inconsiderate factum esse videtur, quia si inconfiderate agerent, putarent esse conuenientia statuta ad vitam populi, & ipsi quoque ea custodire niterentur, sed dicitur, quod imponebant ea super humeros hominum, & nolebant ea mouere digito suo, ergo ex superbia agebant alios subijcientes mandatis ipsis, & ipsi non obseruantes. Cum autem Christus dixit, onera importabilia, solam difficultatem designauit. Nam si vere importabilia essent, esset impossibile ea portari ab homine, & tunc nullum hominem obligarent, quia neque essent leges, aut statuta. Debet enim lex esse honesta, & possibilis, vt ait Ildorus 5. Etymolog. & in Decret. dist. 4. cap. erant autem, sed erat difficile obseruari ista statuta, & ideo imprudenter egerant seniores talia statuendo, licet obligarent eorum mandata populum.

An malum sit multa statuta facere. Quæst. XXVIII.

SED occasione huius quæretur circa similia statuta, quæ sunt a prelatiis, vel principibus secularibus, an malum sit multa statuta facere.

Dicendum, quod principalis regulatio generis humani est per leges a Deo factas, & necesse est, quia nemo habet iurisdictionem super homines, nisi qui eis maior est, naturaliter autem non est maior vnus homo altero, cum pertineant ad eandem speciem: ideo homo debet regi per aliquem superiorem hominem, iste autem est Deus: ideo per præcepta a Deo data debet regi homo.

Et hoc propter duo. Primo propter auctoritatem, quia homo non habet naturaliter auctoritatem super hominem eo, quod non est maior eo: Deus autem est summus auctoritatis. Secundo propter certitudinem: homo nam si homo regit hominem cum possit quilibet homo errare poterit errare is, qui regitur: immo necesse erit, quod regulatus erret si is, qui cum regit, errauerit, & sic dixit Christus supra 15. contra Scribas, & Phariseos, qui dabant præcepta fundata super errore, & ideo custodientes ea errabant cum ait. Ceteri sunt, & duces cæcorum. Et ideo ad hoc, quod directio hominis certa sit necesse est, quod sit a Deo, qui errare non potest, & ad hoc saltem oportet, quod ea, quæ præcipua sunt, idest, in quibus magis dubitari possit, aut saltem ea, quæ sunt, vt principia, ex quibus possunt sequi deductione necessaria instituantur

Per præcepta Dei debet regi homo.

uantura Deo. Hoc autem Deus facit, & ideo omnibus hominibus tradidit leges communes, quas vocamus leges naturæ ad Rom. 2. cap. & istæ leges sunt principia quædam generalia omnium actionum humanarum, ex quibus quilibet acuti ingenij, & exercitatus circa conuersationem politicam poterit inferre cætera, quæ sunt necessaria ad complementum politicæ conuersationis.

Præter hæc autem adhuc Deus dedit speciales leges populis illis, ad quos habuit conuersationem: Iudæis autem primum, & his tradidit multas leges, vt patet ex quinque libris Moyfi, postea verò Christus in carne assumpta conuersatus est cum paucis hominibus, quasi conuersaretur cum toto orbe, & dedit leges toti orbi, sed istæ pauciores fuerunt. Et tamē præter ea, quæ Deus dedit, vtrouique erant multa alia necessaria, secundum quæ regerentur homines circa multa particularia, & ideo tam inter Iudæos quàm nunc in statu noui testamenti oportuit relinqui aliquibus potestatem condendarum legum, in nouo autem testamento omnibus prælatis, & Dominis temporaliibus. Nam Christus dixit discipulis, sicut mihi me pater, ita ego mitto vos, i. in eadem potestate, in veteri autē testamento senioribus, qui manserunt post Moysem licuit leges condere, vt dictum est. Sed hi, quibus relicta est talis potestas non habuerunt eam limitatam ad tot, vel tot leges, aut ad tales siue in tali materia: imo generaliter vbicumque eis videretur expedire poterant constituere quod rectam pararent, & ideo magna erat prudentia necessaria, scilicet, vt neque deficeret lex in necessarijs, neque superuacuas, & onerosas leges ponerent, neque contra rationem instituerent.

Circa hoc autem considerandum est, quòd aut leges ponuntur ab istis cauillòse intentione illaqueandi subditos, vt pecuniam eorum exhauriant incidentibus eis in legem, aut alia intentione. Si primo modo non solum peccant moraliter, sed etiam valde grauiter, & Deus comminatur eis nimis Ita. 10. cap. scilicet. Vt qui cõdunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimant in iudicio pauperes, & vim facerent causa humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Si autem constituat quis paucas leges, & necessarias, & non grauatorias, quacumque intentione constituat, dum tamen non ad diripiendum, vt supra nõ peccat, si tamen quis multas leges constituat, quarum obseruatio propter suam multitudinem est difficilis, vel quia paucas constituit, ipse tamē sunt difficiles, peccat constituens. Non enim debet esse multitudo legum sine causa necessaria, & non occasione perfectionis, vt quidam volunt, qui vt deducant subditos ad perfectiorem statum onerant eos multis legibus, vel saltem cõdunt leges difficiles obseruationis. Hoc autem inconueniens est. Nam in religione conueniens est esse obseruantias multas, vel difficiles, eo quòd est voluntariè assumpta, & qui non vult non subit illas difficultates, secus autem in generali statu, in quo homines necessario manent. Item quia in religione pauci sunt, & illorum intentio est, vel esse debet tendendi ad perfectionem, sed in generali professione omnes manent, ideo non possunt omnes tēdere ad perfectionem, & sic nõ debet eis imponi leges, quæ ad perfectionem deducant.

Ex quo sequitur, quòd illi, quibus in veteri testamento data erat potestas condendarum legum, & hi, qui in nouo testamento eandem potestatem habent, nõ debent statuere multa, neque graua, vt deducant subditos ad aliquam perfectionem, quia magis communitatibus præstant, in quibus non pos-

Nõ debet leges difficiles cõd.

sunt omnes tēdere ad perfectionem, & manent etiã necessario in his professionibus.

Et ex hoc etiam sequitur, quòd pauciores leges debent dari a principe totius Ecclesie quàm ab eis, qui præerant in veteri testamento. Nam status ille paucos subditos habebat, scilicet, solū populum Iudæorum, qui ad vnum modum viuendi coaptari poterat faciliter, status autem noui testamenti habet omnes homines, qui non possunt coaptari ad eundē modum particularem viuendi: ideo neque multa, neque valde particularia debent constitui a principe totius Ecclesie pro tota Ecclesia. Et huius signum est, quia Christus, qui dedit legem pro hoc statu, paucam mandata instituit, cum in veteri testamento essent multa, & ideo principes Ecclesiarum, & potissimè, qui toti Ecclesie præest, pauca debet instituire seruanda ab omnibus, neque debet curare, vt ad perfectionē homines tendant, sed solum vt a mortalibus caueant, & ideo sine necessitate nõ debet legem aliquam condere, quia quando cumque legem condit inducit nouam obligationem, & reducit homines in seruitutem, cum tamen Christus voluit nos liberos esse a iugo mandatorum. Sic dicit Augustinus ad inquisitiones lanuarij loquens de religionibus Christiana, scilicet. Ipsam religionem nostram, quam Dominus noster Christus in paucissimis sacramentorum celebrationibus voluit esse liberam, quidam seruilibus premunt oneribus, adeo vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui nõ humanis præsumptionibus sed diuinis subiunguntur institutis. Simile quoque est quantum ad impositionem poenitentia: conscientibus, in eis quippe vbi est arbitraria poenitentia, id est, vbi non est restitutio necessaria, vel debitum speciale alicui, nemo se grauem debet ostēdere, sed sequi conditionem poenitentis, & si ille vult pro magnis peccatis paruam sibi imponi satisfactionē paruam imponenda est. Sic dicit Chryost. super Matth. scilicet. Tales autem sunt, qui graue pondus venientibus ad poenitentiam imponunt, & sic dum pena præsens fugitur cõtemnitur pena futura, si enim falcem super humeros adolescentis, quem nõ potest baiulare posuens necesse habet, aut vt falcem reiciat, aut sub pedere confringatur, sic & homini, cui graue poenitentia pondus ponis necesse est, aut vt poenitentiam reiciat, aut suscipiens dum sustinere non potest, scandalizatus amplius peccat. deinde si erratus paucā poenitentiam imponentes nonne melius est propter misericordiam reddere rationem quam propter crudelitatem?

Quomodo Christus increpauit hic Scribas, & Phariseos dicens. Dicunt enim, & non faciunt. Quest. XXI X.

Quæritur quomodo Christus increpauit hic Scribas, & Phariseos dicens, dicunt, & nõ faciunt, quæ obseruationes erant istæ, pro quibus eos increpabat, quòd non obseruabant eas. Nam videtur, quòd non debet eos increpare pro his, quia illæ obseruationes erant inutiles, & superuacue, vt laquare crebro manus, & calices, & vrceos, & omnia eramenta Mar. 7. ca. & talia non conferebant aliquo modo ad internam munditiam, immo erat hoc error credere, vt Christus ostendit supra 15. cap. & ob hoc discipuli Christi, licet sequerentur vitam perfectam, non curabant de his lotionibus eodem cap. & Mar. 7. ergo neque Christus deberet arguere Phariseos, quòd ista non obseruarent, quia per hoc ostēderet aliquo modo quòd bonum erat ista seruare.

Dicendum, quod in ter mandata, quæ teniores trahebant Iudæis seruanda, quædam erant de ceremonijs exterioris

exterioris munditiæ, aliæ autem pertinebant aliquo modo ad perfectionem vite. De primis apparet, vt crebro laquare manus, & calices, & omnia eramenta Mar. 7. cap. Alia erant, vt circa elemosynas faciendas, circa ieiunia, circa abstinentiã ab illicebis carnis, & ita de actibus omnium virtutum, & ista reddebant hominem perfectiorem vltra præcepta: vtraque præcepta obligabant, quia erant data ab eis, qui potestatem habebant, & non erant expresse contra legem Dei, sed prima erant inconuenienter data. Primo quia multa erant, & præ multitudine sui faciebant difficilem obseruationem. Secundo quia erant inutilia, & sine causa data, quia istæ lotiones exteriores nihil conferebant ad munditiam animi, quæ est per se necessaria. Tertio quia putabant Iudæi per istas lotiones purificari simpliciter, & per oppositas immunditias commaculati animi. Quod patet, quia Christus probat cõtra eos per rationes contrarium supra 15. cap. & tamen non niteretur hoc probare nisi Iudæi illud crederent, & propter hoc circa istas ceremonias Christus redarguit eos. Secunda autem mandata erant inconuenienter data, quia præ difficultate obseruationis onerabant valde Iudæos, quod malum erat, & tamen ipsa in se bona erant, quia de rebus bonis erant, & ad perfectionem dirigebat, propter quod Christus nunquam ea in speciali redarguit sicut redarguit traditiones de lotionibus multis supra 15. & Mar. 7. in generali tamen redarguit seniores, qui tam ista quàm prima dederat, eo quòd onerabant immoderatè populum.

Sed nunc dicendum, quòd Christus dixit de Phariseis, & scribis, dicunt, & non faciunt, scilicet, quantum ad secundam præcepta, & nõ quantum ad prima. Et patet primo, quia prima præcepta valde custodiebant Pharisei, eo quòd pertinebant ad ostensionem sanctitatis exterioris, & supra 15. & Mar. 7. cap. innuitur, quòd ipsi illa custodiebant, & redargebant Christi discipulos, quia nõ obseruabant ea. Secundo quia cum isti prædicarent ista obseruanda obseruarent illa, nisi esset aliqua difficultas in eis, quem admodum est in compressione passionum, & operatione secundum quamcumque virtutem, in obseruatione autem ceremoniarum lotionis nulla erat difficultas, nisi propter multitudinem, quia non repugnat inclinationi nostræ obseruatio talium: ideo de alijs præceptis loquitur. Tertio quia Christus per istam redargutionem, quodam modo admonebat eos facere id, quod non faciebant, & tamen non admoneret nisi ad res bonas, ergo erant præcepta inducentia ad perfectionem, & non ad superuacuas ceremonias. & de istis præceptis seniorum credendum est, quòd tam Christus quàm discipuli eius obseruabant ea nõ quidem quasi obligarentur eis mandato seniorum, sed quia de rebus bonis erant, & ad perfectionem dirigebant, secus autem de primis, quia illa sepe Christus non obseruabat, neque discipuli eius, quia inutiles ceremoniæ erant, vt patet supra 15. vbi Scribæ, & Pharisei arguerunt discipulos Christi, quòd non seruarent traditiones seniorum.

Omnia autem. Hic autem ostenditur superbia Phariseorum, & Scribarum in simulatione sanctitatis, & dicitur.

Omnia autem opera sua faciunt, vt videantur. Id est, Vt videantur esse boni. Erant enim inanis gloriæ cupidi, & ideo simulabant se bonos, vt laudarentur, ex quo sequitur, quòd in secreto nullum bonum faciebant, sed si aliquod faciebant, illud erat in publico, vt laudarentur ab hominibus. Qui enim facit bonum, siue in publico, siue in secreto videri vult, & tamen, qui in secreto vult videri a Deo, qui autem in publico vult videri ab hominibus, & quia isti solam gloriã mun-

danam cupiebant, volebant videri ab hominibus.

Dilatant philateria sua. Id est, Faciunt ea maiora quàm alij homines. Et sunt philateria quædam chartæ, vt infra dicitur.

Et magnificant subrias. Istæ erant in anteriori, & posteriori parte vestimentorum, vt dicitur. Amant autem. Hic ponitur ostensio superbiæ Phariseorum, & scribarum in ambitione dignitatis, & dicitur.

Amant primos accubitus in cenis. Id est, Quando multi conueniunt ad cibum in eodem loco desiderant Pharisei, & Scribæ tenere primam sedem. Et primas cathedras in synagogis. Scilicet, Vt sedent ad orandum in synagogis, & meliori loco. Et salutationes in foro. Id est, In loco publico volunt saluari ab alijs. Et vocari ab hominibus Rabbi. Vt exp̄sius signaret rē ipsam.

Ad quid Christus dixit omnia opera sua faciunt, vt videantur. Quest. XXI X.

Quæritur circa primum, ad quid Christus dixit ista verba, scilicet, omnia opera sua faciunt, vt videantur. Dicit potest vno modo, quòd istud ponitur ad probationem, vel confirmationem præcedentium, quia dixerat Christus, quòd prædicant alligando multa onera super populum, & ipsi nihil faciunt de eis, quæ prædicant. Hic subditur ratio, quia cum faciant omnia opera sua, vt videantur ab hominibus, satis eis est, quod faciunt ea, quæ foris apparent, s. prædicare multa præcepta, & onerare populum illis, quasi per hoc se ostendant excellentes, quos verisimile sit maiora facere quàm dicere. Etiam qui tantam puritatem volunt esse in alijs, videtur de cultu Dei magnam curam gerere, obseruatio autem illorum præceptorum, vt communiter erat in occulto: ideo non curabant quicquam facere, quia per prædicationem præceptorum acquirerant testimonium humanum, quod cupiebant. Secundum dicendum, quod facit hoc ad ostēdenda vitia Phariseorum, & Scribarum, inceperat enim supra hoc facere: ideo illud hic continet, quia omnia, quæ sequitur ad interpretationem ipsorum pertinent, & increpat hic eos in speciali de inani gloria. Sic dicit Chry. super Mat. l. Supra Dominus arguerat Scribas, & Phariseos crudelitatis, & negligentie, consequenter autem arguit eos inanis gloriæ, quæ fecit eos a Deo recedere.

Tertio, vt aliqui volunt, ostendit Christus causam quare Scribæ, & Pharisei non poterant credere in eũ, ita vt sequerentur doctrinam eius, quia ea, quæ Christus prædicabat erant cælestia, isti autē cupiebant gloriam humanam, quæ terrena est: ideo non pertinerebat ad eos Christus. Sic dicit Chry. in homilia, scilicet. Vult autem Dominus in hoc ostendere causam propter quam nõ poterant credere Christo, hoc est quia omnia opera faciunt, vt videantur ab hominibus. Impossibile est enim, vt credat Christo cælestia prædicanti, qui gloriam hominum concupiscit.

Quarto exponunt aliqui totam literam istam, s. super cathedram Moyfi & c. de prædicatione Scribarum, & Phariseorum, scilicet, quòd ipsi prædicabant Christum venturum ex lege, & Prophetis, & tamen presentem non recipiebant, & causa erat inanis gloria. Sic dicit Chry. in homilia, & est sensus, quòd cum ipsi considerarent in lege, & Prophetis de Christo, & prædicarent sepe de illo, poterant ex multis signis coniecturare esse illum, qui inter eos erat. Sed hoc non cognouerunt, quia Deus non illuminabat eos propter hoc, quòd sponte se exceçabant per inanem gloriam, & cupiditatem rerum terrenarum.

Quinto posuit hoc Christus, vt ostenderet vitium commune Ecclesiasticorum hominum, erant enim Scribæ,

Scribe, & Pharisei viti cæteris religio fiores, & ideo licet omnes homines tangat vitium inanis gloriæ, tamen quia præcipue Ecclesiasticos tangit posuit illud Christus, vt ostendat cauendum in nobis. Sic dicit Chrys. in homilia. In omni re nascitur, quod ipsam exterminat, sicut ex ligno vermis, & ex vestimento tineæ, vnde sacerdoti ministerium, qui positi sunt ad ædificationem sanctitatis corrumpere diabolus nititur, vt hoc ipsam bonum dum propter homines fit, fiat malum, tolle hoc vitium de clero, & sine labore omnia refecabis, ex hoc enim fit, vt clerici peccantes difficilem pœnitentiam agant.

Quomodo est verum, quod Scribæ, & Pharisei omnia opera sua faciebant, vt viderentur, & an in hoc peccabant. Quæst. XXXI.

QVAERETVR quomodo est verum, quod Scribæ, & Pharisei omnia opera sua faciebant, vt viderentur, & an in hoc peccabant.

Ad primum dicendum, quod verum est, quod omnia opera sua faciebant, vt viderentur ab hominibus, vt hic Christus asseruit, sunt autem isti, quos vocat Christus hypocritas, qui nolunt orare nisi in synagogis, & angulis platearum vbi ab omnibus videri possunt supra 6. cap. & quando ieiunant exterminant facies suas, vt videantur hominibus ieiunantes.

Ad secundum dicendum, quod aliqui putant eos non peccare, nam solum faciebant hoc, quod opera sua manifestabant hominibus, & tamẽ hoc Christus suauiter supra 5. cap. luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra. Dicendum, quod verè peccabant in hoc Pharisei, & Scribæ. Primo patet, quia Christus increpat eos de hoc, quod omnia opera faciebant, vt viderentur ab hominibus, & tamẽ non increparet eos iuste si non peccarent, ergo peccabant. Secundo quia hoc faciebant ex hypocrisis, & tamen hypocrisis peccatum est, ideo peccabant.

Circa hoc tamen considerandum, quod Scribæ, & Pharisei mouebantur ex duobus, scilicet, ex hypocrisis, & ex inani gloria, per hypocrisis volebant reputari boni, cum nõ essent, & ad hoc exteriores actus exercebant, vt crederentur boni esse, cum non essent. Et ex hac parte dicendum, quod in his peccabant mortaliter, quia hypocrisis, vt in plurimũ est mortale peccatum, & positiuè ex intentione, ex qua isti mouebantur, vt ostensum est supra 15. cap. q. 3. 6.

Erat quoque motiuum eorũ inanis gloria, & quantum ad hoc peccabant, quia inanis gloria semper est peccatum, & tamen non est necesse, quod sit semper mortale, sed sepe est veniale. Est autem mortale octo modis, vt ostensum est supra 6. cap. q. 8. Et in quantum isti ex inani gloria operabantur satis erat, quod peccarent venialiter, & perderent meritum operis, licet opera essent aliàs bona. Nam quando Christus locutus est contra hypocritas, qui ad laudem hominum opera faciebant dixit, quod receperunt mercedem suam supra 6. cap. & non dixit, quod male agerent, & ideo necesse est, quod Scribæ, & Pharisei peccarent in hoc, quod faciebant opera sua, vt viderentur ab hominibus.

Ad rationem in oppositum dicendum, quod facere opera nostra coram hominibus non est vituperabile immo bonũ est, quia alij inde instrui possunt, sed tota diuersitas est in intentione. Siquis enim faciat opera sua in publico potest tripliciter hoc se habere. Primo modo, qd illud faciat, vt alij instruantur & Deus de illis operibus laudet, qui inspirat homini talia facere. Secundo modo, qd quis faciat in publico, vt capiat laudes humanas de operibus illis.

Tertio modo, qd quis agat opera propter Deũ, & faciat illa in publico, & licet quã si ad substantiã operum ponat Deum tanquam finem, tamen quantum ad hoc, quod est in publico facere, non ponat aliquẽ finem sibi neq; bonum, neq; inane. De primo dicendum, qd sic agere meritorium est, pertinet enim ad charitatem, qd quis velit proximis instruere ex operibus suis, incitando ad similia bona. Etiam quia sic Deo maiore laudem impediunt. Sic Christus dixit supra 5. cap. luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. De secundo dicendum, qd est peccatũ saltem veniale, & perditur per hoc merces operis. Sic dixit Christus supra 6. cap. l. Attendite, ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. De tertio dicendum, qd sic agere in publico neque est meritorium, neque vituperabile, licet opus sit in se bonum, & meritorium, s. quia propter Deum factum. Hec tamen circumstantia, s. in publico factum esse nõ addit operi aliquid de quantitate meriti, neq; aliquid diminuit, cum non fiat propter aliquem determinatum finem. De Pharisæis autem, & Scribis manifestum est, qd nunc peccabant, & perdebant meritum operis, quia agebant secundo modo, s. vt caperent laudes humanas. nõ dicitur in litera omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Hoc tamen Christus vetuit dicens attendite, ne iustitiã vestram faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis supra 6. cap. Dicitur aut, qd faciebant omnia opera, vt videantur ab hominibus, quod dupliciter intelligi potest. Vno modo, vt videantur, i. viderentur boni, & iusti ab hominibus. Alio modo, vt videantur ab hominibus, s. vt videant ea publice, & laudent eos de his. Primum pertinet ad hypocrisis secundum ad inanem gloriam. Et licet hypocrisis, & inanis gloria multum concordent, quia interdum inueniuntur in eodem facto sicut hic, tamẽ differunt, quia hypocrisis semper fallit, quia hypocrita vult reputari id, quod non est, & illud fingit, & si faciat aliquid exterius, qd possit laudari nõ facit illud præcipue, vt laudetur, sed vt per illud æstimetur bonus esse, & non est, qui autem est cupidus inanis gloriæ non querit fallere, ostendendo se aliu esse quam sit, sed vult ex his, quæ exterius agit laudari, & ideo deterior est hypocrisis quam inanis gloriæ cupidus. De inani gloria declaratum est. supra 6. ca. a q. 5. vsque ad 15. & ibi multa dicta. An vero expedit alicui magis facere opera sua in publico, vt glorificetur Deus, vel abscondere opera ne incidat in inanem gloriam, & an hoc sit consilium, vel præceptum dictum est supra 15. cap. q. 3. vsque ad 36.

Quæ phylacteria erant ista, quæ dilatabant Pharisei, & Scribæ, & quomodo dilatabant. Quæst. XXXII.

QVAERETVR quæ phylacteria erant ista, quæ dilatabant Pharisei, & Scribæ, & quomodo illa dilatabant Pharisei, & Scribæ. Dicendum, qd erant ista phylacteria quædam parua charta, in quibus scribebatur decalogus, & has chartas ponebant Pharisei in fronte pendentes, & erant in modum coronæ, quia forte partem anteriorem occupabant capitis, & posteriorem quoque. Et hæc vocantur phylacteria a phylaxe, quod est seruare, & thorax, quod est lex, quasi seruatio legis, scilicet, quia in membranis illis lex seruabatur, id est, continebatur.

Alij dicunt seruatiõnem legis, quia signum erat, qd illi, qui illas chartas in fronte habebant, legem seruarent. Nam ideo in fronte ligabant illas chartulas inter oculos, vt recordati legis Dei seruarent illam.

Alij

Vnde dicta sunt phylacteria.

Alij dicunt seruatiõnem legis, id est, quia putabant se ipsos a lege custodiri, scilicet, qd illi, qui has chartulas inscriptas gererent, merito horum a periculis seruabantur, vel liberabantur. Sic dicit Hieronymus super Mat. Phylacteria, ergo illa decalogi phylacteria vocabant, id est, conseruatoria, eo quod quicumque habuissent ea, quasi ob custodiam, & munimentum sui haberent. Alij autem exponunt phylacteria, i. verba ipsorum Phariseorum, & Scribarum, quæ dicebant de proprijs obseruantijs, & illas obseruantias phylacteria vocant, id est, conseruatoria, quia per obseruantias illas credebant saluem propriam conseruari. Sic dicit Chrys. super Matthæi, scilicet, alij verò sic exponunt hunc locum, quia dilatabant verba sua de proprijs obseruantijs quasi phylacteria, id est, conseruatoria propria salutis ea populo assidue prædicantes.

Sed dicendum, quod sensus præcedens est verus, scilicet, quod chartulas illas phylacteria vocabant, & in fronte ligabant, & suspendebant, habuit autem ortum ista res ex illo, quod scribitur Deuteronom. 6. capitu. scilicet, audi Israel &c. & sequitur, quod erunt verba ista quasi signum, & mouebuntur ante oculos tuos, & istas chartulas tam Pharisei, quam alij portabant.

An Pharisei bene faciebant portando istas chartulas scriptas pendentes in fronte, & an ad hoc obligabantur. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR an Pharisei benefaciebant portando istas chartulas scriptas pendentes in fronte, & an obligabantur ad hoc. Nam Deus non iussit, quod portarent chartulas pendentes, quia nihil proderat: nam ista sunt verba legis, & lex retinetur in animo, eo quod dirigit operationes animæ, & in chartis, vel membranis non retinetur, nisi vt non pereat memoria eius sicut cæteras res literis tradimus, vt memoriæ commendemus.

Et quia inter præcepta duo sunt præcipua, cum duo sint, in quibus Deum præcipue colimus, scilicet, in fide, & charitate siue operatione, & respectu vtriusque sunt multa præcepta, sed quantum ad fidem præcipuum omnium, & quod est quasi fundamentum illorum, est, quod Deus vnus est, quantum ad operationem quoque sunt multa, sed præcipuum omnium est, Diliges Dominum Deum tuum, & ex his pendet omnia alia, quæ pertinent siue ad Deũ, siue ad proximum, & ideo ista duo quasi præcipua, & fundamenta omnium mandatorum valde commendauit Deus, & posuit illa sola Deuteronom. 6. cap. scilicet, audi Israel Dominus Deus tuus vnus est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Ista enim sola mandata scribebantur in phylacterijs. Quod patet, quia Iudæi moderni, qui aliquantulum imitantur facta antiquorum hæc sola scribunt in chartulis, & non rotum decalogum. Erat autem intentio Dei, non qd ista sola custodirent, sed quod omnia obseruarent, quia multa alia ipse dederat, & tamen, qui delinquit in vno factus est omnium reus, sed de his specialiter dixit propter duo.

Primo quia ista erant præcipua inter cætera, & grauius erat offendere in aliquo istorum quã in alijs.

Secundo & præcipue, quia ista non solum sunt præcepta, sed præceptorum omnium fundamenta. Nam ex primo pendunt omnia, quæ pertinent ad operationem. Sic dicitur præcedenti cap. & Mat. 12. quod in mandato de dilectione Dei, & proximi lex vniuersa pendet, & Propheta. Et ideo præcipiendo ista obser-

uare, & in memoriã habere, præcipiebatur, quod omnia mandata, quæ ex his pendunt obseruarentur. Hec autem præcepta iussit Deus valde in memoriã haberi, vt custodirentur, quia vnũ, per quod quis cessat custodire mandatum aliquid est, quia non recordatur actualiter illius. Sic ponit Aristot. 7. Ethico. cap. 4. quando loquitur de peccato incontinentis, & hoc est propter non considerare actualiter id, quod scit habitualiter, ad hoc autem oportet haberi magnam cogitationem de his, vt quasi nunquam cadat de memoriã, & ideo Deus dixit. Eruntque verba ista, quæ præcipio hodie tibi, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens, atque confurgens.

Ad signandum autem istam cogitationem, vel recordationem horum valde assidua, & intensam addidit adhuc Deus ibidem dicens, s. & ligabis ea quasi signum, & mouebuntur ante, vel inter oculos tuos, & scribes in ostijs, & limine domus tuæ. Sed palã est, qd non iubebat Deus realiter poni chartulas istas, vt penderent ante oculos. Primo quia inutile erat: nam vt dictum est lex in animo non in chartis retinetur. Secundo quia ista impedirent operationes humanas: nam si verè penderent istæ chartulæ ante oculos, & moueretur inter eos impedirent vultum de actu videndi, qui summè necessarius est. Tertio quia si hoc Deus vellent congruentius iuberet portari chartulas illas ligatas in manibus, vel brachijs, quia ibi semper videri possent, & legere quando vellent. In fronte autem si penderent, & inter oculos nõ possent chartulæ legi, sed potius visum tollerent, quia sensibile positum supra sensum tollit sensationem, vt dicitur 2. de Anima: nisi forte chartulæ alligarentur fronti, & non penderent ante oculos, & inter eos, sicut faciebant Pharisei, vt Hieron. innuit. Et hoc non erat implere ad literam illud præceptum.

Quarto quia Deus noluit illud præceptum impleri sicut iacet, sed solum, vt innuat magnam diligentiam Iudeorum in cogitando, & mente retinendam præcepta ista, ad exequendum ea. Nam nõ solum id, quod minus est, scilicet, ligari ista ante oculos, & scribi in ostijs domorum, sed etiam retinere in cogitatione, quod verissimilius erat nõ potest impleri s. m. literam illius præcepti. Nam dicitur, eruntque verba hæc in corde tuo, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens, atque confurgens; in quibus verbis totum tempus vite nostræ significatur. Nam totum tempus vite distinguitur per duo, s. per tempus vigiliæ, & tempus soporis, & sic Aristot. 1. Ethico. vocauit dimidium vite tempus dormitionis, scilicet, per dimidium vitæ nihil differt prauus a studioso. Tempus vigiliæ diuiditur in duo, quia aliquando manet homo in domo, aliquando foris. Ista tempora omnia ponuntur in illa litera. Nam tempus dormitionis significatur, cum dicitur, dormiens atque confurgens, Tempus, vigiliæ in quo quis manet in domo, cum dixit, meditaberis sedens in domo tua.

Tempus, quo manet foris, cum dixit ambulans in itinere, ergo totã vitam comprehendit in his. sed manifestum est, qd Deus non voluit per totum tempus vitæ manere hanc cogitationem, quia sic cessaremus ab omnibus alijs actibus, i. a ciborum, & potuũ sumptione, & ab alijs operationibus, & exercitijs necessarijs ad vitã. Quinto, quia dato, qd ab oibus opibus alijs cessandum esset, adhuc non posset quis semper cogitare circa mandata illa sicut litera innuit. Sexto, quod difficilius est, quia in prædictis non potest impleri mandatum pro toto, potest tamen pro aliqua parte, & tamen cũ dicitur, meditaberis ea dormiens, hoc nullo modo potest impleri, neque quantum ad totum,

Totum vitæ tempus in duo distinguitur.

Quæ mandata in phylacterijs scribebantur.

Cde. Trid. sess. 6. can. 18.

totum, neque quantum ad aliquid, quia nemo dormiens cogitat, eo qd non agit ex intentione, & tamen Deus non iubet aliquid impossibile iuxta illud. Qui dixerit impossibile præcepisse anathema est, ergo nõ fuit intentio Dei iubentis, qd sic seruaretur, sed solum significare nãm diligẽtiã circa obseruationem, & memoriã horum præceptorum, & tales etiam modi loquendi sunt apud nos ad aliquid nimis significandum, vt illud. Nunquam cadat psalterium de manu tua. de cons. dist. 11. cap. nunquam, & tamen solũ intelligitur de horis competentibus, vt dicit ibi Glo. Septimo apparet, quod non deberet illud intelligi sic ad literam, quia tunc non solum illa duo præcepta in chartula vna, sed etiam alia præcepta, & aliter ligata in alijs locis portare deberent, vt patet Exo. 17. ca. vbi de præcepto festiuitatis azymorum iubetur, quod pendens habeatur in manu, & ante oculos, s. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, & vt lex Domini semp in ore tuo. De alio quoque præcepto, s. redemptionis primogenitorum dicitur eod. cap. Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum, quid ob recordationẽ ante oculos tuos, & tamen manifestum est, qd istud non obseruabant Iudæi ad literam, quia non habebãt illa præcepta pendentiã in manu, aut inter oculos. Neque etiam Pharisei, qui istarum obseruationum erant valde curiosi obseruabant hæc, quia solum habebãt inscriptam chartulam illis mandatis, s. Audi Israel &c. & hoc solum in fronte. In brachijs autem nihil habebant, vt Hierony. innuit, ergo neque istud erat intelligendum ad literam. Octauo patet, quia si istud ad literam intelligendũ esset, seruarent illud Iudæi nostri temporis, & tamen nemo eorum in fronte chartulam pendentem habet, sed solum tenent chartulas de membranis, in quibus scripta sunt illa duo mandata, & illas ponunt in quibusdã concauitatibus portarum, vel postium domoũ, ergo tunc non obligabant. Sed dicendum, qd Pharisei ex prauo intellectu facere scripturæ, vel quia curiosi satis abundanter esse volebant circa cæremonias, apponebant istas chartas fronti. Sic dicit Hierony. super Matthæ. s. Dominus cum dedisset mandata legis per Moysen ad extremũ intulit: ligabis ea in manu tua, vt opere compleantur, sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis hoc Pharisei male interpretantes scribebãt in membranulis decalogum, idest, decem verba legis compilantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capitis facientes, vt semper ante oculos mouerentur, non intelligentibus Phariseis, quia hæc in corde portanda sunt non in corpore, alioquin arma, & arcẽ habent libros, & notiam Dei non habent.

Hierony. sententia.

An aliqui Iudæi præter Phariseos, & Scribas portabant philateria. Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR an aliqui Iudæi præter Phariseos, & Scribas portabant philateria, idest, chartulas. Dicendum, quod hoc nõ est planum dicere, quia scriptura non aperit, & cum non essent ad hæc obligati Iudæi forte non portarent illa, sed Pharisei, & Scribæ, qui superstitioni erant, portarent hæc philateria. Ad hoc autem adiuvat primo, quia dicitur: Dilatant philateria sua, & de fimbrijs non dicitur magnificãt fimbrias, ergo dixit philateria sua, idest, propria quasi ipsi soli portarent, de fimbrijs autem non dixit suas, quia palam est, quod omnes Iudæi fimbrijs utebantur.

Secundo quia Hierony. & alij cum loquuntur de philaterijs redarguunt solos Phariseos quasi ipsi ex

F mala interpretatione legis indoxerint philateria illa, ergo populus non vteretur philaterijs. Dicendum, quod licet non sit totaliter manifestũ, quid esset circa hoc, tamen verisimilius est, quod tempore illo aliqui Iudæi, & si non omnes portarent ista philateria. Primo quia Pharisei, & Scribæ etiam doctores legis, & si ipsi propter erroneã interpretationem dicebant portanda esse philateria, & sic intelligendam legem, iuberent omnibus sic custodire, & omnes vterentur philaterijs. Sed tunc videtur maius inconueniens, quia sic non portarent aliqui specialiter philateria, quia Pharisei, & Scribæ sic intelligentes legem, iuberent omnibus sic custodire, totus autem populus sequebatur eorum doctrinam, sicut Christus dixit supra in litera, omnia quæcunque dixerint vobis, facite.

G Dicendum, quod nõ portabant omnes Iudæi philateria, neque Pharisei docebant ab omnibus esse portanda, vt dicitur sequenti q. Secundo quia si soli Pharisei, & Scribæ portarent philateria, & Christus circa philateria aliquam redargutionem eorum ponere vellet, solũ eos argueret, quod philateria desererent quasi hanc superstitionem soli haberent, & tamen non redarguit eos, quod philateria haberent, sed quod illa dilatabant, ergo videtur, quod alij habebant præter eos philateria, in quorum comparatione ipsorum philateria erant magna.

H Ad primum in contrarium posset dici, quod sicut dicitur, dilatant philateria sua, ita subiungitur, magnificant fimbrias suas licet non exprimat, sed solum dicitur magnificant fimbrias, & est sensus, quod dilatant philateria sua, idest, propria: nam alijs prædicabant portanda philateria, sed nõ suadebant, quod illa ita magnificarent, sicut ipsi dilatabant sua, sed in hoc excellentiores videri volebant, & ideo dicitur, qd dilatant philateria tua, q. d. sua dilatant, & non aliorũ.

I Ad secundum dicendum, qd vt Hiero. innuit Pharisei soli, & Scribæ in hoc arguuntur, & hoc est propter duo. Primo quia licet alij præter eos portarent philateria, tamen ipsi eos ad hoc mouerant male interpretando legem, & docendo sic portanda esse. Secundo quia Christus non increpat hic Phariseos, quia philateria portabant, sed quia illa dilatabant, & tamẽ dilationem istã soli Scribæ, & Pharisei habebãt: nõ isti soli increpabantur, & de solis eis mentio fit.

An Christus portabat philateria. Quæst. XXXV.

QVAERETVR an Christus portabat philateria. Aliqui dicunt, quod sic, quia Christus conformauit in habitu, & cæremonijs omnibus Iudæis, ne iustẽ ab eis repelli posset quasi ab eis alienus, & non Messias, sed Iudæi cæteri portabant philateria, ergo Christus illa portabat.

K Secundo quia, vt dicit Hierony. super Matth. ex errore Phariseorum introductũ est portari philateria. Falsẽ enim interpretabantur legem Deut. 6. cap. dicentes, quod ex loco illo colligebatur, quod homines deberent portare illa philateria, sed in eo quod Scribæ, & Pharisei prædicabant, sequebatur eorũ doctrinam populus. Sic enim Christus dixit supra in litera, s. quæcunque dixerint vobis seruare, & facite, ergo omnes Iudæi portarent philateria, & consequẽter Christus ne faceret contra doctrinam, quã in dederat de stando doctrinæ Phariseorum, & Scribarum.

Dicendum videtur, quod Christus non gerebat philateria, Christus enim nõ se immiscebat cæremonijs superuacuis, sed philateria habere erat aliquid tale, quoniam non erat a Deo mandatum, neque in se vtile,

vtile, neq; ab aliquo imperatum, qui haberet auctoritatem iubendi: ideo non vteretur tali cæremonia. Secundo quia Christus venerat ad auferendum hanc multitudinem cæremoniarum, & obseruationum iugum, & dandum legem liberam ab huiusmodi obseruationibus, vt ait Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Et ideo in seipso exemplum huiusmodi præstaret, propter quod nullas obseruaret cæremonias nisi eas, quæ ex necessitate legis incumberent, sed ista de portandis philaterijs nõ erat ex necessitate legis, sed ex errore Phariseorum, ergo Christus nõ vteretur philaterijs.

A Ad primum in contrarium dicendum, quod Christus conformabat se Iudæis in cæremonijs, quæ erant communes apud eos ne contra legem agere videretur, & tamen portare philateria non erat commune apud Iudæos, multi quidem illa portabant, sed non omnes, & ideo etiam si Christus non portaret illa, nõ scandalizarentur Iudæi.

B Ad secundum dicendum, quod ex falsa interpretatione Scribarum, & Phariseorũ introducta sunt philateria, & si illi prædicarent indubitanter sic legem intelligendam, & nõ aliter posse seruari, portaret omnes Iudæi philateria, & Christus quoque portaret illa ne scandalizaret Iudæos, vel probaret palam errare Scribas, & Phariseos in tali interpretatione legis, & nõ obseruaret ipse eam sicut fecit circa traditiones seniorum de lauando sepe corpora, & res exteriores quasi ad quandam sanctificationem spiritualẽ. Christus autem, & discipuli sui non obseruabant hoc, & ideo ne scandalizarentur Iudæi ostendit, quod illa obseruatio erat notabilis, scilicet, quod exteriora nõ contaminabant hominem, & consequenter lotio exterior non tollebat immunditias animarũ, quæ sunt immunditię hominis, sed tamen Pharisei, & Scribæ non docebant simpliciter sic legem intelligendam, vt philateria portarentur, & alio modo non posse seruari, sed erat hoc apud eos sicut opinio magis credita, & ideo multi erant, qui contrarium faciebant, neque propter hoc erat scandalum inter Iudæos. Sic patet circa alia maiora, scilicet, circa resurrectionem. Nam Pharisei asseriebant eam, & angelos, & spiritus. Sadducei autem omnia negabant. Act. 23. Et tamen tolerabantur vtrique inter Iudæos, quia non erat determinatum vnde esse articulus, a fortiõri hic cum non esset determinatum an esset necessaria portatio philateriorum portarent aliqui illa, & alij non, & nõ esset scandalum aliquod, & sic Christus non portaret philateria, neque discipuli sui, nemo tamẽ ex hoc moueretur.

An Pharisei, & Scribæ peccabant portando philateria. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR an Pharisei, & Scribæ peccabãt portando philateria.

E Aliqui dicunt, quod sic. Et primo, quia falsẽ interpretabantur sacram scripturam, & docebãt falsẽ faciendum esse, & hoc graue peccatum est, vt patet supra 5. cap. scilicet, Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines facere, minimus vocabitur in regno coelorum. Sed id, quod facit hominem minimum coram Deo, malum est, ergo & isti grauer peccabant, qui contra veritatem sacre scripturæ docebant. Secundo quia Deus iussit ne facerent Iudæi aliquid contra id, quod præceptum eis erat Deut. 12. cap. scilicet, quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino Deo tuo, neque addas quicquam neque minuas. Et tamen isti addebant de portatione philateriorum, quod non erat in lege man-

A datum, ergo peccabant. Dicendum videtur, qd Pharisei, & Scribæ por. ado philateria non peccabant. Primo patet, quia non faciebant rem aliquam, quæ in se esset illicita, aut contra legem, & ideo non est causa vlla eos asserendi peccare. Secundo, quia ex modo, quo eos Christus arguit videtur colligi, qd non peccarent: nam Christus arguit eos, qd dilatarent philateria, & non qd portarent ea, si autem portare ea malũ esset, non argueret eos, qd dilatarent, sed qd portarent illa, vel si ipsa dilatio augeret aliquid de delicto, poneretur vtrunque, s. quia portabant philateria, & qd ea dilatabant, sed sola dilatio ponitur, ergo non erat culpa portare philateria. Ad primum dicendum, qd docere contra veritatem fidei, vel sacre scripturæ ex intentione, quando docens nouit veritatem, & prædicatur illam, est graue peccatum, immo fortassis grauissimum, & periculosissimum, sed quando quis ex ignorantia docet contra veritatem sacre scripturæ: secus est, & tunc dicendum, qd ante circa rem illã, in qua docens, vel prædicans errat, est veritas plana, & indubitata apud alios peritiores in sacra scriptura, aut est res, quæ vertitur in opinionem. Si primo modo peccat grauer ille, qui docet contra veritatem sacre scripturæ, & tanto grauius quanto ad professionem suam, vel gradum siue statum pertinet cognitionem habere de illa re, vt si errans sit prælarus, vel graduarus in theologia. Si secundo modo, dicendum, qd siue talis sit materia in qua liceat opinari sicut aliqua sunt, in quibus dicimus aliqua esse problemata neutra, siue non liceat opinari cum veritas non sit inuenta, licet habeat se vno modo, & nõ ad vtrumlibet non peccat ille, qui errauerit contra veritatem scripturæ, & hoc si in talibus non asserendo, sed aliquaher dubitando loquatur, sicut res ipsa dubitabilis est. Ita in præsentia, licet veritas sacre scripturæ esset, qd non tenerentur homines ad philateria portanda, tamen quia apud Iudæos non erat determinatum apud aliquos quãtuncq; peritos: nõ determinate vni, vel aliud, dũ nõ non omnimodo diceretur cũ certitudine non erat inconueniens, ita autẽ faciebãt Scribæ, & Pharisei, quia nõ locuti fuerunt cõtra veritatem scripturæ ex intentione, sed ex ignorantia inuincibili, ergo nõ peccabant. Ad sũm dicendũ vno modo, qd nõ erat peccatũ Iudæis facere supra id, quod mandatum in lege erat quicq; illud facerẽt, quia ab eis nõ haberet premiũ retributionis superogatio in veteri testõ. Sed est sensus, qd quicq; circa aliquã materiã Deus mãdauerat id determinatã, siq; vltra illud facere vellet peccatũ erat, sicut Deus iubebat offerri quotidie sacrificiũ iuge, s. mane, & vesperẽ Nu. 28. siq; vellet illud holocaustũ iuge offerre quotidie ter peccabat. Et nõ iubebat Deo, qd in holocausto offerret vnos agnos anniculus quilibet vice. Siq; autẽ vellet ad maiore honore offerre duos, vel tres agnos anniculus peccabat, quia in his facere supra id, quod Deus iusserat erat facere quodãmodo qd mãdatũ eius, cũ pp certã cãm, vel significationẽ mandaret re determinatã, & faciẽdo vltra tollerẽt rõ significationis, in rebus nõ illis, in quibus Deus nihil mandauerat, qd Iudæi aliqd facerẽt in cultũ Dei non erat illicitũ, sic erat in præsentia, s. non mandauerat Deo portari philateria, neq; vterat, licebat ergo Iudæis in honore Dei illa portare. Secundo põr dici, qd dato, qd nunquam liceret Iudæis aliquid facere vltra id, quod scriptum erat, tũ non peccabant portando philateria, quia illud intelligeretur de illis, de quibus manifestum esset, qd nõ essent scripta, & tũ circa philateria non erat sic, quia putabant Pharisei, qd Deut. 6. c. imperabatur portatio philateriorum, eo qd literam non bene intelligebant, ideo nõ peccabant portando illa, neque suadendo alijs, quod portarent.

Quid

Quid erat dilatare philateria, & ad quid illa dilatabant Phariſæi, & an dilatare peccabant. Quæſt. XXXVII.

QVAERETVR quid erat dilatare philateria, & ad quid illa dilatabant Phariſæi, & an peccabant dilatare.

Ad hoc dicendum, quod illud erat, quod Phariſæi facerent philateria illa maiora quam ceteri Iudæi: nam licet non portarent omnes Iudæi philateria, multi tamen illa portabant, & inter ceteros portabant illa maiora Scribæ, & Phariſæi ex industria, ſcilicet, faciebant, & ille chartulæ eſſent maiores, longiores, & latiores, ut magis cingerent caput in modum coronæ, & magis penderent ſuper oculos, vel magis eleuarentur ſuper frontem, & faciebant ſcribi chartulas literis groſſioribus, & ſic per hoc videbantur iſti notabiles inter ceteros.

Ad ſecundum dicendum, quod faciebant hoc Phariſæi, ut viderentur ab hominibus, ſicut cum inter ceteros iſi haberent philateria maiora, & multo differentia a philaterijs aliorum, propter iſtam differentiam conuerterent homines ſpecialiter oculos ad eum ſiue in bonum ſiue in malum. Nam cupiebant videri ab hominibus, ut dicitur in litera.

Secundo faciebant hoc ex hypocrifi, ut putarentur religioſiores, & ſanctiores: nam portabantur philateria in ſignum obſeruantiam mandatorum Domini, qui autem maiora portaret philateria, putaret efficacius obſeruare mandata Dei, vel maiorem habere curam de obſeruando illa.

Ad tertium dicendum, quod peccabant Phariſæi dilatare iſta philateria. Et patet primo, quia Chriſtus eos redarguit, quod dilatarent philateria, ſed non argueret eos conuenienter, niſi peccarent in hoc, ergo peccabant. Secundo patet, quia hypocrifiſis ſemper eſt peccatum, & Phariſæi, & Scribæ faciebant hoc ex hypocrifiſi, ſcilicet, ut viderentur eſſe boni, cum non eſſent, vel ut viderentur meliores quam erant, ut dictum eſt, ergo peccabant in dilatare philateriorum.

An liceat Chriſtianiſ ad collum ſuſpendere verba aliqua ſacra in chartulis ſcripta. Quæſt. XXXVIII.

QVAERETVR occasione præcedentium, quæ dicta ſunt de philaterijs, quæ ſunt chartulæ alligatæ fronti continentes ſacra verba, an liceat ad collum ſuſpendere verba aliqua ſacra in chartulis ſicut quidam conſueverunt.

Aliqui dicunt, quod licitum eſt, quia verba Dei non habent minorem efficaciam, quando ſcribuntur, quam cum proferuntur, & tamen verba ſacra prolata habent aliquos effectus, & licitum eſt illa proferre ad aliquid efficiendum, ut ad ſanandum egros aliqui inuocant nomen Chriſti ſuper eos, aliqui dicunt orationem Dominicam, aut aliquid aliud ſacrum, & ſic iam multi egri ſanati ſunt. Nam hunc modum dedit Chriſtus diſcipulis ad ſanandum languores, ſcilicet, ut inuocarent nomen eius ſuper egrotos Mar. 16. capitu. In nomine meo demonia eiſcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, ſuper egros manus imponent, & bene habebunt. Sicut enim nomen Jeſu prolatum eſt ad ſanandum omnem egritudinem ſufficiens, quoniam non eſt datum aliud nomen ſub cælo, in quo oporteat nos ſaluos fieri niſi in hoc, Actuum 4. Et ita ſcriptum proderit ad ſanitatem, ergo licitum erit ſuſpendere ad collum in chartula iſtud nomen, & quæcunque alia ſacra ſiue ad curationes egritudinum, ſiue ad quæcunque alia opportuna, ut ad liberationem de periculis, & timoribus.

Secundo quia verba ſacra non minus faciunt circa corpora hominum quam circa corpora beſtiarum, & omnium animalium, & tamen quædam incantationes verbales habent efficaciam ad reprimendum ſerpentes, vel ad ſanandum quædam animalia, ſicut dicitur Pſal. 57. Sicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ non exaudierit vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter, ergo verba ſacra a fortiiori proderunt ad ſanitatem hominum, & ſic quando fuerint ſuſpenſa ad collum proficient.

Tertio quia verbum Dei non eſt minoris ſanctitatis quam reliquæ ſanctorum, cum Auguſt. dicat, quod non eſt minus verbum Dei quam corpus Chriſti I. q. 1. cap. interrogo vos, ſed licet homini portare ad collum reliquias ſanctorum, vel quomodolibet aliter ad ſuam protectionem, ergo pari ratione licebit ad collum ſuſpendere verba ſacra in chartulis ad aliquid bonum noſtrum.

Dicendum, quod circa portationem ſimilium ſcripturarum conſiderandum eſt primo qua intentione portantur. Secundo quid eſt, quod portatur. Tertio qualiter portantur.

Circa primum dicendum, quod ſiquis portat tales ſcripturas iniqua intentione ſiue ſint ſacra ſiue non, peccat portans, ut ſiquis ideo ad collum iſta ſuſpenderit, ut alij videntes hæc appenſa putarent eum religioſum virum, ſcilicet, qui ex deuotione ſacrum rerum ad talia mouetur, & quod eſſet ad Diuinam magis inclinatus quam alij. Nam tunc eſſet vitium hypocrifiſis. Sic enim redarguit Chriſtus Phariſeos, & Scribæ portantes philateria, qui ea dilatabant, ut putarentur alijs religioſiores.

Alij autem portant prædicta propter ſolam intentionem temporalium vtilitatum conſequentiarum, ut ſiquis portet ſacra nomina appenſa, ut in omni negotiatione lucra conquirit, Et iſti peccant in duobus. Primum eſt, quia falſum credunt, ſcilicet, quod portantales talia ſcripta ſemper erunt fortunati in negotiationibus. Secundum eſt, quia dato, quod hoc eſſet verum, illicitum eſſet, quod quis id eo portaret appenſa ſacra verba, ut lucra conſequeretur, quia iſtud eſt abuti, ſcilicet, ordinare res diuinas ad res humanas, & eſt grauè peccatum, quia minora debent ſeruire maioribus, & non eſt contrario.

Alij autem portant prædicta appenſa ad finem licitum, ſcilicet, ut liberentur a morte, vel a periculis corporis, & animæ, & credunt, quod portando talia certiffime liberabuntur ab his periculis in virtute horum verborum, & iſti peccant, quia falſum credunt. Nam iſta verba, neque prolata, neque ſcripta habent talem virtutem naturaliter, aut ex determinatione voluntatis Dei, ut quandoque portentur efficiant hoc, vel illud, ſed ſi verba ſacra ſunt, & quis reuerenter ea portet propter Deum, cuius illa ſunt, poterit Deus miſeratus benefacere ſic portanti, ſi tamen quis ſine reuerentia, vel non conſiderans iſta portauerit non eſt neceſſe, immo non eſt veriſimile, quod aliquid boni ſequatur, & potiffime in malis, & indignis. Et dato etiam, quod aliquis attentus ſit ad hæc, & cum reuerentia ſemper portet, non eſt neceſſe, quod a Deo conſequatur id, quod intendit ex portatione illarum chartarum, quia non eſt plus illa portatio verborum ſacrorum, quam deuota oratio, & tamen deuote orantes, etiam ſi ſine peccato ſint, non conſequuntur ſemper id, quod petunt: ideo neque portantales hæc.

Sic etiam multi errant circa verba, & res ſacras, aſerunt enim quidam, quod qui talem, vel tale pſalmum ſecum appenſum portauerit, quod ſemp diligetur a Dñis, &

Tria penes portationem hæc chartularum ſcripturarum conſiderantur.

& magnatibus, & portans alium Pſalmum nunquam vincetur in bello, & ſichuiusmodi talia credere erroneum eſt, ideo hæc ſuſpoſitione portare ſecum talia ſcripta illicitum eſt.

Alij vero portant prædicta putantes, quod efficaciora ſunt verba ſacra ſcripta, & portata ab homine appenſa, quam ſi proferantur ore, & ideo non orant exprimendo illa, ſed portant ſcripta.

Iſti autem errant multipliciter. Primo quia ſecundum hoc putant ipſa ſcripta, inquantum ſcripta ſunt aliquid habere virtutem, vel efficaciam, quia alias non differret dici, aut ſcribi, dum tamen eadem dicerentur, ſed illud falſum eſt, quia ſcriptura ſecundum ſubſtantiam nihil aliud eſt, niſi membrana, & incauſtrum, & figurarum protractio. Maniſteſtum eſt autem, quod nullum iſtorum neque omnia ſimul habent qualitatem aliquam abſolutam, quæ ſit virtus manens ſecundum quam aliquid efficiant, ideo ſecundum quod ſcripta non profunt.

Secundo patet, quia ſi iſta ſcripta ſint alicuius efficaciam hoc erit inquantum ſunt verba ſacra, & tamen non ſunt verba principaliter inquantum ſunt ſcripta, ſed potius inquantum proferuntur, vel in mente ſunt, ideo magis proficiunt ſimilia prolata quam ſcripta.

Et patet hoc, quia terminus, vel verbum eſt triplex ſcilicet mentalis, vocalis, ſcriptus. Præcipue enim terminus ſignificatiuus eſt in mente, & eſt aliquid formatum ab intellectu, & ſolemus vocare verbum mentis vel conceptum, verbum autem vel terminus vocalis ſuccedit ei in dignitate. Nam verbum mentale eſt, per quod quis ſeipſum intelligit & alia, ſine quo nulla eſt intellectio. Verbum autem vocale non eſt ad hoc, quod quis ſeipſum, vel alia intelligat, ſed ſubferuit verbo mentali, ſcilicet ad hoc, quod notificet quis alijs verbum ſuum mentale. Nam ſicut intellectus ſeipſum manifeſtat per verbum mentale, quod format, ita verbum mentale manifeſtat per vocale. ſicut dicitur primo Perihermen. Sunt ea, quæ in voce, earum, quæ in animâ paſſionum, notæ id eſt ſigna inferiorum conceptuum vel verborum: ipſa autem verba ſcripta non ſunt verba, niſi quaſi æquiuoce. Nam verbi officium eſt manifeſtare, ut dictum eſt, ſed verbi ſcripti officium non eſt manifeſtare, quia neque manifeſtat mentale, neque vocale: ſed intentio, qua ſcriptura ſuit eſt, ut non periret cum memoriter retineri non poſſet. Ergo minus manet in natura verbi ipſum ſcriptum quam vocale, & mentale, & conſequenter cum inquantum verba habent efficaciam ea, quæ ſcripta ſunt, ſi quam habent neceſſe eſt, ut maior ſit efficaciam ſacri verbi, cum dicitur quam cum ſcriptum retinetur.

Tertio patet, quia Chriſtus in nomine prolato dedit potestatem faciendi virtutes & mirabilia, & nunquam in nomine ſcripto. Quod patet, quia ita Chriſtus dixit Marc. 16. capitu. ſcilicet in nomine meo demonia eiſcient. Et intelligitur, id eſt inuocato nomine meo, & ita faciebant Apoſtoli, quando ſanabant aliquos, quia imponebāt illis manus, & inuocato nomine Jeſu ſanabant eos, ſicut Petrus & Ioannes ſanauerunt claudum: dixit enim Petrus claudum argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo hoc tibi doſi nomine Jeſu ſurge, & ambula. Ergo magis profunt verba ſacra prolata quam ſcripta.

Quarto patet ex conditione ſacrorum verborum. Nam ut dictum eſt, iſta non habet in ſeipſis aliquam virtutem abſolutam, ſecundum quam aliquid efficiant, ſed ſolum inquantum cum reuerentia proferuntur, vel portantur, quia tunc Deus miſeretur eorum, qui reuerenter ſe habent, & efficit aliquid circa eos: ſed maniſteſtum eſt, quod reuerentius ſe poteſt

Alph. Toſt. in Matth. Pars VI.

homo habere proferendo quam portando, quia proferendo cogitat aliquid proferens, & poteſt exhibere reuerentiam aliquam Deo in proferendo, portando autem nihil cogitat, licet cogitet aliquid a principio, quando ſuſpenderit ſibi talia ad portandum, ergo reuerentius ſe habet proferendo quam portando, & conſequenter magis prodeſſe poteſt.

Quinto, quia proferre nomen Domini, vel verba ſacra eſt quædam humana operatio ſecundum quod homo habet quædam communicationem cum Deo participando in ratione, & petendo, & ſperando aliquid bonum ab eo, portare autem verba ſacra non eſt humana operatio, quoniam liber continet illa, & arca, & armarium, & beſtiæ ferentes libros ſupra ſe nomen Domini, ad quas nihil pertinet de hac communicatione, aut vtilitate rerum ſacrarum, ideo magis eſt proferre quam portare.

Sexto patet, quia idem innuit Chryſo. arguens eos, qui portant talia putantes aliquid melius eſſe quam dicere, vel audire ea. Vnde ſuper Matt. ipſe ait Quidam vero ipſam partem euangelij ſcriptam circa collum portant, ſed nonne quotidie Euangelium in Eccleſia legitur, & auditur ab omnibus? cui ergo i auribus poſita Euangelia nihil profunt, quomodo poſſunt eum circa collum poſita & ſuſpenſa ſaluare? deinde ubi eſt virtus Euangelij in figuris literarum, an in intellectu ſenſum? ſi in figuris, bene circa collum ſuſpensis; ſi in intellectu, ergo melius in corde poſita profunt, quam circa collum ſuſpenſa.

Dicendum ergo, quod circa intentionem portatum, ad hoc, quod quis recte aliqua ſacra verba portet, debet credere, quod verba hæc ſcripta qualiacunque ſint non habent aliquam virtutem determinatam efficiendi bonum, vel malum circa portantem, ſed ſolum inquantum cum reuerentia Dei portantur, ad quem ipſa pertinent Deus miſeratus portantis efficiet circa illum bonum aliquod, quod voluerit, & non aliquid determinatum quaſi ad illud ſpecialiter valeant illa verba. Secundum eſt, quod debet credere, quod non poſſunt plus verba illa portata quam prolata, ſed eſt conuicio plus profunt prolata, & tamen ideo portantur, quia non occurrit ſemper talia nominare ſaltem inquantum talia reuerenter portamus, & in ſpe bona poſſumus inde conſequi aliquid boni, & tamen tunc quædo optamus, ut ſperamus aliquid boni nobis euenire per talia nomina ſacra melius eſt illa proferre, ſi occurrunt in mentem, & poſſumus proferre quam ſolum portare. Secundo principaliter erat, quid eſt quod portatur & tunc dicendum, quod aut illud, quod portatur maniſteſte eſt malum, aut maniſteſte eſt bonum, aut eſt dubium. Si primo modo illicitum eſt aliquid tale portare, ut ſiquis portaret ſecum cõiurationes necromanticas, vel inuocationes demonum, aut nomina eorum: nefas eſt enim talia portare, & talia ſunt ea, quæ aliqui philateria vocant, & non ſunt philateria, quæ portabant phariſæi, quia illa ſolum Dei legem continebant, ſed alia, quæ pertinent ad opera magica, ut dicitur 26. diſtin. quaſt. 5. c. non oportet, ſi non oportet ſacris officijs deditos, vel clericos magos, aut incantatores exiſtere, aut facere philateria, quæ animarum ſuarum vincula comprobantur, eos qui talia faciunt proici ab Eccleſia iuſtiſimus.

Sed conſiderandum, quod aliquam ſcripturam malam eſſe dupliciter ſtat. Vno modo, quia tota mala eſt, ut quia nihil continet, niſi demonum inuocationes, vel nequitias. Alio modo quia cum ſcriptura bona ſit, ut quia eſt de dictis Euangelicis, habet tñ aliquod mali admixtum, ut quia cõtinentur ibi nomina aliqua demonum, vel characteres necromantici, nam utroque modo illicita eſt ſcriptura, quia dicitur 1. Corint. 5. c.

Ad hoc, quod quis recte aliqua ſacra verba portet, debet credere, quod verba hæc ſcripta qualiacunque ſint non habent aliquam virtutem determinatam efficiendi bonum, vel malum circa portantem, ſed ſolum inquantum cum reuerentia Dei portantur, ad quem ipſa pertinent Deus miſeratus portantis efficiet circa illum bonum aliquod, quod voluerit, & non aliquid determinatum quaſi ad illud ſpecialiter valeant illa verba. Secundum eſt, quod debet credere, quod non poſſunt plus verba illa portata quam prolata, ſed eſt conuicio plus profunt prolata, & tamen ideo portantur, quia non occurrit ſemper talia nominare ſaltem inquantum talia reuerenter portamus, & in ſpe bona poſſumus inde conſequi aliquid boni, & tamen tunc quædo optamus, ut ſperamus aliquid boni nobis euenire per talia nomina ſacra melius eſt illa proferre, ſi occurrunt in mentem, & poſſumus proferre quam ſolum portare.

Nefas eſt demonum inuocationes, & eorum nomina ſuper portare.

Z modi.

modicum fermentum totam massam corrumpit, & qui offendit in vnum factus est omnium reus. Vnde si vnum nomen saltem est in scriptura pertinens ad demones, vel ad necromantiam, tota scriptura simul debet reijci.

De characteribus autem, & figuris dicendum, quod nulla figura, vel character præter crucem Christi debet esse in scriptura, quia si est aliquis character, aut expresse pertinet ad artem necromanticam, aut non: sicut est triangulus, vel pentagonus. Si ad necromantiam pertinet, expresse est scriptura nefaria. vbi talia continentur. Si autem non pertinet ad necromantiam, sed forte ad geometriam, vt trigonus, pentagonus, & exagonus, aut circulus, non est nefaria scriptura, sed superstitionis: & ideo etiam ea non est vtendū, quoniam superstitiones cauendæ sunt.

Si secundo modo, idest est scriptura manifestè bona licita est, sed vocatur manifestè bona quando nihil aliud continet, nisi euangelica dicta, vel alia, quæ sunt in Sacra scriptura, & quod cum his non sint aliqua figure, neque obseruationes, vt dicitur infra in septimo. principali: & tunc poterit esse licita scriptura.

Sciendum autem in hoc, quod sola illa scriptura est manifestè licita ad portandum, quæ est pars sacre scripturæ, secus autem de alijs dictis vel orationibus, quæ ab hominibus fabricantur, nam licet bona verba contineant, & nihil mali admisceatur, ibi non est licitum portare ista suspensâ ad collum, vel in alia parte corporis.

Et est ratio, quia aliud est scripturam esse licitam ad legendum, & allegandum eam aliud ad portandū eam suspensam in collo. Nam legere aliquid vel tenere, credere, & allegare fit propter veritatem. Et ideo omne illud, quod est manifestè verum, licet legere & allegare: portare autem suspensum ad collum non est propter veritatem, sed propter efficaciam; Nam talia portamus, quasi aliquid boni efficiatur in nobis, illa portando. Et hoc non efficitur nisi a Deo, in quantum nos reuerenter portamus illud, quod ad ipsam pertinet: ideo oportet, quod ipsa scriptura specialiter ad Deum pertineat, quia alias non exhibetur Deo reuerentia directè portando illam reuerenter: illa autem scriptura, quam sacram vocamus, pertinet specialiter ad Deum, quia omnes, qui illam condiderunt Spiritu sancto dictante locuti sunt. Alia vero scripturæ, licet eas scripserint viri doctissimi, & sanctissimi non sunt huius reuerentiæ, neque auctoritatis: vnde neque est necesse eis credere, nisi in quantum probant, vt dicit August. in epistola ad Hieronym. & dist. 9. cap. ego solis. Ideo non sunt tales scripturæ alicuius efficaciam, licet sint magnæ veritatis, propter quod neque deberet suspendi ad collum, aut portari ab homine, quasi ad aliquid efficiendum, sed solum ea, que continentur in Sacra scriptura. Et huius signum est, quia quando in collectionibus herbarum medicinalium aliquid volumus dicere, quasi efficaciores ad sanandum reddantur illæ herbe, prohibemur dicere omnia illa, etiam si bona sint, præter symbolum, & orationem Dominicam, & Ave Maria, hæc enim sola dicere licet. Sic dicitur 26. quæst. 5. cap. non liceat, scilicet neque in collectione herbarum, quæ medicinales sunt aliquas obseruationes aut incantationes liceat attendere, nisi tantum cum symbolo diuino, aut oratione Dominica, vt tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. Et tamen quando nos oramus aliquid, & non putamus virtutem aliquam attendi ex parte verborum, neque in se, & absolute, neque in comparatione ad Deum, sed solum ex deuotione, & affectu orantis licitum est: per quacunque

Orationes ad collum herbas esse prohibitas.

verba orare: ergo multa sunt licita ad legendum, & dicendum in oratione, sed non ad portandum suspensâ ad collum. Si autem scriptura sit dubia, an sit bona vel mala, semper est reijcienda, vt non portetur.

Est autem duplîciter scriptura dubia, idest, quia de tota dubitatur, vel quia de parte eius. Nam sicut ad faciendum scripturam malam sufficit vna particula nefaria, vel superstitionis, ita ad reddendum eam dubiam sufficit quantumlibet cunctumque dubium. Et tunc est reijcienda.

Est autem dubia vno modo, quando non intelligitur, vt si ponantur in scriptura nomina Hebræa, vel Barbara, aut alicuius idiomatis, quod non intelligitur. Nam tunc tanquam suspecta reijcienda sunt talia. Sic dicit Chrysol. super Matth. quod exemplo Pharisaorum portantium phylacteria aliqui confingunt aliqua nomina Hebræica Angelorum, & scribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda videtur. & sic improbat istud Chry. sicut factum Pharisaorum.

Alio modo est dubia scriptura, scilicet, quando etiam non existentibus nominibus obscuris nescitur ipsa sententia scripturæ, vel nescitur ad quid poterit prodesse, vel an poterit prodesse. Et ita est de omni scriptura, quæ non est in canone sacro, quia illa non est auctoritatis alicuius, vt credatur inde aliquid securum, cum non exhibetur Deo specialiter reuerentia portando huiusmodi scripturam ad collum, quia illa scriptura non pertinet ad eum tanquam ad specialem auctorem, vel inspiratorem, licet omne verum à quocunque dicatur, a Spiritu sancto est, vt Ambros. ait.

Tertium principale erat de modo portandi, & in hoc est dicendum, quod non debet obseruari aliqua superstitio, quoniam illa redderet illicitam portationem, vt quia aliqui putant talia debere scribi in membrana, & non valere in charta Papyrea.

Alij dicunt, quod neque valet in qualibet membrana, sed solum in pelle foetus abortiui, quam membranam virginem vulgari ter vocant. Alij dicunt certis temporibus debere scribi, & non alijs. Alij respiciunt ad modum claudendi, & ligandi, & suspendendi.

Alij dicunt, quod omnia hæc in collo suspensâ portari debent, & non alibi. Omnia huiusmodi, & quacunque alia excogitari possunt, sunt superstitiones cum nihil conferant ad rem, quæ intenditur. Nam non differt in tali, vel tali re scribi, aut sic ligari, vel sic, & portari in collo, vel brachio, vel pectore, aut in bursa, vel alibi, dum tamen cum reuerentia, & bona spe talia portantur: immo qui tales ceremonias, aut aliquam eorum obseruare, caret effectum optato, & peccaret per obseruationem superstitiosam credens aliquid falsè.

Dicendum autem circa hæc, quod cum portentur aliqua scripta obseruatis tribus suprapositis, licitum est portare ea, & tamen melius videtur nihil tale portare, quia si aliqua talia sunt, ad quæ quis specialem reuerentiam, & deuotionem habeat, cum illa (vt supra dictum est) magis valeant prolata quam portata, erit melius illa dicere quam portare.

Item quia in portatione talium rarum est, quin accidant aliqua superstitiones, vt dictum est, & tamen quancumque incidit superstitio, peccat portans, qui autem circa ista non obseruat aliquam superstitionem, & credit id, quod credendum est, parum afficitur ad portandum, nam vt communiter desiderium portandi hæc prouenit ex ignorantia alicuius veritatis, quia portantes hoc putant vt communiter, verba illa habere aliquam specialem efficaciam, & ob hoc eligunt potius

potius quadam verba quam alia. Et tamen hoc falsum est, quia vt dictum est supra, nulla verba sacra, vel non sacra prolata, vel scripta habent aliquam virtutem efficiendi aliquid. Etiam credunt portantes, vt in plurimum, quod verba scripta magis profunt quam prolata, quod falsum est, cum vero rectè quis opinatus fuerit de his, parum mouebitur ad portandum ea.

Item quia ea, quæ portantur sunt sacra, & portans credit ea digna esse magna reuerentia, quia alias non prodesse, si autem sine reuerentia portat ea, quæ sunt digna reuerentia peccat, ideo cum ex his accideret soleat peccatum, & contemptus sacrorum, melius est abstinere ab his venerando ea in corde, vt remota à nobis corporaliter quam nobiscum illa portare indignè cum simus peccatores, sicut dixit Petrus Christo, quando erat cum eo in nauis: Exi me, Domine, quia homo peccator ego sum: Lucæ 5. cap. Siquis tamen ea, vt prædictum est, portare voluerit, non improbanus.

Ad primum dicendum, quod immo sacra verba non sunt tantæ efficaciam, quando scribuntur, sicut quæ proferuntur, vt ostensum est supra, sunt tamen alicuius efficaciam scripta, si tenentur omnia, quæ supra dicta sunt. Et tunc licebit talia portare, licet parum proficiat.

Ad secundum dicendum, quod verba sacra habent efficaciam circa corpora hominum potius quam circa corpora bestiarum, quia scriptura Sacra est propter homines, & non propter bestias, cum dicente Apostolo. i. Corin. 9. ca. non sit Deo cura de bobus. Quod vero dicitur de incantatione serpentum, dicendum, quod illud nomen incantatio ex modo nostro loquendi malè sonat, quia nos vocamus incantatores ipsos maleficos, & tamen incantatio potest bonum significare, quia incantatio signat prolationem verborum, ad quæ consequitur efficaciam alicuius faciendi, & certum est, quod ad verba interdum sequitur efficaciam. Et tamè tunc aut credit quis illud fieri ex propria virtute verborum, aut ex sola Dei voluntate, cui nos reuerentiam exhibemus proferendo verba, vel portando. Accipiendo primo modo error est, & non potest fieri incantatio. Accipiendo secundo modo potest fieri incantatio, vt si quis prolato nomine Christi super serpentem cogat eum fugere, sicut fecit Philippus Apostolus & multi alij: vel reddat eum immobilem, vocabimus illam incantationem, & tamè certum est, quod illa est licita.

Sed dicendum, quod circa incantationem, & potius simè serpentem, vt communiter exercentur aliqua illicita, & sortuntur effectum suum per demones, obseruatis multis non solum superstitiosis, sed etiam nefarijs, est autem specialis potestas, & exercitium demonum circa serpentes, eo quod serpens fuit primum instrumentum per quod demon decepit homines.

Item argumentum sumptum ex Psal. 57. de venefico incantante sapienter, & aspide obturante aures, ne audiat verba incantantium non procedit, quia non approbatur ex hoc incantatio: solum enim ostenditur, quod incantatio aliquid sit, & non sit totaliter neganda, sicut aliqui insipientes negant, & tamen non ostenditur inde, quod fiant per verba sacra, & ceremonias licitas, vel per aliquid illicitum, & an ipsa sit illicita. Et non valet argumentum, scilicet in Sacra scriptura refertur hoc: ergo bonum est, quia multa mala, & nefaria ibi narratur, sicut traditio Christi per Iudam, & occasio eius per Iudæos.

Etiam non valet, si dicatur, quod non simpliciter refertur istud, sed ponitur, vt exemplum & comparatio, & talia videntur esse semper licita.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Dicendum quod non est semper verum, quod etiã comparationes sint semper licite, quæ inducuntur in Scriptura sacra. Sic dicit Glo. super ipso loco de incantatione serpentis, quod non laudatur à scriptura illa incantatio, neque quacunque similitudo inducta in scriptura, vt patet de iudice iniquo, qui non timebat Deum, neque reueretur homines, & propter importunitatem fecit iustitiam: Luc. 18. capit. sic etiam supra 18. ca. inducitur de illo rege, qui pro debito serui iussit vendi eum, & filios & uxorem, & tamè illud erat illicitum apud omnes gentes.

Ad tertium dicendum, quod licet non putent aliqui simile esse de reliquijs sanctorum, & de verbis sacris, tamen in veritate est eadem similitudo: nam reliquiæ sanctorum ex seipsis nullam virtutem habent, sicut neque verba sacra prolata, aut scripta, sed efficaciam illarum est ex reuerentia, quam illis impendimus propter Deum, vel potius ex reuerentia, quam impendimus Deo in illis, & ideo si hac intentione portantur sanctorum reliquiæ non est illicitum eas portare. Sic dicit Ambros. quod Constantinus portabat vnum de clavis Christi, quibus confixus est, in freno equi sui, quando ibat ad bellum, & efficiebatur victor.

Et tamen dicendum, quod etiã istas reliquias non est satis securum portare, siue quia portantes errant, credendo de illis aliquid, quod non est verum, siue quia non portant reuerenter sicut decet, & si quis potest affici magis ad sanctum aliquem in non portando reliquias illius quam portando, melius est non portare, & tamen portantes deuotè & reuerenter non redarguimus.

Quid erant iste fimbriæ, & quare portabantur.

Quæst. XXXIX.

Quæritur, circa istas fimbrias, quas magnificabant Pharisei & Scribæ quid erant, & quare portabantur.

Ad primum dicendum, quod erant quædam obseruationes factæ in vestibus propter id, quod dicitur Numeri decimo quinto cap. scilicet loquere filijs Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum ponentes in eis vittas hyacinthinas.

Circa hoc considerandum primo, quod licet ponatur hic solum vnum, scilicet magnificare fimbrias, tamen Deus duo dixit, scilicet, quod facerent fimbrias & ponerent in eis vittas hyacinthinas.

Secundo considerandum de differentia horum. Est enim fimbria pars vestis, quæ terminatur duabus lineis rectis claudentibus angulum rectum, & fiunt iste fimbriæ ex scissione, vel apertione vestis, & pars vestis, quæ terminatur ad angulum dicitur fimbria. Et sic si fiat apertio vestis in parte anteriori, & posteriori iuxta terram causantur quatuor fimbriæ, quia quælibet diuisio panni facit duas fimbrias. Vittæ autem non sunt fimbriæ, sed ponuntur in fimbrijs. sic dicitur litera, quod ponerent in fimbrijs vittas hyacinthinas.

Tertio dicendum, quod Deus iussit Iudæis facere fimbrias per angulos palliorum, quia fortè ante hoc non utebantur vestibus fimbriatis, sed romandis, quales sunt vestes foeminarum: & ita fortassis erant vestes gentilium, quos ante legem susceptam imitabantur Iudæi nihil ab eis differentes, vel fortè habebant fimbrias in sola parte anteriori, vel in sola posteriori: Deus autem iussit ante, & retro fimbrias fieri, cum dixerit faciendas fimbrias per angulos palliorum: Vel melius dicendum, quod tam Iudæi, quam Gentiles utebantur ante hoc vestibus

Distia iter fimbrias & vittas.

Z 2 vestibus

vestibus fimbriatis, & tamen dixit Deus de fimbrijs non propter fimbrias, sed propter vitras hyacinthinas, quas Deus iussit nunc poni, quibus non utebantur Iudæi ante legem datam, & quia illæ in fimbrijs ponendæ erant, facta est mentio de fimbrijs.

Quarto dicendum, quod vittæ apponebatur in fimbrijs. Dicunt enim Iudæi quidam, quod erant istæ vittæ hyacinthinae quidam funiculi parui ex multis nodis complexi. Sed falsum est, quia istæ vittæ magnificabantur a Phariseis, & tamen si essent funiculi illi non possent multum magnificari. Ideo dicendum, quod istæ vittæ erant quedam pictantia de panno, & erant quadrata, quæ ponebatur in extremitatibus vestium per quatuor angulos, siue fimbrias, & tales vittæ poterant esse magnæ vel parvæ, & ita aliqui poterant eas dilatare sicut Pharisei & Scribæ.

Quinto dicendum quod istæ vittæ erant hyacinthinae, ut litera dicit. Et hyacinthinus non dicit materiam, sed colorem, scilicet, quod erant de colore celesti, siue azurino, multa autem apud Iudæos erant huius coloris, ut in vestimentis sacerdotibus, in quibus multum de hyacintho erat Exodi 28. Etiam tentoria, & cortinae tabernaculi magis habebant de hyacintho quam de alijs filis: Exodi 26. & 27. capitu. Item omnia velamina vasorum sanctuarij præter velamen altaris holocaustorum erant hyacinthina: Numeri 4. capitu.

Sexto dicendum, quod istæ fimbriæ, & vittæ hyacinthinae non ponebantur in omnibus vestibus Iudæorum, sed solum in superiori veste, quia dicitur Numeri 15. faciatis sibi fimbrias per angulos palliorum, sed pallium vestis superior est. Etiam causæ duæ propter quas portabantur vittæ in fimbrijs non habent locum, nisi in vestibus superioribus, ut dicitur sequens.

Quare Iudæi portabant fimbrias, & in eis vittas hyacinthinas. Quest. XL.

Quæretur quare Iudæi portabant fimbrias, & in eis vittas hyacinthinas. Dicendum quod prima causa est recordatio mandatorum Dei. Sic dicitur Numeri 15. c. scilicet ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint recordabuntur omnium mandatorum Domini, & non sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores preceptorum domini faciatis ea. & ita proderat istæ fimbriæ per modum recordationis ad reducendum hominem in cogitationem de præceptis Dei.

Sed dicendum, quomodo poterant istæ vittæ hyacinthinae reducere in hanc cogitationem de mandatis Dei, quia non videntur posse hoc facere res materiales.

Dicendum, quod dupliciter hoc faciebant. Primo faciendo habitum radicatur, inducendo sæpe ad cogitare, & hoc sine passione. Nam cum illæ vittæ hyacinthinae essent positæ ad hoc, quod homo reduceretur in memoriam præceptorum Dei, quando illas videret mouerent hominem ad considerandum de seipso, & quia non erant positæ ad aliud occurrebat homini occasio cogitandi statim de præceptis Dei, & hoc sæpe faciendo firmaretur fortis habitus circa diuina præcepta, ut faciliter occurreret homini cogitare de illis, etiam sine signis illis.

Secundo & principaliter proderant in passione, ne sequeretur homo passionem ad peccandum. Nam faciebant istæ fimbriæ actualiter cogitare hominem. Nam secundum Aristot. septimo Ethicorum. incontinens peccat, & ignorat tunc cum peccat, non ta-

Hyacinthinus color qualis sit.

mè ignorat simpliciter, sed scit in vniuersali, & ignorat in particulari: scit secundum habitum, & ignorat secundum actum, & hoc facit in ipso passio pervertens rationem circa particularia agibilia, ut dicitur 6. Ethicorum. Cum verò quis habet aliquem, qui in passione reducat ei ad memoriam ipsam, quod ignorat in particulari, & secundum actum efficitur sciens actualiter, & in particulari, & tunc passio non preualet, nisi passio sit effecta tam vehemens, quod non permittat intelligere. hoc modo proficiebant vittæ hyacinthinae, quia cum aliquis intendebat facere id, quod malum est, non habebat cogitationem de Deo in particulari, neque secundum actum. Cum autem videret vittas hyacinthinas, recordabatur secundum actum, & poterat liberari a passione.

Cum autem obijciatur, quod vittæ hyacinthinae, quæ erant aliquid materiale, non poterant reducere hominem in cogitationem rerum spiritualium.

Dicendum quod naturaliter verum est, sed poterant hoc ex institutione facere: qualibet enim res cum obijciatur sensui mouet necessario sensum, quia non est in potestate nostra, ut August. dicit quibus visis tangamur. Quod autem peruenit ad sensum, immutat quoque naturaliter intellectum, eo quod in homine est continuatio inter istas vires, scilicet sensum & intellectum, & hoc per phantasmata: & sic ea, quæ videntur faciunt se apprehendi ab intellectu videntis, & quia res mouet intellectum per speciem suam, non potest naturaliter reducere nisi in cognitionem sui ipsius, cum se solam representet, & siquid naturaliter ad eam sequitur, vel ad eam antecedit, & sic vittæ hyacinthinae non poterant representare, nisi se ipsas, cum viderentur, & non reducere in memoriam mandatorum Dei, habebant tamen ex institutione, quod reducerent in hanc memoriam, scilicet, quia vittæ hyacinthinae ad hoc fuerant positæ in fimbrijs, ut videntes eas recordarentur mandatorum Dei, & ideo cum viderentur reducebant in hanc memoriam, non quidem ex natura sua, sed ex viribus rationis, & sic immutatio immediata non fiebat a vittis hyacinthinis, sed a ratione. Ratio tamen mouebatur a vittis hyacinthinis, scilicet, ut cogitaret de eis: deinde a se ipsa mouebatur ad cogitandum de mandatis Dei, quia ad hoc ipsa ratio posuerat illas vittas hyacinthinas.

Secunda causa principalis erat ad distinguendum Iudæos ab alijs populis, quod conuenienter fiebat per istas fimbrias, & vittas hyacinthinas: immo erat necessaria talis cognitio.

Sed obijciatur, quod Iudæi habebant iam per quod distinguerentur ab omnibus alijs populis, scilicet, quia circumcidebantur, ut patet Gen. 17. cap.

Dicendum quod non sufficiebat circumcisio, sed erant duo signa, scilicet circumcisio, & vitta hyacinthina, vnum in carne, aliud in veste. Et erant ambo necessaria, quia ablato altero non distinguerentur & cognoscerentur Iudæi firmiter sufficienter, & conuenienter: cognitio enim & distinctio Iudæorum ab alijs gentibus, quæ fiebat per vittas hyacinthinas, erat conueniens, quia nulla gens utebatur eis, nisi Iudæi, quibus specialiter Deus hoc mandauerat. Et ideo quodcumque videret aliquis Iudæus alium virum agnosceret, an Iudæus esset, an Gætilis per illas vittas. circumcisio autem non erat signum conueniens ad hoc cognoscendum, quia illud erat in carne, & in partibus pudendis, quæ latent, ideo oportuit dari aliquod signum exterius, quod esset in veste. Nam erant multa, in quibus necessaria erat cognitio, eo quod in terra Chanaan, in qua manebant Iudæi, erant multi Gentiles, tam habitatores terræ illius

Quo distinguuntur Iudæi a cæteris.

illius quàm venientes de foris qui conuerfabatur inter Iudæos, conuersatio tamen Iudæorum non erat talis ad Iudæos, qualis ad Gentiles: nam Iudæi non maleducabant eum Gentilibus, neque etiam habebat eum eis familiaritatem, quia istud erat abominabile apud Iudæos, sicut dixit Petrus Act. 10. cap. scilicet, vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam, ideo propter hoc oportebat cognosci Iudæos, sed non habebant Gentiles aliquod signum, ideo debuerunt illud habere Iudæi. Etiam habebant Iudæi templum, in quod non licebat introire Gentiles, aut introduci, & ipsi cupiebant illuc intrare, cum etiam Israelitæ illecti auaritia clam introducebant eos, ut dicitur Ezech. 44. cap. scilicet. Sufficiat vobis domus Israel scelerum vestra, quia introducebitis filios alienos in circumcisio corde, & incircumcisio carne, ut sint in Sanctuario meo, & polluât domum meam. Et tamen si in exteriori habitu nulla esset distinctio, introirent quicumque Gentiles in templum, & admitterentur ad quascunque alias communiaciones, ideo debuit esse exterius signum, quale est vittarum hyacinthinarum. Sed adhuc istud non erat sufficiens, & firmum signum, quia si aliquid esset nimis concupisibile, quod posset quis contempni, ut Iudæus & non aliter, apponeret sibi vittas hyacinthinas, vel quodlibet simile, ut videretur Iudæus. Erat hoc fuit conueniens signum ad certificandum circumcisio, nam est in carne, & in parte determinata, & non facit quilibet sibi tale signum facilliter, quia dolor est. Etiam si quis velit sibi ipse facere non poterit: sed oportebit per alios fieri, & non curatur facilliter maxime in viris, ideo fuit istud signum certissimum ad cognoscendum, sed quia non erat patens, neque honestum erat illud inquiri pro leui, debuit præter istud dari foris aliud signum in vestibus, & istud fuit hyacinthinarum vittarum.

Dicendum autem, quod ista fuit causa præcipua, quare factæ sunt hyacinthinae vittæ, licet expressa est causa recordationis mandatorum Dei. Et patet primum, quia licet aliquo modo ad hoc prodesent, ut dictum est, tamen parum prodesent, & hoc propter assuetudinem. Quia Iudæi portabant semper istas vittas hyacinthinas, ideo parum plus mouerentur videntes eas quam videntes vestes, quia ista est conditio natura: quod ab assuetis non fiat passio neque motus.

Secundo patet, quia idem dicit Hiero. super Matth. Iussit quoque, & aliud Moyses, ut in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent, & ad Israelis populum dignoscendum, ut quomodo in corporibus circumcisio signum Iudæicæ gentis daret, ita vestis haberet aliquam differentiam.

An Iudæi omnes portabant fimbrias, & vittas hyacinthinas, & an obligabantur portare. Quest. XLI.

Quæretur, an omnes Iudæi portabant fimbrias istas, & vittas hyacinthinas in fimbrijs, & an obligabantur portare.

Aliqui dicunt, quod pauci portabant, & non omnes: nemo tamen obligabatur ad portandum: & dicunt, quod erat de vittis hyacinthinis, sicut de philaterijs. Nam dicunt quod nemo portabat ea saltem in fronte, & ante oculos sicut Deus dixerat, sed illi qui religiosiores erant portabant illa appensa in brachijs.

Dicebant, quod hæc putauerunt aliqui, sicut testigimus Num. 15. c. in fine. Tamen errabant, & in quantum dicitur, quod nemo portabat philateria, nisi qui se religiosiores ostendebant, ut Pharisei, & Scribæ, falsum est, quia ut dictum est supra, multi alij de populo portabant illa, licet non omnes. Quod vero dicitur de Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

In q. 37.

Phariseis, & scribis portantibus philateria, quod ea in brachio portabant, falsum est, & irrationabile neque habens aliquam auctoritatem.

Primo patet, quia philateria vocantur chartulæ, in quibus scripta erant duo præcepta principalia, quæ habentur Deuteronom. 6. Vel ut alij volunt decem præcepta decalogi: & ideo portabant ea, quia putabant, quod lex ad hoc eos obligabat, ut dicit Hieron. super Matth. & ista lex est, quæ habetur Deuteronom. 6. ca. & ibi dicitur, quod debebant esse ista præcepta, sicut signum appensum inter oculos, & mouerentur ante eos, ergo ante oculos ponerent chartulas, scilicet siōti alligatas, quia alijs non crederent se implere legē.

Secundo apparet, quia hoc expressè ponit Hieronymus super Matth. scilicet, hoc Pharisei male interpretantes scribebant in membranulis decalogum Moysi, id est decem legis verba complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capitis facientes, ut sæpe ante oculos mouerentur.

Cum autem dicitur, quod non obligabantur Iudæi ad portandum vittas hyacinthinas, sicut neque Philateria.

Dicendum quod non est simile. Nam ad portandum philateria, id est chartulas pendentes in fronte, vel in brachijs non obligabatur aliquis Iudæorum, ut ostensum est supra: & idem dicit Hieron. super Matth. scilicet errore Phariseorum interpretatiōem introducta esse philateria de istis vittis hyacinthinis secus est. Nam dicendum est, quod omnes Iudæi ad hoc obligabantur.

Ratio huius est, quia licet esset aliquid ceremonia, tamē a Deo imperatum erat, ideo obligabat, sicut ceteræ ceremonie scilicet, quod non vteretur vir veste feminea, neque femina veste virili Deuteronom. 22. cap. Et est differentia inter hæc, quia de vittis hyacinthinis ponitur lex Numeri decimo quinto ca. quæ nihil aliud continet, nisi quod Iudæi faciatis sibi fimbrias in angulis palliorum, & ponant in eis vittas hyacinthinas, si autem non seruaretur sic ad litteram non seruaret præceptum illud de aliquo, quod est absurdum: ideo oportet sic intelligi, & sic obligasse, secus est de Philaterijs, quia non est aliquod præceptum, in quo solum agatur de portatione Philateriorum, sicut in prædicto solum agitur de vittis hyacinthinis, & fimbrijs, sed Deut. 6. c. ponitur principaliter, quod illa duo præcepta de diligendo Deum & proximum deberent seruari, & ad ostendendum nimiam attentionem & diligentiam hominis circa obseruationem horum dicitur, quod ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque & mouebuntur ante oculos tuos, & sic non est istud substantia præcepti, sed exhortatio de obseruando illud: ideo non est inconueniens, quod per metaphoram intelligatur. Et idem patet de præcepto Phasæ, & obseruatione azymorum per septem dies. Nam dicitur: Erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, & ut lex domini semper sit in ore tuo. Et idem est de præcepto redemptionis primogenitorum. Nam dicitur: Erit quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationem ante oculos tuos. De utroque Exo 13. c. & tamen manifestum est, quod non erant sic portanda, neque vlli Iudæi vnquam illa portauerunt in fronte, vel brachio: ergo neque philateria portare obligabantur de quibus idem dicitur, secus autē de fimbrijs, & vittis hyacinthinis de quibus per alia verba dicitur, & etiam in præcepto illo nihil aliud ponitur: ideo apparet, quod debebat illud sic ad litteram obseruari, & verè obseruabatur a Iudæis omnibus, sicut tota reliqua lex.

In q. 33.

Ad quid dilatabant Pharisei, & Scribæ vittas hyacinthinas fimbriarum suarum. Quæst. XLII.

An Pharisei, & Scribæ peccabant penes fimbrias, & vittas hyacinthinas. Quæst. XLIII.

QVAERETVR ad quid dilatabant Pharisei, & Scribæ vittas hyacinthinas fimbriarum suarum, & an in hoc peccabant.

Ad primum dicendum, quod faciebant. primo propter inanem gloriam. Nam omnia opera sua faciebant ab hominibus visi, siue vt ab eis viderentur, vt dicitur in litera. Et cum esset hæc quædam exterior cæremonia, quæ ab hominibus videri poterat, obseruabant eam, cum esset apta ad rapiendum laudes humanas, quod non accidit circa opera, quæ occultè fiunt.

Secundo faciebant hoc ex hypocrisis. scilicet vt per hoc se iustos simularent, cum non essent. Nam vittæ hyacinthinæ, vt dicitur Num. 15. ca. ad hoc data fuerunt, vt quando eas videret homo, recordaretur mandatum Dei, & non sequeretur cogitationes, & oculos per res varias fornicantes. Cum ergo isti magnificarent fimbrias, putaretur, quod eis maior sollicitudo erat de recordatione diuinorum præceptorum, & ita essent sanctiores.

Tertio faciebant hoc ad captandum lucra: erant enim isti velut religiosiores, & dediti Sanctuario, & cum alij viderent eos in habitu ostendentes magnam sanctitatem, darent eis de rebus suis, vt pro eis oraret. Sic dixit Christus infra in litera: Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes.

Quare Pharisei, & Scribæ ponebant in fimbrijs spinas acutissimas

Considerandum etiam, quod Pharisei, vt magis fallerent, non solum longas fimbrias, & magnas vittas hyacinthinas in eis ponebant, sed etiam spinas acutissimas infigebant in illis, vt quando ambularent, vel sederent pungerent spinas illas crura, & pedes eorum. Et hæc faciebant ad duo. Primum erat ad ostendendum austeritatem vitæ suæ, cum etiam ipsi sponte se affligerent infigendo sibi ipsas spinas. apud Iudæos tamen maxima sanctitas putabatur ex vitæ austeritate, & ob hoc Ioannem Baptistam sanctissimum omnium hominum crediderunt, ita vt dicerent eum esse Messiam: Luc. 3. & Ioann. 1. cap. Et tamen nulla miracula ille fecit: lo. 10. cap. scilicet, Ioannes quidem nullum signum fecit, vt ei credi deberet, sicut vix Christo credebant cum multitudine miraculorum. Et hoc totum propter vitæ austeritatem, quia nullus vnquam tam austeræ vitæ visus fuerat, scilicet qui nunquam vinum, aut carnes manducauerat, sed solas locustas, & mel syluestre, & aquam bibebat supra 3. capitu. ideo isti ex quadam austeritate volebant se ostendere sanctos. Secundo erat quantum ad intentionem præcepti, vt viderentur illud obseruare plenius quam ceteri: ad hoc enim ponebantur vittæ hyacinthinæ, vt cum eas videret homo recordaretur præceptorum Dei, & non sequeretur cogitationes proprias, neque oculos per diuersa fornicantes. Numeri 15. cap. Et quia istæ vittæ Hyacinthinæ reducebant hominem in cogitationem per hoc, quia eas videbat, interdum tamen non videbat eas homo, & ita non recordaretur mandatum Dei, posuerat acutissimè spinas, quæ semper tam in ambulando quam in stando, & sedendo pungerent carnem, & sic per vim doloris cogere hominem recordari mandatorum Dei. Nam non poterat ignorare esse ibi spinas, cum actualiter eum pungerent. De his omnibus dicit Hieronymus super Matth. scilicet superstitiosi verò magistri captantes auram popularem, atque ex mulierculis captantes lucra faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, vt videlicet ambulantes, & sedentes interdum pungerentur, & quasi hac commotione retraherentur ad ministeria seruitutis Dei,

QVAERETVR, an Pharisei, & Scribæ peccabant circa fimbrias, & vittas hyacinthinas.

Dicendum, quod aut queritur circa portationem, aut circa magnificationem. Si queratur de primo dicendum, quod non peccabant, immo peccarent si non portarent illas, quia obligabantur portare fimbrias, & vittas hyacinthinas, vt ostensum est supra.

Si autem queratur de magnificatione, dicendum quod peccabant. Et patet primo, quia Christus redarguit eos, quod magnificarent fimbrias, & tamen non argueret eos iuste, nisi peccarent, ergo peccabant.

Secundo patet, quia isti mouebantur ex inanis gloriæ appetitu, & ex hypocrisis, vt ostensum est præced. quæst. hæc autem mala sunt, ergo magnificatio quæque erat mala.

Considerandum autem circa istam magnificationem fimbriarum, quod aliqui putauerunt vittas hyacinthinas, quæ erant in fimbrijs esse philateria, & ita Deus iuberet portare ipsa in fimbrijs palliorum.

Sed dicendum, quod non ita, sed necesse est vittas hyacinthinas, & philateria differre. Primum quia philateria significat scripturam quædam præceptorum legis, vt dicit Hieronymus, & dicitur à philax, quod est seruare, & torah quod est lex, quasi obseruatio legis, vittæ autem hyacinthinæ erant quædam picciatola de panno coloris hyacinthini, ergo non erat idem.

Secundo, quia philateria portabatur in fronte, vel saltem in brachio, vt ostensum est supra, & colligitur Deuteronom. 6. ca. vittæ autem hyacinthinæ portabantur iuxta pedes, & circa terram, quia dicitur quod ponebantur in fimbrijs quæ erant factæ per angulos paliorum Num. 15. cap.

Sic ergo dicendum, quod ista tria differunt, id est fimbriæ, vittæ hyacinthinæ, & philateria, & tamen aliquando accipiuntur fimbriæ pro vittis hyacinthinis sicut hic, cum dicitur magnificant fimbrias. Nam oportet accipi pro vittis, quia fimbriæ non magnificantur, cum sint partes ipsarum vestium, nisi forte quis diceret, quod vestes efficiebantur prolixæ ita vt non solùm terram lamberent, sed & per terram traherentur, & tunc diceretur quis magnificare vestes, & non fimbrias, quia non sunt fimbriæ aliquid separatum à vestibus.

Item quia non multum conueniret hoc ad intentionem Phariseorum: illi enim magnificabant hæc, vt viderentur cæteris religiosiores, & magis memores mandatorum Dei, sed ad hoc nihil faciebant fimbriæ, sed solè vittæ hyacinthinæ posite in eis, quia illas Deus specialiter iusserat apponi, nam fimbrias etiam prius tam Iudæi, quam Gentiles portabant, ergo vittæ erant, quæ magnificabantur, & non fimbriæ. Et hoc erat conueniens, quia vittæ non erant pars vestis, sed aliquid appositum vesti, ideo poterant magnificari non protensa veste, & dicebantur isti magnificare, quia multo maiores vittas hyacinthinas ponebant Pharisei, & Scribæ in vestibus quam ceteri homines.

Item quia non multum conueniret hoc ad intentionem Phariseorum: illi enim magnificabant hæc, vt viderentur cæteris religiosiores, & magis memores mandatorum Dei, sed ad hoc nihil faciebant fimbriæ, sed solè vittæ hyacinthinæ posite in eis, quia illas Deus specialiter iusserat apponi, nam fimbrias etiam prius tam Iudæi, quam Gentiles portabant, ergo vittæ erant, quæ magnificabantur, & non fimbriæ. Et hoc erat conueniens, quia vittæ non erant pars vestis, sed aliquid appositum vesti, ideo poterant magnificari non protensa veste, & dicebantur isti magnificare, quia multo maiores vittas hyacinthinas ponebant Pharisei, & Scribæ in vestibus quam ceteri homines.

An Christus portabat fimbrias, & vittas hyacinthinas. Quæst. XLIIII.

QVAERETVR an Christus portabat fimbrias, & vittas hyacinthinas.

Dicendum quod sic. Primum patet, quia omnes Iudæi portabant fimbrias, vt dictum est supra: ergo Christus portaret eas, ne esset eis dissimilis, & scan-

scandalizarentur. Secundo, quia lex Moyfi obligabat Iudæos ad portandum fimbrias in angulis palliorum, & in eis vittas hyacinthinas: Numeri decimoquinto cap. Et erat sic obseruanda ad literam, vt dictum est supra, Christus autem obseruauit quandiu fuit inter homines legem Moyfi ad plenum, ergo etiam fimbrias portabat, & vittas hyacinthinas.

Tertio patet, quia sacra Scriptura hoc asserit, quia mulier, quæ sanguine fluebat cõcupiuit tangere fimbriam vestimenti Christi, & dixit intra se, Luc. 8. cap. Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero, id est saltem si illam tetigero, quæ est extremitas vestis. Et conuenit hoc ad propositum, quia mulier illa erat magnæ fidei, & putauit, quod quidquid tangeret de Christo, sanaretur: non solum si carnem, sed etiam si vestem, & non solum si vestem, sed etiam si extremitatem vestis. Sic autem erat de vittâ hyacinthina, quæ erat in fimbria, quæ tangebatur terram, & erat ista fimbria in parte posteriori. Nam dicitur retro accessisse mulier, & clam tetigisse Marc. quinto. & Lucæ octauo cap. ergo fimbrias, & vittas hyacinthinas portabat Christus, sicut ceteri Iudæi, & non magnificabat eas, sicut Pharisei, de quo eos redarguebat, sed habebat eas mediocres, sicut reliquis populis.

Quid sit amare primos accubitus in cenis, & quare Pharisei, & Scribæ hoc appetebant. Quæst. XLV.

QVAERETVR quid sit amare primos accubitus in cenis, & quare Pharisei, & Scribæ hoc appetebant.

Ad primum dicendum, quod cœna vocatur hic quæcunque refectio, siue sit ad meridiem, quæ prædium dicimus, siue vespere facta, quod vocamus cœnam. Et est modus loquendi scripturæ in qua, vt communiter omne conuiuium vocatur cœna, sic dicitur primo Corinth. 10. capitu. si quis infidelium vocat vos ad cœnam. Et necesse est ibi accipi pro quocunque cibo, quia idem est in omnibus, cum non attendatur hoc, sed solum an sit cibus de immolatijs. eodem capitu. sic etiam accipitur, Lucæ decimoquarto cap. scilicet homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Aliquando autem licet raro distinguuntur ista, vt prandium sit meridianum, cœna vespertina, & conuiuia includuntur vtrunque, sic accepit Christus Lucæ 14. capitu. scilicet. Cum facis prandium, aut cœnam noli vocari amicos tuos, sed cum facis conuiuium voca pauperes. Et ita posuit conuiuium tanquam commune ad prandium, & cœnam.

Quo accipitur hic cœna pro conuiuium.

Sed est dicendum, quod accipitur hic cœna pro conuiuium, & non pro cibo domestico, quo quis in domo sua, vel cum familia sua vescitur. Et patet quia dicitur, quod amant primos accubitus, & tamen si essent in domibus proprijs ipsi accuberent primi, vel soli, & tamen hic cupiunt accubitus primos, quasi non sit in potestate illorum eos habere, sed ab alijs concedendi sunt: ergo non est cibus domesticus, sed debet intelligi de conuiuium, quo inuitabantur isti Pharisei, vel Scribæ, aut aliquis eorum ab aliquo, qui solenne conuiuium faciebat, & multos alios inuitabat, & ibi cupiebat quilibet istorum habere primos accubitus potius quam alij homines.

Ad secundum dicendum, quod Pharisei cupiebant primos accubitus propter duo. Primum propter superbiam, scilicet, quia maiores alijs hominibus videri volebant, quod locus ille ostenderet, quia primus accubitus datur honorabiliori venienti ad conuiuium Lucæ decimoquarto capitu. & iste erat finis præcipuus horum. Nam erant isti cupidum inanem gloriæ.

scandalizarentur. Secundo, quia lex Moyfi obligabat Iudæos ad portandum fimbrias in angulis palliorum, & in eis vittas hyacinthinas: Numeri decimoquinto cap. Et erat sic obseruanda ad literam, vt dictum est supra, Christus autem obseruauit quandiu fuit inter homines legem Moyfi ad plenum, ergo etiam fimbrias portabat, & vittas hyacinthinas.

Tertio patet, quia sacra Scriptura hoc asserit, quia mulier, quæ sanguine fluebat cõcupiuit tangere fimbriam vestimenti Christi, & dixit intra se, Luc. 8. cap. Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero, id est saltem si illam tetigero, quæ est extremitas vestis. Et conuenit hoc ad propositum, quia mulier illa erat magnæ fidei, & putauit, quod quidquid tangeret de Christo, sanaretur: non solum si carnem, sed etiam si vestem, & non solum si vestem, sed etiam si extremitatem vestis. Sic autem erat de vittâ hyacinthina, quæ erat in fimbria, quæ tangebatur terram, & erat ista fimbria in parte posteriori. Nam dicitur retro accessisse mulier, & clam tetigisse Marc. quinto. & Lucæ octauo cap. ergo fimbrias, & vittas hyacinthinas portabat Christus, sicut ceteri Iudæi, & non magnificabat eas, sicut Pharisei, de quo eos redarguebat, sed habebat eas mediocres, sicut reliquis populis.

An peccabant Pharisei & Scribæ appetendo primos accubitus in cenis. Quæst. XLVI.

QVAERETVR, an peccabant Pharisei & Scribæ, appetendo primos accubitus in cenis.

Dicendum, quod non est dubium circa eos, quin peccarent: Primum patet, quia Christus eos redarguit de hoc appetitu, & tamè si non peccarent non redargueret eos, cum Christus nunquam nisi iuste arguat, ergo peccabant.

Secundo, quia motiua eorum pertinent ad peccatum, scilicet, superbia, & voracitas: ex vtroque enim aut ex altero eorum tantum mouebantur, & tamen vtrunque vitium est, ergo peccatum erat sic cupere.

Tertio patet, quia Christus dissuasit hoc discipulis suis infra in litera cum iusserit humiliandum esse, & tamen non dissuaderet, nisi malum videretur, ergo peccabant in hoc Pharisei.

Dicendum tamen quod licet verum sit, quod infertur, scilicet Phariseos peccare in desiderio primorum locorum conuiuij, tamen ex his nunc dictis rationibus non sequitur firmiter. De prima eorum patet, in qua Christus videtur arguere Phariseos & Scribas, quia primos accubitus volunt in cenis, quia licet hoc Christus verè non sequitur, quod sit peccatum. Sic enim Lucæ 14. cap. Christus dixit, cum facis prandium, aut cœnam noli vocare amicos tuos, aut fratres tuos, aut vicinos diuites, ne forte ipsi reimitent te, sed cum facis conuiuium, voca pauperes & debiles. Et tamen manifestum est, quod vocare amicos, & fratres, & vicinos diuites non est peccatum, sed Christus dixit illud faciendum, non quasi esset peccatum sic facere, sed quod si quis ex actu suo mereri volebat non debebat benefacere diuitibus, & amicis, sed pauperibus, qui non possunt retribuere, quia illis solum bonum tribuitur propter Deum.

Tertia etiam ratio patitur calumniam, quia licet Christus dissuaderet appetitum primorum locorum non sequitur, quod appetitus ille esset peccatum, quia forte dissuadebat tanquam consulens homini, vt non incideret in verecundiam, & confusionem. Sic enim Luc. 14. cap. dixit, quod si quis inuitaretur ab aliquo, non sederet in primo loco, ne forte superueniret alius honoratior, & diceret inuitans huic, Amice da illi locum, & inciperet tenere nouissimum locum cum rubore, sed sederet in loco nouissimo, vt veniens, qui eum inuitauerat, diceret, Amice ascende superius. Et ita potuit illud dici non quasi sedere in primo loco esset illicitum, sed ad hoc vt euitaret illam confusionem.

Dicendum tamen, quod in præsentibus Christus dissuasit hoc, quia malum erat, & ideo redarguit Phariseos quasi malum in hoc facerent, quia ex prauo motu mouebantur, vt dictum est supra.

Auaritia Phariseorum & Scribarum.

An sedere in primis locis conuiuorum vel alibi, aut appetere hoc sit peccatum. *Quest. XLVII.*

QVAERETVR circa hæc, an sedere in primis locis conuiuorum, vel alibi, aut appetere hoc sit peccatum.

Dicendum, quod aut queritur de sessione in primo loco, aut de appetitu sessionis.

Si primo modo dicendum, quod non est peccatum secundum se, quia alias nullus deberet sedere in primo loco, quod falsum est, quia primus locus alii cuius est, & aliqui recte ibi sedent, sed ad quos hoc competit ex officio, vel dignitate. Etiam si quis ad quem non pertinet ibi sedere ibi sedeat non, quasi appetens, sed quia ille, ad quem pertinet ex urbanitate, vel ex alia causa uoluit, quod ibi sederet, non erit illicitum sedere.

Si autem queritur de appetitu primi loci dicendum, quod aut est quis dignus loco illo, vel pertinet ad eum ex dignitate, aut officio, aut non. Si quis non est dignus, neque de iure competit ei ex officio, vel statu peccat appetendo, & quanto est ardentius desiderium ratio magis peccat. Si autem quis habeat ius primi loci non peccat sedendo ibi, neque appetendo ibi sedere, si hoc solum faciat, in quantum ad eum pertinet. De his dicit Rabanus & Beda. Notandum, quod non uerit primo loco discumbere, vel sedere eos, quibus hoc officij ordine competit, sed eos qui hæc sine habita, siue non habita indebitè, qui autem quasi improbos docet esse cauendos, idem etiam Chrysost. super Matth. ait. Non enim vituperat eos, qui in primo loco recubant, sed eos, qui amant primos discubitus ad uoluntatem uituperationem referens non ad factum. Siquis tamen cui ex officio competit primus locus, uellet in eo sedere, ut gloriaretur, & superbiat, & ut se digniorè ceteris ostendat, peccat. Nam in facto non est peccatum, sed in concupiscentia. Unde ex opposito, si quis sine elatione, & gloriæ appetitu ex hypocrisis sedeat in primo loco, non peccat. Et si alius ex elatione, ut sanctior iudicetur, sedeat in nouissimo loco, hoc ipsum peccatum est. Sic dicit Chrysost. super Matth. si ne causa enim loco se humiliat qui corde se præfert. Aliquis enim iactator audiens laudabile esse in ultimo loco discumbere discumbit post omnes, & non solum iactantiam cordis non dimittit, sed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirit, ut qui uult uideri iustus & humilis uideatur: multi quidem superbi corpore in nouissimo recumbentes cordis autem elatione uidentur sibi in capite recumbere, & multi sunt habiles in capite recumbentes, & conscientia se in ultimo esse existimant.

Quid erat amare primas cathedras in Synagogis. *Quest. XLVIII.*

QVAERETVR quid erat amare primas cathedras in Synagogis, & quare Pharisei, & Scribæ istas cathedras primas amabant, & an peccabant in hoc.

Ad primum dicunt aliqui, quod istæ cathedrae sunt doctorum, & erant ad prædicandum, & isti Scribæ & Pharisei cum essent predicatorum appetebant primas cathedras, ut honorabiliores essent in prædicando. Et hoc conuenit ex duobus. Primo, quia ut dictum est, cathedra doctoris est, & ad istos docere pertinebat. Secundo, quia de istis dixit supra Christus, quod super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, ergo illa cathedra esse uidentur de qua intelligitur.

Sed dicendum, quod non ita. Primo quia dicitur, quod amant primas cathedras, & tamē cathedra docendi, vel prædicandi una est, sic dicitur supra, super

cathedram Moysi federunt Scribæ, & Pharisei, & non super cathedras.

Secundo quia dicitur, quod amant primas cathedras, & sic innuitur, quod non erat in potestate eorum, ascendere super cathedras illas, & tamē falsum erat, quia non solum permittebatur prædicari uolenti prædicare, sed etiam rogabantur prædicatores, ut docerent. Sic patet Act. decimotertio capitulo ubi principes synagogæ miserunt ad Paulum, & Barnabam rogantes, i. Viri fratres si quis sermo exhortationis est in uobis ad plebem, dicite.

Dicendum ergo uidetur, quod non intelligitur de cathedra docendi, sed de sedibus, in quibus sedebant Iudæi quando erant in templo Dei, vel in synagogis. Nam quando conueniebant in templum. Deradandum, vel audiendum uerbum Dei, quilibet sedebat in loco suo, & ibi uolebant Pharisei habere prima loca.

Sed obijcietur contra hoc, quia dicitur, quod amabant primas cathedras, & tamen cathedra doctoris est.

Dicendum, quod proprie accipiendū uerum est, & tamē hic large accipitur cathedra pro qualibet sede cuiuslibet privati, & ad quodcunque officium destinata. Sic patet supra 21. capitulo, cum dicitur, quod Christus euerit mensas nummulariorum, & cathedras uenditium columbas. Et sic sedes uenditorum uocantur cathedrae à fortiore ergo quæcunque aliæ sedes templi, ut synagogæ, in quibus homines ad orandum, vel audiendum uerbum Dei sederent, uocabantur cathedrae.

Sed dicitur quomodo uocantur primæ cathedrae, quia primum non est, nisi unum in quacunque re.

Dicendum, quod potest dupliciter intelligi. Uno modo respectu omnium synagogarum. Alio modo respectu cuiuslibet earum.

Accipiendū primo modo est sensus, quod in qualibet synagoga est una cathedra prima simpliciter, & tamen in multis Synagogis sunt multæ primæ, isti autem Pharisei cupiebant in omnibus Synagogis, & congregationibus habere primatum. Nam ut scriptum est præter templum Dei, quod unicum erat in tota terra Iudæorum erant Synagogæ in quibuslibet locis quæ erant domus sacræ, id est deputatæ ad solam orationem, & doctrinam legis audiendam, & ibi erant sedes pro omnibus, & consequenter docebatur una prima sedes.

Accipiendū secundo modo etiam uerum, quod in qualibet Synagoga erant multæ cathedrae primæ, quia licet simpliciter esset unica cathedra prima: tamen primæ uocantur omnes, quæ non multum distant à principio. Sic patet, quia omnes principes dicuntur sedere in primis cathedris, quia principes dicuntur quasi prima capientes, & tamen tam in templo quam in qualibet Synagoga erant multi principes: ergo erant multæ cathedrae primæ. De templo apparet, quia ibi erat princeps summus sacerdos, qui etiam uocatur princeps sacerdotum, quia Dauid statuerat duos principes sacerdotum, s. Abiathar, & Sadoc: unum de domo Eleazar, & alium de domo Ithamar 1. Paralipom. 24. cap. & sic semper futurum erat: unde & tempore Christi multi uocabantur summi sacerdotes, vel principes sacerdotum, ut supra 21. capitulo, dicitur, quod Herodes congregans principes sacerdotum sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. Et supra uigesimo primo cap. dicitur, quod principes sacerdotum quesierunt à Christo in qua potestate hoc faceret. De Synagoga qualibet apparet, quoniam omnes præcipui in congregatione uocantur principes Synagogæ, vel archisynagogi, quod idem est.

est Patet Act. decimotertio ca. ubi dicitur, quod post lectionem legis, & prophetarum principes synagogæ miserunt ad Paulum, & Barnabam dicentes. Viri si quis sermo exhortationis est in uobis, dicite. De archisynagogo patet, quia Luc. 8. dicitur de archisynagogo, qui rogauit Christum pro suscitatione filie. & Mar. 5. c. dicitur, quod unus de archisynagogis nomine Iairus rogauit pro suscitatione filie, & ita erant multi archisynagogi, & consequenter multæ sedes primæ erant tam in templo quam in qualibet synagoga, & illas cupiebant Pharisei, ita ut ipsi ubique essent principes synagogæ.

Siquis tamen uoluerit tenere primam positionem, si quod intelligatur de cathedra ad docendum, vel prædicandum poterit stare. Et hanc positionem tenet Chrysost. & Rabanus.

Cum autem obijciatur, quod erat una cathedra. Dicendum, quod uerum est, & tamen respectu multarum synagogarum erant multæ cathedrae ad docendum, & illa cathedra est prima, quia cathedra doctoris est super omnes cathedras, vel sedes auditorum. Cui autem dicebatur, quod quilibet recipiebatur, immo rogabatur, ut prædicaret, dicitur quod non est uerum, sed antequam alicui permitteretur ascendere in illam cathedram, sciebatur, an erat idoneus in sapientia ad prædicandum, & tunc accipiebant potestatem ad prædicandum, ut ostensum est supra. Sed sponte sua, & auctoritate nemo ascendebat cathedram illam. Et cum dicitur, quod rogabantur predicatorum, ut docerent, uerum est quantum ad eos, qui iam cogniti erant, ut sapientes, vel putabantur sapientes, licet nondum essent examinati, & quoniam multi de Phariseis essent non idonei ad prædicandum, quia non erant sapientes cuperent illi sedere in primis cathedris, & non permitteretur eis, & quantum ad istos esset uerum. Sed dicendum, quod secunda positio supra exposita est uerior, & magis conueniens literæ.

In q. 14.

Ad quid amabant Pharisei istas primas cathedras, & an in hoc peccabant. *Quest. XLIX.*

QVAERETVR ad quid amabant Pharisei istas primas cathedras, & an peccabant in hoc.

Ad primum dicendum, quod ex elatione faciebant, & appetitu inanis gloriæ. Sic dicit Ambrosius super Luc. arrogantiæ, & iactantiam Phariseorum redarguit, dum primata appetunt. Et Cyrillus dicit, quod passionem Phariseorum erat amor gloriæ inanis, & lucri.

Ad secundum dicendum, quod peccabant, quia ex prauo desiderio mouebantur, scilicet ex appetitu inanis gloriæ, & hypocrisis, & omnia huiusmodi mala sunt. Et tanto deterior erat ista inanis gloria, quanto magis se extendebat ad spiritualia. Sic dicit Chrysost. in homilia, s. Intende autem ubi in eis uana gloria dominabatur in synagogis, sicut ubi intrabant alios directuri: in cœnis etiā hoc pati qualitercunque tolerabile erat, quauis doctorem in admiratione esse oporteat non in Ecclesia solum, sed ubique. Si autem diligere talia est inculcatio quam malum est studere, ut his aliquis potest. Secundo patet, quia Christus redarguit eos de hoc: ergo malum erat. Nam non esset ista redargutio, nisi in hoc peccarent, ideo uere peccabant.

Quid sit cupere salutationes in foro. *Quest. L.*

QVAERETVR quid sit cupere salutationes in foro, & an hoc uolendo peccabant Pharisei, & scribæ.

Ad primum dicendum, quod salutare alios est uerba imprecatoria salutis dicere, qualia in-

uicem solent homines dicere, quando sibi occurrunt. Et de hoc dixit Christus Luc. 10. c. Neminem in uia salutaueritis. istæ salutationes potius sunt in signum honoris cuiusdam quam ad ueritatem desiderij salutis. Et istam causam dat Gregorius super illo uerbo, scilicet neminem in uia salutaueritis, scilicet non uenit salutare in urbe, sed in uia, quia qui in uia salutatur ex occasione salutatur, & non ex desiderio alienæ salutis, & ita honoris loco salutationes has impendimus, & ab alijs petimus impendi, has autem salutationes uolebant Pharisei, & scribæ sibi fieri, & ab omnibus quidem.

Sed aliqui dicunt, quod non solum uolebant salutationes, sed etiam primas: sic uult Chrysost. super Matth. uocatur prima salutatio, quod quando multi occurrerent salutandi dirigeretur ante omnes uerbum salutationis ad Phariseum, quod signum erat magni honoris, scilicet, quod omnibus præferretur. Aliud quoque erat, scilicet, quod non solum uolebant salutationes, sed etiam in foro salutationes, quæ alibi fiebant paruipendebant.

Et ratio huius est, quia Pharisei uolebant istas salutationes ad honorem, scilicet, ut uiderentur coram omnibus ualde honorabiles, ideo uolebant Pharisei salutari ibi, ubi essent multi, ut omnes uiderent honores eorum. In locis autem priuatis pauci sunt, in foro autem ubi sunt res uenales, multi sunt, quia illuc concurrunt populus ob necessitatem rerum uenialium, ideo ibi uolebant Pharisei salutari, quia salutationem eorum multi uiderent.

Secunda causa huius est, quia cum hoc uellet propter honorem, quia salutare erat quoddam honorare, & honor tanto fit maior quanto à pluribus exhibetur uolebant à multis salutari: in foro autem multi sunt, ideo uolebant ibi salutari, non solum, ut ibi omnibus uidentibus ab aliquo salutarentur, sed ut ab omnibus salutarentur, & hic erat maior honor.

Tertia causa, & præcipua huius erat, quia cum propter honorem fiat salutatio, & tanto fit honor maior quanto quis pluribus præfertur: uolebant Pharisei præferri omnibus in salutatione, sicut multis simul existantibus, qui salutari possent, & deberent, ante omnes illos salutaretur Phariseus, & adhuc iste erat maior gradus honoris quam præcedentes, quia multis præferretur unus, in locis autem alijs non solet multitudo concurrere, sed in foro, ideo ibi uolebant isti salutari. Et istæ sunt salutationes, quas uocat Chrysost. primas: & hoc dicit, quia supra dicebatur, quod amabant primas cathedras, & primos accubitus in cœnis. & sequitur, & salutationes in foro. Ideo rectè subintelligitur ista dictio primus, scilicet primas salutationes in foro. Uocantur autem dupliciter istæ salutationes primæ.

Uno modo primæ, id est ante salutationes aliorum, id est, quod licet quis uellet salutare multos in foro existentes salutaret ante omnes Phariseum, si ibi esset.

Alio modo uocantur primæ, id est præcipua, scilicet, quod non solum ante alios salutaretur Phariseus, sed etiam cum maioribus laudibus, & uerbis signantibus excellentiam potiorum quam in alijs, & ita solemus uocare primum id, quod melius, & excellentius inter cetera est. De his dicit Chrysost. super Matth. primas etiam salutationes amant non solum in tempore, id est ut eos primum salutemus, sed etiam uoce, ut clamantes dicamus. Aue rabbi, & in corpore, ut flexis capitibus eis incurramur, & in loco, ut in publico salutentur.

An peccabant Pharisei istas salutationes appetendo. Quæst. LI.

QVAERETVR an peccabant Pharisei appetendo istas salutationes.

Dicendum, quod sic. Primo patet ex Christi redargutione, qui non argueret eos, nisi peccarent.

Secundo patet, quia ex elatione, & inordinato honoris appetitu hoc volebant, & ideo non volebant salutationes simpliciter, sed salutationes in foro, quæ erant præcipue salutationes alijs ex quatuor circumstantijs, scilicet tẽpore, voce, corpore, loco, vt dicit Chry. & declaratum est præceden. q. Appetitus autem inanis gloriæ, & præcipue tam ardens non potest esse sine peccato, ideo peccabant Pharisei in hoc.

Tertio patet, quia, vt alij exponunt, ista salutio fori erat aliquid, quod non conueniebat officio scribarum, & Phariseorum. Nam accipiunt forum hic non pro loco rerum venaliũ, sed prout forus est exercendarum litium locus, vt dicit Irido. & extra de verbo. signi. cap. forus.

Et tunc est sensus, quod isti Scribæ, & Pharisei erant in foro, idest in loco vbi exercentur lites, & erant ibi patroni litium officium postulandi exercentes, vt sic lucra conquirent, & ibi existentes volebant ab omnibus, & ante omnes salutari tanquam honorabiliores ceteris. Hoc autem non conueniebat officio Scribarum, & Phariseorum, quia ipsi erant doctores, & prædicatores sacre Scripturæ, sicut dicitur supra in litera, super cathedram Moyfi sederunt Scribæ, & Pharisei. Sed sacris doctoribus, & religiosjs viris non sunt licita litigia, & multominus patronum causarum fieri. Sic dicitur 1. Timo. 2. c. seruum Dei non oportet litigare. Et extra de postu. per totum, & ne clerici. vltimo cap. 1. & quasi per totum & 1. 1. quæst. 1. cap. te quidem. Et ideo peccabant Pharisei exercendo officiu aduocationis, & hoc quidem tacite innuit Christus dicens, quod volebant salutationes in foro. Sic dicit Rabanus, & Beda, scilicet. Quamuis, & hoc culpa nõ careat, si idẽ in foro litibus interest, qui in cathedra Moyfi Synagogæ magister appellari vult. Et tamen melior sensus est, quod accipiatur forus pro loco rerum venalium, vt expositum est præcedenti. q.

An nos in appetendo salutationes, & salutando peccemus. Quæst. LII.

QVAERETVR, an nos in appetendo salutationes & salutando peccemus.

Aliqui dicunt, quod sic, quia Pharisei peccabant in hoc, & à Christo redarguuntur, vt patet in litera, & præceden. quæst. ergo & nobis erit illicitum. Secundo patet, quia Christus illud vetuit Lucẽ decimo cap. scilicet nemo in via salutauerit, tamen non vetaret illud Christus, nisi malum esset: ergo illicitum est.

Dicendum, quod salutationes non sunt illicitæ, sed bonæ, & approbatæ tam à Christo quam ab Apostolis. De Christo patet, quia ipse post resurrectionẽ suam quandoque apparebat eis, dicebat pax vobis: Lucẽ vigesimo quarto, & Ioann. vigesimo, & vigesimo primo. Et vt videatur, quod non solum est licitum, sed etiam necessarium, & meritorium, posuit Christus sub præcepto fieri salutationes Lucẽ 10. cap. in quacunque domum introieritis dicite pax huic domui. De Apostolis quoque patet, quia cum à Christo iussi essent salutare vbique salutabant. Est autem duplex salutio: vna ad præsentem, alia ab absentem. Ad præsentem quidem fit verbo, ad absentem vero li-

teris dimissorij. De salutatione vocali ad præsentem patet Actũ 20. capit. vbi dicitur, quod Paulus vale faciens, profectus est in Macedoniam, & tamen vale est salutio recedentis, sicut aue, aut saluo est salutio venientis. De salutatione quæ est in literis, patet quia omnes, qui Epistolas scribunt salutationem apponunt, & ita Paulus apponit tacite in omni Epistola, scilicet salutem in principio, vt cum dicitur: Paulus Ecclesiæ Corinthiorum, vel sanctis, qui sunt Roma, scilicet salutem dicit. In fine autem Epistolarum expressas salutationes ponit, vt ad Rom. decimosexto cap. vbi totum capitulum est de salutationibus, scilicet salutate Priscam, & Aquilam & c. 1. Corin. decimosexto cap. salutant vos omnes sancti. Salute inuicem in osculo sancto. Salutio mea manu Pauli. Et fere nulla Epistola est, in qua non apponat Apostolus aliquid salutationis in principio, vel fine. Idẽ quoque modus erat in veteri testamento scribendi, vt patet secundo Machab. primo cap. scilicet. Fratres, qui sunt per Aegyptum Iudæis salutem dicunt fratres, qui in Hierosolymis Iudæi. Et non solum Paulus, & careri Apostoli salutabant tam verbo quam Epistola, sed etiam salutare nos instruxerunt. Sic dicitur ad Roman. duodecimo cap. honore vos inuicem præuenientes, idest salutatione, quæ ad honorem pertinet, scilicet, quod quisque nitatur præuenire alium in salutando, quod est eum honorare. Hunc etiam modum salutationis Angeli tenent. Nã quando Gabriel venit ad Mariam dicit ei. Aue gratia plena: Lucẽ primo cap. Et iste erat interdum modus salutandi Christi. Sic enim dixit mulieribus venientibus de sepulchro. Aue, & tenuerunt pedes eius infra 28. cap.

Circa quod considerandum, quod cum quæritur de salutatione, aut quæritur, an sit nobis licita, an licuerit Apostolis, & discipulis Christi, quos ad prædicandum misit. Si quæritur de nobis, dicendum, quod salutio est nobis licita per omnem modum, & tam ad præsentem quam ad absentem. Ad præsentem quidem, quia quandoque aliquis nobis occurrit salutamus eum dicentes aliqua verba, quæ pertinent ad imprecationem salutis. Et in tantum est licitum ista dicere, quod dicere est inurbanum, & imponitur in penam, quod aliquem in via, vel vbicunque nouiter occurrentem non salutemus, & reputatur inimicus ille, quem non salutauerimus. Hic est enim modus, & effectus excommunicationis de iure, quod hominem inuentum non salutemus. Et hoc etiam Apostoli dixerunt, scilicet quod à talibus caueamus non loquendo eis, vt signatur ad Rom. 16. c. & magis expresse 1. Io. c. vnico, si quis veniat ad vos, & non habet hanc doctrinam, nolite eum recipere in donum, neque aue dixeritis, qui autem dicit ei aue, comunicat eius operibus malignis. Et ista salutio, quæ fit ad præsentem est nobis licita tam ad eos, qui sunt in domo, vel occurrunt in domo, vel in vrbe, vel vbicunque, ad absentem quoque vtimur salutatione in Epistolis, & hoc est substantiale in oĩ Epistola salutationem continere iuxta formam nram. Si autem quæritur de Apostolis, & discipulis Christi ad prædicandum misis, dẽm quod salutationẽ Christus eis vetuit in via facere, Lucẽ 10. c. Causa huius ibi ponit, & aliqñ sic factum est in veteri testamento, sicut quod misit Eliscus Giezi puerum suum ad suscitandum filium mortuum Sunamitis. Dixit enim ei. Si occurrit tibi homo non salutes eum, & si salutauerit te quispiã, non respondeas ei: verbũ 4. Reg. 4. c. Si autem dicatur de alijs, quando non erant in via, sed in vrbe, dicendum, quod licebat eis salutare quoscumque haberent obuios: immo & tenebantur salutare homines, quod intrabant in domum, quia dicebãt pax huic domui.

Nulla est epistola, in qua Paulus aliquid salutationis non apponat.

Modus inquirendi de hospitio ab apostolis obseruatus.

In q. 97.

Et iste erat modus inquirendi hospitium ad videndum, an hospites erant boni, vel non, vt patet supra 10. & Luc. 10. cap. Sicut autem licitum est nobis salutare, ita & licitum est salutationes appetere, quia salutio est iam debita inter homines ex consuetudine, & reputatur quasi inimicus qui non salutatur, sed nobis licet appetere bonam, & amabilem conuersationem aliorum, ideo licet nobis appetere salutationes: immo & petere illas si quis nos non salutatur, cum per hoc eum cogitemus aduersum nos, & nostra interest, quod nullum habeamus inimicum, & quod omnes nobis amicitie signa ostendant, & nos omnibus.

Ad primum dicendum, quod Pharisei, & Scribæ non redarguuntur, quia solum salutationes appetebant, sed quia illas volebant ad inanem gloriam: vnde in foro salutari cupiebant. Et ista salutio prima, siue maxima in quatuor, idest tempore, voce, corpore, & loco, vt dicit Chrysol. & habitum est supra.

Ad secundum dicendum, quod Christus vetuit salutare Apostolis in via, & non vetuit quidem in quantum malum, quia si esset malum non solum vetaret in via, sed etiam in domo, & vbicunque, vetuit tamẽ in sola via: ergo salutare nõ erat simpliciter malum, licebat autem eis salutare in domo, siue extra viam. Si autem dicatur, quod nobis eodem modo licebit salutare a libi, sed non in via.

Dicendum, quod non stat, quia non salutare in via non fuit datum Apostolis quasi simpliciter, vel ex se malum esset salutare in via, sed quia sic conueniebat illis secundum rationem officij, ad quod mittebantur, vt dictum est supra 5. ca. q. vltima, & dicitur Luc. 10. Nos autem non obligamur ad illud, quia multa præcepta viuendi data sunt Apostolis, & alijs discipulis, quos Christus misit tunc ad prædicandum, ad quæ nulli alij homines non tenentur, sicut non portare calciamenta, neque baculum, neque duas tunicas, neque aurum, neque argẽtum, neque panem supra 10. & Mar. 6. & Luc. 9. & 10. cap. manifestum est tamen, quod nos non tenemur ad ista: ergo pari ratione, neque abstinere cogimur a salutatione, quæ fit in via, quia illa specialiter interdicta est, & sic licet nobis salutare vbicunque voluerimus.

Quid est quod Pharisei, & Scribæ volebant vocari ab omnibus Rabbi, & quare hoc volebant, & an in hoc peccabant. Quæst. LIII.

QVAERETVR quid est, quod Pharisei, & Scribæ volebant vocari ab omnibus Rabbi, & quare hoc volebant, & an in hoc peccabant.

Ad primum dicendum, quod Rabbi apud Hebræos dicitur apud nos magister, volebant autem isti vocari ab omnibus magistri. Ad hoc autem erat eis occasio, quia magistri officium est docere, isti verò docebant populum in eis, quæ pertinebant ad legem Dei. Nam dicitur supra in litera, quod super cathedram Moyfi sederunt Scribæ, & Pharisei, quæcumque dixerint vobis, facite. Et sic docebant ea, quæ pertinebant ad legem Moyfi, quæ erat lex Dei, & ideo volebant vocari magistri.

Ad secundum dicendum, quod hoc volebãt Pharisei, & Scribæ ad inanem gloriam, quia magister est nomẽ excellentiæ in doctrina, quia nomen ipsum significat quãdam maiorem, in omnibus autem, quæ ad elationem, & humanam gloriam pertinebãt, volebant isti gloriari, ideo & in hoc quod erat de potissimo gloriari volebant.

In hoc autẽ nomine consequebantur isti dno, scilicet gloriam, & lucrum: gloriam quidem tam ad no-

tos quam ad ignotos, ad notos quippe, quia cũ istud sit nomen excellentiæ fruebantur isti gloria quadam audientes de se excellentiam, ad ignotos autem, quia si non audirent eos sic vocari non honorarẽt eos excellenter. Cum vero audiebant eos sic vocari magistros, quia hic gradus erat excellẽs honorabant illos, ideo volebant sic vocari coram omnibus, vt ignoti quoque eos cognoscentes venerarentur, lucrũ quoque consequebantur, quia qui audiebant eos esse magistros committebant eis aliqua, & commendabant se eis, in quibus lucra magna faciebant, sicut viris sapientibus, & iustis committimus animas nostras, & conscientias, & bona nostra, & in eis, quæ fidei illorũ committebantur, poterant illi ditari, licet per fraudem. Sic enim soliti erant facere. Nam coram populo orationes longas faciebant, vt deuorarent domos viduarum, sicut dixit Christus infra in litera.

Ad tertium dicendum, quod peccabant istud appetendo. Et patet primo, quia Christus redarguit eos, sed non esset ista redargutio, nisi peccarent. Secundo, quia Christus expresse vetuit istum appetitum discipulis suis, scilicet, quod nemo eorum vocaretur magister, & tamen non vetaret expresse, nisi talia appetere esset illicitum.

Tertio quia motiuum istorum erat illicitum. Nã ex desiderio inanis gloriæ sic volebant vocari, omnia autem talia mala sunt: non enim cupiebat isti principaliter rem nominis, sed honorem, & nomen: nam cupere scientiam, quæ requiritur ad hoc, quod quis sit magister, honestum, & laudabile est: velle tamen nomine illo vocari, & honorem gradus illius habere principaliter, vel solum hoc non considerata doctrina, vel utilitate doctrinæ vituperabile est. Sic autem isti volebant. Nam non dicitur, quod volebant esse magistri, sed quod volebant vocari. Sic dicit Chrysol. super Matth. Vocari volunt magistri, & non esse: nomen appetunt, & officium negligunt. Vos autem. Hic excludit Christus à discipulis suis motiuũ Phariseorum, scilicet elationem, ambitionem, & inanem gloriam atque hypocrisim, dicens. Vos autem nolite. Idest Pharisei, & Scribæ hoc faciant vocando se magistros, & appetendo primas cathedras, & primos accubitus in cenis, non faciatis vos sic. Vocari Rabbi. Idest magistri, licet Rabbi singulare est, & hoc bene seruauerunt discipuli Christi, quia nunquam se magistros vocauerunt, sed discipulos solum. Vnus est enim magister vester. Redditur causa hic, scilicet, quia si vos vocaremini magistri, cum sitis multi, essent multi magistri, & tamen non sunt multi magistri, sed vnus, idest solus. ergo vos non debetis vocari magistri. Quis sit iste vnus magister infra ostendit, scilicet, quod sit Christus. Omnes autem vos fratres estis. Idest non habet aliquis gradum excellentiæ super alium, sed omnes estis equales, sicut fratres, & tamen si aliquis esset magister, & alij discipuli, esset aliquis maior alijs, ideo nemo vestrum debet vocari magister, quia omnes estis fratres.

Et patrem nolite vocare vobis super terram. Idest, quod homo non habet patrem in terra, sed in celo, quia Deus, qui est pater omnium, est in celo. Vnus est enim pater vester. Idest non sunt multi, & tamen si haberetis patrem super terram quilibet haberet patrem vnum, & essent multi patres.

Qui in celis est. Deus est, qui in celis esse debet, licet vbique sit, & illum docuit Christus vocari patrem supra 6. c. pater noster, qui es in celis.

Nec vocemini magistri. Idest dico vobis ne vocemini magistri, in quo sententiam supra positam repetit, vos autem nolite vocari Rabbi.

Quia magister vester vnus est. Idest vnus solus est magister.

Quis sit magister hic ostenditur. gister omnium, ideo non vocemini magistri vos, qui plures estis. Christus. Ostendit quis sit iste magister, & erat ipsemet loquens. Nam ipse se magistrum vocabat, & volebat, quod sic cum discipuli sui vocarent Ioann. 13. cap. f. vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis: sum etenim.

Qui maior est vestrum, doctet regulas humilitatis, que erant contraria elationi, & vite Phariseorum, scilicet, quod maiores non superbiunt, vt maiores, sed humiliant se, vt minores.

Erit minister vester. Id est efficiat se ministrum vestrum, & ita se vocet, & non maiorem, neque magistrum.

Qui autem se exaltauerit. Per propriam elationem fingendo maiora quam habeat, vel hæc ipsa, que habet ostentando, & magnificando, humiliabitur. Quia Deus deprimet eum in gehenna: nihil enim minus in bono cogitari potest quam homo damnatus apud inferos, cui nullum bonum manet, & malum perpetuum habet.

Et qui se humiliauerit, exaltabitur. Scilicet qui se hic humiliauerit infra id, quod est subiiciendo se aequalibus, & minoribus, ille exaltabitur a Deo in vita æterna, quia ascendit supra id, quod hic fuit: immo & supra id, quod naturaliter esse potuit.

Quare Christus dixit hæc discipulis suis.

Quæst. LIIII.

Quare Christus dixit ista discipulis, s. vos autem nolite vocari Rabbi, & omnia sequentia.

Dicendum, quod Christus dixit hoc. Primo ad vitandum illud vitium, ad quod discipuli erant faciles. Nam etiã si a carnalibus vitijs, & concupiscentia temporalium possessionum essent alieni, tamen a desiderio honoris tenebantur: unde erat de hoc inter eos cupiditas, & oriebantur ob hoc emulaciones. Patet de appetitu honoris, quia Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi suaserunt matri suæ, vt peteret pro eis sedere ad dextram, & sinistram eius in regno suo supra 20. & Mar. 10. c. Etiam erat emulatio inter eos de appetitu honoris: nam petentibus hoc duobus fratribus indignati sunt contra eos decem discipuli supra 20. cap. sed non indignarentur, nisi ipsi quoque concupiscentes id quod petebant duo fratres. Nam si non concupiscentes nulla passione circa hoc mouerentur. Itæ patet, quod omnes hoc cuperent, quia omnes discipuli hoc petuerunt a Christo, dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? id est quis de nobis est maior? supra 18. cap. & Mar. 9. Et quia quidam putabant se maiores, & asserant illud, indignabantur alij, & contendebant atque disceptabant. Sic patet Luc. 9. nã contentio fuit inter eos in via de hoc, & postea Christus quaesuit, de quo contenderent, & redarguit eos ibidem, & supra 18. cap. ideo erat conueniens, quod nunc Christus auferret eis istud motuum inanis gloriæ, & elationis. Et sic dixit eis de humilitate, & qualiter cauerent elationem.

Secundo fuit, quia istud fuit ad propositum. Nam occasione habebant discipuli Christi, qui tunc erant, & qui postea futuri erant appetendi honorem. Nam Christus dixerat eis supra in litera. super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei quæcunque dixerint vobis, facite. Et tamen Pharisei erant cupidi honoris, & vocabant se magistros, ideo putarent discipuli Christi, quod forte diceret eis hoc ad exemplum Phariseorum facere.

Sed obijciatur, quod istud inconueniens motuum iam ablatum erat, quia Christus dixit eis, quecunque dixerint vobis, facite: secundum opera autem ipso-

ram nolite facere. Appetere autem, honorem erat de operibus Phariseorum, & non de prædicatione, quia non prædicabant illi honorem appetendum: ergo sufficienter prouisum erat contra hoc inconueniens, scilicet, quod non cuperent discipuli honorem ad imitationem Phariseorum, sed potius fugerent, quia erat de operibus Phariseorum.

Dicendum, quod ratio ista nõ stat, quia licet Christus dixerit tenendam esse prædicationem Phariseorum, & Scribarum, & non opera, non damnauit generaliter opera eorum, ac si diceret quidquid faciunt Pharisei, & Scribæ malum est, sed solum voluit, quod non tenerentur facta Phariseorum, & Scribarum in regulam operationum nostrarum, sicut eorum doctrina. Nam doctrina ipsorum generaliter sequi debemus, sed opera non generaliter, ad quod sufficiebat vnã operationem eorum non esse bonam: unde non condemnabantur ex hoc omnes eorum operationes, sed innuebatur aliquam eorum operationem malam esse, nescirent autem discipuli, quæ erat illa, vel ille, ideo fuit conueniens, vt Christus exprimeret, quæ essent illæ operationes inter Phariseorum opera, quas discipuli vitare deberent, & sic expressit ista, quæ hic habentur.

Quare Christus totiens de emitatione inanis gloriæ locutus est.

Quæst. LV.

Quare Christus totiens de humilitate, siue de emitatione inanis gloriæ locutus est. Nam iam dederat de hoc sufficientem doctrinam supra 18. dicens, quod non poterat quis introire in regnum celorum, nisi per humilitatem, & sic non oportebat hic repeti. Dicendum, quod fuit primo, quia quedam sunt quæ semel dicta sufficiunt pro semper: alia verò oportet sepe dici, vt fortiter teneantur: ea enim, contra quæ non habet quis inclinationem fortem, satis est semel dici prohibendo, vel iubendo, ea tñ, ad quæ quis nimis inclinatur, si debeant prohiberi, oportet sepe dici, vt imprimantur in animo, & habitentur homo ad hoc. Sic enim fuit de quibusdam, vt de passione, & resurrectione. Nam in passione opus erat discipulis magna constantia, & fide, & si non præferrent passionem Christi, & circumstantias eius, turbarentur adueniente illa, ideo sepe illud dixit. Nam quater prænuñciauit de passione sua, supra 16. & iterum 17. & postea 20. & post hæc infra 26. c. ita in presenti erant discipuli valde inclinati ad desiderium honoris, & gloriæ, & ad contentiones, & emulaciones super isto honore, ideo sepe eis de hoc dixit, & dici oportuit, & adhuc per hæc nõ corrigebantur. Dixit enim eis quater de hoc, primo quando contenderunt quis eorum maior esset supra 18. & Mar. 9. & Luc. 9. cap.

Secundo quæ duo, id est Iacobus, & Ioannes petuerunt sedere ad dextram, & sinistram Christi, & alij decem indignati sunt contra eos propter hoc, quia ipsi illud idem volebant supra 20. & Mar. 10. c. Tertio fuit nunc dictum hic occasione Phariseorum, & Scribarum vitandam esse elationem, & arrogãtiam, quæ ad eos pertinent. Quarto fuit eis dictum post hoc, die cenæ dum essent in cenâ, de quo Luc. 22. c. in quo satis apparet, quod erat conueniens, immo necessarium sepe hoc dicere. Nam cum nunc toties hoc dixisset, adhuc inclinabantur ad desiderium honoris, & quod deterius est contendeant super honore. Nam istud dictum est die martis in hebdomada in ramispalmarum, vt ostensum est præced. c. q. vltima, & tamen die Iouis sequenti, quæ erat dies cenæ cum essent in mensa discipuli cum Christo ceperunt inter se disceptare de eodem honore, scilicet quis eorum maior videretur, Luc.

Quater Christus de inani gloria discipulis monuit.

Christus eos ibi compescuit. satis ergo erat conueniens, quod istam rem Christus sepe diceret, cum neque sic eorum animo imprimeretur.

Secundo fuit ex speciali occasione habita in presenti. Nam dixerat Christus imitandos Phariseos, & Scribas, imitandos quidem in doctrina: crederetur autem, & imitandos eos esse in istis operationibus, & desiderijs, ideo expresse vetuit.

Tertio fuit ad tollendum suspitionem, quæ posset contra eum oriri. diceretur enim, quod Christus redargueret ista facta Phariseorum, non quia mala essent, sed quia oderat eos. Vt ergo videatur, quod Christus putabat illa mala esse, & tanquam mala illa vetabat, & arguebat in Phariseis, vetuit discipulis suis ista facere, & tamen discipulis suis non erat verisimilis, quod vetaret, nisi quod malum putaret.

Quarto, quia non fit hic repetitio dicendo hoc, quæ supra Christus docuit discipulis humilitatem instruendo eos, quod vnus non se præponeret alteri, sicut illi faciebant querendo quis eorum maior esset in regno celorum, & vt non contenderent super hoc, sicut sepe contendeant: nunc verò docuit eos circa alia, scilicet, vt non se præponerent extraneis vocando se magistros, & appetendo sic vocari, & hunc gradum super ceteros habere, & ita ista est alia doctrina quæ præcedens, & non est repetita, licet circa eandem materiam sit, scilicet circa vitandam inanem gloriam, & humilitatem tenendam.

Quinto, & principaliter, quia non est repetitio, & si esset, necessaria tamen esset, quoniam ea, quæ supra dicta fuerunt discipulis a Christo de humilitate, & fugienda contentione super primatu, fuerunt dicta solis discipulis, & in secreto, vt colligitur Mar. 9. & Luc. 9. quantum ad illam interrogationem, & cõtentionem, scilicet quis eorum maior esset in regno celorum. Etiam alia petitio Ioannis, & Iacobi de scissione ad dextram, & sinistram Christi, & indignatio decem discipulorum contra eos, & doctrina Christi sequens ad hoc fuerunt facta in secreto, vt colligitur supra 20. & Mar. 10. ca. Et sic solis eis data fuit doctrina de humilitate, Christus tamen voluit hanc doctrinã de humilitate velut omnibus necessariam omnibus prædicare, ideo & nunc turbis prædicauit. Nam dicitur hic, quod Christus dixit turbis, & discipulis suis, & ita licet sepe de humilitate dixisset, & de fuga inanis gloriæ fuit conueniens nunc dici.

Quare Christus solum dixit discipulis. Vos autem nolite vocari Rabbi. Quæst. LVI.

Quare Christus cum Christus redargueret multa vitia in Phariseis, & voluerit, quod caueret discipuli sui ab illis quare solum dixit. Vos autem nolite vocari Rabbi tollens vltimum solum, quod in Phariseis redarguerat.

Aliqui dicunt, quod hoc solum vetuit illis, quia est hoc solum peccatum de omnibus operibus Phariseorum, quæ commemorata sunt.

Sed dicendum, quod non stat, quia manifestum est, quod omnia, quæ supra Christus tetigit de artibus Phariseorum sunt illicita, quia pertinent ad elationem, & inanem gloriam atque hypocrisisim, quæ necessario mala sunt. Item quia Christus omnia illa redarguit in Phariseis, quod non faceret si mala non essent.

Dicendum ergo aliter, scilicet, quod omnia illa, quæ Christus tetigit de artibus Phariseorum, & Scribarum erant mala, & tamen vetuit illa, quia nõ oportuit, quod vetaret, nisi id, quod facilius erat discipulis Christi ad peccandum in eo. A ceteris enim satis clon-

gati erant, scilicet dilatare philateria, & magnificare fimbrias, quia hoc nunquam fecerant, cum soli Pharisei, & Scribæ illud facerent, neque etiam erat aliquid appetibile, sed superstitio inducta ab illis. Etiam amare primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & accubitus primos in cenis non erat opus in eis vetari. Iam enim Christi discipuli reliquerant omnia, & sequebantur Christum in paupertate euntes quocunque ille iret, & ideo non intrabant ordinariè in Synagogas, vt cuperent hère primas cathedras in illis, sicut ceteri Iudæi, qui ordinariè intrabant in Synagogas. Salutationes quoque in foro non desiderabant, neque erat permissum eos desiderare, quia cum Christo semper ibant in habitu paupertatis. Accubitus autem primos in cenis cupere multominus verisimile erat, quia istud ad carnales pertinet, quales ipsi iam non erant, potissime quia semper ipsi ibant cum Christo, & non poterant habere primas cathedras, quia ille primam habebat. Etiam si inuitarentur ab aliquo, & ipsi sedebant eo ordine, quod Christus illis iubebat. Hoc autem solum manebat speciale vitium, in quod incidere poterant, & verisimile erat incidere ipsos discipulos, eo quod contingeat eorum officium, scilicet, quod prædicabant, & forte vellent vocari magistri cupientes hunc honorem ab eis, quos docebant, Christus autem hoc vetat. Sic dicit Chry. in Homilia. Præmissorum quidem, de quibus Phariseos inculpauerat, alia quidem, sicut parua, & vilia prætermisit quasi discipuli de his instrui non indigentibus, sed quod erat omnium malorum causa, id est thronum appetere magistralem, hoc in medium ducit ad discipulos instruendum, dicens. Vos autem nolite vocari Rabbi.

An vocari magistrum, vel effici magistrum sit peccatum. Quæst. LVII.

Quare Christus totiens de humilitate, siue de emitatione inanis gloriæ locutus est. Nam iam dederat de hoc sufficientem doctrinam supra 18. dicens, quod non poterat quis introire in regnum celorum, nisi per humilitatem, & sic non oportebat hic repeti. Dicendum, quod fuit primo, quia quedam sunt quæ semel dicta sufficiunt pro semper: alia verò oportet sepe dici, vt fortiter teneantur: ea enim, contra quæ non habet quis inclinationem fortem, satis est semel dici prohibendo, vel iubendo, ea tñ, ad quæ quis nimis inclinatur, si debeant prohiberi, oportet sepe dici, vt imprimantur in animo, & habitentur homo ad hoc. Sic enim fuit de quibusdam, vt de passione, & resurrectione. Nam in passione opus erat discipulis magna constantia, & fide, & si non præferrent passionem Christi, & circumstantias eius, turbarentur adueniente illa, ideo sepe illud dixit. Nam quater prænuñciauit de passione sua, supra 16. & iterum 17. & postea 20. & post hæc infra 26. c. ita in presenti erant discipuli valde inclinati ad desiderium honoris, & gloriæ, & ad contentiones, & emulaciones super isto honore, ideo sepe eis de hoc dixit, & dici oportuit, & adhuc per hæc nõ corrigebantur. Dixit enim eis quater de hoc, primo quando contenderunt quis eorum maior esset supra 18. & Mar. 9. & Luc. 9. cap.

Quare Christus totiens de emitatione inanis gloriæ locutus est.

Quæst. LVI.

Quare Christus cum Christus redargueret multa vitia in Phariseis, & voluerit, quod caueret discipuli sui ab illis quare solum dixit. Vos autem nolite vocari Rabbi tollens vltimum solum, quod in Phariseis redarguerat.

Aliqui dicunt, quod hoc solum vetuit illis, quia est hoc solum peccatum de omnibus operibus Phariseorum, quæ commemorata sunt.

Sed dicendum, quod non stat, quia manifestum est, quod omnia, quæ supra Christus tetigit de artibus Phariseorum sunt illicita, quia pertinent ad elationem, & inanem gloriam atque hypocrisisim, quæ necessario mala sunt. Item quia Christus omnia illa redarguit in Phariseis, quod non faceret si mala non essent.

Dicendum ergo aliter, scilicet, quod omnia illa, quæ Christus tetigit de artibus Phariseorum, & Scribarum erant mala, & tamen vetuit illa, quia nõ oportuit, quod vetaret, nisi id, quod facilius erat discipulis Christi ad peccandum in eo. A ceteris enim satis clon-

Magistri esse duo in dicat. tior

tior ex sapientia, quam attestatur gradus exhibitus, & ille gradus non solum dicit excellentiam honoris, sed etiam facultatem quandam ad diffiniendum, quam non habent ceteri, qui non sunt in hoc gradu, & ista facultas, vel auctoritas datur ab hominibus. Ex his apparet, quod magistrum effici, non est malum, quia neutrum istorum, quæ ad magistrum concurrunt est malum. De primo patet, id est de sapientia. Nam potius est de honorabilibus bonis primo de anima 1. c. in tantum, quod soli Deo illa plene attribuitur.

Sapientia solius Dei possessio

Ita dicitur 1. Metaph. quod sapientia est solus Dei possessio, & ideo si in hominibus inuenitur, oportet quod a Deo dependeat: Ecclesia. 1. c. f. Omnis sapientia à domino Deo est. Et ob hoc qui sapientiam vult à Deo petere debet illam, sic Salomon illam petebat Sapientiam, quæ cum sit, & mecum labore. Sic etiam Apostolus Iacobus petere suadebat Iaco. 1. ca. si quis indiget sapientia, petat à Domino, qui dat omnibus affluenter, & nemini improprietat. Item quia sapientia est donum Dei, sed Deus non dat mala, sed bona supra 7. ca. & Luc. 11. f. quis ex vobis est homo, quem si petierit filius eius panem, nunquid lapidem porriget ei? Si ergo vos, cum sitis mali, nostris bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester celestis dabit bona petentibus se? Donum tamen Dei est sapientia. Ita 1. c. f. impleuit eum spiritu sapientie: ergo bona est. Item sapientia est tam necessaria, quod Deus illam exigit à nobis, & in nobis, vt Mala. 2. c. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem de ore eius exquirēt. Et si quis in sacerdotio existat, & sapientia careat Deus repellit illum Osee. 4. c. f. quia tu repulisti sapientiam, ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Sed si consideretur secundum, id est gradus, etiam non est aliquid malum. Nam est honor, vel potius honoris testimonium, & sapientie simul. Est quoque facultas data in utilitatem publicam. Nā esse aliquos, qui habent potestatem diffiniendi in rebus dubijs est necessarium. Nam sicut in politicis est necessarius iudex, & magis necessarius quam cibi, & potus 3. Politicorum in principio, quod distributum iustitiam, id est iudex est magis necessarium quam panis, & tamen excellentior est anima quam corpus, cui consulunt illi, qui magistrum vocantur diffiniendo dubia, quæ pertinent ad statum eius, ideo esse aliquos habentes istum gradum, & facultatem diffiniendi, & docendi est valde necessarium, neque ecclesia potest sine his manere, sed erunt vsque ad finem seculi, & dantur à Spiritu sancto, vt semper maneant in ecclesia. Sic dicitur 1. Corin. 12. & ad Ephe. 4. c. f. Quosdam quidem dedit Apostolos, alios prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores ad consummationem ministerij. Et dicit Apostolus, quod omnia ista dona sunt ad ædificationem, & utilitatem ecclesiarum, & non specialiter ad priuatum 1. Corin. 12. & 14. c. & tamen bonum commune est valde laudabile. Ethic. ergo & sapientie gradus, id est magistrum, cum sit ad bonum publicum, & detur de bonis publicis, quia nemo priuatus dare potest honorem hunc, vel gradum, erit bonum, & honorabile.

Sapientia est Dei donum.

Sicut autem sapientia, & magistrum gradus non sunt mala, sed bona, ita & magistrum fieri, vel esse bonum est, cum sit aliquid necessarium Ecclesie Christi, vt dictum est. Et Apostolus iubet hos multum honorari 1. Timo. 5. c. f. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina Dei. Deus quoque iussit Moyse, quod acciperet septuaginta viros de senioribus, quos sciret esse populi magistros, & illos constituit Deus in iudices, & dedit eis spiritum prophetie Num. 11. c.

Sed hoc supposito dicendum, quod si aliquid dubium

sunt tria. Aliud enim est esse magistrum, vel fieri, aliud vocari magistrum, aliud velle esse, vel vocari magistrum. De primo dictum est, quod aliquod bonum, & honorabile est.

De secundo dicendum, quod etiam non est malum, tum quia nomen competens rei, veritatem facit, & melius est res proprijs quam alijs, & incontentibus nominibus appellare: tum quia vocari sic, vel sic non est in potestate nostra, nisi in quantum nos vocationem volumus, vel ei consentimus, sed est in potestate vocantium, ideo non est peccatum in hoc, quod vocamur.

De tertio dicendum, quod aliquo modo differt velle esse magistrum, & velle vocari magistrum. Accipiendo primum dicendum, quod aliquis desiderando magistrum, vel desiderat solam scientiam, quæ requiritur ad magistrum, vel desiderat solam magistrum, siue scientiam habeat, siue non, vel desiderat vtrumque. Si primo modo, dicendum quod nemo potest peccare desiderando hoc, quia scientia est tale bonum, quod non solum desiderando eam nemo peccat, sed etiam quantumcumque aliquis eam non desideret peccat. Et causa huius est, quia sapientia est de maximis bonis: quod enim malum est simpliciter, nunquam potest licite desiderari, vt adulterari, inuidere, & huiusmodi, quia mox nominata cum malitia sunt conuoluta. 2. Ethic. Alia sunt media bona, & in his contingit bene desiderare, & male, sicut amare parentes de bonis, & pulchris naturaliter est, & tamen contingit circa hoc excedere 7. Ethic. sicut dicitur ibi de Niobe, quæ propter amorem filiorum repugnauit ad Deos, & Satyrus Philopator, ita patrem diligebat, quod videbatur despere. Alia sunt maxima bona, & ista sunt, in quibus non contingit excedere. Sic est virtus: quantumcumque nimis agat, semper est bonum. Sic est de sapientia, quia quantumcumque habeat quis de sapientia tanto est melius, vt dicitur eodem 7. Ethic.

Si accipiatur secundum, id est desiderare solum gradum manifestum est, quod insipientia est, & inordinatum quid. Primo quia non datur gradus ille, nisi propter sapientiam, & est facultas data sapienti, qui autem insipiens est, habet consensionem si gradum habeat, & petit rem contra naturam, si appetendo consequens sine antecedente. Item quia manifestum est, quod qui sic appetit nihil cupit, nisi videri, & honorem inanem: cum gradus sine sapientia sit nomen sine re.

Si accipiatur tertium, id est desiderare sapientiam, & gradum simul potest interdum bene, & interdum male fieri. Pro quo sciendum, quod appetere sic magistrum est appetere quandam honorem, est autem honor reuerentia exhibita in signum excellentie eius, cui impenditur. Circa excellentiam autem hominis duo sunt consideranda, primum quidem, quod id, in quo homo excellit, non habet homo à seipso, sed est quasi quoddam diuinum in eo, & ideo ex hoc non debetur principaliter honor illi, sed Deo. Secundo considerandum, quod id, in quo homo excellit, datur homini à Deo, vt ex eo alijs proficit 1. Corin. 12. & 14. c. Vnde in tantum debet homini placere testimonium sue excellentie, quod ab alijs ei impeditur, in quantum paratur via ad hoc, quod alijs proficit. Tripliter ergo contingit appetitum honoris esse inordinatum. Vno modo per hoc, quod quis appetit testimonium de excellentia, quam non habet, quod est appetere honorem præter suam proportionem. Alio modo per hoc, quod honorem sibi ipsi cupit non referendo in Deum. Tertio modo per hoc, quod appetit honorem in ipso honore quiescit non referendo honorem istum ad utilitatem aliorum: his enim tribus modis appetere honorem peccatum est, quia est

est quid inordinatum. Ita ergo de appetendo magistrum, dicendum quod qui appetit sapientiam simul cum gradu non peccat. Secundo modo, quia non appetit honorem præter proportionem, sed simul appetit honorem, & id quo honore illo dignus est, id est sapientiam.

Quo gradus magisterij, & doctoratus cum peccato appetit.

Sed de alijs modis dicendum, quod potest concupisci honor magistrum pro seipso non referendo in Deum, sed sibi ipsi tribuere vult homo gloriam, & tunc peccatum est desiderare magistrum, & quemcumque honorem. Etiam potest desiderari iste honor, ita quod appetitus volentis sistat in isto honore non referendo ad utilitatem aliorum, quibus sapientia ista, & gradus prodesse possunt, & hoc etiam illicitum est cum non ordinentur ista ad id, ad quod ordinanda sunt. Potest accipi desiderari iste honor magistrum cum scientia simul, si hunc honorem excellentie non ascribat sibi homo principaliter, sed Deo à quo est tam sapientia, de qua gloriamur, quam collatus honor, secundum quem honoramur, & non quiescat appetitus cupientis hunc honorem in ipso, sed eo ipso velit aliquis magistrum esse, vt alij per hoc maiorem ei tribuant auctoritatem, & scientia, vel doctrina eius possit eis magis prodesse.

Si autem queratur, an liceat alicui velle vocari magistrum. Dicendum, quod cum nomina respondeant rebus, si licet alicui velle esse magistrum, licet ei velle vocari magistrum. Est tamen dicendum, quod qui sic appetit vocari, aut vult vocari sic ad humanas laudes, & gloriam inanem, aut ad capiendum ex hoc auctoritatem, & reuerentiam apud homines, & sic doctrina eius abundantius proficit. Si primo modo illicitum est velle vocari magistrum, quia elatio, aut inanis gloria semper habent aliquid illicitum, & ob hoc arguuntur Pharisæi, & Scribæ, quod vellent vocari magistri, quia nihil aliud periebant, nisi humanam gloriam. Vnde potius vocari, & estimari ab alijs magistrum volebāt, etiam si non essent, quam esse, & non vocari. Si autem vocari quis magister secundo modo velle, licitum est: immo meritorium, quia ad charitatem pertinet, quia sicut quod quis velit per sapientiam suam alijs prodesse docendo pertinet ad charitatem, ita quod velit efficacem esse doctrinam ad hoc, quod multum proficit audienti, ad charitatem pertinet. Sic autem est si exhibeatur magna auctoritas docenti: si enim magne auctoritatis habetur, audientur libenter, & cupide dicta eius, & efficaciter retinentur, & fides eis plena adhibetur. Si vero parua auctoritatis, aut nullius, continentur dicta eius, & nemo, aut aduertit, aut parum, & sic nulli prodest talis doctrina, quia nemo illam suscipit. Sed vocari magistrum ab hominibus est quædam reuerentia delata ab hominibus, quæ multam auctoritatem doctrina confert: ergo licitum est sic, & meritorium, quod quis cupiat vocari magister ab omnibus postquam magister est, & sic existimari.

Cum autem obijciatur, quod Christus ter vetuit vocari magistrum, aliqui insipientes dixerunt, quod vere illicitum esset magistrum fieri, vel esse, quia Christus vetuerat, hoc licitum tamen est doctorem fieri, & vocari, quia non est veritum. Sed hi indigni sunt solutione. Christus enim non vetuit hic gradum aliquem determinatum quasi esset magistrum in theologia, aut artibus, vel aliquid simile, quia nomina horum graduum nondum erant, sed ab hominibus inuenta sunt. Sed vocatur magister omnis, qui proficitur aliquam scientiam in qua sit potens docere: istum enim gradum, vel statum nos designamus nunc per multa nomina, vt magistrum, doctorem, licentiatum, & huiusmodi, ideo omnia hæc Christus vetuit, in quantum deseruiunt inani gloriæ, sed in quantum profunt ad au-

toritatem doctrinae nullus gradus vetitus est, neque vocari nomine eius.

Cum autem obijciatur, quia Iaco. 3. cap. dicitur. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Dicendum, quod non innuit ex hoc malum esse magistros esse, vel effici, sed quod est periculosum, cum dicat, maius vobis iudicium sumitis. Et est dicendum, quod aut quis effici vult magister desiderio humana glorie principaliter, aut propter aliquam honestam causam, siue sit utilitas proximorum, siue aliqua alia. Si primo modo iam ipsa voluntas mala est, & quicquid inde sequitur sub hac intentione, malum est. Si secundo modo bonum est, & tamen est periculosum, quia status magistrorum est excellentior statu aliorum, & ideo quando ipsi peccant grauius peccant quam ceteri, qui non sunt magistri, quia turpe est doctore cum culpa redargui ipsum, vt ait Cato. Ideo si quis vult effici magister eo ipso vult rem periculosiorem, quam qui non est magister, & tamen non est malus status, immo eo ipso, quo ille status est periculosior, est melior, & perfectior, sicut status perfectior est religionis quam vitæ secularis, & tamen periculosior est, quia grauius peccant religiosi, quando peccant quam seculares, & tamen quando viuunt secundum statum suum valde magis merentur, quam seculares, ita magistri si sequantur conditionem status sui, & professionis, magis merentur quam qui non sunt magistri, & tamen si peccent, grauius peccant quam alij, & quia facile est hominem peccare, periculosum est esse magistrum.

Et ideo consulit Iacobus, quod non efficiamur multi magistri, id est assumptes officium docendi super alios: vnde simpliciter non verat fieri magistros, sed plures, si quando necessitas exigit, vt aliquis proponatur alijs ad docendum eos poterit hoc accipere, & licet sit periculosum, tamen propter necessitatem debet illud audere, si quando magistri sunt ad copiam, quod quis velit effici magister, id est habere officium docendi super alios etiam pro bona causa est subire periculum sine causa, & hoc dissuadet Iacobus. Et tamen etiam si in illo casu accipiens illud officium tenuerit professionem magistrorum, secundum conditionem status, melius se habet quam si non esset magister, & hoc est, quod dixit, scilicet nolite fieri plures magistri, & non dixit absolute, nolite effici magistri, quasi non dissuaderet gradum, vel statum, sed multitudinem sine causa.

Quid Christus in hoc intellexit. Vnus est enim magister vester, Quasi. LVIII.

Quæretur quare Christus dixit, Vnus est enim magister vester, & quid in hoc intellexit. Dicendum, quod intelligitur vnus, id est solus, quia aliter non procederet ratio sua. Nam Christus vult evitare multitudinem magistrorum, dicens: Nolite vocari Rabbi, & iterum ne vocemini magister, quasi dicat, non plures magistri. Et probationem huius dat, quia vnus est magister, & tamen si accipiatur vnus, id est quidam non est probatio, quia stat bene, quod sint multi magistri, & vnus magister: immo vbi sunt multi magistri est vnus magister, sed accipitur vnus, id est solus, & tunc procedit probatio, si magister solus est: ergo non sunt multi. Secundo modo potest accipi vnus est magister, id est quidam, & tunc ille est magister oium. Et tunc sequitur, quod si vnus est magister oium, non sunt necessarii multi magistri: immo non erunt multi. Si autem non esset vnus magister oium, sed quicumque magister esset magister paucorum, oporteret simul esse multos magistros non subordinatos, quorum vnus non dependeret ab alio.

Quis

Quis

Quis

Quis

Quis est iste vnus magister. Quæst. LIX.

Sed tunc dicitur, quis est iste vnus magister? Dicendum, quod est Deus, siue Christus, & tamen quomodo Christus sit magister infra dicitur. De Deo autem quomodo sit magister est dicendum nunc. Est autem planum, quod Deus est magister: ipse enim docet nos: ergo magister est. Pater hoc Isa. 2. cap. scilicet venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas. Et Psalm. 93. dicitur. Qui corripit gentes, non arguet qui docet hominem scientiam?

Deus est magister omnium.

Ex hoc sequitur, quod Deus sit magister omnium, quia si vnus est magister, ergo & omnium, quia Deus excellit omnes homines, & omnem creaturam: ergo sicut docet vnum hominem, quia maior eo est, & potest aliquid ei notificare, quod nescit, ita & poterit notificare cuique, quia nemo est tam excellens in intelligendo, qui à Deo non possit doceri.

Ex hoc quoque sequitur, quod Deus solus sit magister. Primo quia magister dicitur, à quo alij doctrinam recipiunt, & ipse in quantum magister à nullo doctrinam recepit. Hoc autem nulli competit, nisi Deo. Nā homo potest docere hominem, & tamen ille homo docetur ab alio homine, vel à Deo, vel ab Angelo, solus autem Deus est, qui docet, & à nullo docetur: ergo ipse solus est proprie magister.

Secundo, quia accipitur hic magister omnium: homini autem non competit. Nam vnus homo est magister alterius, vel multorum, & tamen nullus est magister omnium simpliciter, id est eorum, qui sunt, & fuerunt, & erunt. Tertio quia Deus est magister quantum ad omnia, nemo autem aliorum est magister: saltem vnus hominis quantum ad omnia: Est enim homo magister alterius, quia instruit eum in aliquibus; nemo tamen est, qui alium instruxerit penitus quantum ad omnia, quæ nouit, sed quantum ad aliqua: alia vero partim ab alijs, & partim naturali ingenio didicit. Quarto quia nemo docet perfecte, nisi Deus. Nam docere quantum ad optimum, & excellentissimum modum docendi est sapientiam alteri dare, vel in eo sapientiam causare: nemo tamen sapientiam causat in alio, nisi Deus: ipse enim immediate tangit intellectum, & voluntatē, & potest influere in istas potentias directe, propter quod potest subito aliquem efficere sapientem imprimendo, vel causando habitum sapientie in intellectu eius. Ita enim fuit de Salomone, quē in vna nocte sapientissimum effecit, cū ille dormiret 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. c. Hoc etiam facit in prophetis, quibus subito dat cognitionem, siue illa sit per immutationem intellectus, siue phantasia. Sed in hoc differt à sapientia Salomonis, quia fuit infusio habitualis, id quod semel infusum fuit, semper mansit per totam vitam. In prophetis autem est infusio actualis, & transiens, ideo post actum prophetandi non manet prophetis aliqua vis cognoscēdi, secundum quam excellant alios homines, homo autem non potest hoc, quia non pertingit operatio sua ad interiora, s. neque ad intellectū neque ad phantasia, non quidem ad intellectum, qui est potentia pure spiritualis, & ideo non potest imprimere alteri homini habitum sapientie, vt subito eum efficiat sapientem. Etiam non potest operari directe in phantasia, quia sic posset disponere organa interiora, & efficeret hominem, qui rudis est esse aptissimū ad intelligere, & faciliter oīa penetrare, quā nemo facit. Sed operatio, s. m. si homo docet hominem est circa ipsum intelligibile disponendo illud, vt facilius sit ad capiendū. Vidimus enim quadam esse ita facilia, quod statim homo deuenit in cognitionem eorum et nullo docen-

Salomonem dormientem Deus sapientissimū effecit in vna nocte.

te. Alia verò obscura, & difficilia, ad quæ vix aliquis potest peruenire: magister autem potest circa hoc, quia id, quod erat obscurū reddit planū, & intelligibile statim. Quod multipliciter fit. Vno modo si termini sint obscuri, quos quis non intelligit interpretando illud per terminos planos, quos quilibet intelligit. Alio modo quod aliquid est dubium, eo quod non constet de veritate eius, quia nescitur quomodo sequatur ex principijs notis, & necessarijs ostendere quomodo sequatur ex principijs, per quod statim erit notum à quolibet cognoscente principia. Alio modo dando principia, ex quibus quis possit inferre multa, de quibus non cogitauit vnquam, neque venerunt sibi in dubium. Et differt iste modus à præcedenti. Nam in præcedenti est conclusio proposita, & tñ veritas eius non est scita. Sicut si alicui nihil scienti de geometricis dicitur, quod triangulus habet tres angulos duobus rectis equalēs. Nam tunc etiam nescit, an verum sit, vel quomodo sit verum. Sin autem deducatur conclusio illa vsque ad principia resolūdo qua principia sunt cuiuslibet nota erit cognita veritas eius ab isto. In isto modo vltimo est exemplum, quod circa aliquam artem nunquam alicui fuit proposita conclusio, de qua dubitaret, neque principia, ex quibus inferret, & aliquis det ei principia sufficientia illius artis, etiam si nullam conclusionem proponat sciet iste inferre ex sufficientibus principijs datis conclusiones quasunque alias artis, & hoc docuit eum magister. Et sic operatio magistri, qui est homo, est exterior ei, qui docetur, & tamen ad multum prodest, operatio autem Dei est formalis, & intrinseca.

Quo Deo & hō in docendo differat.

Ex hoc sequitur, quod homo non potest docere hominem, nisi quando attendit apponens ingenium suum circa ea, in quibus docetur. Deus autem docet hominem non attendentem, & ideo non videt homo, quando Deus eum docet actualiter, sed inuenit subito doctum. Homo autem non potest hoc facere. Ex quo sequitur, quod Deus aequaliter potest docere hominē dormientem, & vigilantem, homo autem non potest docere, nisi vigilantem, & dispositū. De primo patet quantum ad prophetas Num. 12. ca. si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. De Salomone quoque 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. ca. Nam per somnium fuit sibi data sapientia. Vnde quando eum vigilauit, vidit, quod fuisset somnium. Etiam nos docet per somnium. Iob. 33. c. Per somnium in visione nocturna, quando irruit super homines sopor, & dormiunt in lectulo, tunc aperit Deus aures viroꝝ, & erudiens instruit eos disciplina, vt liberet hominē à superbia. De secundo manifestum est, quia homo non potest docere alium hominem dormientem, sed necesse est vigilante esse, & dispositum, vt quod nō sit ebrius, neque amens factus, aut possessus aliqua forti passione, quia omnia hæc distrahunt ab intelligendo. Ratio diuersitatis est, quia Deus docet agendo immediate in intellectu, sed intellectus in seipso nullam passionem recipit, ideo siue homo sit dormiens, siue ebrius potest docere Deus ipsum, sicut si sit vigilans, homo autem non agit immediate in intellectu, neque in phantasia alterius, sed agit circa exteriora intelligibilia disponendo illa, ideo necessaria est actio, & attentio eius, qui docetur ad hoc, quod intelligat, sed dormiens, & ebrius, aut indispositus non habet actionē intellectus, vel est valde debilis, ideo tales non possunt doceri ab homine. Nā si docetur homo ab homine docens non causat actum intelligendi, in eo qui docetur, sed ipse per se hēt actum intelligendi qualem potest. Docens autem solum disponit exteriora intelligibilia, vt reddantur apta ad intelligi, quæ prius non erant proportionata intellectui huius. Deus autē quando docet

iple

Quomodo est verum quod omnes sint fratres, & per quem modum. Quæst. LX.

ipse causat habitum intelligendi, sicut in Salomone, vel actum intelligendi, sicut in prophetis, id non differt, quod homo sit dormiens, vel vigilans quantum ad recipiendam Dei doctrinam. Ex hoc etiam sequitur, quod aliquaher se habet docens ad addiscentem, sicut se habet intellectus agens ad intelligere, quia intellectus agens non causat intellectiōē in intellectu possibile, sed disponit intelligibilia, quia phantasma est principium intelligendi. 3. de Anima. Et illud secundum se non est intelligibile, nisi in potentia, eo quod habet conditiones, vel appendicia materiae, & non potest sic recipi in intellectu, qui est immaterialis, ideo oportet deputari ad hoc, quod species intelligibilis efficiatur vniuersalis, & species sic deputata est actum intelligibilis, licet nondum sit actus intellectus. Hanc autem depurationem specierum efficit intellectus agens, id est intellectus agēs est, quasi docens, quia non imprimi, neque causari habitum intelligendi, neque actum intellectiōis, sed solum disponit intelligibilia. Sed tñ maior est efficacia intellectus agens supra possibilem, quā magistri supra discipulum, quia operatio magistri est circa extrinseca, & est per solum actū rationis, s. exponendo terminos, vel reducēdo conclusiones ad principia resolutorie, vt dictū est, operatio autem intellectus agens est per modum natura. Nam nullo instruento habet intellectus agēs istam vim in quolibet hoīe. Etiam quia materialia efficit immaterialia, & ista magis est naturalis efficacia, quā rationis actus, & ideo si ita dicamus magis docetur hō s. m. habitudinem intellectus agens ad possibilem, quā s. m. habitudinem magistri ad discipulū. Et ideo quia solus Deus est magister iuxta supra dicta dixit Christus, quod nos non vocaremur magistri, quasi istud ei soli competat, sicut nemo debet vocari bonus, quia solus Deus est bonus, vt dicitur supra 19. & Mar. 10. c. Aliqui autem dant duas causas huius, quæ tamē reducuntur ad supra dicta. Prima est, quia licet homo sit magister & Deus: tñ non sunt aequaliter magistri, ideo non debent vocari eodem noīe, sed Deus vocatur magister, ergo non hō. Secundo, quia homo solus docet exterius, Deus vero docet interius, vt declarati sunt, ideo solus Deus debet vocari magister. Est autē verum, quod non est conueniens vocare Deum magistrum, & hoīes magistros, quia non competit eis vniuoce, s. m. rationem vnam, quia aliud efficit Deus docendo aliud homo, vt ostensum est. Et tamen nomē istud, in quantum est nomen excellentiæ, competit Deo: ergo non competit hominibus, sed vocantur large magistri, & ceteris perfectionibus. Deus n. solus proprie, & vere est, vt dicit Hier. ad Marcellam, & magister 1. sen. di. 8. quod ipse Deus testatur, dicens. Ego sum, qui sum. Exod. 3. cap. quasi dicat, ego sum, & nullus alius est. De bonitate quoque Deus solus bonus, sicut Christus dixit iuueni, quid me interrogas de bono, quia solus Deus est bonus, supra 19. & Mar. 10. capi. Et vocamur nos tamen boni, & entia large, & secundum analogiam deficientē, ita & magister solus Deus est vere, & proprie, nos tamen large magistri vocamur. De hoc dicit Hier. super Matthæ. Nolite vocari Rabbi, ne quod Deo deberet, vobis præsumatis. Nolite & alios vocare Rabbi, ne diuinum honorem hominibus deferatis: vnus est n. magister omnium, qui omnes homines naturaliter docet. Si enim homo hominem erudiret, omnes homines discerent, quod habent doctores: nunc autem, quia nō docet homo, sed Deus, multi quidem docentur, sed pauci discunt: hō enim non intellectum præstat homini docendo, sed à Deo præstitum per admonitionem exhortet.

Quomodo est verum quod omnes sint fratres, & per quem modum. Quæst. LX.

Veretur cum dicatur hic omnes vos fratres estis. quomodo verum sit: nam non sunt omnes fratres: s. m. fratres essent, cū fraternitas sit gradus attinentiæ, si oēs essent fratres, cessarent ceteri gradus attinentiæ.

Dicendum, quod omnes homines sunt fratres, quia fratres accipiuntur quadrupliciter in scriptura. s. natura, gente, cognatione, affectu, & sunt verba Hieronymi super Matthæ. Natura, vt Iacob, & Esau. Gente, vt oēs Iudæi fratres inter se vocantur, vt in Deuterono. non poteris constituere super te in regem hominem alienum, qui non sit frater tuus. Fratres quoque vocantur qui sunt de vna familia, vt dicitur Gen. 13. dixit Abraham ad Loth, non sit rixa inter me, & te, quoniam fratres sumus. Affectu etiam fratres dicuntur, qui diuiduntur in duo. i. in specialem, & communem, specialem, & spiritualis affectus est, quo omnes Christiani dicuntur fratres, vt dicit Saluator. Vade dic fratribus meis. i. discipulis. Communis in quantum oēs hoīes ex eodem patre nati pari germanitate coniunguntur. In præsentia autem competit aliquis modus istorum, ideo vocantur recte omnes fratres.

Fratres accipiuntur quadrupliciter.

Per quem modum vocantur omnes fratres. Quæst. LXI.

Sed dicitur, per quem modum vocantur omnes fratres.

Dicendum, quod possunt vocari vno modo fratres affectu spirituali, quia omnes Christiani, qui Christi doctrinam sequuntur, fratres sunt. Et iste modus competit, quia ad hoc, quod aliqui sint inter se fratres, oportet, quod habeant eundem patrem, vel matrem, & tamē omnes Christiani habent eundem patrem, & eandem matrem: ergo omnes sunt fratres. De patre patet, quia pater omnium est Christus, non solum in quantum ipse est Deus, sed etiam in quantum tradidit doctrinam euāgelicam, sub qua manemus, quæ est aliquid cōe omnium, qui illam tenemus, cum non solum ipse, cuius illa est, sed etiam ille, qui eam nobis prædicat, dicatur nos gignere ad Gala. 4. cap. cum dixit Apostolus. Filii, quos ego quotidie parturio, donec formetur in vobis Christus, & illud, per euāgelium ego vos genui. 1. Corinthio. 4. ca. si ergo Apostolus prædicando euāgelium parer erat, a fortiori ille, qui illud prius prædicauerat, & in cuius virtute prædicabatur dicebatur pater, & ille est Christus: propter quod cum per fidem accedamus ad Christum, dicimur effici filii per fidem Ioan. primo capitulo, scilicet dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Et quoniam professio huius fidei sit in baptismo, dicimur in baptismo generari. Sic dicitur Ioan. tertio capitulo, quod renascitur homo ex aqua & Spiritu sancto. Regenerationem n. vocamus baptismum, s. qui natus est, habet patrem: ergo s. m. quod quis generatur, vel regeneratur, quod sit per baptismum, habebit patrem: iste autem est Christus, in cuius fide regeneramur, & esse incipimus, ergo Christus est pater, & per consequens oēs, qui eundem modum nascendi ab eodē habemus, vocamur fratres, sed oēs Christiani sic regenerantur, ergo oēs sunt fratres sic. s. affectu. De matre quoque apparet, quia eadē mater nos gignit. Nam sicut in generatione naturali mater se habet passiuē, sed quia in quantum aliquid confert ad generationem, oēs qui sunt ab eadē matre, etiam si non sint ad eodem patre, dicuntur fratres, sed in generatione ista, qua in baptismo, & fide regeneramur, hēt se aliquis actiue, & aliquis passiuē,

Omnium Christianorum ipse Christus pater est.

Christus pater ecclesie mater est fidelium.

ideo patrem, & matrem habemus. Christus, n. est pater, & ecclesia est mater. Nam ecclesia dat nobis sacramenta oia, & potissime sacm regenerationis, & in oibus sacris habet se Christus actiue, inquantu tota virtus sacralis est ab eo, & non pt esse ab aliquo homine. Ecclesia habet se passiue, quia sicut mater in generatione naturali dat menstruum, quod se het passiue ad formationem, quæ est per virtutem formatiuâ, quæ est a pfe, ita ecclesia tribuit sacra, & exhibet nos ad participandum virtutem Christi, quæ est in sacris, per quam virtutem regeneramur, est. n. ecclesia m, & ita nos solemus vocare ecclesiam almam matrem nostram, sed oes quotquot in Christum credunt in tra ecclesiam manent, quæ ita confert ad nostram salutem, q extra eam, nemo pt saluari extra de Sum. tri. & fid. cath. c. firmiter. Ergo et ex hoc fratres sunt oes fratres christiani, & est fraternitas affectu spuali. Et apparet, q isto modo fratres vocentur, quia in ecclesia primitiua oes christiani vocantur inter se fratres, & sic cepit Christus vocare, & Apostoli sic vocabant. Nam in oibus epistolis Pauli vocantur fratres, ipsi christiani, quantumcunque distinguuntur atinentia cognationis. Secundo possunt oes homines vocari fratres, in quantum vnum patrem habent, quia origo totius humani generis simul descendit ab homine vno, i. ab Adâ, & non a pluribus simul, sicut leones nō descendunt oes ab eodē leone, sed a pluribus simul, quia multos mares & foeminas in illa specie Deus creauit, ita de bobus, & ouibus, atque cæteris. Ille ergo, qui toti humano generi essendi principium dedit, pater vocabitur omnium: ergo omnes in quantum ab eodem descendimus, erimus fratres.

Tertio possunt omnes vocari fratres, in quantum a Deo sumus. Nam initium essendi secundum naturam non solum homines, sed etiã omnia entia a Deo acceperunt, & omnes filii Dei vocari poterunt, ergo in quantum ab eodem omnes descendimus, vocabimur omnes fratres.

Sed obiicietur, q nō possunt omnes vocari fratres. Primo mō istorum, tum quia non sunt oes homines christiani, tum quia et illi, ad quos loquebatur Christus non erant christiani, tum quia etiam si accipiuntur fratres, qui eandem doctrinam Christi tenebant, licet nondum essent christiani, tamen nondum oes hi tenebant hanc doctrinam, quia Christus non solum loquebatur hic discipulis suis, sed etiam turbis, vt apparet ex litera, & ille erant turbe iudeorum, qui nōdum in Christum credebant.

Dicendum, q nunc vocamus fratres omnes, qui in Christum credunt, & quia non credunt omnes homines in Christum, cum dicatur ad Roma. 10. c. q non omnes obediunt euangelio, non sunt omnes fratres in actu, sunt tamen omnes fratres ex debito, quia qui non credunt obligantur credere, & quando crediderint iam actu erunt fratres.

Ad secundum dicendum, q illi, ad quos Christus loquebatur, poterant vocari fratres hoc modo, quia non requiritur, q vocentur christiani, sed q doctrinam Christi teneant. Et quoniam discipuli Christi, qui tunc eum audiebant, tenebant nō solum doctrinam eius, sed etiam vitam vocari poterant fratres. Et apparet manifestius, quia post resurrectionem Christi, & ascensionem, atque Spiritus sancti missionem perfectis discipulis Christi existentibus quantum ad oia charismata fratres erant illi, & tñ nondum vocabantur christiani. Nam et inter ascensionem Christi, & Pentecostem vocabantur oes credentes in Chm fratres. Act. 1. vbi congregatis centum, & viginti, aut quasi dixit Petrus ad omnes, viri fratres, &c. Et omnes hos vocat Paulus fratres. 1. Corint. 1. 5. c. dicens, q Christus post

resurrectionē viuis est, plusquam quingentis fratribus. Et tñ nondum vocabantur christiani, sed multo post. Nam Antiochia ceperunt nominari primū christiani predicante Paulo, & Barnaba. Act. 11. cap. & ante hoc vocabantur semper fratres, vt patet ex discursu totius libri Actuum Apostolorum, vique ad 11. c. & tñ in ipso c. in principio dicitur: Audierunt autē Apostoli, & fratres, qui erant in iudæa, q gentes receperat verbum Dei. Vocabantur etiam ante hoc discipuli, cum dicitur, eod. c. Conuersati sunt in ecclesia, & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochia discipuli christiani. Ergo discipuli prius vocabantur, & sic tenentes fidem Christi, antequam christiani vocarentur, poterant vocari fratres ex causa fidei Christi, etiam viuente Christo. Et sic erat de discipulis eius.

Ad tertium dicendum, q licet turbæ nondū tenebant Christi fidem, tñ vocari poterant fratres. Et ratio est in duobus. Primo, quia licet non tenerent eam omnes de turba, multi tamen credebant in Christum, qd dicitur Ioan. 12. c. q in die festo multi crediderunt in eum, & illi iam fratres vocarentur.

Secundo, quia dato, q nemo illorum crederet in eum, tamen competebat eis verbum istud Christi. i. omnes vos fratres estis, quia licet nondum crederet, predicabat eis Christus, vt crederent, & quando crederent fratres essent, ideo potest dici, omnes vos fratres estis, id est fratres esse debetis.

Dicendum autē, q licet his tribus modis possint oes homines vocari fratres, tñ proprie Christus accepit tertium modum. Et pater primo, quia fratres dñr, qui ex eodem patre, vel matre descendunt, sed ponit hic Christus quis sit pater omnium, i. q Deus est pater omnium, nam ait. Et patrem nolite vobis vocare super terram, sed extra terram nemo est pater, nisi Deus, ergo respectu Dei sunt omnes homines fratres. Secundo patet, quia dñr in litera: Vnus est pater vester, qui est in celis: ergo est solus pater, & respectu huius vocantur filii, & fratres, & non alio modo. Et sic etiam non vocantur fratres, in quantum omnes descendunt a primo homine, quia ille super terram est, quia in quantum pater fuit, fuit super terram, quia ibi genuit eos, a quibus totum genus humanum disseminatū est.

Tertio patet, quia taliter Christus solet vocare patrem, vt supra sexto capitulo, docuit omnes homines orare dicentes. Pater noster qui es in celis, ille autem Deus est, sed qui eundem in patrem vocant dicuntur fratres inter se: ergo sic vocantur fratres, supra decimo octauo capitulo, scilicet si peccauerit in te frater tuus, & tamen illud extenditur ad quemcunque hominē, quia quilibet peccare potest, & quilibet potest corripi. Hoc aliqui putant, sed verum est, q de fidelibus intelligitur, vt ibi ostensum est. In quantum tamen omnes teneantur esse fideles, potest extendi verbum ad illos, & vocabuntur fratres omnes, in quantum ab eodem patre, id est a Deo sunt. sed tres probationes precedentes magis faciunt ad propositum, quam ista, quæ pertinere potest ad fratres, vt sunt christiani, vel tenentes fidem Christi.

Quare introduxit Christus istud hic, f. omnes vos fratres estis. Quest. LXII.

Quare introduxit Christus istud hic, f. omnes vos fratres estis. Nam intendebat hic Christus ostendere, q vnus hō nō erat magis alterius, sed solus Deus, & ad hoc nihil videbatur facere ad propositū, q essent oes fratres, vel q non vocarent patrem super terram.

Dicendum, q fuit valde introduclū ad propositū. Primo

Primo quidem, quia istud est probatio præcedentis dicti, dixerat enim: Nolite vocari Rabbi, vnus est. n. magister vester. Et subdit. Omnes autem vos fratres estis, quasi dicat non potest vocari aliquis vestrū magister, quia vnus est, id est solus magister vester, id est Deus, & vos non estis magistri in alterutrum, & hoc, quia omnes vos estis fratres, quasi dicat magister, & discipulus sunt nomina magnæ inæqualitatis, vos autem non estis inæquales, sed æquales, quia omnes vos estis fratres, ergo non est vnus magister alterius. Et pater iste sensus ex modo loquendi literæ, quia dicitur, omnes autem vos fratres estis. Et tamen illa dictio, autem, est continuatiua, & bene conuenit ad reddendum causam, & quia dixit vnus esse fratres, & non sunt fratres, nisi respectu eiusdem patris, vel matris, ostendit quasi ex necessitate consequentis, dicens. Et patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester, qui est in celis.

Secundo fuit ad ostendendum equalitatem hominum: Christus enim volebat aliquando ostendere homines esse æquales, & hoc est, in quantum vnus nō est alteri causa essendi. Nam causa, & causatum sunt inæqualia, si autē vnus esset pater, & alius filius, inter homines esset vnus simpliciter maior alio, vt ergo videatur, quod vnus nō sit alio maior, dixit Christus omnes esse fratres, quia vnus frater non est ab alio, sed ambo sunt ab eodem. & quia hic dixit de equalitate hominum, in quantum vnus non est magister alterius, sed omnes habent eundem magistrum communem, fuit conuenientissimus locus ad ponendum hic potius, quam alibi, q omnes homines sint fratres.

Tertio ponitur ad ostendendum causam sequentis regulæ de humilitate. Nam iuber, q nemo se exalter homines autem se exaltant, in quantum se opinantur maiores alijs siue, sint in veritate, siue non. Ad hoc autē, q homo se humiliet, oportet q seipsum consideret, in quantum est minor alijs, vel saltem non in quantum est maior. Et hoc voluit Christus ostendere dicendo, q omnes sumus fratres, & vnus nō est pater alterius. In quo manifestum est, q non negat originem vnus hominis ex alio, sed vult tollere inæqualitatem, i. q cā sit bonum nostrum, & esse a Deo, vt ab origine, & nō ab alio homine, non debemus vocare alium hominē patrem, sed Deum, & omnes nos sumus fratres, quia ab eodem accipimus. Et sic Deus deducit nos in considerationem, q vnus non sit alterius causa, vel bonū, & ideo non sit maior, sed sit equalis in quantum omnes ab eodem accipiunt esse, & sic sunt fratres. Ex quo sequitur, q non oportet aliquis superbiere super alterū, eo q non est maior eo, quod tamē requiritur ad hoc, quod superbiat.

Quarto fit ad ostendendum diuinam excellentiam, scilicet vt id, quod Dei est, non attribuitur hominibus, homo enim non dat esse simpliciter alteri, ideo non vocatur pater: Deus autem totum esse dat, ideo ipse recte vocatur pater.

Quare dicitur patrem nolite vocare vobis super terram. Quest. LXIII.

Quare dicitur patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui est in celis. Dicendum q Christus innuit, q solus Deus est pater noster, iō non debemus vocare aliquem patrem, nisi ipsum. Quod autem Deus pater sit, patet, quia pater est principium dās esse, sed Deus est principium dans nobis esse, ergo ipse pater vocatur, & est. Secundum est, q ipse solus sit pater, & hoc patet. Primo respectu omnium, quia pater omnium est, qui oibus dat esse, sed nemo est, qui hoibus omnibus det esse, sed alius, ergo nemo est pater omnium hominum. Deus autē dat esse omnibus hominibus, & omnibus entibus, ideo ipse est pater omnium. Secundo, quia etiam respectu eiusdem hominis nemo dat totum esse, nam constat homo ex anima, & corpore, nemo autem dat animam, sed Deus illā infundit, & creat, & tamen illa est præcipua pars, immo quasi totus hō. Nam Plato voluit animam esse totum hominem, corpus vero nō esse partem hominis, sed vestimētum hominis, sicut vestis est respectu corporis, licet in hoc errauerit. Aristot. n. qui recte sentit, dixit q. Ethic. q homo est intellectus, vel maxime, hō autem nō dat, nisi partem materialem. i. mater ministrat materiam fetus, pater autē virtutē formatiuam: Deus autē totum dat tam animam, q corpus. Etiam totam materiam non ministrant parentes, quod non solum est de veritate naturæ humanæ id, quod in semine susceptum est, & fuit in prima corporis formatione, sed et id, quod postea ex alimento transit in substantiā aliti: Deus autem tam animam, quam materiam totam, & esse per continuationem temporum præstat, iō ipse solus est pater, qui simpliciter tribuit esse, homines autem non tribuunt, nisi aliquid, siue partem. Et hoc vult Chryso. super Matthæ. dicens: In mundo. n. quāuis homo hominem generet, tamē vnus est pater, qui omnes creauit, nō enim initium vite habemus ex parentibus, sed transitum vite per eos accipimus. i. vnus succedit alteri, a quo esse accipit, & alius alteri, tamen hō simpliciter non accipit esse ab homine, sed a Deo. Ex hoc sequebatur aliud. i. q non debeamus vocare aliquem patrem super terram. Nam si solus Deus est pater eum solū debemus vocare patrem, & tñ ipse non est super terram, sed dñr esse in celis. Et dñr hoc ad dñam hominis, qui est pater terrenus. Eadem autē causa est, quare non debet aliquis vocari magister. i. quia nemo est, qui totaliter doceat, & interius, sicut ostensum est supra, nisi Deus, ideo ille vocatur magister.

An peccatum sit vocare aliquem patrem præter Deum. Quest. LXIII.

Quare dicitur patrem nolite vocare vobis super terram. Quest. LXIII.

Quare dicitur patrem nolite vocare vobis super terram: autem an peccatum sit vocare aliquem patrem præter Deum, cū Christus hic veruit. Dicendum, q nō est peccatū. Primo patet, quia verū est, q aliquis est pater præter Deū, ergo non est peccatum vocare patrem eum, qui pater est, qui enim genuit nos pater est, & hoc nomē pater his impositum est, ergo non est peccatū vocare eos patres. Secundo, quia non est peccatū asserere id, quod Deus asserit, sed Deus asserit patres nostros aliquos præter se cū dicat, q honoremus patrem, & matrem, Exod. 20. & Deuter. 5. c. & in multis alijs locis scripturæ vocat patres eos, qui nos genuerunt, ergo non est peccatū vocare eos patres. Tertio, quia vti vocabulo ad significandum id, ad quod significandū impositū est, nō est peccatū, sed hoc nomen p̄ impositū est ad signandum eos, qui nos genuerunt, ergo illos vocare patres non est peccatum. Quarto, quia negare patrem esse peccatū magnum filio, neque potest patrem negare sine cā vgeri, vt dñs 8. Ethic. in fine. Nam qui debet quādiu debet nō potest abnegare, iō pater potest facilius abnegare filium, sed filius non potest abnegare patrem, nisi efficiatur malius infanabilis, vt patet ibidē, sed patri tenet filius ad magnum honorem q. Ethic. & ille est talis honor, qualis qui debetur Deo 8. Ethic. scilicet. Dijs & parentibus nō possumus equalia retribuere. Ergo nunquam potest eum abnegare, sed si filius non vocaret patrem eum, qui se genuit, auferret ei multum de honore: cum in hoc nomine multum honoris impendamus genitoribus. Aa 2 totibus

toribus. Sicut dicitur 1.c. Mala. scilicet. Si ego pater sum, ubi est honor meus? Ergo non solum non est illicitum vocare genitorē patrem, sed etiam tenemur ad hoc.

Quinto, quia nos imitatur sacram Scripturam in modo loquendi, sed ipsa vocat patres eos, qui genuerunt, ergo licet nobis vocare illos patres.

Et ideo dicendum, quod non solum vocamus genitores patres, sed etiam multos alios. Nam omnes illos, qui præsumt alicui administrationi potissime spiritali vocamus patres, & ita omnes prælatos patres dicimus. Etiam eos, qui etate maiores sunt patres vocamus, quia secundum conditionem etatis patres nostri esse poterant, licet non sint, & omnes isti modi accipiendi patres inveniuntur in scripturis.

Cum autem obijciatur, quod Christus vetuit vocare patrem aliquem hominem. Dicendum quod non vetuit simpliciter vocari patres, quasi nullo modo vocarentur patres, sed quod non vocarentur nomine excellenti, quem proprie pater notat. Nam pater dicitur principium essendi, homo autem præstat homini aliquid esse in quantum ab eo procedit, sed esse totale, siue præcipuum, aut primum non præstat, immo Deus dat istud esse solus, ut ostensum est præcedenti capitulo. Propter quod istud nomen pater secundum suam potissimam significationem cōuenit Deo, hominibus autem competit, quasi equiuoce, vel saltem secundum analogiam, quia imperfectum esse tribuit, & non eo modo, quo Deus. Et quia si absolute vocaretur homo pater alterius hominis poteratur sibi cōuenire pater secundum plenam rationem paternitatis, quod falsum est, & fieret in hoc Deo præiudicium, quia ille honor, qui Deo debetur per excellentiam tribueretur homini, ideo vetuit Christus vocare patrem aliquem hominem, scilicet secundum istam rationem totalem paternitatis, quia nullus homo sic est pater, sed solus Deus, qui est in cœlis. Et hoc litera dicit, scilicet nolite patrem vocare vobis super terrā, scilicet qui sit totale, & primum principium essendi, & subdit: Vnus est enim pater vester, qui est in cœlis, scilicet secundum istum modum paternitatis nullus est pater, nisi Deus, qui est primum principium essendi, & totaliter esse conferens, & a nullo recipiens.

Et eodem modo de magistro dicimus, non enim licet vocare aliquem magistrum, quasi absolute sit magister, id est totaliter doceat, quia nemo est, qui omnes doceat, neque quantum ad omnia, & interius imprimendo sapientiam, nisi Deus, ut ostensum est supra: homo autem docet exterius disponendo intelligibilia, ideo absolute nemo potest vocari magister, nisi Deus, homines autem quantum ad aliquid sunt magistri, sed non simpliciter. Et ita Apostolus vocabat se doctorem gentium, siue magistrum 1. Tim. 2. & Deus quoque vocat alios magistros, Numeri 11. capitulo.

De hoc dicit Hierony. super Matthæ. scilicet. Quæritur quare aduersus hoc præceptum Apostolus doctorem gentium se esse dixerit, aut quomodo vulgato sermone in monasterijs se patres vocant inuicem. Quod sic soluitur aliud est patrem esse naturā, vel magistrum, aliud indulgentiā. Nos si hominem patrem vocamus honorem grati deserimus, non auctorem nostræ ostendimus vitæ. Magister enim dicitur ex cōsortio veri magistri, & ne infinita replicem quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius non præiudicat ceteris, ne per aduocacionem diu vocemur, & filij, ita & vnus pater, & magister non præiudicat alijs, vt ab alijs vocentur patres, & magistri.

Esse pater Deo cōuenit proprie, equiuoce autem hominibus.

Religiosi in monasterijs, aut iuce se patres vocantur.

Quomodo est verum, quod magister omnium erat solus Christus. Quest. LXV.

Quæritur quomodo est verum, quod magister omnium erat Christus, & solus ipse erat magister. Nam magister solus Deus est, quia magister interius docet, & omnes docet, & quantum ad omnia, & tamē quantum ad omnia hæc nemo est magister, nisi Deus. Dicendū, quod verum est, large enim loquendo, & per aliquā participationē magisterij multi sunt magistri, omnes, qui in aliquo docent, & tamen proprie, & simpliciter nemo est magister, sed solus Deus, quia ipse solus docet interius, & quantum ad omnia, & tñ de Christo est dicendum, quod est magister, quia Christus est verus Deus, id competit ei magistrum esse. Sed tunc dicitur istud dictū stat aliquid quantum ad eos, qui de Christo veram fidem habent, sicut nos, qui confitemur eū esse Deum. Iudæi tñ, quibus Christus loquebatur non confiterentur Messiam esse Deum, sed purū hominem, sicut vsque hodie credunt, quomodo ergo discipuli vocarent eū magistrum proprie coram illis? Dicitur aliqui, quod benedictum est, quia licet Iudæi non putarent Messiam esse Deum, tamen in veritate Deus erat, & quod plus est, quia ex sacris Scripturis poterat probari, ideo Iesus loquebatur de Messia velut de Deo.

Item quia licet Iudæi non crederent Messiam esse Deum credebant hoc discipuli, qui iam credebant Christum esse filium Dei viui Matthæ. 16. c. & prædicabat hoc Iesus discipulis simul cum Iudæis, ergo cōuenienter dicebat Christum esse magistrum.

Sed dicendū, quod non stat. Primo, quia dato, quod Christus in veritate esset Deus, cum non crederetur esse Deus a Iudæis, non attribueret ei Iesus conditiones Dei. Sic patet supra 19. c. de illo adolescente, qui vocauit Christum magistrū bonum, & dixit ipse, quid me interrogas de bono? vnus est Deus bonus, scilicet solus Deus est bonus. Et tamen ipse Deus erat, vt posset vere vocari bonus, licet nullus esset bonus, nisi Deus, sed quia ille adolescens non credebat eum esse Deū noluit, quod contra cōscientiā vocaret eū bonum quousque Deū confiteretur. Item non stat, quod allegatur, quod prædicabatur hoc discipulis, qui sciebāt Christū esse Deum. Nam hoc statet si solis discipulis diceret, sed dicebat turbis potius, quam discipulis, licet discipuli essent præsentēs, ideo non respiceretur, nisi fides turbarum, quia simile fuit de adolescente vocante Christū bonum. Nam coram discipulis dixit ei Christus, cur me vocas bonum cum ipse putaret Christum esse purum hominem, licet discipuli, qui illud audiebant, putarēt illum esse Deum. Est ergo dicendū, quod vocatur Christus magister, & proprie quidem, quasi ipse omnia doceat. Sed accipitur docere de eis, quæ pertinent ad salutem, & tunc est verum, quod sicut solus Deus est simpliciter, & corporaliter pater, quia ipse solus dat totum esse, & simpliciter, & omnibus, ita Christus est absolute magister, quia ipse dat totam doctrinam, & omnibus, scilicet quia nihil aliud esset necessarium ad salutem, nisi quod Christus doceret, & ista doctrina pro omnibus esset, ceteri vero, qui docerent nō essent magistri, quia si recte docerent, nihil docerent, nisi quod Messias tradidisset, quia non licet deuiare a doctrina eius, neque in puncto. Et hoc conueniebat etiā secundum intentionem Iudæorum, quia dato, quod Messias esset purus homo, credebatur ab eis datum talem doctrinam, a qua non liceret recedere, & quam ceteri sequi tenerentur, & ideo ille simpliciter esset magister, sicut Deus est pater simpliciter.

Secundo apparet, quod ista sit intentio Christi, quia

quia hic, quando locutus est de patre, dixit quod Deus erat pater, & nemo alius. Quando autem dixit de magistro, dixit quod Christus, id est Messias erat magister, & nemo alius, & Deum non expressit. In quo innuit, quod ad esse patris vere, & simpliciter oportebat esse Deū, & tamē ad esse magistrum non oportebat esse Deū, sed alicui minori poterat competere, scilicet Christo quem Iudæi minorem putabant.

Que proprie doctrina uocata.

Et causa est, quia pater est principium essendi, ideo vocatur absolute pater, qui est principium totius esse, magister autem dicit doctrinā, id vocatur magister, qui totam doctrinam tradit, & quia illā proprie doctrinam vocamus, quæ pertinet ad salutem nostram, aliam vero, quæ ad hoc non pertinet, quasi equiuoce vocamus doctrinam, id illud dicimus absolute totā doctrinā tradere, qui docet oīa, quæ sunt necessaria, aut sufficientia ad salutem. Sed hæc docet Messias, & potest docere ea, etiam si esset minor Deo, ergo ipse vocatur absolute magister. Sed absolute non potest vocari pater, qui nō est Deus, eo quod non potest esse principium totius esse, qui Deus non est.

Tertio apparet hoc, quia ex verbis Iesu apparet manifeste, quod ipse non vult patrem, & magistrum pertinere ad eundē, vel saltem secundū eandem rationem. Poterat. n. poni hoc tripliciter. Vno modo, quod tam pater, quam magister vocarentur simul Deus, & Christus. Secundo modo, quod pater, & magister vocaretur Deus, & magister vocaretur Christus simul cum Deo, sed non pater. Tertio modo, quod Deus vocet solū pater, Christus vocetur solum magister. Si acciperet primo modo, ponerentur vt penitus equales Christus, & Deus, vel acciperetur tam pater, quā magister large, sicut in nobis accipimus patrem, & magistros. Si acciperetur secundo modo posset facere dubitationē, an soli Deo cōpeteret esse magistrum, vel alicui minori. Ponendo autem tertio modo in nullo cōicant, cum Deus se habeat ad solā paternitatē, & Christus ad solum magistrum. Et tñ ponitur hic in tertio modo, quia quod de patre locutus est solū Deū nominauit, cum autem magistrum solum Christum expressit. Nam bis tetigit de magistro, & nunquā notauit Deum, sed primo dixit: Nolite vocari Rabbi, vnus est. n. magister vester, & non expressit ibi quis esset, & postea dixit: Nec vocemini magistri, quia magister vnus vester est Christus. Id voluit ad solū Deū pertinere paternitatem, & ad solum Christum magistrum, quasi esset aliquid mitius.

Solus Deus bonus est.

Quarto apparet hoc manifestius, quia si magistrū esse acciperet Christus hic prout soli Deo competit, negaret illud de hoīe, de quo negat cetera, quæ Deo soli competunt, sed non facit. Ergo magistrū esse nō cōpetit soli Deo, vt Christus loquitur. Sic patet supra 19. & Mar. 10. c. quā adolescens dixit Christo, magister bone, & c. & Christi redarguit ipsum, quare vocabat eum bonum, vt patet e. c. & tñ non redarguit, quod eum vocet magistrum. Si tñ equalia essent vtrūque negaret. Et patet causa, quia dixit, quod non vocaret eū bonū, quia solus Deus est bonus. Si ergo solus Deus esset magister diceret pariter, quod non vocaret eū magistrū, sed hoc non negauit, neque prohibuit se vocari, immo sic vocabatur, ergo esse magistrū poterat cōpetere alicui, qui esset minor, quā Deus, & sic et coram Iudæis, qui non credebant Christum, id est Messiam esse Deum poterat conuenienter dicere Iesus, quod non erat aliquis magister, nisi Christus, quia ipse solus plene tradebat totam doctrinam necessariam ad salutem, ceteri vero non poterant aliquid addere ad hoc, neque ab illo deuiare, sed sequi solum id, quod ille docuisset.

Quare Christus non dixit hic, quod pater omnium esset Christus, sed magister omnium. Quest. LXVI.

Quæritur quare Christus non dixit hic, quod pater omnium esset Christus, & quare specialiter voluit dicere, quod esset Christus magister omnium. Ad primum dicendū, quod fuit primo, quia patet eo modo, quo hic accipitur, nō potest cōpetere, nisi Deo, cum debeat dare totum esse, & simpliciter, & tamen Iudæi non credebant Messiam esse Deum, ideo non crederent eum esse patrem eo modo, quo Christus loquebatur.

Secundo, quia dato, quod ex sacra Scriptura posset constare Christum esse Deum, & ideo esse patrem absolute, tamen hoc non faciebat ad propositū, quia probare eū esse Deum. id quod totum esse daret, non erat, quod Christus intendebat, & erat magnæ difficultatis apud eos, qui aliter intelligebant sacram Scripturā, id non curauit de hoc. Ad secundum dicendū, quod voluit ostendere se esse magistrum, quia istud magis pertinebat ad eum. Nam Christus non venerat ad ostendendum opera potestatis, sed ad prædicandum veritatē, quæ credentes saluaretur, & id opera potestatis eius non proderat directe per se, sed solum ad doctrinā, non. n. faciebat miracula propter aliud, nisi vt crederetur. Et sic dicit Ioan. 20. c. multa, & alia signa fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt, sed hæc scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est filius Dei, & credentes vitam habeatis. Et tñ ad fidē proderat doctrina, quia id quod ipse docebat tenendum erat, & credendū, id potius voluit loqui de doctrina sua, quam de potestate. Et maxime, quia istud facilius suaderi poterat, quam id, quod ad potestatem pertinebat.

Quomodo Christus dixit: Magister vester vnus est Christus, & an de seipso loquebatur. Quest. LXVII.

Quæritur quomodo Christus dixit magister vester vnus est Christus, & an de seipso loquebatur. Aliqui dicunt, quod sic. Et patet primo, quia dicit Ioan. 13. c. Vos vocatis me magister, & dñe, & bene dicitis, sum etenim. Et hoc dixit ipse discipulis suis, id & poterat nūc eis dicere se esse magistrum de se loquendo. Secundo, quia ipse semet inuocabat se sic vocari infra 26. & Luc. 22. & Mar. 14. site in ciuitate ad quendam, & dicite ei. Magister dicit tempus meū prope est, & c. Tertio patet, quia ita vocabant eū Iudæi tñ Pharisei, quæ ceteri, & ipse libenter tñ debeat auditio isto nosse, vt supra præced. c. f. magister scimus, quia verax es. Et iterum: Magister, quod est magnū mandatum in lege? Et etiam Sadducæi sic eum vocabant e. c. f. Magister, Moyses dicit, & c. ergo vocaret se nūc magistrū. Dicendū quod Iesus dicendo hoc, non loquebatur de seipso, quasi de seipso, nā cū loqueretur de Christo. i. Messia, & ipse esset Messias, & nemo alius, oportet quod de seipso loquat. Tñ non loquit de se, quasi de se, vt expresse ex modo loquendi seipsum exprimat. Et patet primo, quia ad hoc oportebat, quod notum esset ipsam esse Messiam, & tñ hoc non erat sic creditū apud Iudæos, ergo non loquitur de seipso.

Sed obijciatur, quod discipuli, qui hæc audiebant sciebant iam eū esse Messiam supra 16. c. ergo poterat de seipso loqui. Dicendū quod non sufficit. Nam licet discipuli hoc audirent nō adiuuabat, quia non erat ipsi, ad quos sermo dirigebatur, sed turbe Iudæorum, quæ nō dum hoc credebant, discipuli autē erant inter illos, sed non pars aliqua notabilis, ad quæ sermo fieret, id

ficut nemine sciente Iesum esse Christum non diceret hoc Iesus, quasi ex nomine suo, ita neque diceret nunc scientibus solis discipulis inter turbas Iudæorū.

Secundo, quia hoc dicitur, loqueretur ex nomine suo expresse, ut diceret vnus est, & solus magister vester, scilicet ego, & tamē dixit vnus est magister Christus, ergo noluit ostendere, quod de se loqueretur.

Tertio, quia Christus ante mortem suam nōdum reuelauerat Iudæis an Messias esset. Nā in die passionis quæsiuit ab eo Caiphas adiurando si erat Christus filius Dei benedicti infra 26. & Mar. 14. & tamen si nūc de seipso loqueretur vocando se Christum, id est Messiam apte, non quærerent ab eo hoc Iudæi statim in passione, ergo non reuelauerat tunc, neque alio tempore.

Quarto patet, quia si Christus hoc diceret, quasi de seipso vocando se Messiam blasphemarent multi Iudæi, & potissime Pharisei. Quod patet, quia infra 26. & Mar. 14. c. quando Iesus respondit Caiphe se esse Christum, scidit ille vestimenta sua, & dixit iam non esse necessaria testimonia, quia ille blasphemauerat, Et tamen nūc nemo locutus est quidquam: ergo loquebatur, quasi de alio, & non de seipso.

Quinto, quia simili modo eadem die quæsiuit ipse de Messia a Phariseis, scilicet quid eis videbatur de Christo, cuius filius esset, & tñ manifestum est, quod nō loquebatur de seipso, quasi de se, quia illi nihil tūc responderent, sed recurrerent ad iniurias, sed quæsiuit, quasi de alio, ut ostensum est precedenti c. ergo hic loquebat de seipso, quasi de alio. Et hoc est tenendū. Ad primum in contrarium dicendum, quod non est sile, quia ibi Christus locutus est solis discipulis, qui eum agnoscebant esse Messiam supra 16. c. & iō tam dominum, quam magistrum coram eis se poterat vocare, & conueniens erat sic dici ad eos docendū. Secus erat nūc, quādo loquebatur turbis Iudæorū, quæ hoc nesciebant, & sequebantur inconuenientia dicendo hoc coram illis, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod ipse iubeat se vocari magistrum, non prout magister signat solū Messiam, sed prout conuenit omnibus illis quocumque docet, & quā ipse docebat omnes, & vocabatur ab omnibus magister, & ita se vocari iubeat, & licet vellet se vocari magistrum, ut soli ei competit, quia Christus est, tñ hoc ex nomine non exprimebat. Ad tertium dicendum, quod Pharisei, & Sadducei, & omnes Iudæi vocabant Iesum magistrum, non prout soli Messie, vel soli Deo competit, sed prout erat nomen generale, quo ipsi etiam videbantur vocando seipso magistros, & ita dixit Christus, quod volebant vocari ab hominibus Rabbi, & ita non vocabant Iesum magistrum specialiter, sicut ei competeat, quia erat Deus, vel Messias.

Ad quid proderat nunc Christo dicere, quod vnus, id est solus magister erat Christus, &c. Quæst. LXXIII.

Secundo fuit, quia conuenientius istud nunc p-

F babatur, quam postquam ostenderetur, vel diceretur Iesum esse Messiam. Nam tunc Iudæi inuiderent ei, & forte non assentirent, quod ei omnibus credendū erat, nunc vero cum non diceretur quis esset Messias neque inuebatur Iesum esse Messiam facilius assentirent eis, quæ dicerentur in honore Messie. Quod ipse solus esset magister, & quod ei credendum erat per oīa, sic n. fuit præced. c. quā quæsiuit Iesus de Christo. i. de Messia cuius filius esset, & rñsum est, quod Dauid. ipse vero ostendit, quod erat filius Dei, & nō restiterunt ei Pharisei, & tñ si de seipso quæreret ab eis cuius filium eū putarent, statim prorumperent in iniurias, & contumelias, & nō dicerent eum filiū Dauid, quod Messie competeat.

Quomodo Messias poterat vocari magister. Quæst. LXXI.

Q V A E R E T U R quō Christus. i. Messias poterat vocari magister. Nam soli Deo competit magistrum esse, ut ostensum est supra. ipse. n. solus docet quantum ad omnia, & interius.

Dici pot vno modo, quod Messias vere, & plene magister est, quā ipse Deus est, & iō nihil deest ei de plenitudine magistri. Secundo pot dici, quod si Messias non esset Deus, sed purus hō, esset magister simpliciter, quia magister vocat absolute ille, quod docet oīa, quod sunt necessaria ad felicitatem, quod est finis noster, & tñ Messias daturus esset legē, quæ dirigebat ad vitā eternā sufficienter, vltra quā nihil erat necessariū, iō etiā si Messias non esset Deus, vocaretur magister absolute. Et hoc mō intelligebant Iudæi, qui non credebant Messiam esse Deū, & tñ credebāt, quod ipse esset solus magister, quia non restiterunt verbo Christi nunc. Sed accipiendo magistrum p eo, quod simpliciter in hōibus, & interius docet, & Messias sit sic magister, quō stabit, quod dicit, quod solus ipse est magister, quia tunc pater non esset magister, neque Spiritus Sanctus. Dicendū, quod pater, & Spiritus Sanctus est magister, & non obstat, quod solus Christus sit magister, quia in essentialibus prædicatio facta de vna persona non excluditur alia, sed magistrum esse est essentialē, iō licet dicat, quod solus filius est magister, non excludit pater, neque Spiritus Sanctus. Et rō est, quia pater, filius Spiritus Sanctus nō sunt plures magistri, sed vnus magister, & iō ille magister, qui est filius solus, est pater, & Spiritus Sanctus, quā non est alia sapientia, aut virtus naturalis qua pater doceat. & Spiritus Sanctus, quam illa, qua filius docet, & ideo si vna persona diuina est magister, & alia quoque erit magister.

Quomodo est verum, quod Christus dixit, scilicet qui maior est omnium vestrum, erit minister vester. Quæst. LXX.

Q V A E R E T U R quō est verū, quod Christus dixit. i. Qui maior est oīum vestrū, erit minister vester. Aliqui dñt, quod intelligitur per modū prænūciationis, scilicet ille, qui maior futurus esset in Ecclesia, esset minister. Nā maior in Ecclesia est vicarius Christi. i. summus pontifex, & iste est minister. i. seruus. Vñ sic vocat se seruū seruorū Dei, & sic exponit Nicolaus.

Sed melius stat, quod ponat hoc p modū imperij, vel consilij, quod prænūciationis. Primo, quia ista sūa sua alibi repetit, & ponit p modū imperij, vel consilij, ut statim dicit, iō debet exponi ista pillā. Secundo, quia nō statim satis cōueniēter, quod ponatur p prænūciatione, quia Christus intēdit ea, quod p̄tinēt ad doctrinā. Prænūciare aut quid futurū non pertinebat ad doctrinā, neque ad aliq vtilitatem, ut quod diceretur, quod princeps Ecclesiæ vocandus

vocandus erat minister, quia multa alia vtiliora poterat prædicare, quæ tamen Christus non curabat prædicere. Ergo neque istud dixit prædicando futura.

Dicendum igitur, quod dicitur docēdo, & potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut intelligatur: Qui maior est omnium, erit minister vester, id est qui voluerit maior esse inter vos, oportet quod sit minor efficiendo se minorem, & ministrū omnium, quia nunc non potest quis peruenire ad magnum statum, nisi per humilitatem. Sic dicitur Mar. 9. c. Siquis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Et iterum ait: Qui non receperit regnum Dei, ut paruulus, non intrabit in illud. Alio modo potest accipi, quod respondeat præcedentibus, quia dixit Christus, quod nullus erat magister, nisi Christus, id est Messias, & quoniam aliquis diceret, quid ergo nos sumus, qui docemus? & potissime cum aliqui magna docerent, & facerent, sicut accidit inter discipulos Christi. Respondet Christus, quod illi non erant magistri, quia non solum omnes immo si quis esset potissimus omnium in docendo, non esset ille magister, sed esset minister, scilicet Christi, quia ea, quæ doceret, non doceret quasi a seipso, sed accipiēs ea a Christo, & ideo nō esset magister, quia magister a se habet, sed esset, quasi magistri minister. Sic dicit Origenes. Si ministrat quis verba diuina, sciens quia Christus in eo fructificat, nequaquam se magistrum, sed ministrum profitetur.

Ad quid introduxit Christus hoc verbum, scilicet qui maior est omnium, &c. Quæst. LXXI.

Q V A E R E T U R ad quid introduxit Christus istud verbum, scilicet qui maior est omnium vestrum erit minister vester. Dicendum, quod vno modo introducit hoc, quasi pro babio precedentium. Nam dictū fuerat, quod non vocaremur magistri, quia magister noster vnus. i. solus est. i. Christus, & quia magister est nomen inæqualitatis, & excellentiæ venit inter nos istam inæqualitatem quācum ad animum. i. vt nemo se credat, vt alijs maiorē, quā tunc liceret ēt se vocare magistrū, & patrē, sed potius, qui maior est, debet se reputare, ut minorē, & seruū oīum. Et ita non vsurpauit nomen magistri, & patris aut domini. Secundo ponit hoc ad ostendendum, quod in lege Christi aliquis principatus esse debebat, quia nullus status pot manere sine principatu, quia aliā nullum esset regimen, aut ordo, & quia status legi Christi est valde ordinatus necesse est, quod daretur principatus in eo, & sic est. Et tñ hoc Christus noluit. i. quod principes in statu legis sue non essent tales quales apud gentes, quia ibi principes hnt nomen principum, & benefactorū, quasi ab eis pendeat velut a principio quodā, & cō efficiente bonū subditorū, & in super dominantē subditorū imponentes sibi onera, quasi vere sint subditi eorum, & quod eis teneantur ad omnem obedientiam, & tributorum præstationem. Sic dicitur supra 20. c. principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Et Luc. 22. c. dicitur. Principes gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, id est bonum impendentes, & a quibus bonum subditorum dependet. Christus autem vtrunque abstulit in suo principatu, scilicet quod principes non subicerent alios sibi, quasi subditos imponendo illis onera, ut vere subditi, sed potius quod principes acciperent supra se onera subditorum, & ministrarent eis. Et de hoc dicitur supra 20. c. & Mar. 10. & Luc. 22. scilicet non sic autem erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Secundum autem ex primo intelligebatur. Nam si princeps subijceret se subditis ministrando eis, non se vocaret benefactorem, vel causam boni eorum, quod ad superbiam, & inanem gloriam pertinet. Hic vero vtrūque expresse posuit. Primum quidem, scilicet non dominari, id est non imponere onera subditis, quasi vere subditis cum dicit hic, quod si maior est, id est constitutus princeps in Ecclesia, non debet se, ut maiorem reputare, & tenere, sed efficiat se ministrum omnium. Secundum autem vetuit, cum supra dixit, quod nemo vocaretur magister, & si non licet vocari magistrum, & patrem, a fortiori non licebit vocari dominum, quod est nomen maioris potestatis.

Humilitas pro infimo statu quādoque accipitur.

Quomodo est verum illud, scilicet qui se exaltat humiliabitur. Quæst. LXXII.

Q V A E R E T U R quomodo est verum illud, scilicet qui se exaltat humiliabitur. Dicendum, quod potest intelligi vno modo. scilicet qui se exaltat iactando se de bonis, quæ habet, vel de illis, quæ non habet apud homines. Humiliabitur id est tenebitur, vt humilis, vel abiectus apud Deū. Et hoc mō omnis, qui peccat, humiliabitur apud Deū. i. paruus reputat. Qui aut se humiliat, i. paruus iudicatur hic, & cōtēpibile ēt si hēat excellentiā, vel accipiat a Deo aliqua, quod possint eū extollere exaltabit apud Deū, quia Deus reputat illū, vt excelsum. Sic dicit Remigius. Ois qui se de suis meritis extollit, apud Deū humiliabit, & qui se de benefactis humiliat, exaltabitur apud Deū. Et iste modus loquēdi est in sacra Scriptura, vt supra 5. c. scilicet. Qui soluerit vnum de præceptis istis minimis, & docuerit homines, minimus vocabitur in regno celorum, qui autem fecerit, & docuerit homines, magnus vocabitur in regno celorum. Prouenit aut ex hoc, quia humilis significat abiectū, & humiliare significat abijcere, & contemnere, & tñ aliq̄ p̄tendit hō seipsum, & abijcit se pp Deū. Et tñ est humilitas, quod est virtus multū laudabilis. Aliq̄ aut contemnitur hō ab alijs, vel abijcitur, aut efficitur parui valoris, & honoris, & tunc dicit humiliari. Sic accipitur Exo. 21. c. de illo, qui deflorauit virginem dñi, quod humiliavit eā, scilicet nō est tanti honoris, neque valoris, aut opinionis femina ad hoc, quod accipiat virum postquā deflorata est, sicut quādo manet in virginitate. Et hoc modo vocatur humilitas status paruus, qui est status pauperum, & eorum, quos nemo magno honore dignos putat. Sic accipitur Luc. 1. c. ex verbis Domini nostri, scilicet. Quia respexit humilitatē ancillæ suæ. Et nō accipitur humilitas pro virtute, sed pro paruo statu. Nam si pro virtute acciperetur, esset sentius, quod laudaret se Domina de virtute illa, & diceret, quod propter meritum humilitatis respexit Deus ad illā. Sed falsum est. Nā sicut non licet alicui se laudare de virginitate, vel alia virtute, ita neque licet se laudare de humilitate, immo magis vitium, & magis turpe est se de humilitate laudare, quod de alijs virtutibus, vel excellentijs, cū humilitas opponat subbie, sicut quod quis extollit de excellentia, quod habet, vel hēre fingit. Est ergo

fenfus, scilicet quia respexit humilitatem ancillæ suæ, id est statum paruum, & contemptibilem inter homines, & voluit me eleuare ad excelsa, ideo beatam me dicent, scilicet non dicar beata ad omnibus propter id, quod ego habebam, sed propter id, quod Deus mihi dedit respiciendo me humilem, id est paruam, & contemptibilem existentem.

Alio modo potest intelligi, quod qui se exaltat in hac vita superbiendo de aliqua excellentia, quam habet, vel non habet, vel se de ea iactat, humiliabitur, id est deprimetur in inferno, quia non potest esse status contemptibilior, quam manere in inferno, eo quod ibi nullum bonum manet, in quoque autem alio statu, vel manet bonum, vel species boni, quæ in inferno non est.

Tertio modo potest intelligi pro statu presenti, scilicet qui se hic exaltat, humiliabitur hic. Nam aliqui extolluntur hic premedando proximos suos, quasi subditos, & illos Deus interdum deiecit a statu suo, & hoc est humiliare eos, & e contrario, qui se humiliat exaltabitur, scilicet quia aliqui humiliant se hic coram Deo, & hominibus nullo modo dignos se reputando, & Deus illos extollit hic dando magnos honores in vita. Sic dicitur 1. Regum 15. c. de Saule, scilicet cum paruus esset in oculis tuis. caput factus es in tribubus Israel. Sic dicitur Luc. 1. Elurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes, id est exaltauit humiles, & deprestit diuites. De humilitate non est nunc dicendum, quoniam satis declaratum est supra 18. ca. q. 15. usque ad q. 21.

Væ autem vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite, quia clauditis regnum celorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite, quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum profelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, quam vos.

Væ autem vobis. Postquam ostendit Christus hypocritis motiuum, quod est superbia, ostendit hic multiplicem eius effectum. Et diuiditur in duas, quia primo ex multiplici effectu hypocritis ostendit culpam, secundo subiungit pœnam ibi. Serpentes gemina viperarum. Circa primum considerandum, quod cum hypocritis sit simulatio quædam, & illa opponatur veritati. Veritas autem triplex est, scilicet iustitiæ, vitæ, & doctrinæ, ideo ostenditur, quomodo Pharisei per hypocritis simulationem corrumpebant omnes has veritates. Et primo qualiter corrumpebant veritatem doctrinæ. Secundo qualiter corrumpebant veritatem iustitiæ ibi, Væ vobis Scribæ, & Pharisei, qui decimatis. Tertio qualiter corrumpebant veritatem vitæ ibi, Væ vobis Scribæ, & Pharisei, qui mundatis.

Triplex veritas.

Doctrina legis ad tria ordinabatur.

cundum, quod Pharisei corrumpebant ista tria per simulationem. Secunda ibi, Væ vobis Scribæ, & Pharisei, qui circuitis. Tertia ibi, Væ vobis duces cæci. Circa primum dicitur, Væ vobis. Ad maledictionem pertinet, quam Christus prænuñciat istis. Scribæ, & Pharisei. Contra istos incepit loqui in principio capitali, cum dixit: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei. Et contra eos continuat sermonem vsque ad finem c. Hypocrite. Id est simulatores sanctitatis, quam non habebat. Quia clauditis regnum celorum. Scilicet claudendo portam, vt non sit hominibus aditus introeundi in regnum celorum. Ante homines. In hoc significat promptitudinem ad intrandum, quam isti tollebant, scilicet quod regnum celorum coram hominibus erat apertum, ita vt cuilibet promptum esset intrare, quia ostium erat ante homines, id est coram hominibus, & tamen isti clauderant. Vos enim non intratis. Scilicet Pharisei, & Scribæ non intrabant in regnum celorum quomodocumque accipiatur illud, & ita erat culpa. Neque introeuntes. Id est intrare volentes, vel intrare paratos. Intrare finitis. Id est impeditis eos, & ita erat magna culpa. Nam si ipsi non intraret, & permitterent alios intrare erant in seipfos iniqui, sed non erant inuidi in alios. Si vero alios non permitterent intrare, vt ipsi intrarent, essent quidem increpabiles, sed non omnino. Nunc vero cum ipsi non intrarent, neque permitterent intrare volentes erant magna increpatione digni. Væ autem vobis. Hic ponit secundum, in quo Pharisei, & Scribæ corrumpebant veritatem legis quantum ad impletionem præceptorum per hypocrisim. Et dicitur, Væ vobis Scribæ, & Pharisei. Omnes istæ maledictiones diriguntur ad istos. Hypocrite. Ex hypocrisis erat totum malum istorum, de quo eos nunc Christus arguit.

Qui comeditis domos viduarum. Id est accipitis quidquid viduæ habent, & ita deuoratis domos earum. Orationes longas orantes. Id est facientes longas orationes. Et est modus loquendi iudaicus, & improprius, quia nemo orat orationem, & simile dicitur Psal. 65. f. Crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius, & tamen nemo laudat laudem, sed laudem profert.

Propter hoc amplius accipietis iudicium. Id est maiorem condemnationem, scilicet quam illi, qui peccant, & non decipiunt hypocritis, sicut vos decipitis. Væ autem. Hic autem secundum alios ponitur secundum de supra dictis, scilicet, Væ vobis Scribæ, & Pharisei. Ex eadẽ ratione, ex qua supra, scilicet quia peccabant, licet non in eodem peccato comminatur Christus, vel maledicit Phariseis, & Scribis. Hypocrite. Istud quoque ex hypocrisis faciebant. Qui circuitis mare, & aridam. Id est perambulatis terram, & mare. Est consuetudo Hyperbole, id est per multa discurretis. Nam non discurrebant per terram totam, & mare ad hoc, quod vnum profelytum conuerterent, sed multa circuibant facientes multa ingenia, & magnos labores adhibentes.

Vt faciatis profelytum vnum. Id est, quod conuerteratis vnum hominem ad Iudaismum de Gentilitate. Et cum fuerit factus. Scilicet profelytus, id est conuersus ad Iudaismum. Facitis eum filium gehennæ. Id est dignum inferni pœna. Duplo quam vos. Id est valde vobis deterioriorem.

Quare Christus posuit contra Phariseos, & Scribas v. Quæst. LX XIII.

Quare Christus posuit hic contra Phariseos, & Scribas v. Quæst. LX XIII.

Quare Christus posuit hic contra Phariseos, & Scribas v. Quæst. LX XIII.

tantibus in terra. Et Apo. 9. c. dicitur: Væ vnum abijt, & ecce adhuc veniunt duo væ post hæc.

Causa huius expressionis maledictionis dicenda væ fuit prima, quia voluit extrerere Phariseos, & Scribas, vt cauerent a malo, quo utebantur, quia fortassis timore superuenturi mali desisterent. Secunda causa fuit, vt Christus ostenderet se similem Deo in positione legis. Deus enim cum posuit legem mandauit ad confirmationem eius proferri maledictiones super non obseruantes, & benedictiones super obseruantes, & iussit sex tribus stare super montem Garizim ad benedicendum, & sex tribus ad maledicendum super montem Hebal in introitu terre Chanaan Deut. 27. Et ibi tam benedictiones, quam maledictiones ponuntur. Christus autem cum esset verus Deus, qui legem dederat Moysi, tenuit hic in datione legis noue similem modum, scilicet vt benedictiones obseruatoribus, & maledictiones transgressoribus poneret. Benedictiones autem posuit supra 5. c. scilicet. Beati pauperes spiritu: Beati mundo corde, &c. hic autem e contrario ponit maledictiones contra transgressores, & quoniam isti transgressores erant Pharisei, & Scribæ, qui nolebant intrare in regnum celorum, & intrantes prohibebant, vt dicitur supra in litera. Proferunt maledictiones contra eos, quasi contra præcipuos transgressores, & ponunt tot benedictiones, quot maledictiones, scilicet vtrobique septem.

De hoc dicit Origenes super Matthæum, f. Christus quasi verus filius Dei illius, qui dedit legem Moysi secundum similitudinem benedictionum, quæ sunt in lege, dixit & ipse beatitudines eorum, qui saluatur, secundum autem similitudinem maledictionum positarum in lege ponit væ aduersus peccatores dicens: Væ vobis.

An conueniens fuit, quod Christus hic poneret maledictiones contra peccantes. Quæst. LX XIII.

Quare Christus poneret hic maledictiones contra peccantes.

Aliqui dicunt, quod non, quia maledictio ad malum pertinet, in Deo autem malum non est, neque placet ei, ideo neque maledicere. Itẽ patet, quia Actu. 3. c. dicitur: Deus autem suscitauit fratrem suum, quem misit benedicentem vobis. Tertio, quia ad Christum pertinebat non maledicere, cum ipse uisisset illud, vt patet Luc. 9. c. vbi Iaco. & Ioan. de eis, qui volebant maledicere cuidam castro inuocando ignem de celo super locum illum, & Christus increpuit eos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Apostolus quoque secutus doctrinam Christi iubeat benedicere, & non maledicere ad Roma. 12. c. scilicet. Benedicite persequẽtibus vos, benedicite, & nolite maledicere. Ergo Christus non debebat maledicere.

Dicendum, quod maledicere accipitur dupliciter, vno modo pro illatione mali, alio modo pro expressione mali, sicut benedictio interdum accipitur pro bonorum collatione, interdum pro boni imprecatione. Sic accipitur Numeri 6. c. scilicet sic benedicetis filiis Israel. Et est illa benedictio sacerdotalis, quæ consistebat in prolatione bonorum, scilicet. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, &c. & postea ibidem accipitur benedictio pro bonorum collatione, scilicet inuocabant nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis, id est bona conferam, quasi dicat homines non possunt, nisi benedicere imponendo nomen domini super subditos innocendo illud, sed Deus benedicat, scilicet inducendo bona imprecata. De

maledictione similiter est. Si autem accipiatur pro malorum inflictione tam Deo, quam hominibus licitum est maledicere alicui, id est inferre illi malum, cum multi sint peccatores, quibus tam Deus, quam homines iuste mala inferunt. Si autem accipiatur pro malorum expressione tunc potest accipi dupliciter. Vno modo pro malorum prænuñciatione. Alio modo pro malorum imprecatione. Accipiendo primo modo licita est maledictio, & istud conuenit prophetis, qui prænuñciant mala futura contra aliquos, sicut Deus illis inspirat. Accipiendo secundo modo, vt est imprecari, aut simpliciter optatur alicui malum, vt illi eueniat in quantum malum est, vel optatur euenire malum, vt per illud emendetur, vel a malo arceatur, qui malus est, vel qui nondum malus est, & malus efficiatur, nisi esset malum, quod imprecatur. Accipiendo primo modo illicitum est, & nocium solum, nunquam est licitum alicui optare, quia non debet mouere voluntatem, nisi bonum. Malum vero secundum rationem mali, & nocium non potest habere rationem boni, nisi in eo, qui habet appetitum deordinatum, & sic peccatum est malum eo modo optare, & imprecari. Accipiendo secundo modo aliquando est licitum, & potissimum habentibus iurisdictionem, quorum actus quantum ad qualdam penas est maledicere, vt in maledictionibus, quæ proferuntur in excommunicationibus grauissimis, sed de his dictum est magis 2. Regum 1. ca. super illo verbo, maledictionis David, f. montes Gelboe, neque ros, neque pluuia veniat super vos.

De Christo nunc dicendum, quod licuit ei maledictiones istas ponere. Et primo, quia Deus erat. Deo autem nihil est illicitum. Secundo, quia sic Deus posuit maledictiones super transgressores legis Deute. 27. c. & dictum est præcedenti c. deo, & Christo idẽ licebat. Tertio, quia istæ maledictiones non fuerunt positæ per modum imprecationis, sed per modum prænuñciationis. Nam imprecari pertinet ad eos, qui mala volunt, & inferre non possunt, & ideo petant inferri ab eo, qui potest. Deo autem non conuenit hoc, ipse quippe nihil odit Sapient. 11. quia si aliquid odisset non posset illud stare, sed diligit Deus omnia, quæ sunt. Etiam si alicui malum vellet inferre statim inferret, quia nihil posset impedire, & non imprecaretur. Et tamen prænuñciare malum non est malum, quia hoc faciunt prophete inspirati a Deo, ergo a fortiori Christo liceret.

Ad primum in contrarium dicendum, quod maledicere eo modo, quo Christus maledixit, non erat malum optare, sed malum prænuñciare, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quod Christus venit ad prænuñciandum bonum, & efficiendum illud. Nam efficit bonum redemptionis nostræ, & prænuñciat nobis vitam æternam, & suadet peccatis recedere, quod bonum erat dando spẽ salutis, & redemptionis Actu. 3. c. scilicet misit filium suum benedicentem vobis, vt conuerteretur vnusquisque a nequitia sua. Malum autem prænuñciat Christus minus principaliter, & consequenter, vnde non sunt, sicut duo actus, sed vt vnus, quia si vitam æternam prænuñciat, qui auteruntur ab iniquitate necesse est, vt prænuñciat penam æternam manentibus in iniquitate, & transgressoribus legis, sicut facit infra 25. c. & ita facit hic, quia cum principaliter posuisset benedictiones, sine beatitudines obseruatoribus legis, ponit hic maledictiones transgressoribus.

Ad tertium dicendum, quod ibi non venitur maledicere, sed malum efficere. Nam volebant duo illi discipuli inducere ignem de celo super locum, & gertem, & hoc Christus vetuit. Item dato, quod hic accipitur

piatur vtrunque, idest maledicere, & malum efficere, F accipitur maledicere secundum imprecationem, & hoc non erat licitum discipulis, quia erat desiderare malum in quantum nocivum. Christus autem non sic posuit hic maledictiones, vt supra dictum est. Cui autem Apostolus dixit, benedicite, & nolite maledicere, intelligitur de imprecatione mali, quæ fit ex ira. Nam dicitur ibi de persequentibus nos, quod illis non maledicamus, sed illis solemus maledicere, & mala optare, & inferre si possumus. Christus autem omnia vetuit supra s. c. nam, neque malum retribuere debemus, neque odisse, sed potius diligere, & benefacere. Et ita dixit Apostolus: Benedicite, & nolite maledicere, idest benedicite, & bona eis facite. Secus est de Christo, qui maledictiones non posuit ex ira, aut tanquam malum optans, sed vt iudex, & prægnunciando mala ventura peccatoribus.

An ponantur contra Phariseos, & Scribas specialiter, vel contra omnes peccatores iste maledictiones. Quæst. LXXV.

QVARETVR de istis maledictionibus hic positus an ponantur contra Phariseos, & Scribas specialiter, vel contra omnes peccatores.

Aliqui dicunt, quod contra omnes peccatores. Primo, quia omnes peccatores sunt digni maledictione, & illam recipient, ergo contra omnes locutus est. Secundo, quia vt dicit Origenes super Mat. Christus ostendens se esse filium Dei illius, qui dedit legem Moyse, posuit hic benedictiones, siue beatitudines, & postea vae, sicut in lege Moyse posita fuerunt benedictiones, & maledictiones, sed manifestum est, quod ibi posita sunt contra omnes peccatores, & non contra solos Phariseos, & Scribas.

Alij dicunt, quod contra solos Scribas, & Phariseos diriguntur ista verba. Primo patet, quia a principio. c. vsque ad finem est continuatus sermo ad eosdem, & tamen Christus cepit dicere contra solos Scribas, & Phariseos, dicens: Super cathedram Moyse sederunt Scribae, & Pharisei. Et postea totum, quod sequitur pertinet ad eos, ergo de solis eis accipitur. Secundo patet, quia in quacunque maledictione expresse ponuntur nomina eorum, scilicet vae vobis Pharisei, & Scribae, & tamen si ad omnes vellet extendi non poneret expresse horum nomina. Tertio, quia si poneret Christus maledictiones pro omnibus peccatoribus, exprimeret multa genera peccatorum, vel diceret in generali de multis peccatis, & tamen vnicum ponit velut motiuum omnium, scilicet hypocrisim dicens semper: Vae vobis Scribae, & Pharisei hypocritæ, ergo non dicitur contra omnes, sed contra Scribas, & Phariseos, in quibus præcipuum malum erat hypocrisis. Quarto, quia ista peccata, quæ ponuntur sunt propria Phariseorum, & Scribarum, vt apparet ex litera, scilicet clauditis regnum celorum ante homines. Et aliud, scilicet deuoratis domos viduarum longas orationes orantes. Et sic de cæteris, ergo non loquitur hic Christus contra omnes peccatores, sed contra solos Phariseos, & Scribas, & tamen, quia hic ponuntur maledictiones, quæ prægnunciantur pro peccatis eorum, & omne malum a Deo inflatum est iuste inflatum, & iuxta conditionem peccati, ideo necesse est, quod si in alijs hominibus, qui non sunt Scribae, & Pharisei inueniantur peccata similia, & equalia peccatis eorum, quod infligatur illis eadem penæ, & competant illis eadem maledictiones, quæ ponuntur hic.

Ad primum argumentum primæ partis dicendum, quod verum est, quod omnes peccatores sunt digni maledictione, & eueniet eis, tamen non est necesse,

quod exprimat in scriptura, quia multa sunt, quæ non exprimentur in sacra Scriptura penæ malorum, sicut premia bonorum, non tamen est propter hoc necessarium, quod hic ponantur maledictiones peccatorum, quia alibi ponuntur vt infra 25. c. vbi ponitur pena æterna peccatoribus.

Ad secundum dicendum, quod ista est quædam adaptatio, sed non omnimoda conuenientia. Manifestum est enim, quod lex noua, & vetus in multis sunt dissimiles, & vnum est in penis, & premijs, & hoc est principium. Nam in nouo testamento obseruatoribus legis promittitur vita æterna, transgressoribus autem datur pena æterna infra 25. c. in veteri testamento obseruatoribus datur premium, quod est bonum temporale, transgressoribus vero comminatur Deus mala temporalia. In malo autem, & bono æternis non est differentia, quia vnicum est bonum æternum, & vnicum malum æternum. Et ideo Christus in nouo testamento non fecit multas promissiones bonis, & multas comminationes malis, sed solum dixit, quod boni irent in vitam æternam, mali vero in ignem æternum. Bona autem temporalia sunt multiplicia, licet omnia parua, mala quoque similiter multiplicia sunt, & ideo in veteri testamento posuit Deus multas promissiones, & multas maledictiones Deut. 27. c. & in nouo testamento non oportuit sic fieri, & ita non fuit necesse, quod ista vae, quæ ponuntur hic, sint maledictiones datæ contra transgressores noui testamenti, quia contra omnes illos ponitur pena infra 25. scilicet quod ibunt in ignem æternum, & ista vae erunt specialiter posita contra Scribas, & Phariseos. Argumenta alia in contrarium concedenda sunt, sed cum hoc die edum est, quod licet illa vae Christus specialiter dixerat contra Scribas, & Phariseos, & non contra omnes peccatores, tamen quia cõtingit alios similiter peccare, vt ex equalitate peccati det Deus equali poenâ, & similem, extendentur istæ poenæ, & maledictiones contra multos alios peccatores.

Quid est regnum celorum. Quæst. LXXVI.

QVARETVR quid est regnum celorum, de quo hic dicitur.

Dicendum, quod accipitur quatuor, vel quinque modis in sacra Scriptura, vt ostensum est supra 21. c. q. 177. Et tamen pro præsentis dicendum, quod regnum celorum potest accipi dupliciter, idest pro vita æterna, quæ est propria acceptio. Et pro sacra Scriptura, pro qua non tam proprie accipitur. Et quia dicitur hic, quod Pharisei non intrabunt in regnum celorum, necesse est accipi regnum celorum, & ostium regni celorum, & hoc in vtraque significatione. Et clausis regni celorum, & tenens clauem, qui aperire possit, & claudere etiã necesse est accipi quid sint.

Accipiendo autem primo modo regnum celorum est ipsa vita æterna. Regnum celorum secundum, idest ianua, per quam intratur est Christus, quia ipse est, qui per passionem suam dedit nobis facultatem intrandi in vitam æternam, quæ prius non erat. Tertium est clausis, & est intellectus sacre Scripturæ, quia per sacram Scripturam aperitur porta, vel cognoscitur, scilicet Christus. Quartum est tenens clauem, scilicet sacerdotes, quia ad hos pertinet prædicatio verbi Dei, & explicatio verbi Dei Mala. 2. c. labia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius exquirent, quoniam angelus domini exercituum est. Et Aggæi 2. c. dicitur: Interroga sacerdotem legem.

Accipiendo secundo modo est regnum celorum ipsa sacra Scriptura, & est primum. Secundum vero, idest

Lex noua, & vetus sunt dissimiles.

Regni celorum dupliciter accipitur.

idest ianua est verus intellectus scripturarum. Tertium, idest clausis est doctrina sacerdotalis, vel scientia illa, qua alicui manifestamus verum intellectum sacrarum Scripturarum. Quartum est tenens clauem. scilicet sacerdotes, qui hæc docendo aperiant, vel claudunt. Sic dicit Chrysostomus super Mat. regnum celorum ianua est intellectus earum, aut regnum celorum est beatitudo celestis. Ianua autem est Christus, per quem introitur in eam. clauicularij autem sunt sacerdotes, quibus commissum est verbum docendi, & interpretandi scripturas. Clausis autem est verbum scientiæ scripturarum, per quam aperitur hominibus ianua veritatis. Ad apertio autem est interpretatio vera.

Quare Christus dixit Phariseis, & Scribis clauditis regnum celorum ante homines. Quæst. LXXVII.

QVARETVR quare Christus dixit Phariseis clauditis regnum celorum ante homines.

Dicendum, quod aperire, & claudere pertinet ad eos, qui clauem habent, cum ad vtrunque se extendat clausis, erant autem tenentes clauem doctores veteris testamenti, ad quos pertinebat prædicare verbum quomodocunque accipitur regnum celorum, vt dictum est præcedenti q. sed doctores erant Pharisei, & Scribae, quia ipsi sedebant super cathedram Moyse, vt dicitur supra in litera, & sic habebant clauem regni celorum. Vnde ipsi poterant aperire, vel claudere regnum celorum ante homines, quos docebant, & hoc per bonam, & malam doctrinam. Et non arguitur hic, quod aperiebant, sed quod clauderent regnum celorum. Et hoc propter duo. Primo, quia aperire regnum celorum bonum est, idest disponere hominibus ad intrandum in vitam æternam, vel aperire, scilicet manifestare verum intellectum sacre Scripturæ. De bono opere redargui non debet iuxta illud Io. 10. c. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. Secundo, quia regnum celorum non oportet multum aperire, quia ipsum de se apertum est, licet obscurus videatur introitus, sed videtur posse claudi, si quis faciat, quod alij intrare non possint. Sic dicit Chrysostomus super Mat. Vide, quia non dixit, vae vobis, qui aperitis regnum celorum, sed qui clauditis, ergo non sunt scripturæ clausæ licet sint obscure. Sed primum melius est.

Claudere regnum celorum accipitur quatuor modis.

Circa quod sciendum, quod claudere regnum celorum accipitur multipliciter. Vno modo impedire per doctrinam intrare in illud. Et hoc est, siue quis impediatur alios agnoscere Christum, qui est ianua, siue impediatur peruenire ad intellectum sacre Scripturæ docendo falsa, vel intrinsecus veritates ipsas ex intentione, vt non possint, qui simplices sunt, agnoscere veritatem sacre Scripturæ, neque Christum ex ea. Et istud est grauissimum peccatum, quia directe derogatur honori Christi, scilicet vt non agnoscat, & consequenter non colatur, neque adoretur. Etiam est contra charitatem fraternam, quia quis inuiderit alteri vitam æternam, & ideo nititur ei claudere viam ad illam.

Secundo modo clauditur per scandalum pusillorum siue simplicium, vt si quis ex operibus suis scandalizauerit simplices, ita vt ex opere illius habeant occasionem faciendi mala, & deuiandi in aliquo a veritate fidei, vel rectitudine operum. Hoc autem facere possunt omnes tam laici, quam clerici, qui habentur in aliqua auctoritate apud ceteros, sed potissime illud faciunt doctores sacre Scripturæ, quorum exempla in peccando faciunt sequitur populus. Nam per hoc, quod alios scandalizant, faciunt eos errare a

regno Dei, non intrando in illud.

Tertio modo clauditur per excommunicationem indiscretam, vel iniustam, quando prælati excommunicant subditos, iniuste. Nam quantum in ipsis est claudunt eis regnum celorum, quia faciunt, quod non participant bonis Ecclesiæ eo tempore, quo excommunicati manent, quia abijciuntur de corpore Ecclesiæ quantum ad communicationem virtutis ceterorum membrorum, & tamen si patienter tolerent talem excommunicationem sic excommunicati non abijciuntur, sed introibunt in regnum celorum nolentibus prælatis, si autem contemnunt, quia iniuste, vel indiscrete excommunicati sunt, implicent se in culpam, in quam non incurrerunt ante excommunicationem.

Quarto modo claudunt regnum celorum illi, qui imperiti existentes aspirant ad officium docendi, quia isti licet non intendat auertere aliquem a regno Dei, tamen ex ignorantia docent falsa, & cogunt errare populum, & peccare. De his dicit Origenes super Matth. scilicet. Omnes, qui mala sua conuersatione exemplum dant peccandi in populo, & qui iniuriam faciunt scandalizantes pusillos, claudere videtur ante homines regnum celorum. Et hoc peccatum inuenitur quidem in popularibus, maxime autem in doctoribus, qui docent homines, quod docet secundum iustitiam euangelij, non autem faciunt, quæ docentur. Bene autem viuentes, & bene docentes aperiant ante homines regnum celorum, & dum ipsi intrant, alios prouocant introire, sed, & multi non perueniunt intrare in regnum celorum intrare volentes, quia sine ratione excommunicant quosdam propter aliquem zelum, & meliores, quam sint ipsi, & ipsi quidem non permittunt illos intrare, illi autem, qui obediunt mente sua patientia tyrannidem eorum vincunt quauis veriti tñ intrant, & hereditant regnum, sed & qui cū multa temeritate seipos dederunt ad perfectionem docendi priusquam discerent imitantes Iudas fabulas detrahunt his, qui in sacris scripturis ea quæ sursum sunt requirunt, idest profundum intellectum, hi quantum in seipsis est regnum celorum ante homines claudunt.

Quomodo Pharisei, & Scribae clauderent regnum celorum ante alios, & ipsi non intrabant. Quæst. LXXVIII.

QVARETVR quomodo Pharisei, & Scribae clauderent regnum celorum ante alios & ipsi non intrabant. Dicendum, quod vnum istorum sequitur ex alio naturaliter. Nam si quis claudit regnum celorum ante alios impediendo eos intrare ex hoc ipso claudit sibi ipsi, quia efficit se indignum vita æterna, immo prius sibi ipsi claudit, & alijs, quoniam alijs per doctrinam, aut malam operationem, sibi vero per interioriorem electionem. Sic dicit Origenes super Matthæum. Hæc duo peccata naturaliter inseparabilia sunt, quoniam hoc ipsum sufficit ad expulsionem sui, quod alios non permittit intrare.

Aliter potest dici, & magis aperte, quod siue accipitur regnum celorum pro vita æterna, siue per sacra scriptura clauderent Pharisei regnum celorum ante homines. Accipiendo primo modo clauderent illud, quia ianua vitæ æternæ est Christus Io. 10. c. Ego sum ostium, qui autem per ostium non intrat, non erit in domo. Etiam Christus via est Io. 14. Ego sum via veritas, & vita. Ignorata autem via non venit ad terminum, & non inuenit ostium non intratur in domum, sed Pharisei, & Scribae occultabant Christum Iudeis, quia

Peccatum quod in doctoribus maxime reperitur.

quia nolebant dicere populo illum esse Christū, qui vere erat Christus, licet hoc ex scripturis sciri, vel coniecturari aliquo modo poterat, ideo claudēbat introitum ad regnum cęlorum hoc modo, & non solū occultando veritatem, sed expresse dicendo falsitatem, & increpando eos, qui asserēbant Iesum esse Chrm, sicut Ioann. 7. c. contra turbam, quę in Iesum velut in Messiam credebat dixerunt. Turba ista, quę nō nouit legem, maledicti sunt, & contra Nicodemum vnum de Pharisęis, qui in Iesum credebat. Ioan. 3. cap. dixerunt, quia defendebat partem Iesu, nunquid & tu Galilęus es? Ioan. 7. c. Et mandauerat illa, quę mala diceret Iesum esse Messiam extra synagogam fieret. i. haberetur, vt excommunicatus lo. 9. & 12. c.

Accipiendo autem regnum cęlorū pro sacra scriptura, etiam est verum, quōd claudēbat regnum cęlorum. Nam male exponēbant sacram scripturam, & sic impossibile erat peruenire ad intellectum eius. Et hoc fiebat, vt non putaretur Iesus esse Christus, & vt non transiretur ad alium statū qualis erat legis Christi, in quo non maneret cęrimonialis status, ex quo multa lucra, & honorem inter Iudeos consequebantur sacerdotes, & Scribę, & Pharisęi participes eorū. Quantum ad se ipsos autem claudēbant, quia ipsi nolebant venire ad Christum, licet eū agnoscere possent, sed eum gratis oderant. lo. 15. cap. & ita veritatem sacre scripturę intelligere noluerunt, quia vel intellectum veriterant in contrarium, vel cum intelligere possent, noluerūt intelligere, quia iste intellectus erat in eorum damnū, vt ipsi putabant. Sic dicit Origenes super Matthę. Pharisęi autem, & Scribę non intrabant, quia nolebant audire eum, qui dixit. Si quis per me introierit, saluabitur. Neque intrantes. i. eos, qui credere volebant propter ea, quę fuerant a lege, & prophetis ante de Christo declarata introire sinebant cum omni terrore ianuam claudētes adhuc derogabant doctrinę eius, & subuertebant oēm ppheticam scripturam de eo, & blasphemabant oē opus ipsius, quasi falsum, & a diabolo factum.

Quare Christus vocat Pharisęos, & Scribas hypocritas in omni increpatione. Quęst. LXXIX.

QVAERETUR quare Christus vocat Pharisęos, & Scribas hypocritas in omni increpatione. Dicendum, quōd propter multa. Primo, quia (vt multi putant) maximū vitium Pharisęorum erat hypocrisis, ideo cum quolibet cęterorum vitiorum suorum erat conueniens illud nominari, & sic vbique eos hypocritas vocat.

Secundo ad tollendum argumentum, quod cōtra ipsum fieret: nam cum opera Pharisęorum, & Scribarum bona viderentur, quare Christus arguebat eos vt malos: respondet ipse tacite, quod non erant opera eorum bona, sed mala, erant tamen ficta, quia hypocritę erant.

Tertio & principaliter fiebat hoc ad ostendēdum incētiuum operationis Pharisęorum, vel operimentum mali eorum. Nam in omnibus his, quę Christus loquitur contra eos, aut illud, quod faciebant, malum est, aut bonum materialiter. Si malum velabant illud cum colore aliorum, quę bona videbantur, & sic dicuntur hypocritę. Si bonum erat, quod non faciebāt illud propter se. vt bonum erat, sed vt ex hoc occultarent aliquid malum, quod faciebāt, vel intendebāt. Et ita apparet in primo Vę. Nam claudēbat regnū cęlorum ante homines, quod malum erat, & tamen hoc non putabant esse malum, cum esset ei adiuncta exterior sanctitas Pharisęorum in habitu, & cęrimonis. Sic etiam in secundo Vę dicitur, quōd Pharisęi

Forabant orationes longas, quod in se bonum erat, & dicitur, quod deuorabant domos viduarum, quod malū erat, sed hoc malum velabatur sub illo bono apparente. I. orationes longas facere, & hoc est hypocrisis. Sic autem est in omnibus septem Vę, ideo Christus ponit vbique Pharisęos hypocritas.

Quarto potest accipi, & valde melius, scilicet, quōd ponitur a Christo sępe ad notandum, quōd mouebantur Pharisęi ex iniquitate, & non ex ignorantia, & quoniam omnia hęc ostendebant ipsi, tanquam bona, oportebat quantum ad quędam esse Pharisęos hypocritas, scilicet quantum ad illa, quę mala faciebant, & ostendebant ea, tanquam bona per adiacentiam ad alia opera, quę bona erant, vt videbantur, ppter quod quando cunque in illis septem Vę, aut maledictionibus faciebant Pharisęi aliquid malū, quod sciebant esse malum vocat eos hypocritas. Quando cunque vero faciebant malum ex ignorantia, vocat eos cęcos.

De primo patet in sex Vę. De secundo in vno. Nam in primo, id est claudere regnum cęlorum ante homines, manifestum est, quōd faciebant Pharisęi ex inuidia ad Christum, & simulabant se bona intentione agere. Sic de secundo, id est deuorare domos viduarum faciendo longas orationes. Nam istud manifestum erat eis malum esse, & quōd ex mala intentione faciebant: sic de tertio, & quinto, & sexto, & septimo, & octauo.

Sed quarto non ponitur hypocrisis, quod est de iuramento factō per templum, & aurum templi. Nā ibi vocat eos cęcos, & duces cęcorum, quia vere illi putabant, quōd iuramentum factum per templum obligabat illos, & iuramentum factum per aurum templi obligabat facientem, & tamē hoc falsum erat. Et sic sunt octo Vę, septem cum hypocrisis, & vnum cum cęco. Quando autem dicimus esse septem Vę intelligitur de Vę hypocritarum. Ista autem est propria causa. Er patet hoc, quia quando arguit Pharisęos vocando eos hypocritas, non allegat aliquas rationes ad probandum peccatum eorum. Cum vero vocat eos cęcos, allegat rationes multas, ergo apparet manifeste, quod quando vocat eos hypocritas ipsi sciebant propriam iniquitatem, & ideo non nititur probare, quando vero vocat eos cęcos non intelligebant an male facerent, vel intelligerent, ideo allegat rationes ad probandum, quod intendit. Et ista ratio tenet ex modo conuenienti Christi in procedendo, scilicet, quōd neque deerat in necessarijs, neque superabundabat in non necessarijs. Similem modum loquendi hēt Christus supra 15. c. vbi dixit, finite eos, quia cęci sunt, & duces cęcorum. Et hoc, quia Pharisęi putabant, quōd cibi immundi intrantes in ventrem polluebāt animam, & ideo iubebant sępe lauare manus, & totū corpus. Et tenuit etiam ibi hunc modū, quem tenuit infra in quarto Vę, vbi vocat Pharisęos duces cęcos, quia ostendit ibi per rationes quomodo id, quod introibat in corpus non polluebat hominem, in alijs autem locis non solet allegare probationes insistendo eis valde.

Secundo apparet ex conditione terminorum, quia hypocrita cum dicat simulationē significat malitiā voluntatis, cęcus autem dicit carentiam luminis, ideo ponitur pro errore intellectus, cum intellectus sit quidam oculus. 6. Ethic. in fine, & ideo in septem vę vbi Pharisęi vocantur hypocritę, agnoscebāt in quo peccabant. In vno autem, in quo vocantur cęci nesciebant, an peccarent. Et hęc est vera causa, quare aliquando vocentur hypocritę, & non semper.

Prima causa quare Christus vocat Pharisęos hypocritas, & quandoq; cęcos.

Domus 4 modis famitur.

Quo accipiebant facultates viduarū Scribę, & Pharisęi.

De quo vitio increpat Christus Pharisęos, & Scribas cum dicit, Vę vobis, qui deuoratis domos viduarum. Quęst. LXXX.

QVAERETUR de quo vitio increpabat Christus Pharisęos, & Scribas, cum dicit: Vę vobis, qui deuoratis domos viduarum.

Dicendum, quōd de multis. Vnum est de voracitate, vel gula, vt aliqui dicunt. Secundum est auaritia, quoniam, vt acciperent bona aliena hoc faciebant. Tertium est simulatio, & hypocrisis, scilicet quia longas orationes faciebant simulando sanctitatem, vt deuorarent domos viduarum. Quartū erat deceptio, quoniam ignorantes decipiebant per falsam doctrinam, vt sic ab eis deceptis pecunias acciperent. Quintum autem est, quasi circumstantia secundi, scilicet, quia accipiebant ab eis a quibus accipiendum non erat, quod facit hominem illiberalē. 5. Ethic. c. de liberalitate. Et hoc, quia a viduis accipiebant, quas facile erat decipere. De his dicit Chrysofost. super Mat. de reliquo Dominus eos de gula reprehendit, & quod deterior est, quoniam non a diuitibus, sed a viduis accipiebant, vnde ventrem implent, & illorum inopiam conterebant, quam releuare oportebat.

Quomodo Pharisęi, & Scribę deuorabant domos viduarum. Quęst. LXXXI.

QVAERETUR quomodo deuorabant isti domos viduarum.

Dicendum, quod deuorare illas est exhaurire totas facultates ipsarū viduarū nihil aut parum eis relinquendo. Nam domus multipliciter accipitur. Vno modo pro habitatione. Et iste est communior modus accipiendi. Secundo pro familia, & habitudine familie ad rectorem eius, & isti constitunt vnam domum, siue vnam oconomiam, quod idem est, vt dicitur. 1. Politicorum. Tertio pro facultatibus, quibus domus, siue familia sustentatur. Quarto pro cognatione tota, etiam si non sit eiusdem oconomię, neque homogalactię, immo neque eiusdem politię, sic dicitur in sacra scriptura. Domus Iacob, & domus Aaron p congregatione omnium illorum, qui a tali stipite descendunt. Hic autem accipitur in tertio modo pro facultatibus. Nam illas deuorabant Pharisęi, & Scribę. Cum autem dicitur de domibus viduarū nō de solis eis intelligitur: sed etiā de multis alijs simplicibus, quorum facultates quoque exhauriebant, sed de viduis potius dicitur, quia facile erat harum facultates exhaurire, quam caterorum, vt infra dicitur.

De modo autem accipiendi facultates viduarū: dicunt aliqui, quōd iste erat. I. quōd Pharisęi coram populo faciebant orationes longas diu manentes in oratione, populus autem videns putabat eos ex hoc viros sanctos, & sic viduę, quę deuotę erant dabant eis plurimum de facultatibus suis, vt lic ipsos apud Deū intercessores haberent, velut ex hoc valde mererentur quasi dādo res suas viris optimis. Sic apud Iudeos creditū erat, quod elemosyna dari deberet viro iusto, iuxta illud, scilicet desudet elemosyna in manu tuā donec inuenias iustum, cui des.

Alio modo potest intelligi, quod Pharisęi corrumpebant doctrinam inuadendo simplicibus hominibus, quod etiam si peccarent, possent apud Deum obtinere impunitatem scelerum suorum per ipsorum orationes, propter quod, vt simplices sic esse putarentur, faciebant Pharisęi longas orationes corā plebe, & ita decipiebantur videntes, & dabant eis multum de facultatibus suis, vt suorum peccatorum impunitatem obtinerent. In quo Pharisęi multum peccabant. Primo,

quia diripiebant domos pauperum. Secundo, quia decipiebant eos circa ea, quę erant de necessitate salutis facientes, quōd crederent se saluari, & impunitos manere in peccatis per orationes illorum. Tertio, quia ex hoc simplices sumebant quandam audaciam peccandi cum per orationes Pharisęorum crederent se saluandos, & dandam impunitatem criminum. Et hoc aliquo modo colligitur ex eo, quod dicitur. Propter hoc amplius accipietis iudiciū, id est maiorem damnationem. I. quia decipitis, & perditis animas simplicium.

Quare dicitur, quod Scribę, & Pharisęi deuorabant tantum domos viduarum, & non aliorum. Quęst. LXXXII.

QVAERETUR quare dicitur de Pharisęis, quōd deuorabant domos viduarū, & non expressit aliquos alios. Dicendum, quod non solum viduarum, sed & aliorum simplicium facultates exhauriebant, cum ista esset tota illorū intentio. Sic dicit Glo. vestra superstitione nihil intenditis, nisi vt prędam de subiecta plebe faciatis, vt dictum est preced. q. & tamen de viduis dixit Christus specialiter, eo quod magis hoc circa viduas accidebat, & erant in eis speciales causę.

Prima, quia viduę mulieres sunt, & omnis mulier est debilioris cōsilij, quam viri, & facile inclinatur ad bonum, aut malū, quod videt non impellente rōne ad hoc. Et ideo cum istę viderent Pharisęos orantes longas orationes, facilius mouebantur ad erogādum eis facultates suas, quam viri.

Secunda est ex speciali ratione viduarum. Nā pręcedens causa omnibus mulieribus cōuenit, sed specialiter viduę ad hoc possunt moueri, quia cęterę mulieres sunt in potestate patrum, aut virorum, & illi nō permittunt eas facile ad talia inclinari, quia consilia eorum sequuntur. Viduę autem sunt destituta solatio virorum, quoniam neque in potestate patrum, neque maritorum manent, ideo facilius decipiuntur, vt simulationibus credant.

Tertia est, quia mulier habens virum, vel minor in potestate patris manens nihil potest facere quātum ad ea, quę spectant ad administrationem rerum familiarium in distribuendo aliquid. Viduę autem habent dispensationem rerum familiarium. ideo poterant dare viduę, quod vellent: cęterę autem mulieres nō. Et ista erat causa potissima: nam in votis sic erat, vt pater Nume. 30. c. quia si puella manens in potestate patris, vel vxor in potestate viri emitteret votū aliquod, non tenebat illud quousque pater, aut maritus sciens, consentiret tacite non prohibendo, vel expresse illud approbando, mulier autem vidua, & repudiata statim obligabatur voto suo, eodem capitulo, & hoc sciētes Pharisęi, & Scribę potius inclinabant se ad viduas quam ad alias mulieres, vel viros, quia sic facile erat ab eis accipere.

Quarta est, quia mulieres viduę erant deuotiores, & ideo facilius dant elemosynas, quam alie mulieres. Quod innuitur, quia Luca 21. c. vbi Christus respexit eos, qui mittebant munera in gazophylacium iau dant munus viduę pauperis. Nam illa obtulit duo minuta era, & dādo illa dicitur dedisse totum victū suum, ita circa cętera erant viduę deuotiores, & propiores ad dandū, & iō Pharisęi ad eas declinabant.

Quinto, quia vt dictum est preced. q. Pharisęi accipiebant orationibus Iudeos dicentes quod per has haberent peccatorum suorum impunitatem, & remissionem apud Deum, & forte dicerent hoc accidere, tam circa peccata viuientium, quam mortuorum. Et ita ipse

ipse pro viris, quos viuentes dilexerat, obtinere volentes remissionem peccatorum, multa darent Pharisæis pro hoc orantibus, & ita potius viduas, quam ceteras mulieres dabant multa Pharisæis deceptas ab eis, unde earum domos Christus dicit deuorari a Pharisæis. De his dicit Chrysostomus super Matthæum, sexus mulierum incautus est, quia non omnia, quæ videt, & audit cum ratione considerat, mollis est, quia facile flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum. Virilis autem sexus, & cautior, & durior est: propterea simulatores sanctitatis circa mulieres maxime negotiantur, quia neque intelligere eorum simulationes possunt, & facile ad eorum dilectionem inclinatur religionis causa. Præcipue ista circa viduas negotiantur, tum quidem, quia mulier non facile decipitur habens consiliarium virum. Deinde, quia non facile de facultatibus suis aliquid dant, cum sint in potestate viri, propterea ergo Dominus dum Iudæicos sacerdotes confundit, Christianos monet, ne viduis mulieribus amplius commorentur, quam ceteris, quia si voluntas mala non fuerit, tamen suspitio mala non deest.

Quæ erant orationes longæ, quas faciebant Pharisæi, & Scribæ, per quas deuorabant domos viduarum.
Quæst. LXXXIII.

QUÆRITUR quare erant istæ orationes longæ, quas faciebant Pharisæi, & Scribæ per quas deuorabant domos viduarum.

Dicendum, quod Pharisæi, cum essent hypocritæ, faciebant illa opera bona, quæ in conspectu hominum viderentur, per quæ iudicarentur boni licet non essent. Huiusmodi autem erant ieiunium, & oratio, ideo quantum ad exteriora his vacabant, sed cum ieiunabant, & etiam si non ieiunarent, exterminabant vultus suos, vt viderentur hominibus ieiunantes supra 6. c. de oratione quoque dicendum est, quod illi vacabant, & multum, vt foris patebat, ita vt discipuli Christi viderentur non orantes comparando ad Pharisæos, vt dicitur Luc. 5. c. quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter, & Pharisæorum, tui autem non ieiunant.

Etiam orabant Pharisæi in publico, vbi viderentur ab hominibus, & hoc erat propter duo. Primo, quia per orationes suas quærebant gloriam ab hominibus, sed non potest gloriam ab hominibus accipere, qui ab eis non videtur. Sicut dixerunt Christo parentes eius, Io. 7. c. Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera, quæ tu facis, nemo quippe in occulto aliquid facit, sed vult ipse in palam esse, si hæc facis manifesta te ipsum mundo. Ideo volebant Pharisæi orare in publico. Secundo, quia volebant orare, vt sic deciperent viduas, & deuorarent domos earum, & tamen non poterant eas decipere, nisi viderentur ab eis orantes, ideo orarent, vbi viderentur ab eis, & sic orabant in duobus locis, scilicet in templis, aut synagogis, ad quæ loca conueniebant omnes Iudæi Ioan. 18. vt in angulis platearum, vbi erat concorsus hominum transeuntium, licet non esset locus sacer, vt ibi ab hominibus viderentur. Sic dicitur supra 6. c. scilicet cum oratis non eritis, sicut hypocrite, qui amant in synagogis, & angulis platearum stantes orare vt videantur ab hominibus.

Considerandum etiam, quod in oratione sua vtebantur isti superbia, quia si in templo orarent, accedebant iuxta loca, quæ erant maxime venerabilia, & diuina, & vtebantur verbis superbis, in quibus etiam apud Deum seiplos iactabant, & ideo orationes eorum erant condemnabiles, vt patet Luc. 18. c. de Pharisæo,

& publicano, qui ascenderunt in templum orare. Nā Pharisæus stans dicebat, gratias tibi ago, Domine, quia non sum, sicut ceteri homines raptores, adulteri, iniusti: velut etiam hic Publicanus, ieiunabis in sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo. Publicanus vero stans a longe non audebat respicere coelum, & percutiebat pectus suam, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Propter quod condemnatus descendit Pharisæus, & Publicanus iustificatus.

Dicendum quoque, quod ultra hæc orationes Pharisæorum erant longe valde, quia diu manebant orantes, & hoc erat, vt aliquid diuini in se ostenderent, scilicet vel deuotionem nimiam, & feruorem, vel virtutem aliquam specialem, quod tandiu manebant orantes, quod alij homines, neque poterant, neque faciebant, & quoniam istud ostendebat in eis excellentiorem rem, ex hoc maxime mouebantur viduæ, ideo dicitur, quod isti deuorabant domos viduarum longas orationes orantes.

Quare Christus increpat hic Pharisæos, quod longas orationes facerent cum ipse hoc laudaret.
Quæst. LXXXIII.

QUÆRITUR quare Christus increpat hic Pharisæos, quod longas orationes facerent, quia potius ipse laudabat hoc, & hortabatur ad illud Luc. 18. ca. oportet semper orare, & nunquam deficere. sed qui tempore orare debet facit longissimam orationem, ergo non est vituperabile. Secundo, quia Christus hoc faciebat, nam tota nocte manebat orans, vt dicitur Luc. 6. capitulum. quod erat pernoctans in oratione Dei. i. tota nocte manens in oratione, sed ipse volebat, quod nos sequeremur exemplum eius. Ioan. 13. c. exemplum dedi vobis, vt quæ admodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, & supra 11. c. Discite a me. i. facere, quæ ego facio, ideo licitum erat alijs longas orationes facere.

Dicendum, quod redarguit Christus longas orationes Pharisæorum, quod potest vno modo intelligi, quia ipse suavit non fieri longas orationes. Nam dicitur supra 6. capitulum. orantes autem nolite multa loqui, sed isti loquebantur multa, qui longas orationes faciebant, ergo erant increpabiles.

Sed dicendum, quod circa hoc non est multum insistendum, quia supra 6. ca. declaratum est de oratione late an debeat esse longa, vel breuis. Et hoc siue in verbis, siue in tempore, & qualiter expedit nobis magis orare. Nunc autem potest intelligi vno modo, quod Christus redarguit istorum prolixas orationes, non quod essent prolixæ, sed quod multa verba dicerent, & per vnum multiloqui putarent se exaudiendos. Et hoc Christus arguit supra 6. c. f. orantes nolite multum loqui, sicut faciunt ethnici, qui se putant in suo multiloquio exaudiendos. Hoc autem est falsum, quia Deus non respicit multiloquium, sed deuotionem, & cor tribulatum.

Secundo potest intelligi, quod non redarguebat eorum orationes, quia longæ erant, sed quia erant per hypocrisim factæ. Nam non faciebant eas, vt a Deo exaudirentur, sed vt deciperent viduas, & diriperent domos earum. Et iste est melior sensus, & magis conueniens literæ. Nā dicitur, qui deuoratis domos viduarum longas orationes orantes.

Et patet hoc, quia si increpatio Pharisæorum consisteret in hoc, quod longas orationes facerent, argueret eos Christus, vbi dixit de multiloquio orationis, & tamen non arguit, sed solos ethnicos, qui putant se in multiloquio exaudiri supra 6. c. & tamen Christus libentius arguit Pharisæos, & Scribas, vbi cautela occur-

rit

rit, quam aliquos alios, ergo non erant in hoc increpabiles, quod longas orationes faciebant, sed sua redargutio erat, quod istas orationes longas non faciebant ad cultum Dei, sed ad decipiendum viduas, & ad deuorandum domos earum, & quanto longiores erant, tanto erant magis increpabiles, quia maiorem sanctitatem simulabant ad decipiendum viduas. Sic dicit Chrysostomus in homilia. f. Deinde, & huius rapinæ modus erat grauior, additur enim orationes longas orantes. Quicumque enim malum facit, dignus est pena, sed qui a religione causam accepit nequitie, grauiori est obnoxius poenæ.

Ad duo argumenta in contrarium, quæ probant orationem longam licitam esse, dicendum quod qualiter oratio debeat esse longa, & qualiter breuis declaratum est supra 6. c. q. 96. sed nunc non est ad propositum, quia etiam si sit licita oratio longa, tamen peccabant Pharisæi facientes orationes longas non eo, quod longas, vel breues faciebant, sed quia aliquid decipiebant orando, & specialiter expressit longas orationes, quia per hoc magis fallebant simulantes maiorem sanctitatem.

Quare Christus dixit, propter hoc maius iudicium accipietis.
Quæst. LXXXV.

QUÆRITUR quare Christus dixit propter hoc maius iudicium accipietis.

Dicendum, quod accipitur ibi iudicium pro pena, & sic est modus loquendi sepe in scriptura, scilicet iudicium mortis est viro huic, id est pena mortis, & ita isti accipiant amplius iudicium, id est maiorem penam. Causa autem prima potest esse, quia decipiebant proximis. Nam vt dictum est supra isti Pharisæi dicebant simplicibus, quod per orationes eorum poterant obtinere impunitatem criminum suorum, & veniam apud Deum, pp quæ illi dabant multa de facultatibus suis Pharisæis, & Scribis, vt oraret pro eis. Et ex hoc quasi securi de impunitate sumebant audaciam ad peccandum, & condemnabantur, sed condemnatio Pharisæorum erat grauior, quia ipsi scientes falsum esse decipiebant simplices. Et hoc est, quod maius iudicium, id est maiorem penam, quam simplices acciperent.

Secundo potest intelligi, quod peccatum Pharisæorum erat, quod propter cupiditatem falsa docebant, scilicet quod sicut dictum est supra clauderant regnum cælorum ante homines, & non introibant ipsi, neque permittebant intrare volentes intrare. Hoc autem continebat hic circa viduas propter cupiditatem, nam si docerent veritatem ostendentes, quod Iesus esset Messias, perderent istud lucrum, quia ille non permetteret tales doctrinas falsas, & ideo dicebant non esse illum Messiam, vt esset eis locus captandi lucrum per falsas doctrinas. Et tunc stat litera, scilicet quod accipient amplius iudicium, id est maiorem penam, scilicet quia si clauderent regnum cælorum alijs ignoranter, non esset tanta iniquitas, & tamen scilicet clauderant illud, vt aliquid lucrarentur, ideo erat maior iniquitas. Vel est sensus, quod viduæ, & ceteri, quibus isti clauderant regnum cælorum peccabant, cum non crederent Christo prædicanti propter doctrinam istorum, & tamen isti multo magis peccabant, scilicet quia clauderant illis regnum cælorum, & hoc decipiendo eos per orationes longas, vt deuorarent ipsorum domos. De hoc dicit Hilarius, quod accipiebant maius iudicium, quia hinc procedebat regni cælestis obsecratio, vni obeundis viduarum domibus retineatur ambitio, ideo accipiant amplius iudicium, quia pena proprii peccati, & reatum alienæ ignorantie debebant.

Tertio potest intelligi quantum ad deuorationem

domorum viduarum, in quo valde peccabant Pharisæi, quia ex auaritia diripiebant bona pauperum decipiendo eos. Sed adhuc istud peccatum efficiebatur maius, quia decipiebant viduas per rem sacram, id est per orationem. Nam quanto quis magis abutitur re sacra, tanto peius est, & tamen oratio est de rebus sacris, quia cum Deo loquimur, & per quam delictorum nostrorum veniam obtinemus, conuertere autem hanc, vt sit laqueus decipiendi ad rapinam, erat detestabile. Si autem deciperent Pharisæi viduas per aliquid, quod non esset sacrum, vt pura amatorijs rebus, & pertinentibus ad libidinem, esset quidem peccatum graue, sed non tantum. Sed tunc esset malum sacerdotum, vel Pharisæorum in quantum inhoneste se haberent tractando venerea cum viduis, cum eas ad castitatem potius deberent erudire, & tamen si per hunc modum acciperent ab eis facultates ipsarum non deciperent eas. Nunc vero peccabant, quia aliena accipiebant decipiendo viduas. Secundo, quia per rem sacram decipiebant, per quam verissimiliter mouerentur viduæ, quasi ex desiderio sanctitatis dare res suas. Et ita dicitur: Propter hoc accipietis amplius iudicium, id est maiorem penam, scilicet quia per orationes longas deuoratis domos viduarum potius, quam si alia occasione deuoraretis. Sic dicit Chrysostomus super Matt. scilicet. Amplius accipietis iudicium, scilicet duplex, primum quidem pro eo, quod estis iniqui alterum, quidem pro eo, quod figmentum accipitis sanctitatis, auaritiam enim vestram religionis colore depingitis, & quasi præstatis diabolo arma Dei, vt ametur iniquitas, dum pietas estimatur.

Do quo vitio redarguit Christus Pharisæos, cum dicit: Qui circuitis mare &c. Quæst. LXXXV.

QUÆRITUR de quo vitio redarguit Christus Pharisæos, cum dicit, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis profelutum vnum.

Aliqui dicunt vno modo, scilicet quod arguit, quod corrumpent veritatem doctrinæ in his, quæ pertinebant ad salutem, & hoc, quia dicebant esse de necessitate salutis tenere obseruantias legis Moyssi, & ideo doctores Iudæorum discurrebant per gentes ad conuertendum eos ad obseruantias legis, & in hoc peccabant, quia asseriebant falsum. Nam erat contra veram fidem hoc asserere, cum lex Moyssi non obligaret aliquos, nisi Iudæos, quibus data est in monte Synai, & omnes descendentes de semine eorum. Si quis autem de gentilibus vellet conuertere ad Iudæismum, erat quidem laudabilis, tamen non obligabatur ad legem. Si autem sponte illam suscepisset tenebatur postea seruare. Et hoc planum est, quia lex neminem obligat nisi eos, quibus datur, & ideo lex naturalis obligat omnes homines, quia omnibus indita est, vt patet ad Ro. 2. scilicet. Gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt. Leges autem positivæ, siue sint diuinæ, siue humanæ non possunt obligare, nisi eos, quibus datæ sunt, & tamē lex Moyssi non fuit data omnibus hominibus, sed solis Iudæis, ideo eos solos obligabat. Et patet hoc ex modo dandi legem, quia Deus dabat legem Moyssi, & dicebat ei, loquere filiis Israel, & dices, homo qui fecerit tale, aut tale. Et hoc patet ex toto Lenitico, quia sic ponit fere vbicumque datur aliqua lex, nisi sit lex specialis, quæ pertineat ad ministros sanctuarij, quia tunc dicitur, quod loquebatur Moyses ad Aaron, & filios eius, vt patet Leui. 6. & 16. c. & in alijs ponitur solū, Loquere filiis Israel, ergo sicut in legibus, in quibus dicebatur, loquere ad Aaron, & filios eius non obligabatur alij Iudæi, sed soli sacerdotes, quia de eis solis dicebatur,

ita

ita in alijs legibus, in quibus solum dicebat, loquere filiis Israel, non obligabantur alij, nisi Iudæi, & non Gentiles. Nullus ergo gentilis obligabatur ad illam legem, & hoc, nisi transiret ad illam sponde, quia tunc ex propria voluntate se obligaret, sicut in transeuntibus ad religionem.

Et ob hoc interdum ponitur in legibus datis Moyfi a Deo, quod conuersi ad Iudaismum seruant illas. Sic patet de obseruatione Phasæ, & Azymorum, Exo. 12. c. scilicet. Omnis cæterus filiorum Israel faciet illud, idest Phasæ, quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, idest modum colendi, & facere Phasæ Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terre, si quis autem circumcisus non fuerit, non uelcetur eo. Et ita apparet, quod gentiles non obligabantur ad obseruationem legis Moyfi, quia dicitur, si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, ergo non erat necessarium, quod transiret.

Secundo, quia si Deus uellet, quod omnes homines obligarentur ad obseruandam legem Moyfi, iuberet prædicari eam omnibus hominibus, cum nescirent eam, nisi illi, quibus data erat, & alijs essent excusabiles, & tamen non iussit prædicari alicui genti, ideo nemo obligatus erat, nisi Iudæi.

Lex autem Christi habet duo opposita, & ideo obligabat omnes homines. Primum est, quia non fuit data specialiter aliquibus hominibus, sed omnibus uniuersaliter. Unde dixit, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur. Mar. 16. c. Secundum est, quia misit discipulos ad prædicandum fidem hanc, & legem, & quia uoluit, quod obligaretur ad eam omnes homines, iussit prædicari illam omnibus hominibus, scilicet. Euntes docete omnes gentes infra 28. & Mar. 16. dicitur. Ite per uniuersum mundum, & prædicate euangelium omni creaturæ, idest omnibus hominibus.

Secundo, quia quando Deus dedit legem Moyfi, & iussit eam proponi Iudæis suadens eis, quod illam obseruarent, dixit: Si audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Et tamen si omnes gentes obligaretur ad istam legem non essent peculium Iudæi de cunctis gentibus, neque regnum sacerdotale, ergo non obligabantur, nisi Iudæi, & signabatur, quod soli Iudæi seruati essent eam. De gentilibus ergo dicendum, quod non obligabantur ad eam seruandam, nisi se sponte obligarent, quia tunc tam ipsi, quam posteri eorum nati post conuersionem obligabantur ad legem Moyfi. Et ob hoc in legibus illis interdum fit mentio de aduenis, idest conuersis ad Iudaismum, ut patet Leui. 17. c. scilicet. Homo de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter uos, si comederit sanguinem, & c. Ob hoc ergo dicendum, quod gentiles poterant saluari, sicut Iudæi ante Christi mortem, quia sicut si nunquam fuisset lex Moyfi, non esset aliquod impedimentum ad salutem gentilium, ita existente illa, cum non obligaretur gentiles ad ipsam, poterant saluari, & saluabantur multi de ipsis, scilicet omnes illi, qui morerentur sine peccato mortali, scilicet quicumque in fine uite dolerent de peccatis, sicut & nos licet non confiterentur, quia non erat tunc introductum istud remedium,

Quod autem gentiles essent in via, & statu salutis tempore legis Moyfi patet, quia 3. Regum 8. c. petit Salomon in dedicatione templi, quod non solum Iudæi, sed etiam gentiles uenientes ad orandum in templum illud, exaudirentur super omnibus petitionibus suis. Quasi dicitur, insuper & alienigena, qui non est

Gentiles erant in via, & statu salutis tempore legis Moyfi.

de populo tuo Israel, cum uenerit de terra longinqua propter nomen tuum, & orauerit in loco hoc, tu exaudies in celo in firmamento habitaculi tui, & facies oia, pro quibus inuocauerit te alienigena. Et concessum fuit Salomoni quidquid tunc petiuit, ergo alienigenæ, idest gentiles, quando orabant in templo Salomonis, exaudiebantur a Deo, vel saltem poterant exaudiri, & tamen, qui in peccato mortali est non exauditur: Io. 9. c. f. Scimus, quia Deus peccatores non exaudit, sed si quis cultor est eius, hunc exaudit, ergo gentiles non erant ex necessitate in peccato mortali, & consequenter omnes gentiles poterant saluari. Et ita apparet, quia errabant contra salutem asserendo, quod gentiles non poterant saluari, nisi conuerterentur ad Iudaismum. Secundo, ut aliqui dicunt, redarguit Phariseos de impotentia doctrinæ eorum. f. quia parui profectus erat. Et hoc in duobus: primo quia cum magna difficultate uix poterant unum conuertere. Secundum erat, quia eum, quem conuertebant, non poterant retinere per doctrinam suam in aliqua bonitate, sed efficiebant eum malum. Primum significatur, cum dicitur: Circuitus mare, & aridam, ut faciat profelytum unum. Secundum cum dicitur. Et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo, quam uos. Sic dicit Chrysostomus super Matthæum. f. Post præmissa rursus dominus eos aliter inculcat, & quia inefficaces sunt ad multorum salutem cum multo labore indigeant, ut saltem unum conuertant, & quia non solum desiderant sunt circa eos, quos conuertunt, sed & eorum destructores dum eos corrumpunt præ uicium exemplis. Sed non est intelligendum, quod simpliciter Christus istos arguat, quia inefficaces erant in doctrina. i. paucos conuertere poterant, quia istud non est potestatis nostre, sed diuinæ inspirationis, Deus quippe interius cor tangit, & mouet illud, quo uult. Prouer. 15. c. f. Infernus, & perditio in manu domini, quantum magis corda filiorum hominum? Sed increpat eos propter inanem gloriam, quia gloriabantur de doctrina, quasi esset excellens: Christus autem tollit eis hanc gloriationem, quia parua erat doctrina. cum unum profelytum uix possent facere.

Tertio potest accipi, quod eos arguat de iniquitate morum, qua scandalizabant a se doctos, & conuersos, & faciebant eos deteriores se. Et ista iniquitas magna ostendit ex duobus. Primo ex difficultate conuertendi, quia ea, quæ cum difficultate acquiruntur, magis amantur, quæ uero facilliter, contemnantur, sed Pharisæi conuertebant cum magna difficultate Gentiles, quia uix unum conuertebant, & ad hoc oportebat circuire mare, & aridam, & tunc hinc per prauos mores tuos corrūpebant, ergo signum erat magne iniquitatis, cum rem tanta difficultate quæsitam contemnerent, & corrūperent. Secundo significatur hoc ex magnitudine corruptionis. f. quia multum deprauabant istos conuersos. Nam si parua esset ipsorum iniquitas non poterant alios multum peruertere, & tamen peruertebant, ita ut efficerent eos filios gehennæ duplo, quam se, ergo ualde mali erant Pharisei, & Scribæ. Et iste tertius modus est uerior.

Quid sit facere profelytum, & quid sit circuire mare. Quasi. LXXXVII.

Quæritur quid sit facere profelytum, & quid sit circuire mare, & aridam.

Dicendum, quod profelytus signat hominem conuersum de gentilitate ad Iudaismum: Iudæi autem distinguebantur in duo, quia quidam ex origine prima erant Iudæi, & isti uocabantur filij Israel, quia descendebant ex progenie Iacob, qui uocatur Israel Genesi. 21. & 35. Alij erant quæsi de Gentibus ad Iudaismum, & isti

& isti uocabantur tribus nominibus, scilicet aduenæ, peregrini, Profelyti. Vocantur aduenæ ab adueniendo dicti, scilicet quia de alia gente ueniebant ad obseruandum ritum Iudaicum. Vocantur peregrini, idest discurrentes, scilicet quod conditio legis Iudaicæ non erat illa, in qua nati erant, & tenentur parentes eorum, sed ipsi peregrinando uenerant in illam. Et ista duo nomina sunt multum uisitata in libris Moyfi, ut cum dicitur, homo de filiis Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter uos, Leui. 17. idest siue sit de Iudæis ex genere, siue de illis, qui conuersi fuerunt ad Iudaismum. De peregrino patet Exo. 12. cap. f. Si quis peregrinorum in uestram transire uoluerit coloniam, circumcidetur. Et ita peregrinos uocat eos, qui ueniunt de Gentibus ad circumcisionem. Et Deuterono. 10. c. f. Quod iustum est, iudicate siue cuius sit ille, siue peregrinus.

Aliquando autem uocantur isti coloni, ut dicitur Exo. 12. c. f. eadem lex erit indigenæ, & colono. Et tunc indigenas uocamus oriundos, idest ante genitos, colonos dicimus eos, qui ad colendum ueniebant. Sic dicitur eodem c. si quis peregrinorum in uestram uoluerit transire coloniam, idest ad ritum uestrum colendi. Profelytus quoque est conuersus ad Iudaismum, sed istud nomen non est in libris Moyfi, neque apud antiquos uisitatum. Postea autem inoleuit, & primum inuenitur in libris Paralip. Tobie, Ezechielis, & deinde in nouo testamento. Nam 1. Paralip. 22. c. dicitur, quod præcepit Dauid, ut congregarentur omnes Profelyti de terra Israel, & constituit eos lathomos ad cædendos lapides. Et 2. Paralip. 2. c. dicitur, quod numerauit Salomon omnes uiros Profelytos, qui erant in terra Israel, & 2. Paralip. 30. c. Profelytorum habitantium in terra Iuda, & Israel facta est grandis celebratio. Et apparet, quod accipitur Profelytus pro aduenæ, siue peregrino, idest conuerso ad Iudaismum. Ezech. 14. c. f. Homo de domo Israel, & de Profelytis quicumque aduenæ fuerit in Israel, si alienatus fuerit a me, & posuerit idola sua in corde suo. Ex quo apparet, quod erat iam conuersus ad Deum, qui Profelytus est, quia alijs non poterat a Deo colendi idola, eo quod tales semper fuerint. Et isto nomine uisitur scriptura in nouo testamento, & non nomine aduenæ, neque peregrini. Sic dicitur Actu. 2. f. Iudæi quoque, & Profelyti. Et uocat ibi Iudæos omnes, qui sunt de stirpe Iacob: Profelytos uero eos, qui conuertebantur ad ritum Iudaicum, & ita accipit Christus hic, & tunc facere Profelytum est conuertere aliquem Gentilem ad ritum Iudaicum, quia postquam conuersus erat Profelytus uocatur.

Profelytus quis.

Quid sit facere Profelytum.

Quomodo Gentiles conuertebantur ad legem Moyfi, ut efficerentur Profelyti. Quasi. LXXXVII.

Quæritur cum Gentiles non obligarentur ad legem Moyfi seruandam quomodo conuertebantur ad eam, ut efficerentur Profelyti. Dicendum, quod uerum est, quod non obligabantur ad hanc legem seruandam, ut ostensum est supra, & tamen conuertebantur ex multis motiuis, uel causis. Prima est necessitas seruandæ uite sic, fuit de Gabaonitis. Nam quatuor ciuitates eorum, idest Gabaon, Caphyza, Berorh, Cariathiarim timores pericula, in quæ incurrerant ciuitas Iericho, & Hai, mutauerunt habitum, quasi essent de longinquo, & fecerunt fœdus cum Israelitis: Iosue 9. c. Et cum cognita fuisset ueritas permissi sunt uiuere, manserunt tamē serui altaris domini ad ligna cædenda, & componendas aquas eodem ca. & sic erant conuersi ad Iudaismum.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Secunda causa erat affectio, quasi carnalis ad populum Iudaicum. Sic enim fuit de Ruth: nam Noemi, & Elimelech uir suus iuerunt in terram Moab, & ibi duo filij Noemi acceperunt duas uxores de Moabitarum gente. i. Ruth, & Orphæ. mortuo autem Elimelech uir Noemi, & uir Ruth, & Orphæ, uoluit redire Noemi sola in terram Israel, & sequebantur eam duæ nurus eius ex affectione, & amore, quem præxerant ex diuturna conuersatione, & tandem Orphæ rediit ad suos, Ruth uoluit, sed secuta est Noemi, dicens. Quocumque perrexeris, pergam, ubi morata fueris, ego pariter morabor, populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus. Et ita non uenit in terram Israel hac præcipua intentione, ut Deum Israel haberet in Deum, sed ex affectione ad Noemi, ut non separaretur ab ea, & quia non poterat hoc fieri, nisi Deum Israel coleret, dixit quod uolebat illum colere. f. Populus tuus, populus meus, & Deus tuus Deus meus, & annumerata fuit tunc Ruth populo Israel, ut patet Ruth. 1. c. Tertia causa erat solus carnalis, uel libidinosus amor, ut si quis de gentilibus uellet accipere aliquam Iudæam mulierem in uxorem, & non poterat hoc fieri, si non conuerteretur prius ad Iudaismum, ut colligitur Exo. 34. & Deu. 7. c. conuertebatur ille ad ritum Iudaicum, sic patet de Sichem filio regis Emor, qui erat rex urbis Sichem. Nam dilexit Diuam filiam Iacob, & dilexit eam amore nimio, & cum non posset eam obtinere a fratribus, & patre, nisi circumcideretur ipse, & omnes Sichimitæ, circumciderunt se, & tunc die tertio, quando est grauis dolor uulnere irruerunt super eos filij Iacob, & occiderunt Sichimitas, Gene. 34. Quarta causa erat agnitio ueni Dei. Nam gentiles, qui erant propinqui terræ Iudæorum audiebant multa mirabilia, quæ faciebat Deus Israel, & ex hoc agnoscebant, quod non erat alius Deus, nisi Deus Israel, & conuertebantur ad cultum eius, sic patet de Raab meretrice Ierichotina Iosue. 2. c. quæ abscondit exploratores Iudæorum, & dixit eis, noui, quod tradiderit uobis Dominus terram, etenim irruit in nos terror uester, & elaguerunt omnes habitatores terræ, audiuimus, quod siccauerit Dominus aquas maris rubri ad uestrum introitum, quoniam egressi estis ex Aegypto, & quæ feceratis duobus Amorrhæorum regibus Seon, & Og, quos interfecistis, & hæc audientes pertimimus, & elaguit cor nostrum, neque remansit in nobis spiritum ad introitum uestrum, Dominus enim uester Deus ipse est in celo sursum, & in terra deorsum: Et ideo petiuit ab eis, quod iurarent ei, quod liberarent ipsam, & cognationem eius, quando irrumperetur ciuitas, Iosue. 2. c. Et ita factum est, quia capta urbe, liberata est Raab, & tota cognatio sua, & transfuit ipsa ad ritum Iudaicum, & cognatio sua, ut inuitur Iosue. 6. c. Et hoc modo cum Gentiles agnoscerent Deum Israel esse uerum Deum, conuertebantur ad ritum Iudaicum, & efficiebantur de populo Israel. Alij uero non conuertebantur ad ritum illum, neque efficiebantur de populo, honorabant tamen Deum Israel. Et hi dupliciter: quidam enim ueniebant in Ierusalem de terra sua, & adorabant Deum in templo, & petebant ab eo, quod uolebant, & reuertebantur in terram suam. Sic patet 3. Regum 8. capitu. ubi petiuit Salomō exaudiri orationes Gentilium, quod orarent in loco illo, scilicet in super, & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum uenerit de terra longinqua propter nomen tuum, audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum ubique. Cum uenerit ergo, & orauerit in loco hoc, tu exaudies in celo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, per quibus inuocauerit te alienigena, & discant uniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & pber, & quod

Bb

quod nomen tuum inuocatum sit super domum hanc. Et hunc modum tenebant multi Gentiles, etiã tempore Christi. Nam veniebant ad adorandũ Deũ in templũ Ierusalem, vt patet Actũ. 8. c. de eunucho reginẽ Candacis, qui erat Aethiops potens super omnes Gazas reginẽ illius, & venit adorare in Ierusalem, & reuertebatur, & baptizauit eum Philippus eodem cap.

Alij autem gentiles non ibant ad adorandũ Deum in templum Ierusalem, honorabãt tamen templum illud, offerentes munera multa, sicut patet 1. Esdrẽ 7. c. de Artaxerse rege, q iussit dari de thesauris suis ea, quã necessaria essent ad expensas tẽpli. s. omne, quod ad ritum Dei celi pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei celi, ne forte irascatur contra regnum regis, & filiorum eius. Et etiam propter honorem Dei exemta a tributis, & omnibus impositionibus sacerdotes Leuitas, & Nathineos, qui seruebant in domo Dei eodem c. a quibus impositionibus ceteri Gentiles, & Iudai laici non erant exempti. Sic etiam patet multo tempore post, scilicet tempore Machabeorum, qñ Seleuchus rex Asiẽ, qui Gentilis erat, prestabat expẽsas pro templo Dei 2. Macha. 3. c. f. Fiebat vt reges, & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleuchus Asiẽ rex de redditibus suis prestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Hoc ergo modo multi ad Iudaismum conuertebantur. Cum autem obijciatur, quod non tenebantur Gentiles ad ritum Iudaicum, quomodo ergo conuertebantur? Dicendum vno modo, quod licet scirent se nõ teneri ad legem Moysi, licet illa esset lex veri Dei, quia nõ erat data, nisi Israelitis, tamẽ sciebant se obligatos ad non colendos falsos Deos, cum agnoscerẽt verum Deum, ideo cum relicturi essent cultũ Deorũ suorum, vt manerent in cultu alicuius Dei, transibãt ad cultum veri.

Secundo potest dici, q etiam si scirent se non obligari, tamen quia sciebant hunc esse verum Deũ cupiebant trãsire in cultum eius, quia ipse solus poterat bona, & mala facere, & tamen, quia sciebant se non obligari, neque rursus prohiberi, aliqui Gentiles cognoscẽtes Deum Israel adorabant eum solum, & tñ non transibant in cultum Iudaicum. s. circuncidẽdo se, & faciẽdo alia legalia, sicut erat de Aethiopo euncho reginẽ Candacis. Nam si circuncideretur maneret inter Iudæos, & nõ rediret in regionẽ Aethiopi, licet hoc non sit efficax argumentum. Aliqui tñ erãt, qui ad ritum Iudaicum conuertebantur, & obseruabant illum plene, nihilominus tamen colebant Deos Gentilium, & hoc, quia isti cõuertebantur propter timorem mortis, vel pro desiderio non perdendi regionem, in qua habitabant, sic fuit de Samaritanis, qui erant Gentiles de terra Medorum, & Persarum, & quia mittebat dominus in eos Leones, eo q non seruabant legitima Dei terrẽ habito consilio quẽrũ sunt ad ritum Iudaicum, tñ non recesserunt a cultu Deorum suorum 4. Reg. 17. c. Et isti erant deteriores alijs. Nam alijs bono, & pleno animo conuertebãtur.

Quid est, quod Pharisæi circuirent mare, & aridam, vt facerent Profelytum vnum. Quest. LXXXIX.

Quæretur quid est, q Pharisæi circuirent mare, & aridam, vt facerent Profelytum vnum.

Dicẽdum, q vno mō designat id, quod futurũ erat apud Iudæos, s. q doctores Iudæorũ niterent aliquos ad Christũ conuertere ad ritũ Iudaicũ, & qa aliquos quẽrẽt, & tñ paucos signauit eos Christus per vnum, s. vt faciatis Profelytum vnum. Sic dicit Hi-

larius super Matth. s. Maris aut, & terrẽ peragratiõne significat in totius orbis finibus eos esse Christi Euangelio obrectaturos, & legis iugo iustificationem fidei aliquos subdituros Profelyti. n. sunt ex Gentibus in Synagogam recepti, quorum futurorũ raras in vno iudicatur, neque enim post Christi prædicationẽ doctrinẽ eorum fides relicta est, sed quisquis acquisitus fuerit fidei Iudæorum, filius sit gehennẽ.

Sed iste sensus non multum cõuenit literẽ. Primo, quia ista res futura erat, & tñ Christus loquitur hic de præterito, vel de præsentis quantum ad rem deductã in consuetudinem, cum dicit. Circuitis mare, & aridã, vt faciatis Profelytum vnum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennẽ. Secundo, quia ista dicitur redarguendo, & maledicendo, & tñ si futurũ esset nondum peccassent, & sic non maledicerentur, ergo intelligitur de aliqua re, quã iam erat in consuetudine Iudæorũ. Tertio patet, quia si de re futura loqui vellet ex mō loquendi oñderet rem esse futuram, sicut dixit infra in litera. s. Ecce ego mitto ad vos pphetas, & sapientes, & Scribas, & ex illis occiditis, & crucifigitis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos omnis sanguis iustus. Ibi enim tam culpa, q pẽna signabatur futurẽ esse. Nam dicitur occiditis, crucifigitis, flagellabitis, quã est culpa. Pẽna quoque futura, s. vt veniat super vos omnis sanguis, & tamen hic vtrũque ponitur de præsentis, ergo nõ intelligitur de futuro. Quarto, quia ad hoc oportebat, q declararetur Iudæis, in quo peccarent. s. q multi futuri essent in lege Christi, & illos niterentur peruertere Pharisæi ad ritum Iudaicum, sed non expressit talia, quia hoc erat dicere se futurum Messiam, aut Deum, cuius lex melior esset, quam lex Moysi, & ideo esset malum reducere homines ab illa lege ad legem Moysi. Sed si hoc Christus exprimeret non tolerarent Iudæi, sicut quãdo, in passione dixit, q erat Christus, vel q viderẽt eũ sedentem a dextris virtutis Dei infra 26. & Mar. 14. c. & tñ nõ indignati sunt nũc, nõ nihil tale expõsit. Aliter ergo intelligit alij, s. q tpe Christi, & ante ipsum Pharisæi, & alijs doctores Iudæorum discurrebant p totũ orbem docendo hoĩes, vt conuerterent eos ad legẽ Moysi. Sic dicit Hiero. super. Mat. s. Scribẽ, & Pharisæi totum Iudæam orbem id studij habebant de gentibus facere Profelytũ. i. aduenam in circuncilium miscere populo Dei. Sed dicẽdũ, q hoc satis stat, tñ nõ est omnino verisimile. Primo, quia nõ est verisimile, q Pharisæi hunc laborem sumerent, vt per totũ orbẽ discurrerent ad conuertendũ Gentiles. Secũdo, quia nulla historia gentiũ, neque Iudæorũ hoc refert, erat tñ ista res magna, & relatu digna, q aliquis historiographorum tangeret, saltem Iosephus in libris Antiquitatum, vbi quidquid inuenit ad laudes populi Iudaici pertinere a principio vsque ad euerfam Ierusalẽ per Roma. luculenter memoriẽ tradidit, & tñ, neque aliquid ille hmõi tenigit. Et est iste modus arguendi queniens, quia similẽ tenet Hiero. ipse q Aug. & oēs, qui asserunt translationẽ 70. interpretũ a quolibet interprete per se factam, & post factas oĩa similia habuisse, cũ ait in Prologo sup Gen. qui incipit: Desiderij mei. Nescio quis pum? auctor 70. cellulas Alexandriẽ mendacio suo extruxerit, qbus diuisi eadẽ scripturam, cũ Aristẽus eiusdẽ Ptolemẽi v̄περρομ̄ις, & multo post tpe Iosephus nihil tale retulerunt. Tertio apparet, quia lex Christi iusta est prædicari p totũ orbem infra 28. & Mar. 16. c. Et id hunc immentum laborem discipuli Christi sumperũt, sed legẽ Moysi nõ iussit Deus prædicari gentibus discurrendo per orbẽ, ideo non est verisimile, q sponte hunc tantum laborem Pharisæi, & alijs doctores Iudæorum sumerent.

Quarto,

Quarto, quia si per orbem discurrerent isti ad conuertendum gentiles, necesse erat, q aliqua miracula facerent, quia aliã nullum conuerterent, cũ ratione probare non possent legem illã, vel Dei esse, vel Deũ Hebræorum meliorem esse alijs dijs, sicut discipuli Christi faciebant miracula, quocunq volebãt ad confirmationem sermonis: Mar. 16. c. Et tamẽ nemo cõfitebitur doctores Iudæorum, quos nunc Christus increpabat miracula aliqua facere, aut fecisse, cum eos, tanquam malos Christus arguat. Etiam, & maxime, quia talia non subtricerentur cum essent ad laudẽ Dei, ergo non faciebant illa, & cõsequenter, neque discurrebant prædicando. Quinto, quia si sic discurrerent ad ostendendum Deum Hebræorum verũ Deum esse, & solum esse Deum, & cõsequenter Deos gentiũ esse dæmonia (quod sacra Scriptura asserit) necesse erat, quod gentiles occiderẽt multos istorũ viciscendo iniurias Deorum suorum, quia hoc modo innumerabiles Christiani martyrio coronati sunt, scilicet quia inter Deos asserẽbãt solum Christũ esse Deum, Deos autẽ gentium esse lapides, & Dæmonia, & tñ non legitur in aliqua historia sacra, neque profana aliqd tale factũ, qd tñ nõ est verisimile tacitum fuisse, quia res ista summe commẽdaret statum Iudaicum, ergo nihil tale factum est. Sexto patet, q non fuerit hoc, quia istud procederet volendo intelligere dictũ Christi ad literam, & tñ non põt sic intelligi, quia dicitur, circuitis mare, & aridam, & tñ manifestum est si per totum orbem discurrerent non circuitent mare, & aridam, sed solum aridam, quia in terra prædicarent, & non in mari. Dicendum ergo videtur, q doctores Iudæorum, id est Scribẽ, & Pharisæi tempore Christi, & ante ipsum nitebantur, vt conuerterent gentiles ad legem Moysi, sed ad hoc non discurrebant ad externas nationes, sed ipsos gentiles, qui erant inter eos, vel causa commerciorum veniebant ad terram suam nitebantur conuertere ad Iudaismum, & tunc nõ stat inconueniens aliquid de eis, quẽ sequebant si discurrerent per orbem. Nam in terra Iudæe nullus gentilis eis possit nocere, etiam si dicerent nullum esse verũ Deum, nisi Deum Israel. Si autem obijciatur, quõ etiã in terra Iudæorum poterant aliquos conuertere, cum non facerent miracula. Dicendũ, q ad hoc duo adiuuabant. Primo, quia in terra Iudæorum erat celebris fama de mirabilibus, quã Deus fecisset pro Iudæis, & ita aliqui poterant suaderi. Secũdo erat, quia paucos conuertebant, sicut dicitur hic, q faciebant Profelytum vnum, & tamen si mirabiles vterent ad confirmationem dicentium suorum plures conuerterent. Tunc autem dicendum, quod circuibant mare, & aridam ad faciendum vnum Profelytum, non quidem re, sed verbo, vel cogitatione. Et significatur, q multis suasionibus vtebantur, & ex varijs fundamentis, & cũ multa difficultate illud efficiebant, sicut circuire mare, & aridam esset valde difficile, & est modus loquendi vulgaris apud nos, quando aliquis vtitur longis sermonibus, & inefficacibus, quia circuit mare, & aridã, & ita significare volebat Christus, quod licet multam operam darent Pharisæi ad hoc, vix vnum poterant conuertere ad Iudaismum.

Quomodo potest stare istud, scilicet vt faciatis Profelytum vnum, cum multi ad Iudaismum conuertentur. Quest. XC.

Quæretur quomodo potest stare istud, s. vt faciatis Profelytum vnum, in quo significatur raras eorum, qui conuertebantur ad Iudaismum, vt dicit Hilarius. Nam videtur, quod non conuertebantur Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

tur pauci, sed valde multi. Quod patet, quia tempore Dauid, & Salomonis erant multi. s. centum quinquaginta tria millia virorũ, & sexcenti, vt patet 2. Paralip. 2. c. & isti erant viri robusti assignati ad cedendos lapides, & ferenda onera. Et sic præter eos essent multi paruuli, & senes, & mulieres, a fortiori, ergo tempore Christi essent valde plurimi, quia a primo anno regni Salomonis vsque ad mortem Christi fuerunt anni fere 1063. & in hoc tempore multi Profelyti crescerẽt. Dicendum, q valde pauci erant, qui conuertebantur ad Iudaismum, ita vt conueniẽter eos Christus innuerit per vñ Profelytum. Ad aliud dicitur, quod dicitur de multitudine Profelytorũ tpe Salomonis, potest dici vno mō, q illi nõ erãt Profelyti, q de gentilitate quẽrũ erãt ad Iudaismũ, sed erant ipsi, & oēs quot quot nati erant de eis post conuersionẽ. Nam sicut ille, q conuertebat erat Profelytus, ita quot quot descenderẽt de eo vsq; ad sempiternum Profelyti, vel aduenẽt vocãtur. Patet, quia distinguebãtur in duo oēs tenentes ritum Iudaicum, scilicet in filios Israel, & in aduenas, vt dicitur Leuit. 17. c. homo de filiis Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, sed manifestum est, q qui conuertebantur, & tota ipsorum posteritas, nunquam erant de filiis Israel, quia nõ descendebant de Iacob, ergo erãt aduenẽ. Et idem modus loquendi est Actũ. 2. c. Iudæi quoque, & Profelyti, in quo designauit oēs cultores Dei per alia verba, quia Iudæos vocauit filios Israel Profelytos vero ipsos aduenas. Et isti non solum distinguebãtur nomine, s. vt nunquam vocarentur filij Israel, sed etiam iure, quia non gaudebant eadem iuribus, quibus filij Israel. Nam filij Israel si se venderẽt, aut venderentur in alterutrum, durabat seruitus vsque ad annum septimum remissionis. Exod. 21. & Deute. 15. vel saltem durabat vsque ad annum Iobeleum, qui erat quinquagesimus: Leuit. 25. c. Et hoc in eo, cuius auris perforabatur: Exod. 21. c. Et tamen si aliquis conuersus ad Iudaismum, vel alius de stirpe eius venderetur alteri Iudæo, manebat in perpetuum seruus ipse, & descendentes ab eo, & non liberabantur in anno septimo remissionis, neque in Iobeleo: Leuit. 25. cap. I. Seruus, & ancilla sint vobis de nationibus, quã in circuitu vestro sunt, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra hos habebitis in famulos, & hereditario iure transmittetis ad posteros, fratres autẽ vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam, id est eos, qui sunt de semine Iacob nõ teneatis in seruitute perpetua per potentia q mandatum Dei, sed dimittite eos in Iobeleo. Isti igit, qui nascebantur de conuersis, vocabantur semper aduenã, vel conuersi, aut Profelyti, sicut patet eorum. Et ita illi Profelyti numerati a Salomone erant tam de conuersis, quam de posteris eorum. Vnde poterat esse, q de tota illa multitudine forte non essent quinquaginta conuersi, sed ceteri nati essent de conuersis, & sic pauci conuertentur.

Secũdo põt dici, q etiam plurimum sit tota illa multitudo tempore Salomonis, q nunc. Et huius est duplex causa, prima erat iniquitas Pharisæorum, & Scribarum, qui conuertebant Gentiles. Nam eos, quos conuertebant, postea deteriores efficiebãt suo exemplo, sicut Christus dixit, scilicet circuitis mare, & aridam, vt faciatis Profelytum vnum, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennẽ. Et ideo alijs Gentiles videntes nolebant conuerti.

Secunda, & præcipua causa erat, quia Christus volebat, quod pauci nunc conuertentur ad Iudaismum de gentilibus, & ideo non mouebat corda eorum ad ad istam conuersionem. Etiam erat, quia statũ legis Moysi statim decidere debebat post Christi passionẽ, vt conuertentur omnes ad fidem Christi, relicta

In duo ritum Iudæo cũ tenet. s. di. idebantur.

iam lege Moyſi, non decuit, ergo confortare eam nunc, faciendo quod multi conuerterentur ad eam, ſed inſiſtare illam pauliſper, ita q̄ iam nemo conuerteretur. Et iſta eſt cauſa præcipua, vnde Phariſæi, & Scribæ, licet multum eniterentur, vix poterant vnum profelytum facere.

Cum aut̄ obijcitur, q̄ ſi tempore Salomonis erāt tot profelyti, eſſent plures tempore Chriſti. Dicēdū, q̄ non tenet argumentum, quia hoc eſſet verum, ſi oēs illi, qui erant tempore Salomonis manerēt ſemper, & fieret illis additio, & tamen moriebantur, & deinde pauci conuertebantur, vt dictum eſt, ideo pauciores eſſe poſſent tempore Chriſti, q̄ tempore Salomonis.

Secundo etiam poteſt dici, q̄ licet cōcedamus plures profelytos eſſe tempore Chriſti, quā Salomonis, non erat inconueniens, vt ſi illi eſſent nati de conuerſis, & non conuerterentur ipſi. Vnde licet nemo conuerteretur tempore Chriſti poterant eſſe trecenta millia profelytorum inter Iudæos, & ira manet, q̄ vix faciebant profelytum vnum.

Quare laborioſam profelytorum conuerſionem ſubibant Phariſæi, & Scribæ. Quæſt. XCI.

QVARETUR cum iſta conuerſio profelytorū eſſet laborioſa, & non neceſſaria, quare illam ſubibant Phariſæi, & Scribæ. De labore patet, quia licet non diſcurrerent Phariſæi extra terram Iudæorum, tñ ibi totum ſtudiū ſuū apponebant, & multos modos quærebant ad cōuertendum gentiles. Sic dixit Chriſtus: Circuitis mare, & aridam, vt faciatis profelytum vnum, quod difficultatem importat. Quod autem non eſſet neceſſarius iſte labor patet, quia Deus non præcepit Iudæis prædicare gentilibus ad conuertendum eos.

Dicendum, quod duo mouebāt Phariſeos ad hoc. Primum erat inanis gloria. Nam erant valde cupidi huius, quia omnia opera ſua faciebant, vt viderentur ab hominibus, vt dictum eſt ſupra in litera, reputabāt autem ad magnum honorem, q̄ aliquos conuerterēt ad populū Dei, ideo nitebantur ad hoc.

Secundum erat cupiditas lucri, & iſtud lucrum dupliciter proneniebat. Vno modo ſpecialiter, ſcilicet per hoc, quod decipiebant eos quadam ſimulatione ſanctitatis, & accipiebant ab eis facultates ſuas, ſicut dicitur ſupra in litera, quod deuorabant domos viduarū longas orationes orantes. Alio modo generaliter, ſcilicet omnibus ſacerdotibus, & leuitis, ſcilicet quia poſtquam conuerſi erant ſoluebant decimas, & offerebant munera, & ſacrificia, de quibus ditabantur ſacerdotes quorum participes erāt Phariſæi, & Scribæ, immo interdum erant Phariſæi, & Scribæ ſacerdotes, vt oſtenſum eſt ſupra q. 14. ideo nimis nitebātur Phariſæi conuertere, quos poſſent, & ob hoc cupiebant, q̄ maneret ſemper iſte ſtatus legis, vt ipſi ditarentur, & ideo contra Chriſtum indignabātur, qui videbatur deducere per doctrinam ſuam ad alium ſtatum, in quo non manerent ceremonie illę ſacrificiorum. De hoc dicit Chryſo. ſuper Mat. Non autem faciebant profelytum propter miſericordiam volentes eum ſaluare, quem ducebant, ſed aut propter auaritiā, & additis in ſynagoga Iudæis, ſacrificiorum adderetur oblatio, aut propter vanam gloriam. Qui enim ſeipſum mergit in gurgitem peccatorū, quomodo alterū de peccatis veſit eripere? nunquid magis miſericors poteſt aliquis alteri eſſe q̄ ſibi. Ex ipſis ergo actibus oſtenditur, qui propter Deū aliquem vult conuertere, aut propter vanitatem.

F Quare dicitur de profelyto, quod cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ. Quæſt. XCII.

QVARETUR quare dicitur de profelyto, quod cum factus fuerit, facitis eum filium gehennę. Dicēdum, q̄ gehenna infernum ſignat, quia ſignat terram profundam, vel proprie vallem filiorū Ennon, de quo nomine dictū eſt ſupra 5. c. q. 249. ſuper illo verbo. Reus eſt gehennę ignis. Filius autē gehennę dicitur, qui gehenna dignus eſt. Eſt autem modus iſte loquendi Iudaicus, ſicut dicitur filius mortis, qui morte dignus eſt 2. Regum 13. cap. viuit dominus, quia filius mortis eſt homo, qui fecit hoc, & filius irę, qui eſt dignus ira, voluit autem Chriſtus dicere, q̄ profelyti facti a Phariſæis efficiebantur digni inferno.

Sed tunc dicitur quare hoc? Aliqui dicunt, q̄ erat, quia conuertebantur ad Iudaismum, & quicumque illuc conuertitur, damnatur. Sic dicit Hilarius ſuper Matthæ. ſcilicet, neque enim poſt Chriſti prædicationem doctrinę eorum fides relicta eſt, ſed quiſquis acquiſitus fuerit ad fidem Iudæorum filius ſit gehennę, idem dicit Origines ſuper locum iſtum, ſcilicet quicumque enim poſt ſaluatorem Iudaizant, docentur imitari affectum eorum, qui dixerunt illo tempore crucifige eum. Sed dicendum, quod hoc non ſtat. Primo, quia non eſt verum, quod qui conuerteretur ad Iudaismum peccaret. Nam ſi peccabat, qui conuertebatur de gentilitate ad Iudaismum, peccabat Iudæus, qui manebat in Iudaismo, quod hereticum eſt, quia Deus laudauit hoc Exod. 12. capitulo, ſcilicet ſiquis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniā circūcidetur, & comedet illud, ideſt Phafe.

Secundo, quia iſtud eſt contra intentionem literę Chriſti, in qua dicitur, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennę. Quod dupliciter repugnat. Primo, quia dicitur, cum factus fuerit, ideſt poſtquam factus fuerit profelytus, & tamen ſi ex hoc, quod conuertitur fieret filius gehennę non fieret poſtquam cōuerſus eſt, ſed tunc cum conuertitur, ſcilicet per ipſummet actum, & non per aliquem alium ſubiequentem.

Secundo, quia dicitur facitis eum filium gehennę, & ita Phariſæi illum faciebant, & tamen ſi per cōuerſionem fieret filius gehennę, ipſe ſeipſum faceret filium gehennę, qui conuerti volebat. Ergo aliquid aliud erat, per quod efficiebatur filius gehennę.

Dicendum eſt autem, quod conuerti ad Iudaismū non erat peccatum, ſed laudabile ante paſſionē Chriſti, & illud Deus ſuaſit, Exodi 12. capitulo, ſed poſt paſſionem Chriſti, & diuulgationem perfectam Euāgelij fuit peccatum conuerti ad Iudaismum, & etiam manere in Iudaismo, & obſeruare legalia, ſicut nunc eſt, vt colligitur ad Gala. 2. & 5. c. Et hoc modo accipiunt Hilarius, & Origines, eo quod ipſi exponunt facere profelytum de illis, quos poſt Chriſti mortem niterentur ſubtrahere Phariſæi legi Chriſti reducendo ad legem Moyſi, vt dictum eſt ſupra. Et ita factum eſt in Galathis, quia poſtquam conuerſi fuerant ad Chriſtum prædicante Paulo, quidam ſeducatores ſuaſerunt eis redire ad obſeruationem legalium, & circūciſionem, vt colligitur ad Gala. ſecundo capitulo, & de hoc eſt tota epiſtola iſta.

Aliter ergo dicendum, ſcilicet quod faciunt eos filios gehennę, ideſt damnationis, quia poſtquam conuerterunt eos per doctrinam prædicationis peruertunt eos prauitate exemplorum. Nam diſcipuli ſequuntur exempla magiſtrorum, & cum illi nouiter conuerſi videant magiſtros ſuos praua facere, imitantur eos, & ſic per praua opera ſeipſos gehennę filios

Filius gehennę.

filios efficiunt, & quoniam ad hoc magiſtri occaſionem præbent, dicuntur ipſi facere filios gehennę eos, quos ſuis exemplis peruerterint. Sic dicit Chryſoſto. ſuper Matthę. ſcilicet. Poſt præmiſſa ruriſus Phariſeos dominus aliter inculcat, & quia nō ſolum deſides ſunt circa eos, quos cōuertunt, ſed eorum quoque deſtructores dant eos corrumpūt præſe vitę exemplis. Idē quoque Aug. dicit contra Fauſtum. facitis eū filium gehennę, hoc autem non, quia circūcidebant illum dixit, ſed quod eorum mores imitatur, a quibus imitandis ſuos Chriſtus cohibuerat, dicens: Super cathedram Moyſi, &c. In quibus verbis vtrunq̄ debet auerti, & quātus honor delat⁹ ſit doctrinę Moyſi in cuius cathedra etiam mali ſedentes bona docere cogebantur, & inde fieret Profelytus filius gehennę, non quidem verba legis audiendo, ſed eorum ſectam ſectando.

Quomodo poſſit eſſe verum hoc, ſcilicet facitis eum filium gehennę duplo, quam vos. Quæſt. XCIII.

QVARETUR cum Chriſtus dicat facitis eum filium gehennę duplo, quam vos, quō poſſit eſſe verum, immo videretur, quod non poſſit ſtare. Primo, quia hoc eſt generale in cauſis, & ceteris, ſcilicet quod inuenitur aliquid perfectius, & efficacius in cauſa, quā in cauſato, & tamen Phariſæi erant hic cauſa peccati conuerſorum: non eſſent, ergo deteriores conuerſi, q̄ doctores. Secundo patet, quia ſi deteriores eſſent, fierent digni maiori increpatione, quā Phariſæi, & Scribæ, cum maiori peccato debeatur maior increpatione, & tamen non erant increpabiliores, cum nullos magis Chriſtus argueret, quam Phariſeos, & Scribas, ergo non erant duplo filij gehennę. Tertio, quia iſti cōuerſi efficiebantur mali decipiēnibus, vel cauſam dātibus Phariſæis, ſed decipientes vocat Chriſtus culpabiliores, ſicut dicitur ſupra in litera, ſcilicet denoratis domos viduarum longas orationes orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Ergo non ſolum conuerſi non erant duplo filij gehennę, quam Phariſæi, ſed potius Phariſæi videntur, quod ſint duplo filij gehennę, quia amplius, ideſt maius iudicium accipiunt.

Dicendum, quod verum eſt, quod Profelyti efficiebantur duplo filij gehennę, quam Phariſæi, qui eos conuerterant, ſicut Chriſtus hic aſſerit, & non ſequit ad hoc aliquod inconueniens, ſed qualiter duplo ſint filij gehennę, & in quo dicitur q̄ ſequenti.

Ad primum dicēdum, q̄ verum eſt illud in cauſis, quæ dant eſſe, ſecus autem eſt in cauſis per imitationem, quia iſte non ſunt vere cauſę, & non eſt incōueniens. Cauſę enim dantes eſſe non poſſunt plus dare, q̄ habent, & iō ſaltem cauſatum, vt huiusmodi, nunquā pōt eſſe maius, vel excellentius, q̄ cauſa, minus autē, vt cōter eſt, & poſſibile in cauſa equiuocē dante eſſe, quæ non dat tantum de perfectione quantum habet. Cauſę per imitationem dñt illi, qui aliquid faciūt ad quarum imitationem ſequitur aliquid, ſicut qui peccat per hoc præſtat exemplum alijs peccandi, & eſt cā peccati illorum, & tamen iſta cauſa non dat eſſe, quia non imprimunt iniquitatem in anima alterius, qui ei dat exemplum peccandi. Nam ſiquis efficeret alterū peccatorem imprimendo iniquitatem in anima eius impoſſibile eſſet, q̄ efficeret eum magis peccatorem, quam ipſe ſit, ſed vel minus, vel equaliter, & non ſolū, qui imprimunt in anima, ſed et̄, qui non imprimunt in eā, dum tamē foris directe agat, non poteſt plus cauſare, quam ipſe ſit, ſicut apparet in docente, quia docens non agit imprimendo in animam, ſed ſolum foris diſponendo intelligibilia, vt oſtenſum eſt ſupra. Et

Alph. I oſtan. Matth. Paris VI.

A docens, nunquam poteſt facere diſcipulum maiorem ſe, quia diſcipulus, nunquam eſt ſuper magiſtrum. Erit autem perfectus, ſi ſit ſicut magiſter eius, ſupra 10. & Luc. 6. c. Iſta eſſet in cauſante iniquitatem, ſed faciens alium malum per exemplum non agit aliquid intra animam imprimendo, neque etiam agit directe foris, ſicut magiſter, ſed multū indirecte, ſcilicet agit aliquid, quod poteſt alius imitari ſi voluerit, & totā actio eſt hic ab eo, qui exemplum ſequitur non ab eo, qui exemplum dedit, poteſt ille, qui imitatur alium eſſe maior eo, ſed hoc ille non præſtat, quia tamen faciendo malum dedit cauſam per accidens ad malū, dicitur q̄ facit peccatorem eum, qui ſe imitat, & ille pōt eſſe duplo, vel triplo malus, quod tamen non fieret, ſi eſſet vera cauſa ſuas. Ad ſecundum dicendum, quod deteriores tempore ſunt digni maiori increpatione, & tamen aliqui ſunt duplo mali, ideſt duplo maiora mala faciunt, ſed quia illa faciunt ignoranter, aut urgente alia cauſa, quæ in alijs non eſt, non ſunt vere deteriores, neque equales in malitia, & ita poterat eſſe hic. Sed de hoc dicitur ſequenti q̄.

Aliter pōt dici, q̄ maiori increpatione digni erant Phariſæi, quia deteriores erant, & cum dicitur, quod alij erant duplo filij gehennę poteſt intelligi duplo, ideſt dupliciter, & poteſt minus dignus eſſe gehenna, qui dupliciter eſt dignus illa, ideſt ex duabus cauſis, alius vero ſimpliciter, ideſt ex vna.

C Aliter poteſt dici, q̄ quidquid ſit, ſemper erant deteriores Phariſæi, quia licet facerent alios duplo dignos gehenna, quam ſe, tñ ex hoc, q̄ ipſi illud faciebant, accipiebant ruriſus tantam obligationem gehennę, quantam in alio cauſabant, ſicut qui alteri claudit regnum cęlorum eo ipſo ſibi claudit regnū cęlorum. Ad tertium dicendum, quod Phariſæi quantum ad hoc, quod malos reddebant eos, quos conuertebant peiores erant, quam ipſi profelyti, licet quantum ad aliqua per accidens poterant eſſe peiores profelyti, vel Phariſæi, vt dictum eſt, cum dans alteri exemplum peccandi ſit cauſa per accidens. Sed cum dicitur, quod amplius iudicium accipiebant Phariſæi, poterat intelligi reſpectu viduarum, quas decipiebant, ſcilicet, quod licet ille peccantes ex cōſcientia doctrinę Phariſæorum damnarentur, magis damnabantur Phariſæi. Alio modo non comparando ad illas, ſcilicet propter hoc amplius accipietis iudicium, ideſt pœnam, ſcilicet quia decipitis, & deuoratis per orationem ſimulando ſanctitatem, eſſet autem minor pœna, ſi fallerentis, & deuoraretis domos viduarum per aliquid prophauum.

Quomodo profelytus erat duplo filius gehennę, & in quo. Quæſt. XCIII.

QVARETUR quomodo erat duplo filius gehennę, & in quo profelytus conuerſus ad Iudaismum per doctrinam Phariſæorum.

E Aliqui dicunt, q̄ erat in duobus peccando, ſquia non conſequebant remiſſionē peccatorū, q̄ apud gentiles conſequi potuit, & quia factus eſt ſocius eorū, q̄ Chriſtum crucifixerunt. Sic dicit Hilarius ſuper Mat. ſcilicet iō aut̄ p̄nē duplicatę erit filius, quia neque ſic remiſſionem peccatorum gētilium cōſecutus, & ſocietas eorum, qui Chriſtum perſecuti ſunt ſit ſecurus. Sed dicendum, q̄ hoc intelligitur de eo, qui conuertitur ad Iudaismum poſt publicatū Euāgelium, quia tunc peccat, & non conſequitur apud Iudęos remiſſionem peccatorum, quia de hoc intelligebat Hilarius, vt dictum eſt ſupra. ſecus de eis, qui tpe Chriſti, vel ante conuertebantur de gentilibus ad Iudaismū. Nam cōtequebantur remiſſionem peccatorum.

B b 3 per

per circumfionem, & non peccabant, quia non se adiungebant crucifixoribus Christi, cum nondum essent aliqui crucifixores, quia nondum erat crucifixus.

Secundo dicitur aliqui, quod erat duplo filius gehennæ, quia tam Pharisei, quam Profelyti ab eis conuersi peccabant per transgressionem legis Moyfi, sed Pharisei per transgressionem legis, in qua nati fuerant, Profelyti vero per transgressionem legis, quam sponte susceperant, est autem maior culpa non obseruare, quod quis sponte subiit, quod potuisset non subire, quam id, sub quo natus est, & cogitur obseruare, quia forte data libertate non se subderet ad illud seruandum. Sic dicit Aug. contra Faustum. Propterea autem duplo, quam illi sit filius gehennæ, quia hic negligebat implere, quod propria voluntate susceperat non ex Iudæis natus, sed sponte Iudæus factus.

Tertio dicitur aliqui, quod erat iste error per apostasiam. Nam manens iste Profelytus in gentilitate errabat simpliciter, postea conuersus ad Iudaismum scandalizatus a magistris redibat ad gentilitatem, & iam erat duplicatus error. Sic dicit Hieron. super Matth. ante cum esset gentilis simpliciter errabat, & erat semel filius gehennæ. Videns autem magistrorum vitia, & intelligens destruere eos opere, quod verbo docebant, reuertitur ad vomitum suum, & gentilis factus, quasi prauaricator maiori pena dignus erat.

Quarto aliqui accipiunt, quod Profelyti dum manerent in gentilitate saltem pro humana verecundia aliquid boni agebant, conuersi autem ad Iudaismum cognitis virtutibus magistrorum liberati inigo verecundia sine pudore mala faciebant, quasi auctoritate a magistris suis habentes. Sic dicit Chry. super Matth. Profelytus forte sub cultura idolorum constitutus, vel per homines iustitiam seruabat, factus autem Iudæus malorum magistrorum prouocatus exemplis fiebat peior magistris.

Quinto dicunt aliqui fieri ex consuetudine, quia discipuli malorum deteriores eis sunt. sic dicit Chry. in Homilia. Cum enim virtuosus fuerit magister discipulus imitatur, cum autem fuerit malus superexcedit eum discipulus. Filius autem vocatur gehennæ, quod filius perditionis, & filius huius seculi. Vnusquisque enim cuius opera facit eius filius appellatur.

Circa hoc autem sciendum, quod filius gehennæ, ut dictum est, est ille, qui dignus est gehenna. Est autem gehenna dignus quis pro peccato mortale, & non aliter, & ideo qui magis, aut minus peccat, est magis aut minus dignus gehenna. Sciendum est, quod pro quolibet peccato mortali efficitur quis filius gehennæ, id est dignus illa, & si non commisit, nisi vnum peccatum. Quot ergo peccata quis habet tot causas damnationis habet, nisi quod quis in inferno plus, aut minus patitur, non prouenit ex hoc, quod pro pluribus, aut paucioribus causis ibi maneat, sed quia ex illis maior, aut minus reat poenæ consequitur. Est enim vnum peccatum dignum maiori poenâ, quam centum simul, non solum apud Deum, sed etiam apud leges humanas, ut manifeste apparet ex inaequalitate peccatorum, ut si quis fregit ieiunium ecclesie, & alius apostatauit a fide, vel succendit ecclesias, & sacerdotes in templis gladio impio trucidauit. De Profelytis autem, & Phariseis dicendum, quod Profelytus efficiebatur filius gehennæ duplo, id est dupliciter, quam Phariseus, qui cum conuerterat. Differunt autem duplo, & dupliciter, quia duplo dicit quantitatem continentiam, dupliciter dicit causam, & numerum. Unde non poterat esse duplo filius gehennæ, nisi qui maiorem poenam in duplum sustinet apud inferos. Dupliciter autem est quis filius gehennæ si ex duabus causis debetur ei gehenna; alteri vero ex vna tantum. Hic autem necessarium est accipi duplo, id est dupliciter, quia alijs non potest stare litera.

Duplo, & dupliciter differunt.

Primo, quia significaretur, quod Profelyti semper essent deteriores, quam Pharisei conuertentes eos, quod factum est, quia non datur regula de iniquitate hominis, sed poterat esse aliquis Profelytus, qui esset minus malus, quam Phariseus, & aliquis qui esset deterior, & aliquis Profelytus, qui nullo modo esset malus.

Secundo, quia dato, quod accideret omnes Profelytos esse deteriores Phariseis, tamen quod essent duplo deteriores admirandum est, quia oporteret sic dari certam magnitudinem malitiae, quam neque possent Pharisei transcendere, ut essent subdupli, & a qua non possent Profelyti descendere, ut essent dupli ad Phariseos in gehennæ poena, quod non est verisimile, quia accidit quoddam plus, alios vero minus peccare.

Tertio, quia adhuc est difficilior, quia solum oportet Profelytos duplo peccare, quam Phariseos, sed omnes Profelyti peccarent equaliter, & omnes Pharisei inter se equaliter, vel saltem secundum vnam proportionem. Quia aliter non esset possibile, quod quilibet Profelytus esset duplo filius gehennæ, quam Pharisei, qui eum conuertebant, sed aliquis esset filius gehennæ, plus quam duplo alius minus, quam duplo, quod non stat.

Dicendum primo, quod Pharisei conuertentes Profelytos interdum non faciebant eos filios gehennæ, quia non erant semper Profelyti filii gehennæ, quia aliqui Profelyti erant boni, qui non erant digni gehenna, & ideo Pharisei non fecerant eos filios gehennæ, sed debet intelligi, quod licet aliqui Pharisei boni essent, & non digni gehenna, tamen Pharisei quantum in eis erat faciebant eos filios gehennæ, quia per prauam vitam suam dabant illis exemplum male viuendi, per quod efficerentur duplo filii gehennæ. Multi tamen Profelyti non sequebantur malam vitam Phariseorum, ideo non efficiebantur filii gehennæ, licet Pharisei quantum ex ipsis erat, iam dederant eis, unde fierent filii gehennæ. Et sic verum est, quod Pharisei efficiebant illos filios gehennæ, licet ipsi non efficerentur filii gehennæ.

Secundo dicendum, quod interdum sicut Profelyti boni erant, ita & Pharisei conuertentes eos boni erant, & non dabant eis aliqua exempla male vite. Unde non faciebant eos filios gehennæ. Et patet hoc, quia aliqui Pharisei erant boni, sicut Nicodemus erat Phariseus Ioan. 3. & tamen erat bonus, & discipulus Christi, & veniebat ad Christum nocte, e. c. & aliquando in publico fauebat Christo; Ita, ut dicerent ei alij Pharisei; nunquid, & tu Galilæus es? Ioan. 7. c. sic etiam Gamaliel est Phariseus, & tamen sanctus fuit, & ipse defendit semel omnes credentes in eum. Act. 5. c. & postea Ecclesia celebrat festum huius in inuentione sancti Stephani, sed debet hoc intelligi, ut communiter, id est ut communiter Pharisei mali erant, & prebebant exemplum prauæ vite profelytis, & sic faciebant eos filios gehennæ.

Considerandum, quod quando Pharisei erant mali, & profelyti ex eorum exemplo efficiebantur mali, ita ut dicerentur effici duplo filii gehennæ, non est tentus quod in duplum patiebantur maiores poenas in inferno profelyti, quam magistri sui, & non solum non in duplum, sed neque equaliter, immo hoc totaliter erat per accidens, scilicet quis magis damnaretur, an profelytus, vel magister eius, secundum quod accidebat hunc vel illum magis, aut minus peccare, sed accipitur duplo, id est dupliciter, scilicet vos, quando estis mali, estis filii gehennæ ex vna causa, profelyti autem si mali sunt, sunt filii gehennæ ex duabus causis, etiam si minorem, quam vos poenam patiantur, id est sunt duplo filii gehennæ, scilicet profelyti nam si sunt in lege nature, sub qua saluari poterat, deinde con-

Nicodemus Phariseus bonus erat

Pharisei, & Scribae duces cæci appellabatur, & quare.

Increpatio Christi contra Phariseos.

conuertebantur ad legem Moyfi, in qua etiam poterant saluari, & tunc ex malo exemplo magistrorum, neque seruabant legem Moyfi, neque nature, ideo ex duplici causa erant filii gehennæ, & hoc faciebant Pharisei, quia si non conuertissent eos, & mali essent rei essent gehennæ ex vna causa solum, nunc vero ex duabus, & ad hoc conferebant Pharisei, qui dabant eis exemplum peccandi post conuersionem.

Aliter etiam potest accipi, scilicet vos estis filii gehennæ ex propria iniquitate, quia quanticumque mali sitis, non accipitis exemplum malitiae ab alijs, sed vos ipsi per vos mali estis, cum magistri sitis, & non habeatis exemplum. Profelyti autem efficiebantur duplo, id est ex duplici causa filii gehennæ, quia habebant propriam iniquitatem, ad quam ex seipsis nullo docente inclinabantur. Habebant insuper iniquitatem a magistris, scilicet ad quam illi exemplum prestant, ideo ex duplici causa rei erant, & hoc faciebant Pharisei, quia ad secundam iniquitatem prebebant exemplum, & ita potest applicari ad alias expositiones supra positas.

Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicumque iurauerit per templum, nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti, & cæci quid enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum? Et quicumque iurauerit in altari, nihil est, quicumque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum? Qui ergo iurat altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ super illud sunt. Et quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso. Et, qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.

Væ vobis duces. Hic ponitur qualiter corrumpebatur Pharisei veritatem doctrine per falsitatem, & hoc quantum ad ea, quæ pertinebant ad cultum Dei, scilicet circa iuramentum, cuius præstitio est actus latrice si debite obseruatur veritas, vel promissio pro reuerentiam Dei in cuius nomine iuratur, & in hoc corrumpebant Pharisei veritatem doctrine, quia asserbant quædam iuramenta non tenere, quæ tenebant. obligabant, & dicitur. Væ vobis. Maledictionem prænuuntiat illis, quia in hoc peccabant. Duces cæci. Vocat eos duces, id est rectores, vel magistros a ducendo, id est dirigendo ditos, quia populus sequebatur eorum doctrinam. Cæcos autem illos dicit, quia errabant ipsi non videntes veritatem, & propter ignorantiam falsum docebant. Qui dicitis. Id est qui assentis, & docetis. Et ita explicat in quo errabant. Quicumque iurauerit per templum. Istud est iuramentum per templum, & tamen fit referendo ad Deum, licet per creaturam fiat. Nihil est. Id est nulla est obligatio secuta ex iuramento, ac si non iurasset.

Qui iurauerit in auro templi. Id est per aurum, quod est in templo, quia in multis locis erat aurum in templo, siue quod erat pars templi, siue quod erat intra templum.

Debet. id est obligatus est ad seruandum, quod iurauit. Stulti, & cæci. Increpatio est propter doctrinam eorum, & ostendit, quod falsa sit, & vocat eos cæcos, quia ignorant, stultos vero, quia infantiunt, scilicet plus errant, quam homi-

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

nes sane mentis. Nam error hominis sane mentis significatur per cecitatem, error autem hominis insane mentis significatur per stultitiam. Quid maius est. id est dignius, vel sanctius. Nam non loquitur de magnitudine molis, quia ista ad nihil confert. Aurum an templum. Quasi dicat maius deberet vocari templum, quam aurum. Quod sanctificat aurum. id est ex templo reddit aurum sanctum. id est templum seipsum sanctum est, aurum vero, quod est in templo iudicatur sanctum, sed id, quia est in templo, si autem esset extra templum non iudicaretur sanctum esse, sed profanum, & tamē templum est nullo auro in eo existente, sanctum est, ergo templum est maius, id est sanctius, & dignius, quam aurum. Et quicumque iurauerit. Hic ponitur aliqua doctrina, vel assertio falsa Phariseorum. Dicebant enim, quod iuramentum factum per altare Dei non valebat, iuramentum autem factum per donum, quod erat super altare obligabat aliquid seruare.

In altari. Id est per altare, quod est in domo Dei. Nihil est. Id est nulla obligatio sequitur ex iuramento. Qui autem iurauerit in dono. Id est per donum.

Quod est super illud. Id est super altare, quia multa dona ponebantur super altare, per quæ homines iurabant. Debet. Id est obligatus est seruare iuramentum, siue in assertorijs, siue in promissorijs. Cæci. Increpatio est, & ostendit doctrinam falsam esse addendo ad hoc rationem. Et vocat cæcos, id est ignorantes.

Quid enim maius est. Id est quid sanctius, aut dignius. Et est argumentum. Donum in altare. Id est nunquid est dignius, & sanctius donum, quod ponitur super altare, vel ipsum altare, in quo ponitur?

Quod sanctificat donum. id est altare debet iudicari dignius, quia donum, antequam ponatur super altare profanum est, per hoc autem, quod ponitur super altare efficitur sacrum, ideo sanctificatur ab altari: altare vero per se sanctum est, nam etiam si nullum donum ponatur super illud, sanctum est, & non est magis sanctum posito dono super illo, quam non posito dono. Qui ergo iurat in altari. Ostendit Christus, quod tam iuramentum factum per altare, quam factum per donum possum super altare obligat. Et dicitur: qui ergo iurat. Est ergo ibi nota consequentia, quia ita est, quod maius est altare, quam donum possum super altare, sequitur, quod iuramentum factum, per altare teneat, sed tenet iuramentum factum per donum: ergo virtute tenet. Iurat in eo. Id est per illud. Et in omnibus, quæ super illud sunt. Id est per omnia dona, quæ sunt super altare. Nam licet quis iurando dicat de templo nihil aliud explicans: tamen intelliguntur omnia, quæ sunt super altare, ut infra dicitur. Et tamen si exprimerentur dona, quæ sunt super altare teneret iuramentum etiam secundum intentionem Phariseorum, ergo solo altari nominato debet intelligi, quod iuramentum obligat etiam secundum eos. Et qui iurat in templo. id est per templum, probat, quod iuramentum factum per templum obliget etiam non expresso auro templi, aut alia re, quia iurans per templum iurat per Deum, qui est in templo, sed iurans per Deum tenetur seruare iuramentum: ergo & iurans per templum obligabitur. Iurat illo. Id est per illud, scilicet per templum. Et in eo, qui habitat in ipso. Id est per Deum, qui habitat in templo, & non solum per templum. Qui iurat. Hic ponitur per modum doctrine, & gratia exempli ad probationem de iuramento facto per cælum, Nam Pharisei nihil dicebant de iuramento facto per cælum, sed Christus illud induxit nunc ad ostendendum id, quod dicebat. Dixerat enim, quod qui iurat per altare, iurat per id, quod est in altari, & qui iurat per templum, iurat per Deum, qui habitat in templo, ostendit quod hoc sit verum, quia qui iurat per cælum, iurat per Deum, qui est in cælis, & est simile.

Qui iurat in celo. i. per coelum. Iurat in throno Dei. i. p thronum Dei, quia celum est thronus. i. sedes Dei. sic dicitur supra 5. c. q. celum thronus Dei est, & terra scabellum pedum eius. Et in eo, qui sedet super ipsum. i. & iurat per illum, qui sedet super thronum. s. per Deum, qui sedet super celum.

De quo vitio arguit nunc Christus Phariseos. Quæst. XCIV.

QVAERETVR de quo vitio arguit nunc Christus Phariseos. Dicendum, quod manifeste arguit eos de falsa doctrina circa iuramenti obseruationem. Nam Deus volebat vota, & iuramenta seruari studiosè, quia dicitur. Redde Deo iuramenta tua. Ipsi autem dabant modum ad dissoluendum omnia iuramenta dicentes, quod iuramenta facta per templum non valebant, sed ea, quæ fiebant per aurum, quod erat in templo valebant, etiã quod iurata præstita per altare Dei non obligabãt, sed ea, quæ fiebant per dona oblata super altare, & ideo, quod non tenebantur homines obseruare talia iuramenta. Christus autem redarguit doctrinam istam ostendens, quod tam iurata facta per aurum, quam per templum, & tã facta per altare, quam per dona tenebant.

Secundo, ut aliqui volunt latenter eos arguit de cupiditate. Nam ad asserendum hoc partim trahebatur ex quadam cupiditate, eo quod lucra captabant per talia iuramenta, ut infra dicitur, sed litera solum exprimit primum errorem. i. circa doctrinam, & non secundum qui est circa auaritiam.

Quare Christus vocauit istos Phariseos Duces cæcos. Quæst. XCVI.

QVAERETVR quare Christus vocauit istos Phariseos duces cæcos. Dicendum, quod arguit eos de ignorantia, secundum quam faciebant, quod incideret populus in errorem, sunt autem duces isti. i. directores, quia magistri plebis erant prædicando, & exponendo legem, & id, quod ipsi dicerent sequi debebat populus, supra in litera. s. supra cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei, quæcunque dixerint vobis facite: cæcos autem dixit eos, & hoc quia per ignorantiam ista docebant. Nam cæcus est, qui non videt: intellectus autem est quidam visus, ut dicitur 6. Ethic. circa finem, & ideo qui non intelligit, cæcus est. Et tali modo loquendi Christus vititur contra Iudæos. Ioan. 9. c. f. Nunquid & nos cæci sumus? Et Christus ait, si cæci essetis non haberetis peccatum. i. si non intelligeretis. Vnde si Iudæi nunc assererent hæc, quæ dicta sunt de iuramenti scientes falsã esse, attendentes tamen inde aliquod lucrum, diceretur iniqui, vel hypocritæ, quia tamen ipsi ignorabant veritatem, vocat eos cæcos. Et hoc apparet, quia in omnibus, in quibus eos arguit hic, dicens: Væ, vocat eos hypocritas. In hoc autem non vocauit eos cæcos, sed solum hypocritas, & hoc, quia hypocrita dicit simulatorem, qui autem ignorat non potest facere aliam simulationem. Et isto modo loquendi Christus vititur contra istos Phariseos, supra decimo quinto capitulo. s. finite eos, quia cæci sunt, & duces cæcorum. Et hoc dixit propter aliud, quod ibi etiam ignorabant. Nam putabant, quod exterior munditia carnis faciebat ad munditiam animæ tollendo, vel impediendo immunditias ne intrarent in ventrem, quia credebant, quod immunda, quæ ibant in ventrem pollebant animam. Christus autem ostendit ibi, quod non, & vocauit eos cæcos, & cæcorum duces, & hic similiter: raro autem vititur tali modo loquendi, quia nõ

facit illud, nisi vbi ex ignorantia, pcedunt Pharisei. Vocauit autem eos duces cæcos. i. magistros insipientes, & hoc ad maiorem confusionem, quia si essent homines simplices vulgares, & ignorarent aliquid in sacra scriptura, essent quidem cæci quantum ad hoc, & tamen nõ essent multum increpabiles, quia non pertinebat ad officium eorum eruditum esse in his, & tamen quod magister sit, & ignoras, est magna confusio, cum professio sua sit ad docendum. Si autem diceret eos cæcos, diceret solum ignorantes, quod minoris confusionis erat. Cum vero dicitur: duces cæcos, dicit magistros ignorantes, quod est contradictio in adiecto, ideo erat magna confusio.

Quare Christus dixit Phariseis. Væ vobis Duces cæci. Quæst. XCVII.

QVAERETVR quare Christus dixit istis vobis duces cæci, quod innuit maledictionem. Nam isti assererent ex ignorantia hæc, quæ dicta sunt cum Christus vocet eos duces cæcos: ergo non peccabant. Nam ignorantia tollit peccatum, sicut Christus dixit eidem Phariseis. Ioan. 9. c. cum illi dixerunt. Nunquid & nos cæci sumus? & Christus ait. Si cæci essetis non haberetis peccatum, nunc vero, quia dicitis videmus, peccatum vestrum manet. i. habetis peccatum manens.

Dicendum, quod isti peccabant, & erant digni magna increpatione, sicut Christus eos arguit. Et causa est prima, quia dato, quod ignorarent, non excusabat eos ignorantia.

Et hoc primo, quia ipsi erant doctores populi. Si enim essent ipsi simplices, & de populo, excusaret eos ignorantia aliqua, cum non obligarentur scire omnia. Nunc vero cum magistri essent plebis, neque essent alii magistri, ad quos recurri possent, non debebat eos excusare ignorantia. Primo quidem, quia ad eorum officium pertinebat docere veritatem de omnibus necessariis ad salutem, & non excusari hominẽ ignorantia eius, quod scire teneret. Sic dicitur Malachi. secundo capitulo, labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quoniam angelus Domini exercituum est. Et Aggæi, secundo capitulo. Interroga sacerdotes legem. sed eos pertinet respondere de dubiis legis. Sic Aristotele dicit 3. Ethicorum. circa principium, quod ignorantia eius, quod confert non accusat.

Secundo, quia ista res, de qua agitur, & in qua errabant Pharisei, non erat magnę dubitationis, sed quilibet ratione vtrius poterat videre veritatem huius rei. Sic dicit Christus. O stulti, & cæci, quid maius est, & c. Quasi dicat quilibet poterat videre veritatem huius rei, & vos videretis, nisi essetis cæci, & stulti, ideo errantes in re nullius dubitationis nõ erant digni excusatione. Tertio, quia dato, quod aliquantæ dubitationis esset id, in quo errabant, essent in culpa asserendo id, in quo non erant certi, quia magna est culpa doctoris circa salutem animæ asserere id, de quo nõ est certus, an verum sit. Nam abstinere a quadam doctrina non est culpa, & ideo multa vera subicere non est peccatum, sed aliqua falsa asserere in sacra scriptura peccatum est. Sufficiebat autem Phariseis docere id, quod inueniebant in sacra scriptura. Si autem aliquid, quod in ea non erat dicere volebant, & errabant, eis impunitandum erat. Quarto potest dici, ut aliqui volunt, quod erant in culpa, quia ex desiderio alicuius lucri errabant. Cupiditas. n. lucri mouebat eos, ut facilius errarent, & forte ad aliquid horum mouebat eos ignorantia, & ad aliquid cupiditas, ut infra dicitur.

Quid

Christus Phariseos vocauit duces cæcos.

Quid est, quod dixerunt hic Pharisei: Qui iurat per templum, nihil est. Quæst. XCVIII.

QVAERETVR quid est, quod dixerunt hic Pharisei, scilicet qui iurat per templum, nihil est.

Dicendum, quod voluerunt significare nullã obligationem esse ex tali iuramento, id enim fit iuramentum, ut pp nomen domini, quod in eo inuocatur, & reuerentiam, quod Deo debemus, faciat hõ id, quod iurat, si est iuramentum asseritorium, quod est de veritate dicenda, quod veritatem dicat pp Deum, quem inuocat. Si autem est promissorium, s. de faciendo aliquid, vel de abstinendo, quod ita faciat, sicut promittit. Et est quædam religio, quam obseruamus in honorem Dei, in quantum est summa res, quã maxime honorare debemus, ad Hebr. 6. c. f. homines per maiorem suum iurant, & ois controuersis illorum ad confirmationem finis est iuramentum. Dicere autem, quod iuramentum nihil valeat. i. quod non sequatur aliqua obligatio, cum iuramentum ex intentione factum fuerit, est dicere, quod sit per rem illam, cui non debetur hæc reuerentia, ut ea inuocata seruetur, quod dicimus, vel promittimus. Nunc vero Pharisei dicebant, quod qui iurat per templum, nihil est, id est non obligatur, quia putabant non esse tantę reuerentiæ hanc inuocationem, ut ea facta tenerent seruari, quod promitterent. Motiuum forte ad hoc esse poterat, quia credebant, quod iuramentum factum per Deum obligabat, & alia iuramenta non, quia dicitur Deut. 6. c. dominum Deum tuum timebis, & illi seruies, ac per nomen eius iurabis. Et ita putabant, quod sicut soli Deo seruendum erat, ita soli ei deferendus erat hic honor, quod per eum iuraretur, & si iuraretur per aliam rem non teneret iuramentum, & ad hoc videbatur adiuuare doctrina Christi, quia ipse dixit supra 5. c. non iurandum esse per celum, neque per terrã, neque per aliam rem, & id si iuraretur putabant iuramentum non tenere, ac si non esset iuramentum. Sed falsum est, quia licet non debeat iurari per ista, neque et per Deum, & tñ si iurata tenent iuramentum, quia iudicatur fieri per Deum, sicut supra dicitur in litera, quod qui iurat per templum iurat per Deum, qui habitat in templo, & qui iurat per celum, qui est thronus Dei, iurat per Deum, qui sedet in illo.

Quid est iurare in auro templi. Quæst. XCIX.

Iurare in auro dupli citer pot intelligi.

QVAERETVR cum dicat: Qui iurauerit in auro templi, quid est iurare in auro templi.

Dicendum, quod iurare in auro potest dupliciter intelligi. Vno modo in auro, id est ponendo manum super aurum, & hoc significat proprie iste modus loquendi, & sic iuramus ad Evangelia corporaliter illa tangendo, sic etiam iuramus in cruce, id est posita manu super crucem. Sic accipitur 22. q. 5. c. qui periurat, scilicet qui periurat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata vnum annum peniteat, & ibi manifestum est, quod accipitur periurare in cruce, id est tacta cruce, quia aliã non esset differentia periurare per crucem consecratam, vel non consecratam, cum neutra tangatur, sed in quantum manus episcopi est magnę reuerentię, & crux consecrata, si quis tactis his periuret, censetur magis contemnere, & maiorem iniuriam Deo facere, quam tangendo rem non consecratam.

Secundo patet, quia si crux non tangatur nõ poterit esse differentia in iurando crucem consecratã, aut non consecratã, quia qui iurat nõ iurat per crucem, quæ est in hac Ecclesia, vel in illa specialiter, quia hoc esset superstitiosum, nisi in quantum tangit illã, quia tunc nõ potest applicari quilibet crux, sed aliqua particularis, & ideo, qui iurat per crucem non tangendo,

aliquam crucem non iurat, nisi per crucem Christi nõ exprimendo consecratã, vel non consecratã, & tamen ius facit differentiam iurando in cruce consecrata, vel non consecrata, ideo debet intelligi de cruce, quæ tangitur, & sic poterat iurari in auro templi, id est tangendo illud.

Sed dicendum, quod accipitur in auro templi, id est per aurum, scilicet inuocando, aut nominãdo illud, & non tangendo. Et patet primo, quia ponitur hic, in pro, per, scilicet in auro, id est per aurum, quia Christus mutat ista ponẽdo pro eodem. Nam a principio dicitur: Quicunque iurauerit per templum. Et postea dicit, qui iurauerit in templo, iurat in eo, qui habitat in templo. Et ita vtrique manet eadem sententia, sed iurare per templum est iurare per inuocationem, & non tangẽdo, ergo iurare in auro templi est iurare per inuocationem auri non tangendo illud. Secundo patet, quia dicitur hic in aliquibus iurari, quæ tamen non poterant tangi, sicut est de Deo, & de celo. Nam dicitur, qui iurat in templo iurat in eo, qui habitat in ipso, id est in Deo, qui habitat in templo 3. Regum 8. & 2. Paralip. 2. & tamen Deus non tangitur, sed per inuocationem eius iuramus. Sic etiam dicitur, qui iurat in celo iurat in throno Dei. Et tamen nemo tangit celum, sed illud hic inuocatur. Ita hic accipitur, quod homines, ita iurabant in auro templi, id est per aurum non tangendo, sed inuocando. Et tamen si interdum iurarent tangendo illud, esset maior obligatio, sicut in eo, qui per crucem consecratã iurat, vel per manus episcopi, quas tangit.

Quid erat illud aurum templi, per quod iurabatur. Quæst. C.

QVAERETVR quid erat illud aurum templi, per quod iurabatur.

Dicendum, quod multipliciter potest accipi, vno modo aurum templi. i. quod erat pars templi. Alio modo aurum templi. i. quod offerebatur in templo. De primo patet, quia multum aurum erat pars templi, quia parietes templi erant de lapidibus, & de super tabulis cedrinis, & super tabulas affixit laminas aureas clavis, ita quod nihil erat in toto templo ex parte interiori, quod non auro tegetetur 3. Regum 6. c. & sic videbatur totum, quasi massa quædam auri.

De secundo apparet, quia in templo erat multum aurum, quod non erat pars templi, ut aurum, quo operiebatur altare thymiamatis, & quo operiebatur arca. Nam ppiatoriũ, quod erat oportum arce, & duo cherubini super illud de auro purissimo erant, nihil de alio metallo habentia: Exod. 25. & 3. Reg. 6. c. erant multa vasa aurea, & argentea in templo domini ad ministerium mense propositiois, & altaris thymiamatum, & ipsum candelabrum totum de auro. Exo. 25. c. & multo plura fecerat postea Dauid, quia plura erant necessaria in templo, quam fuerant necessaria in tabernaculo Moysi, quod paruum erat primo Paralip. 28. c.

De tertio apparet, quia in templo offerebat multum de auro, & argento, & pecunia qualibet tam ad ministerium sanctuarij, quam ad sacerdotum sustentationem. Et patet de hoc 1. Paralip. 29. c. vbi tam Dauid, quod oes principes obtulerunt aurum, & argẽtum, & es in thesauros domus domini. sic in dedicatione tabernaculi Moysi omnes principes obtulerunt vasa aurea, & argentea in thesauros domini. Numeri 7. c. Et continue israelite offerebant munera sua in pecunia mittentes ea in gazophylacium, ut innuitur Luc. 21. c. Ad sustentationem quoque sacerdotum multa offerebant, ut patet Num. 18. c. De oblationibus vero factis in domo dñi, quod pertinebat ad scribas, & quod ad ministros, & quod partim ad

ad ministros, & partim ad sanctuariū declaratum est...

Nunc vero dicendum, quod de quolibet modo istorum poterat intelligi iuramentum factum in auro templi...

Quid est dicere, quod qui iurat in auro templi debet.

Quæst. C I.

Quæretur quid est dicere, quod qui iurat in auro templi debet.

Dicendum, quod debere importat necessitatem, vel obligationem, & est sensus, quod si quis iurasset per aurum, tenebatur iuramento.

Sed hoc dupliciter potest exponi. Vno modo, quod si quis iuraret per templum asserendo aliquid, non tenebatur ex hoc ad aliquam penam, quasi pro periurio: Et si esset iuramentum promissorium factum per templum, non teneretur iurans facere, quod promiserat, siue illud Deo, siue homini promitteret, si autem iuraret quis per aurum templi asserendo aliquid tenebatur dicere veritatem, si non diceret, erat reus periurij, in promissorijs vero tenebatur facere, quod promiserat, alioquin reus periurij erat.

Secundo potest intelligi secundum Nicolaum, quod qui incidit in periurium, soluebat aliquid ministris templi in penam, & tamen si quis iuraret per templum tam asseratorie, quam promissorie etiam si non seruaret iuramentum non tenebatur aliquid dare sacerdotibus, si autem iuraret per aurum templi, & non seruaret iuramentum, tenebatur dare sacerdotibus certam partem auri.

Sed dicendum, quod iste sensus secundus non est conueniens satis. Primo, quia motuum suum non satis applicatur ad literam, quia ex hoc videtur sumi iste sensus, quia dicitur: Qui iurauerit in templo debet: Quod isti exponunt, idest debitor est poenæ certæ, si periurauerit, & hoc, quia tunc litera præcedens deberet similis esse, vt diceretur, qui iurat per templum non debet, idest non debet illam partem auri pro sacerdotibus, licet periurium incurrat, & tamen non dicitur sic, sed qui iurauerit per templum nihil est, ergo non debet sic exponi.

Secundo, quia debet, non significat debitum pecuniarium, vt isti putant, sed obligationem ad agendum, vel ad abstinendum. Sic accipitur ad Gala. 5. c. testificor omni homini circumcidenti se, quod debitor sit vniuersæ legis faciendæ, idest obligatus sit ad seruandum totam legem.

Tertio, quia videtur sensus extortus. Nam in penâ istam non incurreret, nisi qui periurium committeret, sed hic non dicitur de periurio, sed de iuramento, scilicet qui iurat in auro templi, debet, sed ad hoc, quod teneat iste sensus, debet subintelligi, quod qui iurat in auro templi, & committit periurium, quod debet. Et ista est extorsio, & magna subauditio, quæ nunquam debet fieri sine necessitate. Ergo non debet sic intelligi, sed debet intelligi litera, scilicet qui iurat per templum nihil est, idest ad nihil tenetur, idest non valet iuramentum, neque tenetur obseruare, quod iurauit. Qui autem iurat in auro templi, idest per aurum debet, idest obligatus est, vel debitor ad obseruationem iuramenti, sicut dicitur ad Gala. 5. debitor est vniuersæ legis faciendæ.

Quarto patet, quia hoc non erat verisimile. Nam

si ex periurio deberetur pena pecuniaria, quæ applicaretur sacerdotibus, non solum dicerent Pharisei, quod iurantes per aurum templi incurrerent in illâ penam, immo, & per templum, & incurrentes in quodlibet quantumcunque leue periurium, immo aliquando, vbi non esset periurium interpretaretur esse periurium, vt applicaretur eis pena, ergo debet intelligi, vt supra. Quinto patet, quia ita exponit Hiero. super Mat. dicens, scilicet quicumque iurauerit per templum, nihil est, idest nihil debet. Si autem iurasset in auro, & pecunia, quæ in templo offerebatur, statim id, quod iurabat, cogebatur exoluere.

Quomodo Iudæi poterant asserere, quod qui iurabat in templo, non tenebatur &c. Quæst. C II.

Quæretur quomodo Iudæi poterant asserere quod qui iurabat in templo non tenebatur, & qui iurabat in auro templi tenebatur. Dicendum, quod magnus error erat iste, sicut Christus redarguit de hoc Phariseos, & tamen videtur fundamentum huius rei esse, scilicet quod ipsi credebant, quod non valebat iuramentum factum, nisi per Deum, & ideo, qui iurabat per templum, aut per quamcunque aliam creaturam, quod non tenebatur, & sic etiam, neque valeret iuramentum factum per aurum templi, neque per donum, quod erat super altare, & tamen de istis voluerunt dicere, quod teneret specialiter iuramentum per ea factum, & hoc moti ex cupiditate, scilicet quia ista erant ea, quæ offerebantur sacerdotibus, & cum laudarent ea intantum, mouerentur valde hoies ad offerendum, & sic ditarentur sacerdotes, & Pharisei.

Secundo potest dici, quod Pharisei credebant, quod iuramentum factum per aliquas creaturas valebat, sed per paucas. Et de his dicebant, quod non solum per res profanas iuramentum præstitum non valebat, sed etiam, neque per templum, neque per altare, quæ erant res sacræ non valebat iuramentum præstitum, & tamen si per aurum, & dona quæcunque, quæ in templo offerebantur fieret iuramentum, teneret. Hoc autem procedebat ex intentione corrupta, scilicet quia magnificare volebant res istas, quæ offerebantur in templo, vt allacerentur homines ad offerendum. De hoc dixit Hiero. super Matthæum, scilicet in phariseijs, & sibi diuinitatis opinio sanctitatis captabat gloriâ, & per occasionem gloriæ quærebant lucra, sic alia traditionis fraude inueta, impietatis arguit transgressores, si quis enim in contentione, seu in aliquo iurgio, vel causâ ambiguo iurasset in templo, & postea conuictus esset mendacij, non tenebatur criminis reus, si autem iurasset in auro, & pecunia, quæ offerebatur in templo sacerdotibus statim id, quod iurabat, cogebatur exoluere. Primum modum istorum vult tenere expresse Hiero. qui dicit, fuisse hic fraudem, & tamen fraus non fit, nisi ex aîo, scilicet qui putarent iuramentum factum per creaturas non tenere, & tamen mentem suam dixissent tenere iuramentum factum per aurum templi, & hoc, vt inde ditarentur. Secundum tenet Chry. qui innuit, quod credebant sanctiora esse dona, quam templum, & altare, & ideo iuramentum factum per illa tenere.

Quare Christus non redarguit Phariseos de auaritia in hac re, cum ex auaritia mouerentur. Quæst. C III.

Quæretur quare Christus non redarguit Phariseos de auaritia in hac re, cum ex auaritia mouerentur ad istam falsam doctrinam. Nam non arguit eos, nisi de ignorantia vocans eos cæcos, & stultos, quasi ex ignorantia agerent, & non vocans

Quare Christus non redarguit Phariseos de auaritia in hac re, cum ex auaritia mouerentur. Quæst. C III.

Quæretur quare Christus non redarguit Phariseos de auaritia in hac re, cum ex auaritia mouerentur ad istam falsam doctrinam. Nam non arguit eos, nisi de ignorantia vocans eos cæcos, & stultos, quasi ex ignorantia agerent, & non vocans

vocans eos auaros, aut hypocritas, quasi neque agerent, neque cupiditate, neque ex simulatione.

Dici potest vno modo tenendo positionem secundam, quod peccauerant Pharisei in ignorantia, & non in auaritia, neque hypocrisis, ideo non debuerunt, nisi de ignorantia accusari, & patet, quia credebant tunc iuramentum non tenere per templum, & altare, sed tenere per aurum, & dona, quæ offerebantur in templo, & super altare, & hoc vere credebant, & sine scrupulo errabant, tamen ideo erat redargutio de ignorantia, & cecitate, error autem erat, quia putabant sanctiora esse, quæ offerebantur in templo, & super altare, quam ipsum altare, & motuum huius erat non quidem fraus, sed quia afficiebatur plus ad pecuniam, quam ad alia, ideo putabant eam sanctiorem, & ideo cum non agerent ex intentione lucri, sed decepti non debuerunt argui de auaritia, sicut si contentio sit inter aliquos de re sua dubia facilius homo iudicat pro eo, cui afficitur, idest videtur sibi vere, & sine aliqua fraude, quod ille iustior causam foueat, quam alius, cui non afficitur, & tamē iste non agit contra conscientiam, cum iuxta id, quod sibi videtur agit. Secundo potest dici tenendo aliam positionem, scilicet Pharisei commiserunt hic aliquam simulationem, & tamen non arguit eos Christus, nisi de ignorantia, & potest intelligi sic, quod Pharisei putarent non valere iuramentum præstitum per aliquam creaturam, & ideo neque per templum, neque per aurum templi, & tamen vt lucra facerent asseruerunt tenere iuramentum per aurum templi, & res, quæ offerebantur, & non per aliquid aliud.

Et hic erant tria, in quibus deficiebant Pharisei. Primum erat, quia putabant iuramentum non tenere per creaturas, & ideo neque per templum, & tamen fallum erat, quia tenebat. Secundum est in contentione auaritiæ, quia cupiebant lucra conquirere et per inhonestum modum, scilicet asserendo falsum, aut contra intentionem suam. Tertium erat, quia dixerunt tenere iuramentum per aurum templi, & per oblationes, quasi per aliquid dignius, quod sit templum. Nam licet cupiditas moueret eos ad asserendum hoc, tamen ista non erat causa ad exprimendum, dixerunt quod iuste hoc fiebat, quia sanctus erat aurum, quod templum, & donum, quod altare. Christus autem cum posset de omnibus arguere, quia in omnibus peccabant, noluit arguere nisi de tertio, quod ipsi ostendebat, scilicet sanctiora esse dona, quam templum, & tamen non innuitur ex hoc, quod non peccarent, nisi in hoc.

Sed dicitur, quid verisimilius est istorum duorum? Dicendum quod vtraque pars stare potest, nam hoc necessarium est, quod Iudæi expresse ratum, vel expresse, & in animo dicerent sanctius esse aurum, quod templum, cum ex hoc Christus contra eos arguat, & tamen non tenere argumentum Christi, nisi illi saltem in exterioribus hoc significarent, & quia vtraque positio hoc tenet, sed prima tenet, quod hoc foris expretterit, licet interius aliud sentiret, scilicet per nullam creaturam teneret iuramentum præstitum, secunda tenet, quod tam foris, quam interius hoc sentiebant, ergo vtraque satis conuenit literæ.

Cum Pharisei in tribus deficerent, quare solum tertium Christus expressit. Quæst. C IIII.

Quæretur cum deficerent Pharisei in tribus, vt dictum est precedenti quod quare solum tertium Christus expressit, de quo Christus arguit eos.

Dici potest vno modo tenendo positionem secundam positam precedenti quod non peccauerunt Pharisei, nisi in ignorantia. Nam nulla auaritia incidit ibi propter quam ipsi vellent falsum asserere, sed vere crediderunt, quod erat aurum sanctius, quam templum, ideo asserunt iuramentum præstitum per

illud tenere, & quia hic non accidebat (vt quidam dicunt) nisi ille defectus, scilicet falsa opinio, de illa sola Christus arguit Phariseos.

Secundo dicendum, & melius, quod non solum erat iste defectus, sed & alij. Nam per secundam positionem erant duo defectus, scilicet dicere non tenere iuramentum factum per templum, & esse aurum sanctius templo, & ideo manet adhuc dubium quare non arguit de vtroque, per primam positionem erant tres defectus, vt dictum est precedenti quod & ideo secundam vtramque vltimam respondendum. Dicendum ergo, quod noluit de omnibus arguere, quia non expediebat. Primo, quia ad prudentiam arguentis pertinet, quod quoniam potest vti varijs rationibus, quarum quædam manifestius, aliæ vero obscurius probant, quod vtratur manifestioribus, & tamē vnus de defectibus Phariseorum erat auaritia qua mouebantur ad asserendum tenere iuramentum per aurum, & non per templum, & tamen non erat manifestum hominibus, licet Christo esset manifestum, quod hoc mouebat Phariseos, cum ipsi aliud fingerent. Erat autem manifestum, quod ipsi dicebant, esse sanctius aurum templo, quod ratione inuitabili poterat conuinci, ideo non voluit de omnibus, sed de hoc dicere.

Quare saltem non arguit Christus Phariseos de alio, in quo errabant. Quæst. CV.

Sed dicitur quare saltem non arguit eos de alio, in quo errabant, scilicet quod non valeret iuramentum factum per templum, & altare. Nam hoc negare non poterant, quia hoc expresse asserabant.

Dicendum vno modo, quod fuit hoc propter causam supra tactam, quia non erat ita planum, an iuramentum teneret factum per templum, sicut quod templum esset sanctius auro. Nam ratione plana conuinci poterat, aurum esse minus sanctum, vt Christus conuincit, & tamen an iuramentum præstitum per templum valeret, non erat planum, potissime apud Iudæos, qui putabant iuramentum non obligare, nisi per Deum, rari autem putabant iuramenta tenere per alias res. Secundo potest dici, & melius, quod ad vtrumque Christus arguit, sed vnum ex altero probauit, scilicet vnum probauit Christus directe, & alterum ex suppositione Phariseorum. Nam hoc, quod templum esset dignius, & sanctius auro directe probauit. Alterum autem, quod iuramentum præstitum per templum valeat, probauit ex suppositione Phariseorum. Nam illi dicebant, quod per templum non valebat iuramentum, per aurum vero templi valeret, eo quod erat sanctius, & ita tenebant, quod ex eo, quod aurum erat sanctius valebat iuramentum factum per illud, sed Christus probauit, quod templum erat sanctius auro, ergo inferre batur necessario, quod tenebat a fortiori iuramentum factum per templum, & per altare.

Quomodo valeat Christi argumentum contra Phariseos. Quæst. CVI.

Quæretur quomodo valeat argumentum Christi contra Phariseos.

Dicendum, quod duo vult probare, & ambo bene probat. Primum erat, quia dicebant Pharisei, quod iuramentum factum per templum non valebat, sed valebat iuramentum præstitum per aurum templi. Secundum erat, quod iuramentum factum per altare non valeret, & tamen iuramentum factum per donum oblatum in altari valeret, & vtriusque rationem dabat. scilicet quia vnum erat sanctius altero, & per id, quod sanctius erat, dicebant tenere iuramentum, & quoniam dicebant esse sanctius, & maius aurum templi, quod templum, probat, quod non, & arguit ex notissimo, & ideo non solum arguit, sed potius increpat

Arguens manifestioribus vti debet.

inrepat eos, talia sentirent, quasi errarent in rebus ap-
tissimis. s. stulti, & ceci, quid est maius aurum an tēplū,
quod sanctificat aurum: quod id, quod sanctificat aliud, est
sanctius eo, quod sanctificat, sed tēplū sanctificat aurū, er-
go est sanctius aurū. Neutrā pmissam pbat Christus
accipiens ut ranque, quasi notissimam, sed maior pa-
ter, quia sanctificans est cā, sanctificatū est effectus, &
semper invenitur perfectio nobiliori mō in causa, q̄
in causato, & potissime in eis, quæ equiuoca sunt, &
equiuoce participant, quia nunq̄ pōt agens omnes p-
fectionem suam cōdicare causato. Etiam agens, & pa-
tiens, cōdicans, & recipiens ex hac habitudine se habet
inequaliter. Minor probatur infra. Secundum patet,
quia dicebant Pharisei, q̄ donum oblatum sup altare
erat dignius altari, q̄ quod Christus arguit, dicens: Ceci,
quid est maius donum an altare, quod sanctificat do-
num? quasi dicat id, quod sanctificat aliud, est maius
eo, quod sanctificatur, sed altare sanctificat donum, &
non è contratio, ergo altare est sanctius dono, sicut su-
pra dictum est. Et accipitur maius, id est sanctius, siue
maius dignitate. Nam magnitudo moralis non facit
ad propositum.

In quo errabant Pharisei in hoc.
Quæst. CVII.

QVAERETUR cum Pharisei dicerent aurū esse
dignius templo, & iō non tenere iuramentum
præstitum per templum, sed per aurū, in quo errabāt.
Dicendum, q̄ errabant in duobus. Primo in eo, q̄ fal-
sum asserabant. Secundo, quia inconueniēter argū-
bant. De primo patet, quia dicebant aurū templi esse
dignius templo, & donum oblatum in altari ipso al-
tari, quod falsum est, ut Christus ostendit in litera.

De secundo patet, quia non valet consequentia, s.
per templū non valet iuramentū præstitū, sed aurum
templi est dignius templo, ergo valet iuramentū per
aurū templi, quia iuramentū factum per hanc, aut per
illā rem non valet in quāvis vna res est dignior alia, sed
in quantum representat aliqua Dei presentia in re, cui
Deo reuerentiā exhibemus per illum iurando, & ser-
uando iuramentum, s. n. res in seipso respiciat, non est
aliqua res tantę dignitatis, ut iuramentum per eā præ-
stitum teneat, quia cum iste sit honor latricę nulli est
impendendus, nisi Deo. Si autem respiciatur res in-
quantum in ea Deus representat, non attendit digni-
tas maior, aut minor rei, cum per quamlibet rē possit
Deus representari, & iō non est verum, q̄ iuramentū
factum per quasdam res minus dignas non teneat, &
iuramentum factum per alias digniores teneat, sed si
per vtrāque Deus representatur, aut representari so-
let equaliter iuramentū tenebit, & si non sint equali-
ter digne. Vnde dato, q̄ esset aurum templi dignius
templo, sicut asserabant Pharisei, cum tam per aurū
templi, quam per templum Deus representetur, quia
ambo ad eius cultum pertinebant, teneret iuramen-
tum factum per vtrūque.

Quomodo est verum, quod templum sanctificat aurum, quod
est in illo. Quæst. CVIII.

QVAERETUR quomodo est verum, q̄ templū
sanctificat aurū, quod est in illo, sicut Christus
dixit. Nam videtur, q̄ nihil possit sanctificare aliud, ni-
si Deus.

Dicendum, q̄ sanctificare significat mūdum effi-
cere, & immaculatum, & tale, quod ad Deum appli-
cari possit. Et ista sanctificatio est duplex, quædam est
corporalis, alia spūalis. De corporali patet Leuitic. 1.1.
ubi prohibetur contactus mortuorum carnium,

Sanctifica-
tio est du-
plex.

& immundarum rerum, & cibus immundus, & dicitur.
Sancti estote, quia ego sanctus sum. Et tamen ibi
non imperatur aliam sanctitatem, nisi abstinentiam
ab immunditijs corporalibus. Et iam planius Deuter.
23.c. dicitur, quod Israelitę irent extra castra ad requi-
sita nature, & operirent terra effusa id, quo releuarē-
tur, & subditur ibi causa, scilicet sint castra tua sancta,
& nihil in eis appareat fediratis, & sic non esse feces,
& sordes in castris vocavit sanctitatem castrorum.
Alia est sanctitas mentis, qua mundantur omnes sor-
des vitiorum, quæ animam polluūt. Prima sanctitas
vocatur large sanctitas, quia per oppositam immun-
ditiam non dicitur homo simpliciter immundus, vt
patet supra 15.c. cum Christus dixit, quod id, quod
intrat in os non polluit hominem, & tamen in os
intrant multa immunda. Dixit autem, quod id, quod
ex corde egreditur, coinquinat hominem, scilicet
prauæ cogitationes, ergo &c. Sanctitas dicitur sancti-
tas proprie, eo, quod opposita immūditia coinquinat
hominem simpliciter.

Accipiendo autem sanctitatem primam, quæ est
corporalis manifestum est, quod sicut corporalia
polluunt corporaliter, ita & ipsa corporaliter sancti-
ficant, & ideo dicitur aqua sanctificare, quia aqua tol-
lit maculas corporales. Et ita dicuntur aliqui sancti-
ficari, id est lauari. Sic accipitur Exo. 19.c. cum dixit
Deus Moyse. sanctifica illos hodie, & cras, lauent-
que vestimenta tua. Et non est ibi aliud sanctificatio,
quam lotio vestimentorum. Et hoc modo dicitur
sanctificari mulier, quando cessat in ea fluxus men-
struorum. Sic accipitur 2. Reg. 11. c. de Bethsabee
uxore Vrie, cum qua fornicatus est Dauid. Nam dicitur
statim: Sanctificata est mulier ab immunditia
sua, scilicet statim, vt cognouit eū, concepit, & cessa-
uerunt in ea menstrua. Sed, quia immunditia corpo-
ralis non dicitur simpliciter immunditia, neque dicitur
emundatio talis immūditie simpliciter sanctitas,
hæc aliquando vocetur sanctitas. Accipiendo autē
pro spirituali sanctitate, vel emundatione, dicendum
quod ista est simpliciter sanctitas, & hanc non potest
facere, nisi Deus. Et tamen ista est duplex, quædam
est spiritualis, scilicet quia in anima fit, alia spiritualis,
id est per applicationem ad res spirituales, scilicet ad
Deum, & res ordinatas ad Deum.

Spiritualis
sanctitas
est duplex.

Accipiendo primo modo dicendum, quod im-
mediate, & per se solus Deus sanctificat, eo quod
solus Deus pertingit ad animam, ergo ipse solus eam
mundat, & sanctificat, & talis est mundatio peccato-
rum. hanc igitur emundationem solus Deus effectiue
facit, gratia vero formaliter, quia qui gratiam recipit
per hanc formaliter est mundus, sic dicitur Actū. 15.
c. fide purificans corda eorum, & accipitur fides pro
gratia, quæ cum fide infunditur, ministerialiter autē
sanctificamur per sacramenta legis nouæ, quæ sunt
collatiua gratiæ, ideo nobis data sunt in exercitium.

Accipiendo secundo modo pro applicatione ad
cultum Dei dicitur aliqua res sanctificari per cære-
monias illas, per quas iam reputatur non pertinere
ad humanos vsus, sed ad Dei cultum. Istæ autē cære-
monię voluntariæ sunt, & tamen in quantum sunt
institutæ a Deo, sunt determinatæ. Et ista quantum
ad omnia vasa sanctuarij, & partes eius erat vnctio ex
determinato vnguento: Sic patet Exo. 31. vbi ponit
modus faciendi vnguentum. Et sequitur, facies
vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum
opere vnguentarij, & vngetur ex eo tabernaculum
testimonij, & arcam testamenti, mensamque cum
vasis suis &c. sanctificabis omnia, & erunt sancta. Et
ita innuitur, quod cum vngerentur hoc vnguento
sanctificarentur. Et idem patet Exod. quadragesimo
capit.

capitulo, quod similiter quoque sacerdotes san-
ctificari sunt, id est applicati ad Deum vnctione qua-
dam, & quibusdam alijs cæremonijs. Exo. 29. & Leui.
8. & 9. c. Leuitic quoque sanctificati sunt lotionibus,
& alijs cæremonijs, Nu. 8. c. Et non solum in veteri
testamento, sed etiam nunc sacerdotes nostri, vnctione
quadam manuum cum alijs cæremonijs consecrant,
& sanctificantur, episcopi autem capitis vnctione.

Alia autem sunt, quæ applicabantur ad cultū Dei,
sicut illa, quæ offerebantur, vt essent in cultu Dei, siue
vt animalia, quæ occidebantur in sacrificium, siue vt
aurum, & argentum, quæ dabantur ad fabricandum,
inde aliqua vasa pro domo Domini, vel ad expensas
faciendas, vel in vsum ministrorum, qui in sanctuario
ministrabant. Talia autem applicando ea ad sanctua-
rium sanctificabantur, scilicet offerendo ea.

Sed nunc est dubium, quid sanctificabat, scilicet an
templum sanctificabat aurum, quod erat in templo,
vel aurum sanctificabat ipsum templum.

Dicendum, quod hic non accipitur sanctificatio,
nisi pro vltimo modo, vt aliquid applicatur ad cultū
Dei. Et tunc dicendum est, quod aliud est sanctifi-
cari, aliud sanctum manere, vel sanctum esse. Nam
sanctificari est effici sanctum, sanctum manere est
retinere sanctitatem acquisitam. Sanctum tamen magis
dicitur ab eo, per quod manet, quam ab eo, per
quod efficitur, quia vnquam influit in fieri, aliud in esse.
Ad acquirendam sanctitatem faciunt illa, per quæ
dicitur res applicari diuino cultui, sanctū esse autem
est manere in diuino cultu, ita vt non liceat redire ad
alios vsus. primum enim fiebat in quibusdam rebus
per solum votum, vt si quis voueret aliquam rē Deo
eipso erat sanctificata, ita q̄ nō licebat transferri ad
vsus humanos, neque dare aliam pro ea, quia efficie-
batur vtraque consecrata domino. Sic dicitur Leuit.
27. c. Animal, quod immolati potest domino, si quis
vouerit, sanctum erit, & mutari non poterit, id est ne-
que melius malo, neque peius bono. Quod si mutaue-
rit, & ipsum, quod immutatum est, & ipsum, pro quo
mutatum est consecratum est domino. Aliquando
autē sanctificatur res per oblationem factam in san-
ctuario manibus sacerdotis, vel quia in sanctuario po-
nitur. De primo, vt quando offertur animal aliquod
ad sacrificium. Nam offerebatur ad ostium taberna-
culi apud altare holocaustorum, & ibi sacerdotes acci-
piebat animal de manu offerentium, & per illā obla-
tionem sanctificabatur animal, id est applicabatur ad
Deum, vt colligitur Leui. 1. c.

Quid sit
sanctifi-
cari.

Res sancti-
ficat dupli-
ci modo.

De secundo, vt quando mittebant Iudei munera
in gazophylacium. Nam illa non tradebantur mani-
bus sacerdotis, sed laici accedebant ad illam arcam,
quæ gazophylacium dicebatur, & ponebāt ibi pecu-
niam. Habebat autem arca illa foramen desuper, per
quod mittebatur pecunia, vt patet 4. Reg. 12. & 2. Pa-
ralip. 24. c. & sic dicit Luc. 21. e. q̄ Christus vidit mit-
tentes munera in gazophylacium. Et dato, q̄ ipsi non
mitterent, ponebāt ea coram gazophylacio, & sacer-
dotes ea mittebant per foramen, & in his sanctifica-
tio erat per oblationem, & non per propositum, vel
conceptionem priorem, eo quod hic non significa-
tur præcedere aliquid, quod obligaret determinare
rem domino, sicut votum, & ideo quando res voue-
batur, etiam si nondum offerretur, iam erat domino
obligata, & consecrata, quando vero non vouebatur,
non erat aliquid, per quod applicaretur Deo, nisi
oblatio.

Aliud autem erat rem sanctam esse, vel sanctam
manere. Et istud erat per aliquid, quod semper ma-
nebat quoad res erat, & istud erat pertinere ad tem-
plum domini, id est ad mysterium aliquod in eo, siue

vt offeratur ibi in sacrificium, siue fiant inde vasa, siue
derur in sustentationem ministrorum. Vnde quando
offerebatur aliquod animal ad immolandum per hoc,
quod offerebatur, sanctificabatur, sed trāsente obla-
tione adhuc manebat sanctum, & hoc nō, quia obla-
tum erat, sed potius, quia per oblationem peruenerat
ad sanctitatem, quæ erat pertinere iam ad vsum san-
ctuarij. Nam postquam oblatū erat illud animal sem-
per erat sanctum, id est ad vsum sanctuarij pertinens
quousque desineret esse animal, & explerentur in eo
omnes cæremonię sacrificiorū, ad quæ oblatio erat.
Sic etiam si offerretur aurum, & argentum ad facien-
dum vasa pro sanctuario. Nam per applicationē san-
ctificabatur, sed semper postea manebat sanctum per
hoc, quod ad sanctuarium pertinebat semper, & non
poterat transire ad alios vsus. Idem de pecunia, vel
alijs rebus, quæ oblate cedebant in vsum ministrorū,
nam sacrę erant quousque ipsi expenderent hæc, &
transirent ad alios, quia iam expletus erat totus vsus
illorum, & desinebant esse sancta.

Ex hoc autem patet responsio ad quæsitum, scilicet
quid est, quod sanctificat alia. Et dicendum, quod
templum erat sanctum per se, & non sanctificabatur
per aliud, cetera vero sanctificabatur, id est sancta ma-
nebant per templum. Primum patet, quia templum
vocabatur sanctum non propter aliud, nisi quia erat
Dei, & ad cultum eius. Secundo patet, quia cetera,
quæ erant in templo vocabantur sancta, quia erant
ad ministerium templi, ideo enim vasa templi sancta
erant, quia in templo erant, & ad nihil aliud, nisi ad
ministeria, quæ fiebant in templo, & ita aurum, quod
erat in templo, & quidquid aliud offerebatur in tē-
plum, sanctum vocabatur, quia in templo manebat, &
tamen si non maneret in templo, non esset sanctum,
templum vero sanctum est, quia Dei est, siue in eo sit
aurum, siue non. Et per hoc, quod in eo est aurum nō
est magis sanctum. Aurum vero non erit sanctum, si
in templo non est, erit autem sanctum si in templo
fuerit, ergo templum sanctificat aurum, & aurum nō
sanctificat templum. Quapropter si aurum est in tē-
plo, sanctum est, & templum sanctum est, & tamen
templum sanctius est, ideo non est verum, quod te-
neat iuramentum factum per aurum templi, quasi
per rem sanctiorem, & non teneat iuramentum fa-
ctum per templum, sed potius deberet esse contra-
rio, quia templum sanctius est, quam aurum.

Templum
quod est
sanctum.

Quare Christus vocauit Phariseos cecos, & stultos.
Quæst. CIX.

SED dicitur, quare Christus vocauit Phariseos
cecos, & stultos?

Dicendum, quod hoc fuit ad arguendum
eos de ignorantia. Est autem duplex ignoran-
tia, quædam est excusabilis, & humana, & quæ potest
cadere in viros peritos, quædam non est excusabilis,
sed est penitus sine ratione.

Ad significandum hos duos gradus ignorantie po-
nitur ceci, & stulti. Nā ceci dicuntur, qui errant, qua-
si non videant, & quia cæcum esse est defectus natu-
rę, & non opprobrium personę, significat primam
ignorantiam, quæ quidem defectus est, quia est error
a veritate, tamen non est exprobrabilis, sed excusa-
bilis, cum possit cadere in hominem peritum.

Secundo autem significatur per stultitiam, eo quod
stultitia nominat irrationabilem motum, & erroneā
assertionem in eis, in quibus homo ratione vtens nō
errat, & quoniam Pharisei non solum errauerunt
modicum a veritate declinando, sicut peniti, sed atten-
dendo talia qualia nemo peritus assereret, vocauit eos
stultos.

Duplex
ignorantia.

stultos. Nam dicere aurum templi esse sanctius erat errare in notissimis. Nam templum sanctificat aurum, & omnia, quæ in eo sunt, ideo sanctius est ipsum.

Quomodo errabant Pharisei panes altaris iuramentum.
Quest. CX.

QVAERETUR de secunda assertione Phariseorum circa iuramentum.

Dicendum, quod errabant in alio, quia dicebant, quod iuramentum factum per altare non valebat, iuramentum autem per dona oblata in altari valebat. Erat autem motum huius, quia putabant esse sanctiora dona, quæ offerebantur super altare, quam altare, & ideo tenere iuramentum factum per illa, & non factum per altare. Sed Christus conuenienter arguit eos, dicens, quod dignius est altare, quod sanctificat dona, quam ipsa dona. Nam dona non sanctificant altare, ipsum enim sanctum est, quia etiam si nullum donum ponatur super illud, sanctum est. Et non est magis sanctum positum donis super illud, quam nullis existentibus donis. E contrario autem est de donis, quia dona, quæ ponebantur super altare antequam ponerentur super illud, vel applicarentur ad illud, non erant sancta, sicut animalia, quæ immolabantur, antequam portarentur ad immolandum non erant sancta, cum vero offerebantur ad immolandum, & maxime, quando ponebantur super altare, sancta erant, & sic ista sanctitas erat in donis non ex se, sed ex altari. Erat ergo sanctius altare, quam dona, quapropter errabant Pharisei dicentes, quod iuramentum factum per altare non tenebat, iuramentum autem per dona posita super altare tenebat, quasi esset factum per aliquid excellentius.

Quare Pharisei iudicabant excellentius aurum, quam templum, & donum, quam altare.
Quest. CXI.

QVAERETUR quare Pharisei iudicabant excellentius aurum, quam templum, & donum, quæ altare, ita ut teneret iuramentum prestitum per aurum, & donum, & non iuramentum prestitum per templum, & altare.

Dici potest, quod erat unum motum, scilicet quia ea, quæ sunt immediatiora ad Deum sunt sanctiora, cum per Deum, vel respectu Dei, qui per se sanctus est, omnia sanctificantur, quæ sancta dicuntur. Sic enim altare est propter Deum, & est sanctum, & tamen est ad ponendum super illud dona, quæ ad Deum pertinent, ideo videtur immediatius donum pertinere ad Deum, quam altare.

Sed istud non tenet, quia altare est sanctum, quia est ad ministerium Dei, & non sanctificatur per hoc, quia dona super eo ponuntur, cum nihil minus sanctum sit nullis donis existentibus super eo, & licet altare sit ad ponendum dona super illud, tamen non sanctificatur ex donis, sed potius dona ex altari, in quantum super illud ponuntur, ut dictum est præcedenti q.

Item, quia hoc stat aliquo modo inter altare, & donum, cum sit altare ad ponendum aliquid in eo, scilicet aurum, vel offerendum, ideo oportet, quod propter aliud putauerint sanctius esse aurum, quam templum.

Dicendum, quod cupiditas, vel error ex cupiditate natus mouebat eos ad hoc, & potest dupliciter accipi, ut supra dictum est. Vno modo, quod Pharisei putauerunt iuramentum non tenere, per aliquam creaturam, sed per solum Deum, & ideo dixisse non tenere per templum, neque per altare, & consequenter dictum

erant, quod neque tenebat iuramentum per aurum templi, neque per dona posita super altare, cum essent creature, sed ut darent aliquem honorem his rebus, & sic mouerent homines ad offerendum talia, dixerunt, quod erant sanctiora valde aurum, & oblatio, quam templum, & altare, & ideo tenere iuramentum factum per donum, & aurum, sed non per templum, & altare, cum tamen ipsi per neutra putarent tenere iuramentum.

Alio modo potest accipi, quod putarent Pharisei non valere iuramentum prestitum per templum, & altare. Valere autem vere iuramentum factum per aurum, & donum, & hoc quia credebant sanctiora esse aurum, & donum, quam templum, & altare, & hoc non simulabant se credere, sed vere credebant. Et in hoc irrationabiliter se habebant, ut Christus probat, & tamen incitabantur ex affectione ad pecuniam. Cum enim cupidi essent nihil eis melius, & sanctius videbatur, quam pecunia, sicut dicit Ambrosius, & habetur in Dece. 47. di. c. sicut hi, scilicet. Mens auri semel vinculis cupiditatis astricta semper aurum, semper argentum videt, semper reddita computat, gratius aurum, quam solem intuetur: Si autem non essent affecti hac passione, sanctius eis templum, quod omnia sanctificat, & directius propter Deum est, quæ aurum oblatum in templo, videretur.

Sic dicit Chrysostomus super Mat. Templum quidem ad gloriam Dei pertinet, & ad hominum spiritualem salutem, aurum autem templi, & si ad gloriam Dei pertineat, tamen magis ad delectationem hominum, & ad utilitatem sacerdotum offertur. Ideo ergo aurum quo ipsi delectabatur, & dona quibus ipsi pascebant sanctiora esse dicebant, quam ipsum templum, ut homines promptiores facerent ad offerendum dona, quæ ad preces fundendas in templo.

Similiter quoque de altari, & donis esse putabant, quia dona oblata cadebant in eorum utilitatem, altare vero per se ipsum non. Sic dicit Hieronymus super Mat. s. rursus si quis iurasset in altari per iuramentum reum nemo detinebat. Sin autem per iuramentum in dono hoc est in oblationibus, vel in hostia, vel in victimis, vel in similibus, & ceteris, quæ Deo offeruntur super altare, hoc studio sistime repetebant, totum autem faciebant non ob Dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem.

Quare quando Christus arguit Phariseos asserentes tenere iuramentum factum per donum, & aurum, & non templum, & altare, & ceteris, quæ Deo offeruntur super altare, hoc studio sistime repetebant, totum autem faciebant non ob Dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem.
Quest. CXII.

QVAERETUR quare quando Christus arguit Phariseos asserentes tenere iuramentum factum per donum, & non iuramentum factum per altare vocauit eos cæcos solum, cum vero arguit eos de templo, & auro vocat cæcos, & stultos.

Aliqui putant, quod fuit ex inæqualitate erroris. Nam, ut dictum est supra erat duplex ignorantia, vel duo gradus eius, & ad hoc ponebantur duo, scilicet cæci, & stulti, & quia forte non tam grauiter errabant Pharisei in hoc, sicut in primo, vocabat eos non cæcos solum, supra autem vocauerat eos stultos, & cæcos.

Sed dicendum, quod non stat, quia æqualis error erat utrobique, quia sicut templum sanctificat aurum, quod in eo est, vel offertur est sanctius auro, ita & altare, quod sanctificat dona, quæ super illud offeruntur, est sanctius donis. Et patet hoc etiam ex modo arguendi Christi, nam de templo dixit, quid est maius aurum an templum, quod sanctificat aurum? De altari dixit, quid est maius donum an altare, quod sanctificat donum?

donum? Dicendum, ergo quod nullam differentiam intendit per hoc ponere Christus, vel Matthæus referens verba Christi, sed quia supra posuerat stulti, & cæci satis fuit hic dicere cæci solum, vel stulti solum, quia utrumque intelligitur cum sit eadem causa increpationis. Immo etiam si non exprimeretur aliquid intelligerentur ambo cum sit eadem causa redargutionis, & eadem verba increpationis. Secus autem esset si in prima redargutione diceretur cæci, & non stulti, & in secunda poneretur utrumque, quia priora solent trahi ad posteriora ex aliqua causa, sed non posteriora ad priora. Et istum sensum tenet Hieronymus dicens: Arguit eos dominus stultitiae, & fraudulentiae, quod multo maius sit altare, quam hostie, quæ consecrantur ab altari, & tamen ibi non exprimitur, nisi cæci, cum de altari dicitur, sed Hieronymus vult subintelligi quoque stultitiam.

Quod erat hoc altare. Quest. CXIII.

QVAERETUR cum dicatur de altari, & dono, quod erat istud altare.

Dicendum, quod in sanctuario erant duo altaria, scilicet unum holocaustorum, & aliud thymiamatum. Primum erat in quo offerebantur omnia sacrificia, & cremabantur, & istud non erat extra domum, quæ vocatur proprie templum, sed erat in atrio templi, ut colligitur Exo. 27. & 3. Reg. 7. & hoc erat, quia ad istud accedebat necesse erat illud esse extra domum templi, etiam quia in eo ponebatur magnus ignis, & exurgebat magnus fumus ex carnibus, & dapibus exustis, & si esset intra domum, vel tectum templi omnia inficeret, erat ergo foris ante portas templi in atrio eius, in quodam atrio clauso parietibus, sed in tecto, ubi ministrabant sacerdotes, & vocabatur istud altare holocaustorum non solum, quia holocausta ibi offerebantur, nam omnia genera sacrificiorum offerebantur, cum nullum præter istud esset in tota terra Israel, sed quia holocaustum inter omnia sacrificia erat excellentius, & sit denominatio ab excellentiori, istud autem altare erat solum non tantum in templo, sed et in tota terra Iudeorum, quia non licebat alibi offerre sacrificia, neque facere altare. Et quia filii Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse extruxerunt altare iuxta tumulos Iordanis, alii nouem tribus, & dimidia surrexerunt in bellum contra illos quousque illi ostenderunt se non fecisse altare ad sacrificia, sed in signum: Iosue 22. c. Et sicut non licebat alibi construere altare præter illud, quod erat in templo, ita neque licebat alibi immolari sacrificia etiam sine altari, nisi in ostio tabernaculi: Leui. 27. ca.

Aliud erat altare thymiamatum, quod sic vocatur, quia in eo quotidie cremabatur thymiama mane, & vespere, Exo. 30. c. Est autem thymiama puluer aromaticus ex multis compositus opere pigmentarij, cuius compositio ponitur Exo. 31. & in hoc nullum sacrificium cremabatur, sed solum semel in anno in die expiationis fundebatur summus sacerdos de sanguine super cornua eius ad expiandum: Exo. 30. Leui. 16. c. Et istud altare erat paruum, & operit laminis aureis: Exo. 30. ca. Aliud vero holocaustorum erat valde magnum, & erat æneum per hoc, quod erat super eum perpetuus ignis. Et erat altare thymiamatum intra templum ante sancta sanctorum, & non videbatur istud altare, nisi a sacerdotibus. Nam vnus sacerdos intrabat quotidie ad offerendum incensum super illud mane, & vespere, sicut dicitur de Zacharia patre Ioannis Luc. 1. q. forte exiit, ut offerret incensum. Altare autem holocaustorum tam sacerdotes, quam Leuitæ, & laici videbant, cum non esset operitum tecto, & tamē non accedebant ad illud

omnes, sed soli ministrantes. Cum autem queritur de quo altari istorum intelligatur, dicendum quod de altari holocaustorum. Et patet, primo, quia comparat hic altare ad donum, quod super illud ponitur, sed super altare thymiamatum nullum donum ponebatur, super altare vero holocaustorum ponebantur dona multa, ideo intelligitur de altari holocaustorum.

Secundo, quia Hieronymus super Matth. nominat dona, quæ ponebantur super istud altare, & per quæ dicebatur iuramentum tenere, & sunt victimæ, hostiæ similia, & huiusmodi, & tamen hæc in altari holocaustorum offerebantur, ergo de illo intelligitur.

Sed obijciunt, quod in altari thymiamatum offerebantur dona. Nam quotidie cremabatur thymiama. Dicendum, quod istud non vocatur donum. Primo, quia donum dicitur, quod sponte offertur, & tamen thymiama non offerebatur sponte, sed erat necessaria oblatio ista lege perpetua, Exo. 30. c.

Secundo, quia hic accipit de donis, quæ offerebantur a popularibus. Nam, ut Chrysostomus, & Hieronymus dicunt, ideo asserunt Pharisei tenere iuramentum per dona, & non per altare, quia allicere volebant homines ad offerendum. Et tamen thymiama non erat oblatum a filijs Israel, immo non licebat alicui Israeliti facere illud ad habendum sub pena mortis. Sed Moyse illud facturus erat, & postea sacerdotes, & seruabant illud atque utebantur in solius Dei mysterium. Exo. 31. c. ideo non vocatur donum thymiama.

Tertio, quia dato, quod non offerretur ab Israelitis, sed esset de expensis templi, & offerretur necessario adhuc participaret aliqua utilitate eius. Nam in alijs sic erat, ut in holocaustis iugibus, & alijs sacrificijs ordinarijs, de quibus Nu. 28. & 29. c. Nam illa non offerebantur a populo, sed soluebantur de expensis templi, & tamē de his sacrificijs percipiebant sacerdotes iura sua, partes carniū, & pelles secundum conditionem sacrificij, ut patet Leuiti. 6. & 7. 10. & Nu. 5. & tamen de thymiamate nihil percipiebant, quia non licebat alicui frui odore eius, aut vedere alteri sub pena mortis. Exo. 31. c. ideo non intelligitur de donis, quæ erant in altari thymiamatum, quoniam nulla erant. Et consequenter intelligitur de altari holocaustorum, per quod dicebant iuramentum non tenere, sed bene per dona oblata super eo. Et tamen dicendum, quod etiam credebant, & a fortiori iuramentum non tenere, si fieret per altare thymiamatum. Nam de altari holocaustorum percipiebant utilitates, & dicebant non tenere iuramentum factum per illud. Ergo cum de altari thymiamatum nullam utilitatem consequerentur sacerdotes, ut dictum est, dicerent a fortiori iuramentum factum per illud non tenere.

Quæ sunt ista dona, quæ ponebantur super altare.
Quest. CXIII.

QVAERETUR cum dicatur, quod iuramentum factum per donum positum super altare tenet, quæ sunt ista dona. Dicendum, quod solutio huius dubij pendet ex solutione præcedentis. Cum enim constet, quod de altari holocaustorum, & non de altari thymiamatum intelligatur, necesse est accipi de donis, quæ super altare holocaustorum offerebantur. De his vero dicendum, quod erant duplicia. scilicet sacrificia, & libamenta, nihil enim aliud super altare ponebat. Nam poterat quod offerri pecunia, & vestis, & domus, & ager, & similia, sed super altare non ponebant, quia ibi solum ponebant ea, quæ cremanda erant. De sacrificijs dicendum, quod erant tria. scilicet holocaustum hostia pacifica, & hostia pro peccato Leui. 1. & 3. & 4. c. nulla alia genera erant, licet ista subdividantur secundum varias ceremonias, ut patet ex discursu totius Leuitici.

Altaria in sanctuario erant duplicia.

Altare holocaustorum.

Quid thymiamata sit.

Quibus speciebus animalium Iudei in sacrificijs suis utebantur.

Leuitici. Sacrificium autem non erat, nisi de carnibus, scilicet de pecoribus, & volucribus. De pecoribus quidem sola tria, scilicet bos, ovis, capra secundum totas species suas, id est masculus, & femina. De volucribus solę duę, scilicet turtur, & pullus columbe: Leui. 1. c. & idē colligitur Gen. 15. c. nā hec omnia obtulit Abraham etiam ante legem, & non plura. De cęremonijs istorum in immolando, & cremando, & cęteris ad sacrificia pertinentibus habetur per totum Leuiticum. Secundum autem erant libamenta, & ista offerebantur semper cum sacrificijs, licet non eodem mō, vel ordine, neque eisdem seruatis cęremonijs. Sunt autem libamēta quinque, scilicet simila, id est farina, sine panis commixtus de farina tritici, vinum, oleum, sal, & thus. Num. 15. c. Et ista aliquando offerebant cum sacrificijs carniū, & tunc vocabantur libamēta, quasi accessorium. Et sic accipitur Num. 15. & dicitur Leui. 1. c. q̄ in omni sacrificio offeres sal. Aliquando autem offerebantur quędam istorum per se, sicut simila fricta in sartagine, quod fiebat multis modis: Leui. 2. c. Et tunc vocatur sacrificium de simila. Hęc autem quomodocunque acciperentur, vocantur dona, & dicebant Pharisęi iuramentum factum per hoc tenere, sed non per altare, eo q̄ de illis capiebant vtilitatem immediate, & non de altari, scilicet quia tam de sacrificijs, quam de libaminibus partes accipiebant sacerdotes, secundum diuersas conditiones sacrificiorum: Leui. 6. & 10. c.

An iuramenta facta per dona, quę in templum offerre bantur tenere assererentur a Pharisęis. Quęst. CXV.

DE alijs quoque donis, quę offerebantur in templum, quę non erant sacrificia, neque libamenta, dubitabit aliquis an iuramenta facta per illa tenere assererentur a Pharisęis. Dicendum, q̄ sic, & pater primo, q̄ sic, quia vna cōparatio fuit de templo, & auro templi, sed vocatur ibi aurum templi pecunia quęlibet oblata sacerdotibus, vt exponit Hierony. & pater supra. Et tamen per aurum templi dicitur valere iuramētum, ergo per dona, quę non offerebantur super altare, tenebat iuramentum. Secūdo patet, quia ratio est eadem. Nam Pharisęi, quia cupidi erant dicebant tenere iuramentum per dona oblata, quę cedebant in vtilitatem eorum, & nō per templum, & altare, quę cedebant principaliter in honorem Dei, vt dicit Chryso. super Matthæ. Et tamē tam dona oblata super altare, quam foris cedebant ad vtilitatē sacerdotum in totum, vel in partem. Ergo et per quęcunq; alia in templo oblata dona dicent tenere iuramentum. Sed dicendum, q̄ dicitur specialiter de donis, quę offeruntur super altare, eo q̄ erat regularius offerri dona super altare, quam alibi, cum altare holocaustorum non esset, nisi ad offerendum, & cremandum ibi dona oblata, siue sacrificiorum, siue libamentorum.

Quomodo Christus videtur hic approbare iuramentum factum per templum & altare valere cum supra istud reprobauerit. Quęst. CXVI.

QUAERITVR quomodo Christus videtur hic approbare iuramentum factum per templum, & altare, cum supra 5. c. videatur istud reprobare, dicens, non esse iurandum per cęlum, neque per terrā, neque per aliquam creaturam. Dicendum, q̄ verū est, q̄ hic Christus pręsupponit tenere iuramentū factū per creaturas. Nam increpat Pharisęos, quia dicebant non tenere iuramentū factum per templū, & per al-

tere, & tñ si iuramentū factum per creaturas non teneret, nō valeret iuramentum factū per templum, & altare. Secūdo apparet, quia Pharisęi simul asserēbāt non tenere iuramentum per templum, & tñ tenere per aurum templi, sed si non teneret per creaturam, nō a teneret per aurum templi, & hoc Christus nō negat, ergo concedit, q̄ illud iuramentum tenet. Tertio patet, quia Christus expresse ponit, q̄ valeat iuramentū factum per templum, & per cęlum, dicens, q̄ qui iuratur per templum iurat simul per eum, qui habitat in templo, id est per Deum, & qui per cęlum iurat, iurat per Deum, qui sedet in cęlo, sicut in throno, sed per Deum tenet iuramentum, ergo & per templum, & per cęlum.

An liceat iurare per creaturam, & an iuramentum factum per eam teneat. Quęst. CXVII.

CVM autem quęritur de iuramento factio per creaturam quęstio est duplex, scilicet, an liceat iurare per creaturam, & an iuramentū factum per eam teneat. De primo dicendum, q̄ iurare actus quidam latrę est, cum exhibeamus honorem summum rei illi, per quam iuramus, ita vt ppter reuerentiā nominis eius non liceat violare, quod iuramus, vnde nunquam hō iurat, nisi per id, quod summum est, & maius. Sic dicitur ad Hebrę. 6. c. Homines per maiorem suum iurant: sed latrę honorē Deo impendere soli debemus, q̄ regi seculorū soli Deo honor, & gloria. 1. Timo. 1. Creaturę autem non sunt dignę hac veneratione, ideo per nullam creaturam, vt huiusmodi est, licet iurare, sed per solum Deum.

Sed dicendum, q̄ creatura potest dupliciter accipi. Vno modo pro esse creaturę, quod habet. Alio modo pro esse, quod Deus habet in creatura inquantū in ea representatur, quia in ea est per quendā modū. Quantum ad primum non licet iurare per aliq̄ creaturam, immo esset quasi vitium idolatrę per creaturā iurare, quia attribuitur ei honor diuinus. Quantum ad secundū modum licitum est iurare per creaturam, quia iurare per illā non est iurare, nisi per Deum. Quia referimus eam in Deum. Sic patet ex intentione Christi. Nam dicit in lra, q̄ qui iurat per templum iurat per eum, q̄ habitat in templo, & tñ Deus est, qui habitat in templo. Etia dicit, q̄ qui iurat in throno Dei, qui est cęlum, iurat per Deum, qui sedet in throno q. d. q̄ ex hac ratione licitū est iuramentū. Secūdo erat, an obliget iuramentū factū per creaturā. Dicendum, q̄ obligat, quia iuramentū factū per Deū est iuramentū obligans, sed iurare per creaturas est iurare per Deum, vt dictū est, ergo obligat iuramentum factum per creaturas. Secūdo patet, quia Christus arguit hic Pharisęos, quia asserēbant non valere iuramentum factum per templum, & altare. Qui iurat per templum nihil est. i. non obligat, & tñ non argueret eos si verum esset, q̄ iurans per creaturam non teneatur, ergo tenet iuramentum factum per creaturas. De his magis declaratum est supra 5. c. q. 264. vbi ostensum est, q̄ licet iurare per creaturam, & quęstio. 265. ostensum est, q̄ iuramentum per creaturam obliget, & non solum si iureret per creaturas sacras, sicut per templum, & altare, sed et si iureret per creaturas execrables, vt si per dāmones, vel idola. Nā tenebit iuramentum supra 5. c. q. 266. & 267. Sed manet tunc obiectio, quia supra 5. capitulo, Christus dixit non iurare per cęlum, neque terram, neque vllam creaturam.

Aliqui dicunt, q̄ verum est, q̄ iuramenta facere per creaturas non licet, & tamen facta tenent, & ita concordant illam literam cum ista, q̄ ibi ostendatur non licere iurare, & ideo prohibet. Hic aut ostenditur, q̄ si facta

Per creaturam quid intelligendum.

Iuramentum totū duo gene. a.

Infirmum in caput nūq̄ licitū est.

Terra facta bellū pedū Dei.

facta fuerunt tenent: sicut manifestum est, quod non est licitum iurare per idola, vel dēmones, & tamen si fiat iuramentum tenet.

Sed dicendū, quod non stat: primo quia ostensum est pced. quęst. q̄ tenet, & licitum est iuramentum per creaturas. Secūdo quia licitū est iurare per Deū, & tamen iurare per creaturam est iurare per Deum pced. quęst. & hic in litera, s. qui iurat per cęlum iurat per Deum, qui sedet in cęlo: ergo licitum est iurare per creaturam. Tertio patet, quia Ecclesia hūc modum iurandi tradidit, s. per sacra euangelia manu tacta, & per crucem, & reliquias, & sepulchra sanctorū, & alia multa, ergo iudicat licitum esse iurare per creaturam.

Aliter ergo dicendum, s. quod Christus ibi non ostendit non valere iuramenta facta per creaturas, neque illicita esse, sed solum vetuit iuramēta fieri, quia interdum est illicitum. Pro quo sciendum, quod sunt quedam iuramēta necessaria vt pote quę in iudicio, vel extra iudicium exiguntur ab eo, qui potest. Alia vero sunt sponte facta nullo exigente. Primo modo iuramentum est licitum & tenet siue fiat per Deum, siue per creaturam, dum tamen non obseruetur ibi aliquid superfluum. Si autem sunt spontanea, id est nullo exigente possunt esse necessaria, vel vtilia, vt quia nobis non creditur sine illis, & tñ idem est, quod de iuramento quod exigitur a nobis.

Alia sunt iuramenta spontanea, neque necessaria, neque vtilia, & vocamus ea incauta, id est sine vlla ratione facta, & talia sunt illicita: eo quod cōtemnitur ibi nomen Domini illud inuocādo sine causa. Sic dicitur Exo. 20. c. & Deuter. 5. s. non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Et sic non vetuit simpliciter assumi nomen Domini, sed solum in vanum. In iuramentis autem licitis, id est necessarijs, aut vtilibus assumitur nomen Domini, & nō in vanum, ideo est licitum: in iuramentis vero incautis assumitur in vanum, ideo est illicitum, & talia vetanda sunt. Hic autem Christus locutus est de iuramentis necessarijs, aut vtilibus, & illa siue sint facta per Deum, siue per creaturas licita sunt & tenent, & ideo omnia ista iuramenta approbat hic, & increpat eos, qui dicunt non tenere, sed supra 5. cap. non dicitur, nisi de iuramento incauto, & illud nunquam est licitum, neque per Deū, neque per creaturam. Et iste est verus sensus.

Primo patet, quia manifestum est, quod licitū est iurare per Deum, & tenet iuramentum per eum, sed supra 5. c. vetatur etiam iuramentū factum per Deum cum dicitur nō iurare omnino, id est nullo modo, & iterum. Sit verbum vel sermo vester est est, non non, id est non debetis addere aliquid quod ad iuramentū pertineat, sed simpliciter asserere vel negare. Secūdo, quia Christus hic expresse approbat iuramentum factum per cęlum, quia est thronus Dei, & tñ ex eadē causa dixit supra 5. c. non esse iurandum per cęlum, quia sedes Dei est. Tertio quia sicut hic dicitur, q̄ licitum est iurare per templum, quia iuratur per Deū, q̄ habitat in eo, & tamen ex eadem causa dicitur, q̄ nō licebat iurare per Ierosolymā, quia ciuitas regis magni est, id est Dei, s. quia in ea habitat, & non iurandū esse per terram, quia scabellum pedum Dei est. Sed idem non potest esse principium oppositorum, s. iurandi, & non iurandi: ideo necesse est q̄ intelligatur vnum de iuramento licito aliud de incauto. Nam sicut in iuramento licito dignitas, vel sanctitas rei est causa, vt magis videatur valere iuramētum eo, quod expressius manifestatur Deus iure illa, ita eadem est causa, vt incautum iuramentū non fiat inuocatis talibus rebus, quod quāto sanctiores fuerint, & expressius Deum representantes, tanto est maior cōtēptus

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

& peccatum iurare incautē, & inaniter per talia. Debet autem intelligi, quod in verbis illis supra 5. c. vetatur solum iuramēta incauta. Quod patet. Nam supra dixerat de antiquis, quibus erat doctrina non periurare, & reddere Domino iuramenta sua, id est circa iuramentum non putabant se obligatos ad aliud, nisi quod non committerent perurium, & quęcunq; iuramenta facerent, implerēt. Quod autem incautē iurent, vel irreuerenter, dum tamen iuramentum seruarent, putabant se non teneri ad peccatum. Christus autem dixit, q̄ sicut cauendum erat perurium, ita & incautum iuramentum, ad quod faciendum oportebat abstinere ab omni iuramento, s. incauto, vnde ait, non iurare omnino, id est nullo modo. In iuramento autem incauto non videtur esse aliud malum, nisi quia sine honore, & reuerentia assumitur nomen illius rei, per quam iuratur: & ideo putabant Iudæi q̄ in solius Dei iuratione incauta esset peccatum, quia vetitum erat assumi nomen Domini in vanum: Exo. 20. & Deuter. 5. de alijs autem rebus non erat hoc dictum, ideo putabant, quod accipiendo nomina carū irreuerenter, non erat peccatum, & consequenter iurando incautē per ea nō esset peccatum: Christus vero dixit, quod per quęcunq; rem peccaretur iurando incautē. Vnde ait nō per cęlum & c. Et ista est causa, quare non expressit ibi Christus de iuramento factio per Deum, s. quia sciebant Iudæi, vel statim scire poterant hoc esse peccatum, sed de alijs rebus nō. Et cum ait: Neque per cęlum, quia thronus Dei est, q. d. licet iurando per cęlum, non inuocemus expresse Deum, tamen si incautē iuramus per cęlum, contemnitur Deus, quia cęlum representat Deum, in quantum thronus eius est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est, id est etiam incautē iurando per terram contemnitur Deus, quia terra est pertinēs ad Deum, cum sit scabellum pedum eius. Et eadem ratione, neque per Ierosolymam, quia ciuitas regis magni est, id est Dei, & illum nimis representat, & contemnitur Deus iurando per eam incautē, & generaliter per quęcunq; creaturam, quę Deum representet, est illicitum iurare incaute. Si autē esset aliqua creatura, quę non pertineret ad Deum per viam representationis, iurare per illam incaute non esset peccatum, quia ibi non sumeretur nomen Dei in vanum, & tamen nulla talis est, ideo non licet iurare per aliquā creaturam. Diceret tñ aliquis, q̄ si quis per seipsum, vel per partes sui corporis iurat incautē, & irreuerenter nulli facit iniuriam, nisi sibi ipsi cum nō potest iniustum facere. 5. Ethico. & ita non peccabit Deum. Christus rñdet, q̄ peccat etiam sic iurando, quia licet partes corporis nostri videantur ad nos pertinere, tñ magis pertinent ad Deum quam ad nos, immo non pertinent ad nos, quia non habemus potestātē, neq; super minimam re, quę in nobis sit. Vnde ait: Non iurabis per caput tuum, quia non potes facere vnum capillum nigrum vel album, q. d. si caput tuum, vel saltem vnus capillus esset in tua potestate posses p illū, tanq̄ per rem tuam incaute iurare, & nulli pręiudiceres, nunc vero non solum caput tuum non est in tua potestate, sed etiam neq; capillus vnus, qui est minima res, quod probat, quia non potes facere vnum capillum nigrum aut album, sed talis est, qualē natura Dei ministra produxit. Ergo caput tuū, & capilli tui Dei sunt, & non tui: ideo iurando incautē per hac Deopreiuocas, & alio modo, quo nomē eius in vanū sumis, q̄ potestātē eius, q̄ est in capillis tuis incautē iurando contemnis. Et ita per creaturas licitum est iuramentū & obligat, quando est de necessarijs, aut vtilibus, quando vero est de incautis, semper est illicitū, siue per Deum, siue per creaturam quęcunq; fiat.

Cc Quare

Ierosolyma ciuitas est regis magni, id est Dei.

Quare Christus dixit qui iurat in altari iurat in eo, & in omnibus, quæ sunt super illud. Quæst. CXVIII.

QVAERETUR, quare Christus dixit, qui iurat in altari iurat in eo, & in omnibus, quæ sunt super illud sunt. Dicendum quod Christus superaddit hic aliam rationem ad confirmationem positionis suæ. Nam dixerat quod iuramentum factum per templum, & altare obligat: Pharisei autem dicebant, quod factum per altare non tenebat, sed bene per donum, quod est in altari, quam positionem Christus confirmauerat, dicens, quod dignius est altare quam donum. Hic verò addit aliam rationem, & procedit sic. Iuramentum tenet per donum, quod est in altari, ergo tenet per altare: immo à fortiori, quia qui iurat per donum, iurat per solum donum, qui vero per altare, iurat quoque per omnia, quæ in eo sunt, scilicet per dona, quæ in eo ponuntur, ideo si per dona tenet iuramentum, valebit quoque per altare. Et addidit istam probationem Christus, quia licet præcedens esset sufficiens, fortè Pharisei ex infania negarent veritatem, dicentes: sanctius esse aurum templi quam templum & donum, quod est in altari quam altare, & tunc non procederet probatio Christi. Addidit ergo istam secundam probationem, quæ iam negare non possent. Sic dicit Glo. Et ne forte in tantam infaniam prorumperent, ut dicerent aurum sanctius esse templo, & donum altari, eos alia ratione conuincit, quia videlicet in iuramento, quod fit per templum, & altare continetur iuramentum, quod fit per aurum, vel per donum.

Ad quid dixit Iesus, qui iurat in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso. Quæst. CXIX.

QVAERETUR ad quid dixit Iesus, qui iurat in templo iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso. Dicendum quod dupliciter debet intelligi ista litera. Vno modo per subintellectionem præcedentis rationis. Secundo per additionem nouæ. Nam sicut confirmauerat iuramentum factum per altare tenere addens super primam rationem, quæ erat de sanctitate altaris & doni, aliam rationem de inclusione vnius iuramenti in alio, ita & circa iuramentum factum per templum addit aliam rationem supra positam. Primam, quæ erat, quod sanctius erat templum quam aurum templi, & hic ponitur secunda ratio, & debet legi per subintellectionem præcedentis rationis. scilicet sicut qui iurat per altare iurat per omnia, quæ sunt super ipsum, ita qui iurat per templum iurat per ea, quæ in eo sunt, scilicet per aurum & argentum, & altare, & omnia vasa in eo contenta, & per arcam, & cherubin, & sancta sanctorum, & tunc si tenet iuramentum factum per aurum templi, à fortiori tenebit iuramentum factum per templum, quia includitur vnum iuramentum in altero. Et ista est secunda ratio. Tertia ratio est expressa. scilicet qui iurat per templum iurat per illum, qui habitat in templo, sicut qui iurat per omnia, quæ continentur in altari. Deus autem est, qui habitat in templo. Reg. 8. & 2. Paralip. 2. ca. ergo iurando per templum iurat per Deum, sed qui iurat per Deum obligatur: ergo iurans per templum obligatur.

Quare Christus dixit qui iurat in celo iurat in throno Dei, Quæst. CXX.

QVAERETUR quare Christus dixit, qui iurat in celo iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super ipsum. Aliqui dicunt, quod dixit hoc ad increpandum Iudeos, qui frequentabant iuramentum per cælum.

Sic dicit Origenes super Matth. Similiter quoniam Iudei consuetudinem habebant per cælum iurare ad reprehensionem eorum subdit, scilicet qui iurat in celo &c.

Dicendum autem, quod verum est, quod Iudei frequentabant istud iuramentum, quod colligitur, quia supra 5. ca. vbi Christus veruit iurare primum, quod posuit, fuit de celo, scilicet non iurare omnino, neque per cælum, quia sedes Dei est &c. Et ideo videtur posuisse illos modos expressos iurandi ibi, quia magis illis vtebantur Iudei quam alii, & cum inter illos modos ponatur primus modus de celo videtur, quod ille modus iurandi erat maxime frequentatus.

Cum autem dicitur, quod ad reprehensionem Iudeorum ponitur hic. Dicendum quod non est verum, quia Christus ostendit hic, quod iuramentum factum per cælum teneat, quia fit per Deum, ergo non introducit, ut redargutio Iudeorum, qui frequentant iurabant, sed ut redargutio Phariseorum, qui dicebant iuramenta facta per cælum, & similes creaturas non tenere.

Mortuum autem eorum, qui hoc dicunt est, quia supra 5. cap. ponitur de iuramento facto per cælum, & prohibetur illud, ideo putauerunt, quod etiam hic exilientes iuramentum istud arguatur. Sed non est verum, quia, ut dictum est supra, hic ostendit Christus, quæ iuramenta teneant, & quo modo iuramenta facta per creaturas istas, id est templum, altare, cælum, & huiusmodi obligent: & ideo neminem increpat nisi eos, qui asserunt non tenere iuramenta, sicut faciebant Pharisei, sed supra 5. cap. verat iuramentum incautum secundum omnes modos suos, ideo arguit omnes, qui talia iuramenta frequentant, & ideo qui dicunt hic argui iurantes decipiuntur ex quadam similitudine verborum, quæ ponuntur hic, & sup. 5. c.

Ad quid Christus introduxit hic de iuramento facto per cælum, cum de hoc supra non dixisset. Quæst. CXXI.

SEDE quæretur ad quid introduxit hic Christus de iuramento facto per cælum, cum de hoc supra non dixisset, sicut de iuramento per altare & templum.

Dici potest vno modo, quod ponitur solum ad probationem, & expositionem præcedentium. Nam dictum fuerat, quod qui iurat in templo iurat in ipso templo, & in eo qui habitat in ipso. Dat autem hic modum loquendi similem, quia dicimus, quod iurans per cælum, iurat per ipsum & per Deum, qui est in celo.

Secundo modo potest dici, & melius, quod posuit istud Christus ex intentione ad tollendum errorem Phariseorum, quia sicut ipsi dicebant, quod iuramentum factum per templum non tenebat, neque per altare, ita neque iuramentum factum per cælum. Hoc autem falsum erat, ideo dixit, quod tenebat. Et probat, quia qui iurat per cælum non iurat solum per illud sed etiam per Deum, qui sedet super ipsum, quia sedes Dei est, sed iuramentum factum per Deum tenet, ergo etiam iuramentum factum per cælum obligat.

Tertio potest hoc multum conuenienter accipi ad ostendendum causam quare teneant iuramenta facta per creaturas. Nam de altari & templo dictum est, & ostensa est causa, quare valeat iuramentum per illa factum, scilicet, quia Deus representatur in illis. & de istis non erat tanta ratio dubitandi, quia sunt res multum sacræ, & multum Deo applicitæ, & tamen de alijs rebus dubitaretur, ideo ostendit per iuramentum factum per cælum, quod etiam iuramentum factum per creaturas teneat. Nam ideo tenet iuramentum factum per cælum, quia iurando per illud iurat per Deum, qui

qui in eo habitat, sed eadē ratione potest dici de omnibus alijs creaturis, sicut Christus docuit supra 5. ca. vbi ostendit, quod non liceat iurare incaute per aliquam creaturam quasi per hoc Deus offendatur, & ait, non per cælum, quia thronus Dei est, non per Ierusalem, quia ciuitas magni regis est, & non per caput nostrum, quia non possumus capillum illius nigrum, aut albi facere, sed minus possumus in alijs rebus, quæ à nobis alienæ sunt quam in capite nostro, ergo minus licet iurare incaute per alia: sed hoc fit propter Deum, quia ei irrogatur quidam contemptus: & è contrario significat Christus hic tenere iuramentum per cælum, quia debite iurando redditur ei honor iurando per cælum: ergo pari ratione in omnibus alijs creaturis iuramentum factum tenebit, quia iurando per illas, iuratur per Deum, qui in eis est, & sic fuit positum istud exemplum ad facitè dandum regulam, quod iuramentum factum per creaturas obliget contra id, quod dicebant Pharisei. scilicet quod qui iurabat per templum nihil est, non obligatur ad aliquid. Cum de obligatione iuramenti hic Christus tetigerit, poterant dici multa de iuramento, sed quia supra 5. ca. multa dicta sunt, scilicet à quæst. 250. vsque ad quæst. 317. nihil hic dicendum est.

LUC. 11. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Væ vobis. Ostendit hic Christus qualiter Pharisei corrumpebant veritatem iustitiæ per hypocritism, vel simulationem magnæ iustitiæ, scilicet, quod in rebus minimis seruabant iustitiam, in magnis autem non, sed dissimulabant. Et ait. Væ vobis. Maledictio est, quoniam pro hac prauaricatione iustitiæ poenam gehennæ merebantur. Hypocritæ. Per hypocritism, id est simulationem peccabant simulantes se iustos, cum non essent. Qui decimatis mentham. Herba est mentha, de qua Pharisei decimas dabant. Et anethum. Herba est quæ grana habet boni saporis. Et cyminum. Etiam grana habet, quæ desiccata ad vsum condimentorum accipiuntur. Et reliquistis quæ grauiora sunt legis. Id est solueret decimas de his, id est de rebus leuissimis totius legis, & vos facitis hæc, quæ leuia sunt, & alia, quæ sunt grauiora, id est maxima in lege non seruatis. Iudicium, & misericordiam, & fidem. Tangit magna, quæ lex imperat. Nam lex dirigit hominem in his, quæ sunt circa Deum, & circa proximum. Circa Deum habet se homo per fidem, ut hunc honorem ei exhibeamus, quod in eum fidem habeamus, quæ in nullo alio habenda est. Iudicium & misericordia ad proximum sunt: iudicium quidem circa ea, quæ habent rationem debiti, misericordia vero circa ea, quæ habent rationem doni, & gratis impensæ. Et hæc oportuit facere. scilicet misericordiam iudicium & fidem, quæ maiora sunt, & ideo est magna necessitas circa ea. Et illa non omittere. Scilicet decimate anethum, cyminum, & mentham. Non dixit, quod faciendæ erant ea, quæ omittēbant, & omittēnda ea, quæ faciebant, sed quod vtraque faciendæ: sed maiora ex maiori necessitate, minora vero ex minori, vel non tanto affectu in illa tendendum est. Duces cæci. Increpat eos vocando duces cæcos, id est magisteros ignorantes. Excolantes culicem. Id est extra eolum Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

mittentes. Culex musca parua est, quæ ab aculeo dicitur culex, quoniam perfodit, & perforat, & sanguinem excutit longo aculeo. Camelum autem glutientes. Id est deuorantes, quasi dicat culicem, qui parua est deglutire non vultis ne noceat gutturi: & camelum, qui est magnum animal deuoratis nullam offensam inde sequi putantes. Et est sensus, quod parua peccata fugitis quasi sint magna, & iustificatos vos in hoc ostenditis, maxima autem peccata dissimulatis, quasi non sint peccata.

Ad quid Christus introduxit hæc, & quid voluit per hæc significare. Quæst. CXXII.

QVAERETUR ad quid Christus introduxit hæc, & quid voluit per hæc significare. Dicendum quod increpat Phariseos de hypocritism, per quam corrumpebant veritatem iustitiæ, vel doctrinæ secundum alium sensum. Et est sensus, quod simulabant se iustos facientes paruas iustitias, & cauentes à paruis peccatis, & committentes magna. Nam cum quis à paruis peccatis declinat, signum est magnæ conscientiæ, & est argumentum quod à maioribus potius abstineret, & sic de se signum tribuit sanctitatis, qui à paruis peccatis declinat. Hoc autem non faciebant Pharisei, ut per hoc non offenderent Deum, sed ut per hoc sancti iudicarentur, & sub hoc velamine possent grauiora peccata committere, quæ tunc ab alijs non iudicarentur peccata cum ab eis fieri tenerent, qui etiam minima peccata declinabant, & hoc erat, siue ipsi sic facerent, siue alijs sic facere deberi dicerent in eis, quæ ipsorum luera augebant. De hoc dicit Chrysof. super Matth. Supra dominus dixerat, quod alligabant onera grauiora, & alijs imponebant, quæ neque ipsi tangere volebant, hic autem iustus ostendit, quod in paruis quærentes diligentiam magna contemnebant.

Quomodo procedit ista redargutio Christi contra Phariseos. Quæst. CXXIII.

QVAERETUR, quomodo procedit ista redargutio Christi contra Phariseos, scilicet quod decimabant anethum, mentham, & cyminum & relinquebant grauiora legis.

Dicendum quod mentha, anethum, cyminum, erant herbae parui valoris, quas decimabant Pharisei, sed ea, quæ erant grauiora in lege omittēbant. In decimis enim nihil erat leuius, & minoris valoris quam mentham, cyminum, & anethum decimare. Nam magne decimæ erant de frugibus, vino, & oleo, & pecoribus. Quod autem decimarent mentham, & anethum, erat signum, quod circa minima erant diligentes, curare autem circa minima, & omittere ea, quæ erant grauiora in lege, erat vituperabile, quoniam videbatur ex hypocritism fieri: si enim vere fieret, necesse erat, quod qui à leuibus peccatis caueret, à grauioribus magis sollicitè caueret.

De decimatione autem menthæ, & anethi, dicitur quod potest intelligi vno modo, quod decimabant, id est decimas dabant de istis rebus paruis. Et tunc est dicendum, quod isti Scribæ, & Pharisei laici erant. Nam si essent sacerdotes, aut Leuitæ non offerrent decimas, sed acciperent, sed isti offerebant. Hi ergo erant laici, quia Pharisei & Scribæ, tam de laicis, quam sacerdotibus quam Leuitis erant, & isti quia essent de laicis, darent decimas. Sic dicit Chrysof. super Matth. Sed quia Scribarum, & Phariseorum, ad quos loquebatur, quidam erant populares, non est incongruum, ut aliam expositionem faciamus propter eos, qui decimas dabant.

dabant. Nam qui accipit decimas, rectè decimare dicitur, & qui dat: Scribæ quidem & Pharisei minimarum rerum decimas offerebant, ostendendæ religionis gratia, in iudicijs autem erant iniusti, in fratribus sine misericordia, in veritate increduli.

Secundo potest accipi, quod isti Pharisei decimabant, id est decimas solui cogebant sibi à populo et de rebus leuibus, & tamen ipsi non obseruabant ea; quæ maxima erant in lege. Sic dicit Hieron. super Matt. Pharisei hoc vnum habebant studij, vt quæ iussa erant cõportarentur: cetera autem, quæ erant maiora parumpendebant. Ex hoc enim loco arguit eos auaritiæ, quod studiosè vilium oleum decimas exigant, & iudicijs in disceptatione negotiorum prætermittant. Et tunc incidit iste sensus cum illo, quem posuit supra, scilicet quod aligabam onera importabilia humeris hominum, & ipsi non tangebant ea digito suo. Sic hic cogebant Pharisei laicos ad omnia vsque ad ea, quæ erant minimæ obligationis: ipsi vero neque ea, quæ maioris obligationis erant faciebant.

Tertio potest accipi, quod vtrunque accipiatur circa laicos, scilicet quod Pharisei docebant sollicitè populum decimandum esse diligenter, quantum ad omnia etiam vsque ad mentham & anethum, & si non decimarèt cogebant eos ad hoc. Circa ea tamen, quæ grauiora erant, vt iudicium, & fides, & misericordia, vel nõ docebant eos, vel quod verius est, licet docerent eos, tamen si contra agerent non curabant eos arguere, dñi tamen decimas soluerent. Sic dicit Chryso. Sacerdotes auaritia pleni, si quis decimam alicuius rei, vel minimem non absoluisset, corripiebāt eum, quasi magnū crimen fecisset. si quis autem alterum legebat, aut in Deum peccabat, non curabant eum corripere. De lucro quidem suo solliciti: de gloria autem Dei, & saluto hominum negligentes. Seruare enim iustitiam, & facere misericordiam, & habere fidem propter suam gloriam Deus mandauerat, decimas autem offerre propter vtilitatem sacerdotum, vt sacerdotes quidē populo in spiritualibus obsequantur, populi autem sacerdotibus in carnalibus subministrarent. Et isti duo sensus vltimi sunt conuenientes, & hoc vt non accipiatur decimatis, id est decimas soluitis, sed ad soluedum cogitis, vel cogendum esse docetis.

Quomodo stat sermo Luc. & Matth. in hoc passu, quia variis videtur. Quæst. CXXIIII.

Sed quæretur quomodo stat, quia Luc. II. c. ponitur decimatis mentham, & rutam, & hic non ponitur ruta. Aliqui dicunt, quod ruta sit idem cum aliquo de hic nominatis.

Sed dicendum, quod non stat, quia hic ponitur mentha, anethum, & cyminum, & Luc. posuit etiam mentham, ideo oportet rutam esse anethum, vel cyminum, sed falsum est, quia multum differunt. Dicendum ergo, quod ruta est aliquid, quod nõ posuit hic Matt. & posuit illud Luc. & est intelligendum, quod Christus non solum de his, sed etiam de multis alijs dixit, & non curauit Euangelista aliquis omnia exprimere, quia sufficiebat de quibusdam dici, per quæ alia intelligerentur, & ita neque Lucas omnia expressit, neque Matth. omnia, sed quædam Matt. quæ non dixit Lucas, scilicet anethum, & cyminum, & quædam Lucas, quæ non Matt. scilicet rutam.

Item apparet hoc, quia non solum de his dixit Christus, sed etiam de omnibus oleribus. Nam sic dicit Lucas, scilicet decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & tamen Matt. de illo non expressit, & sic neuter dixit in hoc totum, quod Christus dixerat, quia vnum non poterat per alterum intelligi.

Quid est aliqua esse legis grauiora. Quæst. CXXV.

Quæretur quomodo Christus dixit relinquitis quæ grauiora sunt legis, & quod est aliqua grauiora esse legis. Dicendum quod aliquid esse grauius altero in lege potest accipi multipliciter. Vno modo grauius, id est maioris culpæ si prætereatur contemnendo, vel directe contra agendo: & tunc manifestum est, quod quædam sunt alijs grauiora. Nam peccata non sunt æqualia, sed quædam grauiora alijs, sed illa sunt per omissionem, vel transgressionem alicuius præcepti, ergo grauiora sunt quædam præcepta legis alijs. Secundo modo vocatur grauius, id est dignius, & verum est, quod quædam sunt alijs grauiora, quia non sunt omnia æqualis dignitatis, quia nõ sunt de æqualibus rebus, & tunc illa, quæ sunt de maioribus, & melioribus rebus vocantur grauiora. Tertio modo vocatur grauiora, id est maioris obligationis, & ita vocantur quædam alijs grauiora, si quædam obligarēt in omni casu, alia vero non, sed essent in aliquo casu nullius obligationis, vel si agendo quædam incidere in peccatum mortale, & obligationem mortis eterne, & agendo contra alia non incidere in peccatum, vel saltē non in mortale, sed in veniale. Et hoc tertio modo dicendum, quod non sunt aliqua præcepta grauiora alijs, quia cuiuslibet eorū transgressio vel ommissio causat peccatū mortale, & obligat quodlibet illorum ad penam eternam. Etiam nunquā obseruatio vnius tollit alterius obseruationem, quia tunc vnū esset directe maioris obligationis quod aliud. Et hoc patet, quia Christus dixit: Oportet hæc facere, & illa non ommittere. & ita simul oia obseruanda sunt per quod non comparant in hoc, quod vnum sit maioris necessitatis, vel obligationis quod aliud. Est tñ verum, quod si posset accidere, quod obseruatio vnius tolleret obligationem: vnum esset maioris obligationis quod aliud, & hoc fieret si in aliquo casu staret, quod non posset ambo obseruari, quia tunc manifestū est, quod alterū, id est quod præcipiū erat, obseruandum erat, & tñ non potest hoc accidere, ex eo quia mandata Dei nunquā inter se repugnant, nõ debent proprie quædam vocari grauiora in primo modo, id est quod cõceptus, ommissio, vel transgressio peccatū est maius.

Quæ sunt ista tria, quæ prætermittentur Pharisei. Quæst. CXXVI.

Quæretur quæ sunt ista tria, quæ prætermittentur Pharisei, scilicet misericordia, iudiciū, & fides. Dicendum quod lex est quædam directiua regula in actionibus humanis, scilicet quod humanæ sunt, id est quantum cadunt sub voluntario, & principium earum est intellectus, & voluntas. Ethic. c. i. actio autem humana est circa aliquid sicut circa Deum, aut circa proximum, neque potest medium dari. Nam ille actiones, quæ intra nos sunt, & scilicet quas nulli cõicere videmur, sunt ad Deum, id est, quia in illis seruanda est reuerentia propter Deum, ita nunc Christus posuit hic aliquid de his, quæ sunt circa Deum, & aliquid circa proximum. Sic dicit Chryso. super Matt. si quis decimam alicuius rei, vel minimæ non soluisset, corripiebāt eum, quasi magnū crimen fecisset. Si quis autem alterū legebat, aut in Deum peccabat non curabant, & ita per ista tria signauit ea, scilicet quod homo se habet ad Deum, & proximum, sed duo pertinent ad proximum, scilicet misericordia, & iudiciū. Et cetera est, quia cõicat homo dupliciter proximo. Vno modo in eis, quæ hnt rōnem debiti. Alio modo in eis, quæ sunt gratuita, & hnt rōnem doni. Quantum ad primū est iudiciū, scilicet quod quod cõicamus qualiter debiti est, & tenemur ex necessitate legis. Quantum ad secundū est misericordia scilicet quod liberaliter proximo donamus id, quod non tenemur.

Sed

Sed est dicendum, quod iudiciū actus iustitiæ est, & ideo ad quemcunq; pertinet iustitia, pertinet iudiciū: pertinet autem iustitia ad quemlibet hominē, in quantum iuste ad alterum conuersatur, & ideo tñ iudiciū exercet, in quantum ex inclinatione habitus iustitiæ dat vnicuique quod suum est. Pertinet et iustitia ad iudicem specialiter, id est non solum in quantum in se iustus est, vt homo, sed vt in quantum habet potestatem legis distribuit singulis præmia, aut pœnas iuxta conditionem legum, & tunc iudiciū specialiter ad iudicem pertinet, prout singulis iura reddit. Et hoc modo magis solet accipi iudiciū, cū iudiciū videatur sonare in iurisdictionem, fides autem est quantum ad Deum, quia hoc ei tenemur, vt propter reuerentiam suam credamus sibi in omnibus, & de eo, quæ digna sunt credamus, & confiteamur.

De hoc dicit Hieron. super Matth. ex hoc loco arguit eos auaritiæ, quia studiosè etiam vilium oleum decimas exigant, & iudiciū in disceptatione negotiorum minimamque in pauperes, & fidem in Deum, quæ magna sunt prætermittant, & accipit ibi iudiciū prout ad iudicem pertinet. Sic enim accipit Chryso. super Matth. scilicet Scribæ, & Pharisei minimarum quidem rerum decimas offerebant ostendendæ religionis gratia, in iudicijs autem erant iniusti, in fratribus sine misericordia, in veritate increduli.

Quomodo est verum, quod ista sunt grauiora legis, scilicet misericordia, iudiciū, & fides. Quæst. CXXVII.

Quæretur, quomodo est verum, quod ista sunt grauiora legis, id est misericordia, & iudiciū, & fides.

Dicendum, quod tota lex dirigit hominem in operationibus suis, & quia operatio hominis non est, nisi ad Deum, vel ad hominem, dirigit lex ad hæc duo: multa autem sunt, quæ ad Deum dirigunt, scilicet tã præcepta moralia quam ceremonialia. De moralibus sunt tria, prima quæ ad Deum dirigunt, id est non habere Deos alienos, & non timere nomen Domini in vanum, & colere sabbatha. Ceremonialia autem sunt omnia, quæ pertinent ad modum colendi Deum, sicut est quantum ad omnia sacrificia oblationes, & purificationes ab immundis legaliter propter Deum.

Hoc supposito dicendum, quod fides est grauior, id est maior omnibus, quæ pertinent ad Deum. Nam ipsa est principium spiritualis edificij, quoniam sine ea impossibile est placere Deo. Ad Hebr. II. capitulo. Etiam quia ablata fide nihil boni manet, ablatis autem alijs bonis spiritualibus, adhuc aliquid manet: vnde qui incidit in quodcunq; peccatum retenta fide ex seipso adhuc est sanabilis: qui vero fidem perdit, non est ex seipso sanabilis, quia non habet per quid reducat in bonum, & ideo de fide dicitur Ioann. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, id est iam certus est de damnatione, quod non dicitur de alijs peccatis. Item quia in peccante ista sola manet. Nam quando quis peccat perdit omnium virtutem gratuitam cum gratia, & charitate, & ob hoc in conuersione ad Deum dicimus fieri iustificationem generalem, quia non redit sola charitas, & gratia, sed & omnes habitus gratuiti, fides autem manet in peccante, licet in formis, & tamen idem habitus numero est cum fide formata, ideo ipsa est fundamentum, & maxima virtutum. Item quia videtur maximum peccatū esse, quod opponitur fidei, scilicet infidelitas, vel hæresis: sed ideo dicitur grauius aliquod mandatum alio, scilicet, quia grauius peccatum est agere contra illud, quam contra aliud, sed ita est de infidelitate & hæresi, quæ opponuntur fidei, ergo mandatum de fide esse videt maior.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Simam. Sed obiicitur, quod non sit fides maximum de eis quæ pertinent ad Deum, neque peccatum ei oppositum grauius alijs peccatis. Nã habere Deos alienos, id est idolatria videtur esse grauiusimum omnium peccatorum, & ideo deterius quam hæresis vel infidelitas. Secundo, quia charitas est de pertinentibus ad Deum, & tamen est maior quam fides. I. Corin. 13. f. maneat in vobis, spes, fides, charitas, tria hæc: maior horum charitas.

Dici potest vno modo, quod verè charitas sit maior quæ fides, & tamen vocatur fides maior omnium ratione fundamenti, ipsa quippe est principium charitatis, quoniam sine fide impossibile est existere charitatem, & tamen potest manere fides sine charitate, & in quantum principium, vel fundamentum est plus quam dimidium rei, potest vocari fides maior charitate, & maior ceteris, quæ ad Deum pertinent.

Secundo potest dici, & conuenienter, quod non comparat hic Christus ad omnia, quæ ad Deum pertinent, sed ad ea, quæ expressit hic de decimatione anethi, menthae, & cymini. Nam ista ad Deum pertinent, quia in eius honorem redduntur, & in domum eius deportantur Mala. 3. c. inferte omnem decimationē in horrea mea, & sit cibus in domo mea & c. & de his verū est, quod multo maior est fides, quæ Deo credimus, & in Deum quam decimare hæc parua, & quæcunq; alia decimanda. Et satis hoc dicitur litera, scilicet decimatis mentham, anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, id est alia, quæ sunt grauiora quam hæc in lege.

Tertio potest accipi, quod grauiora nõ ponatur comparatiuè, sed absolute, & tunc vocatur grauiora legis quæcunq; in lege magna sunt, de quibus multa sunt, & quædam alijs maiora. Et tñ verum est, quod fides misericordia, & iudiciū sunt grauiora legis, quia sunt de magnis, licet alia essent maiora, & dicuntur grauiora, id est grauiora ad differētiā quorundam leuiū, sicut est decimare mentham, anethum, & cyminum.

Quarto potest dici, quod fides est verè, & simpliciter maior omnibus: est enim fides dupliciter, scilicet formata, & informis. Fides enim informis est sine charitate, & ista est minor charitate, fides autem formata includit charitatem, cum per charitatem formet: & ideo non est tunc charitas maior, & de tali fide dicit Apostolus, quod est fides, quæ per dilectionem operatur, & tñ simpliciter est fides maior omnibus, quæ ad Deum pertinent.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quod non est infidelitas, aut hæresis maximum omnium peccatorum simpliciter loquendo, licet videtur esse maius de his, quæ communiter homines habent. Est enim generaliter vera illa regula, scilicet, quod quanto est maior habitus virtutis tanto est maius vitium ei oppositum, sed constat charitatem esse maximum omnium virtutum: ergo & odium erit maximum omnium vitiorum, sed charitas non est maxima virtus, in quantum est circa proximum, sed circa Deum, qui est obiectum per se eius, & ideo sicut proptius actus, & directus charitatis est diligere Deum: ita peccatum oppositum est odium Dei directū, sed hoc nemo habet. Nam cum Deus secundum se sit summum bonum, nemo potest eum proprie odisse, & tamen si quis eum posset odisse, esset istud maximum omnium vitiorum, scilicet maius quam idolatria & infidelitas. Cum autem obiicitur, quod sit maius vitium idolatria quam infidelitas, vel hæresis. Dicendum, quod non bene comparantur ista tanquam diuersa, cum vnum dependeat ex alio. Ad secundum iam responsum est per prædicta.

Cc 3 Quomo-

Moralia, & ceremonialia præcepta.

Fides est inchoatio edificij spiritualis.

Quomodo est verum, quod de his, quæ pertinent ad proximum sunt præcipua iustitia, & misericordia. Quest. CXXVIIII.

QVAERITVR, quomodo est verum, quod de his quæ pertinent ad proximum, sunt præcipua iustitia & misericordia.

Dicendum quod verum est, quod patet quia Deus magis laudat ista quam alia, ut patet supra 9. & 12. c. ubi Christus dixit contra Pharisæos. Si sciretis quod est misericordiam volo, & non sacrificium, & idem dicitur Osee 6. ca. & tamen id quod melius est Deus magis vult: ergo melior est misericordia quam sacrificium, cum magis velit misericordiam quam sacrificium.

De iudicio autem, quod est actus iustitiæ patet, quia Deus proponit illud omnibus alijs operationibus. Vnde Isai. 1. c. omnis omnibus ceremonijs sacrificiorum velut parvis dixit Deus: Quiescite agere peruersè, discite benefacere, quaerite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, venite & arguite me, dicit Dominus, si fuerit peccata sicut coccinum, quasi nix dealbabitur. Idem patet Michæ 6. cap. Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te, utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo.

An misericordia, & iudicium intelligantur esse grauiora omnibus alijs, quæ ad proximum atinent, aut omnibus, quæ ad Deum. Quest. CXXXIX.

SEDE quæretur, quomodo sint ista grauiora de his, quæ pertinent ad proximum, scilicet misericordia, & iudicium, an intelligatur quod sint grauiora omnibus alijs quæ ad proximum pertinent, aut omnibus, quæ pertinent ad Deum. Videtur autem, quod neutro modo. Nō enim eis, quæ ad Deum erunt grauiora.

Primo, quia in quolibet genere est graue, & leue, scilicet in pertinentibus ad Deum, & pertinentibus ad proximum, ideo graue in eis quæ ad Deum comparabitur ad leuia, quæ ad Deum, & graua in eis, quæ ad proximum ad leuia quæ ad proximum.

Secundo, quia Christus posuit hic fidem, quæ est de pertinentibus ad Deum, ideo comparauit eam ad leuia, quæ pertinent ad Deum, & non comparauit ad hæc ista, quæ sunt graua ad proximos.

Tertio, quia manifestum est, quod maiora sunt ea, quæ pertinent ad Deum quam ea, quæ pertinent ad proximum, ideo nō possunt misericordia & iudicium, quæ ad proximum pertinent, grauiora esse eis, quæ pertinent ad Deum, cum grauius sit offendere Deum quam proximum.

Si autem dicatur, quod comparentur ad ea, quæ pertinent ad proximos. Non videtur stare, quia præter misericordiam & iudicium, nihil videtur manere, quod ad proximum pertineat, cum omnis conuersatio ad proximum consistat, vel in eis, quæ habent rationem debiti, vel in eis, quæ habent rationem gratuiti, & nō est medium: omnia prima includuntur sub iustitia, omnia secunda sub misericordia.

Dicendum vno modo, quod sunt grauiora omnibus, tam cæteris, quæ ad Deum pertinent quam alijs, quæ ad proximum. De primo patet, quia sacrificium facere propter Deum est, cum ei immolentur sacrificia: & tñ misericordia & iudicium, magis à Deo diliguntur, quam sacrificium iuxta illud supra 9. & 12. cap. & Osee 6. Misericordiam volo, & non sacrificium.

Secundo apparet, quia est decimas reddere est principaliter propter Deum, licet cedant illæ in vtilitatē ministrorum templi, & tñ mīa, & iudicium sunt prin-

cipaliora quod solutio decimarum, ut Christus dixit hic.

Et tunc respondendum est ad argumenta in præteritū pro parte ista. Ad primum dicendum, quod licet graua, quæ sunt ad Deum directius comparantur ad leuia, quæ sunt ad Deum, tñ etiam verum est in presenti, quod ista, quæ noiantur hic quātum ad proximos graua legis sunt grauiora oībus, quæ ad Deum excepta fide, quæ fuit hic expressa, per quæ est charitas & spes intelliguntur, quibus præcipue colitur Deus. Nam præter hæc cætera, quæ ad Deum sunt ceremonialia sunt, & ideo misericordia, & iudicium sunt grauiora eis. Ad scdm dicendū, quod fides, quæ ad Deum pertinet, & est de grauioribus, quæ sunt in lege comparat directè ad leuia, quæ ad Deum pertinent: & tñ est misericordia, & iudicium, quæ pertinent ad proximum comparant, quasi equiuocè ad leuia, quæ sunt ad Deum, scilicet oīa ceremonialia, & sunt grauiora eis. Ad tertium dicendum, quod ea quæ pertinent ad Deum, in quantum huiusmodi sunt maiora quæ ea, quæ pertinent ad proximum, & tñ quædam pertinentia ad proximum sunt grauiora quibusdā pertinentibus ad Deum, sicut grauius est occidere hominem, quod non colere diem sabbathi. Et rō huius est, quia si aliquod præceptum legis esset, quod solum pertineret ad hominem, & nullo modo concerneret Deum, manifestum esset, quod quolibet præceptum pertinens ad Deum esset maius illo, & quilibet peccatū factum contra Deum (etiam si minimum) esset maius quocunque peccato facto contra hominem et esset maximum inter humana, & tñ nullum peccatū est contra proximum, quod est non sit contra Deum, ideo quædam præcepta quæ dirigunt ad proximum, sunt maiora quibusdā peccatis commissis contra Deum, ita est de misericordia, & iudicio. nam licet misericordia, & iudicium quæ sunt ad proximum sint minoria fide & charitate, & spe quæ sunt ad Deum, & quibus ille principaliter colitur, ut ait Augustinus in Encheridion, tñ sunt maiora oībus alijs, quæ ad Deum sunt, quæ sunt ceremonialia. Cum autem obijciatur, quod misericordia & iudicium, non essent maiora oībus, quæ ad proximum. Dicendum quod maiora sunt cum ita Christus asserat. Cum autem dicitur, quod præter hæc nulla alia sunt ad proximum. Potest dici vno modo, quod multa alia sunt præter hæc, & quæ arguitur, dicendum quod non est sufficiens diuisio, quia iudicium non extendit ad oīa, quæ habent rationem debiti, cum iudicium accipiat pro actu iudicis ad quantitas eos, quæ cōtendunt. Sic accipit Hieronymus super Matth. dicens iudicium esse in cōtentione, & ita manerent multa alia, in quibus fiet comparatio. In oībus illis, quæ sunt hominis ad proximum sub rōne debiti, & sine iurisdictione. Secundo potest dici secundum quosdam, quod tam si des quæ misericordia, & iudicium sunt propter Deum, & comparant tunc ad quædam, quæ sunt propter homines, & sic erat decimas dare, quod erat in hominum, scilicet leuitarum vtilitatem. Sic dicit Chrysostomus super Matth. de lucro suo solliciti, de gloria autem Dei & salute hominum negligentes. Seruare. n. iustitiam & facere misericordiam, & habere fidem propter suam gloriam Deus mandauit, decimas autem offerre propter vtilitatem sacerdotum. Tertio poterat dici, quod erat comparatio inter misericordiam, & iudicium ad cætera, quæ pertinent ad proximos: licet enim oīa, quæ pertinent ad proximos reducuntur ad hæc duo, scilicet ad rationem debiti, & gratuiti, tñ possunt esse quædam debita, quasi naturalis ratione, alia vero ex sola institutione, quæ habent rationem minoris debiti, & ideo grauiora erant, quæ pertinent ad rationem debiti primo modo secundo. Cum autem Christus dixit iudicium innuit ea, quæ sunt debita primo modo. Decime autem maximè quantum ad res paruas, sicut sunt de mentha, anetho, & cymino pertinent ad scdm modū, iō bene comparantur inter se, ut dicantur grauiora esse iudicium,

Peccatū est contra Deum.

cium, & misericordia quam solutio istarum paruaru decimarum, quæ propter proximum sunt.

Quarto potest dici quantum ad omnia hæc tria, quod hæc sunt grauiora legis, scilicet, quod super omnia, quæ Deus in lege mandauit vult hæc tria sibi fieri, & comparantur maxime hæc ad quædam, quæ videbantur multum Deo esse accepta, sicut erant sacrificia oblationes, orationes, & ieiunia, & alia ceremonialia opera propter Deum. Et sicut Christus separauit hic specialiter ista tria ab omnibus alijs, tanquam magis grata sibi, ita & ponunt Michæ 6. ca. ubi quaeritur quid est, quod homo potest facere maxime gratum Deo, scilicet. Quid dignum offeram Domino? curabo genu Deo excelsis? Nunquid offeram ei holocausta, & vitulos anniculos? Nunquid placari potest Deus in millibus arietum, aut in multis pinguium hircorum millibus? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Et sequitur: Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Per sollicitudinem istam significauit fidem & charitatem, qua tenetur homo Deum sollicitè amare. Et est hoc sollicitè ambulare cum Deo. Hæc autem tria maiora sunt omnibus alijs, quæ in lege imperantur.

Quomodo potest stare, quod misericordia, & iudicium sint maiora quam oblatio decimarum. Quest. CXXX.

QVAERITVR quomodo potest stare quod misericordia, & iudicium sint maiora quàm oblatio decimarum, quia tunc sequitur, quod tam fides quam iudicium & misericordia quodlibet per se sit maius solutione decimarum. Sed videtur, quod nō, quia maius est illud, ad quod magis obligamur: sed manifestum est, quod magis obligant ea, quæ cadunt sub debito quàm ea, quæ habent rationem gratuiti, cum ea, quæ sunt gratuita in quantum huiusmodi nihil obligent, & tamen misericordia est de gratuitis, & solutio decimarum est de necessarijs, ergo maior est solutio cuiuscunque decimæ quam misericordia.

Dicendum, quod misericordia est maius quàm decimarum solutio de anetho, & metha. Et hoc vno modo, quia non tenet argumentum istud, scilicet obligamur magis ad decimas quam ad misericordiam: ergo est maius præceptum, vel excellentius opus. Nam ad virginitatem seruandam in perpetuum, & ad paupertatem voluntariam ob Christum renunciandam omnibus nemo tenetur, nisi vouerit quod spontaneum est, & tamen maioris valde meriti est quam colere diem sabbathi.

Secundo dicendum, quod etiam est grauius peccatum relinquere misericordiam quam solutionem decimarum, & istud est specialius. Nam primum parum est, quia omnia opera supererogationis si comparentur ad opera præceptorum per se, ut distincta sunt, erunt excellentiora, ut in casu supra dato. Et nō est mirum, quia difficiliora sunt opera consiliorum, quam præceptorum, ideo erunt excellentiora, & magis meritoria, & tamen non fit sic in peccato, quia ommissio operum consiliorum nō est peccatum, cum non obligent quemquam, nisi quisquam se ex voto obligauerit: ommissio autem, vel transgressio præcepti cuiuslibet est peccatum, sed circa misericordiam non solum faciendū misericordiam est maius meritum, quam paruas decimas soluere, sed etiam ommissio misericordiam est grauius peccatum, quam ommissio solutionis decimarum. Sic dicit Hilarius super Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Matt. scilicet quia minus piaculi, i. peccati esset decimatio nem oleris quam beneuolentia, id est misericordie officium præterire irridet Christus Pharisæos, dicens: Duces cæci culicem excolantes, camelum autem glutientes. Causa autem huius est, quia misericordia sub præcepto cadit, ideo transgressio eius peccatum inducit, sicut transgressio decimationis, & tñ est maius peccatum, quāto est maius præceptum de misericordia quam de decimatione.

Cum autem obijciatur, quod misericordia pertinet ad gratuita, & ideo non cadit sub obligatione. Dicitur potest vno modo, quod opus misericordiam, aut consideratur quantum ad eum, cui impenditur, aut quantum ad Deum, propter quem impenditur. Si quantum ad primum est opus liberalitatis, & gratuitum, quia donatur, quod ei non est debitum. Si quantum ad Deum cadit sub ratione debiti & iusti, nam cum Deus mandauerit dari debitum est iam ut detur, quia sola eius præceptio obligat sufficienter.

Secundo potest dici, quod etiam ex parte eius, cui donatur debitum est, tamen non habet actionem ad petendum sicut est in eo, cui expresse ab alio aliquid debetur. sic est de constituto in extrema necessitate, vel quasi: nam illi debita est sustentatio ab alijs, qui possunt, tamen nō habet actionem aduersus aliquem ad petendum pro tunc sustentationem. Et ratio est, quia ad hoc, quod aliquid iudicialiter possit peti, oportet alicui specialiter competere ius actionis, & aduersus aliquem specialiter, qui autem constitutus est in extrema necessitate, habet quod aliquid sibi debeatur cum possit illo tempore occupare licet quidquid inuenierit vbicunque ad releuationem illius necessitatis, & tñ non est aliquis specialiter obligatus ei ad releuationem illius necessitatis, cum possit per quemlibet alium, aut per multos releuari, ideo non competit ei etiam in extrema necessitate actio aduersus aliquem ad hoc, quod ei provideatur, & tñ quilibet, qui potest, & videt illā necessitatem est obligatus ad releuandum, & ita misericordia est præceptum, & cadit sub necessitate. Sic dicit Ambr. in lib. de Officijs, & habetur in Decr. 87. di. c. non est. Vel ead. dist. c. in singulis, & est Ambrosius dicitur supra Lucam. Tertio potest dici, quod opus misericordiam sub debito, & præcepto est quātum ad aliquos casus, & tñ etiam in illis vocat opus gratuitum potius quod debitum, quia id, quod debitū est, debetur in quantitate certa, quod vero pertinet ad misericordiam, non est debitum in quantitate certa, sed pro voluntate, aut oportunitate tribuētis, & ideo sibi manent distincta ea, quæ sunt necessitatis, & quæ sunt gratuita, licet vtrunque sub præcepto cadat. Et ista est causa, quare quod est in necessitate quantūcunque extrema, non hēt actionē aduersus aliquem, quia actio sibi vult rem determinatam, quæ petatur, indeterminatum autem, quod nullo modo determinari potest, quoniam ius non pertinet ad rem determinatam, non potest peti. Et sic apparet quod maius præceptum est de misericordia quod de decimatione, & maius peccatū est omittendo misericordiam, quod omittendo determinationē. Et sic vocauit misericordiam de grauioribus legis.

Quomodo stat quod dicitur hic reliquistis quæ grauiora sunt legis, cum disordet ab eo, quod dicitur Luc. Quest. CXXXI.

QVAERITVR quomodo stat, quod dicitur hic, reliquistis quæ grauiora sunt legis misericordiam iudicium, & fidem, quia Luc. 11. c. dicitur præteritum iudicium, & charitatem Dei.

Dicitur potest vno modo, quod Matthæus & Lucas ponunt eandem sententiam, & tñ nemo expressit totā illam saltem quantum ad verba, sed quilibet omisit aliquid. Nam omisit Lucas misericordiam & fidem.

Matthæus autem omisit charitatem, & ex ambobus efficitur vna plena narratio. Sic enim fit in multis, & sic factum est supra, cum dixit Matthæus: decimatis mentham, & anethum, & cyminum. Lucas autem dixit mentham, & rutam, & omne olus, & vnus suppleuit alium, vt dictum est supra.

Secundo potest dici, quod per ea, quæ exprimunt hic, intelliguntur illa, quæ ponit Lucas. Nam cum dicit hic Matthæus, misericordiam & iudicium, dixit Lucas solum, iudicium, quia etiam misericordia ad iudicium reducitur. Nam in quantum misericordia cadit sub præcepto, quia est aliquid de positis in lege efficitur misericordia iudicium, quia iudicium est actus iustitiæ, secundum quam vniciuique quod ei debetur reddimus, & tamē miseris, & egenis misericordia debetur, ideo misericordiam ad tales exercendo iudicium seruamus.

Tertio potest dici, quod misericordia intelligitur per charitatem, quam ponit Lucas, nam charitas est ad Deum & proximum, sed probatio dilectionis (vt Gregorius ait) est exhibitio operis: ideo misericordia sub charitate includitur, per quam indigentibus subuenimus, & ita solemus omnia opera misericordie vocare opera charitatis.

Quid iudicium sit.

Fides dupliciter accipit.

Quantum ad fidem, quam Lucas non ponit. Dicitur quod intelligitur per charitatem, quia fides accipitur dupliciter, scilicet pro fide informi, & pro fide formata. Vt autem est fides formata incidit in charitatem, eo quod fides per charitatem formatur, & talis est fides, quam Christus laudat, quia illa est meritoria, fides autem informis non est meritoria, & ideo sicut per fidem formatam intelligitur charitas, ita & per charitatem fides intelligitur, scilicet formata, & sic vterque expressit Christi sententiam.

Quare Christus dixit: Oportet hæc facere, & illa non omittere. Quæst. CXXXII.

Quare Christus dixit: Oportet hæc facere, & illa non omittere. Dicendum, quod fuit propter tria. Primo ad ostendendum veritatem dubij. Nam de mentha anetho, & cymino, cum essent res paruæ putaret aliquis non esse decimas dadas, Christus autem respondet quod sic, cum dixit, & illa non omittere, scilicet decimationem menthe, & anethi.

Secundo dixit ad tollendum errorem, quem aliqui poterant ex verbis eius colligere. Nam dixerat: Vobis, qui decimatis mentham &c. & reliquistis grauiora, & ex modo loquendi videbatur innuere, quod deberent curare de fide misericordia, & iudicio, non curando de cymino, anetho, & mentha decimandis, sed hoc inconueniens erat: ideo dixit oportet hæc facere, id est quæ grauiora sunt, scilicet fidem, misericordiam, & iudicium: & non omittere illa, scilicet decimationem anethi, & menthe. Sic dicit Origenes super Matth. f. Sed quoniam contingens erat, vt audientes quidam dominum ista loquentem contempnerent minimarum rerum decimationem, addidit: Oportet hæc facere &c.

Tertio fuit ad euitandum murmurationem Pharisæorum contra se. Nam ex lege tenebatur homines ad decimationem omnium harum rerum, sed omnia præcepta legis, tam magna quam minima seruanda sunt, ideo & decimatio ista. Si autem Christus istud non diceret, conuincerentur Pharisæi & sacerdotes, atque Leuitæ quod eis contra legem omnem vtilitatem aufere vellet, & quod ex odio diceret contra eos, & iniuste quidquid diceret. Vnde vt hæc euitaret, dixit, quod oportet illa non omittere, id est decimationem rerum paruarum.

Quare Christus redarguit hic Pharisæos de decimatione anethi, & menthe cum esset licita. Quæst. CXXXIII.

Quare Christus redarguit hic Pharisæos de decimatione anethi, & menthe, dicens: Vobis Pharisæi, qui decimatis mentham, & anethum. Nam decimatio ista licita erat, immo & necessaria ex lege, ideo non solum non erant arguendi, sed potius laudandi. Nam & Iudæi qui impij erant dixerunt Christo, de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia Ioan. 10. cap.

Dicunt quidam, quod non arguit eos de hac decimatione quæ licita erat, sed de dimissione maiorum rerum, scilicet iudicij fidei, & misericordie.

Sed dicendum, quod non sufficit hoc, quia cum omnis iudicij fidei & misericordie, nullo modo pteat ad decimationem menthe, anethi, & cymini, non erat ad propositum exprimere decimationem istarum rerum ad redargutionem de omissione fidei, & iudicij. Nam eadem ratione posset exprimere quæcunq; opera bona, quæ Pharisæi facerent ad redarguendum eos de illo, quod omittebant, quod est absurdum.

Secundo dicunt alij, quod ideo ponuntur ista, quæ paruæ erant, quia cum hæc paruæ, id est minoris obligationis facerent, potius deberent facere iudicium misericordiam, & fidem, quæ erant maxime obligationis in lege.

Sed dicendum, quod hoc non stat, quia cum ista ponantur in redargutione, quam Christus facit contra Pharisæos: necesse est, quod aut sint ipsa, de quibus redarguitur Pharisæi, aut augeant redargutionem, quia alias impertinenter ponerentur, quod absurdum est quantum ad Christum, qui omnia sapientissime dicebat: non tamen sunt ipsa, de quibus redarguantur Pharisæi, quia bona sunt, vt dictum est. Non etiam augent redargutionem, quia tunc magis peccaret, qui seruando hæc paruæ, id est decimationem anethi, & menthe non seruaret iudicium, fidem, & misericordiam, quæ contra omnia simul ageret, quod est absurdum cum necesse sit magis peccare eum, qui contra plura præcepta agit. Etiam dicitur, quod qui plura bona ageret ad plura obligaretur, & intensius quam quod nulla bona agit, vel pauca, quod fallum est. Nam malum non tollit obligationem præcepti, sed efficit obligationem ad penam, & bonum, id est bona operatio non causat obligationem, sed potius a poena liberum facit, & ad præceptum non magis obligatur, sed potius minus quanto illud magis complet, & tamen sequerentur hæc inconuenientia, si Pharisæi obseruantes decimationem menthe, & anethi, magis essent increpabiles pro omissione iudicij, fidei, & misericordie, quam si illa non impleverint.

Aliter ergo dicendum, quod ideo expressit Christus decimationem menthe anethi, & cymini, quia de istis erant redarguibiles Pharisæi, vel saltem augebant redargutionem. Et potest hoc dupliciter intelligi, secundum quod decimatio ista dupliciter exponitur. Vno modo, quod dicatur, decimatis mentham, id est soluitis decimas de ea, & tunc est sensus, quod arguat Christus Pharisæos de ista decimatione, quia ex hypocrisis hoc faciebant. Nam non soluebant, quia lex hoc iubebat, sed vt se sanctos simularent, quod non erant, & tunc decimatio bona erat, & de ea non arguuntur, sed hypocrisis, quæ sub eius velamine habebant, mala erat, de qua increpabantur. Etiam in isto sensu auget redargutionem. Nam increpabiles erant Pharisæi, quod iudicium misericordiam, & fidem omittebant, sed hoc parum erat si solum esset, & tamen decimatio illa hoc augebat, scilicet quia non seruantes fidem, misericordiam, & iudicium se sanctos simulabant per hoc,

Christus oia sapientissime dicebat.

hoc, quod decimabant res paruas, si autem illas non decimarent, & non seruarent iudicium misericordiam, & fidem appareret eorum iniquitas, & minus mali essent, quia non fingerent se sanctos, cum non haberent aliquod bonum, cuius colore iniquitatem suam palliant.

Alio modo exponitur decimatis mentham, & anethum, id est ad decimandum cogitis laicos, vel decimandum esse predicatis, & tunc subdiuiditur argumentum, secundum quod adhuc sic exponitur dupliciter. Vno modo, quod Pharisæi decimarent, id est decerent decimandum, & tamen ipsi non seruabant iudicium misericordiam, & fidem, & tunc procedit redargutio contra eos velut contra doctores. Nam

Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.

Id est si peccat in eo, quod ab alijs cauendum docet, est tñ turpius, qm̄ doctor arguit alios etiã in minimis peccatis, & ipse adhuc maxima committit. Sic erat hic: nam Pharisæi docebant populum decimandum esse mentham, & anethum, quarum omisso erat paruuma peccatum, ipsi vero præteribant fidem, iustitiam, & misericordiam, quarum omisso erat grauissimum peccatum. Et sic ad redargutionem facit decimatio ista.

Aliter potest exponi, quod Pharisæi decimabant, id est decimare docebant populum mentham, & anethum, & si in his delinquerent, corripiebant eos, si vero omitterent iudicium, fidem, & misericordiam non increpabant illos quasi parum, aut nihil peccatis, & tunc redarguendi erant, quia constabat, quod ex auaritia ista facerent. Nam si ex zelo animarum arguerent potius arguerent in eo, quod erat grauius, scilicet omissione fidei misericordie, & iudicij, & tamen non faciebant: sequitur ergo, quod ideo circa decimationem arguebant, quia ex auaritia nolabant priuari saltem leuissima parte decimationis, & tunc augetur redargutio, quia si omitterent redarguere laicos omitentes misericordiam, fidem, & iudicium arguerentur solum de vno vitio, scilicet omissione, & negligentia circa subditos, cum verò illis omnis castigabant non decimantes mentham, & anethum, redarguantur de duobus, id est de omissione, & auaritia, ideo fuit multum conueniens hæc redargutio, & artificiosa.

Quare Christus vocauit istos duces cæcos. Quæst. CXXXIII.

Quare Christus vocauit istos duces cæcos. Dicendum, quod Pharisæi duces vocantur, id est directores, quia magistri erant plebis: cæci autem dicuntur, id est ignorantes, quia non loquuntur de cecitate corporis, quoniam illa non est opprobrium, sed pena solum, & est dicere duces cæcos, id est magistros ignorantes, quæ est magna redargutio, quia nihil magis aduersatur magistro in quantum magister quæ ignorantia. Sed obijcietur, quod inconuenienter vocauerit hic Christus Pharisæos duces cæcos, quia istud competit, quando per ignorantiam peccant: cum verò ex iniquitate, competit eis hypocrisis, & ita supra dixit. Vobis duces cæci, qui dicitis quicunq; iurauerit per templum. Nam ibi per ignorantiam peccabant putantes non valere iuramentum factum per templum, & altare. Hic autem non peccabant per ignorantiam, sed per iniquitatem, ideo deberent vocari hypocrisis non duces cæci.

Dicendum, quod Christus eos hic tam hypocritas quam duces cæcos iuste appellauit. Hypocritas quidem, quia cum minima agerent, vel docerent simu-

labant se sanctos esse, peccando in grauibus peccatis. Vocauit autem eos duces cæcos, id est magistros inipientes, quia hypocrisis istam nesciebant effugere. Apertissimum enim erat, quod peccantes in rebus grauibus non excusarentur, & multo minus iustificarentur si paruæ custodirent, vel custo dienda docerent. Secus si e contrario, si obseruatis magnis præceptis velarent in se aliquos paruos defectus sub premento bonorum operum magnorum, & tamen non faciebant, sed potius e contrario, id est per paruæ opera bona, vel dicta volebant occultare in se magnos defectus vitiorum circa res magnas, ideo insipientes erant qui putabant per talia se posse credi iustos, insipientes autem hoc crederent, quia pauca nouerant, & ideo recte eos vocat duces cæcos.

Quare Christus dixit excolantes culicem, camelum autem glutientes. Quæst. CXXXV.

Quare Christus dixit excolantes culicem, camelum autem glutientes. Dicendum, quod ista est explicatio præcedentis increpationis. Nam in increpauerat eos, quod præterirent grauiora legis, id est misericordiam iudicium, & fidem, & decimarent mentham, anethum, & cyminum, quæ minora sunt. Hoc per exemplum manifestat propter vulgares, dicens, quod culicem, qui est paruum animal, non glutiebat quasi offenderet eorum guttur propter paruiritatem, & camelum, qui est magnum animal deuorabant transglutendo integrum, quasi nihil noceret eis in guttore. Et hoc erat contra conditionem rerum. Et dicitur excolantes, id est extra colum ponentes quasi culicem intraret per os, & ipsi timentes offendi ab eo si deuorarent ipsum, excluderent eum de ore, & guttore. Ipsum vero camelum intrantem per os deuorarent integrum. Et vocatur camelus ipsa, quæ magna sunt in lege, scilicet misericordia, fides, & iudicium: culicem vero ea, quæ paruæ erant, id est decimatio menthe, & anethi: Sic dicit Hieronymus super Matth. f. Camelum puto esse magnitudinem præceptorum iudicium misericordiam, & fidem: culicem decimationem menthe, & anethi, & cymini reliquorumque olerum vilium. hæc autem præcepta Dei, quæ magna sunt deuoramus atque negligimus, & operationem religionis in paruus, quæ lucrum habent, cum diligentia demonstramus. Vel sicut dicit Origenes super Matth. excolantes culicem, id est expellentes a se minima delicta, quæ quasi culices nominauit. Camelum autem glutientes, id est committentes maxima delicta, quæ nominauit camelos, id est animalia tortuosa, & grandia. Sed ista verba sunt exponenda eo modo, quo supra diximus de decimatione eo modo, quod Pharisæi decimarent, id est soluerent decimas anethi, & menthe, & non seruaret misericordiam, & fidem. Et tunc est sensus, quod ipsi nolabant committere paruæ delicta, & committebant maxima. Secundo modo, quod decimabant, id est decimandum docebant, & ad decimandum cogebant, & tamen ipsi non seruabant fidem, & iudicium, & tunc excolabant, id est fugienda docebant paruæ delicta, & ipsi transglutiebant camelum, id est committebant grauia. Tertio modo, quod docebant decimandum mentham, & cogebant ad hoc, & tamen non cogebant ad seruandam fidem, & misericordiam, & sic docebant fugienda paruæ delicta, quod erat culicem excolare, & magna delicta dissimulabant non vetantes ea.

An

An tempore veteris testamenti erant decimæ de iure naturæ, vel quo iure erant debita. Quest. CXXXVI.

Q VONIAM dictum est hic de decimatione mentha anethi, & cymini, & de obligatione ad decimandum, occurrunt aliqua dubia circa decimas, & quia in veteri testamento erant decimæ, & nunc quoque: est primo considerandum de decimis, ut erant in veteri testamento. Est autem primum dubium, an tempore veteris testamenti erant decimæ de iure naturæ, vel quo iure erant debita.

Aliqui dicunt, quod erant debita de iure naturæ, & patet primo, quia illud, quod semel est de iure naturæ, semper est de iure naturæ, quæ sicut natura semper est ita, ita non incipit aliquid noniter esse naturale, & hoc vult Arist. 5. Ethic. faciens differentiam inter iustum naturale, & iniustum legale. Nam legale est ex opinione, & ideo ponitur, & variatur. Naturalia autem iusta immota manent, & eadem sunt apud omnes, sed nunc decimæ sunt de iure naturali, ut colligitur extra de decimis cap. parochianos. ergo semper fuerunt de iure naturali.

Secundo patet, quia illud ius, quod est ante legem Moyfi, est naturale, quia ante legem Moyfi nulla erat diuina legislatio, & tamen ius decimarum erat ante legem Moyfi. Nam Abraham, qui fuit ante legem, soluit decimas: Gen. 14. cap. & Iacob etiam fuit ante legem, & soluit illas, Gene. 28. ergo de iure naturæ erant.

Dicendum, quod decimæ in veteri testamento non fuerunt de iure naturæ, sed solum de iure positio instituto. Et patet primo, quia Deus instituit in veteri testamento solum decimas: ergo non erant de iure naturali, quia si essent de iure naturæ non oporteret eas tunc institui, quoniam sufficeret obligatio, quæ erat de iure naturæ.

Sed obijciatur, quod multa obligabant de iure naturæ, & tamen data fuerunt iudæis, ut decalogus. Nā totus decalogus præter sabbatum est de iure naturæ, ita poterat esse hoc.

Dicendum, quod non sufficit, quia ea, quæ de iure naturæ obligabant, & fuerunt posita propter aliquam causam non fuerunt posita cum alijs præceptis, sed per se, ideo decalogus præceptorum, quæ pertinent ad legem naturæ Deus per se protulit, id est in voce Angeli in tuba non loquente Moyse: cetera verò Moyse populo annunciauit, ut colligitur Exod. 20. cap. & 21. cap. Et tamen præceptum de decimis fuit positum inter cetera, quæ erant cærimonialia, vel iudicialia, & non in decalogo: ergo non erat de iure naturæ, sed positum.

Secundo patet, quia id, quod est de iure naturæ est de necessitate, quod vero est ex voto est spontaneum, & tamen ante legem Moyfi fuerunt decimæ ex voto, quia Iacob vouit offerre Deo decimas, Gene. 28. cap. Ergo non erat obligatus, & sic non erant decimæ de iure naturæ.

Tertio patet confirmando idem, quia licet possit quis se sponte magis obligare ad id, quod de iure est obligatus, & contra faciendo magis peccat quam cū erat simpliciter obligatus de iure, sicut omnis homo est obligatus non adulterari. Potest tamen aliquis vouere non adulterari, & si post votum contra fecerit magis peccat quam si non vouisset, & simpliciter esset obligatus, & tamen vouere sub conditione non potest id, ad quod de iure iam est obligatus, sed simpliciter vouere potest. Et causa est, quia in voto conditionali non est simpliciter obligatio, sed adueniente conditione, & si non aduenit conditio, nulla est obligatio, & tamen obligatio, quæ est de iure sem-

per manet firma: ergo non potest quis vouere sub conditione id, ad quod de iure tenetur, & tamen Iacob vouit decimas sub conditione, Gen. 28. cap. Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ambulabo: cunctorumque, quæ dederis mihi decimas offeram tibi: ergo non erat de iure naturæ obligatio decimarum.

Quarto patet ex modo loquendi Iacob Gen. 28. c. Nam dixit. Decimas, & hostias pacificas offeram tibi, & sic utrunque a qualitate vouit. sed manifestum est, quod non erat obligatio ad hostias pacificas de iure naturali: immo neque de alio iure, neque postea fuit: ergo neque erat tunc obligatio aliqua ad decimas nisi quam sibi Iacob sponte induxisset.

Quinto patet, quia si decimæ essent de iure naturali essent omnes gentes obligatæ ad illas, & ita diceremus, quod omnes, qui ante legem Moyfi non soluebant decimas, peccabant mortaliter, sed hoc est inconuenienter dictum: ergo non erant de iure naturæ.

Sexto patet, quia decimæ sunt intra quædam, quæ dantur ministris Dei à toto populo pro ministerio, quod exercent coram Deo pro tota communitate: ergo si decimæ essent de iure naturæ, & essent determinati de iure naturæ ministri Dei loco communitatis, sed hoc non est de iure naturæ, quia sufficiebat, quod quilibet Deo per se exhiberet latriam orationis, & totus cultus, quem ratio naturalis iudicaret tribuendum: ergo neque decimæ sunt de iure naturæ.

Septimo, quia si decimæ essent debita de iure naturæ, essent debita ministris Dei, & tamen in veteri testamento non dabantur decimæ, neque pars aliqua decimarum sacerdotibus, qui erant præcipui ministri Dei, sed omnes decimæ dabantur Leuitis, qui erant minores ministri Num. 18. cap. ergo non erant debita de iure naturæ.

Octauo, quia quando Deus disposuit de decimis Num. 18. c. dixit. filijs Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fedæ, ut non accedant ultra filij Israel ad tabernaculum fedæ. In quo innuitur, quod Deus dabat nouiter istam possessionem Leuitis, & ideo iussit eis nihil possidere inter Israelitas eod. cap. & Deuteronom. 18. & tamen si decimæ de iure naturæ debita essent, non tulisset Deus eis ius possidendi terram inter alios Israelitas dando eis ius decimarum, & quia dedit Deus illud eis de nouo, voluit eis auferre ius possessionis temporalis ne grauarentur populares: ergo non erant de iure naturæ.

Nono quia dicitur ibidem, quod hoc dedit Deus Leuitis, ut soli seruirent in Sanctuario, & non accederent ad illud filij Israel. In quo innuitur, quod si ceteri filij Israel ministrarent in Sanctuario, non darentur decimæ Leuitis, sed quia non licebat alijs accedere ad ministrandum Num. 1. & 17. capit. & 18. ministrabant isti loco aliorum, & recipiebant ab eis ista iura in sustentationem, & mercedem laboris, quod magis innuitur Nu. 3. sed de iure naturæ non erant Leuitæ dedicati ad ministerium, & prohibiti alij Israelitæ: ergo neque erant decimæ determinatæ de iure naturæ.

Decimo quia si decimæ sunt debita, non erant debita, nisi pro ministerio, quod faciebant Leuitæ; sed præter Leuitas erant alij ministri, scilicet sacerdotes, qui maiores erant, & sub quorum manu erant Leuitæ: Num. 3. & 18. & Iosue 13. c. & tamen istas nemo vocat de iure naturæ, sed pure ex institutione, & positione Dei, ergo pari ratione, neque decimæ erant de iure naturæ.

Vndecimo patet, quia illud solum est de iure naturæ, cuius obligationem ratio naturalis determinat, & ta-

& tamen ratio naturalis non determinat numeros: non enim aliqua est causa quare potius in tali numero, vel determinatione quantitatis fiat solutio quam in maiori, vel minori, & tamen decima dicit determinatum numerum: ergo impossibile est, quod solutio decimæ sit de iure naturali. Multæ quoque alia ad hoc rationes sunt.

Vnde dicendum est, quod decimæ non erant tempore veteris testamenti debita de iure naturali, sed ex sola Dei institutione coeperunt habere obligationem.

Ad primam rationem in contrarium dicendam, quod nunc non est solutio decimæ de iure naturali, neque aliquando fuit. Et ad cap. parochianos. dicendum, quod non dicitur ibi de iure naturali, sed de iure diuino, sed an verum sit, & quomodo de iure diuino, vel de quo iure diuino dicitur infra.

Ad secundum dicendum, quod maior est falsæ, sed ius, quod erat ante legem Moyfi erat ius naturale, & nullum aliud, quia manifestum est, quod erat tunc multa iura positiua municipalia secundum varias gentes, & vrbes. Nam ante hoc erant consuetudines locorum, ut dixit Laban ad Iacob Gen. 29. c. non est consuetudinis in loco nostro, ut minores prius tradamus ad nuptias. Et tamen consuetudo longua facit ius, si quando est præscripta, quia consuetudines longuæ (ut iura volunt) non est breuis auctoritas, & pro lege accipitur, quando lex deest. Ergo iura erant ante legem Moyfi, & singuli populi habebant aliqua iura. minor quoque est falsæ, si quod ante legem Moyfi erat ius decimarum. Et cum obijciatur de Abraham, & Iacob, dicendum quod non obtulerunt decimas ex aliqua obligatione iuris, sed Abraham spontaneè, Iacob verò ex voto, ideo non erat ante hoc ius soluendi decimas, id est obligatio aliqua insurgens ex iure, siue naturæ, siue municipalis.

Consuetudo longuæ facit ius sic.

Quando cepit solutio decimarum, & à quibus. Quest. CXXXVII.

Q VÆR ET VR, quando cepit, & à quibus solutio decimarum.

Dicendum, quod aut queritur de solutione decimarum proprie dicta, aut large. Si proprie accipiat, incepta solutio decimarum, & obligatio ad soluendum ex institutione Dei, ipse quippe instituit solum decimas, quando legem dedit Num. 18. c. & fuit datio legis primo anno ab exitu de Aegypto, ut colligitur Exodi 19. cap. sed solutio decimarum non inchoata est illis quadraginta annis, quibus manserunt in deserto, quia tunc non seruauerunt Iudæi aliquas cærimonias legis, sed solum postquam intrauerunt in terram Chanaan, vbi manerent securi: Deuteronom. 12. cap.

Decimæ ceperunt dari ante legem.

Accipiendo autem large decimas, dicendum quod ceperunt ante legem datam, & non constat quis primus decimas dedit, quia forte aliquis eas dedit, de quo non est scriptum, sed ille, de quo primum legitur, quod decimas dedit fuit Abraham, deinde Iacob Gen. 14. & 28. c.

Quo die ferit decimæ præ ab alijs decimis.

Sed dicendum, quod multum differunt illæ decimæ à decimis proprie dictis, & constitutis per legem. Et primo de decimis, quas dedit Abraham. Primo quia dedit eas Abraham sponte cum nullo iure tenetur ad soluendum decimas. In lege autem dabatur decimæ ex necessitate, quia iam erant debitum quoddam propter legem.

Secundo, quia decimæ dabantur in lege de fructibus terræ, & de animalibus, quæ nascebantur Leui. 27. ca. & Num. 18. ca. Abraham autem non dedit decimas

de his, sed de his, quæ in bello acceperat, ut colligitur Gen. 14.

Tertio quia in lege dabantur decimæ Leuitis, qui erant constituti ministri per Deum Num. 18. c. & Deuteronom. 18. sed Abraham non dedit decimas Leuitis, quia nulli erant, sed dedit eas Melchisedech, qui erat rex Salem: Gen. 14. ca. Quarto quia legales decimæ dabantur quolibet anno, cum quolibet anno noui fructus nascantur, & tamen Abraham non legitur dedisse, nisi tunc.

Quantum ad decimas quas dedit Iacob est dicendum, quod etiam differunt à decimis legalibus, & etiam à decimis Abrahæ. Primo quia fuerunt à principio spontaneæ decimæ Iacob, licet postea fuerint factæ necessaria per votum: Gen. 28. decimæ autem legales erant simpliciter necessaria, quia erant ex lege.

Decimæ quas dedit Iacob, quæ a legalibus differant.

Secundo, quia decimæ legales dabantur ministris Sanctuarij, id est Leuitis. decimæ autem quas soluebat Iacob non erant pro Leuitis, quia nulli adhuc erant, sed erant ad cremandum coram Domino, & fortassis ad dandum ministranti coram Domino si quis esset, vel ipse, & domus sua manducarent de illis, quando celebrarent festa, & sacrificia coram Domino, sicut fiebat in sacrificijs pacificis Deuteronom. 12. c.

Conueniētia decimarum Iacob, ac decimarum legalium.

Conueniebant autem decimæ Iacob cum decimis legalibus in hoc, quod tam de fructibus quam de animalibus dabat decimas. Sic dicitur Gene. 28. cap. Omniaque quæ dederis mihi decimas, & hostias pacificas offeram tibi. Et in hoc differrebant à decimis Abrahæ, quæ fuerunt de rebus captis in bello Gene. 14. capitu.

Secundo, quia decimæ Iacob quolibet anno soluebantur, cum dixerit. Omnium, quæ mihi dederis, decimas offeram tibi. Sed quolibet anno Deus dabat fructus aliquos nouos Iacob: ergo quolibet anno tenebatur dare decimas: decimæ autem Abrahæ non erant cuiuslibet anni, quia non significatur, quod dederit eas, nisi tunc quando de bello redijt victor, Gen. 14.

Quare Deus iussit in veteri testamento dari decimas. Quest. CXXXVIII.

Q VÆR ET VR quare Deus iussit in veteri testamento dari decimas.

Dicendum, quod iussit dari eas tanquam necessaria in sustentationem ministrorum suorum. Pro quo sciendum, quod Deo, ex eo quod est generalis Dominus debetur à nobis quædam seruitus, & istam seruitutem latriam Græcè vocamus: vnde omnem cultum, quem Deo impendimus latriam vocamus. Et quia quilibet nostrum est seruus Dei, cum ille sit generalis Dominus, quilibet debet ei quædam seruitutem, ista autem est tanta quantam ipse expresserit, vel quanta ratio nostra dictauerit Deo non exprimente.

An hanc autem seruitutem tenentur omnes gentes, quia omnes sunt possessio Dei, & ideo Iudæi, qui sunt portio quædam gentium, tenebantur ad hoc ex ratione generali, scilicet quia Deus est dominus ipsorum, sed ultra hoc habebat Deus specialem rationem dominij super Iudæos, & ipsi erant specialiter serui eius, scilicet quia liberauerat eos de seruitute Aegypti. Siquis enim seruum emat, vel de manu Domini sui illum iusto titulo tollat, habet illum in seruum, sed omnes Iudæi manebant in Aegypto, ut serui Pharaonis, & Aegyptiorum, & Deus liberauit eos de manu Pharaonis, ideo manebant, ut serui eius, & insuper dedit eis terram, quæ possidebatur ab alijs gentibus, ideo tam Iudæi quam terra, in qua manebant, pertinebant ad specialem Dei seruitutem, & poterat Deus iuste imponere quæcumque onera seruitutis, tam Iudæis quam terræ

terra ipsorum. Sic patet Leui. 25. ca. ubi posuit Deus conditionem terre, q non possent vendere iudæi illâ iure perpetuo, sicut nos vendimus, quia iudicamus simpliciter domini, sed q venditio non excederet lobelæum. Vnde dicitur. Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis. Et de seruis dixit idem, q si aliquis Iudæus venderet se alteri Iudæo, vel venderetur à Iudæo, nō se extenderet venditio, nisi vsque ad annum septimū redemptionis, vel ad plus vsque ad annum lobelæi, & hoc, quia Iudæi erant serui Dei, & non poterant se ipsos vendere, vel emere, nisi quantum Deus eis cōcederet, quia seruis nihil iuris in seipsum, vel sui ipsius habet, nisi quantum ei Dominus concesserit: vnde dicitur eod. cap. si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non opprimes eum seruitute famulorum, sed quasi mercenarius, & colonus erit vsque ad annum lobelæi operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem suam. & sequitur causa, sicut enim serui sunt filij Israel, quos ego eduxi de terra Aegyp̄ti.

Sicut autem Deus ex ratione specialis dominij potuit iuste imponere Iudæis illam conditionem seruitutis, vel obligationis super terram eorum, & personas ipsorum, ita & poterat ponere quamcunque conditionem seruitutis super eos, vel bona ipsorum quantum ad cultum suum. & ita voluit coli à toto populo certo modo, scilicet faciendo sibi Sanctuarium, & in illo faciendi determinatas ministraciones tam sacrificiorū quam aliarum ceremoniarum, de quibus per totum Leuiticum, & librum Numerorum, & Deuteronomium dicitur. Et pro illis ministracionibus debebat totus populus Deo ministrare, sed placuit Deo propter aliquas causas, q non ministraret totus populus, sed vna tribus populi, scilicet Leuitica esset totaliter applicata diuino cultui loco omnium, & quia si quilibet pro seipso ministraret non deberet ei alius providere, sed ipse sibiip̄si, nunc vero cū pro toto populo ministrarent Leuitæ necesse erat, quod totus populus eis ministraret, id est sustentationem daret, & ne super hoc esset contentio, voluit Deus illam taxare.

Diuisio tribus Leui in duas partes, & qd ei debebatur a populo Israel.

Diuidebatur autem tribus Leui in duas partes, scilicet in sacerdotes, & Leuitas, & omnes ministrabant, ideo omnibus danda erat sustentatio a populo. Sacerdotibus autem Deus dedit omnia iura p̄m̄tium, & votorum, & redemptionem primogenitorum, & oblationum, & sacrificiorum, de quibus latius Num. 18. cap. Leuitis autem dedit Deus decimas omnium fructuum, & pecorum. Summo autem sacerdoti dedit decimam decimæ Leuitarum eod. cap. & ita ista fuit causa institutionis decimarū. Simile autem fuit quantum ad primogenitos totius populi Iudæorum. Nam licet totus populus Israel pertineret ad specialem seruitutem Dei, tamē adhuc specialius pertinebant primogeniti, eo q quādo Deus voluit liberare Israel de Aegypto, misit Angelum percussorem qui in qualibet domo Aegyp̄ti cuiuslibet occidebat primogenitum, non solum de hominibus, sed etiam de omnibus animalibus, & cum perueniret Angelus percussor ad domum Iudæi alicuius, quando videbat anteriora domus sanguine rubricata, nō introibat in domum illam, Et sic liberati fuerunt omnes primogeniti Israelitarum, Exo. 12. cap. propter quod adhuc specialius tenebantur ad cultum Dei primogeniti ceteri. Et istos Deus volebat sibi accipere in ministros, & tamen, quia polluti fuerunt in scelere adorationis vituli, noluit eos accipere in ministros, sed exegit à populo, q loco primogenitorum daret sibi alios numero æquales ministros, quos ipse elegerit: elegit autem totam tribum Leui, & ideo fecit Deus numera-

Quare tribus Leuitica ad Deum ministrabat summa sit.

ri omnes Leuitas ab vno mense, & supra, & fuerunt vigintiduo millia, numeravit quoque omnes primogenitos Israelitarum præter Leuitas ab vno mense, & supra, & inuenti sunt vigintiduo millia ducenti septuagintatres. Et quia superexcreuit numerus primogenitorum in ducentis septuagintatribus, & non debebant illi accipi, neque erant aliqui Leuitæ, qui pro eis acciperentur, fecit Deus redimi, q pro quolibet darent quinque sicli, qui fuerunt mille trecenti sexagintaquinque sicli, & hos iussit dari tribui Leuitarum, id est Aaron, & filiis suis, quia isti ministrabant loco illorum primogenitorum, qui superexcrebant, vt patet Num. 3. cap. & sicut tunc accepti sunt Leuitæ pro primogenitis totius populi, ita postea totus populus dabat sustentationem Leuiticæ tribui, quæ ministrabat Deo pro toto populo, & sic prouenerunt decimæ Leuitis, quæ tamen non fuissent datæ si primogeniti totius populi ministrarent pro seipsis, vel totus populus pro se, quia tñ neque totus populus p se ministrabat, neq; er̄ primogeniti specialiter, sed Leuitæ pro omnibus fecit Deus, q totus populus daret decimas, ex quibus sustentarentur Leuitæ, & alia iura, quibus sustentarentur sacerdotes. Sic dicitur Num. 18. ca. f. Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessione pro ministerio, quo seruii mihi in tabernaculo federis, vt nō accedat vltra filij Israel ad tabernaculum fœderis, ne committat peccatum mortiferum. Quali dicat si liceret filiis Israel accedere ad Sanctuarium ad ministrandum, non ministrarent pro eis Leuitæ, & ita non esset solutio decimarum, sed quia non licebat accedere Israelitis, accedebant pro eis Leuitæ, & in precium ministerij sui accipiebant decimas.

Sed sciendum, quod licet tota tribus Leui ministraret Deo pro toto populo, tamen adhuc specialius ministrabant pro primogenitis populi, quia primogeniti habebant specialem subiectionē seruitutis ad Deū supra totum populum, vt dictum est supra, & ideo etiam solutio sustentationis ministrorum non erat æqualis. Nam populus soluebat decimas, quas etiam primogeniti soluebāt, & præter hoc quilibet primogenitorum post mensem à natiuitate sua redimebatur, & accipiebant pro eo quinque siclos sacerdotes, Num. 18. ca. Et sic erat bene taxata pensio, quæ soluebatur ministris Dei.

Quare pensio ista, quæ dabatur Leuitis, erat specialiter taxata ad decimam potius quam ad aliam summam. Quasi. CXXIX.

Quare pensio ista, quæ dabatur Leuitis, erat specialiter taxata ad decimam potius quam ad aliam summam, vel proportionem.

Dicendum, quod aliqui volunt dare ad hoc causas mysticas, vt de p̄fectione numeri denarij. Sed istud parum facit cum potius Deus per hoc intenderet assignare competentem ministris suis sustentationem.

Est ergo dicendum, q Deus voluit dare tantā portionem de fructibus, quanta esset sufficiens ad sustentationem ministrorum.

Pro quo sciendum, q Deus voluit tribum Leuiticam ad se totaliter applicare, ita vt non vacaret alijs humanis ministracionibus, sed diuino ministerio, & ideo oportebat totam eorum sustentationem tribui ipsi a populo eis nihil a seipsis habentibus. Erant autem due partes Leuiticæ tribus, scilicet sacerdotes & Leuitæ, sacerdotes autē pauci erant, quoniā quando primo fuit facta ipsa separatio, erant Leuitæ vigintiduo millia Num. 3. c. & sacerdotes erant solitres.

Due partes Leuiticæ tribus.

Aaron

Aaron, & duo filij eius Eleazar, & Ithamar: nam alij filij eius, scilicet Nadab, & Abiu prima die ministracionis perierunt: Leui. 10. & Num. 3. cap. Et ideo sacerdotes semper fuerunt pauci in comparatione Leuitarū. Deus vero dedit iura sacerdotibus, in quibus non cōmunicabatur cum Leuitis, & illa fuerunt, quæ nominantur Num. 18. c. Et non habebant partem aliquā decimarum, & in iuribus sacerdotum non erat quantitas taxata, & ideo magis variabantur, quia erāt quædam obuentiones, scilicet vota, & spontaneæ oblationes, & sacrificia, & redemptiones primogenitorum, iura autem Leuitarum erant taxata, & determinata, solas enim decimas illi habebant.

Causa p̄cipua taxationis decimarum.

Causa autem præcipua huius taxationis erat, quia dando decimam Leuitis videbatur Deus dare tatum de sustentatione cuiilibet Leuitæ, quantum cuiilibet homini de populo, eo q duodecim erant filij Israel quorum vnus erat Leui, & ita tota multitudo nata de Israel videbatur esse diuisa in duodecim partes æquales, vel quasi. Nam effici eandem tribum maiore, aut minorem ex indiuiduis accidebat, & interdū vna tribus erat maior alia interdum minor, & ideo secundum generalem considerationē tribus Leui erat duodecima pars Israel, ideo si diuideretur fructus per æquales partes debebāt omnes fructus cuiuslibet anni totius terræ Israel diuidi in duodecim partes, & vna illarum dari Leuitis, & sic haberent duodecimam partem fructuum, sed quia rursus dabant ipsi decimam decimæ suæ summo sacerdoti, Num. 18. pars quæ eis manebat, nō erat vndecima pars omnium fructuum terræ Israel. Sed erat inter vndecimam, & duodecimam, & sic diuisis fructibus per æquale dāda erat Leuitis decima pars, si autem daretur solum duodecima, aut tredecima, & ipsi rursus dare deberent decimam summo sacerdoti, maneret eis parua sustentatio, quia non tantum quantum cuiilibet homini de Israel diuisis fructibus per æquale, & ideo conuenienter taxata fuit portio fructuum, quæ daretur Leuitis quod esset decima. Et confirmatur hoc, quoniam data eis ista decima adhuc manebant pauperes, & ideo mandabat Deus dari elemosynam, & inuitari ipsos, sicut & alios pauperes quasi nihil habeant, Deutero. 12. cap. Et tamen Deus non posuit eis maiorem portionem fructuum, id est septimam, vel octauam, ne populus hoc molestē ferret.

Accedebat tamen aliqd ad hoc quod solutio decimarum efficeretur tolerabilis populo: nam cū omnes filij Iacob introirent in terram Chanaan debebāt eam diuidere per partes æquales, vt dicitur Num. 26. & 33. ca. Et quia Leuitæ erant quasi duodecima pars Israelitarū debebat eis assignari duodecima pars terræ, vel quasi: tam in vrbibus quam in agris: Deus autem voluit, q Leuitæ nullam partem possessionū caperent in terra promissionis: Num. 18. & Deuteron. 18. Et ita illa duodecima pars terræ quā ad agros diuidebatur per totum reliquum Israel, quam partē si Leuitæ retinerent, possent sibi de illa prouidere, sicut omnes Israelitæ sibiipsis prouidebant, erat autem data illa pars omnibus Israelitis, ideo consequens erat, q omnes Israelitæ de fructibus suis alerēt Leuitas dādo eis decimam partem fructuum omnium, & ita non grauabatur populus, quia quasi tantum acceperant quantum dabant. Si autem Leuitæ acciperent portionem terræ, sicut ceteri Israelitæ, fieret intolerabile populo dare Leuitis decimam: immo & dare eis tricesimam. nunc autem nihil videbantur dare de suo Leuitis, sed fructus, qui haberi poterant de terra, quæ cōpeteret Leuitis, si forte eam diuiderent cum alijs, sed hoc videbantur facere Israelitæ pro Leuitis, scilicet colebant expensis suis terram Leuitarum, & dabant eis

omnes fructus, qui inde prouenire poterant, & hoc faciebant, quia Leuitæ ministrabant pro eis coram domino.

Causa autem quare Leuitæ, & sacerdotes nullam sortem terræ habuerunt, sed totam terram habuerunt, & illi dabant decimas Leuitis, fuit quia Deus vtrorumque commoditates respicere voluit, scilicet Leuitis, & sacerdotibus prouideret, & populi molestias tolleret. Volebat enim q sacerdotes, & Leuitæ ministrarent ei, & non occuparentur in alijs ministracionibus. Et hoc propter duo. Primo quia occupationes ceterarum remoniarum diuini cultus sufficienter occupant aliquem hominem, ita vt non possit conuenienter vacare alijs operationibus, quod tamen fieret si parua essent occupationes in diuino cultu, cum quibus possent stare occupationes agriculturæ.

Secundo fuit propter dignitatem diuinarum ministracionum. Non enim fuit conueniens, vt qui diuinis ministracionibus implicabantur, ad humanas, & prophanas occupationes descendere cogerentur, in quo ministerium Dei vituperaretur, vel minoris dignitatis iudicaretur, & ad hoc voluit, & debuit Deus dare tantūdem de redditibus ipsis sacerdotibus, & Leuitis, vt nō cogerentur propter vitæ necessitatem declinare ad alias occupationes, & sic tradidit sacerdotibus iura sua, & Leuitis decimas, de quibus poterāt sufficienter sustentari. Hoc dato non erat conueniens sacerdotibus, & Leuitis habere possessiones agrorū, quia non poterant occupari in cultura illorum, & sic parum eis prodesse. Rursus autē popularibus multum obesset, quia ablata eis tanta parte possessionum molestē ferrent, q decimam fructuum darent Leuitis, ideo temperatum est ex vtroque, scilicet Leuitæ, & sacerdotes nullas possessiones agrorum haberent, & quæ laici habentes totam terram soluerent decimam partem fructuum. Et ad hoc nō acceperūt isti agros, & vineas, neque partes vrbium, quia sic manerent agri regionis illius, quæ daretur sacerdotibus, & Leuitis non culti, vel oporteret, q colerent eos sacerdotes, & Leuitæ, quod erat inconueniens, ideo neque aliqua fors agrorum, neque vrbium data est illis, sed diuisa tota terra inter laicos diuisi sunt sacerdotes, & Leuitæ per omnes tribus, vt in sorte cuiuslibet tribus acciperent aliquas vrbes, & tamen non acciperent aliquos agros, vt patet Iosue 21. cap.

Quam decimam soluebant Iudæi, & quomodo. Quasi. CXL.

Quare pensio ista, quæ dabatur Leuitis, erat specialiter taxata ad decimam potius quam ad aliam summam, vel proportionem.

Dicendum, quod apud Iudæos soluebatur tres decimæ de eisdem fructibus, vt colligitur Deutero. 14. ca. Et non dabantur eisdem personis. Nam prima dabatur Leuitis, de qua habetur Leui. 27. & Num. 18. & Deutero. 18. Secunda erat ad vsum ipsorum laicorum. Tertia erat pro pauperibus.

De prima dicendum, q erat in scriptura magis nominata, & ista est, quæ vocatur absolute decima, & de hac nihil pertinebat ad laicos, neque ad pauperes, sed integraliter dabatur Leuitis, vt colligitur Numeri 18.

Secunda decima non erat tam nominata, & ideo in scriptura, quando nominatur decima, intelligitur de illa quæ dabatur Leuitis, nisi exprimat hæc, & erat ista ad vsum ipsorum laicorum, qui dabant hanc decimam hoc modo, scilicet quilibet separaret decimam partem omnium fructuum tēpore suo de vino, oleo, frumento, pecoribus, & ceteris, de quibus decima soluitur, & hanc decimam seruaret apud se non dans eam sacer-

facerdoti, neque Leuita: Et tempore, quo iturus esset in Ierusalem ad templum in tribus festiuitatibus māduducabat de his omnibus, & sacrificia faciebat, & pauperes inuitabat ad cibos, & non expendebantur illi fructus in alios vsus. Et tamen si locus Sanctuarij distaret nimis, & ista decima non posset illuc portari sine difficultate, licebat cuilibet vendere totam istam decimam in terra sua, & de precio inde habito emebat quidquid placebat sibi in loco Sanctuarij, & erat ad eundem vsuum, scilicet ad epulandum, & offerendum inde sacrificia, & ad inuitandum pauperes.

Tertia decima erat, quā quisque separabat de fructibus suis, & non dabat illis Leuitis, neque sacerdotibus, sed reseruabat penes se ad faciendum elemosynam, scilicet quod daretur inde cibis peregrinis pupillis, viduis, & Leuitis, pauperibus, & generaliter omnibus egentibus, Deut. 14. c.

Decima Leuitarum laicorum, & pauperum inter se differunt. Differunt autem istæ decimæ in multis. Primo in magnitudine, quia non erant æquales, nam cum fierent de eisdem fructibus, necesse erat maiorem esse primam, & minorem secundam, & minimam tertiam. Decima enim, quæ dabatur Leuitis erat prima, & ista dabatur de omnibus fructibus, & erat maxima, & verè decima. Manebant postea nouem partes, & de istis rursus accipiebatur decima, & ista seruabatur ad comedendum in loco Sanctuarij. Rursus autem de fructibus residuis accipiebatur tertia decima, quam reseruabat quisque in domo sua ad faciendum inde elemosynas, & erat ista minima decima.

Accipitur exemplum: sint mille mensuræ frumētī totus fructus decimabilis decima eius sunt cētum; manent nongentæ, de quibus rursus accipiat decima, & sunt nonaginta: manent octingentæ, & decem de quibus rursus accipiat decima, & erunt octuaginta vna. Tunc si comparetur secunda decima ad totum aceruum fructuū, idest nonaginta, & mille, erit vndecima, & centesima, scilicet vndecies nonaginta, & insuper decem quæ est centesima de mille. Si comparetur tertia decima ad totum aceruum fructuum erit duodecima, & tricesima sexta quasi, scilicet octoginta vnū ad mille, quia duodecies octoginta, & vnū, & insuper viginti octo cōplent mille, & tamen viginti octo est pars tricesime sextæ de mille, vel quasi. Secundo differunt, quia non dantur eisdem personis, sed prima Leuitis, secunda in proprios sumptus: tertia in pauperum elemosynam.

Tertio differunt, quia tam prima quam secunda decima accipiebatur quolibet anno de fructibus: tertia autem decima non quolibet anno, sed solum de triennio in triennium: Deut. 14. cap.

Quarto differunt quantum ad modum expendendi. Nam prima decima dabatur tota integraliter Leuitis statim, vt colligebatur quolibet anno, & non retinebatur aliquo tempore in domo. Secunda expendebatur à quolibet laico, quādo ibat in Sanctuarium domini quolibet anno ter per annum, eundo stans, & redeundo. Tertia expendebatur successiue per duos annos dando elemosynam pauperibus. Nam cum colligeretur de triennio in triennium durabat per duos annos, & in sequenti anno colligebatur alia. Vel sicut alij cōputant post annum, in quo fiebat ista decima computabantur tres anni, & in tertio eorum fiebat rursus decima, & ita erāt duo anni medij inter decimam, & decimam, & in illis non fiebat decima, sed in illis duobus, & in illo, quo fiebat expendebat illa decima, & sic per tres annos expendebatur vna decima.

Quinto differunt quantum ad causam dandi. Nam prima decima dabatur ad ordinariam sustentationem ministrorum Dei, idest Leuitarum, quia nul-

lam aliam sustentationem habebant, & ista dari fuit valde conueniens, vt ostensum est in duabus questionibus præceden. Secunda decima dabatur, vt haberet Israelita: quid expendere, quando irent in locum Sanctuarij: ibant enim quolibet anno ter illuc, Exo. 23. & 34. & quia Deus iusserat, q̄ nemo coram eo appareret vacuus Exo. 23. oportebat coram eo munera offerre, idest sacrificia, vel aliqua dona pro templo Domini, & fuit conuenienter assignata ista decima, quia cū Iudæi essent auari, vellet facere paucos sumptus etundo in templum Domini, & ideo pauca, vel nulla dona offerrent, & tenues sumptus efficiere, & vtrunque erat inconueniens. De primo patet, quia volebat Deus, q̄ non apparerent vacui coram eo, & quod assueficerent ad offerendum ei dona, vt sic eunt ex assuetudine diligerent, & afficerentur ad eum.

De secundo patet, quia paucos sumptus faciendo essent tristes, quia cum essent carnales lætabantur, quando comedebant, & bibebant ad abundantiam, & ita dicitur Deuteron. 12. & 14. vbi Deus suadet illis comedere, & letari coram eo, & cum illa letitia afficerentur ad cultum Dei, in quo lætabantur delectabiliter comedendo, & bibendo. Si autem paucos sumptos facientes non lætarentur in cibo, & potu: etiam per accidens minus afficerentur ad cultum Dei, in quo non lætabantur, ideo Deus prouidit contra hac per istam decimam secundam. Nam cum non liceret Iudæis expendere aliquid de ista decima, nisi eundo, & redeundo in Sanctuarium, & maxime manendo expenderent liberaliter quantum sufficeret quantitas decima: cum non liceret eis partem illius decimæ reseruare sibiipsis ad alios vsus. Tertia decima fuit conuenienter instituta ad dandum elemosynas. Nā nunquam deficiebant pauperes inter Iudæos, Deuter. 15. cap. Iudæi autem auari erant, ideo Deus hortabatur eos, vt benefacerent pauperibus, & quia durū esset eis propter tenacitatem benefacere pauperibus, quando occurrerent si de proprio dandum esset, voluit q̄ separarent tertiam decimam de fructibus, & in illa nullum ius habebant, neque licebat eis in vsus proprios aliquid de illa expendere, ideo quando pauperes occurrerent dabant de illo sine tenacitate, cum non liceret eis retinere: vnde ista decima totaliter pro pauperibus erat: secunda autem erat pro ipsis laicis principaliter, vt eam expendere, & minus principaliter pro pauperibus, quos inuitare debebant, q̄n de illa comederent, & biberent in Sanctuarij loco, Deuteronom. 14. capit. Et fuit conuenienter statuta decimatio quælibet harum quantum ad tempus, & causam earum.

Quibus erat danda decima, & cur. Quest. CXXI.

QVAERETVR, quibus erat danda decima, & cur. Dicendum, sicut habetur præced. quest. quod tres erant decimæ, & tamen de duobus secundis non accipitur hic, quia non vocantur decimæ absolute. Sed de prima, & de illa dicendum, quod dabatur Leuitis solis. Nam dabatur ministris Dei, & non erant alij præter sacerdotes, & Leuitas, sed sacerdotibus nihil dabatur de decimis Nume. 18. cap. ideo totaliter dabantur Leuitis.

Sed dicitur, quare solis Leuitis. Dicendum, quod Deus ministris suis prouidere volebat sufficienter, vel competenter saltem de sustentatione, & ideo vtrisque dedit iura aliqua. Dedit enim sacerdotibus multa iura, idest oblationes, sacrificia, vota, redemptiones primogenitorum, primitias, & omnia huiusmodi Numeri 18. capitu. & ista erant sufficientia ad sustentationem eorum, ideo nihil eis de decimis dedit: A

Leuitæ autem nulla alia iura habebant, ideo decimæ integraliter eis dabantur. Et apparet, quia Leuitæ receptis decimis adhuc manebant pauperes: nā Deus sepe hortabatur Iudæos, vt Leuitis elemosynam darent, & inuitarent eos ad epulas suas, quando sacrificia facerent pacifica Deuteronom. 12. & 14. nunquā tamen hortabatur, quod darent elemosynam sacerdotibus. Apparet ergo, quod sacerdotibus sufficiebant iura sua sine decimis: Leuitis autem non sufficiebant decimæ, sed adhuc manebant pauperes.

Qui tenebantur ad decimas dandas. Quest. CXLII.

QVAERETVR qui tenebantur ad decimas dandas. Dicendum, quod tenebantur omnes laici, idest omnes de duodecim tribubus: ipsa vero tribus Leui non soluebat decimas, sed potius accipiebat: nō tamen omnes de tribu Leui, sed soli Leuitæ: nam sacerdotes, vt dictum est non accipiebant decimas, & tamen neque Leuitæ, neque sacerdotes dabant decimas.

Prima causa est, quia Leuitæ non soluebant decimas, eo quod ipsi illas recipiebant: non pertinet autem ad eundem dare, & accipere: sacerdotes autem non soluebant decimas, quia decimæ soluebantur Leuitis propter ministerium, Nume. 18. cap. sacerdotes tamen erant maiores ministri Leuitis, & Leuitæ ministrabant ad mandatum sacerdotum Nume. 3. & 8. & 18. ideo inconueniens erat, quod ab eis decimas exigerent, quia maiores non debent aliquid a minoribus, sed è contrario.

Secunda causa est, quia decimæ dabantur de fructibus terræ, & tamen sacerdotes, & Leuitæ non habebant fructus terræ, eo quod non colebant terram: immo neque habebant loca, quæ colebant, quia non acceperant sortem possessionis inter Israelitas, sed tota terra data est laicis in possessionem, sacerdotibus autem, & Leuitis data sunt iura Sanctuarij in possessionem Nume. 18. & Deuteronom. 18. & Iosue 13. cap. ideo non pertinebat ad eos solutio decimarum, sed solum ad laicos, qui fructus terræ, & possessiones habebant.

Quomodo tenebantur Leuitæ decimas soluere summo sacerdoti. Quest. CXLIII.

QVAERETVR quomodo tenebantur Leuitæ soluere decimas: nam summo sacerdoti decimas soluebant.

Dicendum, quod Leuitæ cum non haberent possessiones non dabant decimas, sed de illis decimis, quas à populo accipiebant rursus ipsi dabant decimam summo sacerdoti, quæ erat decima decimæ, idest centesima omnium fructuum totius Israel. Sic dicitur Numeri 18. cap. scilicet. Cum acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerre debetis Domino, idest decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum: tam de area quam de torculari, & vniuersis, quorum accipitis primitias offerre Domino, & date eas Aaron sacerdoti. Ratio huius est, quia volebat Deus summū sacerdotem facere virum magnum, & magni status ad hoc, quod cultus eius esset multum honorabilis, sed non est magnitudo status, nisi vbi sunt multæ diuitiæ, maxime apud carnales homines quales erant Iudæi, ideo volunt, quod summus sacerdos haberet magnas diuitias, sed ipse non habebat aliquam pos-

Iudæi carnales homines erant.

sessionem terre, sicut neque ceteri sacerdotes, & Leuitæ, sed tota terra erat data laicis, ideo debuit ei dare magnos redditus: isti non poterant esse de corpore reddituum aliorum sacerdotum, quia sic non sufficerēt eis detrahendo tam magnam partem, ideo debuerūt conuenientius esse de decimis, vt tolleretur decima decimæ, & iste erat magnus redditus. Nam recipiebat summus sacerdos centesimam partem fructuum omnium totius Israel, & ideo erat vir potēs, & præter regem non erat aliquis tantorum reddituum, sicut summus sacerdos. Vnde summi sacerdotes accipiebant in vxores filias Regum, sicut apparet de Ioiada, qui accepit in vxorem Iosabam, quæ erat filia regis Iosæ, vt patet 4. Regum 12. & 1. Paralipomen. 2. cap. Ceteri autem sacerdotes, & Leuitæ paucos habebant redditus, quia satis erat vnū esse magni status inter eos. Nam cum vnicus esset locus Sanctuarij, & vnicum Sanctuarium in tota terra Iudæorum, satis erat esse vnum principem, qui esset magni status, & ille erat summus sacerdos. Secus autem de tempore nostro, cum sint multæ Ecclesiæ, & multæ regiones, ideo oportet esse multos viros potentes in Ecclesia, scilicet Episcopos, & Archiepiscopos, & Primates, atque patriarchas sub capite omnium, idest summo pontifice. Hoc modo patet, quia soli laici soluebant iura pro ministris Sanctuarij: ipsi tamen nullam recipiebant, eo q̄ non erant ministri: Leuitæ autem recipiebant decimas à populo, & rursus de eis dabant decimam summo sacerdoti, sacerdos autem magnus nulli dabat decimas, neque iura aliqua, quia ipse erat princeps omnium ministrorum Dei. Sacerdotes autem minores accipiebant iura à populo, sed de illis nulli dabant decimas, neque alia iura, etiam si nutrirant animalia aliqua, quæ non recipere de iuribus Sanctuarij, adhuc de illis non soluebant decimas: nutrieant enim tam sacerdotes quam Leuitæ animalia in vrbibus suis, quia dicitur Numeri 35. cap. quod acceperunt Leuitæ vrbes à filiis Israel ad habitandum, & suburbana eorum ad alenda pecora.

Quando, aut quoties decima soluebantur. Quest. CXLIIII.

QVAERETVR quando aut quoties decima soluebantur.

Dicendum, quod licet hoc non ponat expresse sacra scriptura, tamen colligitur ex ea. Iubet namque Deus dari decimam de omnibus fructibus terræ, sed quolibet anno fructus nascuntur, ideo quolibet anno danda sunt decimæ de illis, de pecoribus quoque decimæ danda erant, & ideo quoties nascuntur, ita vt decimæ de illis dari possent, dabatur.

Sed dicendum, quod tres erant decimæ, vt dictum est supra, prima, & secunda soluebatur quolibet anno, tertia verò de triennio in triennium: Deuteronom. 14. cap. vbi de prima decima non tangitur, sed de secunda dicitur. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui. De tertia decima dicitur ibi. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore.

Ratio autem quare primæ duæ decimæ dabantur quolibet anno, & tertia de triennio in triennium, erat quia prima dabatur in sustentationem Leuitarum, sed illi quolibet anno indigebant sustentatione hac, quæ vix sufficiebat, ideo quolibet anno soluenda erat decima hæc.

De secunda est causa, quia erat illa ad expendendum cum

cum iret quis in Sanctuarium eundo stando, & rededi do, & ad offerendum ibi munera Domino, & tamen ad hoc erat satis necessaria vna decima quolibet anno, eo quod quolibet anno teribat quilibet in templum Domini Exodi 23, & 34. & in qualibet vice fiebant sumptus magni, secus de decima, quæ pro pauperibus separabatur: nam vt non putarent se Israelitæ multum granari, noluit Deus eos arcere ad decimam illam quolibet anno, sed de triennio in triennium solum.

De quibus rebus erant à Indæis decima soluenda. Quæst. CXLV.

QVAERITVR de quibus rebus erant decima soluenda.

Dicendum, quod de omnibus fructibus, quos homines colligebant, fructus autem consistit tam in terræ nascentibus, quam in pecoribus. De terræ nascentibus dabatur decimæ, id est de legumibus omnibus, & de arboribus, id est de vino, & oleo, & pomis arborum. Et patet hoc Leui. 23, cap. scilicet omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt, & illi sanctificantur. De hoc etiam Nume. 18. c. dicitur, quod accipiebant Leuitæ decimam tam de area quam de torculari. Per aream intelliguntur omnes fruges, quæ in area triturantur per torcular intelliguntur vinum, & oleum, quia vni, & oleo torquentur, vt succum emittant. De pecoribus etiam dabatur decima Leui. 27. cap. scilicet boves, & oves, & capræ quæ sub pastoris virga transeunt quidquid decimum venerit, sanctificabitur domino, id est dabitur domino, & ista erat decima.

Sed est dubium circa arbores, an ex omnibus arboribus, quarum fructuum homines colligerent dantur decimæ.

Aliqui dicunt, quod non, sed solum de vna specie arborum, quia dicitur Leui. 27. c. f. omnes decimæ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt, ergo de alijs fructibus quam de pomis non erant danda decimæ.

Dicendum, quod de omnibus arboribus, quarum fructus colligebant homines erant decimæ danda, eo quod de omnibus fructibus iubetur dari decimæ, sed de quacunque arbore id, quod nascitur fructus est, ideo si veniat in vsum humanum est id, de quo decimæ danda sunt.

Cum autem obijciatur, quod de solis pomis dentur decimæ. Dicendum, quod sicut quilibet arbor vnus speciei habet nomen distinctum ab alia arbore, ita & fructus habet nomen distinctum à fructu, sed latinæ vltus non habuit tantam nominum distinctionem, ideo interdum vtitur vno nomine pro omnibus fructibus, interdum duobus, quando duo sunt, distinguuntur fructus iuxta duas conditiones. Nam quidam fructus habent corticem durum, id est testam: alij vero mollem. Omnes habentes corticem durum vocantur noces, & ita auellana est nux. Omnes habentes mollem corticem vocantur poma, & ita pira, & pruna, & quicquid huiusmodi est vocatur poma. Accipiendo vnquam nomen pro omnibus vocantur omnes fructus poma, & ita accipitur in proposito, scilicet de pomis arborum, id est de fructibus omnium arborum.

An soluebatur decima de omnibus plantis, & herbis. Quæst. CXLVI.

QVAERITVR, an soluebatur decima de omnibus plantis, & herbis, quas non vocamus arbores, vt de caulibus, pastinacis, lactucis, & leguminibus. Aliqui dicunt, quod non, quia Leui. 27. capit.

expressit Deus res illas, de quibus decimæ dabatur, inter quas non erant plantæ istæ, cum dicitur. Omnes decimæ de frugibus, siue de pomis arborum. Et tamē istæ plantæ non sunt fruges, etiā non sunt poma quantumcunque large accipiatur poma, quia pomum est fructus arboris: istæ autem plantæ, neque sunt arbores, neque arborum fructus, quia istæ totaliter comeduntur, vt caules, & lactuca, sed de arbore non comeduntur, nisi fructus manente arbore.

Dicendum, quod de his decimæ dabatur, quia Deuteronom. 14. cap. dicitur. decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, ergo cum ista, quæ nominata sunt sint terræ nascentia, necesse est, quod de illis soluantur decimæ.

Item patet, quia Christus innuit, quod in veteri testamento soluebantur decimæ de istis rebus paruis, scilicet de mentha, & cymino, & ruta sup. in litera. & Luc. 11. cap. ergo de caulibus, lactucis, & leguminibus à fortiori decimæ soluenda erant. Patet antecedens primo, quia Pharisei soluebant decimas de mentha, cymino, anetho, & ruta, vel populum soluere docebant, & cogebant supra in litera, & tamen non facerent hoc, nisi putarent se ex lege ad hoc obligatos.

Secundo patet, & efficacius, quia Christus dixit. Oportuit hæc facere, & illa non omittere, & intellexit de decimatione mentha, & cymini, sed id, quod oportet non omittere, illicitum est, si omitteretur: ergo necessaria erat ad salutem solutio decimarum. De his consequentia patet, quia maior necessitas videbatur soluendi decimas de caulibus, leguminibus, raphanis, & lactucis, eo quia ista magis veniunt in vsum humanum quam illa, nam caules, legumina, & similia sunt cibis, & veniunt in sustentationem directam vitæ humanæ: mentha verò anethum, & cyminum sunt, vt condimenta, & non principaliter, vt cibus, sed de condimentis parum sumitur, quia non oportet esse multum de condimento, vt dicit Arist. 9. Ethic. neque oportet esse multos amicos, ideo à fortiori oportet, tã de caulibus, & leguminibus quã de mentha, & anetho decimam dari. Dicendum ergo, quod solui debentur dare decimæ de omnibus fructibus terræ, & ideo siue de arboribus, siue plantis, & leguminibus, atque oleis quibuscunque, tenebantur dare decimas, quia ita dicitur Deut. 14. c. f. decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & sicut tenebantur ita obseruabant decimando de omnibus, quia dicitur Luc. 11. c. f. decimatis mentham, & rutam, & omne olus, sed olea sunt herba quæ veniunt in cibum nostrum, & vsum: ergo de omnibus herbis venientibus in vsum humanum soluebant decimam. Cum autem obijciatur, quod de pomis arborum sunt decimæ soluendæ. Dicendum, quod non tetigit ibi lex totum, quod decimandum erat, sed ea, quæ præcipua sunt, & reliqua multa alia, quæ alibi expressa sunt saltem sub nomine communi, scilicet Deut. 14. vbi dicitur, quod de omnibus fructibus, qui nascuntur in terra sunt decimæ soluendæ, & non tenet locus ab auctoritate negatiuæ.

An omnes modi decimarum sint in nouo testamento, qui erant in veteri. Quæst. CXLVII.

QVAERITVR nunc de decimis, prout sunt tpe noui testamēti: & primo, an sint in nouo testamento omnes modi decimarum, qui erant in veteri testamento. Dicendum, quod non, quia in veteri testamento erant tres decimæ, vel decimationes, scilicet quæ fiebant per singulos annos, & tertia, quæ vltra duas illas fiebat de triennio in triennium, vt patet Deuteronom. 14. c. & supra. & tamen nunc non sit, nisi vna decimatio per singulos

singulos annos, quæ datur ecclesiæ ministris.

Sed dicitur an hoc immutatum est cum decimæ nostræ pendeant ex decimis veteris testamenti, & ibi equaliter lex iubebat has triplices decimas solui.

Dicendum quod decimæ vel aliqua alia, quæ in nouo obseruantur, & fuerunt prius in veteri, non ideo manent nunc quia præcepta fuerunt in veteri: nam sicut status ille totaliter cessauit, ita & legislatio penitus defecit: nã sicut dicit Apostolus ad Heb. 7. c. traslato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat: sed manent aliqua quæ conuenire inueniuntur statui nostro, & quia aliqua & non omnia conueniunt statui noui testamenti, pauca manent. Sic est de decimis: nã primæ decimæ dabantur ibi pro ministris sanctuarij. Nume. 18. & Deut. 18. Secundæ erant pro ipsis laicis, vt facerent expensas & sacrificia & oblationes de eis in loco sanctuarij. Tertiæ decimæ erant pro pauperibus. Dent. 14. c. De primis est ratio, quod nunc manent, ideo manent. De secundis autem & tertijs non, ideo non manent. Patet hoc, quia primæ erant pro ministris: nunc verò manent etiam ministri, ideo fuit conueniens manere has decimas, cum ministri nunc Deo ministrent loco totius populi, ideo a toto populo debent recipere sustentationem, sicut dicitur. 1. Cor. 9. ca. Secunda non manet, quia illa erat ad faciendâ sacrificia oblationes, & expensas in loco sanctuarij, quando irent illuc Israelitæ, & tamen nunc non manet, quia non sunt sacrificia aliqua nunc talia, neque oblationes huiusmodi. Neque etiam sunt expensas eundo ad huiusmodi sanctuarium: quia nunc vbi que est sanctuarium, & non est locus determinatus sicut in veteri testamento: quia tunc in solo vno loco, quæ Deus eligebat impendebatur ei iste cultus, Leui. 17. & Deut. 12. & 16. Nunc vero in omni loco Ecclesias construimus, & Deum colimus. Sic enim dixit Io. 4. c. Christus quando mulier Samaritana quæ iuit à Christo vbi orandum, & sacrificandum esset, an in Ierusalem vel in monte illo, id est in monte Garizim, vbi erat quoddam templum constitutum, in quo Samaritani colebant Deum. Et ille ait. Vos, id est Samaritani, adoratis quod nescitis, id est in loco, de quo nescitis an Deo voluit ibi adorari, nos adoramus quod scimus, id est Iudæi adorant Deum in loco, quem sciunt ab ipso constitutum esse ad adorandum. Et sequitur causa, scilicet quia veritas ex Iudæis est, id est Iudæi habent veritatem circa suum cultum, & non Samaritani. Sed dicit, quod neutrum istorum maneret, inquit. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate, id est venit hora status noui testamenti, & erat tempore Christi, quando veri adoratores adorarent in spiritu, id est spiritualiter non considerando conditionem locorum, cum Deus equaliter sit in omni loco, qui proprie in nullo est. Et ideo cum neque sit nunc ad aliquem locum peregrinandum ad adorandum, neque carnalia sacrificia faciendum, non fuit necessaria, aut conueniens tertia decima, & ita non manet. Tertia quoque decima non manet, quia illa erat ad dandum pauperibus, id est, vt vna decima fructuum vnus anni expenderetur in pauperum eleemosynas per tres annos. Et fuit hoc conueniens pro Iudæis, qui tenaces erant. Et forte aliter non darent eleemosynas, vel valde paruâ: voluit autem Deus, quod saltem istam decimam expenderent, sicut dictum erat. In nouo autem testamento, vbi magna charitas erat, & abundare debebat iustitia nostra super iustitiam Phariseorum, & scribarum. sup. 5. c. largiores eleemosynas facerent homines, scilicet dando totum superfluum Luc. 11. quod superest dare eleemosynâ, immo & id totum, quod Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

A habebant dabant a principio, quia vendentes omnes possessiones suas, ponebant integra precia earum ad pedes apostolorum, & efficiebantur omnia communia. Act. 4. c. & ideo non fuit conueniens in nouo testamento ponere istam tertiam decimationem, vn de sola prima manfit.

Quo iure debeantur decimæ in nouo testamento. Quæst. CXLVIII.

QVAERITVR cum nunc decimæ debeantur, & soluantur in nouo testamento, quo iure debeantur an diuino, vel humano.

Aliqui dicunt, quod iure naturali, & diuino. Nam ius naturale est quod in lege & euangelio continetur in Decre. dist. 1. c. humanum, sed de decimis soluendis habetur mandatum in lege, scilicet Num. 18. & Deut. 14. & 18. & Leui. 27. ca. ergo solutio decimarum est de iure naturæ.

Secundo quia extra de decimis. c. Parochianos dicit Alex. tertius quod cum decimæ non ab homine, sed a Deo sunt institutæ tanquam debitum exigi possunt, sed quod est a Deo institutum est de iure diuino, ergo decimæ institutæ sunt de iure diuino nunc.

Dicendum quod decimæ non sunt nunc de iure diuino, sed sunt de iure positio. Primum patet quia decimæ non erant de iure naturali tempore veteris testamenti, & ante illud, vt ostensum est supra. Ergo neque nunc, quia quod aliquando est de iure naturali semper fuit de iure naturali, & quod aliquo tempore non erat de iure naturali nunquam postea est de iure naturali, eo quod nihil incipit esse de nouo de iure naturali, quia istud ius non incipit esse per hoc quod constituitur, sed per hoc quod in situ sit, sed istud inferre fuit à principio, quo Deus naturam rationalem condidit, & tale ei dictamen indidit, ergo quod tempore veteris testamenti non erat de iure naturæ, neque nunc erit de iure naturæ.

Secundum est, quod non sint de iure diuino: quia vocatur nunc ius diuinum ius scriptum per Deum institutum, prout distinguitur contra ius naturale non scriptum, & tunc manifestum est, quod non sunt decimæ de iure diuino. Nam aut essent de iure diuino veteris aut noui testamenti, sed neutro modo, ergo nullo. Primum patet, quia in veteri testamento de decimis soluendis agitur Num. 18. & Leui. 27. sed non potest ibi præceptum illarum esse morale, ideo erit carimoniale vel iudiciale. Patet hoc, quia moralia sunt naturalia, & tamen decimæ non erant de iure naturæ. Etiam quia non est de iure naturæ obligatio determinata ad numerum, cum nulla ratio suadeat potius denarium quam vndenarium numerum vel minorem, ergo erit carimoniale vel iudiciale, sed ista non obligant nunc, quia omnia huiusmodi cessauerunt, ergo etiam cessat obligatio decimarum nunc.

Secundum est, quod non est præceptum noui testamenti (soluere decimas, illa enim solum tenentur homines seruare in nouo testamento, quæ a Christo per se, & per apostolos sunt mandata, iuxta illud infr. 18. c. f. docentes eos seruare omnia quæcunque mandauit vobis, & tamē neque Christus neque apostoli aliquid de decimis locuti sunt, ergo non sunt decimæ ex obligatione noui testamenti. Sed contra hoc sunt ferè omnes iurista, volunt. n. decimas esse de iure diuino, & sub debito cadere, vt nititur ostendere Host. in summa titulo de decimis, & Inn. eo. 1. in principio, & post eos ferè omnes alij, & allegant ad hoc omnes auctoritates quotquot inueniunt in veteri testamento de decimis soluendis, allegant etiam dicta sanctorum, Ambrosii.

D d qu

qui 16. q. 7. c. quæcūq; ait. Quicumque cognoverit se...

Item dicunt de iure canonico deberi decimas, & non solventes peccare.

Dicendum qd aliud est dubitare an decime debeantur: aut quo iure debeantur.

Cum autem iuriste vt Hostien. probant tripliciter decimas deberi, scilicet auctoritatibus sacre scripture & auctoritatibus sanctorum, & iuribus canonicis patet responsio ad duo secunda.

Ad auctoritates veteris testamenti dicendum qd nihil probant; quia transiit vetus testamentum, & iste erant specialiter leges veteris testamenti, ideo non manent.

Item quia lex de decimis erat cærimonialis vel potius iudicialis, sed neque iudicialia neque cærimonialia manent in nouo testamento, ideo neque lex ista manebit, nisi quis velit præceptum de decimis esse morale, quia talia manent. Et hoc non stat. Primò; quia tunc maneret quantum ad totum, quod in eo constitutum est, sed dispositum erat, quod daretur leuitis, & non sacerdotibus, ergo non erant dandæ sacerdotibus, sed illis nunc dantur, ergo non manent, vt morale.

Secundò quia decime erant iura, quæ dabantur leuitis pro ministerio, sed non erat maior obligatio ex iure diuino neque ex iure naturali ad dandum iura leuitis quàm sacerdotibus; imo maior obligatio esse deberet ad iura sacerdotum, quia propinquius Deo ministrabant Num. 3. & leuitæ erant dati in ministros sacerdotum Num. 8. & 18. & tamen iura sacerdotum erant primitiæ, oblationes, vota, redemptiones primogenitorum, & sacrificia, Numer. 18. cap. ergo ista etiam tanquam moralia manere debent, sed non manent, ergo neque præceptum de decimis manet nunc.

Tertiò, quia præcipuum est id, quod leuita vel sacerdos facit colendo Deum, quam id quod datur ei pro ministerio hoc, sed cultus ille, quem sacerdotes & leuitæ faciebant in tabernaculo fæderis, pro quo dabantur eis decime & alia iura, Num. 18. c. cessauit, quia iam neque est sanctuarium illud, neque fit aliud ministerium in eo, ergo neque manent iura, quæ dabantur pro eo, quæ erant decime.

Quartò quia si morale esset non posset in aliquo mutari, neque dispensari cõtra illud, quia præceptum Dei est, & non potest aliquis supra præcepta Dei aliquid, scilicet mutando, aut dispensando, sicut apparet circa præcepta Christi: quia nemo potest circa aliquid illorum dispensare, licet quædam eorum es-

Præcepti de decimis non est morale.

fent quasi cærimonialia, imo verè cærimonialia, vt de baptismo, & de omnibus sacramentis, & de quibusdam alijs obseruantijs, quas Christus dedit Apostolis, sup. 10. & Luc. 9. & 10. cap. & tamen circa decimas dispensatur cum aliquo, qd non soluat decimas, & valet circa illas pactum & consuetudo & præscriptio, ergo non sunt de præcepto diuino.

Quintò quia tantæ necessitatis erat in veteri testamento, quòd leuitæ soluerent decimas decimæ summo sacerdoti quandiu laici darent decimas leuitis; sed non manet nunc quòd leuitæ vel sacerdotes dent decimam decimæ summo sacerdoti, ergo neque manet ex illo præcepto necessitas aliqua ad decimas. Necessè est igitur dici, quòd non maneat obligatio aliqua ad decimas, vel quòd illa non maneat ex præcepto dato a Deo, quia ex illo æqualiter erat obligatio ad iura sacerdotum, sicut leuitarum, & æqualiter ad decimam decimæ sic ad decimam, vel quòd aliquis determinauerit manere debere decimam istam & non alia iura sacerdotum, aut leuitarum, & tunc iam non habebit decima vim suam ex præcepto Dei quod perijt, sed ex determinate, & ira erit decima de iure humano, & non de diuino, quia ab homine determinatū est. Sic enim fuit de obseruatione diei dominicæ. Nam ex mandato Dei colebatur sabbatum loco cuius successit dies dominica, & tamen manifestum est, quòd obseruatio dominicæ diei non est de iure diuino, sed est de iure humano canonico. Quod satis apparet quia potest mutari in alium diem, & potest Ecclesia totaliter illum diem tollere, vel dispensare circa illius obseruationem. De sabbatho autem verum erat, quòd esset de iure diuino obseruatio eius, quandiu mansit lex Moysi, ergo decima nunc non est de iure diuino.

Sed allegant etiam ad hoc auctoritates noui testamenti, vt supra in litera. Oportuit hæc facere, & illa non omittere. Et illud Luc. 11. c. scilicet. Decimatis mentham, & rutam, & omne olus. Et illud Luc. 18. scilicet. Decimas de omnium, quæ possideo. Ergo ex his saltem patet, quòd manet ex nouo testamento necessitas decimarum.

Dicendum, qd ista nihil faciunt. De primo patet quia Christus nihil ibi iubet, neque etiam asserit manere nunc aliquam obligationem decimandi, sed loquitur contra Iudæos ex cõditione veteris testamenti, in quo erat necessitas decimandi. Et apparet quia dicit, oportuit hæc facere, id est fidem, misericordiam & iudicium, & illa non omittere, scilicet oportuit non omittere minutas decimas quasi dicat, tunc oportuit, nunc verò non oportet nisi instituat de nouo. Ad secundum planum est, quòd nihil facit sed solum refert factum Iudæorum, qd ipsi decimas ab ista minuta, sed hoc nihil inducit pro nobis. Nam ita refert Christus supra 8. c. qd in emundatione leprosi fiebant quædam cærimonie legis, & tamē nunc non obseruantur aliquæ tales cærimonie in emundatione leproforum.

Sed adhuc istud adiuvat pro illa parte, quia Christus iussit expresse mundatis à lepra ostendere se sacerdotibus, & facere cærimonias legis Moysi. supra 8. & Luc. 17. c. decimas autem nulli etiam Iudæo iussit soluere, ergo ex verbis Christi nulla significatur necessitas soluendi decimas.

Ad tertium eodem modo dicitur, qd ibi solum narrat ille Phariseus, quid faciebat, sed illud apud nos nullum ius constituit.

Sed adhuc obijcietur, quòd sint de iure diuino, quia extra de deci. cap. Parochianos, dicitur, quòd cum decimæ non ab homine, sed ipso domino sint in-

Obseruatio dominicæ diei non est de iure diuino.

Nota intellecti verè cap. parochianos.

instituta quasi debitum exigi possunt. Etiam eod. tit. cap. tua, dicitur qd concessio Imperialis non potest quicquid a solutione decimarum eximere, quæ diuina constitutione debentur. Etiam eodem tit. cap. tua nobis, dicitur, qd decimas in signum vniuersalis domini sibi reddi præcepit. Etiam eodem tit. cap. in aliquibus, dicitur qd illa decimæ sunt soluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata: ergo de iure diuino debentur nunc decimæ.

Dicendum, qd decimæ non debentur nunc de iure diuino, neque naturali, sicut ostensum est supra. Ad allegationes in cõtrarium, aliqui dicunt negandas esse quasi falsas, licet sint Romanorum Pontificum, quia in hoc eis præponi debent, qui melius intelligunt sacram scripturam, qd illi. Et hoc verum est, quòd circa diffinitionem cautarum, & omnia, quæ pertinent ad iurisdictionem, magis est standum vni decretali, qd dictis omnium Sanctorum sapientum, id est, August. Hierony. Ambro. & cæterorum sapientum etiam nõ Sanctorum, & tamen circa expositionem sacre scripture magis est standum Doctoribus peritioribus, qd dictis Romanorum Pontificum. Sic dicitur in Decretis. 20. dist. 8. decretales itaque in textu, & Glo. Dicere autem, an decimæ solui debeant, vel non, est aliquid iurisdictionis, & ideo in hoc magis est standum vni decretali, quàm omnibus expositionibus scripturæ quantumlibet sapientibus: dicere autem an solutio illarum sit de iure diuino, vel non: non est iurisdictionis, sed sapientiæ, ideo magis super hoc credendum est sapientibus expositionibus sacre scripture, quàm dictis Romanorum Pontificum.

Sed dicere Romanos Pontifices errare, potissimè vbi aliquid in scriptis tradunt, & maxime condendo ius, sicut nunc, & adhuc potissimè quando multi idē asserunt, sicut hic, vbi Alexander Tertius, & Innocentius Tertius illud dixerunt, vt patet ex titulis ipsarum Decretalium allegatarum, & adhuc potissimè, quia hoc asserunt in concilio generali, vt patet in allegata Decretali in aliquibus, quæ facta est in concilio generali, vt patet ex superscriptione eius (in concilio tamen generalibus solent veritates multum deputari) dicere igitur tales Pontifices errasse, non est bene dictum, & hoc nos abhorremus, ideo dicendum, quòd omnia dicta illorum supra allegata vera sunt, sed per hoc non tollitur, quin decimæ sint nunc de solo iure positiuo, & non potest inferri, quòd sint de iure diuino.

Ad primum de cap. parochianos. dicendum, qd instituta fuerunt decimæ a Deo solo, & non ab homine, quantum ad primam institutionem, quæ fuit in Veteri Testamento, & tamen illa institutio cessauit, cum etiam tota lex cessauerit, & secuta est alia institutio in Nouo Testamento, non per Christum, neque per Apostolos, sed per summos Põtifices, qui ad hoc potestatem habent, vel per ipsam Ecclesiam generalem in conciliis, & quantum ad istam institutionem sunt ab homine, & nõ a Deo, licet aliqui Iuristæ in illo cap. parochianos. exponant, qd non sunt instituta ab homine, scilicet, tantum, quia etiam a Deo instituta sunt. Sic tenet Hostien. & Ioan. And. in nouella. Sed præcedens expositio est melior, quam ipsi quoque sequuntur.

Sed tunc obijcietur, si nunc non est decima de iure diuino, quomodo facit ad propositum id, quod inducitur ibi pro ratione, scilicet, quia decimæ sunt instituta a Deo, & nõ ab homine, tanquam debitum exigi poterit: nam loquitur Papa de exactione decimarum, quæ nunc fit a parochianis: ergo innuit, quòd nunc quoque sunt de iure diuino, & non solum in prima institutione.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Dicendum, qd multum facit ad intentionem Papæ. Primo, quia licet nunc obligatio decimarum non sit de iure diuino, sed de iure humano, tanquæ quia soluere decimas est magnum onus, fortassis non auderet Papa, siue Ecclesia apponere illud super omnes homines, nisi exemplum habuisset a Deo, & quia Deus illud prius imposuit Iudæis, aucta est Ecclesia illud imponere omnibus Christianis. Et est fortis ratio ad respondendum saltem cõquerentibus de impositione decimarum, quia aliquis diceret iniustū est tam graue tributū imponi hominibus. Et rñdetur, qd non, quia Deus instituit a principio decimas, & non homo, sed Deus nullum iniustū imponit: ergo iusta erat tunc institutio decimarum, sed sacerdotis noui testamenti digniores sunt sacerdotibus, & Leuitis veteris testamenti: ergo cum illis soluerentur decime, iustius erit his decimas solui, & ideo ex eo qd Deus illas instituit, sequitur quòd tanquam debitum exigi possunt.

Secundo potest accipi sic ratio, si Deus instituit decimas, & illa institutio non manet nunc, quia omnes leges, quæ sunt propriæ de veteri testamento, perierunt, cum ipsum vetus testamentum perijt, & tamen ratio institutionis manet, si Deus instituit decimas ad sustentationem ministrorum tuorum: nunc quoque sunt ministri Dei, ideo debentur illis sustentatio. Et sic Ecclesia potuit influere decimam, aut maiorem portionem, scilicet, octauam, vel septimam pro ministris. Et si iuste instituit, debita est: ergo decima tanquam debitum exigi potest. Et ratio debiti probatur ex diuina institutione, & sic licet non maneat nunc diuina institutio facta circa decimas, sed solum institutio facta per Ecclesiam: tamen institutio facta per Deum, multum facit ad probandum decimas esse debitas, vt dictum est.

Ad secundum, scilicet cap. tua. vbi dicitur, qd decimæ diuina constitutione debentur. dicendum, qd Imperator cum sit purè laicus non potest quidquam facere contra iura Ecclesiæ, & non potest immutare aliquem canonem, qui statuitur auctoritate Ecclesiæ, vel summorum Pontificum: vnde non solum ordinatio alicuius laici, quantumcunq; religiosi, & potentis est nullius valoris, si sit in præiudiciū Ecclesiæ. eo. ca. tua. & de cõstitutionibus. cap. que in Ecclesiâ. Sed etiã si in fauorē magnū Ecclesiæ sit, non valet talis constitutio, & ordinatio, nisi per Ecclesiã fuerit approbata. eo. tit. de cõstitur. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. Et quia exemptio alicuius a solutione decimarum erat valde præiudicialis Ecclesiæ, et si solius Ecclesiæ, vel ratione Põtificis auctoritate decimæ introducæ fuissent, nõ poterat Imperator eximere quemquam a decimarum solutione, & ideo a fortiori non poterit eximere ab eis, quæ debentur diuina constitutione, non quidem qd nunc maneat diuina constitutio de decimis, sed qd ratio illius manet in constitutione Ecclesiæ facta de decimis, & firmior, atque certior esse videtur constitutio Ecclesiæ de decimis soluendis, quia præcessit circa hoc diuina constitutio, qm si non præcessisset, sed habuissent decimæ ortum ab Ecclesiæ cõstitutione. Alter potest intelligi, qd per hoc Papa faciat differentiationem decimarum, si Ecclesia per constitutiones suas, voluit Catholicos obligare ad decimas omnium rerum, & potissime ad illas, quæ expresse ex diuina lege iubentur. In lege autem apparet expressum præceptū de decimis prædialibus. De personaliibus autem non, & ideo solutio decimarum prædialium, etiam nunc est sub maiori necessitate, qd solutio decimarum personaliū, & ita procedit argumentum Papæ, qd Imperator non potest eximere aliquem a solutione decimarum, & maxime a solutione illarum, quæ diuina constitutione debentur, i. debebantur in veteri

Deus instituit decimas.

Imperator nihil potest facere cõtra iura Ecclesiæ.

Solutio decimarum prædialium est maioris necessitatis, qd personaliū decimarum solutio.

D d 2 testa.

testamento per expressam Dei constitutionem, & hoc non quasi maneat nunc constitutio illa Dei de decimis, sed quia Ecclesia nunc magis obligat ad prædiales, quæ debebantur tunc diuina constitutione, quam ad personales, quæ non debebantur tunc diuina constitutione saltem expressè.

Ad tertium, scilicet ad cap. tua nobis. Vbi dicitur, quod decimas in signum vniuersalis dominij Dominus sibi reddi præcepit. Dicendum, quod inducitur illa litera ad hoc propositum, scilicet quod decimæ debent solui integraliter non deducto semine, neque sumptibus factis in agricultura. Et probat, quia Deus non est deterioris conditionis, quam dominus temporalis, sed temporalibus dominis datur portio debita fructuum non detracto semine, neque sumptibus: ergo debet sic decima solui Deo: dicitur autem solui Deo decima, quia soluitur ministris eius pro cultu, quem ei impendunt, & ad hoc quod decima sit Deo debita ostendit dicens, scilicet quod Deus illam reseruauit sibi in signum vniuersalis dominij, vel præcepit reddi. Non quidem quod nunc maneat istud præceptum Dei de reddendo sibi decimas, sed fuit in veteri testamento: nunc vero manet constitutio Ecclesiarum, quæ fundatur super eadem ratione. Sed cum dicitur, quod in signum vniuersalis dominij, id est, dominij omnium hominum iusserit solui decimas, quæ tunc iuberet hoc omnibus hominibus, sed non iussit omnibus hominibus, sed solum Iudæis, quibus legem dedit: ergo non designauit vniuersale dominium, id est, omnium hominum, sed designauit vniuersale dominium, id est, omnium rerum possessorum. Et hoc bene patet: nam de omnibus fructibus nostris iussit sibi reddi decimam in signum dominij: ergo fecit in signum vniuersalis dominij: nam si non esset Deus omnium rerum nostrarum Dominus, non iuberet solui decimas de omnibus, sed solum de illis, quarum dominus esset, quia aliàs videretur aliena, & esset iniustus.

Ad quartum de cap. in aliquibus dicendum quod ibi expresse voluit decretalis facere differentiam inter decimas, scilicet quod quædam debentur diuina lege: aliæ vero approbata consuetudine locorum. Et non est sensus, quod nunc debeantur aliquæ decimæ ex lege diuina, quia illa lex diuina data de decimis iam non manet, sed est sensus, quod nunc omnes decimæ debentur de iure canonico tam prædiales, quam personales, sed circa prædiales non attenditur consuetudo, siue in substantia, siue in quantitate, siue qualitate, id est, de quibus rebus, & quantum, scilicet, an decima, vel duodecima, vel minor quota. Quia de lege diuina statutum fuit de quibus, & quantum solui deberet, & ideo circa hoc lex canonica non recipit aliquam immutationem, cum definitum inueniat de lege diuina, circa personales autem, quia de lege diuina non erant expresse non facit lex canonica tãtam necessitatem, & determinationem solutionis, sed est magis auctoritas consuetudinis circa substantiam, & quantitatem, id est, de quibus rebus, & quota portio soluatur. Et propter hoc fecit circa tales decimas mentionem de consuetudine approbata.

Tertium autem manet præcipuum, scilicet quod decima solum sit debita de iure canonico. Nam de iure naturæ non debetur, vt ostensum est, neque de iure diuino, quia licet aliquando de iure illo debebatur, tamen cessauit illud ius, & iam non debetur, ideo vel non debetur, vel debetur de iure canonico. Nam de iure ciuili non debetur, cum illud non imponat onera prominiſtris Dei, neque etiam est aliqua lex ciuiliſ, quæ obliget omnes Chriſtianos, cum non sit aliquis vnus princeps secularis omnium, sicut est vnus princeps Ecclesiasticus, id est, Papa.

Decima e de iure canonico debita.

conditionem, quæ iudicialia præcepta dicuntur, licet ex consequenti aliquid significarent in futurum, sicut omnia eorum facta, iuxta illud 1. Corin. 10. ca. Omnia in figura contingebant illis. In quo conueniebant cum ceremonialibus præceptis, quæ principaliter instituta erant ad significandum aliquid in futurum. Vnde præceptum de decimis soluendis significat aliquid in futurum. Qui enim decimam dat, quæ est perfectionis signum, eo quod denarius est quodammodo numerus perfectus quasi primus limes numerorum, vltra quem numeri non procedunt, sed reuertuntur ab vno nouem sibi partibus reseruatis, protestatur, quasi in quodam signo ad se pertinere imperfectionem, perfectionem vero, quæ erat futura per Christum expectandam, neque tamè propter hoc est ceremonialia præceptum, vt dictum est.

Denarius est numerus perfectus.

Iudicialia, ceremonialia huius præcepta inter se differunt.

Papa potest mutare aliquam legem Christi, neque dispensare circa eam: quantumcunque illa sit ceremonialis.

Papa potest totaliter decimas tollere.

Papa non potest mutare aliquam legem Christi, neque dispensare circa eam: quantumcunque illa sit ceremonialis.

Op. Theologorum, & præcepta Theopene decimarum consideratione.

Et ista est causa quare circa solutionem decimarum Papa habet plenam potestatem, & quare consuetudo, & præscriptio locum habent. Nam Papa potest eximere aliquem ab onere decimandi, etiam decimas vnus Ecclesiæ potest transferre in aliam, vel in laicum saltem fructus decimarum, licet non ius decimandi. Et quod plus est potest concedere canonem, vt non sit decima, sed viceſima, aut triceſima. & hoc generaliter: immo & posset totaliter decimas tollere licet peccaret, poterat tamen sine peccato tollere totaliter decimas surrogando aliqua alia iura, de quibus comperenter sustentarentur ministri Ecclesiæ, quæ aliàs non manentibus redditibus, nulli essent ministri, & hoc esset subtrahere Christo cultum, quod sine peccato fieri non potest. Præscriptio etiam, & consuetudo circa decimas locum habent maxime inter Ecclesiã, & Ecclesiã, sed nulla istorum haberent locum si de iure diuino, quod nunc maneret esset decima. Nam circa nulla præcepta legis Christi, aut legis naturæ hæt locum præscriptio, aut consuetudo quantumlibet loquua extra de consuetudine. cap. vltimo. neque etiam Papa potest mutare aliquam legem Christi, neque dispensare circa eam: quantumcunque illa sit ceremonialis. Qui autem volunt facere decimas esse debitas de iure diuino, ideo ad hoc nituntur quasi si de solo iure canonico sit, quod non erit debita. Vel quod plus est, scilicet, quia vulgares non inclinabantur ad illam soluendam, quasi imposita fuerit ex auaritia clericorum, & per ipsosmet, & tamen planum est, quod licet non sit de iure diuino, esse debita: quia auctoritas Ecclesiæ potuit illam facere debitam: potissimè cum fuerit prius instituta de iure diuino, & nunc ex eadem causa instituat in iure humano.

Sed considerandum, quod aliqui Theologi, vt Beatus Thomas de Aquino volunt decimas partim esse de iure naturæ, partim de iure diuino, partim de iure positivo, & in quantum est de iure diuino dicit partim esse præceptum morale, partim iudiciale, partim ceremoniale. Vnde ait sic secunda secundæ quæstio. 87. artic. primo. Decimæ in Veteri Testamento dabantur ad sustentationem ministrorum Dei. Vnde dicitur Malach. 3. cap. Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea. Vnde præceptum de solutione decimarum, partim quidem erat morale inditum rationi naturali, partim autem erat iudiciale, ex diuina institutione robur habens. Quod enim his, qui diuino cultui ministrabant ad salutem totius populi, populus uecessaria ministraret ratio naturalis dicitur, sicut & his, qui communi vtilitati inuigilant, scilicet, principibus, & militibus, & aliis debentur stipendia victus a populo. Vnde Apostolus hoc probat. 1. Corinth. 9. cap. Per humanas consuetudines, dicens: Quis militat vnquam suis stipendiis? quis plantat vineam, & de fructibus eius non edit?

Sed determinatio certæ partis exhibendæ ministris diuini cultus non est de iure naturali, sed est introducta institutione diuina, secundum conditionem illius populi, cui lex dabatur, qui cum in duodecim tribus esset diuisus: duodecima tribus, scilicet; Leuitica tota erat diuinis ministris mancipata, & possessiones non habebat: vnde conuenienter institutum est, vt reliquæ vnde decim tribus decimam partem suorum prouentuum Leuitis darent, vt honorabilius viuere, & quia aliqui per negligentiam, vel aliàs erant transgressores; rei iudicabantur: vnde quantum ad decimationem decimæ partis erat iudiciale, sicut & multa alia in illo populo instituta erant ad æqualitatem inter homines adiuuicem seruandam, secundum illius populi condi-

contra S. Th. quod decima nullo modo sint de iure naturali.

Et patet, quia de iure naturali est, quod ministris cultus diuini loco totius populi provideat in necessarijs ipse populus, quod tamen det eis pecuniam, vel fructus rerum non est de iure naturæ. Decima tamen dicit solutionem certæ partis omnium fructuum terræ, & si non maneat rota, soluetur saltem aliqua pars fructuum terræ, vt viceſima, vel triceſima, aut centesima, & tamen de iure naturæ non est obligatio ad soluendam aliquam partem fructuum terræ, quia satis est dare aliquam summam pecuniæ non habendo respectum ad valorem decimæ fructuum, vel alicuius partis eorum. Ergo de iure natura non erat, neque est debita decima, neque pars decimæ, & ita nullo modo manet decima de iure naturæ, potuisset enim Ecclesia statuere, quod nulla pars fructuum daretur ministris Dei, sed certa pecunia ad sustentationem non habita compensatione ad aliquem valorem fructuum.

Secundo quia de iure diuino ita erat in veteri testamento redemptio primogenitorum facta sub certo precio, scilicet, quinque siclorum, qui pertinebant ad sacerdotes, Num. 3. & 18. sicut solutio decimarum, & æqualis obligationis ambo volebantur, & equaliter pertinere ad ius naturæ, & tamen nemo dicit nunc manere de iure diuino, vel de iure naturæ reditus redemptionis primogenitorum quantum ad totum, vel partem, neque etiam alia iura sacerdotalia, quæ erant in veteri testamento Num. 18. ca. ergo neque obligatio decimarum manet quantum ad totum, vel partem nunc de iure diuino, vel iure naturæ, sed solum, quod provideatur ministris in necessarijs. Et hanc provisionem limitauit ecclesia de nouo ad decimam partem fructuum, quæ decimatio non magis succedit loco decimæ quæ ibi solvebatur, quæ loco aliorum iurium sacerdotalium, immo loco omnium succedit, non manet igitur nunc decima, vt est de iure diuino, sed vt est solum de iure canonico.

Ad primum in contrarium dicendum, quod neque de iure naturæ, neque de iure diuino est nunc decima, & cum dicitur, quod est de iure veteris testamenti, quod vocatur ius naturale. Potest dici vno modo, quod fuit aliquando sic de iure naturæ, tamen iam non est, quia cessauit vetus testamentum, & ideo neque ipsum vocatur iam ius naturæ.

Secundo potest dici, & melius, quod non innuitur ibi, quod ius naturale est id, quod in lege, & Euangelio continetur, quasi omne, quod in lege, & Euangelio continetur vocetur ius naturale, quia nunquam sic vocamus, sed est sensus, quod ius naturale est, quod est ex inclinatione naturali, sicut illud, quod tibi non vis, aliter non facias. Et hoc tã in lege Moysi, quã in Euangelio scribitur, sed cetera, quæ sunt in lege, & Euangelio non vocantur de iure naturæ, & ideo præceptum veteris testamenti de decimis, licet nunc maneret non vocaretur de iure naturæ. Ad s. m. de. ca. parrochianos iã soluti est supra.

Quot modi decimarum erant in veteri testamento. Quæst. CXLIX.

Quæretur quot modi decimarum erant in veteri testamento. Dicendum, quod erant quatuor. Primum decimæ erant, quas laici dabant Leuitis de omnibus fructibus terræ, Nume. 18. & Leuiti. 27. cap. Secundæ decimæ erant, quas Leuitæ rurſus ex his suis decimis separabant, scilicet, decima decimæ, quæ erat centesima omnium fructuum Israel. Et hanc decimam Leuitæ dabant summo sacerdoti, Nume. 18. cap. Tertie decimæ erant quas singuli laici separabant, vt comed-

rent eas, quando irent in templum Domini ter in ano, Deut. 14. cap. Quartæ decimæ erant, quæ non separabantur quolibet anno, sed solum fiebant de trienni- nio in triennium, & quisque recondebat eas apud se ad faciendum inde eleemosynas pauperibus, Deut. 14. cap. De his omnibus decimis Hierony. super Ezechielem, & extra de deci. cap. decimam.

Iuristarum omnia sententia, quæ decimæ veteris testamenti maneat in no- vo.

Dicunt autem Iuristæ manere ista quatuor genera decimarum non in se, sed in aliquo simili, prima enim decima manet, quia datur integraliter ministris Ecclesie a laicis. Loco secundæ decimæ dicunt successisse partes decimarum, quas dât Ecclesie parrochiales Episcopi: vel, quæ dantur aliquando Pape, vel alicui principi seculari de mandato Pape. loco terciæ decimæ dicunt successisse oblationes quasdam, sicut in quibusdam provinciis consuetum est, quod quilibet faciens anniuersarium celebrari iuuat quolibet anno ad anniuersarium sacerdotes. Loco quartæ decimæ successerunt eleemosynæ, quas quisque facit pauperibus.

Sed in his non oportet immorari, quia non manent nunc præcepta illa veteris testamenti, quibus quatuor illi modi decimarum solvebantur, cum nullum præceptum illorum nunc maneat. Sed decima prima soluitur nunc non ex præcepto diuino, sed ex noua institutione facta per Ecclesiam, ut dictum est præcedenti quæst. De alijs decimis non est datum aliquod præceptum per Ecclesiam, neque soluantur: nam non fuit conueniens. De secundis, quæ dabantur summo sacerdoti patet: quia nunc summus sacerdos, idest, Papa habet aliunde, unde uiuat, & non percipit decimam decimarum, licet si interdum velit pro Ecclesie necessitatibus, & suis non solum decimam decimæ, sed & maiores partes, habere poterit. De tertijs patet, quia nunc non est aliquod unum templum, quo eundem sit, & in quo sacrificia carnalia, & libamina iam offerenda sint. De quartis patet, quia non expedit arctari hominem ad dandum per triennium in eleemosynas unam decimam, idest, unius anni decimam fructuum, quia hoc erat pro auaris, & imperfectis quales erant in veteri Testamento. Nunc uero cum charitas, & iustitia nostra superabundare debeant largiores eleemosynæ impendendæ sunt. Unde non fuit conueniens assignari certam partem fructuum, quia in hoc daretur uia arctandi charitatem.

Rursus istæ adaptationes, quas faciunt Iuristæ de decimis illis ad decimas nostras, & ad alia opera sunt multum largæ, & procedunt ex hoc quasi necessarium putent pro omnibus illis dandum esse aliquid simile in Nouo Testamento. Sed hoc est superuacuum, quia non est necessarium, immo neque conueniens pro qualibet cæremonia, vel obseruatione Veteris Testamenti assignare aliquid in Nouo, quia hoc esset onerare nos rebus superuacuis, ideo non oportet pro illis quatuor generibus decimarum in Veteri Testamento ostendere aliquid simile, vel conueniens in Nouo Testamento.

Quot sunt species decimarum in Nouo Testamento. Quæst. CL.

Quæritur quot sunt species decimarum in Nouo Testamento. Dicendum, quod sunt tres. Quædam uocantur prædiales: alia personales, alia mixta. Uocantur prædiales quæ de fructibus prædiorum soluantur, ut de uino, pane, oleo, leguminibus, & generaliter de omnibus oleribus. hæc enim in prædijs sunt. Secundæ uocantur personales, quæ per se in intuitu redduntur, & non sunt fructus terræ, sed potius sunt fructus, vel lacra perso-

ne, & sic est de uenatione, de militia, de aduocatione, de artificio quolibet, de quibus infra dicitur largus. Nā ista non insurgunt ex aliquo agro, sed ex industria, & labore personali acquiruntur, & distinguunt iura inter has duas decimas, ut patet extra de parrochijs. cap. significauit. cum dicitur: Ita quod si de agris in eorū parrochia constitutus fructus percipiunt, & in ultra marinis partibus ratione prædiorū decimæ persoluantur: deinceps eis ipsas cum integritate persoluant, dicto uero Aconeñ. tanquam diocesano suo cogatur de ceteris respondere. Et ita innuit quædam decimas ratione prædiorū solui, quæ a prædijs uocantur prædiales, & soluntur in parrochia, ubi sita sunt prædia: alias uero decimas dixit esse soluendas diocesano non ratione prædiorū, & hæc uocantur personales. Et clarius extra de decimis cap. ad Apostolicæ. Vbi uocatur quedam personales decimæ, aliæ uero decimæ messium, & fructuum arborum, si noueris igitur, quod equum est, quod illi ecclesie decimæ personales reddantur ab eis in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta, decimas uero messium, & fructuum arborum, &c. sed de messibus, & fructibus prædiales dicuntur, quia in prædijs colliguntur. Tertiæ uocantur mixtæ, & istæ sunt, de quibus non bene constat, an totaliter prædiales, an totaliter personales sint. Sic est de decima de fetu pecorū, quæ percipitur gregaliter sub humana custodia, ut sunt oues, boues, & capræ. Nam fructus istorū partim proueniunt de agris, de quibus percipiuntur, & ideo fructus agrorum esse quodammodo censentur, partim autem ab humana cura, si custodia ne lupus laceret, & inuadat, quia tunc periret totus grex, neque superesset aliquid, quod decimaretur, & ideo solutio decimæ de pecoribus, partim pertinet ad modum prædialium, partim ad modum personalium, ut infra dicitur. Et istæ sunt proprie species decimarum, quia differunt penes ea, quæ decimantur. Modi autem quatuor decimarum, quæ dabantur in Veteri Testamento, de quibus præsentis quæst. non uocantur species decimarum, quia omnes redeunt ad unam speciem decimarum, scilicet, ad decimas prædiales, quia omnes illæ de prædijs colliguntur.

An solutio decimarum personalium sit de necessitate præcepti, & quo iure debeantur. Quæst. CLI.

Quæritur an solutio decimarum personalium sit de necessitate præcepti, & si sit quo iure debeantur.

Ad primum dicendum, quod sic, cum constet ipsa iura expresse loqui de illis, ut extra de decimis, cap. peruenit. ubi de prouentibus molendinorum, & pistariarum decimæ soluantur, & tamen istæ sunt personales, & in capitu. nuncios. ubi de fructu apum, idest, melle, & cara redduntur decimæ. Et de molendino ad uentum, cap. ex transmissa, & generaliter de omni re, quæ licite acquiritur, eodem cap. de negotiationibus quoque licitis decimæ dantur, cap. pastoralis, sed omnia hæc pertinent ad decimas personales: ergo debentur ex præcepto, & apparet potius, quia nisi deberentur ex præcepto non posset excommunicari non soluens, & tamen excommunicatur, & sic compellitur eas soluere in legato cap. peruenit.

Ad secundum dicendum, quod aliqui putant, quod decimæ personales sunt de iure diuino, & sic tenent multi Iuristarum, ut Innoc. Hostien. & Ioan. And. in nouella. de deci. in summa.

Sed dicendum, quod certum est, quod non sunt nunc decimæ personales de iure diuino, siue accipiantur diuinum pro naturali, siue pro positio. De primo patet, quia nullæ decimæ sunt de iure nature, cum assignatio, vel taxatio certæ

certæ partis pertinet ad ius posituum: ergo neque decimæ personales. Patet de hoc supra. Accipiendo de iure diuino, i. posito a Deo, etiam dicendum est, quod non sunt de iure diuino. Nam maioris obligationis sunt decimæ prædiales, quam personales, & magis determinatæ in iure, & tamen prædiales non sunt nunc de iure diuino, sed solum de iure canonico, ut ostensum est supra: ergo a fortiori personales non erant nunc de iure diuino.

Sed dubium solum manet, an sicut prædiales, licet non sint de iure diuino, fuerint tamen aliquando, scilicet, in veteri testamento, an sic personales fuerint aliquando de iure diuino, scilicet, tempore veteris testamenti.

Aliqui, scilicet, Iuristæ dicunt, quod sic, & ad hoc allegant auctoritates, scilicet, Deut. 12. cap. offeretis decimas, & primitias manuum uestrarum. Et intelligunt decimas manuum, & primitias manuum, sed decimæ manuum sunt decimæ personales, quia pertinent ad industriam, & laborem personæ, ut distinguuntur contra decimas terræ, quæ uocantur prædiales ex prædijs: ergo debentur ex iure diuino decimæ personales.

Item allegat Neemiæ 10. cap. Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum, idest, de operationibus nostris, s. laicorum accipient decimas ex omnibus ciuitatibus, sed opera nostra sunt personalia, ut negociatio, artificio: ergo de personali- bus debentur decimæ ex iure diuino: unde & Innocentius reputat uelut infanos, & detestatur tanquam hæreticos quosdam magistros in Theologia, quia dicunt non deberi decimas personales de iure diuino, extra de decimis in summa eiusdem tituli. & Ioan. An. in nouella. eodem tit. in summa.

Sed dicendum, quod decimæ personales nunquam fuerunt de iure diuino, neque debebantur tempore veteris testamenti, neque solutæ fuerunt unquam a Iudeis, sed solæ prædiales. Et patet, quia ubicunque fit mentio de decimis semper exprimitur de prædialibus, s. quia nominantur fructus terræ, ut Leuit. 27. cap. ubi ponuntur omnes decimæ, s. omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt. Et ita has solas decimas posuit, quibus addidit decimas de animalibus. Et patet magis Num. 18. cap. ubi Deus donat decimas Leuitis, & ostendit eis, quid donet dicens: Cum acceperitis a filiis Israël decimas, quas dedi uobis primitias eorum offerte Domino, idest, decimam partem decimæ, ut reputetur uobis in oblationem primitiuorum tam de area, quam de torculari, & uineris, quorum accipitis decimas. Ergo de personali- bus nihil ibi significatur, sed solum de prædialibus, & tamen cum ibi fiat concessio decimarum de nouo, debet exprimi quicquid conceditur, sed de personali- bus nihil dicitur: ergo non fuerunt concessæ decimæ personales Leuitis.

Item quia eodem cap. iubetur Leuitis: omnia quæ offeritis ex decimis, & in donaria Domini separatis optima, & electa erunt. Et tamen circa decimas personales non stat hoc, quia illæ non sunt fructus terræ, sed ad pecuniam rediguntur, & in pecunia non consideratur bonum, vel malum, aut electum, vel contemptibile, cum solus valor consideretur. Ibi ergo de solis frugibus dantur decimæ, in quibus est aliquid electum, vel contemptibile, & omnes huiusmodi decimæ sunt prædiales.

Item quia dicitur ibi si præclara, & meliora quæque obtuleritis ex decimis reputabitur uobis quasi de area, & torculari dederitis primitias: ergo decimæ sunt aliquid, quod comeditur, sed decimæ personales pertinent ad pecuniam, & non comeduntur: maxime quia dicitur ibi, quod reputabitur quasi darent decimas de area, & torculari: ergo decimæ ad has Alph. Toñ. in Matth. Pars VI.

duas res totaliter, vel quasi pertinent.

Item apparet, quia Deuter. 14. cap. ubi latius declarantur ea, quæ decimantur non ponuntur nisi decimæ prædiales. Nam dicitur: decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & deinde explicatur, scilicet, decimam frumenti, uini, & olei, primogenita de armentis, & omnibus tuis: ergo uidetur, quod nomina decimarum non intelliguntur alia nisi hæc. Etiam eodem cap. dicitur: Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore: ista autem sunt fructus terræ, & pecorum: ergo uidetur, quod decimæ non extenduntur ad alia.

Item Hierony. super Ezech. & habetur extra, de decimis, cap. 1. cum ponit omnes modos decimarum, qui erant inter Iudeos, non ponit alias decimas, nisi de fructibus terræ, scilicet, decimam partem omnium frugum Leuiticæ tribui populus ex lege debebat: ergo personales decimæ non fuerunt in Veteri Testamento.

Cum autem obijcitur Deuter. 12. cap. Dicendum, quod non accipitur ibi, nisi pro decimis prædialibus, quæ consistunt in fructibus operum, sed uocantur decimæ manuum nostrarum, quia fructus terræ ex laboribus manuum nostrarum proueniunt: nam terra non daret segetes, & uinum, & oleum, nisi seminaretur, coleretur, & fructus colligerentur. Et hi sunt labores manuum nostrarum, & de his, idest, de fructibus proueniuntibus ex laboribus manuum nostrarum soluimus decimas prædiales.

Et confirmatur, quia iste est modus loquendi iuris extra, de decimis, cap. ex multiplici, & cap. ex parte tua, & cap. licet de benignitate, s. uobis indulgentiam est, ut de laboribus, quos propriis manibus, vel sumptibus colitis, nemini decimas soluere teneamini. Et tamen ibi labores manuum ad decimas prædiales pertinent, quia sunt de rebus, quæ coluntur. Ita scriptura uocauit decimas manuum, idest, de fructibus per laborem manuum proueniuntibus.

Ad secundum dicendum eodem modo, quod Leuiticæ accipiunt decimas omnium operum nostrorum, idest, de omnibus fructibus, qui proueniunt ex operibus nostris, & illæ sunt decimæ personales.

Dicendum, ergo quod decimæ personales nunquam fuerunt, neque sunt de iure diuino, neque soluerunt eas Iudei in veteri testamento, sed solum prædiales, sed nunc cadunt sub debito, & sunt de iure canonico, ut patet ex locis allegatis supra. Et sicut potuit Ecclesia constituere de decimis prædialibus, ad quas non manebat iam obligatio de iure diuino, ut ostensum est supra, ita potuit de nouo statuere de decimis personali- bus, quas facilius est solui quam prædiales.

De quibus rebus soluendæ sunt decimæ circa decimas prædiales. Quæst. CLII.

Quæritur iam de quibus rebus soluendæ sint decimæ, & primo circa decimas prædiales.

Dicendum, quod licet præceptum Dei de soluendo decimas prædiales quod fuit in veteri testamento non maneat nunc, ut ostensum est supra, tamen solutio decimarum prædialium est nunc de præcepto Ecclesie ad similitudinem decimarum illarum, quæ erant in veteri testamento, & ideo cum agitur de solutione istarum, allegatur ius diuinum, sicut extra de decimis capitu. parrochianos, & capitua, & capitu. tua nobis, & capitu. in aliquibus, scilicet, quod decimæ istæ diuina constitutione debentur. Dd 4 tur,

rum, propter quod necesse est, ut de rebus illis soluantur nunc decimæ prædiales, de quibus in lege veteri iubeantur solui. Et patet hoc, quia in allegato cap. in aliquibus dicitur: Illæ decimæ necessario sunt solvendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata, sed de lege diuina debebantur illæ quæ exprimuntur, scilicet, de messibus, & vino, & oleo, Leuitici 27. cap. scilicet, Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt. Et Num. 18. cap. dicitur quod decimæ dabantur de area & torculari. Per aream accipiuntur fruges, per torcular accipiuntur vinum, & oleum, quia ista torquentur, i. vna, & oliua, ut succus, id est, vinum, & oleum exprimantur. Et non solum de vino, & oleo, quæ ad arbores pertinent, sed etiam de fructibus omnium arborum, quia dicitur Leuit. 27. cap. Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt.

Dantur quoque de leguminibus, & omnibus terræ nascentibus, quia dicitur Deuteronom. 14. cap. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & eo. cap. anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore. Et simile patet Num. 10. cap.

Ex hoc etiam patet, quod de minutis oleribus, quæ veniunt in humanum usum in cibum, vel in condimentum soluendæ erant decimæ, & ita soluebantur, ut de mentha, anetho, cymino, & ruta, ut patet supra in littera, & Luca 11. scilicet, Decimatis mentham, anethum, & cyminum. Et sequitur: Oportuit hæc facere, & illa non omittere, scilicet decimationem menthæ, & anethi. Istæ erant decimæ puræ prædiales, quæ soluebantur in Veteri Testamento, & nunc quoque solvendæ sunt. Etiam ratio hoc manifestat. Nam prædiales a prædio dicuntur, sed omnia terræ nascentia, quæ veniunt in usum nostros, nascuntur in prædijs, ideo de eis dantur decimæ prædiales nunc.

Aliæ autem sunt decimæ mixtæ, ut nos vocamus, quia non sunt totaliter prædiales, neque totaliter personales, sicut est de pecoribus, & istæ dabantur in Veteri Testamento. Nam de omnibus pecoribus mansuetis, id est, quæ in custodia hominum erant, & sub eis per generationem multiplicabantur, erant dandæ decimæ; ut de omnibus bobus, capris, camelis. Leuitici 27. cap. Boues, & oves, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Et licet non exprimat ibi, nisi de istis, tamen eadem ratione de omnibus alijs animalibus mansuetis, & sub custodia manentibus humana dabatur decima. Vnde de camelis dabatur decima, ut Christus innuit arguens Phariseos, scilicet camelum glutientes, & culicem excolantes. quod videtur de decimis intelligendum supra in littera.

De porcis autem non dabatur decima, quia cum essent animalia immunda, secundum legem, Leuit. 11. & Deuter. 14. & non liceret Iudeis manducare de eis, nonalebant eos, neque tenebant in terra sua, nisi raro, ideo de eis decima non dabatur. Nos vero ita de porcis decimam dabimus, sicut de omnibus ouibus, & bobus, quia apud nos animalia munda sunt, quoniam iam nihil est immundum, sed omnis creatura munda est, si cum gratiarum actione accipitur, ut Apostolus dicit. Hæc autem, de quibus decimæ prædiales soluendæ sunt, raro nominantur in iure, eo quod sub nomine generali dicitur, quia de omnibus fructibus terræ, siue prædiorum decimæ debeantur. Etiam quia datur regula generalis extra de decimis, cap. in aliquibus, quia de illis rebus necessario decimæ reddi debent, quæ diuina lege dicuntur deberi. Sed planum est, de quibus rebus dabantur decimæ, se-

condum legem Dei, ut supra dictum est. Ideo apparet, quod de omnibus illis decimæ dabuntur. Item exprimuntur aliqua, scilicet, quod de omnibus feminibus, quæ in terra seminantur est danda decima, extra, de decimis, cap. ex parte canonicorum. Etiam dicitur, quod de vino, & grano, fructibus arborum, pecoribus exortis decimæ sunt reddendæ, eodem tit. cap. non est in potestate.

An de lana pecorum sit danda decima.
Quæst. CLIII.

SED quæretur an de lana pecorum sit danda decima. Dicendum, quod tam de iure diuino, quam canonico datur decima de lana. De primo patet Deuteronom. 18. cap. Scilicet, Primitias frumenti, vini, & olei, & lanarum partem ex ouium tonsione. Si autem dicas, quod ibi dicitur de primitiis, & non de decimis. Dicendum, quod non valet ratio, quia de quibuscunque dantur primitiæ, dantur decimæ cum ius decimarum sit vniuersalius, & magis diffinitum, quam ius primitiarum. De secundo apparet, quia extra de decimis, cap. peruenit. dicitur, quod de lana dantur decimæ ecclesijs, quibus debentur. Sed dubium est, an decima de lana sit prædialis, vel personalis. Dicendum, quod istud dubium pendet ex decima pecorum. Nam lana fructus pecoris est, & ideo pertinet ad eandem speciem decimæ cum decima pecorum. Sed de pecoribus est dubium, an pertineant ad decimam prædialem, vel personalem, & quia partim pertinet ad prædialem, partim ad personalem, vocamus decimam mixtam, sicut dictum est supra: ita ergo decima de lana erit mixta. Magis tamen pertinet ad prædialem, quam ad personalem, quia sunt fructus quidam, in quibus plus natura operatur, quam manus humana, vel sollicitudo, aut labor.

An de paleis trituratis segetibus debeatur decima.
Quæst. CLIII.

QUÆRETUR, an de paleis quæ habentur trituratis segetibus debeatur decima. Dicendum, quod de rigore, & mero iure debetur decima de tali palea integra, vel comminuta per triturationem, sicut debetur de frumento, vel alio grano. Et ratio est prima, quia est fructus terræ, & de omnibus terræ nascentibus debetur decima, Deuteronom. 18. cap. Secunda, quia palea in prædijs nascitur, sed prædiales decimæ dicuntur de omnibus, quæ nascuntur in prædijs, vel habentur ab eis: ergo de palea debetur decima. Tertia, quia decima debetur de omni fructu, extra de decimis, cap. nuncios. sed constat paleam esse fructum, quia nascitur in agro per humanum laborem, & assumitur in usum, & utilitatem humanam: ergo de ea debetur decima.

Dicendum, quod his non obstantibus non soluitur decima de palea. Primo, quia dicitur Deuteronom. 14. cap. Decimam separabis vini frumenti, & olei. Et ita de frumento dixit, sed frumentum granum dicit, & non paleam.

Secundo, quia extra de decimis, cap. non est in potestate dicitur, quod de vino, grano, oleo, & pecoribus decimæ sunt soluendæ: ecce enim granum solum nominauit: ergo de solo grano dantur decimæ, & non de palea.

Tertio, & præcipue, quia decima prædialis non datur nisi de fructu, & non vocatur fructus nisi id, quod in utilitatem venit, & tamen palea non recipitur in utilitatem,

sitatem, ut communiter apud gentes. Sic dixit Ioan. Baptista de Christo supra 3. cap. scilicet cuius ventitabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Et sic solum triticum, i. granum recondebatur in horreo tanquam vile, paleæ verò tanquam inutiles comburebantur. Sed de eo, quod inutile est, nullæ decimæ dantur, ideo de paleis non datur decima, sed de solo tritico.

Quarto quia dato, quod apud aliquas regiones paleæ trituratæ sint multum viles ad pascua iumentorum, & ideo velut de fructu deberet de eis dari decima, quia tamen ex eo, quod a principio paleæ velut inutiles reiciebantur, sicut etiam vsque hodie apud plurimas nationes obseruatur, in quibus fenum datur pecoribus, & non paleæ, quia tamen nunquam de paleis decimæ solutæ fuerunt, est præscriptum legitime ne in talibus regionibus paleæ dantur, quia circa decimas eo, quod in futurum sunt per Ecclesiam, & non obligant de iure diuino, magnum locum habet consuetudo, & præscriptio.

Et istæ duæ rationes vltimæ maxime adiuuant, quæ primæ duæ parum faciunt: nam si paleæ apud omnes gentes, quando cepit consuetudo decimandi, essent viles, decimæ de illis dedissent, & iura canonica ad hoc expressè adiuuassent, sicut expressè ponitur, quod de feno decima dari extra de decimis c. peruenit. Sed quod fenum prodest apud gentes illas, vbi est vltus feni, hoc faciunt paleæ trituratæ apud gentes illas, in quibus non est copiosus vltus feni, ergo eadem ratione decimæ de palea soluerentur.

Ad rationes tres in contrarium dicendum, quod illæ probant sufficienter, & verè sunt de rigore iuris, & tamen non manet oblatio ad soluendum decimas de palea propter rationes posterius factas saltè propter duas vltimas.

An de pascuis debeatur decima. *Quæst. CLV.*

QUÆRETUR, an de pascuis debeatur decima, scilicet, de pratis, vel alijs locis herbosis, in quibus pecora pascuntur. Dicendum, quod de pascuis debentur decimæ, si dantur pecunie pro pascuis, dabitur decima de pecunia illa. Sic dicitur extra de decimis cap. commissum, scilicet, sicut etiam de pascuis olim decimæ soluebantur, ita & nunc &c. Item eo. tit. ca. peruenit dicitur, quod de feno decimæ sunt soluendæ, & tamen fenum non pertinet nisi ad pascua, ergo de pascuis soluenda est decima, licet sit hæc differentia, quia pascua vocantur quæcunque loca herboſa vbi pecora pasci possunt, siue herba possit falce meti, siue solum in agro depasci, fenum autem dicitur herbam longam, quæ falce metitur, & in domibus reponitur, ut sumatur in cibum pecorū, & id adhuc maior causa est decimandi foenum quam simplicia pascua: propter quod specialiter de feno scriptum est. Sed considerandū, quod circa loca pascualia, quæ pascuntur potest dupliciter se habere, quia aut sunt illa loca priuatorū, aut sunt publica. Si sunt loca priuatorum, dicendum, quod tripliciter se potest quis habere ad pascua sua, vno modo, quod concedat agrum pascendum alicui pro certo precio. Alio modo, quod gratis concedat omnibus, vel alicui specialiter. Tertio modo, quod ipse cum pecoribus suis depascatur herbam agri. Si primo modo tenetur Dominus agri dare decimam Ecclesiæ parochiali de pecunia, quæ recipitur pro pascua. Sic tenet Innocentius extra de decimis ca. quod missum, & Io. An. in nouella eo. c. si secundo modo putant aliqui distinguendum, quia aut datur cui specialiter beneficiando ei, & non conceden-

Quid pascua sint.

do alijs, aut concessit cuiusque vellet. Si primo modo putant, quod dominus pascuorū teneatur ad decimam estimatam, eo quod si vendidisset teneretur ad decimam, sed donado alicui specialiter obligauit illi sibi ad equalia, videtur ipse teneri ad decimam. Si autem omnibus indistincte concedit, dicunt non teneri dominum, sed pascentes herbam.

Sed dicendum non esse faciendam distinctionem, sed quomodocumque dominus agri concedat pascua alteri, dum non recipiat pecuniam pro eis, quod non teneretur ad decimas aliquas, quia nihil ad eum peruenit, sed illi, quorum animalia pascebantur, ibi teneretur ad decimam totius herbe estimatæ, quia res transit cum onere suo ad quemcumque perueniat. Erant enim isti fructus pascuorum decimales: ideo ad quæcunque perueniant transeunt cum onere suo. decimationis extra de deci. cap. tua, & c. pastoralis. Et sic dominus ad nullam decimam teneretur, sed is, cuius sunt pecora, teneretur ad duas decimas, scilicet, ad decimam herbe, & ad decimam pecorum, quæ nascuntur, vel nutriuntur ex herba, licet non debetur vtraque decima eidem Ecclesiæ, idem tenet Innocentius, & Ioan. An. vbi supra. Simile est si quis colens agrum, & seminans concedat alicui gratis metere fructus eius. Nam dominus non teneretur nec ad decimam aliquam, quia nihil inde percepit, sed qui colligit fructus debetur ad decimam. Sic etiam si quis frumentum, vel ordeum, aut alia semina in herba vendat, vel concedit gratis alteri: Nam si vendit ipse teneretur ad decimam pecunie, si autem gratis dedit non teneretur dominus ad aliquid, sed ille, qui accepit fructus. Si tertio modo dicendum, quod ipsemet dominus dabit decimam, & dabit duas decimas. Vnam de herba estimata, aliam de pecoribus, quæ ibi aluntur, & pascuntur, licet hoc quibusdam videatur difficile, quod dominus de herba propria decimam reddat, sed nulla difficultas est. Nam si venderet alijs herbam nemo dubitat, quin teneretur dare decimam illius estimationis, ut supra dictum est, ergo si ipse faciat ibi pascere pecora sua, cum idem, aut plus lucretur quam si herbam venderet, tenebitur ad estimationem decimandam. Etiam quia si quis ordeum, aut frumentum agrorum suorum non meteret, sed faceret ibi pecora sua pasci, non est dubium, quin teneretur ad totam decimam frumenti, & ordeum soluendam, ergo idem erit si herbam propriorum agrorum det pecoribus suis. Si autem loca pascualia sint publica, aut communitas recipit aliquam estimationem a priuatis, quorum pecora ibi pascuntur, aut nullam. Si recipit aliquam teneretur dare decimam de illa.

Et si obijciatur, quod non teneretur communitas ad decimas, quia solutio decimarum est omnis priuati hominis fidelis, siue propter se, siue propter res suas, extra de decimis ca. ex transmissa, l. Homo fidelis de omnibus, quæ licite acquirit, decimas erogare teneretur, communitas autem non est homo: ideo non teneretur ad decimas.

Dicendum, quod licet non sit homo fidelis, est tamen hominum fidelium: ideo teneretur ad decimas, sicut teneretur quilibet homo singularis. Si enim communitas haberet agros, qui colerentur de bonis publicis, & fructus essent in pecuniam publicam, non est dubium, quin inde decimæ dandæ essent sicut de fructibus agrorum cuiuslibet singularis hominis. Si autem communitas non recipit inde redditus aliquos, dicendum, quod de rigore iuris priuati, qui ibi pascunt pecora sua, teneretur reddere decimas de herba estimata.

Et patet hoc primo, quia si quis permittat agros suos pascuales libere ab alijs depasci, nihilominus teneretur priuati ad decimam de herba estimata,

ut dictum est supra, licet agri non sint sui, & tamen, quod agri sint communes non eximit eos ab onere decimarum, cum communitas teneatur ad decimas, ut dictum est. Si det pro precio agros pascendos priuatis. Ergo & in isto casu tenebuntur priuati ad decimam.

Secundo patet, quia si esset aliquis locus, in quo non essent agri priuatorum, & tamen liceret priuatis ferere, & colere agros ipsos communis, manifestum est, quod quilibet solueret decimas de fructibus, quos colligeret in agris illis, sic igitur si pascua sint communis ipsius, tenebuntur ad decimas illi quorum animalia ibi pascuntur.

Sed causa dubitationis est, quia ut communiter de pascuis publicis nemo decimas soluit, hoc tamen non est nisi, quia boni agri pascuales, qui aliquos redditus prestare poterant, ut communiter sunt priuatorum, qui de eis decimas reddunt. Si autem communitas aliquos agros optimos habeat, concedit priuatis fructus illorum pro precio, & de talibus debentur decime, ut dictum est supra, agri autem, quos sine pecunia concedit communitas priuatis, sunt quasi inutiles, & de talibus non dantur decime. Hoc enim est, quod de iure communi in noualibus obseruatur. Nam religiosi tenentur ad decimas soluendas de locis illis, que occupauerint si illa loca erant prius decimalia, siue essent domus habitate siue agri, qui colerentur, siue loca pascualia, ut dicitur extra de decimis. commissum. Et dicit ibi Glo. Quia ergo sunt noualia, a quorum decimatione omnes religiosi sunt exempti de iure communi, & respondet, quod sunt loca in utilia palustria, & montana, & steriles agri, de quibus Ecclesia parochialis nihil prius percipiebat, vel ita modicum, quod sine lesione potest illud amittere. Talia enim loca cum colla incipiunt noualia vocamus. Et de his non soluunt decimas religiosi extra, de verb. signifi. cap. quid per nouale. sic autem est, ut communiter de agris, vel locis pascualibus communis, que ipsa communitas concedit priuatis sine precio, & ideo quia talia loca, per se inutilia sunt, & de talibus nihil, vel modicum percipere potest Ecclesia parochialis, etiam si pertinerent ad iura priuatorum, ideo de talibus non dantur communiter decime.

An de terra ex vna dispositione in aliam conuersa decima debetur, & de conuatio. Quest. CLVI.

QVAERETVR si terra, quae erat sub vna dispositione mutetur ad aliam, an debeatur decima de illa. Dicendum, quod sic. Nam quomodo cunq; fructus habeantur de terra, quae olim erat decimata, semper erit decima soluenda. Potest enim vno modo terra, quae prius habitabatur, id est, in qua erant domus, mutari in agros, qui colantur, & tunc soluetur decima de illis agris, quia iam terra illa fuerat decimata extra de decimis cap. commissum.

Alio modo mutatur terra, scilicet, ut in agris fiant domus, & tunc de domibus illis soluitur decima, non quidem, quod soluant quantitatem decime praedictis, quae solebat solui de fructibus agrorum, quia etiam quando manebant agri non tenebantur domini ad certam estimationem decimationis, immo si nihil vellet terminare, aut colligere in agris non tenebantur ad aliquam decimam agrorum. Tenebantur, ergo habitates in domibus illis ad decimas personales. Et hoc verum esset, nisi enormiter lederetur Ecclesia, quia propter lesionem ecclesie reuocatur privilegium alicui concessum super decimis non soluendis, ut extra de decimis cap. suggestum. Ideo credendum est, quod si aliqua Ecclesia habeat agros aliquos, de quibus totam, vel praecipuam decimationem

nem habet, & aliquis veller edificare domos in agris, quibus edificatis non deberentur inde nisi decimae personales ab habitatore, quod ille non solum tenebitur ad decimas personales, sed etiam tenebitur ad totam decimationem, que regulariter provenire solebat illi ecclesie ex agris, quia aliam ecclesiam lederetur enormiter, quam lesionem non permittitur. Alia est mutatio, quod terra, quae colebatur mutetur in pascua, & hanc mutationem multi faciunt, ut defraudent ecclesiam iuribus decimarum, sed isti multum errant. Primo quia dato, quod aliqua terra nunquam fuerit culta, sed semper ager pascualis, debentur decime de ea. Nam de pascuis decime dantur extra de decimis cap. commissum & c. peruenit. Secundo errant, & praecipue, quia iste ager prius colebatur, & erat decimatus: ideo quidquid de eo fiat trahitur cum onere suo, & debentur ex eo decime de fructibus eius siue locentur fructus ad pecuniam, siue dominus depascatur cum pecoribus suis, ut dictum est praecedenti q. quod autem agros, qui colebantur vertunt in pascua, ut inde non soluant decimas, faciunt in periculum animae suae, & tenentur ad decimas integraliter soluendas de redditu pascuorum.

Alio modo mutatur terra pascualis in agros, qui colantur, & tunc dicendum, quod integre dantur decimae de fructibus, & iste est casus in cap. allegato commissum, scilicet sicut etiam de pascuis olim decime solvebantur, ita & nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis decimas volumus absque diminutione persolui. Alio modo mutatur terra, quae prius erat sterilis in agros, qui colantur, & ista proprie vocantur noualia. Et ad esse noualia duo requiruntur. Primum est, quod de nouo praedatur, quia nouale est ager nunc prius percipsum. extra de verbo. signifi. ca. in nouare. Secundum est, quod talis locus prius esset sterilis, aut inutilis, de quo nihil aut modicum ecclesia parochialis percipiebat eo. tit. ca. quid per nouale. Et circa talia noualia est distinguendum, quod aut facientes noualia sunt religiosi, vel viuentes in communi, vel sunt laici siue non tales. Si primo modo non tenentur ad decimas de noualibus, & hoc ex privilegio concessio omnibus religiosi extra de decimis ca. ex parte tua. Sed est verum de noualibus, que proprijs manibus colant, vel expensis suis. Secus si alius locent noualia illa colenda, quia tunc illi tenebuntur ad decimas agrorum illorum. Si autem non sint religiosi, qui faciunt noualia, tenentur de iure communi ad dandas decimas de noualibus, immo & si quis praescripserit decimas in aliena parochia, si noualia fiant non accipient decimas de illis eo. tit. ca. cum contingat, & si quis in feudum habet decimas alicuius parochie, & fiant ibi noualia, non recipiet ratione feudi decimas de noualibus eodem tit. ca. nobis.

An messes exurens, arbores cadens teneatur ad decimas, & quomodo de his decimas dabit. Quest. CLVII.

QVAERETVR occasione praecedentium, cum terra sint decimata, & teneantur ecclesiae, ad istud ouus, si quis messes exurat, aut arbores cadat, aut greges destruat, vel perdat, an teneatur ad decimas, & quomodo de his decimas dabit.

Dicunt aliqui Iurista, ut Innocentius extra de decimis capitu. commissum, quod tenetur faciens haec ad estimationem decime: alij, ut Ioan. An. in nouella, eodem capitu. dicunt, aut quis fecit ex iusta causa, ut in bello iusto, & tunc non tenetur, aut sine causa, & tunc tenetur. Et verum est hoc.

Sed tunc dicitur cum ecclesia non debeat sine culpa

Ad loca esse noualia duo requiruntur.

pa sua priuari iure suo, quomodo quando praedicta vastantur in bello iusto non datur decima ecclesiae. Nam videtur, quod siue iustum, siue iniustum sit bellum semper debeatur decima Ecclesiae, quia Ecclesia nunquam est in culpa: ideo non debet iure suo fraudari. Item quia si bellum est iniustum ille, qui damnus dat tenetur ad estimationem decimarum, si autem bellum est iustum, ille, qui patitur est in culpa: ideo ille tenebitur ad estimationem.

Dicendum, quod si in bello iusto hoc fiat, nemo tenetur ad decimas. Non enim qui damnus infert, quia ille cum iustum bellum foueat, potest licite occidere, & praedari, & damna inferre. Si autem facere licuit, non tenebitur ad aliquam estimationem damni dati, & ideo neq; decimarum, qui vero damnus passus est, non tenetur ad decimas, quia nihil de fructibus percepit, & non solum decimam, sed totum perdidit: ideo non tenebitur ad aliquid cum perdendo non fuerit in dolo, & ita ecclesia nihil tunc percipit, quia nihil est unde percipiat.

Cum autem obijciatur, quod ecclesia non est in culpa, ideo non debet fraudari iure suo, non tenet regula, quia interdum sine culpa priuatur quis iure suo, ut sunt vulgatici casus in iure. Item si omnes fructus gradine, vel caumate perierint, nihil percipit ecclesia, quia non est unde, & tamen non tenetur agricola ad decimam tunc.

Aliter potest dici, quod forte Ecclesia est in culpa. Nam non est ecclesia ipsa domus, in quam conueniunt fideles, sed congregatio ministrorum, & isti interdum pessimi sunt, ita ut sepe propter eorum scelera non solum pars decimatis, que eis debetur, sed etiam ea, que ad laicos pertinent pereunt, & ideo non est mirum si decimarum perditionem nunc iuste sustineant. Ad secundum dicendum, quod non tenet primo, quia non est verum, quod in bello iusto ille, qui patitur damna semper sit in culpa. Nam interdum patitur subditi propter peccata dominorum, & ita quantum ad illud non sunt in culpa, qui sustinent iustum bellum. Sed dicitur, quod soluat tunc dominus decimarum estimationem, quia culpa eius damnus datus est. Dicendum, quod non fiet, primo, quia quaedam similes poenae infliguntur nescitur propter cuius peccatum hoc determinare fiat, licet possit aliquid presumi in generali, & ex tali presumptione nemo condemnatur. Secundo quia dato, quod constaret non condemnaretur ille, cuius culpa euenisset malum hoc, quia non sunt tales poenae determinatae pro spiritualibus culpis secundum legem, vel rationem humanam, sed solum secundum Dei arbitrium, iuxta quod non licet nobis iudicare. Tertio quantum ad principale, quia dato, quod in culpa essent illi, quorum fructus pereunt non tenentur ad decimas: nam licet sit ibi culpa non est dolus, & ideo non tenentur. Sic enim quando pereunt fructus grandine in culpa sunt, qui perdunt fructus, quia aliam Deus non immitteret hanc plagam, & tamen non teneretur ad estimationem decime. Quarto quia potest dici, quod non fuerunt isti in culpa, licet propter eos bellum iustum illatum fuerit, & contra eos. Pro quo sciendum, quod hic est duplex poena. Vna est, quod isti, contra quos fit bellum iustum, patiantur aliqua mala. Alia est, quod fit subtractio partis dande in decimas.

Duplex est poena.

Ad quid teneatur ille, qui vendidit alteri rem non decimatam. Quest. CLVIII.

QVAERETVR ad quid teneatur si quis vendidit alteri rem non decimatam, ut agrum habentem fructus, aut gregem cuius erant iam nati fetus, & non decimati. Dicendum, quod regula generalis est, quod trahitur res cum onere suo extra de decimis ca. tua & ca. pastoralis, & ad quem cunq; perueniat, manet idem onus, & sicut ista antequam venderetur habebant onus decimandi, ita & postquam vendita sunt. Potest autem ecclesia petere decimas ab utroque. Ab emptore quidem, quia ille detinet rem ecclesiae, si rem non decimatam, a venditore autem, quia quantum in se fuit, fraudauit ecclesiam, & tamen licet competat actio contra ambos soluere altero eorum, liberantur ambo. Sic dicit beatus Tho. de Aquino secunda secundae. Et hoc verum est, quia si, solente vno, non liberaretur alius, possit ecclesia idem bis petere, quod factum est, quia bona fides non patitur, ut idem bis petatur. ff. de re iur. l. bona fides: neque ecclesia recipit aliquid cum augmento 1. 2. q. 2. ca. fraternitas. Sed dicendum, quod si ematur res non decimata tenetur aliqui emptor, & aliqui venditor. Pro quo sciendum, quod is, qui vendidit rem suam non decimatam, aut tacuit, aut dixit decimatam esse cum non esset decimata. Si primo modo, & emptor emit rem non petens a venditore, quod ipse solueret decimam, etiam si nihil fuerit conuentum inter eos, manifestum est, quod tenetur emptor ad decimam, quia certum

S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 2. ad quartum

rum est, quod de hacre decima soluenda erat. Cum ergo venditor expresserit non esse soluta, & accepit emptor rem, manifestum est, quod tacite se obligauit ad soluendum decimam cum res naturaliter transeat cum onere suo. Si secundo modo, dicendum quod aut res vendita est ante tempus decimationis, quando planum erat, quod non poterat esse res decimata, aut tempore, quo res decimata esse debebat, vel esse poterat, et si non esset. Si primo modo venditor non fuit in dolo, quia tacuit decimationem non factam, quia non oportebat aliquid dici, cum tempus hoc manifestaret, ut si quis vendidit alteri fructum alicuius vineae suae antequam colligeretur fructus de illa, aut de altera vinea, quia manifestum est, quod tunc non poterat decima esse soluta. Idem si vendidit fructum arborum ante plenam maturitatem, quia manifestum est, quod tunc non poterat esse decimatus, & ideo emptor tenetur, etiam si tacuit venditor de decima.

Si autem tacuit de decimatione eo tempore, quo poterat esse, vel debebat fructus esse decimatus, dicendum quod venditor est in culpa, quia verisimiliter cogitare debebat emptor fructum esse decimatum, & ideo nihil petiuit. Sicut si quis emit ab alio in torculari totum vinum, quod fuerit de vuis, quae ibi calcabantur tunc, quando enim calcantur vuae, iam decimate esse debebant, quia decime vini non soluuntur in vino, sed in vuis, sed quando calcantur in torculari iam reputantur vinum, & non vuae, & pertinere ad partem coloni, quae est pars decimata, & ideo si non erant decimate vuae, tenetur venditor ad decimas, & non emptor, quia fuit in culpa tacendo cum emptor verisimiliter crederet, solutam esse decimam. Idem etiam est si dubium esse poterat, ut si quis portaret de vinea certa pondera vuarum, & alius ab eo emerit non expressio de decimis, licet dubium esse poterat, an essent vuae decimate, tenetur venditor ad decimam, eo quod tacuit, quia significatur quod iam decimauerat, vel super se onus decimationis assumpserat. Est autem regula, quod quandoque dubium esse potest an fructus decimatus sit, vel non, & tacet venditor, quod ipse super se onus decimandi assumit, & ideo ipse tenetur. Sed quia dicebatur supra, quod si emebat quis fructus, quando certum erat non esse decimatos, quod tenebatur emptor, non est generaliter verum, sed est distinguendum, quia aut quis vendit alteri certas mensuras grani, vel pondera vuarum de vinea, vel agro certo, aut incerto, determinato precio pro qualibet mensura, vel pondere, aut vendit omnes fructus alicuius vineae, vel agri pro determinato precio, tamen non determinatis mensuris, vel ponderibus, sed siue multa pondera, siue mensurae sint, aut pauca. Si primo modo, venditor tenetur ad totas decimas, etiam si fructus vendatur ante maturitatem tempore, quo manifestum est non esse decimatos fructus, qui per hoc expresse vuis est solos illos fructus vendidisse, & super se recepisse onus decimandi, etiam si hoc modo omnes fructus alicuius emerit.

Si secundo modo dicendum, quod expresse apparet venditorem transfuisse rem fructum quam decimandi onus in emptorem, cum nihil sibi reliquerit, de quo decimaret, & hoc maxime, quia inconfuse vendidit. Secus autem si diceret vendo tibi omnes fructus vinearum mearum dando pro quolibet pondere certam pecuniam. Nam tunc intelligitur, quod debeant detrahi illa, quae sunt decima fructuum, & in ceteris ponderibus teneat precium constitutum. Quando autem fructus venditi sunt inconfuse sine determinatione certarum mensurarum, & cum determinatione precij, manifestum est, quod totum, id est, tamen fructus quam onus decimandi transit ad

emptorem, eo quod non possunt inde fructus decime extrahi a venditore.

Si tertio modo quantum ad principale dicendum, quod indistincte tenebitur venditor ad decimas, eo quod fecerit emptorem. Nam ideo carius emit acer uinum, quia putabat nihil inde detrahendum. Ecclesia tamen nihilominus poterit petere, a quo voluerit. Vnde & ab emptore petere poterit, quia inuenit apud eum rem non decimatam, & transfuit cum onere suo.

Sed quid si Ecclesia petente soluit decimam ille, qui non tenebatur, vel Ecclesia non petente putauit tamen se teneri, quid fiet hic?

Dicendum, quod aut queritur in foro iudiciali, aut in poenitentiali, si in iudiciali, aut soluit sponte ille, qui non tenebatur an ecclesia agente contra eum. Si primo modo quoniam iste est bonae fidei, cedit ei ecclesia actiones suas, siue sit emptor, siue venditor, & sic poterit ab eo nomine Ecclesiae recuperare decimam, quam indebita soluit. Si autem soluit petente Ecclesia, & compellente, utpote quia erat emptor, apud quem res empti inuenta est indecimata, aut habebat bonam fidem, aut non, si habuit bonam fidem emptor, ut quia non intendit fraudare ecclesiam decimis, cedit ei actiones suas ecclesiae, ut petat a venditore, qui obligabatur ad decimam. Si autem malae fidei fuit, non cedit ei actiones suas.

Si autem in foro poenitentiali, scilicet, quando tenebatur vnus soluere decimas, & soluit alius, ut si tenebatur soluere venditor, & soluit emptor, vel e contrario, & ille, qui soluit non reperit ab alio, ad quid tenebitur alius in foro poenitentiae. Et videtur dicendum, quod teneatur ad decimam soluendam ille, qui tenebatur, & non soluit, ut eam nunc restituat soluti indebite, siue soluerit emptor, siue venditor, quia in hoc equa est vtriusque conditio.

Dicit tamen Raimundus in summa tit. de decimis, quod verum est, nisi forte emptor soluit indebite, & tamen adhuc lucrum habet in fructibus, eo quod pro paruo precio emit, licet soluat decimam. Sed hoc non videtur satis iustum, quia occasione accidentaliter lucrum, quod non venit in contractum non est detrahendum alicui, quod debetur, quia eodem modo posset venditor defraudare emptorem retinendo partem rei venditae nesciente emptore si constituerit, quod illud, quod accepit plus valet quam precium, quod dat etiam occulte retenta parte, quod non est verum.

An de rebus quocunque titulo ad aliquem peruenientibus sit soluenda decima. *Quaest. CLIX.*

QVAERETVR an de rebus quocunque titulo ad aliquem peruenientibus sit soluenda decima, id est, an de rebus immobilibus, quae perueniunt ad aliquem, teneantur soluere decimas sicut de quolibet lucro.

Dicendum, quod aliqui distinguunt an perueniat res immobilis ex hereditate, aut ex donatione, aut ex aliqua operatione, pro qua detur. Si primo modo distinguunt, quia aut heres est suus, ut filius legitimus, aut est heres alienus, id est, qui instituitur, vel qui aliam venit ab intestato. Si est haeres suus, dicunt, quod non tenetur ad decimas, quia eadem persona reputatur cum eo cui succedit, & sicut testator non tenetur ad decimas immobilium, quae iam habet, ita neque heres suus. Alia ratio est, quia istis de iure natura debita est hereditas, & talis viuentis patre dominus est, & sola administratio ei deest. Vnde non censetur nunc aliquid acquirere, sed iam habere, cum iam dominus esset, sed incipit

capit administrare, & qui dominus est, vel qui rem habet effectam suam ex vna causa, ex alia causa non potest eam acquirere donec desinat esse sua. Et ista est causa praecipua quare isti non tenentur ad decimas totius hereditatis, eo quod totum quod ad eum peruenit est lucrum, & de lucro est danda decima, extra de decimis cap. ex transmissa. Si autem sit alius titulus lucrativus, ut ex legato ex donato dicunt indistincte soluendam esse decimam, eo quod totum hoc est lucrum.

Alij dicunt, quod non est verum hoc, sed quod de nulla re immobili est danda decima, quia res transit cum onere suo, & ideo de re immobili dabuntur decime, scilicet, de fructibus eius, de ipsa tamen non dantur decima. Item quia si heres legatarius donatarius, & quicunque habens rem immobilem ex titulo lucrativo teneretur ad decimas ex illa cito transfrent omnes res ad Ecclesiam, quod non est conueniens. Item quia Deus filijs Israel mandauit de fructibus dare decimas, & non de possessionibus. Hec est opinio Glo. extra de decimis cap. pastoralis.

Sed Alanus, Ioannes, Vincentius tenebant, quod de omnibus peruenientibus ex titulo lucrativo maxime si non sit heres suus debetur decima. Et Hosti. recitans istorum positionem respondebat ad tres rationes supra factas, quae sunt rationes Glo. sed non oportet ponere illas solutiones ne rursus oporteat argui contra solutiones ipsas, cum nos teneamus illam positionem.

Omnes autem doctores, ut communiter tenent positionem contrariam, scilicet de immobilibus non sit danda decima. Hoc tenent Hosti. & Ioan. An. in nouella tit. de deci. ca. pastoralis, & Henricus eo. tit. cap. peruenit, & fere omnes doctores posteriores in cap. pastoralis. Dicunt tamen positionem primam, scilicet quae tenet dandam de his decimam de iuris rigore iustitiam esse, sed secundam, quae dicit non esse soluendam, esse benigniorem, & tenendam.

Sed tamen videtur dicendum, quod neque de iuris rigore illa sit iustior cum rigor iuris non astringat ad hoc, & fundamētum est, quia licet lex a Deo polita de decimis non obliget nunc, sed solū institutio nouiter facta per ecclesiam, ut dictum est supra, tamen quantum ad decimas soluendas, scilicet de quibus rebus decime detur iura posuerunt regulam, scilicet quod illae decime, & de illis rebus solā debeantur, quae dabantur in veteri testamento, & quae postea ex consuetudine approbata dantur, extra de decimis cap. in aliquibus, scilicet illae decimae necessario sunt soluendae, quae ex lege diuina debentur, aut loci consuetudine approbata, sed decime de rebus immobilibus non debentur ex veteri testamento, quia ibi non iubeat Deus dari decimas nisi de fructibus, & non de possessionibus, sed neque debentur ex loci consuetudine approbata, quia in nullo loco est consuetudine de talibus decimas dari, ergo nullo iure debentur.

Cum autem respondebant tenentes contrariam opinionem, quod in veteri testamento non solvebatur decima nisi de fructibus, quia Deus ibi tradidit terram Israelitis, & potuit apponere quodcumque pactum voluit, ut significatur Leui. 25. c. & extra de dona. ca. per tuas, quod non potest facere donator humanus, cuius res non est totaliter: ideo donando non potuit eximere rem a iure decimationis, & onere. Dicendum, quod etiam istud non videtur, quia licet aliud sit de donatione humana, aliud de diuina, tamen cum decimarum onus non sit naturaliter incumbens rei, sed ex institutione, licet homo donans non potuerit eximere rem donatam ab aliquo onere, quod eam consequetur, tamen si nullum onus incubebat ei, transfuit res

donata sine onere. Et quia res immobiles non tenentur aliquo onere decimarum de iure diuino neque etiam de humano, neque de consuetudine, etiam si donator non eximat rem ab onere decimarum, non tenebitur heres, donatarius legatarius, & quicunque talis ad decimam de rebus immobilibus. Alia etiam ratio erat conueniens, scilicet omnia cito transfrent ad ecclesiam per frequentem decimationem. Ad quam responderunt quod poterat in hoc per Papam prouideri statuendo, quod ecclesia cogerebatur vendere immobilia, ut non manerent omnia apud eam, vel quod licet deberetur immobile, quod non reciperet immobile, sed decimationem. Sed dicendum, quod non statim etiam si non reciperet ecclesia nisi decimationem, cum quotidie transeant magnae hereditates per institutiones, & successiones ad alios, precia omnium rerum transfrent ad ecclesiam, & non esset, qui posset tanta soluere, & Ecclesia in immensum diraretur per longum tempus: ideo neque istud tollebat inconuenientia.

Et ideo dicendum, quod neque de equitate neque de iuris rigore tenentur homines ad decimas rerum immobilium, quae perueniunt ad eos titulo gratuito, ut ex institutione, & legato, & donato. Sic tenet Innocent. extra de decimis ca. non est, & Bernardus eo. tit. ca. pastoralis. Et dicunt, quod decime sunt dandae nisi de fructibus terrae, & de operibus manuum, id est de his, quae acquiruntur ex aliquo labore, vel negotio, non autem de his, quae dantur titulo gratuito. Cum autem obijciatur eo. ti. ca. ex transmissa, quod fidelis homo de omnibus, quae licite acquirat decimas soluere tenetur. Exponunt, quod intelligitur de eis, quae proueniunt ex humano, vel a manibus, & ideo non extenditur ad immobilia venientia titulo gratuito, immo neque ad mobilia, ut si quis ex testamento, vel donatione pecuniaria accipiat non tenetur ad aliquam decimam illius. Sed quid si aliquis acquirat immobilia non ex titulo lucrativo, sed ex labore, ut ex iusto bello, vel patrocinio, vel simili causa, an debeatur de illis decima,

Et quantum ad hoc de rigore iuris non videtur dubium, quoniam soluenda est decima personalis, quia est sibi lucrum ex operatione, & tamen aliqui dicunt, quod adhuc de hoc immobili non est danda decima. Sic refert Innocentius eo. ti. ca. non est, scilicet item si aliquis pro mercede militiae, vel aduocationis, vel pro alio opere suo recipiat ex pacto, vel sine pacto aliquod castrum, vel villam, vel aliam possessionem immobilem, nunquid de ea debet dare decimam praedicta ratione, scilicet quia de immobili non sunt dandae decime. Alij tamen dicunt, quod etiam de immobilibus iuat dandae decime. Sed dicendum, quod circa decimas personales, ut in plurimum statur consuetudini, & tamen de rigore iuris etiam de immobilibus in hoc casu videntur dandae decime.

An de piscatione sint decimae dandae, & an sint praediales, vel personales. *Quaest. CLX.*

QVAERETVR an de piscatione sint decimae dandae, & an sint tales decimae praediales iudicandae, vel personales.

Dicendum, quantum ad primum, quod potest dupliciter hoc accipi. Vno modo, quod quis habeat flumina, vel stagna, aut loca, in quibus piscatur, & ut permittat alijs piscari, ibi recipiat aliquam pensionem.

Alio modo quantum ad illos, qui piscantur, siue in flumine publico, siue in priuato ex concessione alterius, siue in proprio. Si accipiat primo modo, manifestum est, quod decimae sunt dandae de illis prouentibus. Sic dicitur extra de decimis cap. per-

peruenit, scilicet, de prouentibus molendinorum, & piscariarum decimas persoluam. Piscariæ autem dicuntur loca, in quibus piscantur, & non solum soluntur decime, sed etiam sine deductione expensarum eodem tit. cap. pastoralis.

Si accipiatur secundo modo dicendum, quod sunt soluende decime, non quidem de prouentibus, quia non sunt prouentus, sed de lucro. Nam in piscando non est reditus, sed potest esse lucrû, & redditur tunc decima. & hoc siue in flumine publico quis piscatur, ubi nihil dat pro iure piscandi, siue in loco priuati aliquid, ubi dat aliquid pro piscandi iure, quia tunc potest scire quantum lucratur, etiam si locus sit proprius, & piscatur ibi dominus, & vendit pisces, vel sumit in cibum suum & familiæ, tenetur dare decimas, sicut si quis in proprio agro piscuali faciat pisci pecora propria ultra decimam, quam dat pro pecoribus tenetur ad decimam herbarum, ut ostensum est supra.

An sit prædialis, vel personalis. Quest. CLXI.

QUANTUM ad secundum quæretur, an decima sit prædialis, vel personalis. Dicendum, quod non potest vocari proprie ista decima prædialis, quia prædialis datur de prædijs, & terræ nascens, & tamen decima de redditu piscariarum, vel de lucro piscationis non est de terræ nascens, & fructibus: ideo non est proprie prædialis. Sed dicendum, quod potest esse, vel personalis, vel mixta, vel magis declinans in prædialem quàm in personalem, & ideo pro hoc distinguendum, quia aut consideratur quantum ad prouentus, quos aliquis recipit de piscarijs, quas habet in flumine proprio, vel stagno, aut quantum ad lucrum de piscatione. Si primo modo, indicatur decima prædialis, quia licet non sit de fructibus terræ decimatio, sed de prouentibus pecuniarijs, tamen dantur illi prouentus prædij, & non ratione personæ, quia nullâ operam impedit ibi persona, & tñ pro eodẽ accipimus esse decimas prædiales, vel ratione prædij debitas sicut dicẽ extra de decimis ca. tua nobis, l. oēs, qui ad decimas ratione personarum, aut prædiorum tenentur eas cum integritate persoluant, & ideo illę decime dandę videntur illi Ecclesię in cuius territorio piscatur, & piscarię, de quibus prouentus dantur locatę sunt. Si autem quærat de piscatione distinguunt aliqui, quod quis piscatur in flumine publico, ubi licet cuiq; piscari nullo dato præcio neq; parte piscationis, aut in loco priuato, ubi datur præcium, vel pars piscationis. Si primo modo, dicunt esse personalem decimam, & deberi ecclesię, in cuius parrochia recipit quis sacramenta, & nõ in cuius territorio sunt sita loca piscationis. Si autem dato præcio dicunt esse quasi prædialem, & deberi ecclesię, in cuius territorio sunt loca piscationis.

Sed dicendum, quod non stat, quia nulla ratio distinctionis est in vtroque casu: ideo si in vno est decima personalis, in alio quoque erit personalis. Itẽ quia nulla ratio est quare sit prædialis, quia hic non attenditur nisi labor humanus, & industria, & ideo personalis est decima, licet pisces, de quibus est lucrum beneficio aqua, & terræ viuant, neque sit distinctio ab aliquo perito nisi quantum ad prouentus piscariarum, & lucrationis, quia primum est prædiale secundum personale. Sic dicit Innocentius, & Ioan. And. & Henr. in capitu. non est, & Ber. & Hostien. extra de ferijs capitu. licet. Idem autem est si quis de proprio flumine, vel stagno pisces capiat, & vendat. De lucro enim debetur decima, sed est personalis, & deberi Ecclesię in qua recipit sacra-

menta dominus piscaria. Dicunt tamen doctores, quod si quis de mari pisces accipiat, & ponat in aliquo stagno, vb. aliquandiu viuant, debetur decima Ecclesię parochiali in cuius territorio est stagnum, ut docet Innocentius, & Ioannes And. extra de decimis, cap. non est. Sed non est intelligendum, quod totaliter de illis decima debeatur etiam secundum rigorem iuris, sed solum de incremento, quod putantur accepisse in stagno illo.

An de venatione debeatur decima, & cui ecclesię. Quest. CLXII.

QUÆRETUR de venatione an debeatur decima, & cui Ecclesię. Dicendum ad primum, quod de venatione decime debentur extra, de decimis cap. non scilicet. De militia, & venatione, & omnibus bonis decime sunt ministris Ecclesię tribuendę.

Ad secundum dicendum, quod hæc questio tangere poterat etiam animalia mansueta, quæ nos pascimus, ut oves, boues, & capras, sed cui Ecclesię de his debeatur decima, infra dicitur. Nunc verò de illis solis, quę ad venationem pertinent dicamus, & omnia hæc sunt fera. Nam mansueta animalia nemo venatur, sed capitur prohibito, & ideo vt communiter omnis venatio peruenit ad personalem decimam. Sed pro hoc est magis considerandum, scilicet, quia aut animalia, quæ venantur sunt inclusa in aliquo ambitu, aut libere vagantur per montes, & alia loca. Si libere vagantur, dicendum, quod est decima personalis, quia prouenit pure opere, & cura humana, & non beneficio terrę lucrum istud: nam cuiuslibet patet talis venatio. Si autem sunt animalia inclusa, sicut sunt chirogryli, & damę, & lepores, & alia animalia, quę solent esse inclusa in locis certis, dicunt aliqui, quod de talibus venatio pertinet ad decimam prædialem, & danda est Ecclesię in cuius territorio sunt inclusa animalia, quia illa viuunt beneficio terræ illius, extra de decimis ca. cum non sit.

Alij tamen volunt, quod sit personalis decima, & detur Ecclesię, in qua venator recipit sacramenta, quia omnia hæc veniunt artificij, & opere humano, & istam opinionem magis tenet Innocentius extra, de decimis capitu. non est, & ad capitu. cum non sit responder, quod ibi non prouenit fructus ex artificio hominis, sed ex sola Dei gratia datur. Quod patet, quia semen mortificatur a Deo, & non homine operante viuificatur, & fructus plus affert, sed animalia reclusa non moriuntur, ideo non est de eis danda decima prædialis sicut de eis, quæ Dei solius opera veniunt, sed vt de illis, quæ magis veniunt ex opere humano. Sed Hostien. tenet decimam istam neque esse prædialem neque personalem, sed mixtam.

Dicendum, quod circa talia potissime standum est consuetudini, & tamen de rigore magis videtur pertinere ad personalem, vt vult Innocentius, quàm ad prædialem, vt placet quibusdam.

An de molendinis sit decima danda, & an sit prædialis, vel personalis. Quest. CLXIII.

QUÆRETUR an de molendinis sit decima danda, & an sit prædialis, vel personalis. Dicendum ad primum, quod de omni molendino decimæ sunt dandę, & quia molendinum ab antiquo duplex esse solebat, scilicet, de aqua, & vento, de vtroque iubeat Ecclesiã solui decimas. De molendino in aquis, patet extra

de

Duplex molendini.

de decimis capitu. peruenit, & capitu. pastoralis ubi dicitur, quod de prouentibus molendinorum decime sunt soluendę, & intelligitur de molendino in aqua. Primo quia quando absolute accipitur molendinum, intelligitur de molendino in aqua, quia illi competit præcipue, & primo hoc nomen.

Secundo quia quando fit mentio de alijs molendinis, non vocantur absolute molendina, sed cum determinatione, scilicet, molendina ad ventum eo. tit. cap. ex transmissa. Et ideo si ponantur absolute intelligitur de molendinis in aqua.

Tertio apparet, quia in allegato cap. peruenit statim post molendinum subditur de piscarijs. Et idem in cap. pastoralis, ergo ad idem pertinet, sed piscariæ sunt in aquis, ergo & intelligitur de molendinis aquarum, & de his decime soluuntur, idest, de prouentibus, quæ dantur pro actu molendi in his. Sic dicitur in allegato cap. peruenit, scilicet, de prouentibus molendinorum.

Aliud est molendinum ad ventum, & etiam de prouentibus huius dandæ sunt decimæ eo. tit. cap. ex transmissa, scilicet, militem compellatis de his, quæ proueniunt de molendino ad ventum, vt decimas sine diminutione persoluat. Sunt tamen alia molendina, quæ sine vento, & aquis consistunt tractu hominum, aut bestiarum mota, aut si per aliquod ingenium moueri possunt, & de his iura non faciunt mentionem, quoniam rara erant a principio, & etiam nunc, & tamen cum ex eis lucrum proueniat, necessarium est, quod de eis decimæ dentur. Nam ista est causa, ex qua probat Papa, quod de molendino ad ventum decime sunt dandę, scilicet, quia de omnibus, quæ fidelis homo licitè acquirere potest, decimæ sunt soluendę, eodem cap. ex transmissa.

Ad secundum dicendum quidam putant de molendinis ad aquam, & ventum esse decimam prædialem, quia mouentur vi aquarum, & ventorum. Sed dicendum, quod non stat, immo oportet esse decimam personalem. Primo quia extra de parrochijs cap. vltimo. iubentur solę decimæ prædiorum dari Ecclesiã, parrochiali, & illę sunt decimæ messiu, & fructuum terrę, extra de decimis cap. ad apostolicę, ergo sunt ceterę personales, sed de molendinis sunt decime huiusmodi, ideo sunt personales, & sunt dandę Ecclesię parrochiali.

Secundo quia prouentus molendinorum ponuntur inter decimas personales in cap. peruenit, & cap. pastoralis: ideo sunt personales.

Tertio quia decime de lucro sunt personales, quia prædiales dicuntur decime de fructibus eodem tit. ca. ad apostolicę, sed decime de prouentibus molendinorum vocantur decime de lucro, & non de fructibus, vt colligitur in capitu. peruenit, & capitu. ex transmissa.

Quarto quia de fructibus terrę, de quibus dantur decimæ prædiales manifestum est, quod non debent extrahi expensę, neque semen, sed integre soluuntur in ca. cum non sit, & ca. tua nobis, & tamen post hoc adhuc dubiatur, & distinguitur an in decimandis prouentibus molendinorum sint deducendę expensę in c. pastoralis, ergo decime de molendinis sunt personales.

Quinto patet, quia illę decime vocantur prædiales in quarum materia non operatur præcipue humana industria, sed Dei manus in ea cum non sit. Et ista causa redditur ibi, quare non subtrahatur semẽ de aceruo decimando, neque sumptus, & tamen circa molendinum præcipue, quod est, sunt humani labores, & industria, licet etiã concurrant aquæ, & venti, quæ

Deo sunt. Non est enim dicenda decima persona: lis de sola illa re, in qua sola humana industria solum operatur, quia nihil est, in quo manus Dei non operetur, sed quãdo totaliter, vel præcipue prouenit fructus ex Dei operatione, siue nature vltra nostram industriam est decima prædialis sicut in fructibus terrę, quia omnia huiusmodi prius moriuntur quàm reuiuificant, & reuiuiscunt sine nostra operatione: ideo tales vocamus prædiales, sed de molendinis nõ sunt nunc: ideo sunt personales.

Dicendum igitur, quod de omnibus molendinis, siue ad aquam, siue ad ventum sunt decime personales, sed a fortiori de molendinis, quæ trahuntur ab aëre sine vento, & aqua. Nam talia purè sunt personalia, quia sola humana industria, & labor ibi operatur. Vnde magis talia vocantur artificia quàm molendina, quia in molendinis aliquid operatur Deus, sicut in aqua, & vento.

An de lacte, & caseo sit danda decima. Quest. CLXIII.

QUÆRETUR an de lacte, & caseo sit danda decima. Dicendum, quod sic. Nam si de pecoribus danda est decima, dabitur etiam de fructu pecorum, sed fructus pecorũ est caseus, & lac: ideo de his dabitur decima. Secundo patet, quia eadem ratio est de caseo, & lacte, quæ de lana, sed de lana datur decima, vt ostensum est supra, ergo de lacte, & caseo. Tertio quia iura expresse hæc dicunt, extra de decimis c. peruenit, ubi de lana dicitur, & cõsequenter de caseo, & lacte intelligendum est, quia eadem ratio est in illis, & ideo erit idẽ ius, extra de constitutionibus ca. translato. Et magis apparet, extra de decimis cap. nuncios, ubi de omni fructu iubetur decime solui, sed lac, & caseus sunt fructus pecorũ, ergo de eis datur decima. Sed dicendum, quod eadem est decima casei, & lactis, cum caseus non fiat nisi de lacte, & tamen aliquando lac venditur, vel expenditur in aliquos vsus, & nõ formatur inde caseus, & tunc de lacte est soluenda decima, scilicet estimatio precij.

An de butyro soluatur decima, & an sit prædialis, vel personalis. Quest. CLXV.

SE dicitur an de butyro soluatur decima. Dicendum, quod aut est butyrum quod fit de lacte, aut quod fit de pinguedine animalis. Si primo modo est danda decima, & erit alia decima pecoris alia fructus pecoris, eo quod distinguitur hic fructus a substantia pecoris, & prouenit de eo. Et eadem ratio est tunc de butyro, & lacte, & caseo. Nã sicut de lacte fit caseus: ita de lacte fit butyrum.

Si autem sit butyrum de pinguedine animalium, vt butyrum de porcis, vel de asinibus, non est danda decima. Et ratio est, quia hoc butyrum non est fructus animalis, sed pars substantiæ, & non potest accipi, nisi de animali occiso liquefacta quadam parte corporis eius, sed animal iam decimatum est: ideo non debet rursus decimari, quia bona fides non patitur, vt idem bis exigatur, neque ecclesiã debet decimam duplicatam recipere.

Et quod dictum est de butyro dicendum est de adipe, vel sepo vnde candelæ fiunt, non est enim decimandum. Et ratio est, quia non est fructus, sed pars animalis.

Sed obijciatur, quod sit decimandum butyrum, & sebum: nam ista sunt lucra quædam, & de omnibus lucris est decima danda, extra de decimis capitu. non est, & capitu. ex transmissa, sed lucra sunt hæc, quia quando decimata fuerunt animalia ista, de quibus

De adipe, & sepo nõ est decimandum.

bus sit septum, & butyrum, non erant talia, & tanta, ut inde butyrum posset provenire, sed parua, ideo de lucro isto dabitur decima.

Dicendum, quod non fiat, primo quia si propter incrementa animalium daretur decima hæc, non solum de butyro, & sepo danda esset, sed etiam de valore maiori animalis tempore, quo occiditur ad tempus, quo decimatur, & tunc cum sit duplum, aut triplum in valore deberet triplari decima, quod falsum est.

Secundo, quia non tenet ratio: nam incrementa animalium sicut non vocantur fructus, ita neque vocantur lucra, eo quod non distinguuntur a substantia rei, lucrum autem in re, aut circa rem provenit, & lucra quando non sunt decimata, sunt decimanda, & tamen hic decimatum est incrementum. Pro quo sciendum, quod aut hic consideratur substantia pecoris, aut maior valor, si substantia non est decimanda, quia iam decimata est, cum a principio de pecoribus data est decima. Si autem valor maior dicitur, quod provenit istud incrementum ex eo, quod pecora postquam fuerunt decimata maiora effecta sunt per alimentum, de alimento autem danda est decima. Nam aut pecora pasta sunt de frugibus, aut de herbis. Si de herbis danda est decima, siue a domino agri, si precium recipit pro pascuis, siue a domino pecorum si sine precio pecora pascuntur ibi, ut dictum est supra. Si autem alantur pecora de frugibus iam illa decimata sunt, ideo incrementa pecorum decimata sunt, neque sunt iam decimanda, & consequenter neque butyrum neque sebum, quando non sunt fructus, sed animalium partes, non sunt decimanda.

In q. 155.

An personalis vel prædialis sit decima lactis, casei & butyri. Quæst. CLXVI.

Sed quæretur an personalis, vel prædialis sit decima lactis, casei, & butyri. Dicendum, quod sicut ostensum est præcedenti quæstione datur decima de lacte, & caseo, quia datur de pecoribus quorum sunt fructus, & consequenter pertinet decima lactis casei, & butyri ad genus illud, ad quod pertinet decima pecorum, sed decima pecorum est mixta, ideo & de lacte, & caseo erit mixta.

Sed videtur magis pertinere ad prædialem quam ad personalem, & multis placet, & consequenter dabitur ecclesie parochiali, sed quia de pecoribus non est semper prædialis, sed mixta, & soluitur partim in una parochia, & partim in alia si pecora mutant loca pascuorum: ideo & de lacte, & caseo idem erit iudicium, nisi aliud obtineat consuetudo, quæ in his multum valet, utpote si habet consuetudo, quod decima pecorum diuidatur secundum loca, in quibus pecora pascuntur diuersis partibus anni, & quod non diuidantur decime lactis, casei, & butyri, sed soluuntur integraliter in loco domicilij domini pecorum, vel in altero istorum locorum.

An de melle, & cera debeatur decima, & cui ecclesie. Quæst. CLXVII.

Quæretur an de melle, & cera debeatur decima, & cui ecclesie. Dicendum, quod debetur, ut patet extra de decimis capitulo. nuncios, scilicet, de apibus, & omni fructu decimas soluere compellat. Aliqui intelligunt, quod de ipsis apibus sit decima danda.

Sed falsum est, quoniam dari non potest, sunt enim fera animalia, & ideo licet sint in arbore mea, non sunt mea quousque includantur in alueario, in-

De bal-

si. de re. diui. Sapum, & non possunt capi animalia hæc, ut decimantur, sed decimatio est de fructu, id est, cera, & melle, ut dicit Innoc. & Ioan. And. in nouella extra de deci. cap. nuncios.

Ad secundum dicunt aliqui, quod sit prædialis decima, & debeatur ecclesie parochiali, eo quod proveniunt fructus isti de floribus, & herbis terræ illius, in qua manent apes. Sed dicendum, quod est decima personalis, quia ingenio, & industria hominum provenit. Nam licet apes naturaliter forment ceram, & mel, tamen quod homo capiat apes, & teneat fructum earum provenit ex industria, & labore: ideo ad personales decimas pertinet, maxime quia apes non manent in eodem loco, sed mutantur aluearia eorum secundum tempus, in quibusdam regionibus: ideo non pertinent ad prædiales decimas, sed ad personales.

De quibus alijs rebus, & lucris sunt soluendæ decimæ. Quæst. CLXVIII.

Quæretur de quibus alijs rebus sunt dandæ decimæ. Dicendum, quod nihil est, de quo decima non debeatur si in eo aliquid lucrum provenit, unde non solum de fructibus terræ, & arborum, & animalibus decimæ sunt soluendæ, sed & de pascuis, & nutrimentis animalium de venationibus, piscationibus, molendinis, furnis, balneis, pensionibus, redditibus, aurifodinis, argentifodinis, lapidicinis, negotio, artificio, militia, seruitio, de lacte, caseo, butyro, & de omni lucro generaliter. Sic dicit Raimundus in summa tit. de decimis, & Hostien. in summa eo. tit. de quibus rebus, & Ioan. An. in nouella in cap. pervenit, & hoc omnes generaliter. Et causa huius est, quia extra de decimis cap. non est, postquam multa particulariter enarrantur, dicitur, quod decime de omnibus bonis sunt reddendæ, & eodem tit. capitulo. ex transmissa dicitur, quod de omnibus, quæ fidelis homo licite acquirit, decimas soluere tenetur.

De pascuis autem, & venationibus, & piscationibus iam dictum est supra, & de molendinis, lacte, caseo, & butyro, cera, & melle. De furnis autem idem est dicendum, scilicet, quando coquentes in furno dant precium, ut permittantur ibi coquere est decima soluenda de illo precio. Sic patet eo. tit. cap. pastoralis, ubi queritur, an in decimis clibani sint expensæ deducendæ. Sed istud verum est de furnis, ubi dominus furni pro precio permittit alijs coquere panem in clibano, & ipse dat ligna. Nam de redditibus clibani est danda decima, secus de illis furnis, in quibus sine precio quisque coquet, siue furnus sit proprius, siue alienus: nam cum ibi nullus sit proventus, nullæ sunt decimæ.

Sed obijciatur, quod etiam si gratis coquant sit decima soluenda, quia ita erat de pascuis, scilicet, quod siue dominus agrorum pro precio recipiat pecora ad pastum, siue gratis, datur decima, sed in primo modo datur decima de precio, in secundo dat decimam dominus pecorum de herba aestimata, & etiam si dominus pascuorum sola sua pecora ibi pascat soluet decimam, ut ostensum est supra.

Dicendum, quod non est simile, quia in pascuis est aliquid prædiale, scilicet, fructus terræ, id est, herba, & de illa debetur decima prædialis, sed in furno nihil est nisi personale, quia per industriam, & laborem totum est, propter quod non est ibi decima, nisi de lucro, sed quando dominus furni gratis permittit alijs coquere, siue ipse det ligna, siue non det, non est ibi aliquod lucrum: ideo nulla decima debetur.

De pascuis venationibus piscationibus datur decima.

De balneis debet decima.

De balneis quoque debet decima, scilicet de proventus balnearum si quis recipiat precium, ut permittat aliquos in suo balneo lauari, vel exhibeat eis ministeria balneationis. Si autem gratis permittat balneari nulla decima est, sicut dictum est de furnis.

De aurifodinis argentifodinis lapidicinis, & omnibus metallariis soluuntur decimæ.

De aurifodinis, argentifodinis, lapidicinis, & omnibus minerijs metallarijs decime sunt soluendæ cum magni reditus proveniant dominis istarum mineriarum. Sed hoc est verum, quando pensio inde provenit, secus si sint in loco publico, & nullis prohibeatur fodere in his, & metalla, & lapides eruere, quia tunc cum nulli sint proventus nullæ sunt decime.

Sed obijciatur, quod siue sint publice minerie, siue priuatæ, & gratis concedantur debeatur inde decima, sicut dictum est de pascuis supra quæstione 155.

Dicendum, quod non est simile, quia herba est fructus terræ, quæ nascitur annuatim, & ideo decime prædiales de ea soluendæ sunt, potissime, quia de omnibus fructibus iubemur decimas reddere, extra de decimis c. nuncios, sed lapides, lapidicines, & aurum, & argentum mineriarum non vocatur proprie fructus terræ, vel agri, sed potius pars agri. Nam lapides eruendo de lapidicina redditur ager inutilis, sed de substantia rei non redditur decima, sed de fructu, ideo non datur decima de his, quando gratis conceduntur erui, cum vero pro precio erui permittuntur datur decima non, tanquam de fructu, sed de pensione, vel proventu. Si quis vero id, quod de lapidicina, & aurifodina eruitur proprie fructum agri vocaret, esset dicendum, quod de his esset decima danda, etiam si gratis concederentur erui, sed melior est præcedens sententia.

Demonstratur datur decima.

De motibus quoque danda est decima, id est de fructu eorum, scilicet de pascuis, & herbosis locis, quæ sunt in nemore privato, siue dominus pro precio recipiat pecora ad pastum, siue gratis. Etiam de cessione lignorum cum hoc quoque pro precio permittitur, & generaliter quidquid illud sit, de quo recipitur redditus de nemore est reducendum ad decimam, sicut datur decima de agro, vel de lucro. De omnibus quoque pensionibus, & redditibus debentur decime in quantum ista sunt quædam lucra, ut si detur redditus, vel pensio pro domo, vel agro, aut alia re, vel pro operis animalium nostrorum, quas operas alijs damus pro precio. De his namque ex rigore iuris datur etiam decime soluendæ, unde si quis det alteri precium, ut permittat eis seminare agros suos dabit dominus agrorum decimam de pecunia, quæ est pensio agri, & colonus dabit decimam de omnibus fructibus, quos collegerit, sed decima de fructibus, quæ est coloni, est ibi proprie prædialis. Decima autem pecunie pensionariæ est ibi non proprie prædialis, sed magis est personalis, cum ex eadem re non competant duæ decime integre prædiales, sed colonus dat integram decimam de omnibus fructibus, cum omnes ad eum pertineant, ergo decima de pensione pecunie magis erit personalis de quibuscunque pensionibus, vel redditibus, siue in pecunia dentur, siue in fructu, debentur decime, ut si pro agro, vel domo, vel pascuis det colonus domino agri, vel pascuorum, certas mensuras frumentum, vel oves, aut porcos, vel huiusmodi. De omnibus his tenetur dominus soluere decimas.

De negociationibus quoque, & artificio decimæ dantur. Nam extra de decimis capitulo, non est dicitur de negociatione decimam esse dandam, & in capitulo pastoralis, sed in ea detrahuntur expensæ ad soluendam decimam eodem capitulo, de artificio, eadem ratio est cum in eo sit aliquod lucrum, & de lucris sit decima danda, sed vocatur negociatio opus mercatorum, artificio autem est operatio manualis, & quia utrunque habet lucrum de utroque datur Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

decima, & nunc omne officium, vel occupatio quantumlibet nobilis, quæ est acquisita vocatur artificio, & debetur de illa decima.

De militia quoque datur decima in allegato capitulo non est, & intelligitur quantum ad stipendia, quæ militibus dantur, ex quibus sustentantur, & dicantur quibus contenti esse debent Luc. 3. Contenti estote stipendijs vestris, neminem concutiatis. Etiam quantum ad lucra, quæ milites habent in bellis prædanda, & irumpendo regiones, & loca hostilia. Nam si sit iustum bellum efficiuntur sua ea, quæ capiunt milites, & ideo, tanquam de licite acquisitis tenentur ad decimas, & totum hoc intelligitur nomine militie. Sed nunquid doctor de collecta, vel salario lecture, & aduocatus de mercede, aut pecunia aduocationis dantur decimam?

De militia datur decima.

Dicendum, quod sic de doctore, & quolibet lectore tener illud in glo. Bernardus capitulo, pastoralis. Et ratio est, quia est lucrum quoddam, vel bonum, & de omnibus bonis sunt decime reddendæ in capitulo, non est.

De aduocato dicendum idem, quia licet utrunque sit aliquo officium mercenarium, tamen magis mercenarij est officium aduocationis, quam publice doctrine, quæ cathedraliter datur, & ideo directus tenetur aduocatus ad decimam, quam doctor, vel lector, sed uterque tenetur.

Aduocati non sunt absoluti a decimis.

De seruitio quoque debetur decima, id est de pecunia, quæ datur alicui pro seruitio, vel qualibet re conuertibili in pecuniam debetur decima, quia vel comprehenditur nomine lucri, vel nomine bonorum acquiritorum non per titulum gratuitum.

De omni quoque lucro, quoniam non expedit diuagari per plures species generaliter dicitur, quod quidquid est, quod ad lucrum pertinet erit decimandum, & sunt omnes istæ decime personales.

Sed considerandum, quod circa omnia hæc, quæ dicta sunt de decimis personalibus, multum valet consuetudo. Et hoc tam quantum ad solui, vel non solui decimas de quibusdam rerum istarum nominatarum, quam etiam ad quantitatem partis, scilicet ut non sit decima, sed nomine decime aliquid parum, vel multum.

An de male acquisitis sit danda decima. Quæst. CLXIX.

Quæretur an de male acquisitis sit danda decima, ut de furto, simonia, viura, meretricio, hitrionatu, & similibus.

Dicendum, quod non est eadem sententia quantum ad omnia. Pro quo sciendum, quod quædam sunt male acquisita, quæ sunt immobilia, & ex quibus proveniunt fructus, sicut sunt agri, & pecora quoque, quæ fructum reddunt, licet non sint immobilia, alia vero sunt mobilia, quæ non reddunt fructum ex seipsis.

De primis dicendum, quod etiam si male acquisita sint sunt decime dandæ de eis, quia ecclesia exiger decimas de rebus illis, a quocunque possessore, vel detentore, etiam si fiat illum prædonem esse, vel hæreticum, vel schismaticum, neque in hoc approbat crimen, aut accipit aliquid de crimine, sed solum accipit decimam illam, quæ debetur sibi non ratione personæ possidentis, sed ratione prædij. Et quia apud quemcunque maneat prædium illud facit fructus debetur decima ecclesie de illis fructibus. Sic. n. Iudæi de prædij suis decimas reddere cognunt extra de deci. c. de terris, & quod dicitur de immobilibus ut idem dicendum de omnibus alijs, de quibus debetur decima prædialis, vel quasi, ut de pecoribus, quæ feruntur gignunt, Ec

gnunt, & intra solius parrochie territorium aluntur, Nam certum est, quod a quocunque grex possideatur, quod de fructibus debetur decima. Et idem videtur dicendum de pensionibus, & redditibus, ut de pensionibus paucorum, & molendinorum, & aliarum rerum, quæ redditus habent, & maxime quando certus redditus datur domino nullis detractis expensis, quia hæc sunt, quasi decimæ prædiales. Si autem sint res mobiles, & de quibus, ut communiter sunt decimæ personales, quæ ex industria hominum proneniunt, est distinguendum, scilicet quia res illicite acquisita transit in dominium, aut non, si non transit, non potest de eo dari decima, sicut de pecunia, vel rebus mobilibus furto, vel rapina habitis, quia non transeunt in dominium prædonis, nullo enim tempore efficitur dominus prædo, etiam si in æternum possideat, vel detineat.

Sic autem decima non est danda de pecunia furto accepta, neque enim est hic aliquod lucrum cum is, qui furatur nihil acquirit, quia nunquam efficitur dominus.

Si autem transit dominium rei male acquisitæ, aut competit repetitio, aut non, contra acquirentem. Si competit repetitio non est danda decima. Sic est de pecunia habita ex simonia, & vsura. Nam transit in dominium vsurarij, & simoniaci, & tamen competit repetitio contra eum. Licet in hoc est dubitatio, quia aliqui dicunt, nunquam transire in dominium pecuniam vsurariam, & simoniacam, sed siue trãseat, siue non, semper est es alienum, & cõpetit repetitio. Et de hoc non est danda decima, sed est restituendâ ei, cui debetur de iure. Si autem transit dominium, & non competit repetitio, tunc videbatur quod de tali posset dari decima, & eleemosyna, quia iam ista pecunia effecta est ipsius possidentis, & non detinet illicite quamvis illicite acquisit. Sic est de meretrice, & histrione. Nam isti turpiter acquirunt, & tamen non competit repetitio contra eos, & tamen dicunt quidam, quod ne approbari videatur delictum istorum, nõ recipit ecclesia decimam.

Sed obijciunt aliqui contra hæc generaliter, scilicet illicite acquisitum esse non tollit decimam, quia illicite acquirere est delictum, & delictum non præstat immunitatem. ff. de interd. & rele. l. relegatos. §. vltimo, & criminiosum non dignitas, sed pena communi debet, sed soluere decimas est onus quoddam, ergo nemo propter delictum eximeretur ab hoc onere, ergo illicite acquirens tenebitur ad decimas.

Secundo, quia Christus dixit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, Luc. 14. c. vocatur autem mammona iniquitatis, idest diuitiæ ex iniquitate acquisitæ, ergo de illis licet facere amicos tam pauperes, quam iacerdotes dando eleemosynas, & decimas.

Sed in contrarium videtur, quod non possit de aliquo illicite acquisito fieri decimam, quia dicitur extra de decimis, c. ex transmissa, quod de licite acquisitis debet fidelis homo soluere decimas, ergo innuitur, quod de acquisitis illicite non soluerentur decimæ. Dicendum, quod distinctio supra posita vera est, & primo in speciali videndum de bonis immobilibus, ex quibus redditus proveniunt an dentur decimæ. Et dicendum, quod quantumlibet sint male acquisita, vtpote si nullo modo transeant in dominium, sed furto, vel rapina acceptæ sunt, adhuc de illis datur decima de fructibus suis, & nolentibus soluere decimas eis, apud quos bona sunt, exiget, & accipiet ecclesia decimas, licet sciat rem furto, vel rapina, aut violentia detineri.

Sed dicendum, quod talis non potest eleemosynam dare de hac re, neque de fructibus eius. Et ratio est,

quia est es alienum, Ratio differentiæ inter hæc est, quia decima est onus reale, quod ager ipse dat, & non persona, & ideo non tam dicendus est detinens agrum decimas dare, vel soluere, quam ecclesia exigere, & accipere. Vnde dando decimam nihil dat de alieno detinens agrum, sed accipit illud ecclesia. Secus de eleemosyna, quia eleemosyna non est aliquid debitum, sed donatur, & est personale, & non reale, ideo fur, vel raptor, aut violentus detentor cum nihil iuris habeat in re, quam detinet, non potest administrare dando aliquid de ea, neque de fructibus, quia tam rem, quam fructus debet vero domino.

Circa bona mobilia quorum non sunt fructus, sed posset circa lucra, ut in pecunijs, & similibus, dicendum a fortiori, quod si quis illicite acquirit, idest teneat, scilicet per furtum, violentiam, rapinam, dolum, neque decimas dabit, neque eleemosynam, de eleemosyna eadem causa est, quæ supra, scilicet quia res aliena est, & de alieno non potest eleemosyna dari prima, questione prima capitulo, non est putanda decima differre. Nam in immobilibus debetur decima ratione prædij, & rei, & non ratione personæ, ideo apud quemcumque sit res etiam apud raptorem decimæ soluuntur, hic vero nõ sunt fructus, sed possunt considerari lucra, & hæc sunt personalia, sed in præsentia, neque lucrum aliquid est cum fur prædo violentus dolosus non efficiat rem suam, & ideo neque res, neque aliquid rei ad ipsos pertinet, & sic non est aliquid, de quo, aut detentor decimas soluere possit, aut ecclesia ab eo exigere debeat.

Circa res autem mobiles per vsuram, & simoniam acquisitas solet dici, quod transit dominium in accipientem, licet aliqui dicunt, quod non transeat, sed magis videtur, quod transeat. Et erit ratio differentiæ inter vsurarium, & simoniacum ad furem, & prædonem, quia fur, & prædo nullam causam habent acquirendi, ideo nunquam efficiuntur domini, licet rem detineant, sed vsurarius, & simoniacus habent aliquam causam acquirendi, scilicet quia dans pecuniam vsurario, & simoniaco sponte transferunt illam in vsurarium, & simoniacum, & per hoc desinant ipsi esse domini, & transferunt ius rei in illum, cui tradunt eam. Is autem cui furto, aut rapina res aufertur, nulli dat, & ideo non priuat seipsum dominio, neque possessione civili saltem, quam in animo retinet, vno autem existente domino in solidum non potest alius effici dominus, fur igitur, & prædo, nunquam efficiuntur domini, sed vsurarius, & simoniacus sic.

Sed contra istos, quia male acquirunt, & sine causa cõpetit repetitio. Idem est de aleatore: Nam efficitur dominus, & tamen competit repetitio. Nam ludentes ex pacto, & volentes se priuant dominio rerum, & tamen transferunt in alios, sed quia sine causa faciunt, detinet illicite acquisita per aleas, qui sic acquisiuit.

Et de his dicendum est, quod non datur decima, neque eleemosyna, quia licet isti domini sunt, scilicet quia alij perdidit dominium, tamen non possunt aliquid ministrare, quia tenentur restituere, & sic eleemosynam non possunt dare, quia illa non datur de alieno. Decimam quoque non possunt dare, quia nihil est ibi, de quo ecclesia decimam petat, scilicet non est fructus, quia non sunt prædia, neque sunt lucra, quia nihil efficiunt suæ vsurarij, & aleatores, & simoniaci, & tamen si hæc decima daret, de lucro esset danda, quod nullum est, quia lucrum non est, nisi in re propria. Vnde non solum non petunt ab istis decimas personales de his rebus, sed etiam si ipsi sponte darent, & ecclesia sciat de hoc esse non recipiet decimas

De vsurario simoniaco, & aleatore nõ solent decimas

decimas illis, quia non sunt decimæ, sed præda, & accipiet ecclesia tunc id, quod nõ est decima, & a quo non potest dari.

Circa meretrices, & Histrones est dicendum, quod isti efficiuntur domini eorum, quæ acquirunt, & non competit contra eos repetitio. Et hæc primo, quia si ipsi turpiter accipiunt turpiter dant illi, qui dant, & in communi causa turpitudinis potior est causa possidendi, & ita a meretrice, & Histrione repeti nõ potest.

Secundo, quia licet meretrix turpiter agat recipiendo mercedem, vnde dicitur, quod meretrix turpiter agit, quia meretrix est, sed non turpiter recipit, quia meretrix est, ut innuitur. ff. de cõdi. ob. turpem causam. l. idem est, & si §. quoties, & ideo id, quod meretrix recipit suum efficitur, nisi aliquem seducat petens ab eo ultra consuetudinem, & recipiens putante illo tantum solum dari quantum illa petit, vel si extorquet ab aliquo sibi ultra solum dari, ne eum prodatur, aut infamet. Nam ista per extorsionem habentur, & non transeunt in dominium meretricis, vel saltem contra eam competit repetitio super hac re. Et de hoc manifestum est, quod non potest aliquid administrare meretrix, quia est es alienum, & tenetur restituere, sed de eo, quod acquisiuit non extorquendo, neque fallendo, liberam administrationem habet meretrix, quia vere domina est, & ideo dicendum, quod eleemosynam dare potest, sed non dat regulariter decimam. De primo causa est, quia cum meretrix sit domina potest donare de suo libere, quod voluerit, & bonum est dare eleemosynam, quia licet in peccato mortali sit quando meretrix est, Deus illustrabit forte cor eius propter bona opera licet nõ sint meritoria saltem orationibus eorum, qui eleemosynam recipiunt. De decimis, & oblationibus meretricis est, quasi regulare, quod non recipiantur, & hoc propter turpitudinem suam, licet in hoc aliqui dicant meretricem non teneri ad decimas, quia vilitas vitæ laqueis legum eas astringere noluit, ut dicitur. C. de adulter. l. quæ adulterium.

Sed dicendum, quod non est verum, immo tenentur meretrices ad decimas, quod autem vilitas vitæ absoluat eas a laqueis legum, hoc est verum quantum ad penam criminis, scilicet ut non puniantur, ut adultere, sed quantum ad alia onera, & debita non eximuntur a lege. Et ideo est dicendum, quod tenentur ad decimas personales de lucro meretricij, sed ecclesia non accipiet eas propter turpitudinem meretricis, ne videatur approbare factum, & vitam illius. Sic Deut. 23. c. non offeres mercedem prostibuli, neque precium canis. De Histrione idem est, quia viles personas istas reputamus, & non approbat ecclesia officium istorum, sic autem sunt aliquæ personæ, quarum oblationes non recipit ecclesia, sicut publice dissidentium, idest discordantium, & ad concordiam redire nolentium nõ recipit ecclesia oblationes 90. di. c. oblationes. Etiam oblationes opprimentium pauperes eodem cap. etiã oblationes raptorum extra de rapto. ca. super eodem etiam oblationes publicorum vsurariorum, extra de vsu. c. quia in omnibus. Etiam oblationes meretricis, & generaliter omnium publice peccantium 17. qua. 4. capitulo minor.

Sed adhuc circa meretricem distinguendum, quia aut peccatum suum est notorium, aut saltem publicum, vel est occultum. Si est occultum, sicut ipsa tenetur decimas soluere, ita ecclesia debet recipere, dato quod iacerdos recipiens has decimas, vel prælatus nouerit, quia tunc recipere poterit, neque est aliquod inconueniens, quia non videtur approbari peccatum, de quo non constat. Si autem peccatum sit publicum, aut illa pœnitet de peccato, aut non. Si pœnitet non so-

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

lum decimas aliarum rerum, sed etiam decimas meretricij præteriti temporis recipiet ecclesia, si illa obtulerit, quia non est despiciendum in illa id, quod est propter id, quod fuit 50. di. c. ferrum. Si autem non pœnitet, non debet recipere ecclesia decimas eius, & ita meretrici sit insolubile, quod soluere tenetur. Nam propter delictum nõ desinit obligata esse ad decimas, sed soluere non potest, quia aut soluet ecclesie, vel alteri, non ecclesie, quia illa recipere non vult, non alteri, quia nulli licitum est aliena concedere præter domini voluntatem, extra de decimis, capitulo tua nobis, & de iur. iu. cap. ea te.

Est tamen consilium in hoc casu, quod eleemosynam faciat de consilio Diocelani, ut sic Deus cor eius illustret ad exeundum de peccato. Hoc enim tenet Inno. & Ioan. An. extra de decimis, cap. ex transmissa, & ibi glo. & fere omnes doctores, & Hosti. in summa eod. u. §. & de quibus rebus, & §. an præscribi possit.

Ad rationes in contrarium dicendum sic. Ad primum, quod delictum non præstat immunitatem, & ideo per nullum delictum quantumcunque graue excusatur quis ab onere decimarum, & ita vsurarij, simoniaci, fures, aleatores, & quicumque alij soluunt decimam, & tamen de his, quæ per furtum prædam, simoniam, vsuram, aleas habuerunt non soluunt decimas, eo quod nemo soluit decimas, nisi de eis, quæ habet, sed habita his modis non sunt habentis, quia vel nullo modo transeunt in dominium, vel non pleno iure cum competat repetitio, ideo de his non possunt isti soluere decimas, & sic non excusantur ab onere decimarum per delictum, quia sic de nullis rebus, quas haberent soluerent decimas, quod falsum est, sed ideo de his non soluunt decimas, quia nihil habent, de quo soluant, quia hæc non sunt sua.

Ad secundam dicendum, quod vocatur mamonam iniquitas, non quia ex iniquitate acquisitum est, sed quia talis est, quod homines ad iniquitatem trahit, & alijs modis exponitur, ut dicitur ibi.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quod de illicitis non est soluenda decima, scilicet de illis, quæ ita illicite acquiruntur, quod illicite retinentur. Nam talia cum sint es alienum, non consistunt in bonis nostris, & hæc proprie acquiruntur illicite. Nam quæ post acquisitionem possunt licite retineri nõ dicuntur illicite acquisita, sicut est de meretrice. Nam illa illicite agit, quia fornicatur, sed non illicite recipit. Nam non peccat in recipiendo, quia aliis cum fornicatur, & recipere pecuniam sint actus distincti adde-ret peccatum nouum hoc, quod est recipere pecuniam ad hoc, quod est fornicari, quod est falsum, illa autem illicite acquiruntur, quæ illicite accipiuntur, & talia semper illicite retinentur, & de talibus verum est, quod non sunt dandæ decimæ.

An si quis rem perdidit teneatur de eius valore dare decimam. Quest. CLXX.

QVAERITUR si quis habuerit rem, & eam perdidit, vel furto, aut rapina ei ablata fuerit antequam decimeretur, an teneatur de eius valore decimam dare.

Aliqui dicunt, quod non, quia non tenetur quis dare decimam, nisi de rebus suis, & tamen id, quod perijt iam non est in bonis nostris, ideo de eo non videtur decimæ dandæ.

Dicendum, quod aut quaritur de decimis personalibus, aut prædialibus, si de personalibus vtpote si quis haberet aceruum totum in arca, & aliquis clam furatus est, vel palam rapuit illum: Dicendum quod aut quaritur quantum ad forum conscientie, aut quantum

Ec 2 ad

ad forum iudiciale. Si primo modo, videtur qd ad nihil teneatur, quia satis erat, qd iste tantam diligentiam adhiberet pro rebus ecclesiæ, id est decimis quantam pro re sua.

Si autem queratur in foro contentioso. Dicendum, quod aut fuit dominus rei in mora soluendi decimas, aut non. Si fuit in mora, teneatur, si non fuit in mora, non teneatur, vt si antequam colligerentur vna de vineis, vel in torcularia deducerentur, cum non præterisset tempus colligendi vvas, aliquis furrim, vel violenter abstulit vvas, de nullo teneatur colonus quantum ad ea, quæ ablata sunt, sed solum quantum ad ea, quæmanent.

Sic etiam si fruges quis inuaserit in agro, antequam meterentur, & nondum transierat tempus metendi, nõ teneatur rusticus ad decimas, de eo quod ablatum est. Si vero post messionem reliquerit quis fruges non collectas in agris, & ignis inuaserit eas vel prædo, quia colonus est in culpa, teneatur de rigore ad decimas. Sic est si aceruum depuratum, id est ventillatum longo tpe reliquerit in areis quidquid periculi accidat, teneatur rusticus ad decimas.

Item etiam si totum aceruum detulit in domum suam nõ soluta decima, & ignis, vel aliud periculum perdiderit totum, quod collectum erat, vel partem, teneatur colonus ad decimas totas, quia in culpa est, cum fuerit in mora. Et idem est de decimis pecorum, quæ determinato tempore soluendæ sunt, scilicet quando datur animal, & non estimatio. Nam si ante tempus illud aliquo casu perierit totus grex, vel pars gregis, tenebitur dominus gregis ad totas decimas, neque ad partem earum, si vero elapso tempore perierit, cum iam incipiat dominus esse in mora, tenebitur ad decimas integraliter. De hoc dicit Raimundus in summa, titulo de Decimis, quod decimæ de fructibus, id est prædialibus statim dari debent 16. q. 1. c. decimæ, & extra de decimis cap. cum homines, ergo si non soluantur statim cum competentibus soli possunt, in mora est rusticus, ergo periculum spectat ad ipsum, & ita teneatur ecclesiæ: si vero non erat adhuc in mora, sed violenter sibi ablatum fuit ab extraneo, cui non poterat prohibere non teneatur, sed agit ecclesia contra ductorem. Et hoc pro regula teneas, quod semper posterior mora nocet ei, per quem fit. ff. de peri. & com. rei. l. l. l. l. l. l. de vi. l. i. l. de bitor. Et secundum hoc dico, quod si rusticus erat in mora tempore violentiæ, teneatur ad totalem decimam totius acerui, dabit tamen ecclesiæ actiones suas rustico contra violentum. Si vero ecclesia erat in mora recipiet solum decimam de residuo. Et hoc verum est, nisi propter moram ecclesiæ, sine qua non audebat rusticus tangere fructus, non reposituerat idem rusticus fructus, quos alias repositisset in locum securum, tunc quidquid tollitur perit ecclesiæ periculo ad minus vsque ad complemenrum decimæ, ecclesia enim non debet perere licet cum damnis aliorum.

Sed quid, si rusticus dixit sacerdoti, vt acciperet fructus decimæ, & ille noluit, & post aliquantulum temporis periiuit sacerdos a rustico decimam, & ille non dedit, & post hæc perit fructus, cuius periculo pereat.

Dicendum, quod regula est, quod in his semper vltima mora spectanda est, & ei, per quem venit, cedit periculum, & quia in casu prædicto vltima mora fuit rustici, ipse tenebitur. Sic patet in l. allegata illud, & l. debitor, & tenet hoc Bernar. & alia extra de decimis, capitulo cum homines in glo. Et ita sunt hic tres

casus, primus est quando nullius culpa, neque mora fructus pereunt, vt si ante tempus collectionis, & tunc quia neutrius est mora vtriusque est damnum, scilicet quod ecclesia non recipiet decimam, nisi de eo, quod residuum fuerit, & si nihil est residuum nullam accipiet decimam.

Secundus casus est, quando fuit rusticus in mora, vt si elapsum est tempus soluendi, & non soluit, maxime si requisitus fuit, vt solueret, quia tunc etiam si nihil residet de fructibus, teneatur ad totas decimas non solum in foro contentioso, sed etiam in foro conscientie. Et quod dictum est supra, quod non teneatur in foro conscientie est verum, quando de mora non multum constat, quia tunc præsumitur fecisse diligentiam, quam potuit, sed quando manifeste constat de mora, & potissime si fuit expresse requisitus, quia non potest purgari ista mora, teneatur ad decimas in foro conscientie, etiam si de fructibus nihil maneat.

Tertius casus est, quando damnum accidit culpa sacerdotis. Et hoc potest dupliciter accidere. Vno modo ante fructus reconditos in domum. Alio modo post reconditos. De primo, quia de iure est, quod rustico non liceat fructus de agris deducere in domum sine præsentia sacerdotis, ne fraudet ecclesia in quantitate decimæ. Si ergo rusticus tunc requisitus, vt sacerdos iret ad recipiendum, vel videndum mensurari fructus in agro, aut areis, & sacerdos noluit, vel non potuit, & ob hoc rusticus non potuit prohibente sacerdote deducere fructus in domum, & accidit periculum, teneatur sacerdos ad totum, scilicet quod non solum perdet totam decimam, sed etiam tenebitur rustico ad soluendum omnes fructus, & hoc maxime si rusticus istud expresse protestatus est, quod verum est, si tale periculum accidit, quod rusticus non potuit prohibere, vt violentiam, vel ignem. Secus si post talem requisitionem, & moram sacerdotis reliquit rusticus fructus incustoditos in agris, & aliquis eos furatus est. Nam tunc non solum non tenebitur sacerdos rustico ad estimationem fructuum, sed etiam tenebitur rusticus ad decimas integre soluendas, cum videatur fuisse in dolo, cum reliquerit in areis fructus incustoditos detracto hoc, quod tenebitur sacerdos ad soluendum custodiam fructuum temporis illius, post quod requisitus est, vsquequo fructus perierunt, quia quantum ad hoc sacerdos erat in mora, sed quantum ad hoc, quod perierunt, rusticus fuit in culpa.

Si autem fructus erant reconditi, & sacerdos erat in mora nolens recipere decimam, & peribit illius periculo, tamen non tenebitur ipse rustico ad fructus perennes, licet omnes pereant, quia in nulla culpa est quantum ad hoc sacerdos, quia pereunt fructus postquam illos rusticus recondiderat. Decimam tamen totam perdet sacerdos, si tãta pars perijt de fructibus, & non secundum portionem, vt si erant mille mensuræ, de quibus debebantur centum in decimam, & perierunt incendio, vel alio periculo ducentæ, licet maneant octingentæ nullam decimam de illis soluet rusticus, immo & si solæ centum, quæ erant pars decimæ perierent, non solueretur decima de nongentibus superstantibus. Si vero quinquaginta solæ perierent dabit rusticus alias quinquaginta mensuras sacerdoti, ita vt non pereat ibi, nisi decima, vel ante omnia pereat decima, quia solus sacerdos est tunc in mora.

Si autem queratur de personalibus decimis dicendum, quod hic non potest considerari mora, sic si cur supra. Et prima ratio est, quia non sunt sic tempora soluendi fixata circa personales, sicut circa prædiales, & ideo neque sacerdoti, neque laico imputari potest sic manifeste mora, licet soleat dici, quod decimæ

personales debeant solui in fine cuiuslibet anni. Secunda ratio est, & efficacior est, quia decimæ personales non soluntur de aliquibus fructibus determinatis, sed de lucris, & hæc in pecunijs soluuntur, ideo quandiu quis habet tantum quantum valet decima personalis potest soluere decimam personalem debitam, quia hic nõ perit res determinata, de qua debeatur decima, sicut est in prædialibus. Ad rationem in prius dictum, qd licet res perditæ non sint in bonis nostris, maxime, quando esse deserunt, vt per incendium vastatæ, tamen quia fuerunt aliquando quando potueramus dare decimas, & nolimus, teneantur ex illa mora, & culpa, vt soluamus ac si in bonis nostris manerent.

decimæ personales debeant solui in fine cuiuslibet anni. Secunda ratio est, & efficacior est, quia decimæ personales non soluntur de aliquibus fructibus determinatis, sed de lucris, & hæc in pecunijs soluuntur, ideo quandiu quis habet tantum quantum valet decima personalis potest soluere decimam personalem debitam, quia hic nõ perit res determinata, de qua debeatur decima, sicut est in prædialibus. Ad rationem in prius dictum, qd licet res perditæ non sint in bonis nostris, maxime, quando esse deserunt, vt per incendium vastatæ, tamen quia fuerunt aliquando quando potueramus dare decimas, & nolimus, teneantur ex illa mora, & culpa, vt soluamus ac si in bonis nostris manerent.

Ad rationem in prius dictum, qd licet res perditæ non sint in bonis nostris, maxime, quando esse deserunt, vt per incendium vastatæ, tamen quia fuerunt aliquando quando potueramus dare decimas, & nolimus, teneantur ex illa mora, & culpa, vt soluamus ac si in bonis nostris manerent.

Quare nunc dantur decime personales, cum in veteri testamento non darentur. Quest. CLXXI.

Quare nunc dantur decime personales, cum in veteri testamento non darentur. Quest. CLXXI. VARETUR quare nunc dantur decime personales, cum in veteri testamento non darentur. Aliqui negant præsuppositum, quia dicunt illas dadas esse in veteri testamento, & ideo dicunt eas deberi de iure diuino, sicut prædiales. Sicut tenet Inno. extra de deci. in summa, & Joan. An. in nouella. et in summa, & plurimi iuristarum. Vnde vocat Inno. hereticos eos, qui dicunt non deberi decimas personales. Quod si intelligat non deberi, id est nullo iure deberi verum est, quia debentur de iure canonico, & dicere non deberi est dicere mentiri totam ecclesiam, quæ hoc instituit, & asserit. Si autem intelligatur, qd non debebantur in veteri testamento, & etiam non debeantur nunc de iure diuino, sed solo canonico, verum est, & tunc erraret Inno. vocans hereticos eos, qui rectius sapiunt, quam ipse. Et ita tenet Beatus Tho. de Aquino Secunda Secundæ q. 87. & 10 verum est præsuppositum, qd non debeantur, neque dabantur in veteri testamento, sed solum nunc dantur, vt ostensum est supra q. 151. Ad questionem, ergo dicendum, qd dantur decime personales in nouo testamento, & non in veteri. Et prima ratio propter aliam conditionem illius populi, quam huius. Nam fuit datum mandatum de decimis populo Iudaorum, qui erat populus diuisus per duodecim tribus, & Leuitæ, & sacerdotes erant vna tribus, vel quasi, & poterant aliæ duodecim tribus prouidere Leuitis, qui erant vna tribus sine possessionibus, dando eis decimam de omnibus fructibus possessionum suarum, & ita nõ erat necesse, quod vltra decimas fructuum darent alias decimas. Sed in nouo testamento ministris Dei, quibus dada est sustentatio sunt diffusi per totum orbem, sicut & cultores Christi, & plurima pars hominum est, quæ de cultura terræ non viuit, de qua sunt decimæ prædiales, sed de negociationibus, & omnibus occupationibus. Vt ergo, sicut pro omnibus ministrant Christo eius ministri, ita ab omnibus prouideatur ministris eius, debuerunt non solum de prædijs dari decimæ, sed etiam decimæ personales de lucris, quæ ad personas pertinent.

Secunda ratio est, quia dato, quod decimæ prædiales, neque in veteri, neque in nouo testamento sufficerent ministris Dei, tamen in veteri testamento non decuit superponi alias decimas, eo quod Leuitis, cū non essent semper occupati in Dei ministerio, non erant interdicta alia opera, sed licebat tam sacerdotibus, quam Leuitis exercere alia opera, & negocia honesta, vt pascere greges, & de his aliquid acquirere. Nam Nume. 3. c. dantur sacerdotibus, & Leuitis viues ad habitandum, & suburbana eorum ad alenda pecora, & non interdicitur aliqæ negociationes, neque officia Leuitis, sed quidquid toti populo laico.

Secunda ratio est, quia dato, quod decimæ prædiales, neque in veteri, neque in nouo testamento sufficerent ministris Dei, tamen in veteri testamento non decuit superponi alias decimas, eo quod Leuitis, cū non essent semper occupati in Dei ministerio, non erant interdicta alia opera, sed licebat tam sacerdotibus, quam Leuitis exercere alia opera, & negocia honesta, vt pascere greges, & de his aliquid acquirere. Nam Nume. 3. c. dantur sacerdotibus, & Leuitis viues ad habitandum, & suburbana eorum ad alenda pecora, & non interdicitur aliqæ negociationes, neque officia Leuitis, sed quidquid toti populo laico.

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

rum licebat, etiam eis licebat præter hoc, quod non acciperent partem possessionis in terra cum laicis, sed tota possessio terræ daretur laicis, & ideo de his occupationibus poterant aliquid acquirere ad sustentationis partem. Sed in nouo testamento non licet ministris Christi implicare se negocijs, quibus se implicat se negocijs secularibus. Et ideo in nouo testamento vltra decimas prædiales debuerunt dari aliæ decimæ, scilicet personales propter maiorem indigentiam ministrorum. Sed præcedens causa melior est, & ideo tã iura, quam auctoritates sanctorum dixerunt decimas personales dadas esse in nouo testamento. Sic dicit Aug. 16. q. 1. c. decimæ, scilicet. De militia, negotio, & artificio redde decimas, iura quoque hoc statuerunt, vt extra de deci. cap. peruenit, & c. nuncios, & c. non est, & c. x. transmissa, & c. pastoralis, & in multis alijs.

Quibus personis, & cui Ecclesiæ danda sunt decima. Quest. CLXXII.

VARETUR quibus, vel cui decimæ dandæ sint, & ista questio habet duas partes, scilicet cui per sonæ, & cui Ecclesiæ. Prius autem dicitur quibus personis dantur, deinde quibus ecclesijs. Circa primum est dubium quomodo dantur decimæ in veteri testamento Leuitis solis, & in nouo testamento non dantur Leuitis, sed sacerdotibus, & tamen Leuitæ non erant sacerdotes.

Dicendum, qd decimæ tam in nouo, quam in veteri testamento dantur eidem personis, & ex eadẽ ratione accipiendo in generali. Accipiendo aut in speciali, neque est eadem ratio, neque sunt eadem personæ. De primo patet, quia in veteri testamento decimæ dabantur ministris Dei, & propter hoc, qd ministrabatur Num. 18. ca. nunc quoque in nouo testamento solis ministris Dei competit ius decimarum, & hoc, quia ministrant Deo, & sacramenta conferunt populo.

De secundo patet, quia cum populus veteris testamenti esset multum distinctus ab isto populo noui testamenti, oportebat ministros quoque distinguere, & rationem iuris suorum. Erat enim populus Iudaicus vna sola gens, & illa claudebatur intra vnum regnũ, & erat locus colendi Deum vnicus. Leui. 17. & Deut. 12. & Iosue 22. c. & Et ex hoc poterat intelligi magna multitudo ministrorum erat necessaria, vel non, & statuit Deus, vt diuiso populo, quasi in duodecim partes esset vna pars illorum ministris Dei, non quidem pars per equalitatem numeri, sed per numerum progenierũ, qd totus iste populus Iudaicus a duodecim filijs Iacob deriuatus est, & progenies cuiuslibet illorum erat duodecima pars populi, & sic quia Leui erat vnus de his duodecim Gen. 29. capit. erat Leuitæ, & sacerdotes duodecima pars populi Israelis, sed de ista parte fuerunt factæ duæ distinctiones, eo quod segregata fuit vna persona a cæteris de tribus Leui. scilicet Aaron, & descendentes ab eo vocati sunt sacerdotes, cum tamen ipse esset de stirpe Leui, cæteri autem vocati sunt Leuitæ. Distinxit autem Deus ministeria istorum, & iura, nam sacerdotibus dedit maiora ministeria, Leuitis minora. f. vt ministraret sacerdotibus. Nu. 3. & 8. Et quia Leuitæ multi erant dedit eis solis decimas, & sacerdotibus non dedit partem earũ, sed quia pauci erant sacerdotes dedit eis alia iura minor, licet multa essent Num. decimo octauo, capitulo scilicet primitias, redemptionem primogenitorum, vota, oblationes, & sacrificia, & de his nihil habebant Leuitæ. In nouo autem testamento nõ est aliquis populus cultor Dei, sed totus mundus, ideo non potuit conuenienter dari aliquod vnum

Ec 3 genus,

genus, vel profapia; unde essent ministri Dei, sed de qualibet gente possent esse ministri, & rursus in nouo testamento non erant talia genera sacrificiorum qualia in veteri, quia in veteri erant ministraciones carnales, & sacrificia de animalibus, in nouo autem testamento sunt spirituales ministraciones. Sic dixit Christus Ioan. 4. c. venit hora, & nunc est, quoniam veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. non in ceremonijs carnalibus, sicut hactenus adoratus est. Et ob hoc non oportuit esse distinctionem ministrorum, sicut in veteri testamento, sicut quidam essent Leuitæ, & alij sacerdotes, sed omnes ministri Dei efficiunt sacerdotes, ideo omnia iura, quæ ministris Dei comperant in nouo testamento sunt indistincta, scilicet tam decimæ prædiales, quæ personales, & quidquid aliud est competent sacerdotibus, & ita in nouo testamento dantur decimæ sacerdotibus, non quidem, quasi tollantur Leuitis, sed quia iam Leuitæ nulli sunt, quibus dantur, sed omnes ministri Dei sacerdotes sunt, vel sacerdotes esse possunt, & ad hoc ordinantur. Iura autem, quæ sacerdotibus dabantur in veteri testamento non manent nunc, scilicet redemptio primogenitorum, & sacrificia. Ita enim specialiter pertinerunt ad illum populum, quoniam Deum carnaliter colebat. Vota manent nunc, sed non dantur omnia sacerdotibus, sed attendenda est forma voti, & iuxta eam aliquid, quod uouetur, cedunt ius sacerdotum, & aliquid non. Oblationes autem, & primitiæ manent, & cedunt in iura sacerdotum.

Quomodo decima dantur nunc sacerdotibus Ecclesiæ, qui alia iura habent cum Leuitæ vet. test. nihil aliud habent, nisi decimas. Quæst. CLXXXIII.

Quæritur quomodo decimæ dantur nunc sacerdotibus Ecclesiæ, qui habent alia iura præter decimas, cum Leuitæ, quibus in veteri testamento decimæ dabantur, non habent alia iura, nisi decimas: Num. 18. c. Nam cetera iura sacerdotum erant.

Dicendum, quod verum est, quod sacerdotes nostri, qui decimas recipiunt plura iura habent, quam Leuitæ, nam Leuitæ solas decimas habebant Num. 18. & solas quidem prædiales. Nam personales non habebant, ut dictum est præced. q. sacerdotes autem nostri habent decimas prædiales. Habent insuper decimas personales, ut ostensum est præcedenti q. habent quoque primitias, & oblationes, quia ista sunt iura parochialia, quæ dantur sacerdoti curato.

Causa autem prima est, quia ut ostensum est præced. q. considerata habitudine illius populi sufficiebat Leuitis decima prædialis, id non percipiebant alia iura, sed secundum habitudinem ministrorum legis Christi non sufficiunt eis solæ decimæ prædiales, ideo dantur insuper alia iura. Secunda causa est, quia in veteri testamento erant distincti ministri, id est sacerdotes, & Leuitæ, & ideo oportebat iura esse distincta, & sic Leuitis, quibus dabantur decimæ non dabantur alia iura, sed cetera dabantur sacerdotibus. Nunc vero non datur talis distinctio ministrorum, sed omnes sunt sacerdotes, ideo omnia iura eis dantur.

Tertia causa est, quia in nouo testamento ministri sunt excellentiores, ideo non mirum si maiora iura recipiant. Unde dato, quod decimæ prædiales tam nunc, quàm in veteri testamento sufficerent, non mirum esset, si nunc alia iura ultra hæc haberent sacerdotes.

Quarta causa est, quia in veteri testamento erant ministri Dei omnes de vna cognatione, & poterat sic habere ista cognatio ad reliquum populum, quia nihil de possessionibus terræ haberet, sed tota terra cederet laicis, & ideo laici darent his sufficientes redditus, quæ erant

decimæ, sed nunc in nouo testamento non est aliquis vnus populus, aut gens vna, cui diuidenda sit aliqua certa terra, sicut diuisa fuit Israelitis, quia in diuisione illa poterat haberi proportio laicorum ad ministros Dei, scilicet ut cum totam terram laici reciperent, darent ministris redditus ad sustentationem secundum partem proportionalem eis. Nunc vero, neque est vna gens omnium Christianorum, neque est aliqua terra, quæ eis diuidatur, respectu cuius accipiant ministri redditus proportionales. Neque etiam sunt ministri de aliqua vna certa progenie, quæ tota careat possessionibus, sicut erat inter Iudæos, ideo non potuit eis conuenienter imponi, quod non haberent possessiones, sicut impostum est sacerdotibus, & Leuitis veteris testamenti.

Quinta causa est, quia cum non sint ministri noui testamenti de aliqua vna tribu, sicut inter Iudæos non est eorum multitudo determinata verisimiliter, ut dicitur, quod talia; & tanta iura eis sufficere possint, sed ibi propter hoc, quod certa pars populi erant ministri, poterat verisimiliter sciri, an redditus assignati sufficerent eis, ideo ultra decimas non mirum, si alia iura darentur sacerdotibus nostris, & non cogantur non habere possessiones.

Sexta, quia cum non sint nunc ministri de vna certa tribu, est intentio augere cultum Dei quantum poterit augeri sine præiudicio laicorum, non est autem præiudicium illorum, quod talia iura, & tota soluantur nunc, quia, & quot dabant ministris veteris testamenti cum istud ministerium incomparabiliter sit excellentius illo, sed ibi dabatur decimas, & primitias, & oblationes, quæ nunc dant. Dabant quoque vota, & sacrificia, & redemptions primogenitorum, qui non dantur nunc, ut dictum est supra, loco quorum conuenienter dari debuerunt decimæ prædiales, ideo multiplicatio ministrorum debuit permitti, quando sufficerent eis isti redditus cum suis possessionibus, quibus non erat nunc necesse carere, sicut in veteri testamento, ut dictum est supra.

Septima, quia ministris veteris testamenti non erat conueniens plus dare, quia illa iura sufficiebant ad sustentationem eorum, in nouo autem testamento non solum dantur iura ministris ad eorum sustentationem, sed etiam ad sustentationem pauperum, quod non erat in veteri testamento, ideo plus debuit nunc dari, quam in veteri testamento. Et patet, quia in lege veteri præter decimas, quæ dabantur ministris erant alie decimæ, quæ dabantur pauperibus solis de triennio in triennium, & aliud secundum genus decimarum, quod comedebant laici, & dabant partem pauperibus Deut. 14. c. & decimæ, quæ dabantur ministris non erant ad dandum pauperibus, ideo cum pro eis solis darentur pauciora sufficiebant: in nouo autem testamento non distinguuntur ista genera decimarum, sed vnica decima datur, ideo intelligitur quod illa decima, & cetera iura, quæ dantur sacerdotibus non solum dantur in eorum sustentationem, sed etiam in pauperum sustentationem, & ideo maiora iura dare illis oportet, quam ministris veteris testamenti, & consequenter non oportet illis subtrahi possessiones, licet dantur equalia iura ad ministros veteris, quibus subtrahantur possessiones.

An clericis diuinitibus habentibus aliunde sufficientem sustentationem decima debeantur. Quæst. CLXXXIIII.

Quæritur an clericis diuitibus habentibus aliunde sufficientem sustentationem decimæ debeantur. Aliqui dicunt, quod non, quia Leuitis, & sacerdotibus concessit Deus decimas, & alia iura, quia non reliquit eis aliquam partem possessionis in terra Num.

Responso ad quæstionem q. 1. ratio.

Num. 18. & Deu. 18. & tamen sacerdotes nunc diuitias habent, ideo non licebit eis decimas recipere.

Dicendum, quod sacerdotes non solum habentes patrimonialia immo habentes quantascunque diuitias licite decimas accipiunt, nisi aliquid aliud obstat, ita tenet Inno. extra de deci. in summa, & Ioan. An. ibidem, & allegant multa dicta. Decimæ non debentur clericis, sed propter diuitias non licet alicui subtrahere iura sua 14. q. 4. c. quid dicam, ergo neque clericis subtrahentur. Item, quia decimæ non sunt solum pro sacerdotibus, sed etiam pro fabrica ecclesiæ, & pauperibus 12. q. 2. c. nobis, & c. sequenti, sed propter diuitias clericorum non est preiudicandum fabricis, & pauperibus, quod tamen fieret, nisi darentur decimæ clericis, ergo dantur illis etiam diuitibus.

Item si propter diuitias decimæ subtraherentur non solum nunc non haberent eas clericis, sed etiam in veteri testamento sepe subtraherentur Leuitis, ut si cõtingeret aliquos Leuitas diuites fieri, ut pote quia negociabantur sic, ut sustentari possent, non recipiendo decimas accideret, quod interdum decimæ nulli deberentur, quod falsum est, cum Deus dicat eas quolibet anno solui debere, & Leuitis, ideo non obstat, quod diuites essent ad recipiendum decimas.

Item, quia decimæ sunt Dei, Leuit. 27. f. Omnes decimæ domini sunt, & Deus dedit eas Leuitis pro ministerio, quod exercebant: Num. 18. c. Ideo nulli licebat eis propter diuitias ipsas subtrahere.

Item si decimæ essent datæ Leuitis tunc, vel nunc sacerdotibus propter solam paupertatem subtrahi liceret, cum efficerentur diuites, sed tamen non fuerunt datæ pro paupertate, sed pro ministerio, quod faciabant. Numer. 18. capit. ideo licet paupertas cessaret, dum tamen maneret officium eadem dandæ erant decimæ.

Item cum dicitur, quod Leuitæ nihil possidebant, & ideo dabantur eis decimæ falsum est, quia tam sacerdotes, quam Leuitæ possidebant aliquid. Nam habebant vrbes, & suburbana per duo millia passuum in circuitu. Num. 35. ergo aliquid possidebant. Etiam quia domos habebant, & possessiones vrbanas, quæ erant loco agrorum laicorum, Leuit. 25. c. f. Aedes Leuitarum, quæ in vrbibus sunt possunt redimi, si redemptio non fuerit, in iobeleo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel, suburbana autem eorum non vendunt, quia possessio sempiterna est. Etiam quia Leuitæ aliquid accipiebant ex successione paternâ. Deut. 18. de illo Leuita, qui staret coram domino. Nam debebatur ei distributio, vel portio, sicut cæteris, qui ex necessitate seruiebant. Et additur. Excepto eo, quod sibi in vrbe sua ex paterna ei successione debetur.

Cum autem dicitur, quod Leuitæ, & sacerdotes nihil possiderent inter Israelitas, debet intelligi, quod non acciperent sortem terræ cum eis, sicut duodecim tribus laicorum diuiserunt inter se terram in duodecim partes per sortes, & de his partibus nulla fors data est Leuitis, ut apparet ex ipsa distributione Iosue 13. vsq. ad 20. c. cetera tamen, quæ non prouenirent per sortem illam poterant possidere, sicut vrbes, & suburbana, Nu. 35. & domos Leuit. 25. & agros laicorum: Nam si laici vouerunt agros suos domino manserunt in ius sacerdotum, & possidebantur ab eis, Leuit. 27. cap. & ita possessio hæc nihil obstat ad habendum decimas.

Item quod efficacius est, quia ista possent habere colorem aliquem circa Leuitas veteris testamenti, sed circa clericos nunc nullam habent, nam nunc non debentur decimæ ex institutione diuina, sed solum ex iure canonico, ut ostensum est supra, & tamen istud Alph. Tott. in Math. Pars VI.

ius non instituit, quod deberet diuitibus, vel pauperibus, sed clericis beneficiatis, ergo quantumcunque clericus sit diues, non priuatur iure decimarum.

Ad rationem in contrarium responsum est iam, scilicet quod paupertas non fuit causa precipua, sed aliqualis, precipua autem fuit ministerium, & ideo siue in nouo, siue in veteri testamento haberent ministri diuitias, erant eis decimæ dandæ.

An decimæ dandæ sint malis clericis. Quæst. CLXXV.

Quæritur an decimæ dandæ sint malis clericis.

Dicendum, quod aut consideratur in generali de malitia, vel iniquitate, aut de quibusdam specialibus iniquitatibus.

Si primo modo dicendum, quod propter iniquitatem non subtrahatur decima clerico. Sic dicitur extra de decimis capitulo tua nobis, quod quidam vitam clericorum, tanquam abominabilem detestantes decimas eis subtrahere non verentur, sed ibi increpantur, cum dicitur, quod pretextu nequitie clericorum non possunt laici decimas eis subtrahere, & alijs erogare, & tangitur ibi ratio, scilicet quia debentur decimæ clericis, sed quod alicuius est, non tollitur ei propter iniquitatem. Item hoc idem erat in veteri testamento, quod non legitur, quod in aliquo casu subtraherentur decimæ Leuitis, neque sacerdotibus iura propria quantumlibet essent iniqui.

Si autem queratur de quibusdam specialibus criminibus, dicendum quod circa simoniacos, & notorios concubinarios est dubium, & non quasi ista sint maiora omnibus alijs criminibus. Nam maius est heresis, & maius est idolatria, & tñ isti percipiunt decimas quandiu ab ecclesia tolerantur. Et ista est regula, quod iniquitas non tollit alicui bona sua, sed interdum quedam sunt crimina, quæ ex iure impediunt effici dominum eum, qui alias dominus efficeretur, ut de simonia, & notoria fornicatione sic putant quidam.

Sed circa hoc Ber. mouet dubium in glo. extra de deci. c. tua nobis, scilicet nūquid teneor dare decimas ei, quem scio simoniacum esse? & obijcit, quod non, quia est suspensus 3. di. §. verum, & non debent ab eo ordines recipi, extra de simo. per tuas, & tamen decimæ dantur ratione officij, quod non potest exercere simoniacus.

Respondet, quod prædiales dari debent ei, & non est dubium de his, eo quod illæ dantur in intuitu ecclesiæ, & non persone. De personalibus dicit, quod dandæ sunt. Nam & Iudæus præstat decimas personales quique, sed non ceteris, & tñ non ratione diuini obsequij, & sic qui suspensus est, & officij non exequitur præstationem recipit decimarum, prædiales quoque Iudæus dat. extra de deci. c. de terris, & istam opinionem tenent multi alij. Indistincte dandas tam prædiales, quæ personales cuiusque clerico quantumcunque peccanti. Sed melius vñ dicendum, quod queritur de decimis prædialibus, aut de personalibus. Si de prædialibus, dicendum quod semper sunt dandæ, quia has non percipit solus clericus, sed pars est ecclesiæ, i. fabricæ, pars pauperum, & pars prelatorum, & non debent alij ex peccato clerici puniri. Etiam quia si non darentur decimæ in hoc casu fierent ditiores laici propter delicta clericorum, quod esse non debet, quia tunc non mirum si eorum malâ vitam optarent ex qua scirent se dirari, & tñ an clericum percipiat partem suam statim dicitur. Si autem sint decimæ personales videtur esse alia ratio, quia istæ non dantur precipue ratione ecclesiæ, cū non dantur ecclesiæ vbi Ec 4 prædia

prædia sita sint, aut aliquid aliud si dantur propter ad-

Nunc vero circa delictum clericum est dicendum, quod aut est simonia, aut fornicatio, siue concubinatus, si est simonia, siue notoria, siue occulta, & si simonia circa beneficium ratione cuius decimas recipit, non recipiet decimas, quia non potest facere fructus suos, & licet multa aggrauet in hoc notorietas, tamen est simoniacus occultus in beneficio non facit fructus suos, & tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, qui conuerti debent in utilitatem Ecclesie illius, in qua beneficium simoniace obtinuit, & ratione cuius decimas recipit. Si autem sit concubinatus crimine, aut est notorium, aut non, si non est notorium, siue sit omnino occultum, siue sciatur ab aliquibus, non priuatur clericus iure decimarum. Si vero sit notorius concubinaris, non facit fructus suos, & tenetur illos restituere illi Ecclesie, ratione cuius eos recepit. Et hoc verum est tam de prædialibus, quam de personalibus, sed magis de prædialibus. De personalibus dicendum putant aliqui, quod cum dantur propter ministerium persone, & non propter ecclesiam, quod si sit simoniacus in beneficio poterit nihilominus percipere decimas, secus si sit simoniacus in ordine, quia tunc est vitium personale, & non poterit percipere decimas, quæ dantur intuitu administrationis personalis.

Sed dicendum, quod non stat, quia magis impedit esse simoniacum in beneficio, quam in ordine, quia simoniacus in ordine licet sit prohibitus exequi ministerium ordinis sui, & peccet faciendo, tamen facit, & de facto non impeditur exequi, cum executio ordinis respiciat characterem, & non prohibitionem iuris. Vnde quicumque habet characterem ordinis, potest administrare rem ordinis illius, & vere exequitur etiam iure, & iudice prohibente.

Circa beneficium secus est, quia beneficium dicitur titulum, & qui beneficium habet, licet non sit dominus beneficii, est saltem dominus fructuum licite perceptorum. Quantum ad dominium autem, scilicet ad tollendum dominium, quod iam est, maxime ad impediendum introduci dominium, quod nondum introductum est, magna est potestas iuris positivi, & ideo circa simoniacum in beneficio potuerunt iura disponere, quod non efficeretur dominus fructuum, licet non potuerint introducere, quod non possit exequi rem ordinis sui, sed qui non facit fructus suos, est fur, vel prædo, & tenetur ad restitutionem, ideo simoniacus in beneficio non facit fructus suos, & consequenter non potest recipere decimas.

Cum autem dicitur, quod est verum de prædialibus, dicendum, quod de utriusque verum est. Nam utriusque dantur intuitu beneficii. Differt enim hoc inter prædiales, & personales, quia prædiales dantur illi ecclesie, in cuius parocchia sunt decimæ sitæ, id est prædia, de quibus decimatur, & hoc, siue dominus fundi habitet ibi, vel percipiat Ecclesiastica sacramenta, aut alibi. Personales vero dantur ubi dominus ipse, qui dat decimas audit diuina, & recipit sacramenta sibi, siue ibi habeat prædia aliqua, siue non, & tamen, neque prædiales, neque personales dantur clericis, nisi illis, qui beneficia habent in illis ecclesiis, in quibus redduntur decimæ, siue prædiales, siue personales, ergo qui fructus beneficii non facit suos non poterit recipere decimas personales, neque prædiales.

Si autem sit concubinaris dicendum, sicut supra, quod notorius concubinaris, neque accipit prædiales, neque

personales, qui aut notorius non est accipit utrasque, & quando accipit illas conuertuntur auctoritate Diocesani in utilitatem illius ecclesie, in qua recipiuntur. Ita tenent multi, & sponant hoc opinioni Hostii, & Io. An. extra de de. c. tua nobis, & Henr. eodem c.

Cum autem dicitur, quod Iudæus dat decimas personales, etiam si non ratione diuini obsequii, dicendum quod non est simile. Nam Iudæus est iniquus, & ex culpa sua non audit diuina, neque recipit sacramenta, scilicet quia pertinaciter non vult conuerti ad fidem Christi: clericus autem ex se dispositus est diuina dicere, & sacramenta ministrare omnibus, ideo non debet priuari iure suo propter nequitiam Iudæi. Vnde ab illo recipit decimas, & maxime prædiales, & etiam aliquantulum personales, ut dicitur in fra. fecus autem est de clerico simoniaco, vel notorio concubinario, quia ipse seipsum suspensum facit, & non est dominus fructuum, ideo etiam si alij teneantur soluere non recipit ipse pro se, sed ecclesia recipiet partem illius.

An decimæ dentur Papæ. Quest. CLXXVI.

Quæritur an decimæ dentur Papæ. Aliqui dicunt, quod sic quia decimæ in nouo testamento ordinantur ad modum veteris testamenti, immo ex hoc vocant aliqui decimas nostras de iure diuino, scilicet quia ortum habent ex decimis illis, quæ erant a Deo mandate in veteri testamento, & ibi Leuiticæ accipiebant totas decimas, & deinde ipsi dabant decimam summo sacerdoti: Numeri 18. cap. sed summus sacerdos noster est nunc Papa, ergo debent ei nunc dari decimæ.

Dicendum, quod decimæ dantur nunc ecclesijs, siue parochialibus, scilicet quando sunt prædiales, eo quod in eorum territorijs prædia sita sunt, siue alijs, scilicet quando non sunt prædiales, sed personales, quia dantur tunc illi ecclesie in qua diuina audit, qui decimas præstat, & ideo qui in prædictis ecclesijs beneficia obtinent, prædictas decimas regulariter accipiunt, licet non integraliter, quia diuiduntur, sicut infra dicitur, cum pars ad fabricam, & pars ad prælatum pertineat. De Papa autem dicendum, quod decimas ecclesiarum non percipit, quia ipse alios redditus habet. Cui tamen ipse præstat omnibus particularibus ecclesijs primatum earum habens, & sollicitudinem gerens; cum indignetur, potest decimas accipere, vel maiores impositiones super clericis facere pro necessitatibus suis, & ecclesie, dum tamen illæ vere necessitates, & iustæ sint, alijs autem nulla potestatis celsitudo excusat, quin apud Deum reus habeatur, ut importunus exactor, & malignus subditorum spoliator. Sic etiam dicit Beatus Tho. de Aquino Secunda Secundæ q. 87. articulo 4. in solutione 3. argum. 2. scilicet. Vnde nunc eadem ratione tenerentur clerici decimam dare summo pontifici, si exigeret. Naturalis enim ratio dicit, ut illi, qui habet curam de communi multitudinis statu, prouideatur unde possit exequi ea, quæ pertinent ad communem salutem. Item Ioan. An. & Henr. extra de deci. cap. decimam, & ibi communiter omnes dicunt, quod in veteri testamento erant quatuor modi decimarum, & applicant illos ad decimas noui testamenti. Erat autem secunda in veteri testamento illa, quæ præstabant Leuiticæ summo sacerdoti, & loco huius dicunt successisse illam, quæ accipiunt prælati ecclesiarum, vel quæ Papa accipit, vel quæ iubet dari alicui laico. Sed dicendum, quod illud est extra ordinarium.

Nam regulariter non recipit Papa decimas ecclesiarum, si autem pro aliqua necessitate accipere vult, non solum decimas, sed etiam quæcunque alia iura ecclesiarum, & fructus accipere poterit ad tempus quæ diu durat

De Papæ decimis, soluendis.

durat illa necessitas iusta, relicto tamen ministris ecclesie unde viuant, & ideo non sunt ponendæ decimæ, quæ si reditus debiti Papæ, quia eo ipso poneretur omnia alia bona ecclesie, quæcunque sint esse reditus Papæ, quod est falsum, & ideo dicendum, quod decimæ non dantur Papæ, sed beneficiariis ecclesiarum.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quod decimæ non soluuntur nunc eo iure, quo soluebantur in veteri testamento, sed solum iure canonico, ut ostensum est supra, & ideo non est necesse, quod soluuntur taliter qualiter soluebantur in veteri, sed solum taliter qualiter nunc statutum est eas soluendas esse, & quia nunc statutum est decimas dandas esse Papæ, non dabantur in veteri testamento, quia statutum erat dari decimam decimæ, summo sacerdoti dabatur illa.

Causa autem, quare ibi statuta fuit dari, & hic non manet, est prima, quia in veteri testamento alia erant iura sacerdotum, & alia Leuitarum, sacerdotibus dabatur primitiæ, oblationes, sacrificia, vota redemptiones primogenitorum, Nu. 18. c. Leuitis autem data fuerunt decimæ. e. c. & quia Leuitæ non erant sacerdotes, debebant dare primitias sacerdotibus, ut ab omnibus perciperent sacerdotes primitias, & ita loco primitiarum dederunt decimam decimæ suæ summo sacerdoti e. c. scilicet præcipe Leuitis atque decencia cum acceperitis a filijs Israel decimas, quas dedi vobis primitias eorum offerite domino, id est decimam partem decimæ, ut reputetur vobis in oblationem primitiarum tam de aera, quæ de torcularibus, sed in nouo testamento non distinguuntur sacerdotes, & Leuitæ, & idem sunt, qui accipiunt decimas, & qui primitias, ideo non oportet, ut sacerdotes, qui decimam accipiunt, dent decimam decimæ, vel partem eius Papæ, qui est summus sacerdos.

Quæ summus sacerdos accipiat vxo rem in ue. te. rest.

Secunda causa est, quia populus ille erat aliter ibi ordinatus ad cultum Dei, quam nunc. Nam tunc distinguitur Deus Leuitas, & sacerdotes in ministris suis, & alia iura dedit Leuitis alia sacerdotibus, ut dictum est. Et rursus inter sacerdotes fecit vnum principem, id est summum sacerdotem, & hunc voluit esse nobile, & magistratum. Vnde iussit ei, quod non acciperet uxorem vulgarem, sed de excellenti genere, Leui. 21. c. Et etiam voluit ei dare opes multas, & redditus, sine quibus impossibile est magnum statum tenere. Et quia iura data sacerdotibus Num. 18. c. erant parua, fuerunt illa pro solis minoribus sacerdotibus. Vnde debuit Deus alia iura dare sacerdoti, scilicet ut Leuitæ darent ei decimam decimæ suæ, quæ erat centesima pars fructuum totius populi Israel. Nunc vero secus est, quia licet summus sacerdos noster sit maioris status, quæ summus sacerdos Iudæorum, immo ipse solus sit ditior, quam tunc erat totus populus simul, non indiget aliquo iure deducto de parte iuris sacerdotum, quoniam sine his ille est potens, & diues, cum sit magnum patrimonium Ecclesie Romanæ, & multa alia habet sine iuribus sacerdotum.

Item, quia recipere nunc decimam partem decimæ, sicut tunc accipiebat summus sacerdos non est reditus necessarius pro aliquo homine quantuncunque status, sed est superabundans, ut pote, quod aliquis reciperet decimam partem fructuum totius mundi, siue centesimam, sicut accipiebat summus sacerdos in veteri testamento, ideo nunc non est conueniens, quod sic Papa recipiat decimas a sacerdotibus, sicut tunc accipiebat summus sacerdos de Leuitis, & sic non dantur decimæ Papæ nunc.

An dentur decimæ pauperibus. Quest. CLXXVII.

Quæritur an dentur decimæ pauperibus. Aliqui dicunt, quod decimæ debentur pauperibus, & non clericis, vel saltem simul pauperibus, & clericis. Et patet primo, quia Hierony. scribit Damaso Papæ, & habetur. 16. q. 1. c. quoniã, scilicet Quidquid habet clericus pauperum est, sed decimas habet clericus, ergo sunt pauperum, & ita debent dari pauperibus.

Secundo patet, quia decimæ sunt tributa egentium animarum. 16. q. 1. c. decimæ, & est dictum Augu. & extra de deci. c. tua nobis, sed egentis animæ sunt pauperes, ergo debentur decimæ pauperibus.

Dicendum, quod decimæ non debentur pauperibus, sed solis ecclesijs dandæ sunt, & ibi clerici beneficiati eas recipiunt, & ita omnia iura testantur. Sic dicitur extra de deci. c. peruenit, scilicet decimas ecclesijs, quibus debentur cum integritate persoluant, sed quod vnus est non potest alteri dari sine domini voluntate, ideo decimas, quæ sunt ecclesiarum, nemo potest dare pauperibus.

Item, quia extra de deci. c. tua nobis, increpat Innocentius tertius aliquos, qui multos abusus circa decimas faciunt, & vnus illorum est, quod eas nolunt dare clericis, sed pauperibus. Et hoc maxime, quando clerici mali sunt, cum dicitur partem decimæ separantes eam capellis suis, aut alijs clericis, aut pauperibus conferunt, vel in alios vsus pro sua voluntate conuertunt, ergo cum hoc increpet, non sunt dandæ decimæ, pauperibus. Item, quia dicitur eo. c. q. Deo debita est solutio decimarum, in tantum vt ad eas clericis exhibendas quibus eas ipse pro suo cultu concessit, laici si moniti soluere noluerint, ecclesiastica sunt districtione cogendi, & sic decimæ sunt soli Deo debite in signum vniuersalis dominij e. c. & ipse eas solis clericis concessit, ergo solis clericis debentur, & non pauperibus.

Item patet hoc, quia dicitur e. c. prætextu vero, nequitia clericorum nequeunt eas, nisi quibus ex diuino mandato debentur pro suo arbitrio erogare. Et ita apparet, quod clericis debite sunt ex diuino mandato, & ideo licet sint mali non possunt alijs erogari: Et subditur ibi causa, scilicet cum nulli licitum sit aliena concedere præter domini voluntatem, ergo clericis sunt domini decimarum, & ita non pertinet ad pauperes.

Item patet hoc ex eodem. c. scilicet quoniam igitur pati nolumus, vt ecclesiarum, & clericorum iura præsumptione qualibet minuantur, mādamus, quatenus omnes, qui ratione personarum, aut etiam prædiorum decimas ecclesijs, & clericis tuæ diocesis exhibere tenentur ad eas cum integritate reddendas compellas. Vnde patet decimas debitas esse clericis, cum dicat illas esse iura clericorum, ius vero in dominium sonat, & ita ad dominium clericorum pertinent.

Secundo, quia dicitur, quod ratione prædiorum, aut personarum decimas tenentur exhibere clericis, sed præter personales, & prædiales nullæ sunt, ergo omnes decimæ sunt debite clericis, & ita nullæ sunt debite pauperibus.

Ad primum in contrarium dicendum, quod non innuitur ex hoc decimas esse pauperum, sed potius litera ipsa signat contrarium. Nam dicitur quidquid clericus habet pauperum est, ergo clericus habet illud, sed istud habere non signat detentionem solam, sed ius aliquod, ergo clericorum est hoc, quod habere dicuntur, sed quod ipsorum est non potest esse alterius, quia non potest aliquid esse duorum in solidum, ergo non

non est pauperum, sed clericorum, sed dicitur esse pauperum, i. debet illud clerici pauperibus ministrare, & sic pauperum est, quia pro illis est, sed nullum ius in illo habent, neque competit eis actio aduersus clericos nolentes dare illis eleemosynam de decimis.

Secundo patet, quia dicitur, e. c. & domus eorum communes fiant, & sic domos dixit esse illorum, sed genitius ille non dicit possessionem, sed proprietatem, ideo dominium est clericorum, & non pauperum. sed dixit esse pauperum, ut communicetur eis aliquid, cum dicitur. Et domus eorum communes fiant.

Tertio patet, quia ita significatur ex rubro, quod ponit ibi Gratianus, scilicet liberum est clericis decimas monachis concedere. Et sic sensus literæ illius est, quod clerici possunt id, quod suum est, dare monachis, quia domus eorum communes fieri debent, sed decimas dare possunt monachis, ergo decime sunt clericorum.

Quarto patet, & efficacius ex litera ipsa, quia cum dictum est: Quidquid clerici habent, pauperum est. subditur: Maxime curatum est, ut de decimis, & oblationibus, cenobijs & xenodochijs qualem voluerint, & potuerint sustentationem impendant, liberum est enim monachis, & spiritualibus viris Deum timentibus, & colentibus decimas, & oblationes, cumque remedia concedere, & de iure suo in dominium illorum transferre, & usum, & sic decimas dicit esse iura clericorum.

Item dicit, quod ipsi possunt transferre in dominium monachorum, & tamen non possunt dare, vel transferre dominium, qui non habent, ergo cum clerici possint decimas dare in dominium monachorum, sequitur, quod ipsi domini sunt, ergo ad clericos pertinet decime, & non ad alios pauperes.

Ad secundum dicendum, quod decime sunt tributa egentium animarum, id est sunt quedam, quæ tribui debent pauperibus, & tamen non sunt pauperum, sed ipsorum clericorum, quia ea tribuere debet egentibus cum domos eorum communes fieri debeant. 16. q. 1. c. quoniam quidquid.

Secundo modo potest intelligi, quod sunt tributa egentium animarum, id est, quæ pertinent ad dominium ipsorum egentium, sed isti egentes sunt clerici, quia omnes clerici sunt egentes, id est quia egentes esse debent. Nam abundantes in rebus secularibus non debent accipere fructus ecclesiasticos. Sic dicit Hieronymus, in allegato. c. quoniam quidquid, scilicet clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulli suffragant, qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium, pfecto committunt, & sic non vocantur ibi pauperes ipsos laicos egenos, sed clericos, quibus bona parentum non suffragantur, quia talibus dari debent fructus ecclesiæ. Et tunc est verus sensus, quod sunt decime tributa egentium animarum. Sic etiam Grego. clericos pauperes vocat, extra de præscrip. c. nihil, scilicet nihil, cum scandolo nobiscum vos velle de causis pauperum diffinire. Et iterum: Sed illud scire vos credimus taciturnitatem atque patientiam vestram futuris post me pontificibus in rebus pauperum præiudicium non facturam. Et vocat ibi res, vel causas pauperum, id est clericorum, & Imperator omnes clericos pauperes vocat, C. de sacrosanct. ecclesi. l. priuilegia.

Item patet hoc extra de deci. c. tua nobis, ubi Inno. dixit decimas esse tributum egentium animarum, & tamen ibi ostendit, quod non debent dari pauperibus, sed clericis, & damnat eos, qui decimas pauperibus tribuunt, non dando illas clericis. Et ita clerici sunt egentium animarum, quorum decime sunt tributa.

F Sed obijcietur, quod vere pauperibus sunt dandæ decimæ, id est mendicantibus, & non clericis, quia dicitur. 16. q. 1. c. decimæ, scilicet. Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt, & quanti pauperes in locis ipsis, ubi ille habitat, ipso non dante decimas, fame mortui fuerint, tatorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, & ita non erant dandæ decime clericis, sed pauperibus, quia aliis non bene argueret de pauperibus fame pereuntibus, quia idem poterat accidere dantibus decimas laicis ex integro si ad pauperes illæ non perueniunt.

Secundo patet, quia dicitur eodē c. dando causam huius, scilicet quia res a domino pauperibus delegatam suis vrbibus reseruauit, ergo pauperibus instituit Deus dari decimas, & quia non datæ fuerunt eis perierunt fame.

Tertio patet, & apertius, quia dicitur. e. c. qui, ergo, aut premium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de noue partibus studeat eleemosynam dare pauperibus, sed quod datur in eleemosynam, datur pauperibus mendicantibus, & non clericis, quia quod datur clericis ex iure debetur, eleemosyna autem non est ex debito, sed ex misericordia, quia illi, cui datur non est expresse obligatus dans, & potissime ad quantum, vel qualiter dat, ergo decime pauperibus dantur.

Dicendum, quod decime clericis dantur, & pauperibus non, immo neque dari possunt, quia quod alienum est, non potest alteri dari sine domini voluntate. extra de deci. c. tua nobis, sed decime sunt clericorum, ut dictum est, ideo eis dantur, & non pauperibus.

Ad primum dicendum, quod decime non sunt pauperum mendicantium, quasi eis debeantur, & immediate eis reddendæ sint, sed clericis, quibus debentur, & qui eas recipiunt, debent pauperibus dare sustentationem, vel eleemosynam de illis, cum omne, quod clericorum est, pauperum sit. 16. q. 1. c. quoniam quidquid. Et dicitur ibi, quod clerici de decimis, & oblationibus monachis, & xenodochijs qualē voluerint, & potuerint sustentationem impendant, & sic si laicus non dat decimas clerico, cui tenetur, non potest ille dare sustentationem pauperibus de illis. Vnde laicus est in culpa, si pauperes fame moriantur, scilicet non dando decimas fecit, quod clericus non posset dare eleemosynam pauperibus, quia si dedisset non morerentur fame. Vnde laicus derelinens decimam, siue non soluens non est determinare reus omnium pauperum, qui fame moriuntur in loco, ubi ipse habitat, sed illorum, quibus sustentationem daret clericus, si illæ decime non subtraherentur ei, & pro omnibus bonis, quæ facturus erat clericus decimas recipiendo, & non facit propter subtractionem earum tenetur reus, qui subtrahit decimas.

Ad secundum dicendum, quod decime non sunt delegatæ in pauperes, quasi laici soluentes eas debeant illas pauperibus dare, quia tunc clerici non perciperent eas, sed delegantur in pauperes, quia vult Deus, & ecclesia instituit, quod clerici recipientes decimas, & cetera ecclesiæ præstent pauperibus eleemosynam, & sustentationem de illis, & tunc concordat cum præcedenti, scilicet, quia ecclesia sic instituit, & clericus sic facturus erat, si ei decime darentur, si vero non dentur, & pauperes fame moriantur, reus est ille, qui decimas retinuit, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod illud nihil facit, quia ibi non innuitur, quod decime dandæ sint in eleemosynam cum dictum sit, quod decime ex debito requirantur, sed ponit Augu. ibi duo, id est decimas, & eleemosynas. Decimas dicit reddendas, scilicet illis quibus debentur.

tur, id est clericis, vel ecclesijs extra de deci. c. puenit, & c. tuam nobis, eleemosynam autem dicit expresse dandam esse pauperibus, & sic non dantur decimæ, & eleemosynæ eidem. Etiam patet expresse, quod de decimis non sit faciendæ eleemosyna, quia dicitur, quod de noue partibus fiat eleemosyna. Et sic innuit prius decimam integre esse solvendam, quia debitum est, & non misericordia, vel eleemosyna, & de noue partibus, quæ remanent laico, potest ipse eleemosynam facere.

An laicis dandæ sint decime, vel aliquo modo eas percipere, vel retinere possit. Quæst. CLXXVIII.

QVAERETUR an laicis dandæ sint decime, vel aliquo modo eas percipere, aut retinere possint. Aliqui dicunt, quod nunquam possunt laici sine peccato mortali decimas percipere. Primo, quia Leui. 27. c. dicitur: Omnes decimæ sine de pomis, siue de frugibus terræ Dei sunt. Et illæ sanctificantur, sed quod Dei est non est laicorum, qui non sunt ministri Dei, ergo non pertinent ad laicos. Secundo, quia Num. 18. c. dicitur, quod Deus dedit Leuitis omnes decimas Israelitarum per ministerio, quo ei ministrant, ergo specialiter pertinet ad ministros, quod non sunt laici, quia illis non licet ministrare in diuinis, & sacris sub pena mortis. Num. 1. & 3. & 17. & 18. c. immo, neque permitti debent. sedere inter ministros Dei, dum ministrant, scilicet intra cancellos. extra de vita, & ho. clerici. c. 1.

Tertio, quia Mala. 3. c. dr infer omnem decimam in horreum meum, ut sit cibus in domo mea, & ita mandata ibi dare decimas in cibum ministrorum, ergo non pertinent ad laicos.

Quarto, & expresse, quia dicit Grego. & habet. 16. q. 7. c. decimas. Laici, siue ab episcopis, siue a regibus, vel quibuslibet personis decimas acceperint, nisi ecclesie reddiderint, scilicet se sacrilegij crimen committere, & eterne damnationis penam incurrere.

Item extra de deci. c. prohibemus, dr: Prohibemus ne laici decimas, cum animarum suarum periculo detinentes in alios laicos possint aliquando transferre, si quis vero receperit, & ecclesie suæ non reddiderit Christiana sepultura priuetur. Item, quia neque decimas villo modo possunt laici possidere extra de præscrip. c. causamque.

Alii dicunt in contrarium, quod liceat eis illas tenere, & ad hoc facit consuetudo generalis in Hispania, Burgandia, Francia, & Alemania, ubi multi laici ecclesiarum decimas tenent. Secundo, quia decimæ in feudum a laico ab ecclesia teneri possunt.

Dicendum, quod aut laici volunt percipere, vel tenere decimas iure proprio, quasi eis ius hoc competere possit directe, aut tenent eas ex concessione ecclesie ex priuilegio, vel consuetudine, aut aliis. Si primo modo dicantur, quod non licet laicis decimas tenere. Nam duplici iure debentur decime ecclesijs.

Primo ratione obsequij in eis Deo præstiti. 12. q. 1. c. si ergo. 16. q. 1. c. quatuor. Et hac ratione debentur ministris ecclesie, & non recipiunt clerici a clericis decimas, quia omnes Deo ministrant, extra de deci. c. nouum, hoc ius non cadit in laicum, cum sit mere spirituale extra de elec. c. malana. 10. q. 1. c. nos consuetudinem. Secundo ratione generalis, siue vniuersalis dominij. Hoc enim iure decimas sibi Deus reseruauit, extra de deci. c. tua nobis, & 16. q. 1. c. reuertimur. sub ratione huius iuris possunt decimæ non solum clericis, sed etiam laicis concedi non quantum ad proprietatem, sed quantum ad perceptionem fructuum. Si quaeratur, an ex concessione ecclesie possunt alias tenere. Dicendum, quod sic, quia tam

ex concessione Papæ, quam praelatorum possunt tenere, ut dicitur seq. q.

Sed quid si sola consuetudine laicus se iuuat, ut si tanto tempore decimas quis percepit pacifice, quod memoria non extet in contrarium, an hoc sufficiat sine speciali concessione?

Aliqui dicunt, quod iuuatur, quia præsumendum est pro ipso, quod habet ius in decima ar. extra de verbo, signifi. c. super quibusdam. Posset enim presumi decima talis concessa ab antiquo in feudum, extra de deci. c. tua, & extra de his, quæ fiunt a præla. c. cum apostolica.

Sed dicendum, quod non est verum, quia si laicus non ostendit priuilegium, siue concessionem ecclesie nulla temporis diuturnitate iuuatur. Nam cum talia sine titulo possidere peccatum sit, diuturnitas temporis peccatum non minuit, sed augmenat. extra de consuetudine. c. vlti. Nec ob. extra de verbo, significationibus c. super quibusdam, quia illud intelligitur de pedagijs, & alijs iuribus, quæ a Regibus, & Imperatoribus concedi possunt, ut apparet ibi ex litera. Et sic diuturnitate temporis acquiruntur a laico, quia illa possidere potest, secus est in decimis, & alijs spiritualibus, quorum concessio Imperatori, & Regi, & cuilibet laico est penitus interdicta. extra de deci. c. tua, & c. quidam, quia neque laicis quantumcunque religiosi licet de his disponere, extra de rebus eccl. non aliq. c. fi. & de consi. c. quæ in ecclesijs, & c. ecclesia Sanctæ Mariæ de consi. & ideo si laicus non ostendit concessionem decimarum tenetur eas dimittere.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quod decime Deo debentur, quia ipse retinuit eas in signum vniuersalis dominij, & concessit eas ministris pro ministerio, & ita ad eos directe de iure pertinent, ad laicos autem non possunt pertinere directe, cum non liceat eis ministrare.

Ad secundam posset dici eodem modo, & tamē dicendum, quod illud erat de decimis, quæ dabatur in veteri testamento, & illæ erant de iure diuino, & ideo non licebat ibi contrarium fieri. Vnde nulli laico licebat aliquo modo in veteri testamento percipere decimas. Secus nunc, quia non sunt decime de iure diuino, sed de iure canonico, ut ostensum est supra, & ideo licet conditori canonis statueret, ut interdum laicis in feudum, vel aliis concedi possent, licet ordinarie etiam de iure ad laicos non pertineant.

Ad tertium dicendum, quod ordinariæ decimæ dantur ministris ecclesie, & ideo Deus in domo sua, id est in templo iubebat cibum esse pro ministris, & per accidens, & ex causa possunt concedi laicis, ut dictum est. Ad quartum dicendum, quod intelligitur de illis, qui iniuste decimas tenent, ut quia sine aliqua concessione ecclesie, vel feudo. Nam tales, neque possunt sibi retinere, neque in alias personas transferre, sed coguntur eas illi ecclesie dimittere, cuius sunt, secus si iuste tenent, ut si in feudum. Nam tunc ex auctoritate episcopi possunt eas in alios laicos transferre, ut alias in feudum teneant, neque dicitur alias tunc episcopus in feudum dare, quia iam infeudatæ sunt. Sic extra de feu. c. ex parte, & extra de deci. cap. prohibemus in glo.

An Papa possit laicis decimas dare, ut illas ad tempus, vel in perpetuum teneant. Quæst. CLXXIX.

QVAERETUR quis possit laicis decimas dare, ut illas ad tempus, vel in perpetuum teneant. Dicendum, quod quantum ad laicos idem est decimas non soluere, & decimas percipere. Nam cum omnes laici sint restricti ad

ad præstationem decimarum de omnibus que licite acquirunt extra de decimis c. ex transmissa. Neutrū sibi cōpetere potest ex iure, scilicet decimas ecclesie percipere, vel decimas, quas tenet soluere retinere, ideo utriusque ei ex solo priuilegio competere potest. Et tunc dicendum, quod aut queritur de Papa, an possit concedere decimas eis, quibus de iure non debentur, aut de alijs inferioribus prelati. Si de Papa, aut queritur circa decimas prædiales, aut circa personales. Sic circa personales dicendum, quod Papa potest priuilegiare quos voluerit de his non præstandis, vel de præstandis eis alteri ecclesie, vel personæ, quam de iure communi teneantur dari, quod omnes iuriste tenent, & dicitur causam esse, quia decimæ personales non debentur ex iure diuino ex præcepto, sed potius ex interpretatione, licet aliqui velint eas ex præcepto deberi iuris diuini, vt declaratum est supra. Et ita plurimi intelligunt, extra de deci. c. in aliquibus; cum dicitur: Ille decimæ necessarius sunt soluende, quæ ex lege diuina debentur, vel loci consuetudine approbata dicunt singula singulis referenda, scilicet vt dicuntur prædiales debitas de lege diuina, personales vero ex loci consuetudine approbata, licet non sit ille verus sensus, sed intelligitur de rebus de quibus decimæ dantur, quia quædam sunt expresse de iure diuino, vt fruges poma, & pecora, Leui. 27. c. quædam vero non sunt expresse, & in his obseruat consuetudo approbata, scilicet de quibus rebus decimæ soluatur. Quod tamē magis obinet circa personales, quā prædiales, ratio est, quia prædiales sunt magis determinatæ. Et ita ratio est circa hoc, quia circa decimas personales multum iuris tribuit consuetudo, vt soluatur, vel non soluatur. Et de quibus rebus, & quantum, a fortiori poterit in hoc priuilegium Papæ, quod est maioris efficacis, quam consuetudo.

Si autem intelligantur de prædialibus, aut Papa dat priuilegium alicui ecclesie de percipiendis decimis, quæ non debentur ei, sed alteri, aut dat priuilegiū laico de non soluendo decimas, aut de percipiendis decimas debitas alicui ecclesie.

Si primo casu dicendum, quod non est dubium, quin Papa possit hoc, nam, & vna ecclesia potest præscribere decimas in parrochia alterius, & sine aliqua concessione obtinebit, vel non cum sufficit, titulo extra de præscrip. c. ad aures, & extra de deci. c. ad apostolicę, & c. cum sint homines, & c. cum contingat, & c. dudum. Quia, vt ibi patet, consuetudo facit, vt huic ecclesie, vel illi debeantur. Et non solum de ecclesia ad ecclesiam parrochiale, quod minus est, sed etiam de ecclesia ad monasterium, cui non debentur aliqua decimæ de iure, neque territorium habet, neque populum, sic enim monachi multi, & templarij, & hospitalarij priuilegiati sunt de non soluendis certis decimis, vt infra dicitur. Vel de percipiendis decimis, quæ debebantur aliquibus parrochijs. Nam, & si monachis non debeantur de iure communi, tamen sunt capaces earum, quia ministrant Deo, pro quo ministerio decimæ dantur.

Si in secundo casu. I. quantum ad laicos priuilegiando eos a præstatione decimarum velut decimas percipienti debitas ecclesijs de quo magis dubium videbatur, dicendum, quod Papa potest concedere decimas laico ad tempus, vel in perpetuum, ita vt transeat ad heredes, & hoc, siue in feudum, siue in simplici donatione, & talis concessio tenet, & laicus cui conceduntur non peccat percipiendo eas. Verum est autem, quod non debent concedi sine aliqua causa honesta, & rationabili, vt pro defensione fidei contra paganos, vel pro seruitio aliquo præstito ecclesie aliquando. Nam si sine causa hanc concessionem Papa

Papa potest concedere decimas laico ad tempus, & in perpetuum.

faceret male administraret, & non effugeret culpam, & tunc debet totaliter seruari forma priuilegij. Sic intelligitur extra de iure Pa. c. nobis, & 67. di. c. Adrianus, & c. in synodo. Sed obijciunt, quod Papa non possit facere talem concessionem laicis, quia est contra ius diuinum. Dicunt enim decimas de iure diuino deberi, & tamen contra ius diuinum nihil potest Papa, sed tenetur illud pro viribus defendere vsque ad sanguinem. 25. q. 1. c. sunt quidam. Et videtur, quod circa decimas, neque concessio, neque amicitialis compositio, neque præscriptio valeat, quia circa moralia præcepta non admittitur dispensatio, neque valet quicquam consuetudo, aut præscriptio, neque remissio facta per partes, sicut est in matrimonio, & similibus, quæ sunt moralia, extra de transactio. c. ex parte tua. Dicunt autem, quod in moralibus præceptis quædam sunt præcepta, in quibus non versatur aliqua priuata utilitas, siue temporalis nisi in præiudicium alterius committitur aliquis, vt in furto. Et ideo talia sine peccato non possunt committi quantum ad affirmatiua, vel committi quoad negatiua, & in talibus Papa nullam potestatem habet. Et ita dicitur intelligenda esse, quæ allegantur in oppositum, allqua vero sunt, in quibus versatur priuata, siue temporalis utilitas, vt in decimis primitijs, & oblationibus, & similibus, per quæ semini paratur præiudicium immo nisi reddantur peccatum est ei, cum temporalitas ista ad Deum spectet, & ad ecclesiam cuius vicarius, id est Dei vniuersalis est Papa potest in his statuere, & de his disponere, sicut placet ad hoc. De transactio. c. episcopi, vel elec. c. 1. & 2. & 3. & sic. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. Et sic sine cuiusquam iniuria potest Papa concedere laico, quod decimas alicuius loci percipiat, vel quas tenetur non der.

Sed dicendum, quod verum est, quod Papa in his habet potestatem, sed non ex causa assignata per eos, quæ est Raimundi, & Hosti. in summa tit. de decimis, & aliorum iuristarum post eos. Et non valet propter duo. primo, quia etiam in solutione decimarum, & oblationum atque primitiarum versatur priuata utilitas, scilicet ministrorum ecclesie, & ipsius ecclesie, & ideo cunctis semel ista sint debita alicui ecclesie non possunt sine eius præiudicio, vel saltem damno alteri concedi, nisi detur vnus casus solus, scilicet quando aliquis locus de nouo incipit habitari vbi nunquam fuit ecclesia, neque ministri, & Papa decimas illius loci ante constructionem ecclesie concederet alicui laico. Tunc enim nulli præiudicaret, & tamen non solum in hoc casu, sed etiam, quando ecclesia extat ab antiquo constructa, quæ iam diu decimas percipit, & ministri in ea manent, potest Papa decimas illius ecclesie transferre in aliquem laicum, & esse error contrarium sentire, & ideo non obstante priuata utilitate, vel præiudicio, aut damno Papa potest dispensare in his, & concessionem facere gratuitas. In furto autem non potest Papa dispensare, vt fiat. Non est ergo causa quæ allegabatur, scilicet quia hic est aliqua utilitas priuata, vel damnum. Secundo non tenet, quia verum est, quod Papa non habet potestatem in eis, quæ sunt de iure diuino, decimæ autem, & primitiæ non sunt nisi de iure diuino, vt ostensum est supra, sed de iure canonico, & ideo Papa plenam potestatem habet super eas, vt concedat eas, siue laicis, siue religiosis vel quibus voluerit, & ista est vera causa, & ideo non potest Papa dispensare in furto, vel adulterio, vt fiat, non quidem, quia sunt in præiudicium priuatorum, sed quia sunt contra ius diuinum, & naturale, & vtrunque ius est a Deo, licet diuersimode, & inferior nunquam potest dispensare, vel ordinare in eis, quæ sunt tradita per superiorem. Vnde non solum circa

furtum

furtū & homicidiū, & adulterium, quæ sunt in præiudicium priuatorum non potest Papa dispensare, & in sacramentis, quæ sunt ceremonialia, & si qua alia essent per Christum instituta, vt prohibitio graduum consanguinitatis ad contrahendum, & obseruatio aliquarum feriarum, & ritus colendi Deum, non enim posset Papa in aliquo horum dispensare, licet non esset dispensatio in præiudicium alicuius, sed sola causa esset, quia cum instituta essent per superiorem non possent per eum dispensationem recipere.

Sicut autem dictum est, quod Papa potest concedere laico decimas alicuius ecclesie, ita & a fortiori potest eum eximere a præstatione decimarum propriarum, cum minus sit non soluere decimas, quam percipere decimas alteri debitas. Sed dicunt in hoc iuriste, quod aut Papa vult specialiter eximere aliquos laicos a præstatione decimarum, aut vult constitutionem facere generalem, ne aliquis laicus soluat decimas, Primum sine dubio potest facere. De secundo dicunt, quod non potest, quia hoc non fieret sine offensa Dei. ar. 24. q. 1. c. memor sum, & 25. q. 1. ca. si ea destrueret, hoc tenet Ber. & Host. & concordat Io. 16. q. 1. §. si ergo.

Sed satis potest teneri de veritate, & rigore iuris, quod Papa potest generalem constitutionem facere, quod nullus laicus soluere decimam, dum tamē relinqueret ministris ecclesie congruam sustentationem, vt quod soluereur vbi que vndecima, vel duodecima pars fructuum, vel nullam partem fructuum dādo darent certos redditus in pecunijs, Fundamentum autem huius est, quia cum solutio decimarum sit nunc de mero iure positio, vt ostensum est supra, potest Papa circa talia libere, vel saltem licite, potissime, cum aliqua causa dispensare, & in contrarium constituere, in eis autem, quæ de iure diuino sunt, nullo modo potest, neque cum causa, neque sine causa. Tenent tamen communiter doctores iuriste, quod in eis, in quibus decoloraretur, vel alteraret vniuersalis status ecclesie, Papa non habet potestatem, quod satis rationabiliter dictum est. An tamen tollendo generaliter decimas, & relinquendo sufficientem sustentationem ministris decoloraretur vniuersalis status ecclesie ipsi videant.

Præiudicium
Priuatorum
Iuris diuini
Nihil potest
Papa

An aliquis inferior Papa possit circa decimas dispensare, Quæst. CLXXX.

Sicut autem queratur de prelato inferiore a Papa an possit aliquid super decimis, Dicendum, quod aut queritur an possit dare priuilegiū, quod decimæ dentur alteri ecclesie quam illi, cui debentur, aut quod dentur laicis, Quantum ad primum dicendum, quod potest episcopus hæc facere dādo priuilegium vni ecclesie, vel dignitati, aut personæ de percipiendis decimis alterius ecclesie ad tempus, vel in perpetuum, dum modo hoc faciat cum consensu capituli, & obseruata illa solennitate tota, quæ habetur de rebus Ecclesie non alie. c. dudum lib. 6. Et non solum potest episcopus concedere decimas vnus ecclesie alteri ecclesie, vel personæ, aut dignitati seculari, sed etiam monasterio, cui de iure nullæ decimæ competunt. Et non solum episcopus hoc potest, sed etiam quilibet clericus potest decimas sibi debitas monasterio alicui concedere. 16. q. 1. c. quoniam quidquid, & quoniam quidquid habent clerici pauperum est. Et sequitur. Maxime curandum est, vt de decimis, & oblationibus coenobijs, & xenodochijs qualem voluerint, & poterint sustentationem impendant. liberum est enim. Clericis monachis, & spiritalibus viris Deum timētibz, & colētibz decimas, & oblationes cunctaque reme-

dia concedere, & de iure suo in dominium illorum transferre, Et tamen si aliquis clericus concesserit decimas sibi debitas alicui monasterio, valet donatio solum per vitam eius, extra de transactio. c. de cetero. Ad hoc autem, quod in perpetuum valeat, oportet quod accedat consensus episcopi, 16. q. 1. c. quoniam. I. quam obrem si aliquando fuerint a laicis male detentata, quæ diuinitus esse noscuntur, & in vltimū transferunt monachorum, & seruorum Dei, episcopo tñ loci illius prebente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate, & stabilitate subnixā. Nunc tñ non solum requiritur consensus episcopi, sed et capituli, & tota solennitas, quæ habetur de rebus ecclesie non alie. cap. dudum lib. 6. Considerandum autem circa supra dicta, quod quæ laicis conceditur priuilegium percipiendi decimas aliquarū ecclesiarum percipiunt illas licite iuxta priuilegium perdidērunt, quod sex modis perdunt. Primo si abutatur priuilegio, vt ecclesiam impugnet, 11. q. 3. c. priuilegiū, & 63. di. §. verum, & argumētum de dona. c. vlt. Vel si laicus non facit id, pp quod decimæ sunt ei concessæ, extra de don. c. cū dilectus, & extra de condi. Apo. c. verum. Secundo si prædicti laici veniant contra priuilegium suum sustinendo, quod ecclesia, ad quam spectant decimæ percipiat eas per triginta annos, extra de priuile. c. si de terra. Tertio si laici habeant priuilegium, per quod valde letatur ius ecclesie parochialis. Nam quæ priuilegiū incipit esse valde piudiciale, reuocatur extra de deci. c. suggestiū, vbi Papa exepit quosdam monachos quantum ad totum ordinem suum a solutione decimarum, quia tunc erant pauca monasteria, & pauca possessiones habebant. Postea vero ceperunt esse multa monasteria illius ordinis, & in possessionibus abundare, ita vt enorme præiudicium generaretur ecclesijs parochialibus, propter quod reuocauit Papa illud priuilegium. Quarto, quando priuilegiati renunciant expresse priuilegio suo, vt extra de Reg. c. statimus, & 7. q. 1. c. quam periculosum. Quinto, quæ laici priuilegiati intercedente auctoritate, & consensu episcopi ius suū dederunt alicui loco religioso, vel ecclesie, extra de his, quæ sūa præ. c. cum Apostolica, & 16. q. 1. c. quoniam quidquid. Sexto si priuilegiati aliquod enorme delictum contra ecclesiam commiserint, cuius decimas habebant, vel feudum, vt occidendo, vel mutilando prelatum, vel rectorem, aut clericum, extra de penis c. in quibusdam, & extra de priuilegijs c. ad aures & 32. q. 5. c. ita nos.

Sex modis
laici per-
dunt priu-
ilegium de
percipiendis
decimis.

Sex modis laici perdunt priuilegium percipiendi decimas aliquarū ecclesiarum percipiunt illas licite iuxta priuilegium perdidērunt, quod sex modis perdunt. Primo si abutatur priuilegio, vt ecclesiam impugnet, 11. q. 3. c. priuilegiū, & 63. di. §. verum, & argumētum de dona. c. vlt. Vel si laicus non facit id, pp quod decimæ sunt ei concessæ, extra de don. c. cū dilectus, & extra de condi. Apo. c. verum. Secundo si prædicti laici veniant contra priuilegium suum sustinendo, quod ecclesia, ad quam spectant decimæ percipiat eas per triginta annos, extra de priuile. c. si de terra. Tertio si laici habeant priuilegium, per quod valde letatur ius ecclesie parochialis. Nam quæ priuilegiū incipit esse valde piudiciale, reuocatur extra de deci. c. suggestiū, vbi Papa exepit quosdam monachos quantum ad totum ordinem suum a solutione decimarum, quia tunc erant pauca monasteria, & pauca possessiones habebant. Postea vero ceperunt esse multa monasteria illius ordinis, & in possessionibus abundare, ita vt enorme præiudicium generaretur ecclesijs parochialibus, propter quod reuocauit Papa illud priuilegium. Quarto, quando priuilegiati renunciant expresse priuilegio suo, vt extra de Reg. c. statimus, & 7. q. 1. c. quam periculosum. Quinto, quæ laici priuilegiati intercedente auctoritate, & consensu episcopi ius suū dederunt alicui loco religioso, vel ecclesie, extra de his, quæ sūa præ. c. cum Apostolica, & 16. q. 1. c. quoniam quidquid. Sexto si priuilegiati aliquod enorme delictum contra ecclesiam commiserint, cuius decimas habebant, vel feudum, vt occidendo, vel mutilando prelatum, vel rectorem, aut clericum, extra de penis c. in quibusdam, & extra de priuilegijs c. ad aures & 32. q. 5. c. ita nos.

An extendatur perceptio decimarum etiam ad noualia cum laico priuilegium de decimis percipiendis est collatum Quæst. CLXXXI.

Quæretur in causa prædicta, quando laico sunt datæ decimæ in feudum, vel concessæ ex priuilegio, an extendatur illa perceptio decimarum etiam ad noualia, quæ postea coli ceperunt, vel ad res alias, quæ de nouo ceperunt decimari, de quibus prius nulla decima præstatur. Dicendum, quod prætextu talium priuilegiorum non possunt petere decimas de noualibus, quia huiusmodi priuilegia sunt arctanda, & non amplianda, cū sint odiosa, extra de decimis c. tua, vbi expresse dicitur, quod concessis ab antiquo alicui decimis in feudum si noualia excrecant non extenditur concessio ad illa, quia in talibus licentia est restringenda non amplianda. Sed obijcietur. Et tñ, c. ex parte tua, vbi concessio cuiusdam abbati, quod decimas de laboribus parochiarum suarum cum integritate perciperet, dicitur, quod debet extendi etiam ad decimas de noualibus, quia vbi magis conceditur etiam, quod minus

minus est concessum esse videtur. Dicendum, quod illud tenet, quando decimæ conceduntur in causa favorabili, ut si datur alicui loco religioso in sustentatione, nam tunc fit benigna interpretatio, & concessis decimis simpliciter veniunt novalia. Nam ibi quibusdam monachis decimæ concessæ erant. Secus autem, quando decimæ pertinent ad aliquem ex causa ambiciosa, vel non favorabili, ut quando laicis conceduntur, quæ tunc concessis decimis non conceduntur novalia, ut in c. tua, ubi erant decimæ concessæ laico in feudum, & ideo decimæ novaliū pertinebunt tunc non ad privilegiatos, sed ad ecclesiam parochialem, cuius sunt illæ decimæ, quas laici privilegiati percipiunt.

Idem autem est, quando quis ex prescriptione decimas habet, ut si ecclesia vna, vel monasterium prescripsit decimas in aliena parochia, quia pretextu huius prescriptionis non potest habere decimas de novaliis, quia licet sit locus pius, tamen modus acquirendi est de rigore, cum subtrahatur illi, ad quem pertinet de iure communi. extra de decimis, c. cum contingat, sic tenent Ray, & Host. & ceteri. Et ex hoc dicit Ray, plerisque episcopos malefacere, qui dominis decimas novaliū suæ diocesis, & alias quasunque possunt de manu laicorum recuperare, si vi usurpant, quod non licet de iure, nisi cum illa novalia, vel alia decimabilia non sunt intra terminos alicuius parochiæ, quia tunc potest episcopus sibi referuare, vel locis pijs applicare, extra de deci. c. qm̄ a nobis, si autem sunt intra terminos alicuius parochiæ ad illam pertinent. e. t. c. cum contingat, & c. quoniam a nobis. Si autem queritur de decimis, quæ præstari non solebant, sicut interdum prælati ecclesiarum cogunt laicos decimas soluere de rebus, de quibus prius non solvebant. Dicendum, sicut prius, quod aut est causa favorabilis, aut non. Si primo modo veniunt et decimæ, quæ prius non præstabant ad similitudinem novaliū, ut quæ concessæ sunt decimæ loco religioso ad sustentationem, ut in c. ex parte tua. Secus si laicis concessæ sint, quia tunc vi, quod non competant eis novæ decimæ, sed ecclesiæ parochiali debeantur, cui de iure communi competunt, & est ar. ff. de contra. emp. l. in fundi, ubi dicitur, quod fundo vendito exceptis lapidicinis non veniunt per illam exceptionem, nisi lapidicines, quæ tunc apparebant. Unde si plures alie sint, quæ non appareant illæ non sunt exceptæ, ita in prescriptione facta decimarum, illæ decimæ conceduntur, quæ tunc exant, quæ autem postea esse incipiunt non conceduntur. Idem autem est quantum ad prescriptionem, quia si prescripsit quis decimas in aliena parochia non sunt præscriptæ decimæ, quæ postea esse incipiunt.

Si decima detineatur iniuste ab aliquo, an liceat ei, ad quem prædicta decima pertinent, eas redimere. Quæst. CLXXXII.

Quæritur si decimæ detineantur iniuste ab aliquo, an liceat ei, ad quem prædictæ decimæ pertinent, eas redimere, dato aliquo pro eis sine periculo symoniæ. Aliqui dicunt, quod non potest redimi decima, quia neque possunt emi. extra de symo. c. querelam, & 16. q. 6. c. decimas, & 1. q. 3. c. altare. Etiam non possunt decimæ permutari cum temporali re. extra de rerum permutatione, cad. quæstiones. Dicendum, quod possunt redimi, dum tamen fiat auctoritate episcopi, ad cuius dispositionem res ecclesiæ pertinent, quia auctoritas iudicis multum in his excusat, extra de pben. c. nisi, & extra de rerum permutatione, c. quæsitum. Et dicendum, quod per modum pignoris possunt licite redimi decimæ ab eo, qui iniuste detinet, ut si laicus habens decimas mutuum accipiens ab eo, ad

quem de iure pertinent decimæ det eas in pignus. & transferendo illud ius percipiendi decimas in pignus si postea non potens soluere debitum dimittat decimas penes eum, ad quem de iure pertinebant, licite illas tenet, & redemit, & hoc non fuit directe emere, neque redimere, quia non fuit data pecunia, ut restitueretur decimæ, sed fuit mutua, & occasione mutui facta est liberatio decimarum, & hoc modo possessiones quaslibet ecclesiasticæ possunt redimi. extra de vsu. c. 1. & hoc tempore quædam laicus est in tpe solvendi non tenetur clericus computare fructus in sortem, quia fructus de sua re percipit. Sed quid si non restituitur decimæ, nisi dando directe aliquam pecuniam pro eis? Solet dici, quod si intercedat auctoritas superioris purgatur simonia, ita ut ex parte ecclesiæ redimentis non sit simonia, secus autem ex parte recipientis pecuniam, quia ex parte eius etiam auctoritas superioris non purgat vitium simoniæ. sic dicit Host. in summa ti. de sy. qualiter committatur. Sed adhuc advertendum est in hoc, quia aut ecclesia vult redimere decimas, quæ solvantur, & tamen detinentur ab aliquo laico. & quia ille iniuste percipit decimas alicuius ecclesiæ, & non permittit, quod illas ministri percipiant, aut laici nunquam solvantur decimas de quibusdam rebus de quibus obligatur soluere illas. De primo casu dicendum, quod possunt decimæ redimi etiam data pecunia laico, quia ille iniuste eas possidet, & non committit simoniam dans pecuniam, sed laicus accipiens, & excusat simoniam ex parte redimentis auctoritas superioris, ut dictum est. De secundo casu videtur dicendum, quod non est licitum sic decimas redimere, quia hoc magis videtur esse emere illas, cum nondum sint, quia nunquam solvebantur, licet laici ad illas tenerentur, sic tenet lo. 1. q. 3. c. altare. Dicendum autem, quod prædictam redemptionem decimarum facere potest is, ad quem decimæ de iure pertinent, ille vero ad quem non pertinent non potest eas de manu laici redimere quantumcumque iniuste eas detineat, quia illud non esset redimere, sed emere ius, quod non competeat, & tamen ius rerum spiritualium emi non potest.

An decima in pignus accipi possint. Quæst. CLXXXIII.

Quæritur an decimæ in pignus accipi possint. i. si laicus detineat decimas, & volens pecuniam mutuatam accipere tradere eas velit in pignus, an liceat creditori accipere illas in pignus. Aliqui dicunt, quod non possunt accipi in pignus, quia hoc videtur extra de deci. c. interdicitur. Dicendum, quod aut laicus detinet iniuste decimas, id est solum violenter, aut iniuste, quia ut sibi traditas in feudum. Si primo modo non est dubium, quin ecclesia, ad quæ pertinent illæ decimæ possit eas in pignus accipere, & non tenetur interim fructus computare in sorte, quia ius decimæ datum est pignori, & non ipsi fructus, & non est usura, quod non computentur fructus in sorte, quia ius decimæ dicitur pertinere ad ecclesiam, & ita de re propria percipit ecclesia fructus, & ideo non est usura, extra de vsu. c. 1. sed hoc solum potest facere illa ecclesia, ad quam pertinent decimæ, nulla autem alia persona ecclesiastica, aut secularis hoc potest. Et hoc dicitur in allegato. c. interdicitur. Et ratio est, quia per illud modum voluerunt iura providere ecclesijs contra laicos detinentes decimas earum. Primo, quia si alijs quibuscumque personis possint sub pignore dari, non ita cito darentur illi ecclesiæ, ad quam pertinent, cum autem nemini liceat eas sub pignore accipere, coguntur laici interdum ob penuriam pignori eas dare ecclesijs quibus debentur,

debentur, & sic habet ecclesia faciliorem modum recuperandi eas. Ut si laicus non possit soluere debitum, maxime cum ecclesia non computet interim fructus in sortem. Secundo, quia forte interim laicus detentor morietur, & cum decimæ non transeant ad heredem manebunt penes ecclesiam, quæ est in possessione, vel quasi possessione earum. Si autem alteri traditæ essent sub pignore, & interim decederet laicus detentor, manerent penes illum, qui eas pignori acceperat. Et sic esset ita difficile nunc ecclesiæ recuperare eas sicut prius, cum detinebantur a laico, & ideo fuit conveniens remedium per illud. c. interdicitur. Et quod non liceat personis ecclesiasticis recipere decimas in pignus, nisi illæ decimæ ad ecclesiam suam pertineant, & quamvis hoc laicis non liceat, tamen specialiter interdicitur sicut personis ecclesiasticis. Et ratio est, quia difficilius erat ecclesiæ recuperare decimas perditas de manu alterius ecclesiæ, quæ eas licite tenere potest, & præscribere, quam de manu laici, qui nunquam licite detinet, & ideo nunquam prescribitur.

Considerandum autem, quod si laicus detinens decimas alicuius ecclesiæ eas illi sub pignore tradiderit accipiens ab ea aliquam summam pecuniæ mutuatam, & postea mutuum restituere voluerit, tenetur decimas ei dimittere, quia bona fides ab eo accepit sub ratione pignoris, & non potuit inde aliquod ius contra laicum causari, quod prius non haberet, sed debet querere alium modum recuperandi, si iudiciali actione. Si autem laicus debitor non potuerit debitum soluere tenebit ecclesia licite decimas, quæ ad eam pertinent, & fructus decimarum, quos interim suscepit non computabit in sortem, sed tenebitur semper debitor integram sortem dare, vel nunquam recuperabit decimas, & ita manebunt in potestate ecclesiæ. Aliquid autem iuste laicus decimas tenet, ut quæ sunt in feudum, ut quia bono titulo ab ecclesia recepit. Si autem easdem decimas laicus ecclesiæ, cuius sunt p pecuniam mutuatam pignori dederit, tenebit eas ecclesia, quousque solvantur ei debitum, & si non solvantur debitum reddit feudum ad ius ecclesiæ, tempore tamen medio, quo laicus est in tpe solvendi, & reparandi debitum computabit fructus feudi in sortem, si servitium solitum recipit ecclesia a laico feudatario. Si autem non recipit servitium aliquid, non comparabit fructus in sorte, sed tenebitur feudatarius ad integram sortem, ut patet extra de feu. c. 1.

Quid faciet ecclesia, cum aliquo laico paupere longo tempore decimas iniuste detinente, ac se peccasse confessente, & illas sibi dimitti postulante. Quæst. CLXXXIII.

Quæritur si aliquis laicus longo tempore decimas iniuste detinuit, & nunc compunctus ad confessionem venit asserens se hæcenus ignorantia, simplicitate, vel malitia peccasse, & postulat sibi remitti, quid faciet ecclesia cum eo, maxime si ita pauper est, quod restituendo oporteat eum, & familiam suam mendicare. Dicendum, quod aut isti possunt satisfaccere ecclesiæ de omnibus decimis male perceptis siue grandi dispendio suo, aut non. Si possunt, tenentur, & ecclesia ad hoc eos cogere debet. Si autem non possunt sine gravi damno, ut quia mendicare coguntur, vel declinant ad pauperatatem, dicendum, quod nihilominus de rigore iuris tenentur satisfacere quantum possunt. extra de deci. c. cum homines de horrona. ubi qui non integre decimas soluerunt coguntur per ecclesiasticam censuram ad condignam satisfactionem, & 16. q. 7. c. quicumque, scilicet quicumque non fideliter solvit, tenetur totum emendare.

A fortiori, ergo si in rebite decimas accepit. Si autem pauper est, vel non est solvendo iniungatur ei, ut cum pervenerit ad pinguiorem fortunam solvat. extra de solutio. c. Odoardus, & ff. de cessione. bono. l. ius, qui bonis. De benignitate autem canonica aliud, scilicet quia ecclesia potest remittere omnes fructus male perceptos, maxime si egeat, & non habeat unde viuat, quoniam si non haberet, ecclesia esset ei datura unde viveret, ar. 16. q. 1. c. quoniam quidquid, ideo a fortiori remittet, quod nondum recepit. Et difficile est recuperare etiam si laicus non egeat per hoc solvendo poterit ecclesia ei remittere fructus perceptos, maxime si non inclinatur faciliter ad dimittendum decimas ecclesiæ, nisi ei remittantur fructus præteriti temporis. Et poterit istam remissionem facere solus episcopus sine consensu capituli, cum in hoc conditio ecclesiæ melior fiat, scilicet quia decimæ ad ecclesiā reuertuntur. extra de his, quæ fiunt a præla. c. cum apostolica. Sic tenet Ray, & Host. in summa.

An per consuetudinem tollatur obligatio decimarum, & non peccent non soluendo. Quæst. CLXXXIV.

Quæritur cum sint quedam regiones in quibus consuetum est decimas non solui an per consuetudinem tollatur obligatio decimarum, ita ut non teneantur soluere, & non peccent non soluendo. Dicendum, quod aut quaritur de personalibus, aut de prædialibus. Si de personalibus communiter tenent iuristæ, quod consuetudo generalis in aliqua regione, vel loco excusat, & hoc, quia decimæ personales non debentur ex precepto iuris diuini, sed ex interpretatione, & circa talia, quæ sunt de iure humano, magnas vires habet consuetudo. Facit enim de personis legitimis illegitimas ad matrimonium. extra de cognat. l. piri. super eo. Etiam clericos illos, qui de iure ad continentiam perpetuam non tenebantur, cogit consuetudo ad continentiam, ut 32. di. c. placuit. Etiam in ritu sacramentorum tenetur consuetudo, ut in baptismo circa trinam, vel vnicam immersionem. de conse. di. 4. c. de trina. Etiam consuetudo quamvis non possit tollere ius naturale, aut diuinum, potest tamen ius positivum, siue humanum in totum tollere, si est generalis, dist. 4. c. leges, vel in partem si est particularis, dist. 12. c. consuetudo, & quia decimæ personales sunt de iure humano, siue ex interpretatione iuris diuini, ut illi dicunt, & non de iure diuino potest consuetudo circa illas, ita ut ubi consuetudo sit non solui, non peccent illi, qui non solvunt. Circa decimas prædiales dicunt iuristæ, ut communiter, quod cum ille sit de iure diuino, ut allegatum est supra non valet consuetudo circa illas, ideo etiam si multo tempore cessauerunt aliqui a solutione decimarum, non ideo sunt exempti a solutione. Sed obijciunt, quia si hoc verum est, multæ gentes quantum ad se totas sunt in statu damnationis eo, quod nemo ibi decimas soluit prædiales, ut in Italia, & quibusdam alijs regionibus. Item sequitur, quod Papa, & omnes prælati ecclesiæ Romanæ, & talium regionum peccant non petendo, & non arguendo efficaciter de hoc peccato subditos, quia consentire videntur. 83. dist. c. error. nam error, cui non resistitur, approbat. Ad hoc multi dubitant, & rari distingere audent, quia vndique difficultas est. Dicunt autem, ut Host. in summa vult, quod non sequantur hæc inconuenientia, quia Papa potest omnibus illis dare privilegium de non soluendo decimas prædiales, & tunc, neque illi peccant, neque Papa, & prælati petere deberent, aut postulant. Secundo solvunt dicentes, quod non est super hoc Papa arguendus, quasi tacendo peccet, quia nullus est ipium.

ipsum arguere de peccato .9. q. 3. c. aliorum . Tertio solunt, q̄ Papa nō peccat, quia paratus est omnibus con-
conquerentibus de hoc iustitiam ministrare.

Quarto dicunt, q̄ certū est debitum posse remitti in totum, vel in partem, vel differri, & consequenter non esse in statu peccati non soluentes, & non petentes. Quinto solunt, q̄ magis est condemnare non soluentes, s̄ q̄ nō possunt omnia in hoc mūdo corrigi. 6. q. 1. c. si omnia. Nam, & Papa, & totus mundus sciunt, q̄ fere vbiq̄e sunt multi vsuarij publici, & publica meretrices, & publici lufores, & ebriosi, qui omnes manifeste sunt in peccato mortali, quorum prælatos si, ideo, quōd singulos eorū specialiter nō arguunt, in mortali peccato constitutos esse dicamus vnus de tot millibus vix euadet, & ita innuunt, quōd non tenentur singulos peccatores arguere, licet constet eos esse in peccato mortali.

Sed dicendum, q̄ per ista non responderetur ad inconuenientia. De primo patet, quia licet verum sit, q̄ Papa possit omnibus illis priuilegium dare de nō soluendo, & ita tam ipse esset liber ab arguendo; quā illi absoluedo, tamen non dat, neque debitale priuilegium, & ideo non excusatur per hoc culpa ipsius, neque illorum debitum. Nisi forte dicas, q̄ intra conscientiam suam remittit illis hoc debitum, vel dat eis priuilegium de non soluendo, & ideo liberantur.

Dicendum, q̄ nō sufficit, quia licet hoc, possit prodesse Papæ ad hoc, q̄ non deberet arguere non soluentes cum eis debitum remittat, tamen illis non prodest ad hoc, q̄ habeant bonam conscientiam, cum nesciāt sibi tale priuilegium datum, aut remissionem esse factam, per quam liberi sint a solutione decimarum, & ideo agunt contra conscientiam non soluendo.

Secundum non valet, quia dato, q̄ nemo deberet peccatum Papæ arguere (quod non omnino conceditur) tamen non ideo ipse liber est a peccato, sicut de peccatis occultis nemo arguitur, & tamē apud Deū reus est. Tertium non sufficit, quia non solum debet Papa esse paratus iustitiam exhibere omni petenti, sed etiam debet conari vitia vniuersa extirpare de ecclesia vniuersali, quia ad nullum magis, quam ad ipsum hoc pertinet, & ideo cum talia peccata videat manifesta, que nullā tergiversatione celari possunt, nō est tutus, si omnino taceat: Peccat enim pastor, siue rector animarum, quando scelera non obiurgat, vt ait Grego. in Pastoralis, & 43. di. c. ephesijs. Tanta ergo, & tam absoluta racurritas nescio quomodo excusetur.

Si autem dicatur, q̄ ecclesia cessat, quia sine scandalo non potest decimas in regionibus illis exigere. Dicendum, quōd non sufficit, quia hoc verum est, quantum ad petitionem iudicalem, & rigorosum processum. Nam si sine scandalo peti non possent, bene faceret ecclesia: non petendo saltem in aliquo casu, & tamen non ob hoc cessandum erat saltem a generali obiurgatione, vt denunciaretur hoc esse peccatū, & dicatur in generali, quōd in statu damnationis sunt omnes, qui talia agunt.

Quartum non prodest, quia licet verum sit posse dimitti debitum, aut differri solutionem, & tamē Papa, siue ecclesia, neque debitum dimittit, neque solutionem differt; & ideo nemo non soluens est tutus. Nisi forte dicatur, quōd in animo hoc Papa remittit. Et hoc non sufficit, vt dictum est supra.

Quintum etiam non sufficit, quia verum est, quōd ecclesia illa publica crimina non punit, quia euitari forsitan secundū humanam fragilitatem, & iniquitatem non possunt, tamen illa obiurgat, & culpam generali redargutione, & si non cessant per hoc delinquentes non punit eos ecclesia ne deteriores efficiantur. Sic dicit Gregorius 4. distin. denique, scilicet si a

rali consuetudine auerti non possunt, tunc sunt suo ingenio relinquendi ne peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur. Et dicitur cum venia nō quidem culpæ, sed penę, id est quia non puniuntur pro hoc. Et tamen secundum Augusti. Talis turba peccatum generali obiurgatione ferianda est 23. q. 4. c. non potest, & tamen nō soluentes decimas in regionibus ipsis non arguuntur saltem generali obiurgatione, ideo non est simile.

Aliter autem responderet ad hoc. Beatus Thomo. de Aquino Secunda Secundę, dicens, quōd ecclesie ministri maiorem curam habere debent spiritualium bonorum colligendorum, ideo Apostolus noluit vt potestare sibi a domino tradita, vt acciperet stipendia victus ab his, quibus euangelium prædicabant, ne daret aliquid impedimentum euangelio Christi, neque tamen erant peccantes, qui ei necessaria ad vicium non ministrabant, quia alias Apostolus non omisisset eos de hoc corrigere, & obiurgari. Similiter laudabuntur ministri ecclesie si decimas non requirunt si sine scandalo requiri non possunt propter consuetudinem, vel aliam causam, neque tamen sunt in statu damnationis, qui non soluunt decimas in locis illis, in quibus ecclesia non competit, nisi forte propter obstinationem animi non habentes voluntatem soluendi etiam si ab eis peteretur.

Sed dicendum, q̄ licet ista bene dicta sint, non tñ videntur omnino sufficere, non est enim simile de prædicante Paulo, & eis, quibus prædicabat ad non soluentes decimas. Primo, quia Paulo nō erat dādus victus in mercedem laboris, sed in sustentationem, & ideo si haberet sufficientem, vel cōuenientem victū, aliās nemo teneretur ei dare victum, secus in solutione decimarum, quia nisi soluantur decimę non erit sufficiens sustentatio pro omnibus ministris ecclesie, & ideo a subuentione Pauli poterat cessari, & non a solutione decimarum.

Secundo, quia ad sustentationem Pauli non tenebat determinare quilibet de illis, quibus prædicabat, si vt totam daret, vel aliquam partem. Sed si vnus, vel duo sufficienter darent ceteri erant liberati, sicut est in elemosyna. Nam non tenetur quilibet elemosynā dare pauperi, determinare, q̄ si vnus supplet indigentiam eius, non tenentur ceteri aliquid dare. Secus in decimis. Nam quilibet tenetur determinare dare decimas, ideo cessare a præstatione earum non erat sicut nō præstare Paulo victum, & sic, licet auditores Pauli nō præstaret ei sustentationem, cum ipse non indigeret, quia manus sue providebant ei, non erant in statu damnationis; neque Paulus eos arguebat. Secus de non soluentibus decimas, quia determinate erant obligati ad soluendum illas, siue ministri abūderent, siue non, & nō soluendo facerent contra legem, & essent in statu damnationis.

Tertio, quia Paulus habebat potestatem exigēdi victum ab his, quibus prædicabat, & si illi dare nollēt peccarent, & tunc Paulus eos argueret, tamen non petebat, vt non daret occasionem falsis Apostolis, iō illi non præstando nihil peccabāt. Secus de decimis, quia iubentur homines illas præstare, & ideo etiam si non petantur ab ecclesia tenentur laici illas præstare, cum ecclesia semper habeat animum recipiendi.

Cum autem dicit, quōd non soluentes in talibus regionibus non sunt in statu damnationis nisi habeāt animum obstinatum ad non dandum, innuit, quōd quodocunque ecclesia ab illis peteret decimas tenerentur dare, alias peccarent. Quod satis est constituere eos in periculo. Item, quod maius est, quia dicit, quōd etiam non petente ecclesia, si illi habeant animum obstinatum ad non dandum etiam si illa peteret,

Responsio diui Tho. Secunda Secundę q. 87 arti. 1. ad vlti.

peteret, peccarent, sed satis videntur habere talē animum, cum sciant ecclesiā velle recipere decimas, & non audere propter scandalum.

Dicendum autem, quōd ista difficultates accidūt, quia putant decimas deberi de iure diuino, quod si verum esset, non videretur quomodo euaderemus inconuenientia.

Sed dicendum est, quōd decimæ etiam prædiales non sunt nunc de iure diuino, sed de mero iure positivo canonico: licet in veteri testamento fuerunt de iure diuino, vt ostensum est supra.

Et tunc dicendum, quōd sicut circa decimas personales, quas fatentur non esse de præcepto iuris diuini, sed ex institutione eius, valet multum consuetudo ad hoc, quōd soluantur, vel non soluantur, cū consuetudo possit tollere ius posituum in totum, vel in partem, vt dictum est quæst. præcedenti. Ita circa prædiales erit, quōd consuetudo generalis longēua possit tollere obligationem soluendi decimas: maxime si a principio non fuit recepta lex de soluendis decimis, & hoc modo in regionibus illis, in quibus non soluuntur decimæ, siue a principio non receperint statutum ecclesie de soluendis decimis, siue longo tempore cessauerint, videtur quōd isti non sunt in statu condemnationis, quasi iam non maneant obligati ad solutionem decimarum. Et hoc satis rationi consonat, quia aliās ecclesia non toleraret tantum errorem, neque communicaret morientibus in notorio peccato mortali orando pro eis, cum pro furibus, qui in ipsis maleficijs subito occiduntur, iubeat ecclesia non esse orandum quasi coniectet eos in mortali peccato decessisse extra de furtis, capit. fures, sed magis ecclesie in hoc sententiam audire quam nobis diffinire placeret.

An rustici præstantes laicis decimas suas peccent. Quæst. CLXXXVI.

QVAERITVR, cum aliquis laicus detentat iniuste decimas alicuius ecclesie, an rustici præstantes eis decimas suas peccent.

Dicunt, quōd aut rustici credunt laicos illos licite auctoritate ecclesie decimas recipere, aut credunt, quōd illicite detinent.

Si primo modo dicendum, quōd non peccāt, quia bona fide solunt, ad quod valde confert, quōd ecclesia videri laicos recipientes decimas, & tolerat non procedendo contra eos.

Si autem scirent rustici, quōd laicus iniuste recipit decimas, aut dant ei sponte, aut per timorem. Si sponte, peccant: quia deberent dari illi ecclesie, ad quam scirent illam pertinere. Si autem non sponte, aut coguntur dare, vt pote quia laicus ille est potens, & occupat eos, aut non coguntur, sed timent mala si non soluerint laico illas. Si primo modo non peccant, quia non agunt, sed patiuntur. Nam est vis, & illa excusat. Si secundo modo excusat aperte, id est, quōd peccatum leuius est, sed non excusat totaliter trigesima secunda quæst. quinta, capitul. ita ne, & extra. de his, quæ vi. me. ve causa. si. capitul. sacris. sic tenet Raimundus in summa.

An liceat laico retinere decimas sibi concessas, & quomodo. Quæst. CLXXXVII.

QVAERITVR, an liceat laico retinere decimas sibi concessas, & quomodo licet.

Dicendum, quōd aut concessas sunt a persona ecclesiastica, aut a seculari. Si ab ecclesiastica, aut a Papa, aut ab alio inferiori, Si a Papa dicendum, q̄ tenet Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

concessio, & licite tenet decimas laicus. Et hoc, siue fructus sint decimarum, siue ipsum ius decimandi, & istud siue temporaliter, siue perpetuum concedatur, quia Papa plenam habet in his potestatem, siue eximendi alicum ab onere solutionis decimarum, siue concedendi ei percipere decimas extra de decimis ca. ex parte tua. & ca. a nobis cum alijs multis. Si autem ab inferiore, vt ab Episcopo, vel alijs prælati, aut conceduntur laico soli fructus decimarū, vt quādo alicui conceditur ad vitam suam, vel ad tempus, q̄ percipiat fructus decimarum alicuius ecclesie, & hoc possunt facere prælati, & licite retinent laici illas decimas extra de iure patronatus c. ex literis. & extra ne prælati vices suas c. si. & de loca & conduc. c. vestra. Si autem concedatur ius percipiendi decimas, quod est mere spirituale, vt qñ conceduntur decimæ in feudū laico ob aliquam causam, & vt portent aliquod seruitium. Et tunc dicendum, q̄ aut fuit tale feudum factū ante tempus Concilij Thuronen. celebrati sub Urbano Papa, aut postea. Si ante fuit constitutum feudum tenet, quia tunc non erat interdicta Episcopis potestas infeudandi bona, & iura ecclesiarum: Si autē post illud consilium non tenet feudum, & laicus illicite recipit decimas, & detinet, eo q̄ tñ fuit Episcopus, & alijs prælati interdicta potestas infeudandi. Et putant aliqui fuisse hoc a tempore Concilij Alexandri Papæ extra de deci. c. prohibemus. & extra de celi. c. prohibemus. sicut putauit Raimundus, vt dicit Host. in summa. Fuit tamen veritum a tempore Concilij Thuronen. celebrati sub Urbano secundo, & fuit Concilium Alexandri anno domini. 1170. Romæ celebratum, quod est Lateranen. Concilium vero Thuronen. celebratum anno millesimo ceteresimo nonagesimo sexto, vt notat Archi. de deci. c. statutum. Illas autem lib. 6. & ita secundū tempus cōstitutionis feudi potest sciri, an tenuit, vel non. Si autem sit dubium, an ante præfatum Concilium, vel postea fuerit feudū constitutum, vt quia non est memoria in contrarium, putant quidam feudum iudicandum tenere. simile extra de verbo. sig. c. super quibusdam, etiam quia præsumitur, q̄ si ecclesia prædictas decimas petere posset non siluisset tanto tempore.

Sed contrarium tenetur communiter, s̄ q̄ consuetudo quantumcūque longēua non excusat, sed oportet, q̄ laicus ostendat titulum, & tunc apparebit a quo tempore ceperit feudum: maxime quia in dubio pro ecclesia iudicatur, quia causa eius est fauorabilior. Sic tenet Host. in summa. & de hoc dictum est supra. Si autē concessio sit facta a laicali persona, vt a rege, vel imperatore, dicendū q̄ non valet, & non est laicus securus detinēdo, quia laici nullam rem spirituale concedere possunt extra de deci. c. tua. & quicunq; receperit decimas, vel ecclesiam aliq̄ de manu laici crimē sacrilegij committit eo. tit. c. dudum. & concessio decimarum facta a laico etiam si confirmetur a Papa in forma communi non valet eod. c. & ideo neque feudum, neque aliqua concessio decimarum facta laico ab alio laico valet quicquam, sed tenetur laicus prædictas decimas ecclesie restituere. vt eo. cap. dudum.

An decima possint præscribi. Quæst. CLXXXVIII.

QVAERITVR, an decimæ possint præscribi. Dicendum, quōd aut præscribit laicus contra ecclesiam, aut ecclesia, vel persona ecclesiastica contra aliam ecclesiam. Si primo modo dicēdum, quōd aut præscribere vult decimas, s̄ vt ipse recipit decimas debitas alicui ecclesie, aut præscribere vult decimas, s̄ eximendo se a solutione decimarum per desuetudinem soluendi.

De primo dicendū, q̄ nō potest laicus præscribere decimas

Cōcilij Alexandri, quādo fuit.

decimas quantocumque tempore detētet. extra de p̄scrip. c. causamque, & 16. q. 1. c. peruenit, & hoc, quia laicus nō potest possidere, vel quasi possidere ius decimandi, quod est spirituale, & tamen sine possessione non currit p̄scriptio. de regu. iur. lib. sexto, capit. sine possessione. Etiam quia contra ipsum facit ius commune, ideo non potest p̄scribere.

De secundo dicunt Iuristæ, quod aut quaritur de personalibus, aut de p̄dialibus. Si de personalibus, dicunt, quod possint p̄scribi, eo quod consuetudo multum facit circa eas, vt dictum est supra. & p̄scriptio procedit ex consuetudine. Si autem sint p̄diales, dicunt Iuristæ dicere theologos quosdam, quod circa has decimas valet consuetudo quātum ad quotam, scilicet, vt minus quid soluatur, scilicet, duodecima, vel vicesima, sed non quantum ad totum, scilicet, vt nihil soluatur. Iuristæ autem, vt communiter tenent p̄diales esse de iure diuino, & ideo circa eas, neque consuetudinem, neque p̄scriptionem aliquid valere.

Sed dicendum, quod non sunt de iure diuino nūc, sed de iure humano, & ideo p̄scriptionem aliquid facere, & consuetudinem diuturnam, & fortē ista sola causa est, quæ excusat gentes illas, quæ decimas nullas soluunt, vt dictum est supra.

Si autem quaratur de personis ecclesiasticis. Et tunc dicendum, quod si ille considerantur inquantū laici idem de illis iudicatur, quod de laicis, scilicet si clericus p̄scribere velit per desuetudinem ne decimas soluat: clericus enim habet interdum bona sola ecclesiastica, interdum verō etiam patrimonialia, siue profana. Quantum ad prima est clericus, & de illis non soluit decimas. extra de deci. capitul. nouum genus. Et hoc est, quando beneficium suum habet aliquas possessiones. Nam de fructibus illarum possessionum non tenetur decimas dare: si verō quantū ad bona profana tenetur decimas dare, sicut laicus, & ideo eo modo, quo p̄scriptio prodest quantum ad laicos prodest quantum ad clericos, vt possint se eximere a solutione decimarum per desuetudinem, sicut in regionibus illis, in quibus laici non soluunt decimas p̄diales, neque etiam clerici dant illas de fundis patrimonialibus suis, & eadem excusatio, vel damnatio est vtriusque. Si autem intelligatur de ecclesia contra ecclesiam, scilicet, vt vna ecclesia percipiat decimas in parochia alterius, & ad hoc adiuet eam p̄scriptio.

Dicendum, quod aut est monasterium, aut ecclesia secularis. Si monasterium, non potest p̄scribere, quia p̄scriptio non procedit sine possessione, & tamen monachi non possunt de iure communi decimas possidere cum plebes non habeant, ideo neque ex sola p̄scriptione acquirere, possunt autē monachi ex priuilegio, siue concessione Apostolica, vel concessione aliorum p̄latorum hoc habere decimas sexta quæst. prima, capitul. quoniam quidquid. Si autem sit ecclesia secularis contra secularem, dicendum quod tam consuetudo quam p̄scriptio circa hæc valet. Nam sola consuetudo facit, vt qui habitant in vna parochia, & habent p̄dia in alia, de fructibus illorum decimas dent, non in parochia in qua sita sunt p̄dia, sed vbi habitant cultores extra de deci. capitul. cum sint homines, & capitul. ad Apostolicę cum tamen de rigore iuris decimæ p̄diales illi ecclesie soluantur in cuius parochia p̄dia sunt sita. extra de paroch. capitul. vltimo. etiam p̄scriptio procedit in his, scilicet, quod potest vna ecclesia p̄scribere decimas, quas alia ecclesia intra suam parochiam percipere solita erat. extra de p̄scriptio. capitul. ad aures, & capitul. de quarta. Et tamen, quia aliter p̄-

scribens contra ius commune facit, non sufficit ei bona fides ad p̄scribendum, sed requiritur titulus de restit. spoliatorum, capitul. ad decimas, & de p̄scriptio. capitul. Episcopum lib. 6. Nam ponitur ibi regula, quod quando ius commune facit contra p̄scribentē non sufficit ei bona fides, sed titulum ostendere cogitur, si vero non est ius commune contra p̄scribentem, sufficit ei bona fides.

Dicit tamen Hostiens. in summa. titu. de deci. §. an p̄scribi possint, quod clericus habens parochiam potest p̄scribere decimas in alia parochia, & sic parochia contra parochiam extra de p̄script. capitul. de quarta. religiosi autem non habentes parochiam ipsis p̄scribere non possunt, quia neque possidere, licet decimas sexta quæst. 1. capitul. placuit. immo ipsi tenentur soluere decimas, nisi priuilegiati super hoc sint decimas sexta quæst. prima, capitul. alia, & duodecima quæst. prima, capitul. duo sunt genera, sed ratione parochiarum ipsas p̄scribunt, scilicet si populum habeant extra de deci. capitul. cum contingat, & capitul. cum in tua. verum quia timetur ne a laicis causam habuerint debent probare titulum. Si autem parochia secularis contra parochiam secularem p̄scribat, non habet necesse probare titulum. Sic potest intelligi extra de p̄scriptionibus, capitul. vigilanti, & cap. de quarta, & cap. quoniam.

Ad hoc dicendum, quod omnis, qui in aliena parochia p̄scribit debet ostendere titulum, vt in allegato capitul. ad decimas, & capitul. Episcopum libro sexto, siue sit secularis, siue religiosus. Et tamen hoc differre videtur, quia secularis p̄scribens contra secularem non tenetur ostendere titulum sufficentem, qui det causam dominij, quia tunc superuacuum esset p̄scribere, quia ex titulo illo competeret ius. Sed satis est, quod sit titulus aliquis, vel coloratus, qui det causam p̄scribendi. Sic dicit glo. de p̄scriptionibus capitul. Episcopum, libro sexto, circa religiosos autem fortassis requiritur non titulus coloratus, sed qui dominium tribuat, vel sit efficacior quā titulus secularium, eo quod magis obstat ius commune religioso p̄scribenti decimas, quam seculari. Nam seculari p̄scribenti in aliena parochia obstat ius commune ex vno capite, scilicet, quia in aliena parochia, sed non obstat simpliciter habere decimas, quia potest habere illas. Religioso autem obstat dupliciter ius commune: primo quia nullo modo competit ei habere decimas, cum neque competat de iure habere parochianos.

Secundo, quia in aliena parochia p̄scribit, & quia ideo necessarius est titulus p̄scribenti, quia contra ipsum facit ius commune necesse est, vt efficaciorum titulum ostendat ille, contra quem magis facit ius commune, qualis est religiosus.

An religiosi debeant dari decima. Et quod parochia dupliciter sumitur. Et nisi in duobus casibus verum est de nullis p̄dijs monasterijs decimas deberi.

Quæst. CLXXXIX.

Quæst. CLXXXIX. VARETVR, an religiosi debeant dari decima. Dicendum, quod de iure communi non debent decimæ religiosi, sed ecclesijs secularibus. Et ratio est, quia decimæ sunt duplices, scilicet personales, & p̄diales. Debent enim personales illi ecclesie in qua qs audit diuina, & vbi percipit sacra. P̄diales debent illi ecclesie, in cuius parochia p̄dia sunt sita. Nam de iure cōi omnes decimæ ad ecclesiam parochialem pertinent. extra de deci. capitul. cum in tua.

Accipitur

Host. in summa.

Accipitur autem dupliciter parochia, scilicet, aut respectu personæ, scilicet in qua quis recipit sacramenta, aut in qua sita sunt p̄dia ratione parochiæ. Primo modo debentur decimæ personales ratione parochiæ. Secundo modo debentur p̄diales extra de paroch. cap. significauit. sed religiosi neutro modo habent parochiam. Non primo modo, quia ad eos non pertinet dare sacramenta aliquibus decimas sexta quæst. prima, capitul. placuit, & capitul. interdiximus. Etiam non secundo modo, quia cum monasteria non habeant territorium, intra quod p̄dia sunt sita, de nullis p̄dijs eis decimæ debentur.

Hoc autem verum est, nisi in duobus casibus. Primo quando monachi habent sibi plebem commissam de qua habent curam animarum. Secundo quando ex priuilegio eis decimæ dantur in aliquibus parochijs, vel locis.

De primo patet, quia tunc habent parochias, & limites, & ideo competunt eis vtrique decimæ. Nam personas habent, de quibus habent curam animarū, ideo competunt eis decimæ personales. Habent quoque limites parochiæ intra quam sunt aliqua p̄dia, ideo debentur eis decimæ p̄diales, & tamen, quod monachi habeant plebes commissas ex priuilegio est. nam de iure communi ad ecclesias seculares cura animarum pertinet, & limitatio parochiarum.

De secundo patet, quia sicut ex priuilegio sedes Apostolica exemit quosdam religiosos ab onere decimandi extra de decimis capitul. ex parte, & capitul. licet, ita & quibusdam dedit priuilegium, vt in parochijs quarundam ecclesiarum decimas aliquas perciperent eodem titulo, capitulo cum in tua. Et tunc non competunt eis decimæ de iure communi, sed ex priuilegio, & dantur in elemosinam. Sic patet decimas sexta quæst. prima, capitul. quoniam quidquid. Et possunt dari tam a Papa quam etiam ab Episcopis eodem capitul. & quilibet clericus potest dare monasterio decimas sibi debitas. Et tamen ad hoc, quod in perpetuum valeat concessio necesse est, vt intercedat auctoritas Episcopi, alioquin solum durabit ad vitam concedentis extra de transactionibus cap. de cetero, & decimas sexta quæst. cap. quoniam quidquid, & tamen quia non competit decimæ in hoc casu religiosi ex iure communi, sed ex priuilegio non debentur eis omnes decimæ absolute. Nam non debentur decimæ de noualibus extra de decimis capitul. cum in tua, & capitul. cum contingat. sed debentur decimæ de noualibus ecclesie illi parochiali in cuius parochia religiosi decimas percipiunt eodem titulo. cum in tua. Et hoc, quia ad illam de iure communi pertinebat, quod ad religiosos de priuilegio pertinet. Si tamen aliqua terra nouiter reducuntur ad culturam, quæ quondam fuerant decimales, & religiosi de illis decimas receperant non censentur noualia, sed de eis etiam nunc decimas percipient eodem capitul. cum in tua.

Cui sint danda decima noualium. Quæst. CXC.

Quæst. CXC. VARETVR de decimis noualium, cui sint danda. Dicendum, quod de decimis noualibus non est idē ius quod de alijs. Et hoc patet quantum ad p̄scribentes, & quantum ad priuilegiatos. De p̄scribentibus patet, quia si quis p̄scripsit decimas in aliena parochia, & superueniant noualia, non percipiet decimas de eisdem ratione p̄scriptionis, sed pertinebunt ad ecclesiam parochialem. extra de deci. capitul. licet, de priuilegiatis apparet, quia si laicus ex priuilegio

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

gio decimas percipit, vel habet eas in feudum nō percipiet de noualibus extra de decimis capitul. tua. sed in religiosis videtur fallere eod. titulo cap. ex parte tua. Vbi monachis cōcessæ erant decimæ de fructibus parochiarum suarum. Et dicitur, quod debet extendi ad noualia, & tamen interdum circa monasteria, & conuentuales ecclesias percipientes decimas aliquarum parochiarum fit hoc, vt non extendatur perceptio ad noualia, siue ad terras, de quibus non percipiunt decimas ab antiquo eodem titulo capitul. cum in tua. sed hoc fortē est quando competit eis perceptio decimarum ex p̄scriptione, quia tunc non veniunt noualia nomine aliarum decimarum, vt in capitul. licet, eodem titulo.

Cui autem de noualibus decimæ sint dande dicendum, quod aut de noualibus superexere scētibus certum est in qua parochia sunt, aut non. Si certum est in qua parochia sunt, non pertinebunt decimæ ad aliquem priuilegiatum laicum, vel p̄scribentem, sed pertinent ad ecclesiam parochialem, intra cuius limites sunt, extra de decimis capitul. quoniam, & capitul. licet, & capitul. cum in tua. Si autem non est certum in qua parochia sint potest Episcopus applicare decimas illorum noualium cui ecclesie voluerit, vel ad vsum suum. eod. titulo. cap. quoniam.

Dicit autem Hostiens. in summa. eodem tit. quod si noualia sunt intra limites alicuius parochiæ, nō est de hoc dubium quin ad illam integraliter pertineant salua canonica Episcopi.

Si autem dubitatur in qua parochia sint, potest Episcopus gratificare cui voluerit, vel sibi retinere in allegato capitul. quoniam. Dicit tamen, quod plerique Episcopi indistinctē omnia noualia totius diocesis, & quæcumque recuperare poterint de manu militum sibi vsurpare nituntur contra p̄dictam decre. & cum in tua, & extra de p̄bendis capitul. ratio nulla abutentes iuribus dicentibus, quod decimæ, & oblationes in potestate Episcoporum consistunt decimas sexta quæst. septima. §. cum ergo ecclesie. §. capitul. sequentibus, quia illa vera sunt, non vt sibi approprient, sed vt communiter dispenfent. 12. quæst. 1. §. si ergo res.

Est ergo hæc veritas, quod Episcopus, neque de noualibus, neque de recuperatis de manu laicorum debet retinere, nisi suam canonicam, & hoc est quatenus percipiebat de antiquis tantum de his recipiat. ar. extra de censibus capitul. ecclesijs. sunt enim Episcopus, & clerici, quasi partionarij, ideo pro rata omnia communicare debent ar. ff. loca. l. si merces. §. apparet. Si autem Episcopus nihil percipiebat de antiquis ad minus sua quarta fraudari non debet.

Sed quid si laicus detinebat decimas alicuius ecclesie parochialis, vel sedis, & restituit eas totas Episcopo consentiente capitulo suo, an debeat tunc Episcopus totas illas decimas habere?

Aliqui putant, quod sic, quia hic tota solemnitas obseruata est ad dandum alicui decimas, quæ ei non competeant de rebus ecclesie non alienand capitul. dudum lib. sexto, & ar. de dona. capitul. pastoralis, & de his, quæ sunt a p̄latis capitul. pastoralis. nam & auctoritas contutoris sufficit, dum tamen palam fiat. ff. de auctorita. tu. l. pupillus.

Sed dicendum, quod non sufficit ad transferendum totas decimas in Episcopum, quia ad huiusmodi translationem requiritur auctoritas Episcopi, & capituli, sed hic non interuenit auct. ritas Episcopi. Nam in re propria non potest auctoritatem p̄stare, vt Episcopus. ff. de auctorita. tut. l. 1. & extra de censibus cap. prohibemus. Est ergo recurrendum ad superiorem, ad archiepiscopū, qui interueniat loco p̄lati.

Ff 2 argumen.

Cui dandæ decimæ de noualibus.

B

C

D

E

argumentum extra de iure patrona. capitulum nullus, & ille debet inducere laicum detentantem decimas, vt eas ecclesie parochialis soluta canonica Episcopi totas reddat, qui si induci non poterit, sed modis omnibus vult totas eas Episcopo dare fiet ista translatio auctoritate archiepiscopi consentiente capitulo. ar. extra de his, quæ sunt a præla. capitulum cum Apostolica. Si autem hæc forma non obseruetur nihil valere videtur, quod agitur. ar. extra de officio deleg. capitulum venerabilis. & de rescript. capitulum cum dilecti, & de rebus ecclesie non alienan. capitulum dudum, lib. 6.

Qui tenentur ad præstandum decimas. Quæst. CXC I.

QVAERITUR iam qui tenentur ad præstandum decimas. Dicendum, quod de iure quilibet tenetur ad præstandum decimas extra de decimis capitulum a nobis, scilicet quilibet ad decimas tenetur, nisi a præstatione ipsarum specialiter sit exemptus.

Sed dicendum, quod hoc de laicis intelligitur. Nam de ceteris alia est postea quaestio. Sic dicit glo. ibi, scilicet, quod quilibet laicus indistincte nulla temporis præscriptione tenetur ad decimas extra de præscript. capitulum causam qua.

Laicis competit utraque decimas solvere.

Competit autem laicis utraque decimas solvere. Nam ad personales directe tenentur: dantur enim hæc illis ecclesijs, in quibus aliqui diuina audiunt, & sacramenta recipiunt, & tamen laicos oportet alicubi sacramenta recipere, quia ipsi non possunt inuicem sacramenta ministrare, ideo tenentur personales decimas dare. Prædiales quoque dare tenentur, Nam illæ debentur ratione prædiorum, & illis ecclesijs in quarum parochijs prædia sunt sita. extra, de parochijs capitulum significauit. Sed laici habent prædia sua intra limites aliquarum parochiarum: ergo in illis tenentur decimas solvere prædiales.

An clerici teneantur decimas dare. Quæst. CXC II.

QVAERITUR, an clerici teneantur decimas dare.

Aliqui dicunt, quod sic, quia de iure communi ecclesia recipit decimas prædiorum, quæ in eius parochia sita sunt extra de decimis capitulum licet, & capitulum cum in tua. & tamen clerici habent interdum prædia aliqua intra limites parochie, siue in territorio eius: ergo tenentur dare decimas prædiales.

Secundo, quia religiosi clerici sunt, & sacerdotes, & tamen ipsi decimas soluunt, nisi in quantum excepti fuerint extra de decimis capitulum ex multiplici questione, & capitulum commissum. ergo tenentur clerici præstare decimas.

Tertio quia Leuitæ percipiabant decimas in veteri testamento, ad quarum similitudinem sunt nunc decimæ nostræ, & ideo dicuntur esse à iuristis de iure diuino extra de decimis capitulum parochianos, sed in veteri testamento Leuitæ dabant decimas summo sacerdoti: Numeri decimo octauo ca. ergo & nunc clerici tenebuntur decimas dare summo sacerdoti, id est Papæ, vel Episcopo.

Dicendum, quod videtur esse de iure communi, quod clerici non præstent decimas extra de decimis capitulum nouum, scilicet nouum genus exactionis est, vt clerici à clericis decimas exigant: idem enim secundum eandem partem, vel rationem non potest esse causa dandi, & accipiendi, sicut neque agendi, & pa-

tiendi: contingit tamen ex diuersis, & respectu diuersorum eundem esse dantem, & accipientem, sicut agentem, & patientem: clericis autem in quantum sunt ministri altaris spiritualia populo seminantes, decimæ à fidelibus debentur. Vnde tales clerici, in quantum clerici sunt, id est in quantum possessiones habent ecclesiasticas, soluere non tenentur. Ex alia vero causa, scilicet propter hoc, quod possident proprio iure, vt ex successione parentum, vel exemptione, vel ex alio quolibet titulo, sunt ad decimas obligati. Sic tenet beatus Tho. secunda secundæ questio. octuagesima septima arti. 4.

Sed circa hoc distinguendum est, quia aut isti sunt clerici coniugati, aut non. Si sunt coniugati tenentur omnes decimas solvere. Nam nullum diuinum ministerium exercent, propter quod eximantur à præstatione decimarum, sed quantum ad hoc omnino est, sicut laicus. De personalibus decimis apparet, quia datur ratione diuinorum, & sacramentorum. Sed clericus coniugatus recipit sacramenta à clerico non coniugato, ideo tenetur ei decimas dare. Sic dicitur extra de decimis in allegato ca. nouum, scilicet illi profecto clerici, qui a clericis spiritualium ministerium labores accipiunt, decimas eis debent.

Si autem sint decimæ prædiales etiam eas debent. Nam prædia habent intra limites alicuius parochie, & ratione prædij debentur huiusmodi decimæ extra de decimis capitulum licet, & capitulum cum in tua. Et non habent isti aliquid, quod eos eximat, in quantum sunt clerici coniugati, ideo tenebuntur ad decimas soluendas.

Si autem sunt clerici non coniugati, aut sunt religiosi, aut seculares. Si religiosi dicitur infra de eis. Si autem seculares clerici, aut considerantur clerici quantum ad alios æquales, aut quantum ad superiores. Si quantum ad æquales dicendum, quod irregulariter non tenentur ad decimas, quia par pari nihil debet, sicut nec in illis habet imperium. Et sic intelligitur in allegato capitulum nouum, scilicet, quod nouum genus exactionis est, vt clerici à clericis decimas exigant, & datur ibi causa, scilicet, quia neque Leuitæ accipiebant eas à Leuitis, sed solum à populo.

Leuitæ à Leuitis non accipiebant decimas, sed a populo in ve. test.

Sed adhuc dicendum, quod aut clericus non habet alia bona quam ecclesiastica, vt fructus beneficij sui, & prædia ecclesie, aut habet alia bona, siue patrimonialia, siue alio titulo quocunque.

Si primo modo, non tenentur ad decimas, quia ista bona habet in quantum clericus, & hoc esset clericum exigere decimas ab alio clerico, qui quantum ad hoc ei equalis est.

Si secundo modo dicendum, quod tenentur ad decimas, quia quantum ad hæc bona reputatur laicus, ideo soluet decimas prædiales, sicut laicus. Decimas autem personales quidam sub consuetudine ponunt, an clerici illas soluunt, vel non.

Sed dicendum, quod ad personales decimas, neque clerici, neque monachi tenentur, vt tenent communiter iurista. Et ratio est, quia, vt supra dicebatur de prædialibus, non soluit clericus decimas de fructibus, aut prædij beneficij sui, eo quod quantum ad hæc reputatur clericus. De prædij autem patrimonij soluit decimas, quia quantum ad hæc reputatur laicus. Et tamen personales debeantur ratione personæ, & ratione personæ non potest non reputari clericus, ideo ad personales non tenebitur.

Si autem queratur de clericis inferioribus respectu superiorum, an teneantur eis ad decimas.

Aliqui putant, quod sic, scilicet clerici Episcopo, vel Papæ. Sic dicit Hostiens. in summa. titu. de decimis. §. a quibus, s. q. clerici curati, qui immediate subiecti sunt

sunt Episcopo tenentur eis ad præstandas decimas de fructibus beneficiorum suorum de rigore iuris, sed consuetudo tenet contrarium: etiam ad hoc inducunt, quod Leuitæ in veteri testamento soluebant decimas summo sacerdoti de fructibus decimarum suarum Numeri decimo octauo capitulum. & extra de decimis capitulum. Episcopus est, vt summus sacerdos clericorum.

Sed dicendum, quod sacerdotes, siue clerici curati non tenentur ad decimas præstandas Episcopo de fructibus beneficiorum suorum, sicut neque clerici alijs clericis. Primo quia quantum ad decimas Episcopus, & sacerdos sunt socij, & partionarij, & de toto accipio decimarum percipiunt secundum partes suas canonicas 12. q. 1. §. si ergo res ecclesie. Et ita tenet Hostiens. in summa. eodem titulo. §. & vtrum præscribi. versu duodecimo queritur: sed partionarius non subijcitur partionario, sed sunt quantum ad hoc æquales, vel proportionaliter se habentes, ideo non tenebitur vnus alteri ad decimas.

Secundo, quia aut tenentur sacerdos Episcopo ad decimas quasi prædiales, aut ad personales, sed ad neutras, ergo ad nullas. Paret de prædialibus, quia illæ debentur ratione parochie, in cuius territorio sunt prædia, & hac ratione nullæ decimæ debentur Episcopo, nisi canonica sua, quam percipit de singulis ecclesijs sui Episcopatus, eo quod omnes illæ sunt in sua parochia, id est dioecesi, & iam illas accepit in quantum est partionarius cum sacerdote, ideo sacerdos non debet alias decimas sibi quasi prædiales, neque etiam personales, quia illæ dantur illis ecclesijs, in quibus quis percipit sacramenta, sed sacerdos curatus non recipit sacramenta ad Episcopo, sed a seipso, aut alijs confacerdotibus, ideo non tenetur ad personales decimas Episcopo.

Sed dices, tenetur dare decimam de fructibus beneficij sui.

Dicendum, quod falsum est, primo quia iste decimam videntur esse personales, quia non ratione prædiorum, & ad has non tenentur, vt dictum est.

Secundo, quia iam receperunt partem harum decimarum, cum sint partionarij cum clericis, & idem non debet bis exigi, quia non patitur hoc bona fides.

Tertio, quia eadem ratione tenentur Episcopus dare decimas archiepiscopo, vel Papæ de omnibus fructibus Episcopatus sui, quia ita se habet ad illum, sicut curatus ad Episcopum, sed hoc nemo asserit.

Quarto, quia id, quod allegatur in fundamentum, scilicet de Leuitis, non est simile, vt dicitur infra in solutione tertij argumenti.

Quinto quia consuetudo generalis hoc habet, scilicet, quod sacerdotes, aut clerici beneficiati non soluant decimas Episcopo de fructibus beneficiorum suorum, sicut dicit Hostiens. in summa. eodem titulo. §. a quibus. Et ista consuetudo generalis sufficeret ad tollendum in totum ius positium, si quod esset disponens de decimis soluendis à clericis. distinct. 4. capitulum. leges.

Sexto, quia non videntur ad hoc alligari iure communi. Nam decimæ debentur nunc de iure positum canonico, esse nihil debetur, nisi quod expressum est, cum fuerit ista obligatio inducta à iure, sed non expressum est, quod teneantur clerici dare decimam de fructibus beneficiorum suorum: ergo non tenebuntur: immo eodem titulo capitulum. nouum. videntur manifeste liberi esse, quia dicitur, quod nouum genus exactionis est, vt clerici à clericis decimas exigant. Et postea sequitur, quod illi clerici decimas soluunt alijs clericis, qui ab eis percipiunt sacramenta, & ideo necesse est clericos beneficiatos respectu Episcopi.

Alph. Toft. in Matth. Pars V L

scopi includi sub altera istarum duarum partium: Si sub prima non tenentur soluere decimas, & Episcopi male facerent exigendo. Si sub secunda falsum est, quia clerici beneficiati non recipiunt sacramenta, siue labores ministerium spiritualium ab Episcopo, vt dicitur eodem capitulum. nouum. sed recipiunt ab alijs confacerdotibus, ideo neque Episcopo tenentur ad decimas.

Cum autem obijcitur, eodem titulo capitulum. a nobis, quod quilibet tenetur decimas præstare, nisi a præstatione ipsarum specialiter sit exemptus, dicendum vno modo, quod intelligitur illa generalitas de solis laicis. Sic dicit Glo. ibidem, & ideo non tenentur clerici ad decimas vllas, in quantum clerici.

Secundo potest dici, quod etiam si capitulum. a nobis intelligatur generaliter de omnibus, adhuc non tenentur clerici ad decimas Episcopo dandas, quia ex parte sunt per illud capitulum. nouum. genus. & ita tenet beatus Tho. Secunda secunda quaestio. octuagesima septima articulo quarto, vt dictum est supra. sed manifestum est, quod quantum ad fructus beneficiorum suorum clerici reputantur: cum nullus possit habere beneficium, nisi clericus: ergo non tenentur de fructibus beneficiorum dare decimas Episcopo.

Sed dicitur: nūquid tenentur Papæ dare decimas? Dicendum, quod de hoc diffinitum fuit supra. & verum est, quod non tenentur dare decimas, neque illas dant. Nam si aliquo iure tenerentur illas dare certum est, quod præstarent, & Papa ab eis exigeret, sed non exigit. Item quia sicut dicebatur de Episcopo ad clericos curatos, ita est de Papa ad omnes viros ecclesiasticos. Nam cum onus soluendi decimas sit à iure canonico inductum, & tamen non est expressum aliquo iure, quod teneantur omnes ecclesiastici dare decimas Papæ, ideo non tenentur, sed cum Papa sit supremus in ecclesia, habet plenam potestatem circa bona ecclesiastica, & ideo non solum decimas de fructibus beneficiorum, sed etiam integros fructus, vel portionem, quam voluerit, recipere potest, si necessitates ecclesie hoc exigunt, & quandiu exegerint. Si autem sine causa iusta exigit ultra hoc, quod consuetum est, non euadit culpam apud Deum.

Ad primum argumentum in contrarium dicendum, quod si clerici habent prædia aliqua patrimonialia, vel alia quomodolibet acquisita: dum tamen non sint bona ecclesiastica præstant de eis decimas, sicut laici, quia quantum ad ista prædia reputantur laici. Si tamen sint prædia ecclesie, quæ pertinent ad beneficium clerici, non soluuntur de eis decimæ: vnde si clericus habet prædia profana, siue illa sint in parochia, in qua ipse est beneficiatus, siue in alia, soluunt plene decimam.

Sed dicit aliquis, quod non teneatur soluere decimam, quando præfata prædia sunt in parochia, in qua ipse est beneficiatus, quia sibi ipsi soluere videretur, & per hoc confunditur actio, quando idem est, qui debet, & cui debetur.

Dicendum, quod non est verum, quia non sibi solli debet, sed toti communitati beneficiorum illius ecclesie, qui secundum positiones, diuidunt decimas, ideo soluere tenetur.

Sed quid si solus sit ibi beneficiatus, an teneatur præstare decimas?

Dicendum, quod sic, quia licet solus sit, non solus percipit decimas, sed & habet Episcopus suam canonice portionem, habet etiam ecclesia pro fabrica, ideo semper tenetur de prædij talibus decimas soluere. Si autem huiusmodi prædia habeat clericus in aliena parochia planum est, quod decimas integre soluere tenetur, cū respectu illius parochie sit,

Ff 3 vs

vt merus laicus, si tamen prædia clerici sint ecclesiastica, idest pertinentia ad beneficium suum, non soluit decimas de illis, & hoc, siue sint in parochia ipsa, in qua beneficiatus est, siue sint in alia parochia, & in hoc habet locum capitulum nouum genus, quod clerici à clericis non exigant decimas, scilicet, de dote Ecclesiæ secundum vnum intellectum, & est verus. Et idem est, & à fortiori de prædijs ecclesiæ quæ ad fabricam pertinent, quia siue sint in parochia ipsius ecclesiæ, siue in alia non soluntur inde decima.

Ad secundum dicendum, quod prædicta de non soluendis decimis intelliguntur de clericis secularibus, de religiosis autem aliud est, vt dicitur infra.

Ad tertium dicendum, quod clerici non dant decimas alijs clericis eo modo, quo supra declaratum est, neque dant eas Papa, neque Episcopis. Quod autem inducitur de Leuita dantibus decimas summo sacerdoti, non facit ad propositum.

Primo quia licet decima nostræ sint ad similitudinem decimarum veteris testamenti, tamen non pendunt ex veteri testamento, sed ex statuto ecclesiæ habent vigorem, & necessitatem. Nam licet ideo statuit ecclesiæ, vel mota est ad statuendum decimas debere dari, quia dabantur in veteri testamento, tamen non ideo dantur nunc, quia ibi dabantur, sed quia statuit illud ecclesiæ, ideo non dabantur qualiter dabantur ibi, sed qualiter ecclesiæ statuit eas dari. Et tamen non statuit dari decimas Episcopis, neque Papa, vt dictum est, ideo non dabunt eis clerici decimas de fructibus beneficiorum.

Secundo, quia etiam si soluerentur nunc decimæ, sicut in veteri testamento, non stare eadem ratio, quia ibi Leuita dabant decimam decimarum suarum, eo quod soli Leuita percipiebant omnes decimas populi Numeri decimo octauo capitulo. & de illo aceruo nihil summus sacerdos percipiebat, ideo vt haberet aliquos redditus, dabant Leuita ei decimam decimarum suarum, sed nunc Episcopus recipit canonicam suam de toto aceruo decimarum populi, cum sit pactionarius cum beneficiato, vt dictum est. Et in illo acerno decimantur prædia clericorum, quæ non sunt ecclesiastica, ideo non est cautio aliqua, vt postea clerici decimas dent de fructibus beneficiorum suorum. Papa autem licet non percipiat portionem canonicam in singulis ecclesijs, habet determinatos redditus ab ecclesijs, & quando illi non sufficiunt potest tam de fructibus beneficiorum quam ecclesiarum, non solum decimam, sed quantam portionem voluerit accipere.

Tertio, quia est alia dissimilitudo, nam Leuita in veteri testamento non soluebant decimas, nisi de fructibus, quos recipiebant à populo. De pecoriibus autem suis, & agris, vel pensionibus domorum, & quibuslibet alijs rebus, nullas decimas soluebant cum solus populus præcipere solueret decimas Numeri 18. cap. Nunc vero clerici de omnibus pretijs profanis decimas soluunt, ideo non debent soluere de fructibus beneficiorum suorum, sicut Leuita de decimarum fructibus.

An Episcopus & Papa tenentur aliquas soluere decimas.

Quæst. CXCIII.

Quæst. CXCIII. VARIETUR, an Episcopus, & Papa tenentur aliquas decimas soluere. Dicendum quantum ad Episcopos, quod aut queritur de personalibus, aut de prædialibus. Si de personalibus, dicendum, quod nulli tenentur dare decimas, quia ipse non est subditus ali-

F cui, à quo recipiat diuina, ratione quorum dantur decimæ personales, vt extra de paroch. cap. significauit. & de decimis. cap. nouum. sed recipiet à quocunque clerico diocesis suæ, & illi sunt ei subiecti, ideo non tenentur ad decimas personales. Item quia vt dictum est præcedenti quæstio, generaliter clerici seculares, & religiosi, non tenentur ad decimas personales, ergo à fortiori non tenebuntur Episcopi.

Si queratur de prædialibus, est maius dubium, sed tunc dicendum, quod aut sunt illa prædia sita extra suam diocesim, aut intra eam. Si extra eam non videtur esse aliqua causa quare excuset se Episcopus à præstatione decimarum, cum is censetur purus laicus, quia respectu alienæ diocesis nihil ipse habet. Et hoc verum est, si illa prædia sint profana, vt patrimonialia, vel alijs non pertinentia ad ius dignitatis suæ, quia si pertinent ad dignitatem Episcopalem, etiam si sint in aliena diocesi non soluuntur decimæ de illa, sicut quando clericus habet aliquod prædium beneficij sui in aliena parochia, non soluit de illo aliquas decimas, vt dictum est præcedenti quæstio.

Si autem sint in sua diocesi prædia, & pertinent ad dignitatem Episcopalem, non soluuntur decimæ de illis. Si autem sint prædia profana, dicunt aliqui, quod non tenentur dare decimas, quia tunc confunderetur actio, scilicet, quia idem esset dantis & accipientis. ff. de solutionibus. l. f. l. i. §. additio. Neque potest quis sibi ipsi obligari. ff. ad Velleia. l. tutor. Et hanc opinionem amplectuntur multi Episcopi nostri temporis nullas decimas de prædijs profanis suis soluentes.

Alij dicunt, quod tenentur Episcopi soluere de prædijs profanis. Nam prædiales debentur ratione prædij, ideo cum quantum ad profana quilibet censeatur laicus, tenebitur Episcopus de his decimas dare. Nā alias posset fraudari, quasi in totum Ecclesijs parochialis iure suo, vt si episcopus emerit maiorem partem prædiorum alicuius parochiæ, & de illis non solueretur decima, ideo Hostien. & Henri. & alij tenent, quod teneantur episcopi in his ad decimas prædiales.

De Papa dicendum, quod ad personales non tenentur, quia nemini subijcitur, à quo sacramenta percipiat, sed ipse omnibus potestatem, & iurisdictionem tribuit. De prædialibus oportet dici, quod tenentur ad illas de prædijs profanis, si essent decimæ de iure diuino, sicut plurimi iuristarum tenent, cum etiam Papa subditus sit iuri diuino. Et tamē cum sint decimæ nunc non de iure diuino, sed de iure canonico, vt ostensum est supra: & Papa sit conditor canonis, quia non potest ligari lege sua, neque lege prædecessorum suorum, quia par in parem non habet imperium, & ita de rigore iuris non tenebitur ad aliquas decimas soluendas, sed de æquitate solum in quantum lex iusta est, & debet quis pati legem quam tulerit extra de præbend. capi. pro illorum. & imperatores dixerunt, licet legibus subiecti non simus, legibus tamen viuimus.

Par in parem non habet imperium.

An religiosi teneantur ad decimas soluendas. Quæst. CXCIII.

Quæst. CXCIII. VARIETUR, an religiosi teneantur ad decimas soluendas. Dicendum, quod aut queritur de vere religiosis, aut de alijs, qui aliquam conditionem religiosorum habent saltem in aliquo priuilegio, sicut sunt leprosi. Si de leprosis dicendum, quod hi cum sint vere laici, tenentur ad decimas omnes, tam prædiales quam personales, sicut ceteri laici, nisi in aliquo, in quo eos ius eximit, quia

Leprosi duo dantur priuilegia.

quia cum sint afflicti miserentur eis iura extra de ecclesijs ædifi. cap. cum dicat. Et dantur eis duo priuilegia. Vnum est, quod possint habere Ecclesiam propriam, quando multi fuerint in vna congregatione, ita vt Ecclesiam habere, & construere possint, & propriam habere presbyterum.

Secundum est, vt de hortis suis, & nutrimentis animalium non soluunt decimas. Et exponunt doctores de nutrimentis, idest de animalibus, quæ nutriuntur ab eis, & nascuntur, quod non soluunt decimas. De ceteris autem soluunt decimas, sicut laici, cum hoc non in fauorem religionis, sed ex misericordia propter eorum percussione concessum sit, & quia de commercio aliorum hominum generaliter excluduntur extra de coniugio lepro. cap. pertinet eis ab Ecclesia concedatur extra de eccle. ædifi. cap. cum dicat.

Si autem queratur de religiosis dicendum, quod aut queritur de decimis personalibus, aut de prædialibus. De personalibus dicendum, quod generaliter non tenentur aliqui religiosi illas soluere, quia personales dantur ratione ministeriorum spiritualium, idest sacramentorum extra de decimis. cap. nouam. sic tenet Innoc. extra de sta. mon. cap. i. & Hostien. & Ioan. And. post eum. & tamen religiosi non recipiunt sacramenta, neque audiunt diuinam à clericis secularibus, neque ab alijs religiosis, ideo non tenentur ad personales.

Si queratur de prædialibus, vel quasi: est dicendum, quod de iure communi obligati sunt ad decimas soluendas ecclesijs illis, in quarum parochijs prædia sunt sita. extra de decimis. cap. ex multiplici, & capit. commissum. Nisi quatenus eis est priuilegio aliter concessum est. Et loquimur de priuilegijs in corpore iuris clausis. Circa exemptionem istam designantur tria tempora. eodem titulo, capi. ex parte tua, in textu & glo. Primo enim in Ecclesijs primitiua omnes monachi, & quicunque religiosi dabant decimas de prædijs, & laboribus suis, sicut laici. ar. decimo sexto, quæstio. prima. cap. alia causa, & cap. generaliter, & 12. quæstio. prima. capi. duo. & hoc durauit vsque ad tempus Paschalis Secundi: tunc enim Paschalis, & concilium Maguntinense statuerunt, quod neque monachi, neque religiosi, neque aliqui communiter viuentes decimas de laboribus suis soluere. 16. quæstio. prima. cap. quæsti. & capit. decimas. Postea vero Adrianus Papa solis Cisterien. & Templarijs, atque hospitalarijs concessit, quod de laboribus, quos proprijs manibus excolunt, decimas soluere non teneantur: alijs autem monachis concessit solum decimas de noualibus suis, quæ suis manibus colunt, & de hortis & de nutrimentis animalium suorum, idest, de animalibus, quæ nascuntur: & istud tenetur hodie, vt in allegato cap. ex parte tua.

Quo intelligit religiosi esse priuilegiatos si per noualibus.

Sed sciendum, quod cum dicitur religiosos esse priuilegiatos super noualibus intelligendum est, si proprijs manibus, idest suis, vel suorum famulorum, aut proprijs sumptibus colant: si autem locauerint alijs ad censum, vel quomodolibet, soluuntur decimæ de illis.

Etiam quædo dicitur esse priuilegiatos aliquos religiosos super laboribus suis de proprijs terris, debet intelligi si ipsi eas colant, vel expensas in colendo faciant. Si autem alijs locauerint terras suas colendas soluuntur decimæ de illis. extra de decimis. cap. licet. Nam tam dantes quam recipientes possessiones ad factum decimas soluunt. eodem titu. capi. à nobis. Etiam si religiosi non habentes terras, quas colant conducant eas ab alijs, & colant proprijs manibus nihilominus tenentur integrè decimas soluere. cod.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

titulo, capit. dilecti. quia ad hoc, quod habeat locum illud priuilegium, requiruntur duo, scilicet, quod terras, quæ coluntur sint ipsorum religiosorum, & quod eas proprijs manibus, vel expensis colant. Tertium addendum est, scilicet, quod illa possessiones fuerint acquisitæ ante Concilium Generale sub Innocentio Tertio. Nam de illis non soluunt decimas, existentibus duabus prioribus conditionibus. Si autem post illud Concilium acquisitæ fuerint possessiones religiosi prædictis, qui hoc priuilegio gaudent, scilicet, Cisterien. Templarijs, & Hospitalarijs soluunt de illis integrè decimas, etiam si proprijs manibus prædictas possessiones colant. extra de decimis. capit. nuper Abbates. Et hoc ne grauentur ecclesijs parochiales, cum quotidie prædictis religiosis multæ possessiones darentur, & multas ipsi emerent, & poterant in totum iure suo aliquæ parochiales ecclesijs fraudari. Fuit autem hoc Concilium celebratum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo octauo. Sed vt alij melius computant, fuit anno millesimo ducentesimo quintodecimo celebratum per Innocentium Tertium in Basilica Lateranen. Hæc autem vera sunt, quando constat de possessionibus illis, an ante Generale Concilium, vel postea acquisitæ fuerint. Si autem dubitatur dicendum, quod debet præsumi, quod post Concilium Generale fuerint acquisitæ, quia fauor est hic pro ecclesijs parochialis, quæ læditur per extensionem priuilegiorum, quæ vult Papa restringere in allegato cap. nuper. & cap. suggestum. Et ideo tenebitur monasterium, vel religiosi probare, quod ante Generale Concilium acquisitæ fuerint possessiones, sicut est de laico habente decimas ab antiquo in pace, de cuius contrario non est memoria, an præsumatur pro eo, quod habeat in feudum ab antiquo, & non præsumitur, nisi probauerit, sed præsumitur, quod illicite detinet, vt dicit Hostien. in summa. eodem titulo. §. & vtrum præscribi. & dictum est supra.

Concilium celebratum ab Innoc. III.

Sed omnia, quæ dicta sunt de priuilegiatis religiosi, vera sunt, quando illi non habent populum commissum, de quo curam animarum habeant, sed habent possessiones in aliena parochia: quod necesse est, cum ipsi nullam parochiam habeant. Si autem populum habent, percipiunt ipsi decimas à populo commissum, tam personales quam prædiales, quæ iam parochiam habent: & tamen hoc non obstant, quod ipsi soluunt decimas de possessionibus suis, quas habent in alienis parochijs, siue illæ sint seculares, siue religiosæ de hoc extra de decimis. capitulo. ex parte, in glo. & Hostien. in summa, eodem titulo, §. & à quibus. Et verum est, quia habere parochiam, siue populum nullum ius dat religiosi, nisi percipere posse decimas ab illis, qui sunt eorū parochiani, & ideo possessiones eorum, idest religiosorum, quæ sunt intra limites propriæ parochiæ non soluunt decimas, quia confunderetur actio cum sibiipsis soluere deberent, sed possessiones eorum, quæ fuerint in alienis parochijs soluunt decimas, nisi super eis priuilegiati fuerint, utpote si proprijs manibus, aut sumptibus eas colant, & hoc quantum ad Templarios, Hospitalarios, & Cisterien. qui hoc priuilegium habent. Ceteri vero soluunt decimas integrè de talibus possessionibus cum non sint priuilegiati, nisi super noualibus & hortis, & nutrimentis animalium, extra de decimis. capitulo. ex parte. Et in hoc differunt religiosi isti à clericis secularibus, quia secularis clericus de possessionibus Ecclesiæ, vel beneficiorum suorum non soluunt decimas, etiam si ille sint sitæ in aliena parochia, vt ostensum est supra: religiosi autem habentes parochiam de possessionibus monasterij sui, q

Seculares clerici de ecclesijs possessionibus non soluunt decimas.

funt in alienis parochijs decimas soluunt, nisi specialiter super eis fuerit priuilegiati. Et ita clerici seculares recipiunt decimas, & non præstant. extra de deci. cap. nouum genus. Religiosi autem dant decimas, & recipiunt. Ratio differentia est, quia ad clericos seculares competit de iure communi recipere decimas, ideo quantum ad ea, in quibus reputantur clerici liberi sunt de iure communi ab omni præstatione decimarum, religiosis verò non competit recipere decimas de iure communi, sed ex speciali quorundam priuilegio, ideo de iure communi tenentur ad præstationem omnium illarum decimarum, à quarum solutione non se ostenderint priuilegiatos.

Sed sciendum, quòd religiosi priuilegiati super decimis perdunt priuilegium, si enorme præiudicium pareatur Ecclesiæ parochiali, vt extra de decimis. cap. suggestum, & extra de verborum signi. cap. quid per nouale. Nam priuilegio concesso ibi quibusdam religiosis, quando pauca monasteria, & possessiones habebant de non soluendo decimas, quia postea excreuerunt multas possessiones & monasteria, læduntur Ecclesiæ parochiales, & reuocatur priuilegium. Et ista est causa quare Innocentius in ca. nuper Abbates. restrinxit priuilegium de non soluendis decimis de laboribus suis, quod erat indultum Templarijs, Hospitalarijs, & Cistercijs. quia excrecebant possessiones eorum quotidie tantum, siue que donabantur, siue quas ipsi emebant, quòd si de illis nullas decimas soluere de parochiali Ecclesiæ soluerent, etiam si prædictas possessiones proprijs manibus colerent.

Sed sciendum, quòd in hoc casu priuilegium non perditur ipso iure dato, quòd Ecclesiæ parochialis ostenderit se enormiter lædi, sed venit reuocandum, & est causa, vt illud Papa reuocet.

Secundus casus est propter pactionem, siue amicabilem compositionem. extra de decimis. c. ex multiplici. Nam conuentio fuit ibi inter Abbatem, & Presbyterum parochialem de soluendis decimis, cui conuentioni non derogatur per priuilegium.

Tertius est propter contrarium actum præscriptum, vt si priuilegiatus de non soluendo decimas soluit illas per triginta annos extra de priuilegijs. ca. si de terra, & a fortiori si per quadraginta annos soluit. eo. tit. cap. accedentibus.

Quartus si priuilegiatus cõducatur prædium alienum, quia de illo decimas soluet, extra de deci. cap. dilecti. & hic non proprie dicitur perdi priuilegium, sed non extendi ad illum casum, quia oportet, quòd sint propria illa possessiones, quas colunt, eodem capitu. dilecti.

Quintus si priuilegiatus super hoc suum prædium priuilegiatum locet. alteri colendum, quia tunc soluuntur decimæ de eodem tit. cap. licet. & etiam tunc non perditur priuilegium, sed non extenditur ad hunc casum, videtur tamen perdi quantum ad illud prædium, & pro tunc, quia cum posset gaudere priuilegio exemptionis, non gaudet, eo, quòd traditur colendum personæ non priuilegiatæ.

Sextus si sententia feratur contra priuilegiatum, à qua non appellauit, siue priuilegium ostenderit, siue non. extra de sentent. & re iudic. cap. inter monasterium, & cap. suborta. Alias autem retinent priuilegia sua religiosi quantum ad ea, in quibus super decimis priuilegiati sunt.

C. si quare Innocentius Papa restrinxit priuilegium religiosorum de decimis.

An Iudæi & Saraceni obligati sint ad decimas. Quæst. CXCIV.

QVAERITUR circa infideles, idest Iudæos, & Saracenos, an obligati sint ad decimas. Dicendum primo de Iudæis, quòd aut queritur quantum ad eos de decimis prædialibus, aut de personalibus. Si de prædialibus dicendum quòd tenentur ad eas soluendas.

Sed in hoc est dicendum, quòd aut illi habitant intra terminos alicuius parochiæ, aut non. Si sunt extra terminos omnium parochiarum, non sunt obligati ad soluendas aliquas decimas prædiales, eo quòd decimæ prædiales ratione prædij debentur, & infideles eas soluunt, vt non fraudetur iure suo Ecclesiæ parochialis extra de decimis. cap. de terris. Et tamen si prædij Iudæorum sint extra omnes parochias, non grauat aliqua Ecclesiæ parochialis, eo quòd non soluuntur decimæ de illis prædij, ideo non tenentur ad decimas prædiales. Et hoc non solum est verum quantum ad illos Saracenos, & Iudæos, qui non sunt subditi Christianis, sed etiam quantum ad illos, qui in terra Christianorum habitant, idest inter Christianos, & sunt subditi eis, vt si aliqua ciuitas, vel terra nouiter acquireretur de manu infidelium, que nunquam pertinuisset ad Christianos, illa non esset intra terminos alicuius parochiæ, vel diocesis. Simile patet extra de præscriptionibus. cap. 1. & tunc si talis terra infidelium capiatur, & ipsi non conuertantur ad fidem, licet maneat sub potestate Christianorum, non tenentur ad aliquas decimas de rigore iuris, cum non sint sub limitibus alicuius Ecclesiæ parochialis, vel diocesis, nisi secus de compositione, vel ex iure aliquo iniuncto fiat, quia ille qui subijcit infideles potest eis imponere quæ voluerit, quia sicut imponit tributum, & seruitia secularia, ita poterit imponere præstationem decimarum prædialium faciendam alicui Ecclesiæ, & postquam hoc concessum fuerit Ecclesiæ, habebit ius petendi decimas, & compellet infideles ad solutionem earum.

Si autem sint prædij Iudæorum intra limites alicuius Ecclesiæ parochialis. Dicendum, quòd tenentur ad præstandum decimas prædiales illi Ecclesiæ, quia præstantur ratione prædiorum, & sunt prædij illa intra limites parochiæ, ideo debita sunt decimæ illa Ecclesiæ. extra de deci. cap. de terris. Et redditur ibi causa, scilicet, ne forte occasione istarum terrarum, vel possessionum valeat Ecclesiæ parochiales suo iure fraudari. Et ideo si decimas nolunt soluere, compelluntur ad dimittendas possessiones eodem cap. sci licet, vt alijs vendant, vel tradant, qui decimas soluere velint. Est autem præiudicium istud, vt si forte alij tenebant ista prædij, qui decimas prius soluebant, & nunc transeunt Iudæi ad dominium prædiorum non soluere decimas, fraudaretur Ecclesiæ iuribus solitis, etiam quia si hoc priuilegium esset Iudæorum, vt nullas decimas prædiales solueret, emerent plurimas possessiones Christianorum, & ita daretur occasio ad hoc quòd Ecclesiæ parochialis in totum suo iure fraudaretur.

Sed dicitur, quòd ponamus, quòd Iudæi terras de nouo colant, vt scilicet plantent vineas. De illis enim quando non erant, non poterant dari decimæ, ideo etiam si nunc Iudæi nullas decimas dent, non præiudicatur Ecclesiæ parochiali. Dicendum, quòd paratur præiudicium, quia licet prius non essent vineæ, erant tamen terre arabiles, de quibus soluebantur decimæ, & ideo licet vertantur nunc in vineas, manent terre decimales, & præiudicium fieret Ecclesiæ si de eis non soluere decimæ. Sicut patet extra de deci. ca. commissum,

missum, vbi si plantantur vineæ, vel colliguntur fruges in solo, in quo prius domus erant, debent decimæ solui, etiam si erat prius terra pascualis, de qua decimæ soluebantur, & incipit arari, vel plantari ad vineas, soluuntur inde decimæ, ideo sic Iudæi tenebuntur plantantes vineas in terra, quæ prius erat arabilis, vel habitata.

Sed dicitur, quid si Iudæus plater vineam, vel arat terram, quæ nullo vtu ante hoc apta fuit, qualem terram noualia vocamus extra de verb. signi. c. quid per nouale. Videtur, quòd non teneatur ad decimas prædiales, cum ecclesiæ non lædatur inde, quia ante hoc non erat terra decimatis.

Dicendum, quòd soluenda sunt inde decimæ, quia licet de noualibus illis nunquam decimæ solutæ fuerint, quia nemo illa colebat, tamen quia erant intra limites parochiæ, erant obligata illi parochiæ, vt si quis ea coleret, non alteri, sed ipsi ecclesiæ decimas solueret. Et quia si Iudæus non coleret illa noualia, coleret ea aliqui Christiani, qui decimas de eis solueret, ideo si Iudæus ea colerit, tenebitur ad decimas, ne per hoc Ecclesiæ parochiali præiudicet, ideo quicumque Iudæus moratur inter Christianos habet prædij aliqua intra terminos alicuius parochiæ, tenetur integras decimas soluere prædiales, vel cogetur ad dimittendum prædij alteri, qui soluat decimas. extra de deci. cap. de terris. Habet autem ecclesiæ modum cogendi Iudæum ad hoc, sicut cogit Iudæos ad relaxandas vsuras Christianis extra de vsuris cap. post miserabilem, si priuilegium communionis fidelium, quoniamque restituerint, & si hoc non sufficit, compelluntur absolute per dominos temporales, tollendo bona eorum ad satisfaciendum ecclesijs de decimis debitis. Si autem loquamur de decimis personalibus non est ita iure expressum, sicut de prædialibus, ideo aliqui tenent, quòd non teneatur Iudæus ad personales, quia non est de corpore ecclesiæ, vt Inno. Alanus, & Ber. Alij autem dicunt contrarium, vt Tan. Hu. & Io. 16. q. 1. cap. decimæ. Alij tenent mediam viam, dicentes quod non præstant omnes decimas personales, sed quaedam, vt vult Ber. extra de decimis ca. tua nobis.

Dici ergo potest ad concordiam horum, quòd sicut decimæ prædiales sunt debita ratione prædij, ita personales sunt debita ratione personæ, & quia Iudæus prædij habet interdum, sicut Christianus intra limites parochiæ, tenetur directe Iudæus ad prædiales, sicut Christianus si prædij colit, siue sua sint, siue aliena. Personales autem debentur ratione personæ, & quia Iudæus non est de corpore ecclesiæ, non videtur, quòd ad aliquid ratione personæ suæ teneatur ecclesiæ. Item dantur personales decimæ illi ecclesiæ, in qua quis audit diuina, & percipit sacramenta: extra de parochijs cap. significauit. & extra de decimis. cap. nouum. Iudæus autem neque diuina audit, neque percipit sacramenta, ideo non est causa, vt decimas personales det. Et sic est dicendum, quòd Iudæus non tenetur ad decimas personales tanquam ad decimas, sed vt ad interesse quoddam potest teneri ad illas, si quia habitat in domo aliqua, que est intra limites parochiæ in qua si habitaret aliquis Christianus solueret decimas personales, ideo tenetur hoc modo ad personales tanquam ad quoddam interesse ecclesiæ: ne legatur. Sic dicit Hosti. extra de vsu. cap. quanto. §. si. quòd si Iudæus domum parochiani mei tenet, estimari debet quantum à parochiano, & familia ibi commorante recipere consuevit ecclesiæ, & ad tantum est Iudæus obligatus. Vnde circa hoc videtur dicendum, quod aut Iudæi habitant in domibus, quas conduxerunt à Christianis, vel emerunt ab eis, in quibus solebat prius morari Christiani, aut non. Si primo modo videtur, quod te-

Quo Iudæus tenetur ad decimas personales

Distinctio penes Iudæorum domus.

neantur ad decimas personales sub nomine interesse, quia alias læderetur ecclesiæ parochialis, vt sicut interdum fit, quod intra limites alicuius parochiæ non habitent nisi Iudæi, licet prius ibi Christiani habitauerint. Si secundo modo, utpote si domus Iudæorum fuerint semper in loco ipso antequam inciperet esse parochialis: non videtur, quod teneantur ad aliquid sub nomine interesse, quia nullum perit ecclesiæ cum nullum vnquam fuisset acquisitum ei. Si autem prius extiterat ecclesiæ parochialis, & tamē erat aliquis locus in quo nulla vnquam fuerat habitatio, & Iudæi fabricant domos intra limites illius parochiæ non videtur, quod teneantur ad decimas velut ad interesse, cum nihil consueuisset ecclesiæ accipere de illo loco, quia fuerat semper non habitatus. Nisi forte quis dicat, quòd illud est, sicut de noualibus, quia licet de noualibus nihil fuerat ante hoc præstitum ecclesiæ parochiali, nihil neque erat locus pascualis, neque terra, quæ coleretur extra de verbo. signi. cap. quid per nouale. tamen statim vt incipit coli, & est nouale debentur de eo decimæ illius ecclesiæ parochiali, intra cuius limites est. extra de decimis. cap. quoniam, & c. cum contingat, & cap. cum in tua.

Sed dicendum videtur, quòd non est æquale in prædialibus, & personalibus, quia prædiales sunt debita directe, ideo debentur etiam de prædij Iudæorum, quæ sunt noualia: personales non ita directe, ideo non debentur de locis nunquam habitatis, quæ succedunt loco noualium, si Iudæi ibi habitare ceperant intra limites parochiæ.

Si autem quaratur de Saracenis dicendum, quòd omnino idem est quantum ad solutionem decimarum prædialium quam personalium, quòd de Iudæis, quia æqualiter sunt elongati, & distantes à corpore Ecclesiæ. Sed aliqui dicunt, quòd non est idem, quia de Iudæis expresserunt iura, quòd decimas prædiales soluerent, de Saracenis, autem nihil.

Dicendum, quòd eadem omnino ratio est, & ideo eadem dispositio iuris. sed non expressit causa non de Saracenis, & alijs Paganis, sicut de Iudæis, quia Papa respondet iuxta id, quòd ab eo quaesitum est, & forte quaesitum fuit de solis Iudæis, ideo de eis solis respondit. Alia etiam causa est, quia forte tunc non habitabant Saraceni aliqui mixti inter Christianos intra limites parochiarum, sicut Iudæi. Nam in pluribus regionibus dispersi sunt Iudæi inter Christianos: Saraceni autem in paucis.

Cui Ecclesiæ danda sunt decimæ. Quæst. CXCVI.

QVAERITUR nunc cui Ecclesiæ danda sint decimæ. Dicendum ad hoc, quòd triplices sunt decimæ. Quædam prædiales, quædam personales, aliæ mixtæ. Pure prædiales sunt, quæ de fructibus prædiorum dantur, vt de frugibus, vino, & fructibus arborum. De his dicendum, quòd de iure communi pertinent hæc decimæ ad Ecclesiæ parochialem in cuius territorio sita sunt prædij extra de parochi. c. significauit. & extra de deci. c. tua. & c. cum contingat, & c. cum in tua. Hoc verum est, nisi aliud obtineat de consuetudine, aut præscriptione, aut priuilegio. De consuetudine patet, quia si consuetum est, quod homines habitantes in vna parochia, & habentes prædij in alia soluant totas decimas Ecclesiæ in cuius parochia manent, vel partem earum, & non Ecclesiæ in cuius parochia sunt sita, valet consuetudo extra de decimis cap. cum sint homines, & cap. ad Apostolicæ.

Ex præscriptione etiam recipitur decimæ de prædij vnus parochiæ in alia, si Ecclesiæ illa præscripsit decimas in alia, quia licet laicus non possit prescribere decimas.

re decimas quantumcunque tempore detineat eo, q̄ nunquam potest possidere, tamen Ecclesia cōtra Ecclesiam bene præscribit illas extra de præscrip. cap. de quarta. & de restitutione spoliatorum ca. ad decimas. Et de præscriptio. ca. Episcopum lib. 6. de quo magis dictum supra. Et non solum Ecclesia parochialis, sed etiam monasterium potest præscribere decimas contra Ecclesiam parochialem si monasterium habeat parochiam, & sic intelligitur extra de deci. c. cum contingat, & cap. cum in tua.

Ex privilegio quoque, vel concessione Ecclesie percipit aliquis etiam laicus decimas alicuius Ecclesie parochialis, ut si data sunt ei in feudum extra de decimis ca. a nobis. Idem si ex privilegio, siue aliqua infestatione concessa sint decima alicui laico, vel religioso loco à Papa, percipit illas secundum formam privilegij, sic percipiunt religiosi aliqui, ut extra de decimis cap. dilecti. alias autem semper decima pure prædialis pertinet ad Ecclesiam parochialem. Et hoc verum est tam quantum ad decimas de antiquis prædijs quam etiam de novis, cum decima novata datur Ecclesie parochiali si cōstat, in qua parochia sint. Si autem non constat potest Episcopus de eis dispoñere, vel in usus suos convertere eod. ti. c. quonia. Et in aliquid speciale, tã circa decimas de novis quam circa decimas de prædijs antiquis: nam religiosis omnibus concessum est decimas retinere de novis, que proprijs manibus, vel expensis colunt, licet non sit eis concessum retinere de prædijs ab antiquo decimilibus, sed de illis dant decimas Ecclesie parochiali eod. ti. c. ex parte tua. Quantum ad prescribentes verò, & feudatarios, & laicos privilegiatos è contrario accidit in novis, quia si aliqua ecclesia, vel loca religiosa præscripsit decimas in parochia alterius, & superexcrescant novalla, non recipiet decimas de novis Ecclesia prescribens, sed parochialis extra de decimis cap. cum contingat, & cap. cum in tua. Etiam si alicui in feudum data sint decima alicuius Ecclesie, vel in privilegium non accipiet decimas de novis, quia fuerunt post illam concessionem. eod. ti. ca. tua. hæc de decimis pure prædialibus, quas vocant iura decimarum messuram, & fructuum arborum eod. ti. ca. ad Apostolicam.

Religiosis concessum est decimas de novis retinere, & proprijs manibus colunt.

Proprie personales decimæ.

Si autem queratur de pure personalibus, dicendum, quod ille sunt dande illi Ecclesie, in qua quis audit divina, & recipit sacramenta extra de paroch. c. significavit. & extra de decimis cap. novum, & cap. ad Apostolicam, si noveris igitur, quod æquum est, quod illi Ecclesie decimæ personales reddantur ab eis, in qua Ecclesia decimæ personales reddantur ab eis, in qua Ecclesia decimæ personales illas, que veniunt ex sola operatione personæ, ut ex artificio, ex militia, ex negociatione, & similibus, quia istæ, neque sunt fructus prædiorum, neque aliquo modo ad fructus prædiorum, aut ad prædia pertinentes, sed sola industria, & labore personæ proueniunt. Sciendum tamen, quod aut circa solutionem istarum decimarum, si cui Ecclesie dentur est aliqua consuetudo, aut non: quia consuetudo nimis obtinet circa personales, & si consuetudo est soluentur, sicut consuetudo est, licet ratio æquitatis debeat illi Ecclesie deberi, ubi percipiuntur sacramenta in allegato cap. ad Apostolicam.

Sed quid si aliquis non manet in eodem loco toto anno, sed in diuersis moratur: ubi soluet personales decimas? Dicendum, quod semper est attendendus locus domicilij: licet enim quis peregrinet magna parte anni, aut maneat in aliquo, vel aliquibus locis non tenebitur ad decimas personales, nisi in loco, ubi domicilij habet, quia ibi censetur parochianus, & non alibi, & dicitur habere domicilium, siue ipse domici-

lium habeat, siue sit de familia alterius habentis domicilium. Sed quid si aliquis habeat diuersa domicilia, & solet residere in illis diuersis locis & temporibus anni, ubi soluet decimas personales?

Dicendum, quod si super hoc aliqua consuetudo in illa regione est, stabitur illi, si non est determinata consuetudo, aut quis acquirit aliqua in vno loco, que non acquirit in alio, de quibus datur decima personalem, aut non. Si primo modo, videtur, quod illi Ecclesie dantur decimæ personales, in cuius parochia soluitur commoratio acquirit ea, de quibus decima soluitur, ut si in vno loco exerceret quis aduocationem, vel lecturam, & in alio non, sed exerceret negociationes, solueret in vno loco decimas personales de aduocatione, & lectura, & in alio de negociatione. Si autem non sunt distincte acquisitiones secundum loca, videtur quod decimæ personales sint diuidende inter illa loca secundum portiones temporis.

Si queratur de decimis mixtis soluentur maxime consuetudo, si est. Vocantur mixte, que non sunt omnino determinate prædialibus, neque omnino personales, licet magis sapiant naturam quandam quam aliarum, & sic est primo de pecoribus, & nutrimentis quorumcunque animalium.

Cui Ecclesie dantur decimæ de pecoribus. Quest. CCXCVII.

Quæritur ergo circa hæc cui Ecclesie dantur decimæ de pecoribus.

Quæritur, quod aut pecora manent, & pascuntur toto tempore intra limites illius parochie, in qua moratur dominus pecorum, aut non. Si in eadem parochia nullum dubium est, quin eidem parochiali Ecclesie dantur integre decimæ de his pecoribus: Si autem non manent, neque pascuntur pecora semper intra limites eiusdem parochie, sed aliquando in vna, & aliquando in alia, communiter tenetur, quod diuidi debeat ista decima inter Ecclesias, ut sit quasi quedam societas contracta inter ecclesias. Sic tenet Hosti. in sum. ti. de deci. §. cum danda, & modus diuisionis erit secundum consuetudinem ecclesiarum.

Sed quid si quis habitans in vno loco, emeret pecora in alio, & ibi pasceret ea, & venderet, & nunquam deduceret ad propriam parochiam, ubi solueret decimam? Aliquis dicit, quod totam soluet in loco, in quo pascuntur, & manent pecora.

Sed dicendum, quod non stat, quia hoc esset iudicare de pecoribus, sicut de prædialibus pure, sed non sunt prædia. Ideo dicendum, quod cum nutritiones, & propagationes pecorum sint quedam lucra, & lucrum respicit personam debent indicari personales quantum ad aliquid, ideo dabitur aliquid de illis decimis ecclesie in cuius parochia moratur dominus pecorum: immo aliqui volunt, quod tota decima debeat dari ecclesie parochiali ubi est dominus, & illi ecclesie intra cuius limites pascuntur, & manent, debet dari decima de herba, siue dominus pascuorum sic ea locauit pastoribus, siue per dominum pecorum. Sed rationalius est, quod dictum est, scilicet diuidatur decima de pecoribus intra vtramque ecclesiam, quia ultra decima pascuorum, que est prædialis debet dari de nutritis, & natis animalibus. Si queritur de animalibus domesticis, ut pullis porcis, & alijs auibus, que in domo pascuntur, & manent. Manifestum est, quod datur decima ecclesie parochiali, in qua dominus horum est, quia sunt hæc intra eandem parochiam, in qua ipse.

Sed quid si quis extra parochiam suam habet domos aliquas, in quibus pascit gallinas, an seras, porcos, & similia, que in domo nutriuntur, cui ecclesie dantur

decimæ. Dicendum videtur, quod diuidatur decima inter vtramque parochiam, & hoc maxime si dominus horum animalium habet aliquos, qui pascant hæc animalia, que pertinent ad ipsam parochiam. Nam ex eo, quod ipsi recipiunt sacramenta in ipsa parochia, debetur aliquid de illa decima illi parochie. Si autem dominus de alia parochia veniret in illam domum, & pasceret ibi animalia de cibo, quem de parochia sua adduceret, & non manerent aliqui curatores animalium in domo illa, qui esserentur de ipsa parochia, videtur quod tota decima de iure pertineat ad parochiam, in qua moratur dominus animalium, nisi aliud habeat consuetudo, sicut qui non habet, nisi vnum domicilium, licet alibi negociatur, non soluet decimam de lucro, nisi in parochia, in qua est eius domicilium.

Si autem queratur de animalibus feris, aut illa habentur per famam venationem, aut tenentur inclusa in aliquo loco, & ibi nutriuntur, & capiuntur.

Si primo modo dicendum, quod non dicitur ista decima de animalibus, sed de lucro venationis, quia ista reducuntur in pecuniam, & non dantur in decimam animalia ipsa de venatione capta, & ideo decima horum est pure personalis, & debet dari ecclesie, in qua venator est parochianus, de quo dictum est supra. Si autem habeatur animalia fera sine venatione, ut quia nutriuntur inclusa, aut illa sunt ita, quod non exeant, siue parum exeant, aut exeant liberè, & longe. De primo, ut de cirogryllis, & leporibus interdum inclusa intra ambitum alicuius ædificij, vel si sint in aliqua congregatione arborum sine muro, & habent ibi caueas, ubi manent, & nutriuntur catulos. Et tunc dicunt aliqui, quod de his debetur decima prædialis, quia beneficio terræ illius viuunt. Et ideo sicut de pascuis debetur prædialis, siue sint omnino inclusa, siue non inclusa, parum tamen progrediuntur animalia ultra caueas suas, & arbuta, sicut solet esse in quibusdam memoribus, que domini custodiunt, ne quis ibi venetur. Sed quia ista animalia tenentur, & custodiuntur ex artificio, & labore, videtur potius redire in decimam personalem, & dabitur ecclesie, in cuius parochia dominus horum moratur. Sic tenet Inno. extra de decimis ca. non est licet Hosti. putet esse decimam istam mixtam, sed consuetudo reputat istam pure personalem, de quo dictum est supra.

Inno. vij. sententia.

Si autem animalia illa inclusa in longinquum progrediuntur, sicut columbe auolantes de columbario, dicendum videtur, quod sit decima pure personalis, quia tenere illas ex artificio, & labore est, & ipse non pascitur specialiter intra limites alicuius parochie, sed in longinquis auolant, ideo non videtur habere aliquid de prædiali, & sic dabitur decima de eis parochie, in qua moratur dominus, nisi consuetudo obstet. Si vero queratur de piscatione, cui dentur decimæ, siue sit de piscatione in mari, siue in flumine publico, vel priuato, aut stagno declaratum est supra. Nam quando decimamus decimam pure personalem, debet dari ecclesie, in qua piscans recipit sacramenta, & per hæc potest colligi de decima omnium animalium.

Cui ecclesie soluantur decimæ de lacte, caseo, butyro, & lana. Quest. CCXCVIII.

Quæritur, cui ecclesie soluantur decimæ de lacte, caseo, & butyro, & lana.

Dicendum putant quidam, quod cum ista sint fructus animalium, cui datur decima de animalibus dabitur decima de istis.

Sed in speciali dicendum de singulis, & primo de lana, quod de illa debetur decima tam de iure diuino quam humano, ut ostensum est supra. Cui autem sit

danda decima de lana videbatur dicendum, quod ecclesie, vel ecclesijs, cui vel quibus datur decima de animalibus, quorum sunt lana. Sed dicendum videtur, quod decima de lana magis est prædialis, quam de animalibus, quia animalia sepe tondentur, & ideo videtur, quod ubi creuit lana illa, & tondetur, debeatur decima de illa. Et tamen, neque hoc est præcisum cum eadẽ tonditio lana non tota crescat in vno loco: vnde consuetudini stabitur circa diuisionem decimæ, vel quod tota tribuatur vni parochie illarum.

De lacte autem, & caseo decimæ debentur, ut ostensum est supra, & videtur, quod adhuc ista sint magis prædiales quam de lana, quia lac quotidie crescit, & quotidie mulgetur. Caseus quoque quotidie fit. Et habentur hæc ex quotidiano nutrimento, ideo videtur esse quasi quidam fructus collecti ex terra illa, in qua pascitur quotidie pecora, licet sint fructus pecorum, & ob hoc pertinere, videtur ad prædiales decimas, & dabuntur parochie, in qua tunc pascuntur pecora, nisi fiat hoc in transitu, quia tunc, neque pecora, neque pastores censentur esse intra aliquam parochiam, & hoc nisi aliud habeat consuetudo. De hoc supra.

De butyro autem dicendum, quod aut fit de lacte, aut de pinguedine animalis. Si de lacte, datur de eo alia decima quam de animali, & caseo, & lacte. Si autem sit de pinguedine quorumcunque animalium, non datur decima de illo, neque prædialis, neque personalis. Ratio differentie ostensa est supra. Cum autem de butyro datur decima, debet dari, sicut de lacte, & iudicatur prædialis potius quam personalis, nisi aliud faciat consuetudo, & ideo ubi exprimitur butyrum, decima soluetur.

Cui ecclesie dantur decimæ de feno, & palea, & locis pascuorum. Quest. CCXCIX.

Quæritur, cui ecclesie dantur decimæ de feno, & palea, & locis pascuorum.

Dicendum, quod de feno, siue in agro comedatur, siue colligatur, & recondatur ad nutrimenta pecorum soluenda est decima. extra de decimis cap. peruenit. & est decima pure prædialis, quia est fructus agri: maxime quia sine labore humano nascitur, neque seminatur, ideo dabitur ecclesie in cuius territorio colligitur, sicut decimæ de frugibus. immo & a fortiori cum circa fruges apponatur labor multiplex, & humana industria, que non apponuntur circa fenum.

De paleis autem, de quibus excutiuntur grana frugum, siue terantur, siue integre maneat, an decimæ dentur, dicendum quod ex rigore iuris videbatur de eis decima danda, & tamen non soluitur propter aliquas rationes, que ponuntur supra. & tamen si alicubi de ea daretur decima, erat danda ecclesie, in cuius territorio est prædium, quia est pure prædialis, sicut decima de frugibus.

De pascuis, id est de pratis, & alijs locis herbosis, ubi pascuntur pecora debentur decimæ extra de decimis ca. commissum, & hoc siue sint pascua publica, siue priuatorum, & quomodo soluantur, dictum est supra. Cui autem ecclesie debeantur, dicendum quod non est dubium, quin ei, in cuius parochia sunt pascua, quia ista est decima pure prædialis, sicut de frugibus, ut dicebatur supra de feno.

Cui ecclesie decimæ de melle, & cera dentur. Quest. CCC.

Quæritur, an ecclesie dentur decimæ de melle, & cera.

Dicendum, quod de his decimæ dantur extra de deci. c. nuncios.

nuncios. aliquibus autem videtur, qd sit decima prædialis de his, & danda ecclesiæ, in cuius territorio sunt apes eo, qd pascuntur de herbis, & floribus.

Sed dicendum, qd est decima personalis, & dabitur ecclesiæ, in cuius parochia moratur dominus apum, quia licet apes naturaliter forment ceram, & mel, tamen homo per industriam capit eas, & includit in alveario. Etiam quia apes non manent semper in eodẽ loco, sed mutantur alvearia earum, in quibusdam regionibus, vt dictum est supra.

Cui ecclesiæ dentur decime de molendinis, aurifodinis, caesione arborum, & de piscarijs, &c. Quæst. CCI.

QVAERETVR, cui ecclesiæ dentur decimæ de molendinis, piscarijs, aurifodinis, & quibuscũque minerijs, de caesione arborum, de pensionibus domorum, & agrorum, & aliarum rerum, & de similibus.

Dicendum primo, qd de molendinis debetur decima, & hoc siue sit in aqua, vt extra de deci. ca. peruenit, & cap. pastoralis, siue sit molendinum ad ventum eod. tit. c. ex transmissa.

Aliqui volunt, qd de his sit decima prædialis, quia sunt possessiones immobiles. Sed dicendum, qd tam de molendino, idest in aqua quam ad ventum debetur decimæ pure personales, quia ista considerantur, vt lucra, & non, vt prædia, ad quod sunt multæ rationes posita supra. & à fortiori si sit molendinũ, quod manu hominum trahitur, vel opere bestiarum, quia in hoc nihil est, nisi labor, & industria, quæ sunt proprie personalia, ideo parochiæ in qua habitat dominus molendini, dabuntur decimæ.

De piscarijs dicendum, qd etiam soluuntur decimæ extra de deci. c. peruenit. Sed considerandum, quod aut vocamus piscariam ipsam piscationem, quæ fit in fluminibus, aut loca quædam constructa in fluminibus, vbi pisces facilius capiuntur. Accipiendo primo modo dictum est supra. Accipiendo secundo modo dicendum putant quidam esse prædiales decimas, quia in certo loco habentur.

Sed dicendum, qd aut accipitur piscaria pro fluuio priuato, in quo non licet piscari, nisi domino fluuij. Vel pro certa parte fluminis publici, quæ pertinet ad priuatos. Vel accipitur pro quibusdam caueis de lapidibus factis, vbi pisces congregantur, absconduntur, & capiuntur.

Accipiendo primo modo videtur esse reditus piscariæ pure prædialis, quia de prædio habetur fructus ille sine aliquo labore, & industria, ideo talis reditus decimandus est ecclesiæ, intra cuius parochiæ limites consistit fluuius, vel stagnum.

Accipiendo secundo modo videtur mixta decima, quia partim venit de prædio, & partim ex industria humana. De hoc magis dictum est supra.

De furnis quoque datur interdum decima, s. quædo reditus aliquos habent, vt si pro pecunia permittantur ibi cõquentes coquere, sed de furnis, in quibus gratis quisque coquit nullæ decimæ debetur. Sed dicendum, qd quando debentur decime, illæ sunt personales, quia sunt de artificio, & labore, & nõ de prædio. Nam clibanus artificio est, & dominus eius apponit ligna, & curam habet illius, ideo rota pefio de furno proueniens est personalis, & datur decima parochiæ in qua habitat dominus furni, & nõ vbi est furnus. De balneis quoque, idest de balneorum redditibus decimæ sunt soluendæ, quando aliquid recipitur ab eis, qui balneantur, vt dictum est supra.

Sed cui ecclesiæ detur decima, dicendum qd aut est balneum artificiale, aut naturale. Si artificiale est lu-

De furnis decimæ sunt personales

Balnei duplex.

crum personale, & decima personalis, cum ex solo labore industria, & impensis domini balnei proueniant reditus, & dantur ecclesiæ vbi recipit sacramenta, & non vbi est balneum. Si naturale interdum dominus præstat ministeria aliqua circa eos, qui balneantur, aut dat aliquas impensas, aut nihil horum facit. Si primo modo decimæ sunt mixtæ inter prædialem, & personalem. Si secundo modo videntur pure prædiales.

De aurifodinis, argentifodinis, lapidicinis, & omnibus minerijs dantur decimæ, quando dominus earum pro pecunia permittit ista erui de fundo, alias non, vt dictum est supra.

Cui ecclesiæ dentur decime dicendum, qd illi in cuius territorio prædictæ minerie sitæ sunt, quia ille sunt in fundo aliquo, vel prædio, & de prædio dantur prædiales. & maxime, quia fundus ista habet, & labor, & industria humana nihil ad hoc confert.

De nemoribus quoque, & siluis decimæ debentur, sed quia multa sunt ibi, s. herba, & ligna de omnibus dantur decimæ. Nam pro herba, siue tradat eam dominus pecoribus suis, siue alijs concedat pro pecunia depascendâ dabitur decima. Secus si gratis concesserit, quia tunc dominus pecorum soluit decimam, vt magis dictum est supra.

De lignis quoque debetur decima cum permittit pro pecunia cedi ligna.

De vtroque dicendum, quod est decima prædialis, quia de prædio proueniunt hi reditus, & dantur ecclesiæ, vbi hi montes, & syluæ sunt.

De omnibus quoque pensionibus dandæ sunt decimæ, vt de pensionibus, vel sedibus locatarum domorum, & de agro locato, aut quolibet fundo. De pensionibus tamen domorum dicendum, qd sunt decimæ personales, & dantur ecclesiæ vbi moratur dominus, & non vbi est domus locata, licet aliqui velint esse istam decimam mixtam, quia tamen lucrum est melius, videtur dicendum, quod sit personalis.

De pensionibus agrorum, vt si quis tradat alteri terras suas, vt in eis seminet, vel vineas suas, vt eas colat, & fructus recipiat dato precio, debet dari decima de hac pensione. Et sic dantur tunc duæ decimæ de agro, vna de totis fructibus à colono, alia vero de precio, vel pensione. De prima manifestum est, qd est pure prædialis, & datur ecclesiæ in cuius territorio est fundus situs. De secunda putant quidam, qd sit prædialis, quia datur de prædio. Et tamen non videtur esse verum, quia nõ est possibile de eadem re esse simul duas decimas prædiales, sed melius videtur, qd sit decima personalis. Et ratio est, quia prima decima est proprie de frugibus agri, & illa est prædialis. Secunda nõ est de agro, sed de persona, quia colonus dedit domino pensionem illam eo anno pro iure, quod dominus habet in fundo eo tempore, & tamen hoc ius est personale, ideo decimæ inde surgentes sunt personales, & ideo dantur ecclesiæ in cuius parochia habitat dominus fundi, & non vbi est fundus situs.

Similiter si aliquis habeat in aliquo loco constituta vectigalia, guidagia, pedagia, & quascunque angarias, vel impositiones, de quibus proueniat lucrum, debetur inde decima, quia de omni licite acquisito debet solui decima extra de deci. cap. ex transmissa. Sed istæ sunt decimæ personales, quia omnia sunt iura personalia, & non fructus alicuius fundi. Cetera autem quasi lucra sunt pure personalia, vt artificio, militaria negotiatio, auocatio, doctrina, & huiusmodi, de quibus omnibus decima datur, vt ostensum est supra, sed datur ecclesiæ in qua percipiuntur sacramenta.

Locatio agri, cum fructibus, datur decimæ.

De obli- gatione solui decimæ.

Cui

Cui ecclesiæ colonus, qui pro aliquo dato colit agros, soluat decimam de eo, quod percipit. Quæst. CCII.

QVAERETVR de colono qui pro aliquo dato colit agros, cui ecclesiæ soluat decimam de eo, quod percipit.

Dicendum, quod large accipiẽdo colonum, vocamus interdum eum colonum, qui seruit alicui pro precio ad colendum agros. Interdum accipitur pro pensionario, qui dat precium aliquod, vt permittatur colere agros alienos, & colligere fructus eorum, & iste conductor est. Accipiendo primo modo dicendum, quod aut accipit pecuniam, aut fructus aliquos agrorum. Si pecuniam manifestum est, quod est decima pure personalis, & debet dari illi ecclesiæ in qua audiuntur ista diuina, & recipiunt sacramenta eo tempore, quo faciunt hæc seruitia, nisi esset seruitium tam pauci temporis, quod non sortiretur specialem parochiam, vel domicilium eo tempore, vt si per hebdomadam, vel duas esset hoc seruitium, & lucrum. Nam tunc soluetur decima illi ecclesiæ vbi aliàs ista est parochiana, & nõ in loco in quo lucratus est hæc.

Si autem recipit partem fructuum, fiet dupliciter, quia aut recipit partem non certam, vt tertiam, vel quartam omnium fructuum, vel recipit rem certam, quæ non est pars determinata fructuum, vt si duas, vel tres mensuras recipiat, siue fructus multi sint, siue pauci. Si primo modo tenetur quilibet decimare pro parte sua, & vterque dabit decimam ecclesiæ, in cuius territorio est fundus, quia vterque dat decimam prædialem. Si secundo modo dominus dabit decimam de omnibus fructibus, & postea dabit illas duas mensuras, vel tres colono, & ipse decimabit rursus has mensuras, & tamen decima domini est prædialis, & datur ecclesiæ in cuius parochia est fundus. Decima coloni est personalis, quia est de labore suo, & est lucrum, ideo non datur ecclesiæ in cuius parochia est fundus, sed ei in qua colonus recipit sacramenta.

Si accipiatur colonus pro pensionario, dicendum quod aut dat domino agri pecuniam in pensionem, aut fructus: si pecuniam est decima personalis, vt dictum est præcedenti quæst. si fructus distinguendum, sicut supra, sicut dat certam partem à cerui, vt tertiam, vel quartam, vel non certam, vt duos, vel tres corbes, & de vtroque patet qualiter decima sit, & cui ecclesiæ danda.

In qua parochia soluentur decimæ arborum, vel plantarum, vel olerum, quod seminatur in vna, & in alia transplantatur. Quæst. CCIII.

SOLET quæri de decima arboris, vel plantæ, aut oleris, quod plantatur, siue seminatur in vna parochia, & transplantatur ad aliam, in qua soluentur decimæ. Dicendum, qd vbiunque soluat est semper prædialis, quia ratione prædij in quo nascitur, vel transplantatur dat ecclesiæ illius fundi decimam.

Sed dicendum, quod in arboribus nõ fit istud dubium, quia de arboribus nõ datur decima, sed de fructibus arborum, & ideo vbiunque fuerit arbor quædo fructus emittit soluet decima. Secus de oleribus, vt de caulibus, porris, cucumeribus, & peponibus. Nã non produunt fructus, sed ipsa sunt fructus, quæ comeduntur, & ideo stat dubium, si porrum, vel aliud oleris plantatur, idest seminatur in vna parochia, & cum natum fuerit transplantatur in aliam, vbi soluentur decimæ de his.

Dicendum, qd in porro, & quolibet oleris duo considerantur, vnum est ipsa substantia porri, vel oleris, quæ sumitur in cibum, aliud est semen, quod nascitur

in oleris, quando completum est, si tam diu permittatur, & de vtroque decima danda est.

De secundo, idest de semine dicendum plantum esse, quod in parochia illa soluetur decima, in qua transponitur porrum, vel olus, eo qd non nascitur semen quouique olus sit valde maturum, & nascitur in loco transplan. De primo, idest de substantia porri est dubium, eo qd illa vtrouique fuit tam in prima parochia quam secunda. Sed dicendum, qd debent solui integre decimæ in secunda parochia, & non in prima, quia a secunda acceperunt olera illa incrementum, & perfectionem, & nõ erant plantata in prima ad ibi manendum, sed vt transferrentur ad alium locum, in quo reciperent incrementum, dicitur tamen, qd primæ ecclesiæ, in cuius parochia nata sunt olera, dabitur æstimatio secundum id, quod ibi olera profuerunt, disputant hanc quæstionem latè Io. An. in Mercuriali in regulariis, quæ prior, & communiter tangunt doc. in cap. cum non sit. extra de decimis.

Quomodo decimæ sine diminutione conferantur. Quæst. CCIII.

QVAERETVR nunc de decimis qualiter sine diminutione conferantur. Nam saepe iubetur, quod decimæ dentur integre, vel siue diminutione, vt extra de decimis cap. commissum, & cap. peruenit cum similibus.

Sciendum autem, quod multas diminutiones circa decimas prauis homines faciebant. Vna erat, quod de aceruo non decimato frugum soluebant prius debita mercenariorum totius anni, & dabant colonis partem suam, & tunc quod relinquebatur eis decimabant. extra de decimis ca. cum homines. Et faciebant hoc quasi vellet deducere expensas factas circa fructus, & quod manebat erat fructus. sed hoc vetant iura fieri eodem capit. nam totus aceruus decimari debet, deinde soluat debita quibus voluerit dominus fructuum.

Secunda diminutio erat, quia quidam obligati ad soluenda tributa dominis de certa, vel incerta parte frugum soluebant prius tributa. Etiam soluebant cæsus, idest si ager non erat ipsius, & pro eo dabant partem quandam fructuum prius soluebant tributa, & census de non decimato aceruo, deinde residuum eis decimabant quod iura fieri vetant. eod. titu. cap. cum non sit. Et si soluta fuerint tributa, & census ante decimationem, tenentur isti ad quos prædictæ partes perueniunt decimare eas, quia res transit cum onere suo, eod. capit. & tamen tunc esset de parte illa duplex decima danda, vna prædialis, & alia personalis, quia vna est tanquam de fructibus, & alia tanquam de lucro, vt infra dicitur.

Tertia diminutio erat, quia quidam de aceruo subtrahebant quantitatem seminis iacti in terram, & residuum decimabant, non computando semen in fructu. extra de decimis cap. tua nobis. Et tibi Papa ostendit iniuste istos agere, quia non debet Deus esse deterioris conditionis quam domini temporales, sed si illis dentur tributa de agris non detrahitur semen, neque sumptus, ideo neque in solutione, quæ Deo fit. Est casus, vt si dominus agrorum concederet eos rustico colendos, vt daret ei semper tertiam, vel quartam partem fructuum, manifestum est, quod tunc nõ deduceret rusticus, siue colonus semen, neque expensas de aceruo frugũ, vt de residuo soluat domino tertiam, vel quartam suam, sed de toto aceruo non dimiuto dat hanc partem, ita ergo debet dari Deo non subtrahito semine, neque expensis, & est conueniens ratio eod. cap.

Moue-

Multas penes decimas prauis homines diminutiones faciebant.

Mouebantur autem isti, quia de fructibus dant decimas, & non putant esse fructus, nisi deducatur id, quod præsuppositi fuit, s. semen, de quo fructus proueniunt, sicut in negociatione non iudicatur lucrum, nisi id, quod manet deducto capitali, vel peculio principali. Sed dicendum, quod isti decipiebantur, quia aliud est fructus aliud est lucrum. fructus est quicquid in agro nascitur, & colligitur. lucrum autem est quicquid peruenit ex re detracta ipsa re, & expensis circa eam factis, vt in negociationibus. Sed decimæ prædiales non dantur, vt de lucro, sed vt de fructibus, sed quia quicquid de agro colligitur fructus est, necesse est, vt non deducto semine dentur decimæ de toto aceruo fructuum eod. capit. tua nobis, neque est ratio subtrahere semen, sicut in negociatione capitale, eo q̄ in negociatione capitale manet in potestate hominis, & non perit, sed per hominis industriam ex eo prouenit lucrum. In fructibus agrorum secus est, quia semen in terram iacitur, & moritur, atque putrescit, & ideo cum semel perierit, non est in potestate nostra, sed Dei, vt aliquid inde nascatur, quia propter quicquid inde nascitur fructum iudicare debemus, eo q̄ semen iam perierat, & erat quasi nullum semen iactum fuisset. Et ista ratio ponitur extra de decimis ca. cum non sit in homine.

Quarta diminutio erat, quia aliqui partem decimarum dabant capellis suis, vel in vsu pauperum, & reliqua quantum volebant dabant ecclesie cui debitum erat eod. titu. cap. tua nobis. Sed ibi vetatur, quia decimæ pertinent ad solum Deum, quia illas sibi reseruauit in signū vniuersalis dominij, & tradidit eas ministris ecclesie pro cultu, & ministerio, quod ei impendunt, & sic efficiuntur illi domini decimarum, sed non licet alicui, quod alterius est dare alteri sine domini voluntate, ideo non licebat laicis quicquam de decimis dare capellis, vel pauperibus sine ministrorum ecclesie voluntate eod. cap.

Quinta diminutio est quæ potius vocat totalis defraudatio, s. quod quidam laici vitam clericorum tam abominabilem considerantes eis decimas dare volebant eod. cap. tua nobis. sed vetatur ibi hoc, quia pretextu nequitie clericorum non sunt eis decimæ subtrahendæ, cum nulli subtrahatur debitum propter nequitiam eod. ca. & ideo tam malis quam bonis decimæ dantur, licet de hoc dictum est supra.

Sexta diminutio erat in partibus domini, & coloni, quia si vnus decimabat fructus, nō decimabat eos alius, & tamen vterque decimare debet eod. titu. cap. tua nobis, s. sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione culturae, sic & dominus de portione, quam percipit ratione terræ decimam reddere sine diminutione tenetur.

Dicendum autem, quod potest hoc fieri dupliciter. Vno modo, quod recipiat colonus agros conductos à domino, & pro hoc det certam portionem fructuum, & iste magis vocatur pensionarius quam colonus, nisi quia terram colit. Alio modo, quod dominus fundi det rustico boves, & semen, & agros, & percipiat dominus certam portionem fructuum, & rusticus aliam. Vel vt interdum fit, quod dominus colat, vel colit faciat agros, & seminari, & postea fruges maturas tradat alicui colligendas, & percipiat inde dominus certam portionem, & rusticus certam. Quocumque enim istorum modorum fiat, non differt, sed solum differt in modo partium, quæ proueniunt colonis, & dominis, vel pensionariis & dominis, & pensionariis, vel dominis, & rusticis conueniunt, quod vnus habeat tertiam partem, & alius residuum, neuter tenetur decimare de toto, sed quilibet de sua, s. vnus de tertia alius de duabus tertijs, si autē non conueniant

fic, sed quod pensionarius det duos corbes, vel menfuras domino, vel dominus rustico, & reliquum sibi retineat quantumcunque illud sit, tenetur is, ad quē pertinet totus ager decimare totum aceruum, scilicet pensionarius, vel dominus, & postea dabit pensionarius domino, vel dominus rustico prædictos duos corbes iam decimatos, & tamen de illis tenetur decimam dare is, ad quem perueniunt, vt in allegato cap. tua nobis. in glo. Et soluantur tunc duæ decimæ de parte eius, qui duos corbes recipit, scilicet, quia primo decimati sunt in toto aceruo, deinde decimat eos is, ad quem perueniunt.

Ratio autem differentie in his videtur esse, quia in primo modo, id est quando vnus accipit tertiam, & alius residuum, vterque recipit nomine lucri. Et patet hoc, quia in primo casu vterque se exponit periculo, si pauci fructus proueniant, cum vnus non sit habiturus, nisi tertiam, & alius residuum, & ideo vterque expectat commoda, vel incommoda agri, & sic tanquam prædialem decimam vterque soluere debet, & quilibet soluet pro parte sua. In secundo casu vnus tantum expectat commoda, vel incommoda agri, cum totum percepturus sit, alius vel nihil expectat de agro, sed totum accepturus est ab eo, cuius sunt fructus agri, & nihil plus, tã existentibus paucis quam multis fructibus, immo & si non sint aliqui fructus in agro necesse est, vt det illos corbes, propter quod ille, ad quem spectant toti fructus, dat totam decimam de aceruo integro, & deinde dat illos duos corbes alteri, & de his iam data est decima prædialis. Vnde qui recipit illos, non dabit de illis, nisi personalem velut de lucro.

Considerandum autem, quod vtroque modo idē bis decimatur, scilicet pars illa, quæ datur, siue sit certa pars fructuum, siue non, vt si pensionarius det domino agri tertiam partem fructuum agri, vel det ei determinatē duos corbes, semper decimabitur bis pars domini. Nam si accipiat tertiam, vel quartam omnium fructuum, soluet de ea suam decimam prædialem, sicut pensionarius de partibus sibi residuis. Et iste est casus in allegato capitulo tua nobis. Nam pensionarius non soluit tunc de toto aceruo, sed solum de parte sibi proueniente, eo quod fructus agri ita directe, & immediate sunt debiti domino quantum ad suam tertiam, vel quartam, sicut pensionario quantum ad reliquas partes, & ideo cum vnus non recipiat ab alio, sed quilibet immediate de aceruo, non soluet vnus pro alio, sed quilibet decimabit partem suam. Tunc verò decimam dat dominus prædialem de illa tertia, vel quarta sua, & dat eam ecclesie, in cuius parochia sunt fundi.

Rursus verò dabit de eisdem fructibus aliam decimam personalem, quia lucrum est quicquid ipse recipit, cum pro iure quod habet in fundo dat ei pensionarius hanc partem fructuum, iura autem dominij personalia sunt, ideo decimæ ex eis prouenientes sunt personales, & hanc secundam decimam non dabit ecclesie, in cuius territorio est fundus, sed illi, in qua ipse dominus fundi percipit sacramenta. Nec est mirandum, quod ex eadem re bis decimatur, cum competat duplici iure, vt sicut si alicui pro doctrina in mercedem eius, vel aduocationis darentur integri fructus vnus fundi pendentes in fundo, & ipse eos colligat, manifestum est, quod inde debetur duplex decima: nam ratione fundi debetur vna decima, quæ est prædialis, & datur ecclesie, in cuius parochia est fundus. Rursus quia isti fructus dantur huic pro doctrina, vel aduocatione. Et de vtraque debetur decima personalis. extra, de decimis capitul. ex transmissa. Dabitur de his fructibus

bus decima personalis, quæ dabitur ecclesie, in qua aduocatus, vel doctor recipit sacramenta, & non ecclesie fundi. Ita tenent doct. iuristæ concordare iuri, & æquitati, nisi consuetudo habeat contrarium, quia illa facit, quod semel decimetur. Et tamē si bis decimetur, non oportet in secunda vice decimari integre, sicut in prima, quia cum sit personalis, & decimetur, vt lucrum, poterunt inde deduci expensæ, si est res, in qua expensæ fiant, vt extra de deci. capitul. pastoralis. De hoc Innocen. & Hostiens. & post eos Henricus capitul. peruenit. Si autem pensionarius daret domino duos, vel tres corbes, & acciperet omnes fructus, decimabitur bis pars domini: nam cum ad pensionarium pertineant omnes fructus, ipse decimabit eos, ad dominum autem nulla pars fructuum agrorum illorum pertinet, quia si voluerit pensionarius dare illos duos corbes de alijs agris non pensionatis, dabit. Et si nihil sit in agris pensionatis, nihilominus tenetur pensionarius ad præstandum illos duos corbes. Nullam ergo actionem habet dominus aduersus fructus fundi pensionati, sed aduersus pensionarium. Vnde est actio personalis, & consequenter totum ius fructuum pertinet ad pensionarium, sed is, cuius fructus sunt, tenetur decimare eos, ergo tenetur pensionarius integram decimam de his dare. Et est tota ista decima prædialis, quæ datur ecclesie, vbi sunt prædia. Cum verò duos corbes dederit pensionarius domino de his fructibus dat illos iam decimatos decima prædiali, propter quod dominus non dabit iam decimam quasi prædialem de illis, sed dabit personalem cum isti duo corbes proueniant ei, vt lucrum, & de omni lucro datur decima personalis de deci. capitul. ex transmissa. Et dabitur ista decima non ecclesie fundi, sed illi, in qua dominus recipit sacramenta. Et non est differentia aliqua in his quantum ad solutionem duarum decimarum, nisi quia in primo casu soluit dominus bis illam decimam, id est vnā prædialem, & aliam personalem. In secundo soluit vnā de illis tantum dominus, scilicet personalem, quia prædialem quæ prior erat iam soluit pensionarius de eisdem fructibus. Similiter autem si comparemus dominum, & colonum, quia non possunt esse inter eos, nisi duo modi præcedentes, & ideo erit idem ius, quod inter pensionarium, & dominum fundi, cum sit idem omnino in ratione.

Sed obijciunt quidam, quia dicit Hostiens. extra de deci. §. à quibus. quia nihil differt quota debeatur, an quarta, vt quidam dicunt, sed vtrum ante solutionem factam soluat pensio, in quo dicit transire rem cum onere suo eodem titu. §. pastoralis, scilicet, quod ab illo, ad quem transit fructus indecimatus petetur decima. Si autem post decimationem factam soluat pensio domino, non tenetur dominus decimare.

Sed dicendum, quod vera est positio Host. quantum ad decimam prædialem, quia in ea non est attendendum, nisi an ante decimationem soluta fuit pensio, vel non, eo quod non est idem bis decimandum decima prædiali, & non debet manere aliqua pars indecimata, vt si pensionarius dat domino tertiam fructuum partem relicta sibi duabus, & totus aceruus fructuum erat triginta corbium, si dederit decimam de toto aceruo, non tenetur postea dominus fundi decimare, & tamen dabit pensionarius domino solum nouem corbes, eo quod decima uit partem eius. Si autem pensionarius dedit decimam de parte sua, id est de viginti corbibus, tenetur dominus dare de suo: quia solutio pensionis fuit facta ante decimationem. Idem autem est, si dat quartam, & non

quotam, vt si det pensionarius tres corbes domino ad omnem euentum, & det decimam de toto aceruo, non tenebitur dominus fundi ad decimam. Si verò subtraxit pensionarius illos tres corbes prius de aceruo, & de reliquo soluit decimam, manent illi indecimati, & de illis tenetur dominus dare decimam, quia tranfuit res cum onere suo. Et sic intelligitur capitul. cum non sit in homine. extra de decimis. Et hoc totum est quantum ad decimam prædialem: nam quantum ad personalem semper manet, quod dominus recipiēs à pensionario tres corbes decimatos decima prædiali decimabit eos decima personali, & si accipit eos non decimatos à pensionario, dabit duas decimas, vnā prædialem, quæ competit ex allegato capitulo. cum non sit in homine, & aliam personalem ex capitulo. ex transmissa.

An expensæ subtrahendæ sint à decimante. Quæst. CCC.

Quæritur, circa expensæ, an subtrahendæ sunt a decimante. Dicendum, quod aut quæritur in prædialibus, aut personalibus. Si in prædialibus nunquam sunt expensæ subtrahendæ, & ideo extra de deci. capitul. cum homines, & tua nobis arguuntur illi, qui prius soluebant debita totius anni mercenariorum, & de residuo dabant decimam. Et ratio est, quia expensæ ad habendum fructus non deducuntur eodem titu. cap. pastoralis.

Si quæretur de personalibus dicendum, quod ista quæstio haberet locum si personales integre soluerentur, sicut prædiales, & tamen consuetudo, quæ magnum locum habet circa personales, interpretatur quantum soluat. Sed dato, quod illæ integre soluerentur, haberet locum quæstio.

Et dicendum, quod decimæ personales dantur de lucro, & ideo lucrum est dupliciter. Vno modo ex negociatione, vt emendo aliquid pro minori pretio, quod postea carius vendendo lucrum fiat.

Alio modo habendo rem, de qua fructus proueniant non tamen prædiales, vt pensio de furno, & molendino, piscaria, & domo, atque balneo. Circa negociationem sunt subtrahendæ expensæ, vt si quis vendat domum, agrum, vel bouem pro ductentis, non datur decima de illis ducentis, sed subtrahitur quicquid constitit eo, quod expensæ ille fuerunt factæ de pecunia decimata, & residuum est lucrum, & de illo fit decima personalis.

Accipiendo secundo modo sunt duplices expensæ, quædam ad habendum fructus, alia ad restaurandum detrimentum rei, sicut in clibano, molendino, & balneo. Nam ad percipiendum fructus aliquos de molendino, id est, vt molere possit, oportet aliquid expendere, & ita in balneo, & furno, & de istis expensis dicitur, quod non subtrahuntur, vt in allegato capitul. pastoralis. Et datur ibi ratio, scilicet, quia fructus manent apud dominum, exceptis decimis, & ita fit in decimis prædialibus, vt dictum est.

Alia sunt expensæ ad restaurandum, vt si clibanus perijt, aut deterioratus est. Et idem de domo, aut piscaria, vel balneo, quæ oportet reficere, non quidem ad percipiendum fructus, sed ad posse percipere, quia expensæ ad percipiendum fructus sunt alia, & sunt post restorationem, aut refectionem rei. Et de his etiam dicitur in allegato capitul. pastoralis, quod non subtrahuntur, vt si vinea, vel portio merei pereat,

Quid in eorum sit.

Expensæ sunt duplices.

percat, aut deterioretur, aut pars armenti moriatur, vel totus clibanus destruat. Et datur ibi causa, scilicet, quia res deteriorata si restauretur penes dominum manet restaurata, & ideo cum utilitas ad dominum pertineat, non est detrahenda impensa. Et sic colligitur, quod in decimis nunquam videntur expensam detrahendam nisi in negotiatione, ut dictum est.

An rusticus colligens fructus, debeat portare decimam ad horreum. *Quest. CCVI.*

QVAERETVR vtrum rusticus colligens fructus debeat portare decimam ad horreum, vel torcular, siue domum decimatoris, vel tenetur, decimator ire ad agrum, ut ibi fructus recipiat.

Aliqui dicunt, quod tenetur rusticus illuc portare, quia dicitur Mala. 3. & 16. q. 1. ca. reuertimini. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea.

Item quia sic obseruatur in annonâ, & tributa, & publica functione temporali, quantumcunque enim locus distet obligatur quisque illuc deferre. C. de annoniis & tribu. l. omnes & l. pro locis. & l. nemo libro 10. ideo multo fortius videtur obseruandum in decimis, quæ sunt spiritalia tributa. 16. q. 1. c. decimæ. Nā expressè dicitur. extra de decimis. ca. tua nobis, quod decimæ fauorabiliores esse debent quam tributa temporalia, eo quod sunt tributa Deo debita, & magis deferendum est Deo, & cauendum ledere æternam, quam temporalem maiestatem, extra de hære. capit. vergentis.

In contrariū videtur, quod ad decimatorem pertineat ista portare, nam ex eo quod fructus maturi sunt, pertinet dominium decimæ ad ecclesiam. Et maximè quando collecti sunt, ut tenent omnes Doctores iurista, ideo iam nihil rusticus tenebitur super eis agere, sed ad decimatorem pertinebit, eos asportare, & seruare.

Dicendum, quod cum de his nihil determinatum iura statuerunt, standum est consuetudinibus singularum ecclesiarum, quia consuetudo in his est lex, cum non habeatur lex scripta, & ideo siue in agro relinquuntur fructus collecti, siue ad domum portari debeant, totum stat in consuetudine regionis.

Ad rationem primam dicendum, quod non est sensus, quod omnes decimæ deducantur in templum domini tam in vino quam grano, & quod esset ibi horreum vel horrea multa, in quibus seruarentur. Primum quia manifestum est, quod non poterant portari de toto Israel in vnum locum, & potissimè de extremitatibus terræ Iudæorum.

Secundò quia Deute. 12. c. dicitur de decima securi da, quam comedere debebant laici coram domino in loco sanctuarii, quod portarent eam in templo, & si non possent propter distantiam, conuerterent eam in pecuniam, & ibi emerent ex pecunia illa quidquid desideraret anima eorum ad cibum. Ergo a fortiori decimas primas, & maiores, quæ debebantur leuitis non portarent in templum in Ierusalem, quod quidem non fuisset difficultas, si in quolibet loco esset vna ecclesia, vel multe sicut nunc, erat tamen vnicui templum in tota terra Iudæorum, ad quod deduci omnes decimas vini & grani, manifestum est quanta difficultas, & inutilitas esset.

Tertiò, quia non conueniret hoc leuitis percipientibus decimas, nam nullam sustentationem habebant, ut patet Deuteronomio. 18. & Nume. 18. ideo datæ sunt eis decimæ, & non erant omnes leuitæ in loco sanctua-

ris, sed habitabant dispersi per totum Israel in ciuitatibus suis, quia Deus iusserat illis dari ad manducandum vrbes quadraginta & octo. Nume. trigesimo quinto, ca. & Iosue. vigesimo primo. Et dum manerent in his oppidis, erat eis necessarius cibus, ideo non proderat eis decimæ, quæ reciperentur in templo domini, nam de leuitis pauci erant seruientes in templo, nam erant distincti per officia & partes & seruiebant per vices in templo, primo Paral. vigesimo quinto, & vigesimo sexto, & 2. Paral. 24. & ideo non ponerentur omnes decimæ in templo domini.

Quartò, quia Deus præcepit, quod leuitæ comederent decimas istas per omnia loca sua, Numero 18. cap. ideo in singulis locis suis recipiebant eas, & sic neque erat eis difficultas, neque laicis in portando decimas.

De horreo autè & portatione decimarum in templum dicendum, quod fuit aliquid speciale tempore Ezechie regis, ut patet. 2. Paral. 31. c. An verò postea cõtinuatum fuerit, & antea sic esset, & an omnes decimæ deducerentur in templum, declarabitur magis. eo. c. vel Mala. 3. c.

Aliter potest dici, quod etiam si in veteri testamento portarentur omnes decimæ in templum, non obligarentur laici portare eas nunc ad ecclesiam, vel ad domum decimatoris, quia non soluuntur nunc decimæ ex obligatione mandatorum veteris testamenti, sed ex noua ecclesiæ institutione, ut ostensum est supra, & tamen ecclesia non instituit aliquid de portatione decimarum, ideo soli consuetudini standum est.

Ad secundum de annoniis dicendum, quod est aliquis iustitiam, & tamen non inde concluditur, cum ista indigeant particulari dispositione, quia dependent ex arbitrio cõditoris iuris, sed nihil diffiniunt, ideo consuetudini relinquuntur.

An de melioribus fructibus, vel deterioribus, vel mediocribus solui debeant decima. *Quest. CCVII.*

QVAERETVR circa decimas fructuum ut grani & vini, & armentorum de qualibus solui debeant, an de melioribus, vel deterioribus, aut de mediocribus.

Aliqui dicunt, quod oporteat dari de melioribus, quia expressè dicitur Nume. 18. Omnia, quæ offeritis ex decimis & in donaria domini separatis, optima & electa erunt, dicesque ad eos, si præclara & meliora obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area, & torculari dederitis primitias. Ergo electa, & optima danda erant.

Item quia dicitur statim post. Et non peccabitis super hoc, egregia vobis & pingua seruantes, ne polluatis oblationem filiorum Israel, & moriamini. Ergo videtur quod peccatum mortale erat, quod leuitæ seruarent sibi meliora, ergo tenebantur dare meliora in decimas.

Dicendum, quod decimæ non sunt dandæ de melioribus neque de deterioribus, sed de mediocribus. Pro quo sciendum quod quedam sunt, in quibus non videtur differre bonum & malum, vel differunt, in partio, ut fructus segetum & vinearum. Quedam sunt, in quibus multum differunt, ut in pecoribus. Nam si de decem pecoribus datur vnum, erit aliquid vnum, quod valet plusquam quatuor, & erunt quatuor, qui non valent unum. Circa primum quia parua erat differentia, non dedit Deus legem. Circa secundum dedit legem, & quia erat occasio querelatum in electione pecorum, quod de decem daretur dedit Deus lege sine calūnia, si quod omnia pecora decimanda exigerent

Respon. ad quæstionis Notand.

gerent sub virga pastoris, i. per portam strictam, per A luit Deus, quod darent de optimis, sed nunc non quam vnum solum transire possit, & quidquid decimo loco occurreret sanctificaretur Domino, Leuit. 27. cap. & sic non erat contentio.

Circa primum tamen, in quod parua differentia esse videtur si bona fide agatur, nihil aliud est necessarium, sed quidquid homo dederit, satisfacit, si tamen non seruatur bona fides, potest quis dare deteriora, & præiudicabit decimatoribus. Vnde dicendum, quod nunc neque circa pecora, neque circa fructus terræ obseruatur lex vetus, sed debet obseruari bona fides, ita ut decima detur. Et tunc manifestum est, quod neque debet dari de melioribus, neque deterioribus, sed de mediocribus, vel dare aliquid de optimis cum dando de deterioribus non esset decima, quia licet in mensura, & numero iudicaretur decima, non esset decima in valore, immo forte non esset vicefima, aut tricesima. Si daretur de optimis esset plusquam decima, quia decima quantum ad numerum, & mensuram esset quarta, vel quinta, quantum ad valorem.

Et si quis daret taliter decimam, faceret rem super erogationem, sed non teneretur quis ad illud, dando autem de mediocribus datur decima tam in numero, & mensura, quam etiam in valore, & hoc est conueniens. Siquis autem bonam fidem teneat, id est, non habeat animum lucrandi dando de peioribus, ut lucraretur, etiam si contingat eum dare rem minus valentem, non peccat cum interdum quoque continget dare rem magis valentem. Et hoc satis est, quia non debet fieri exactissima diligentia circa talia, & quando cunque quis bonam fidem circa hæc habuerit non intendens dare de deterioribus, dat fideliter decimam, etiam si contingat illum dare, quod deterius est. Si autem ex intentione lucrandi det deteriora, dicitur non dare fideliter decimas, id est, non bona fide. Et iste ita damnabitur, sicut non dant decimas apud Deum, & Ecclesia potest eum compellere sub sententia excommunicationis ad hoc, cum decima ad hoc, quod soluatur, debet sine diminutione dari, ut patet ex præcedentibus. Et si tales compungantur, oportet quod emendant quidquid minus in valore dederunt, dando deteriora. Sic dicit Gregorius, & habetur 16. q. 7. & cap. quicumque, scilicet, Quicumque recognouerit in se, quod fideliter non dedit decimas suas, modo emendat, quod minus fecit. Et sequitur: Quid est fideliter dare, ut neque minus peius aliquando offerat de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut pecoribus, aut de horto, aut de negotio, aut de propria venatione.

Ad primum in contrarium posset dici vno modo, quod illud erat mandatum in lege veteri, & ea, quæ sunt in lege veteri non obligant nunc, neque soluuntur nunc decimæ, quia imperata erant in lege veteri, sed quia Ecclesia illud postea fieri decreuit, ut ostensum est supra. Et quia in Nouo Testamento sine decretis Ecclesiæ non est mandatum, ut soluatur de melioribus, non est necesse offerre de optimis.

Secundo potest dici, & melius, quod etiam si soluamus nunc decimas, sicut soluebantur in Veteri Testamento, non tenebimur dare de melioribus. Et ad illud dicendum, quod fuit speciale in Leuitis. Pro quo sciendum, quod sicut dicitur Numeri decimo octauo cap. Totus populus soluebat decimas omnium fructuum, & illæ proueniebant solis Leuitis de iure: Leuitæ de illis decimis dabant decimam partem summo sacerdoti. Populus autem quando dabat decimas Leuitis non obligabatur dare de optimis, sed satis erat dare de mediocribus. Leuitæ vero quando dabant summo sacerdoti, vo-

lunt Deus, quod darent de optimis, sed nunc non manet, nisi prima decima, quæ datur immediatè ministris Ecclesiæ, & illi non dant decimam postea alijs, ideo non oportet dari nunc decimam de optimis. Et apparet hoc, quia in decima laicorum iussit Deus, quod cum darent decimam de pecoribus quidquid decimum occurreret, daretur Domino, Leuitici vigesimo septimo capitulo. Et tamè si Deus vellet, quod darentur decimæ de melioribus, non diceret hoc, sed quod eligerentur pecora meliora, & illa darentur: ergo non tenebantur dare laici decimas de optimis, & consequenter neque tunc tenebantur.

Tertio potest dici, quod vocantur optima, vel meliora negatiuè, id est, non deteriora. Et est sensus; omnia, quæ offeritis ex decimis electa erant, id est, non peiora.

Ad secundum dicendum vno modo sicut supra, quod cum dicitur: Si præclara, & meliora obtuleritis, &c. comparatiuus ponitur sæpe pro positiuo. Alio modo, quod intelligatur ad merendum, & non ad necessitatem. Quod ita etiam est in nobis, quod si volumus decimas dare de optimis, mereamur, tamen non obligamur ad hoc. Et hoc aliquantulum colligitur, quia dicitur ibi: Reputabitur vobis quasi de area, & torculari dederitis primitias. Vel dicatur, ut prius, scilicet, quod erat speciale in decima Leuitarum pro summo sacerdote, sed non in decimis totius populi pro Leuitis.

Ad tertium dicendum sicut in præcedentibus. Potest tamen aliter dici, scilicet, non peccabitis super hoc egregia vobis, & pingua seruantes, id est, si seruatis pingua, & meliora peccabitis, neque oportet dare pingua, & egregia, neque seruare, quia qui dat pingua videtur sibi seruare deteriora, qui pingua seruat, videtur sola deteriora dare: medium autem est, ut scilicet tam de pinguibus, quam de deterioribus detur, ut reducatur sic totum ad quandam æqualitatem, vel mediocritatem, & tunc neque iste dicitur dare pingua, neque seruare, & hoc est, quod nos facere debemus, quia non est peccatum non dare optima, sed peccatum est dare deteriora. Sic dicit Augustinus, decima sexta quæst. prima, cap. decimæ.

Quæ bona mereantur debite decimas soluentes, & quæ mala, qui defraudantes decimas, vel non soluentes promerentur. Et quod in quatuor bene soluentes decimas, remunerantur. *Quest. CCVIII.*

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

luit Deus, quod darent de optimis, sed nunc non manet, nisi prima decima, quæ datur immediatè ministris Ecclesiæ, & illi non dant decimam postea alijs, ideo non oportet dari nunc decimam de optimis. Et apparet hoc, quia in decima laicorum iussit Deus, quod cum darent decimam de pecoribus quidquid decimum occurreret, daretur Domino, Leuitici vigesimo septimo capitulo. Et tamè si Deus vellet, quod darentur decimæ de melioribus, non diceret hoc, sed quod eligerentur pecora meliora, & illa darentur: ergo non tenebantur dare laici decimas de optimis, & consequenter neque tunc tenebantur.

Tertio potest dici, quod vocantur optima, vel meliora negatiuè, id est, non deteriora. Et est sensus; omnia, quæ offeritis ex decimis electa erant, id est, non peiora.

Ad secundum dicendum vno modo sicut supra, quod cum dicitur: Si præclara, & meliora obtuleritis, &c. comparatiuus ponitur sæpe pro positiuo.

Alio modo, quod intelligatur ad merendum, & non ad necessitatem. Quod ita etiam est in nobis, quod si volumus decimas dare de optimis, mereamur, tamen non obligamur ad hoc. Et hoc aliquantulum colligitur, quia dicitur ibi: Reputabitur vobis quasi de area, & torculari dederitis primitias. Vel dicatur, ut prius, scilicet, quod erat speciale in decima Leuitarum pro summo sacerdote, sed non in decimis totius populi pro Leuitis.

Ad tertium dicendum sicut in præcedentibus. Potest tamen aliter dici, scilicet, non peccabitis super hoc egregia vobis, & pingua seruantes, id est, si seruatis pingua, & meliora peccabitis, neque oportet dare pingua, & egregia, neque seruare, quia qui dat pingua videtur sibi seruare deteriora, qui pingua seruat, videtur sola deteriora dare: medium autem est, ut scilicet tam de pinguibus, quam de deterioribus detur, ut reducatur sic totum ad quandam æqualitatem, vel mediocritatem, & tunc neque iste dicitur dare pingua, neque seruare, & hoc est, quod nos facere debemus, quia non est peccatum non dare optima, sed peccatum est dare deteriora. Sic dicit Augustinus, decima sexta quæst. prima, cap. decimæ.

Quæ bona mereantur debite decimas soluentes, & quæ mala, qui defraudantes decimas, vel non soluentes promerentur. Et quod in quatuor bene soluentes decimas, remunerantur. *Quest. CCVIII.*

Quæ bona mereantur debite decimas soluentes, & quæ mala, qui defraudantes decimas, vel non soluentes promerentur. Et quod in quatuor bene soluentes decimas, remunerantur. *Quest. CCVIII.*

Quæ bona mereantur debite decimas soluentes, & quæ mala, qui defraudantes decimas, vel non soluentes promerentur. Et quod in quatuor bene soluentes decimas, remunerantur. *Quest. CCVIII.*

QVAERETVR vltimo circa decimas, quæ bona promerentur, qui debite decimas soluunt, & quæ mala, qui defraudant eas, vel non soluunt.

Dicendum, quod bene soluentes remunerantur in multis. Sed quatuor exprimentur ab Augustino. Primum est abundantia fructuum. Secundum est sanitas corporis. Tertium est remissio peccatorum. Quartum est acquisitio regni cœlorum.

De his omnibus decima sexta quæstione prima, capitulo decimæ. De primo dicit Augustinus, & de secundo, eodem capitulo, si decimam dederis non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. De tertio, & quarto dicitur eodem capitulo. Qui præmium comparare, aut indulgentiam peccatorum desiderat, reddat decimam. Hæc autem non solum dantur decimanti, sed etiam elemosynam danti, immo ex elemosynis traxit hæc Augustinus, & ponuntur hæc Iſaiæ decimo octauo capitulo. scilicet, Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc eruperet quasi

Gg quasi

quasi mane lumen tuum, Et sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te, quæ sunt quatuor prædicta; sed quia decimæ sunt tributa egentium animarum, ut Augu. dixit quæ ista quatuor merebatur, qui rectè eleemosynam daret.

Eos verè qui non soluunt multa mala consequuntur. Primum est præuaricatio diuini mandati, nam mandatum ecclesiæ est mandatum Dei, & qui spernit illud, spernit Deum, sicut Christus dixit. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et græue est relinquere Deum.

Secundum est, quia ad decimam reuerti meretur qui decimam non soluit, i. vt habeat ex agris solum decimam partem fructuum, quos alias habiturus esset, si rectè decimaret, vt dicit Augustinus in allegato: ca. decimæ, scilicet cum enim decimas dando & terrena, & cælestia posses præmia pro mereri, quare pro auaritia duplicem benedictionem fraudas? Hæc est enim domini iustissima consuetudo, vt si tu illi decimam non dederis, ad decimam reuertaris.

Tertium est rapina, vt Augu. dicit. eo. c. decimæ, scilicet decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint res alienas inuadunt. Et simile. extra de decimis. c. tua nobis.

Quartum est homicidium, & hoc est occasionaliter, vt si moriantur pauperes fame, qui sustentandi erant decimis, si darentur, vt dicit Aug. eo. c. f. Quanti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, quia rem a domino pauperibus delegatam suis vribus reseruauit.

Quintum est sacrilegium. Ait enim Hieron. quòd amico rapere quidpiam furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est, aut quod apertissimi scelus est ex inde aliquid subtrahere omniuium prædonum crudelitæ superat. Et simile. 16. q. 1. c. quoniam quidquid. Et 16. q. 7. c. decimas.

Sextum est, quòd a fructibus talium Deus non amouet brucum, locustam, erucam, & alias plagas cæli & terræ, quas amouet à fructibus eorum, qui debite soluunt decimas, vt ait Hieron. 16. q. 1. c. reuertimini. Et idem Mala. 3. ca. vbi Deus increpat locustam, & brucum, scilicet ne veniant ad denotandum fructus. Et ait Hieron. eo. c. Si quando fames, penuria, & omnium rerum egestas opprimit mûdum, sciamus hoc ex Dei ira descendere, qui se in pauperibus si non accipiant eleemosynam fraudari loquitur, & suas possessiones possimus decimas, & primitias interpretari.

Septimum est, quòd potestates temporales auferunt bona illorum per oppressiones, vel impositiones. Sic dicit Augu. decimo sexto, q. 1. cap. de iure, scilicet Dabis impio militi quod non vis dare sacerdoti, benefacere semper Deus paratus est, sed malitia hominum prohibetur. Et magis idem Augu. decima sexta quaest. septima, cap. maiores, scilicet. Maiores nostri ideo copijs omnibus abundabãt, quia Deo decimas dabant, & Cæsarum censum reddebant, modo autem, quia discessit deuotio accessit indictio, idest tributorum impositio: nolimus partiri cum Deo decimas, modo tollitur totum hoc, tollit sitcus, quod non accipit Christus.

Octauum est, quod infamiam incurrunt sicut raptorum ecclesiasticorum.

Nonum est, quòd excommunicabitur. decima sexta, quaest. septima, c. omnes decimæ, scilicet quia multi inueniuntur decimas dare nolentes statuiimus, vt secundum domini præceptum admonentur se.

mel secundo & tertio, qui si non emendauerint, anathematis vinculo feriantur vsque ad satisfactionem, & emendationem congruam, & non solum si non soluerint, sed etiam si integre non soluerint, excommunicandi sunt, extra de deci. c. peruenit. & ca. nuncios. Et non admittitur appellatio circa hoc. eo. tit. c. commissum & c. tua nobis.

Quid sint primitiæ & unde nomen primitiarum venit. Quæst. C C I X.

Q VONIAM autem de decimis actum est, & primitiæ sunt quædam iura cognata decimis, & quæ cum decimis nominantur, de eis agendum est. Et primo queritur, quid sit primitia, vel primitiæ, quoniam pluraliter primitias potius quam primitiam dicimus, & unde nomen primitiarum venit.

Circa primum dicendum, quòd primitia est prima fructuum obuentio, siue pars domino offerenda. Sic dicit Hostien. in summa tit. de deci. §. an præscribi. versu decimo septimo, queritur. Et Rain. eodem titulo, circa finem. Est enim primitia ius, quoddam Deo debitum, quod ex primitate non accipit.

Quantum ad secundum dicendum, quòd primitiæ dicuntur à quadam primitate, & sicut contingit primitatem multipliciter accipi, ita & primitiæ multipliciter accipiuntur. Nam accipitur primum in tempore, primum honore vel dignitate, aut valore, & per omnes modos, quo vna res præcedit aliam primitias quædam est, & primitias appellare possumus, & licet nos specialiter accipiamus primitias pro quadam parte primarum frugum, quæ Deo offerantur, tamen etiam in alijs rebus multipliciter primitias nominat scriptura secundum, quod multi modi sunt primitatis.

Et quoniam primus secundum communiorum acceptionem dicit temporis præcessionem dicitur primitiæ ea, quæ præcedunt. Et sic filij primogeniti vocantur primitiæ Psal. 77. f. percussit omne primogenitum in terra Aegypti primitias omnis laboris eorum. Et Psal. 104. Percussit omne primogenitum in terra eorum primitias omnis laboris eorum. Primogenitos ergo tam hominum, quam brutorum primitias vocauit, quia primò eruperunt de vtero. Sic etiam uocamus primitias resurgentium eos, qui primo surrexerunt, & quia Christus fuit primus, qui surrexit ad immortalitatem vocatur primitiæ. 1. Cor. 15. c. f. Christus surrexit à mortuis primitiæ dormientium, i. ipse est primus, qui de dormientibus resurrexit. Sic etiã qui primo gratiam Spiritus sancti acceperunt, & primo conuersi sunt dicuntur primitiæ ad Roma. 8. Scimus quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc, non solum illa, sed & nos primitias spiritus habentes. Est verbum Pauli nomine omnium Apostolorum, scilicet. Omnis creatura, idest omnis homo ad Christum conuersus, qui erat noua creatura, quia in Christo non est circumsisio, neque præputium, sed noua creatura, ingemiscit sperando gloriam repromissam à Christo, quam non videt homo, quandiu uiuit. Et dicit quod non solum illa, idest homines conuersi per predicationem apostolorum: sed & nos, idest Apostoli primitias spiritus habentes, i. qui primò accepimus spiritum, quia ante hos nemo conuersus est, & nemo accepit spiritum sanctum secundum inspirationem legis nouæ, sic etiã illi, qui in aliqua regione primò conuertebantur ad Christum, vocantur primitiæ illius regionis. Sic dicitur. 1. Corin. 16. cap. Obsecro vos fratres, noſtis domum Ste-

Primitiæ multipliciter accipiuntur.

phane & Fortunari, quoniam ipsi sunt primitiæ Achæie idest honorare eos, quia ipsi sunt primi, qui conuersi sunt ad Christum in tota Achæia. Et hac ratione uocamus primitias frugum si fruges primò maturatas, quia illæ offerantur domino offerendo de illis manipulum Leui. 23. c. Et dicitur dare sacerdotibus primitias, i. res primas de fructibus. Nume. 18. c.

Aliquando accipitur primitia a primitate, quæ est secundum dignitatem, & tunc uocamus primitias res electas, & separatas ab alijs quasi meliores. Hoc modo iubet Deus sibi offerri primitias auri, & argenti hyacinthi & cocci bis tincti, & de bysso retorta pellibus rubricatis & pillis caprarum Exod. 25. Et populus hæc obtulit Exod. 35. Sed certum est in auro & argento non esse primitias nisi, vt est aliquid electum & separatum a cæteris partibus eiusdem rei tãquam melius. Sic dicitur Nume. 18. cum Deus dixit leuitis. Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur uobis quasi ex area & torculari dederitis primitias. ergo res meliores & præclaras uocantur primitias. Sic etiam uocantur primitiæ de terra partes quædam optimæ separatae de tota terra in cultum Dei Ezech. 45. & 48. c. Etiam in cibis uocamus primitias id, quod melius est, & separatum ab alio. Nume. 15. cap. scilicet Separabitis primitias domino de cibis uestris, sicut de areis primitias separatis. Et multis modis uocat scriptura primitias ex modo loquendi Iudaico secundum varios modos primitatis.

An primitiæ in ueteri testamento erant debita. Quæst. C C X.

Q V AER ET VR primo quantum ad primitias qualiter se habebant in ueteri testamento, & an ibi erant debita.

Dicendum, quòd debita erant primitiæ, quia Deus illas iusserat offerri Leui. 23. quantum ad Manipulos spicarum, & Nume. 18. quantum ad primitias, quæ dabantur sacerdotibus, & non solum erant debita, sed etiam præceptum erat, ne offerentes diu eas penes se tenerent, sed cito offerrent. Exod. 22. & 23. c. Erant quoque primitiæ ante ueteri testamētū. Nam ferè omnes cærimoniæ & modi sacrificiorum, quæ Deus statuit in ueteri testamento erant prius in lege naturæ, idest quando non erat lex aliqua data à Deo, nam erant holocausta. cum Cain fecerit holocaustum Gen. 4. c. & Noe statim ut egressus est de arca obtulit holocausta Gen. 8. c. Abraham quoque holocausta facere solitus erat, cum filium suum in holocaustum offerre intenderet Gen. 22. cap. & ibi obtulit arietem in holocaustum.

Decimæ quoque sicut erant in ueteri testamento, ita & prius erant, quia Iacob illas uouit Gen. 28. Hostiæ quoque pacificæ quas Deus statuit in lege ueteri Leui. 3. c. erant apud antiquos quia Iacob hostias pacificas uouit Gen. 28. cap. Ita autem de primitijs est dicendum quòd erant primitiæ tempore legis naturæ apud patres antiquissimos, licet statuti fuerint postea a Deo, unde rectè Cain & Abel dici possunt obtulisse Deo primitias quia Cain obtulit de primogenitis gregis sui, & Abel de fructibus terræ, sed primogenitus ad primitias pertinet, & de his primitiis cremantur super altare Leui. cap. 2. etiam cum decimæ darentur in lege naturæ à fortiori darentur primitiæ quarum facilius erat solutio. De deci. patet Gene. 28.

De quibus rebus in ueteri testamento dabantur primitiæ. Quæst. C C X I.

Q V AER ET VR de quibus rebus dabantur primitiæ in ueteri testamento.

Dicendum, quòd quædam uocantur primitiæ, quæ ad oblationem non pertinent, sicut qui primo nascitur, & primo resurgit, & primò conuertitur dicuntur primitiæ. sed tales primitiæ non offeruntur, quia solum illa offerimus, quæ in potestate nostra sunt, alij modi primitiarum, quæ non possidentur, non offeruntur, de quibus dictum est supra.

Circa eas uero, quæ possidentur, sunt quædam de terra, i. quæ pars certa separatur Deo, alia autem de auro, & argento & similibus, alie de cibis, alie de fructibus rerum nostrarum. De primis primitijs uendendum, quod non cadebant sub obligatione: nam dicitur Ezech. 45. c. Cum ceperitis terram diuidere sortitò, separate primitias domino, idest quod cum daretur terra Israelitis in possessionem primo acciperetur quædam pars pro Deo, scilicet ad constructionem sanctuarij, & habitationem sacerdotum, & leuitarum, & quia istud prius separabatur, & dabatur Deo quam populus acciperet partes suas, & etiam quia istud erat melius, & electum de terra, uocatur primitiæ, & ponitur mensura huius terræ; quæ dabatur domino in primitias Ezech. 45. & 48. c.

Sed de hoc dicendum, quod aut intelligitur ista tota diuisio secundum quendam alium sensum spiritualem, & tunc etiam primitiæ dictæ sunt spiritualiter accipiendo, si autem acciperetur ad literam, oportebat solum semel fieri, & tunc darentur domino primitiæ suæ, & non essent iura solita, quæ per singulos annos, uel saepe soluerentur. Circa secundas magis uideatur, eo quòd ille poterant sepe offerri, aurum argentum & huiusmodi de quibus Exod. 25. c.

Sed dicendum, quòd istæ primitiæ non erant iura aliqua imposta Israelitis, quæ soluerent Deo, uel sacerdotibus, sed fuerunt solum semel datæ, uolebat enim Deus in deserto post egressum Israelitarum de Aegypto cõstruere ibi tabernaculum antequam ingrederentur terram promissionis, in quo tabernaculo & sanctuario ipse coleretur. Esse autem debebat tabernaculum portatile, ideo iussit offerri sibi omnia, quæ erant necessaria ad illius constructionem. Erant autem necessaria aurum & argentum ad uasa tabernaculi, & es ad uasa altaris holocaustorum, & ipsum altare, & ferrum ad multos usus sanctuarij, lapides preciosi ad ephod & rationale, quæ erant ornamenta summi sacerdotis, erant quoque necessaria ligna setim ad arcam, & mensam, & tabulata, erant hyacinthus, & byssus, & purpura, & coccus bis tinctus necessaria ad vestes sacerdotum, & tectoria, atque uela sanctuarij, erant quoque pili caprarum pro sagis cilicinis, & pelles hyacinthi, & pelles arietum rubricatæ pro operimentis superioribus sanctuarij, vt patet ex constructione singulorum horum Exo. 25. c. & 26. & 27. & 28. c. Et quia istud sanctuariū semel factum est, semel iussit Deus populo quòd offerret primitias hæc Exod. 25. c. Et ita populus fecit offerendo omnia hæc quousque superessent Exod. 35. & 36. c. Postea uero non manserunt huiusmodi primitiæ sub aliqua necessitate, quia non suberat causa, ad quam offerrentur, nam quoniam templum Salomonis fuit postea cõstructum non iussus est populus offerre primitias, sed Dauid parauit uniuersas impensas. 1. Paral. 22. cap. Et obtulit ipse postea, & omnes principes sponte multa donaria pro hac fabricatione, primo Paral. 29. & post hæc adhuc Salomon multa parauit ad edificationem, secundo Paral. 2. c. & non coactus, est po-

pulus offerre primitias pro hoc, immo neque in prima fabricatione sanctuarij sub Moysè fuit imposita populo necessitas offerendi: sed Deus admonuit eos vt offerrent, & tamen qui nollet non offerret. Sic dicitur Exod. 25. c. loquere filijs Israel, vt tollant in primitias ab omni homine, qui offert vlroneus accipiet eas, & ita populus sponte obtulit Exod. 35. sed egressa omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi obtulit mente promptissima, atque deuota primitias domino. Et tam promptè obtulerunt, quòd superabundabant in offerendo, quousque artifices dixerunt Moysi, plus offert populus, quam necessarium est. Et tunc Moyses præconis voce iussit, ne quis offerret amplius primitias has Exod. 36.

Et vocatæ fuerunt primitiæ istæ quia erant quedam dona separata & electa de ceteris rebus eiusdem modi, quas homines possidebant ad dandum ea Deo. Sic dicitur Exod. 35. cap. separate apud vos primitias domino omnis voluntarius, & prompte offerat eas.

Circa tertias primitias, quæ erant de cibis, scilicet de cibis iam paratis ad esum, siue essent cocta aut asata aut alterius modi, siue simpliciter panis, & vini. Dicendum qd istæ primitiæ manserunt apud Israelitas in præcepto, vt postquam intraret in terram promissam darent eas Nume. 15. c. cum veneritis in terram, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius separabitis primitias domino de cibis vestris, sicut de areis primitias separabitis: ita & de pulmentis dabitis primitiua domino. Et Ezech. 44. c. dicitur, primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti. Vocantur autem istæ primitiæ a primo & electo. Nam antequam comederent cibos dabant partes illorum, & ob hoc vocantur primitiua, id est prima, vt dictum est, scilicet dabitis primitiua domino, & extendebatur hoc ad omnem cibum qualitercunque paratum, licet aliqui putabant, qd solum de pane cocto, vt dicitur seq. q.

Circa quartas primitias, quæ erant de fructibus, dicendum qd istæ sunt, quæ magis propriè vocantur primitiæ. Et hoc quia de primis fructibus erant. Et dicitur qd dabantur de omnibus, quæ de terra nascuntur, sive de frugibus vino oleo melle & fructibus, vt patet. 2. Para. 31. cap. scilicet obtulerunt primitias filij Israel frumenti, vini, & olei, mellis quoque, & omnium, quæ gignit humus.

Sed obijcietur, quia expresse Deus vœuit mel, & fermentum sibi dari Leui. 23. ergo non erant danda hæc. Dicendum, qd etiam de his dabantur primitiæ: sed erant quedam primitiæ, de quibus pars cremabatur domino in altari, & vocabatur sacrificium Leui. 2. c. & reliquum de eis dabatur sacerdotibus; alia verò erant, de quibus nihil ponebatur in sacrificio domini, sed tota cedebat in iura sacerdotum. De primis vt vinum, & oleum, & frumentum, quia de his aliquid cremabatur: De secundis vt erat mel & fermentum, aut fermentatum aliquid, & fructus arborum. Sic dicitur Leui. 2. c. omnis oblatio, quæ offertur domino absque fermento fiet, neque quidquam mellis aut fermenti adolebitur domino in sacrificio, primitias tantum eorum offeretis & munera, super altare verò non ponentur in odorem suauitatis.

De pecoribus autem an darentur primitiæ quidam dubitant, quia non ita exprimitur. Et solet dici, quòd solum de fructibus terræ dabatur. Sic dicitur. 2. Para. 31. c. frumenti vini, & olei & mellis, & omnium quæ gignit humus primitias obtulerunt, & similiter Nume. 18. vbi ponitur præceptum de primitiis dandis non ponitur de pecoribus, solum de medullam vini olei, ac frumenti, & quidquid offerunt primitiarum tibi

dedi: vniuersæ frugum primitiæ quas gignit humus, & domino deportantur, cedent in vsus tuos. Ergo de solis naris de terra soluebantur primitiæ, & non de animalibus.

Aliqui dicunt, qd de animalibus soluebatur primitia, quia primogenitum pecoris offerebat, & primogenitum hominis redimebant Nume. 18. c.

Dicendum, qd verum est: sed hoc non erat ius primitiarum, nam primitiæ erant minora iura quam decimæ, & tamen recipere omnia primogenita pecorum maius valde erat quam recipere decimam. Etiam quia primitiæ recipiebantur quolibet anno sicut decimæ, tamen primogenita pecorum non quolibet anno, quia semel tantum pecus parit primogenitum, maximè quia primitiæ, & decimæ dabantur ex una causa, sicut propter fructus, quos Deus dabat abundanter hominibus, primogenita autem pecorum & hominum dabantur pro speciali causa, sicut pro liberatione eorum in Aegypto ab Angelo percutiente quando occidebat primogenita Aegyptiorum tam in hominibus quam in pecoribus, Exod. 13. & Nume. 3. c.

Dicendum autem, qd etiam de pecoribus dabatur primitiæ in veteri testamento, & erat aliud quam datio primogenitorum, nam de ducentis arietibus dabatur vnus Ezech. 45. c. Et sic etiam patet apud nos, nam primitiæ in nouo testamento veniunt ex consuetudine veteris testamenti sicut & decimæ, & tamen nunc de pecoribus dantur primitiæ, vt dicunt Doct. & glo. extra de decimis. c. decimam. ergo in veteri testamento de pecoribus primitiæ dabantur.

Sed obijcietur, qd primitiæ non erant iura aliqua debita Deo, aut sacerdotibus, quia dabantur sponte & nemo cogebatur: ergo non erant debita. Patet Exod. 25. loquere filijs Israel, vt tollant in primitias ab omni homine, qui offert eas vlroneus, accipiet eas. Quod autem debitum est, non accipitur ab vlroneo, sed exigitur ab invito, vt extra de deci. cap. Parochianos. c. decimæ non ab homine, sed a Deo sint instituta: tãquam debitum exigi possunt, & ideo compelluntur ad soluendum. eo. u. ca. commissum, & compelluntur sub distinctione excommunicationis. c. peruenit. & c. nuncios. ergo ita esset de primitiis si debita essent, qd exigerentur ab inuitis. Iam quia primitiæ dantur ex voto, sed votum non est res necessitatis, sed voluntatis, ideo non erant ex præcepto. Patet hoc Nume. 18. c. f. primitias autem, quas vouerunt, & obtulerunt filij Israel, tibi dedi & filijs & filiabus tuis iure perpetuo. Ergo non sunt primitiæ ex præcepto.

Dicendum qd primitiæ erant ex præcepto sicut & decimæ, & tenebantur homines non solum eas offerre, sed & cito offerre, Exod. 22. & 23. c.

Item si non essent primitiæ ex præcepto & necessitate, non peccarent Israelitæ non offerendo eas & dando, & tamen peccabant, Mala. 3. c. f. Si affligit homo Deum, quia uos configitis me & dixistis, in quo confiximus te in decimis, & primitiis vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. sed configere Deum est offendere, ergo super primitiis offendebant Israelitæ Deum, s. quia non offerebant eas, vel non quales decebat. Etiam quia nemo maledicatur nisi pro peccato, & graui quidem, & tamen Israelitæ erant maledicti super primitiis, ergo peccabant circa eas, quod non posset esse nisi teneretur ex debito ad eas. Ad primum iam contrariū dicendum, qd primitiæ non ex sola uoluntate, sed ex debito offerebantur, & poterant exigi, si non darentur. Sed dicendum, qd illæ primitiæ, de quibus arguitur, non erant primitiæ a Deo impositæ, quæ ordinariè soluerentur, sed fuerunt quedam primitiæ largè dictæ, quæ semel tantum datae sunt

ad

ad constructionem sanctuarij, & non fuerunt impositæ populo ex necessitate, sed exhortatus fuit Deus illos, vt sponte darent. Quod illi fecerunt, vt dictum est supra. Secus autem de illis, quæ vocantur propriè primitiæ, quia illæ ex necessitate fuerunt impositæ soluendæ & in onus perpetuum. Et hæc sunt, de quibus dicitur Nume. 18. qd dabantur sacerdotibus in sustentationem, & illæ sunt, ad quarum similitudinem manent nostræ primitiæ.

Ad secundum dicendum, qd non dabantur primitiæ ex voto, sed ex præcepto, & necessitate in veteri testamento. Et ad auctoritatem illam dicendum, qd primitiæ propriè dictæ sunt quoddam ius, quod Deo reddebatur de primis fructibus, & erat impositum ab eo in sustentationem sacerdotum, & hæc primitiæ erant electæ ex fructibus quasi melius & præclarum, & istæ non dabantur ex voto, sed ad similitudinem harum omnia dona, quæ Israelitæ eligebant de rebus suis, vt darent ea Deo sponte, vocabantur primitiæ large propter illam rationem, scilicet quia de melioribus erant, & quia talia dona sponte dantur, poterant dari ex voto. Ponit autem istos duos modos decimarum scriptura Nume. 18. c. De primis patet, quia cum dicitur vniuersæ frugum primitiæ quas gignit humus, & domino deportantur, cedent in vsus tuos istæ sunt ex necessitate in quantum dicitur. Vniuersæ frugum primitiæ, quæ domino deportantur, & non dicitur, vouentur, quasi dicat illæ debite sunt, & portantur ex necessitate, & illas Deus tradidit sacerdotibus.

De secundis patet, cum dicitur, primitiæ quas vouerint & obtulerint filij Israel, in quo ponuntur duæ quæ signant puram liberalitatem, scilicet vouere, & offerre. Et manifestum est, quòd istæ inter se distinguuntur: quia aliàs dicto vno superuacuum erat alterum, ponuntur tamen ambo simul, ideo oportet intelligi, quòd Deus acceperit ibi diuersimode primitias, vt dictum est. Et secundæ non vocantur primitiæ nisi in quantum sunt res electæ sicut vocantur primitiæ de auro & argento, & purpura, & ceteris Exo. 25. & 36. & concordant cum primitiis propriè dictis, quia illæ sunt de partibus melioribus rei, sicut dicitur Nume. 18. scilicet omnem medullam vini & olei ac frumenti, & quidquid offerat primitiarum domino, tibi dedi. Sed medulla dicitur optimum rei, & ita signauit, qd in primitiis de quolibet re datur optimum, siue de frumento, siue de pane quolibet, & vino, & oleo, & ob hanc similitudinem quolibet donum Deo datum quod multum de ceteris eligebatur poterat primitiæ appellari, & tales sunt primitiæ, quæ vouentur, & sponte dantur, si non sunt illæ, de quibus loquimur.

Quando dabantur istæ primitiæ, & quotiens in veteri testamento. Quæst. CCXII.

QVAERITUR quando dabantur istæ primitiæ & quotiens, & est ratio quærendi ad similitudinem decimarum. Nam illæ dabantur ex debito, & semel in anno, ita de primitiis est dubium, an sæpe vel pluries darentur, & quotiens.

Dicendum qd quatuor erant modi primitiarum, quæ poterant offerri Deo, vt ostensum est precedenti. q. de illis tamen duo vltimi erant dati in ius perpetuum, s. primitiæ de fructibus, & de cibis.

De primo, scilicet de fructibus dicendum, quòd erant danda primitiæ quolibet anno, sicut decimæ quia de nouis, & primis fructibus dantur primitiæ, sed quilibet fructus semel in anno, est nouus, ergo

Alph. Toftin Matth. Pars VI.

semel in anno dantur primitiæ, vnde de frumento, & vino, & oleo, melle, & fructibus arborum quolibet anno dabantur primitiæ antequam darentur decimæ. De pecoribus quoque dabantur primitiæ, vt dictum præc. q. & dabantur quolibet anno, ideo dicendum, qd sicut decimæ dabantur semel quolibet anno, ita & primitiæ de fructibus.

De primitiis autem ciborum aliud est. Nam quidam dicunt, quòd dabantur primitiæ solum de panibus coctis. Et hoc quia dicitur Nume. 18. c. f. cum veneritis in terram, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius separabitis primitias domino. Propter quòd dicunt qd quando dantur in aliqua domo coquebantur panes, erant danda inde aliæ quæ primitiæ.

Sed dicendum qd non stat, quia non dabantur panes solum in primitiis, sed de omnibus cibis, quæ parabantur ad esum dabantur primitiæ, & volebat eas Deus dari. Et patet primo quia Nume. 18. dicitur. Separabitis domino primitias de cibis vestris. Cibis autem non significat solum panem, sed quidquid iungitur in sustentationem humanam, ergo etiam de aliis erant danda primitiæ.

Secundo patet quia Ezech. 44. c. dicitur, & primitiua ciborum vestrorum dabitur sacerdoti. Ergo ibi significatur, qd de quolibet cibo id, quod primum erant, & melius dandum erat, vel dari poterat.

Tertio patet & apertius, quia Nume. 15. c. dicitur. Sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis dabitis primitiua domino: sed pulmenti propriè significat cibum compositum, & maximè in rebus coctis: nam pulmenti à pulvis dicitur, ergo etiam de cibis artificiosè paratis erant danda primitiæ. Et satis etiam apparet hoc in sacrificijs, de quibus dicitur Leui. 2. quæ vocantur sacrificia & primitiæ, & erant de craticula, & de Sarragipe, & de clibano, vnde lagana oleo lita, & collyride conspergite oleo dabantur in primitias, quarum pars domino dabatur, & pars sacerdotibus.

Est ergo dicendum, qd de omnibus cibis tam compositis, quam simplicibus dabantur primitiæ. Cum autem obijciatur, qd de solis panibus dabantur. Dicendum qd panis non accipitur in sacra scriptura pro solo pane, sed pro quolibet pertinente ad sustentationem, vnde mel vocatur panis in scriptura, vt patet. 1. Reg. 14. vbi Saul imprecatus est dicens; Maledictus vir, qui manducauerit panem vsque ad vesperum, Ionathas autem non gustauit panem, sed modicum de melle in summitate virgæ, & ob hoc incurrit in iuramentum Saulis, & volebat eum occidere nisi populus eum eruisset, ergo apparet, qd nomine panis etiam mel comprehendebatur, & a fortiori quilibet alia, quæ ad cibum magis pertinent. Etiam patet quia. 4. Reg. 6. c. dicitur. Appone panem, & aquam coram eis. Et sequitur, qd apposita est ciborum magna preparatio. Ita ergo licet dicatur de panibus regionis debet intelligi de quibuscunque cibis, quia talis est modus loquendi scripturæ.

Cum autem quaritur, quando, & quotiens dabantur primitiæ de cibis, dicendum quòd licet præceptum esset de cibis dare primitias, tamen non erat determinatum tempus, neque expediebat, nam cum ista res esset, quæ quotidie poterat dari si determinaretur tempus, scilicet ut sæpe daretur, grauarentur illi, qui erant aliquantulum pauperes, totiens dando, si autem limitaretur tempus ad raro dandum illi, qui erant potentes ad sæpe dandum haberent occasionem cuiusdam tepiditatis, cum uiderent satis esse sibi dare in termino legis, & ideo fuit conueniens, vt poneretur præceptum, quod erant

Quid pulmenti sit.

Panis pro quolibet coctis dicitur

exhortatiuum ad dandum primitias istas, & non poneretur limitatio temporis, vt sic qui potentes agere erant, & deuoti incitarentur ad sepius agendū quam lex aliā præceptura erat, & qui pauperes erant neque ram deuoti non peccarent, quasi contemptores legis raro dando: sed quod quādoquē darent Israe litæ primitias istas bene agerent, & nunquam haberentur, vt transgressores præcepti, vnde non obligabatur dare primitias qualibet hebdomada neq; quolibet mensē, sed quādoquē darent, dum tamen non desisterent a dando in contemptum, satisfaciebant legi.

Quare dabantur in veteri testamento Deo primitia.
Quæst. CCXIII.

QVAERETVR quare dabantur in veteri testamento Deo primitia.

Dicendum, q̄ multæ causæ erant ad hoc. Prima erat in recognitione beneficij, p̄ fructibus impensis: Deus enim dat nobis omnia, quæ habemus, & neque possumus quicquam habere nisi ipsa dederit, vnde ea, quæ ei damus ab ipso accepimus. Sic dixit Dauid, quando offerebat Deo dona multa ad constructionem templi. 1. Para. 29. c. scilicet tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Fuit ergo conueniens, vt in recognitionem huius beneficij daremus Deo primum, quod est in ipsis fructibus. Et illæ vocantur primitia.

Secunda causa erat in signum specialis beneficij de introductione in terram promissionis, & liberatione ab hostibus, vnde quando quis offerebat primitias, faciebat quandam professionem coram domino, vt dicitur Deutero. 26. ca. scilicet tolles de cunctis frugibus tuis primitias in cartallo, pergesque ad locum, quem dominus Deus tuus elegerit, accedesque ad sacerdotem, & dices, profiteor hodie coram domino q̄ ingressus sum terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis, suscipiensque sacerdos cartallum de manu eius, ponet ante altare, & loqueris in conspectu domini Dei tui. Syrus persequatur patrem meum. Etiam ibi ponitur longa professio de diuinis beneficijs, & concluditur, idcirco offero, nunc primitias frugum terræ, quam Dominus dedit mihi, & dimittes eas in conspectu domini.

Cui dabantur primitia in veteri testamento.
Quæst. CCXIII.

QVAERETVR cui dabantur primitia in veteri testamento.

Dicendum, quod accipiēdo largē Deo dabantur, quia ei offerebatur, & propter eum, & tamen si cedebant in ius alicuius personæ ei dicebantur dari, sicut decimæ dabant Deo, & tamen cedebant in ius leuitarum, Num. 18. c. ideo leuitis dicebantur dari, ea vero, quæ ita dabantur Deo, q̄ cedebant in vsus sanctuarij, vel cremabantur in altari dicebantur Deo dari. Circa primitias autem dicendū, q̄ dupliciter accipiuntur. Vno modo proprie, & ita primitiæ de fructibus, & cibis sunt primitiæ. Aliæ erant primitiæ largē, idest quælibet dona specialia, & electa, vt declaratum est sup. Accipiendo primo modo subdiuiduntur, scilicet in primitias fructuum, & ciborum. De primitijs fructuum dicendum, quod totaliter cedebant in ius sacerdotum, & nihil de illis dabant in vsus sanctuarij neque cremabantur quicquam in altari, vt sicut decimæ totaliter dabantur leuitis: ita primitiæ totaliter sacerdotibus. Sic dicitur Num. 18.

Fc. omnem medullā olei, & vini, & frumenti, & quicquid offerunt primitiarum domino tibi dedi, vniuerse frugum primitia, quas gignit humus, & domino deportantur cedent in vsus tuos, & loquitur Deus ad Aaron, & alios sacerdotes.

De primitijs ciborum non est ita manifestum, sed dicendum quod maximè dandæ erant sacerdotibus. Sic dicitur Ezech. 44. c. Primitia ciborum vestrorū dabitur sacerdoti, vt reponat benedictionem domui suæ. Et vbiunque de primitijs mētio fit de sacerdotibus exprimitur, vel nulla persona nominatur. Et tamen satis potest dici, quod cum istæ primitiæ ciborum non essent aliquod ius determinatum, neque quantum ad quātitatem, neque ad tempus solutionis, & ideo nullus habet ius exigendi eas magis reputantur in modum elemosinæ. Et quia leuitæ erant pauperes & commendat eos sepe Deus Israelitis, vt prouideant eis in cibo, & inuitent eos, Deut. 12. & 26. c. poterant eis dari, & sic tam leuitis quam sacerdotibus poterant dari, & dando vtrisque dicebantur dari Deo. Et ista fortè videtur esse causa, quare cum Deus statuit de primitijs ciborum non expressit quib. darentur Num. 15. scilicet cum veneritis in terrā, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius separabis primitias domino de cibis vestris. Et tamen dando tam leuitis, quam sacerdotibus dicebantur dari Deo, quia vtrique erant ministri Dei. Et certum est, quod poterant dari leuitis. Nam dato, q̄ ista essent iura sacerdotalia, possent dari leuitis, quia si essent iura ista determinata tam ad quātitatē quam ad tempus, & aliquid de eis acciperent leuiti possent conueniri sacerdotibus quasi sua tollerentur, quia tamen nihil erat determinatum, neque in tempore, neque in quantitate, quicquid eis daretur sufficiebat, & poterat omnia alia dari leuitis. Dicendum tamen, q̄ primitiæ ciborum directe debebantur sacerdotibus, iuxta illud Ezech. 44. primitia ciborum vestrorum dabitur sacerdoti.

Accipiendo autem primitias secundo modo, quæ dicuntur largē primitiæ, idest dona oblata domino, dicendum q̄ de his si erant res pertinentes ad sacrificium cremabatur aliquid in altari, & reliquum cedebat in ius sacerdotis.

De primo patet, vt si offerretur farina, vel oleum, vinum, aut huiusmodi, de quolibet horum ponebatur aliquid in altari non per se, sed cum farina, quæ similia dicitur. Et ita distinguitur Leui. 2. c. de sacrificio, quod est primitiarum an sit da craticula, vel de sarragine, vel de clibano, & de quolibet eorum ponebatur solum vnus pugillus super altare, & reliquum cedebat in ius sacerdotum. Si autem animal ad immolandum, quis daret, potius dicebatur offerre aliquod genus sacrificij, quā dare primitias, licet largē ēt poterant vocari primitia. De secundo patet vt si offerret quis mel, aut panē fermentatum, nam dicitur Leui. 2. c. q̄ ista suscipienda erant à sacerdote in primitias, sed nihil de eis ponebatur super altare ad offerendum domino. Sic ēt si offerret pecuniā, aut vestē, aut fructus arborū, & similia, quæ non poterat sacrificari, cedebant in ius sacerdotum. Num. 5. & 18. c. Et ita apparet, q̄ de primitijs proprie dictis Deus nullā partem habebat, sed totæ cedebant sacerdotibus. De primitijs largē dictis habebat Deus partem quādam. Sed fallit regula hæc in quibusdā, quæ proprie vocantur primitiæ, & erat ex præcepto, & dabatur pars Deo ad cremandum in altari, & sunt panes, primitiarum, & manipulus spicarū, Leui. 23. c. Nam iubebatur, q̄ in festo azymorum quando incipiebant maturari fruges in terra Chanaan, ferrentur manipuli spicarum, & illos vocat Deus primitias messis, & eleuatur vnus coram

Primitia ciborum cui cedebat in veteri testamento.

ram domino, & aliquid de illo cremabatur in sacrificium: cetera cedebat sacerdotibus. Similiter post septem hebdomadas ab illo die. i. in die Pentecostes offeriebantur duo panes, qui vocabantur panes primitiarum. Et tamen de illis nihil cremabatur super altare, sed cedebant in vsus sacerdotum, eo q̄ erant fermentati. eo. c. & de fermentato nihil ponebatur super altare, Leui. 2. c. Manipulus tamen spicarum proprie dicebatur primitiarum, quoniam ante oblationem & eleuationem eius non licebat quidquam gustare ex segete. i. neque pulles, neque panem, neque polentam Leui. 23. c.

Sed obijciatur, q̄ primitiæ dabantur laicis: nam dicitur. 4. Reg. 4. ca. quod vir quidam attulit ad virum Dei, idest Elisæum panes primitiarum, ille tamē non erat sacerdos, neque dabat ei vt sacerdoti: quia non offerebat in templo.

Dicendum, q̄ primitiæ solis sacerdotibus dabantur, vel saltem non laicis. Quando autem dicitur de panibus primitiarum non est intelligendum, q̄ erant primitiæ aliquæ, quas daret Elisæo, nam aut essent primitiæ proprie aut largē dictæ. Si proprie non dabantur in panibus confectis, sed in grano vino, & oleo, vt colligitur Num. 18. Et ita populus semper consuevit dare primitias. 2. Paralipo. 31. ca. nunc verò panes portabantur. Si autem essent primitiæ largē, oportebat eas offerri sacerdoti in sanctuario, & tunc adolebatur pars & reliqua cedebat sacerdoti, si erat tale, q̄ licebat in altari adoleri, & tamen nunc non fuerunt hæc oblata in templo, sed delata Elisæo: ergo etiam non erant primitiæ largē dictæ, neq; scriptura vocat eas primitias: nam non dicit, quod attulit primitias, sed panes primitiarum, & vocantur panes primitiarum, idest panes de primis, quia erat tunc primum frumentum, ideo panes primi erant. Et hoc colligitur, quia dicitur. eo. c. attulit panes primitiarum, & triginta panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera sua. Et ita innuit, quod de panibus tritici paucos hære potuit. sed de panibus hordei attulit triginta, & cum dicitur quod portabat frumentum nouum in pera significatur, q̄ illi panes primitiarum erant de illo frumento nouo, & tali modo cuiuslibet licebat comedere panes primitiarum, quia non erant primitiæ.

Quantum dabatur nomine primitiarum in veteri testamento.
Quæst. CCXV.

QVAERETVR quantum dabatur nomine primitiarum.

Dicendum, quod aut accipitur de largē dictis, aut de proprie dictis. Si primo modo nō erat neque esse poterat aliqua mensura signata, quia illæ primitiæ erant dona sponte data, & in spontaneis sola voluntas est mensura.

Si accipiuntur primitiæ proprie: aut sunt primitiæ de cibis, aut de fructibus. Si de cibis solet dici, quod non erat mensura. Et verum est, quia neque quātum ad tempus soluendi, neque quantum ad mensuram erat aliqua determinatio, sed satis est, quod darent de cibis suis, quando vellent, & quātum vellent: immo non poterat in hoc aliqua mēsurā conuenienter poni. Quantum ad primitias de fructibus poterat melius poni mensura, sicut & tempus erat determinatum, scilicet quod quolibet anno soluerebantur, & semel sicut decimæ supra.

Sed aliqui dicunt, q̄ non erat posita mensura aliqua, sed quidam dabant plus, alij minus pro arbitrio suo. Sed dicendum, quod neque istud est totaliter verum, fuerunt enim primitiæ impostæ soluendæ: Iu. Alph. Toll. in Matth. Pars V. l.

A deis, sed non fuit determinata mensura, vt daretur locus liberalitatis eis, qui boni animi essent, quia tamen erat quoddam ius, quod ex necessitate reddendum erat, ne esset controuersia inter sacerdotes, & populum magistris, idest doctores legis diffiniuntur limitandam esse primitiam inter sexaginta & quadraginta, idest qui minus dabat daret de sexaginta vnum.

Qui verò plus de quadraginta vnum. Et ita obseruabatur, & tamen postea cum auaritia sacerdotum crederet & vellent cogere populum ad plus dandum, diffiniuit Deus per Ezechielem prophetam Ezech. 45. cap. & ponitur, quod quantum ad messes, & vinum & oleum, & cetera, quæ mensurantur siue liquida siue arida sint, detur vnū de sexaginta. De pecoribus autem de ducentis vnum, cum dicitur. Hæc sunt primitiæ, quas tolletis sextam partem ephi de coro frumenti, mensura quoque olei batus, & arietem vnum de grege ducentorum, idest de vno coro frumenti dabitur sexta pars ephi, quæ est sexaginta de vno & sexta pars bati. De coro est tantundem. Pro quo sciendum, quod vt dicitur. eo. cap. 45. cortus erat maxima mensura apud Iudæos & erat tam pro rebus liquidis quam aridis. Erant duæ mensuræ minores, scilicet batus & ephi, quæ erant omnino æquales, sed batus erat pro liquidis, ephi pro aridis, erat autem ephi decima pars cori, & batus decima pars cori. Et accipiendo sextam partem bati de vno coro olei accipimus sexagesimam partem, & tantum iubebat Deus dari in primitijs tam in rebus liquidis, quam aridis, in pecoribus autem iussit vnum de ducentis.

Et ratio est, quia de pecoribus multa iura solvebantur sacerdotibus, scilicet omnia primogenita, Num. 18. cap. Deinde omnia sacrificia cuiuscunque generis, quia aliquæ partes eorum pertinebant ad sacerdotem. De frugibus pauca iura, & obventiones pertinebant ad sacerdotes, ideo non debuit dari vnum pecus de sexaginta, sicut vna mensura frugum de sexaginta. Et sic ex tēpore Ezechielis propheta mansit determinata apud Iudæos mensura primitiarum sicut mensura decimarum, idest de sexaginta vnum in fructibus, & de ducentis pecoribus vnum. Hæc manifestat Hieronymus super Ezechie. & habetur extra de deci. c. decimam, scilicet at vero primitiæ quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine diffinitæ, sed offerentium arbitrio derelictæ, traditionem quoque accepimus Hebræorum non lege præceptum, sed arbitrio magistrorum inuolunt, quod qui plurimum quadagesimam partem dabant sacerdotibus, qui minimum sexagesimam inter quadraginta, & sexaginta licebat quodcuque voluissent offerre. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum, est hic specialiter diffinitum, est propter sacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitijs deferendis. Et dicitur hic diffinitum est, idest Ezechie. quadagesimo quinto, cap. vbi ponitur, quod in primitijs dabitur in sexta pars ephi de vno coro, quod est dare sexaginta de vno. Et non fuerat hoc diffinitum in Pentateucho, idest in libris Moyfi Num. 18. vbi positum fuerat præceptum de primitijs soluendis, & non fuerat determinata aliqua quantitas.

An nunc in nouo testamento sint debita primitia.
Quæst. CCXVI.

QVAERETVR nunc circa primitias in nouo testamento, & primo, an nunc sint debita primitiæ.

Aliqui volunt eas debitas, quoniam de iure diuino debite sunt; cuius obligatio manet semper. Et ista positio satis concordat intentioni plurimorum iuristarum, qui volunt decimas esse nunc de iure diuino, eo quod Deus statuit illas, & tunc et primitiæ sunt de iure diuino, eo quod Deus statuit illas. Vtraque Deus statuit Num. 18. c. Et tamen etiam decimæ non sunt de iure diuino nunc. Vnde necesse est, quod primitiæ nunc, aut nullo iure debeantur, aut debebuntur iure canonico.

Ex quo aliqui dicunt, primitias non esse nunc debitas, quia ecclesia non statuit illas dandas. Nam de decimis plurima statuta sunt, ut patet per totum. & extra de decimis, sed de solutione primitiarum nihil ibi habetur.

Dicendum, quod etiam nunc sunt primitiæ ex præcepto dandæ non quidem ex iure diuino, sed ex canonico. Sic patet ex mandato Alexandri papæ. 32. di. c. præter hæc, scilicet præcipimus, ut decimæ & primitiæ seu oblationes vinorum & mortuorum fideliter reddantur ecclesijs à laicis, ut ipse in dispositione episcoporum sint. Vnde non solum sunt debite, sed etiam exigi possunt, & non soluentur per censuram ecclesiasticam compelli, eo. c. cum dicitur quas, id est primitias, qui retinuerint à sancte ecclesie communione separentur. Et idem patet. 16. q. 7. c. decimas. Et est dictum Gregorij, scilicet oportet autem congruentius nos decimas & primitias, quas de iure sacerdotum esse sanximus, ab omni populo accipere, quas fideles Domino præcipiente offerunt.

Dicendum tamen quod in iure canonico non fit tanta mentio de primitiis, sicut de decimis, eo quod decimæ multas difficultates habent, & maiora iura sunt.

Aliqui autem dicunt, quod primitiæ sint debite nunc, & iura non faciunt magnam mentionem de eis, eo quod intelliguntur nomine decimarum personalium. Sed dicendum quod non ita. Primo quia iura distinguunt ubique primitias à decimis. 32. dist. cap. præter hoc. 2. 16. q. 1. cap. reuertimini. 2. 16. q. 1. cap. septuaginta, cap. decimas. Et etiam in rubro extra de decimis distinguuntur, quia dicitur ibi de decimis primitiis, & oblationibus.

Secundo patet, quia nullo modo possunt includi primitiæ sub decimis personalibus: nam decimæ personales debentur intuitu personæ, primitiæ autem debentur de solis fructibus, & ratione prædiorum, ideo nullo modo pertinent ad decimas personales, sed magis pertinent ad prædiales, si ad decimas deduci deberent, & tunc non pertinent ad decimas, quia sunt quedam distincta iura ab illis, & ius de eis expressam mentionem facit, licet non tantam quantam de decimis.

Sed adhuc aliqui obiciunt circa præcedentia, scilicet quod debeantur primitiæ de iure diuino ut patet. 16. q. 1. c. reuertimini, ubi Hier. inducit mandatum domini per Mala. super decimis & primitiis soluendis, & tamen quidquid soluitur, quia Deus mandauit illud per Mala. est debitum de iure diuino, ergo sunt debite de iure diuino.

Secundo patet quia hoc Greg. planius asserit. 16. q. 7. c. decimas. Oportet decimas, & primitias ab omni populo accipere, quas fideles domino præcipiente offerunt, iuxta illud vaticinium Malachiæ. Inferuit omnem decimam &c. ubi tam de decimis quam primitiis expressum est, si ergo nunc à fidelibus primitiæ offeruntur, quia mandauit illud Dominus per Malachiæ, ergo nunc sunt de iure diuino.

Dicendum, quod solum sunt de iure humano canonico quia mandata de decimis primitiis, & alijs caeremonialibus non manent nunc, sed expirauerunt omnia cum veteri testamento, alioquin maneret circuncisio,

& abstinentia a cibis, & obseruantia festorum & tota legalis impositio. Quod falsum est, sed ecclesia videns quedam illorum conuenientia esse nobis iterum instituit illa obseruari, & iam nunc non habent auctoritatem in quantum à Deo instituta fuerunt in veteri testamento, sed in quantum de nouo ecclesia illa instituit. Sic etiam omnia iudicialia veteris testamenti cessauerunt, sed quia quedam leges illarum visæ sunt conuenientes statui nostro, canonizauit ecclesia aliquas illarum. Sic patet extra, de adulter. & extra, de furtis, & magis, extra, de iniurijs & dam. da. ubi multe leges Exo. ponuntur. Sic autem factum est de deci. & primitiis, nam ille instituta fuerunt à domino in veteri testamento Num. 18. postea per prophetas sæpe annunciata sunt, ut Mala. 3. c. quia tamen cessauit vetus testamentum, cessauerunt omnes istæ institutiones eius, quas Deus fecerat, & iam ex illo capite nullam vim habent. Quod manifestius patet, quia decimæ & primitiæ statuta fuerunt à Deo in veteri testamento, ut darentur leuitis & sacerdotibus, Num. 18. c. & tamen cessauit totus status ille sacerdotalis, & leuiticus ita, ut in æternum nunquam rediturus sit. Ergo necesse est, ut pariter iura eorum, & leges, quæ de eorum administrationibus & iuribus erant, penitus cessarent. Et istud est argumentum efficax ad ostendendum, quod lex verus iam cessauerit, quod argumentum inducit Apostolus ad Heb. 7. c. f. translatio sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat. Et idem extra de constitutionibus, ca. translatio, sed erant primitiæ & decimæ iura à Deo instituta pro illis sacerdotibus & leuitis, ergo penitus cessauit institutio illa. Et sic non possunt esse de iure diuino, nisi Deus iterum statuerit illa dari sacerdotibus nostris, quod non factum est, sed ecclesia solum illud fecit, ergo non sunt nunc ista debita de iure diuino, sed de iure canonico. Nunc autem aliqui dicunt debita esse de iure diuino debet intelligi sic, non quod nunc debeantur ex institutione iuris diuini, sed ex iure canonico, fuerunt tamen olim debita de iure diuino, & ecclesia ideo mora fuit ad illud statuendum, quia olim sic statutum erat. Et forte ecclesia non statuit nisi ab antiquo sic inuenisset statutum, confert autem multum illa diuina institutio ad institutionem, quam facit ecclesia. Nam apparet, quod non est iniusta cum olim sic statutum fuerit à Deo, quod nihil iniustum statuit. Et sic debet intelligi extra de decimis. c. Parrochianos. scilicet decimæ non ab homine, sed à Deo instituta tanquam debitum exiguntur, quantum ad primam institutionem sunt à Deo, sed quantum quæ nunc durat non sunt instituta à Deo, sed ab ecclesia, sed quia à Deo primo fuerunt apparet, quod ecclesia non grauauit sic statuendo, & ideo securè possunt exigi tanquam debitum.

Ad primum. i. ad. c. reuertimini. dicendum quod non obstat, quia illa sunt verba Hier. exponitis Malachiæ, & ideo non dicit quid nunc debitum sit, sed quid erat debitum, quando Malachiæ illud dixit, & quid signent verba Malachiæ, compilator autem decreti introduxit illa verba Hier. in quantum sagitur in eis de decimis & primitiis, quæ jam ex alio iure debite erant in nouo testamento, & faciunt bene ad propositum, tamen non est sensus, quod illo iure debite sint decimæ & primitiæ.

Ad secundum dicendum quod Greg. non inquit primitias, aut decimas esse nunc debitas de iure diuino, sed de iure canonico, cum ait in. c. decimas. Decimas quas in vsum pietatis concessas esse canonica demonstrat auctoritas. Et ita non dixit ex diuina auctoritate concessas, vel ex illa hoc patere, sed ex canonica. Etiam quia dicitur eo. c. oportet autem congruentius decimas & primitias, quas iure sacerdotum esse sanximus ab omni populo accipere. Et non dixit, quod Deus vel diuina

Decimæ sunt à Deo institutæ.

diuina auctoritas sanxit esse sacerdotum, sed sancimus, quasi hæc auctoritate sedis apostolicæ pertineant nunc decimæ ad sacerdotes, & non ex mandato Dei. Cum autem dicitur ibidem. Quas fideles Domino præcipiente offerunt non est sensus, quod ex vigore illius præcepti nunc fideles offerant decimas, & primitias, sed quod illud mandatum Dei, & similia fuerunt occasio Ecclesie ad statuendum, quod sacerdotibus nostris decimæ, & primitiæ darentur.

Qui teneantur dare primitias in nouo testamento. Quæst. CCXVII.

Quæritur qui teneantur dare primitias. Dicendum, quod non est dubium quin omnes laici teneantur ad primitias. Sic patet 32. dist. cap. præter hæc, scilicet, decimæ, & primitiæ seu oblationes vinorum, & mortuorum fideliter ecclesijs Dei reddantur à laicis. Sic etiam dicit. 16. q. 7. cap. decimas, sed oportet nos congruentius decimas, & primitias ab omni populo accipere, sed nomine populi soli laici solent intelligi, & non viri ecclesiastici, ergo soli laici videantur ad hoc teneri.

Sed dicendum, quod de laicis quin teneantur non est dubium. Et tamen an clerici teneantur, est dubium, quia etiam ipsi decimas soluunt, ut ostensum est supra.

Circa quod considerandum, quod aut clerici habent sola bona beneficij, aut aliqua alia. Si sola bona Ecclesie non tenentur dare primitias de illis, sicut neque tenentur dare decimas, extra, de deci. cap. nouum, & ostensum est supra: nam bona de dote ecclesie libera sunt ab onere decimarum, & qualibet alia solutione faciendi Ecclesie.

Si autem habet bona patrimonialia siue quomodocumque prophana, putant aliqui, quod teneantur clericus dare primitias, quia quantum ad illa bona reputatur laicus, & primitias non sunt onus personale, sed reale. Sic enim de illis dat clericus decimas, ut ostensum est supra, & non est in his exemptus.

Dicendum autem, quod si primitiæ essent pure onera realia, & soluerentur determinate secundum quantitatem fructuum sicut in veteri testamento, scilicet, vnum de sexaginta, teneretur dare clericus primitias secundum quantitatem fructuum, quos colligeret de agris prophanis, & de agris ecclesie nihil daret, & tamen nunc non est mensura determinata circa primitias, sed statuta consuetudini, & soluitur aliquid modicum pro omnibus fructibus alicuius, quod si solueretur a clerico, non videretur an solueret de fructibus bonorum profanorum an de bonis Ecclesiasticis: ideo non videtur, quod teneatur clericus.

Secundo patet, & efficacius, quia cum soluere sit quoddam onus, & sit odiosum, & odia sint restringenda, non erunt obligati illi, qui non ex primuntur, & tamen in solutione primitiarum fit mentio de solis laicis 32. dist. cap. præter hæc, & 16. q. 7. cap. decimas, ergo videtur, quod soli laici teneantur, & non clerici. Et hoc verum videtur, nisi consuetudo aliud haberet, quæ in his habet magnam auctoritatem.

Cum autem obijciatur de decimis, quas soluunt clerici de bonis prophanis. Dicendum, quod non est simile, quia primitiæ nunc non soluuntur secundum consuetudinem sigillatim de agris quibuslibet cum non debeantur determinata mensura, sed de omnibus, vel pro omnibus datur aliquid, ita ut non videatur distincte pro quo agro datur, vnde sic non videretur an clericus solueret primitias de agro ec-

clesie, vel de prophano, cum iste modus magis videatur esse oneris personalis quam prædialis, vel realis.

An religiosi non priuilegati teneantur dare primitias de fructibus suis. Quæst. CCXVIII.

Quæritur an religiosi non priuilegati teneantur dare primitias de fructibus suis.

Aliquis dicit frustra hoc quæri, quia ex præcedentibus apparet non teneri eos, cum clerici sint liberi.

Dicendum, quod non sequitur, quia clerici regulariter sunt exempti, vel non obligati ad decimas nisi quantum ad bona profana, in quibus iudicantur laici religiosi. Si tamen quantum ad omnia bona eorum, quæ sunt ipsius monasterij, vel ordinis, sunt obligati regulariter ad decimas nisi expresse sint in aliquo priuilegiati. Et quia super primitiis non constat eos priuilegiatos, dubium erit, an ad eas sint obligati.

Sed circa hoc dicendum, quod cum primitiæ minoris oneris sint quam decimæ, & minus reales, qui liber est a solutione decimarum siue ipso iure siue ex priuilegio, liber erit ab onere primitiarum. Ex quo sequitur, quod Cisterci. Templarij, & Hospitalarij non teneantur ad primitias, cum isti non teneantur decimas soluere de laboribus suis, id est, de terris suis, quas proprijs manibus, vel sumptibus colunt. extra, de decimis cap. ex parte. De terris autem, quas alij locant in pensionem non soluunt ipsi, sed illi, quibus tradunt eas primitias de alijs religiosiis, quia non habent priuilegium decimarum nisi super noualia, & nutrimentis animalium, & hortis eo, cap. ex parte manet dubium.

Sed videtur dicendum, quod nulli religiosi teneantur ad primitias. Primo quia 32. dist. cap. præter hæc, & 16. q. 7. cap. decimas ubi de primitiarum solutione agitur dicitur, quod à laicis sunt primitiæ exigenda, & tamen religiosi non sunt laici, sed clerici, & gaudent priuilegio clericali quantum ad canonem siquis suadente, ergo non tenebuntur ad primitias.

Secundo quia consuetudo facit pro eis, quæ in his tribuit ius, scilicet, quia primitiæ non consueuerunt solui. Tertio patet, quia quando religiosi exemptionem volunt ab oneribus, quibus tenentur Ecclesijs petunt hoc quantum ad decimas solas, non autem quantum ad primitias, ergo videtur, quod non teneantur ad primitias.

Quarto quia sæpe Ecclesie parrochiales ponunt querelas aduersus religiosos, quia fraudant eas iuribus suis, ut patet extra de decimis cap. ex multiplici, & cap. commissum, & cap. dilecti, & cap. iuggestum, & cap. licet, & in multis, & tamen in nullo horum dicunt de primitiis, & in omnibus dicit de decimis, ergo videtur, quod ad primitias non teneantur religiosi, neque fuerunt in possessione soluendi eas, & ob hoc Ecclesia non putant se grauas, licet non soluuntur eis. Et sic non proponunt querelam sicut de decimis, ad quas tenentur.

Cui danda sunt primitias. Quæst. CCXIX.

Quæritur cui dandæ sunt primitiæ. Dicendum, quod sacerdotibus, & hoc patet, quia clerici instituerunt nunc primitias ad similitudinem primitiarum veteris testamenti, ibi autem Deus iussit illas dari sacerdotibus sicut decimas leuitis Num. 18. ca. ideo & nunc debuerunt dari sacerdotibus, id est, ministris Ecclesie.

Sed

Sed dicendum, quod non omnibus sacerdotibus. Nam religiosi non dantur, quia religiosi nulla iura a populo recipiunt, sed potius solvunt. extra de decimis cap. ex multiplici, & cap. commissum. Nisi, super his sint privilegiati eo. tit. cap. dilecti, & cap. ex parte tua. Quod verum est, nisi monachi populum habeant, quia tunc ab illo tam decimas quam primitias, & oblationes, & omnia iura percipiunt, quia parochiam habent. Sed dato, quod clericis secularibus dentur, an dabuntur Ecclesie, in qua quis audit diuina, vel in qua fundi siti sint?

Dicendum, quod si soluerentur nunc primitiæ, vt in veteri testamento, vt de sexaginta vnum, quæ erant mensura determinata Ezechi. 45. esset quilibet ager primitiæ, sicut est decimalis, quia de quolibet deberetur certa pars primitiarum secundum quantitatem fructuum, & tamen non debentur primitiæ sic, sed secundum consuetudinem, vt dicitur sequenti q. Ideo non videtur per se quilibet ager obligatus, sed potius persona ad soluendum hoc de agris, sed illa, quæ sunt personalia onera, vel quasi pertinent ad ecclesiam, in qua audit diuina soluens: ideo illi dabuntur, & non Ecclesie in cuius territorio sunt fundi. Sic inuitur 16. q. 1. cap. doctos, & cap. moderamine, vbi dicuntur primitiæ dari pro seruitio altaris. Si quis tamen contendat primitias debere dari Ecclesie, in cuius parochia sunt fundi non resistimus, maxime si consuetudine fuscietur, quæ in hoc præbet magni ius, & tamen communis tenetur, quod datur ecclesie parochiali, id est, in qua audiuntur diuina, quæ est parochia soluentis. Sic tenent Rai. & Hostien. in summa de decimis titu. dicentes parochiali ecclesie dandas primitias per allegata iura.

Quantum soluendum est nomine primitiarum.
Quæst. CCXX.

QUÆRITUR quantum soluendum est nomine primitiarum.

Dicendum, quod de hoc apud doctores iuris non est eadem positio. Et ratio est, quia iura canonica non taxauerunt, & etiam in veteri testamento non fuit diffinitum: nam iuxta positionem communiorum eorum, cum credant tam decimas quam primitias esse de iure diuino, eo quod præcepta fuerunt a Deo in veteri testamento, si ibi inuenirent taxationem illam dicerent tenendam, sicut circa decimas, quia decima pars fructuum ibi fuit imposita, dicunt illam debere seruari a nobis, non inueniunt tamen diffinitionem iuxta dictum Hierony. & habetur extra de deci. cap. decimam, scilicet, quod circa primitias nihil fuit diffinitum a Moyse in Pentateucho, & ideo tenebatur doctrina magistrorum, quod qui plus solueret de quadraginta, qui minus solueret de sexaginta, & inter quadraginta, & sexaginta erat solutio. Et hoc tenendum putant circa solutionem nostram in frugibus, & vino, & oleo, & melle, & generaliter in omni fructu præter animalia. De animalibus non erat idem, & dixerunt quidam, vt Hugui. quod erat dandum primogenitum, vt videtur dici extra de voto, & vo. re. c. magna, sed eisdem Hugui. vltim est hoc valde graue esse, vt si quis tria solum, vel quatuor capita haberet, ideo dixit dandum vnum de ducentis, & si tot capita non habeat dabit proportionaliter estimationem. Sed Ioan. & Lau. dixerunt de ceterum capitibus dandum esse vnum Goffe. tamen, & Rai. dixerunt in hoc ad consuetudinem recurrendum, de his Host. in summa tit. de deci. in fi.

Dicendum tamen, quod in his præsupponitur ali-

quis error. Primus est, quod non inueniatur determinatum quantum solueretur pro primitiis in veteri testamento. Secundus est, quod si illa determinatio inueniretur sequeretur illam.

De primo patet, quod certum erat in veteri testamento quantum determinate daretur in primitiis, quia de rebus mensurabilibus aridis, & liquidis dabatur sexagesima, id est, de sexaginta præcise vnum. In pecoribus autem de ducentis dabatur vnum, Ezechie. 45. cap. Et hoc dicit Hierony. super Ezechielem cuius auctoritas allegatur extra de deci. cap. decimam, scilicet, quod in Pentateucho tempore Moyse præcepta fuerunt primitiæ, sed non diffinitæ: ideo arbitrio magistrorum solvebatur inter quadraginta, & sexaginta, sed postea, ne sacerdotibus per auaritiam aliquid plus exigerent, taxauit Deus per Ezechielem, id est, sexagesimam, & ducentissimam.

De secundo apparet, quia dato, quod in veteri testamento esset determinata taxatio primitiarum, non oportebat illam tenere in nouo testamento. Et ratio est, quia sicut decimæ, & primitiæ, non ideo solvuntur in nouo testamento, quia erant impositæ in veteri, sed quia postea ecclesia statuit, ita dato, quod taxationes aliquæ ibi factæ essent, non ideo tenendæ erant in nouo testamento.

Quod autem de primitiis animalium dicebatur dandum primogenitum non est verum, quia primogenita omnia pecorum debebantur sacerdotibus ex alio iure. Nam cuiuslibet pecoris dabatur primogenitum, & hominis primogenitus redimebatur, & vltra hoc dabatur primitiæ, de animalibus. Num. 18. cap. quod etiam dicebat Hugui. durum esse dari primogenitum si quis non haberet nisi vnum, duo, vel tria capita nihil facit, quoniam certum est, quod etiam si non haberet quis nisi ipsum primogenitum, dare debebat illud: Exo. 13. & Num. 18. cap. sed non dabatur in primitias. Cum autem dicunt dari centesimum, nullam causam habent neque in nouo neque in veteri testamento.

Dicendum, ergo circa hoc, quod cum primitiæ non soluantur nunc, ex eo quod fuerunt institutæ in veteri testamento, sed ex eo quod ab ecclesia postea introductæ sunt, non est curandum de quantitate earum in veteri lege, etiam si sit certa. Nam planum est, quod post tempora Ezechielis prophete semper dabatur in fructibus terre sexagesima pars, & in animalibus ducentesima: Ezechi. 45. cap. Et tamē, quia Ecclesia non distinxit hanc quantitatem, non tenemur sequi hanc, sed eam, quam illa distinxerit, nullam autem distinxit: ideo standum est consuetudini. Vnde dicendum, quod super primitiarum quantitate, aut constat de consuetudine alicuius Ecclesie, aut non. Si constat illa est tenenda, & relinquuntur totum consuetudini secundum Goffe. & Rai. & bene dicunt. Aut non constat de consuetudine Ecclesie: vt pote quia non est aliqua certa consuetudo Ecclesie illius, & tunc recurrendum est ad consuetudines vicinarum Ecclesiarum extra de consuetudine cap. cum olim, & extra de sepultis. cap. certificari. Et hoc verum est, quando vicinarum Ecclesiarum est vna consuetudo. Si autem diuersarum ecclesiarum vicinarum sunt diuersæ consuetudines illa tenenda est, quæ magis tendit ad mediocritatem 10. quæst. 2. ca. hoc ius, vel tenendam esse eam, quæ minus dat. arg. ff. de lega. in l. 3. Et hoc verum putant Goffe. & Rai. si ecclesia non egeat, & tamen si ministri non possunt sustentari, credunt tenendam esse consuetudinem illam, quæ plus dat, vel saltem eam, quæ tenet medium 10. quæst. 2. capitu. hoc ius, hæc vera sunt.

Sed

Sed dicit Hostien. & Henri. extra de deci. capitu. 1. quod ista varietas consuetudinis attendenda est inter quadraginta, & sexaginta, & idem tenet beatus Tho. Secunda secundæ.

Secundū tamen, quod hoc non stat, quia innuunt, quod non valet consuetudo, si tenet, quod minus soluatur quam sexagesima, in quo imitari voluit traditionem illam Hebræorum, quam ponit Hierony. & habetur extra de deci. cap. 1. Et patet primo, quia si aliqua mensura teneretur de eis, quæ seruabantur in veteri testamento, maxime teneretur illa, quæ expressa erat in sacra scriptura, & tamen expressa erat sexagesima, & ducentesima Ezechi. 45. cap. ergo illa præcise tenenda esset, & non aliqua consuetudo ad plus, vel minus.

Secundo quia neque taxatio facta in sacra scriptura veteris testamenti, neque interpositio aliquam magistrorum a fortiori debebat in hoc teneri cum non soluantur nunc primitiæ, quia ibi statuta fuerunt, sed quia postea de nouo introductæ sunt, sed Ecclesia nihil taxauit, ergo non est obligatio ad soluendum nisi quantum consuetudo habet, quæ est lex cum deficit lex. Et sic dicit Iano. & bene, quod cum non inueniatur in iure expressa quantitas primitiarum est in optione dantis quantum velit dare nisi conuenerit regionis aliquid determinatum habet, quia illud est tenendum, immo vt aliqui volunt, quod si sit aliqua regio, in qua sit consuetudo nihil dari de primitiis, excusantur non soluentes a peccato, si ista consuetudo obrita est sine contradictione a tempore, de quo non extat memoria. Hoc tenent Glo. super Rai. & super Ioan. in su. Goffe. eo. tit. de deci. quod satis potest stare cum primitiæ sint introductæ apud nos de iure positivo, & illud per contrariam consuetudinem potest tolli. 4. distin. ca. leges, tunc si essent de iure diuino, ita quod nunc maneret mandatum datum Num. 18. ca. a Deo de dandis primitiis, quia contra illud neque valeret consuetudo, neque præscriptio potest introduci.

Quare soluantur nunc primitiæ. Quæst. CCXXI.

QUÆRITUR quare soluantur nunc primitiæ. Aliqui dicunt, quod nulla causa est quare soluantur, immo non debent dari, quia præcepta ceremonialia veteris testamenti non seruantur in nouo, & tamen præceptum de primitiis erat ceremoniale, ergo non manet.

Secundo quia primitias offerebant Iudæi Deo in veteri testamento pro speciali causa, quæ ad eos pertinebat, & non pertinet ad nos, scilicet, pro liberatione Aegypti, & introductione in terram Chanaan, & soluens faciebat quandam professionem coram Deo, vt dicitur Deutero. 26. cap. & dictum est supra. Sed hoc non pertinet ad nos, neque talem professionem facere debemus, aut ponere primitias in carallo sicut illi, ergo non tenemur dare primitias.

Dicendum, quod primitiæ dantur in nouo testamento, & causa immediata quare dantur est, quia impositæ fuerunt ab ecclesia. Causa autem impositionis Ecclesie vna fuit in recognitionem: nā a Deo recipimus omnia, quæ habemus, & maxime fructus terræ, quia postquam seminamus grana in terra putrescunt, & moriuntur 1. Corin. 15. cap. & non est in potestate hominis, quod de gratis mortificatis aliquid proueniat. Deo autem volente prouenit postea magna vberitas fructuum: ideo ad totum illud tenetur homo Deo, quia totum illud præstat, extra de decimis cap. cum non sit in homine. Deus autem

licet non egeat bonis nostris Psal. 15. tamen vult recognitionem a nobis, vt dicit Augu. 16. q. 1. cap. decime, & hoc est, quod demus ei de eis, quæ ab eo accepimus, sicut dixit Dauid 1. Paralipomenon 29. cap. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Quia ergo ipse fructus omnes dat, iustus est, vt pro principio fructuum aliqua ei munera offeramus, & ista vocamus primitias.

Secunda causa est, vt sit aliqua sustentatio ministris Ecclesie, dandi enim erant eis aliqui redditus ad sustentationem a communitate, eo quod pro tota communitate Deo ministrabant, quod autem isti vocentur decimæ, vel primitiæ, vel quidquid aliud, dum tamen vtque ad sufficientiam sint, nihil refert. Et sic diuersis nominibus iura hæc vocauerunt.

Tertia causa est, quia Ecclesia inuenit, quod Deus instituerat primitias in veteri testamento pro sustentatione ministrorum. Nunc autem ministri sunt, & sustentatione indigent, & eis de publico danda est, & ideo non videtur aliquid aliud ecclesie conuenientius quam instituire illa eadem iura soluenda, quæ fuerant in veteri testamento, sed ibi fuerunt primitiæ: ideo instituit primitias.

Ad rationem primam dicendum, quod ceremonialia præcepta veteris testamenti non manent nunc, & verum est, quod primitiæ non dantur ex vigore illius mandati ceremonialis, sed quia ecclesia nouiter instituit dari.

Alij dicunt, quod huiusmodi ceremoniale non manet quantum ad id, quod ceremoniale erat, scilicet, ad quantirarem, & modum fructuum, sed quantum ad illud, quod erat de iure naturali, scilicet, quod aliquid detur in recognitionem manet. Et quantum ad hoc dantur nunc primitiæ. Sic dicit beatus Tho. Secunda Secundæ q. 86.

Sed melior est prima solutio, quia hæc supponit, quod aliquo modo sit solutio primitiarum de iure naturali. Quod proprie loquendo non concedimus. Nam de iure naturali non est nisi, quod aliquid detur Deo in recognitionem, & quod aliquid detur ministris eius, eo quod seruiunt loco communitatis, sed quod hæc sit decima, vel primitia, aut aliquod aliud ius, non est de iure nature.

Ad secundum dicendum, quod Iudæis fuit multiplex causa dandi primitias, & vna fuit illa, scilicet, introductionis in terram promissionis. Nobis autem sunt alie cause, & non oportet, quod eadem causa sit nobis, & Iudæis soluendi primitias, cum neque sit idem præceptum de soluendo, quia illis dedit Deus, nobis vero Ecclesia. Licet potest etiam dici, quod sit nobis, & illis aliqua vna causa, quia licet illa causa, quam profitebantur Iudæi erat eis specialis, cum recognitionem fructuum receptorum a Deo est communis nobis, & illis, & omnibus hominibus, & ideo bene ex eadem causa nos, & illi primitias damus, sic enim de decimis erat, quia illas damus Deo in recognitionem dominij, ipse quippe reseruauit eas sibi in signum vniuersalis dominij, extra de deci. ca. tua nobis, & nos in huius recognitionem eas damus.

Vt vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite, quia mundatis quod de foris est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Phariseæ cæce, munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat, & id, quod de foris est mundum. Vt vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ aforis

Op. f. Tho. 2. 2. q. 86. ar. vlti.

Luc. 11. f.

Luc. 11. f.

aforis parent hominibus speciosa, intus ve-
rò plena sunt ossibus mortuorum, & omni
spurcicia, sic & vos aforis quidem parietis
hominibus iusti, intus autem pleni estis
hypocrisis, & iniquitate. Væ vobis Scri-
bæ, & Pharisei hypocritæ, qui ædificatis
sepulchra Prophetarum, & ornatis monu-
menta iustorum, & dicitis. Si fuissetis
in diebus patrum nostrorum, non essemus
socij eorum in sanguine prophetarum. Ita-
que testimonio estis vobismetipsis, quia
filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt.
Et vos implete mensuram patrum vestro-
rum. Serpentes genimina viperarum, quomodo
fugietis a iudicio gehennæ? Ideo
Ecce ego mitto ad eos Prophetas, & sapien-
tes, & scribas, & ex illis occidetis, & cru-
cifigetis, & ex eis flagellabitur in synagogis
vestris, & persequemini de civitate in civi-
tatem, ut veniat super vos omnis sanguis
iustus, qui effusus est super terram, a san-
guine Abel iusti vsque ad sanguinem Za-
chariæ filij Barachiae, quem occidistis inter
templum, & altare. Amen dico vobis, ve-
nient hæc omnia super generationem istam.
Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophē-
tas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt,
quotiens volui congregare filios tuos, que-
madmodum gallina congregat pullos suos
sub alas suas, & noluisti? Ecce relinquetur
vobis domus vestra deserta. Dico enim vo-
bis. Non me videbitis amodo, donec di-
catis. Benedictus, qui venit in nomine
Domini.

Væ vobis. In præcedentibus Christus arguit Phari-
seos, quod corrumpent veritatem discipline, & ius-
tæ, hic arguit eos, quod corrumpant veritatem vite, & ad
hoc ponit tria exëpla. Secundum ibi. *Væ vobis scribæ.* Ter-
tium ibi. *Væ vobis scribæ.* Circa primum dicitur. *Væ
vobis.* Sicut in præcedentibus per vè quendam ma-
ledictionem importat.
Scribæ, & Pharisei. Ad istos loquitur, quia Phari-
sæi, & Scribæ, id est, sapientes erant deteriores in po-
pulo Iudæorum, & decipiebant populum suis simu-
lationibus, vnde erant digni maiori redargutione.
Qui mundatis. Arguit eos, quod curarent de cor-
porali, & exteriori munditia, & non curabant de in-
teriori munditia conscientia, quæ præcipua est apud Deum.
Quod de foris est calicis, & paropsidis. Calix est vas, &
non significat vas, in quo feratur aliquid ad cibum,
sed ad potum, ut dicitur supra 20. cap. Potestis bibe-
re calicem, quem bibimus sum? Et Psal. 21. calix
meus in ebrians quam præclarus est. Paropsis est no-
men vasis pertinentis ad cibos, vel ad cibos præci-
puos, siue ad condimenta ciborum, quæ aliqui salu-
amenta vocant. Sic dicitur infra 26. cap. Qui intin-
git mecum manum in paropside, hic me tradet. Et

Luc. 11. 8.

Luc. 11. 8. Theol. 11.

Luc. 11. 8.

Hebra. 11. 2. Para. 14. Luc. 13. 8.

Christus scribas reprehendit, quod corrumpent veritatem.

Quid calix sit, quidve paropsis.

quod vocatur ibi paropsis alibi vocatur catinus. Luc. 11. cap. scilicet, munditia quod de foris est, id est, partem exteriorem paropsidis, & catini. quasi dicat, partem interiorem eorum non mundatis, sed iste sensus non fiat.

Primo quia non est verisimile de aliquo, quod taliter mundaret vasa, scilicet, interiora relinqueret immunda, & exteriora lauaret, quia id, quod bibitur, aut comeditur in parte interiori vasis continetur, & non in exteriori, ideo magis necessaria est mundatio partis interioris quam exterioris.

Secundo quia non erat hoc verisimile specialiter circa Phariseos, & Scribas, qui præcipuam curam habebant de munditia corporali, & sepe lavabant corpora, & vasa omnia. Vnde arguit eos de superuacuis baptismatibus calicum, & camentorum Mar. 7. ca. Sed qui lauat partem exteriorem vasis, & non interiorem non sufficienter lauat, ergo non faciebant hoc Pharisei.

Tertio quia si hoc esset, nulla cura esset Christo arguere de hoc. Nam licet mundare partem exteriorem vasorum, & non interiorem sit quædam immunditia, & ineptitudo, tamen non est peccatum apud Deum. Christus tamen non arguebat homines nisi de peccato, quo Deus offenditur: ideo non erat iste sensus.

Quarto quia litera non concordat huic sensu, quia dicitur. Mandatis quod de foris est paropsidis, & calicis, intus autem pleni estis rapina. Et ita illud intus non refertur ad calicem, sed ad hominem, & tamen intelligendo primo modo debet dici mundatis quod de foris est calicis, & paropsidis, id est, mundatis calicem, & paropsidem, quæ vasa de foris sunt, & extra hominem.

Intus autem. Id est, in cordibus vestris. *Pleni estis rapina.* Id est, Rapiendi desiderio, vel peccato rapinæ propter assuetudinem rapiendi. Nam aliter non potest rapina esse in anima, cum rapina, id est, res rapta foris sit.

Et immunditia. Signat generaliter immunditia omne peccatum, quia omne peccatum reddit nos coram Deo immundos, neque est alia sordes animi nisi peccatum.

Pharisee cæce. Hactenus increpuit Phariseos, & Scribas enarrans malum quod faciebant: hic suadet quid agere debeant, scilicet, mundare interiora cordis. Et vocat cæcos Phariseos, quia sicut ex cæcitate quadam provenit, quod quis mundare intendens calicem, aut paropsidem mundet exteriorem partem eius, & non interiorem, quia si videret maculas manentes eas abstergeret, ita provenit ex cæcitate, quod quis mundet exteriora sua, & non interiora quod si tu videres interiora tua, quomodo immunda sunt, verisimile est, quod velles ea mundare cum mundes exteriora, & tamē non mundas: ideo videtur, quod omiseris quasi illa non videas, & ita cæcus es. *Munda prius.* Id est, potius, non dicit prius, sed tempore, quia non differt quid prius mundemus an exteriora, vel interiora, dum in interiora mundemus, sed dicit potius, præcipue, scilicet, habet præcipuam curam de munditia interiori, quia illa incomparabiliter maior est, de exteriori vero munditia habet minorem curam. *Quod intus est calicis, & paropsidis.* Potest ista litera dupliciter legi. Vno modo munda prius, id est, potius quod intus est calicis, id est, partem interiorē, & exteriorem mundabis minus principaliter, quia maior necessitas est mundandi interiora calicis, & paropsidis in quibus est usus ciborum, & potuum quam exteriora, quæ non contingunt cibū, & potum, sed solum placent oculis. Et iste sensus est metaphorice. Alio modo intelligitur munda prius, id est, potius quod intus est cali-

Deus in corde nostro delinquat.

cis, & paropsidis, id est, calicem, & paropsidem interiorē, scilicet, cor, quia ibi est calix Dei, & paropsidis, scilicet, cibis, & potus eius. Nam delectatur in corde nostro, sicut in cibo nostro, & potu nos delectamur si sit mundum cor. *Ut fiat id, quod de foris est mundum.* Id est, ut postea mundes quod de foris est, & apparet in oculis hominum, quasi dicat minorem curam debes habere de exterioribus mundandis, & iste est verus sensus.

Quid intendebat hic Christus inducens de calice, & paropside. Quæst. CCXXII.

QUARE ARGUIT PHARISEOS hic, quod mundaret exteriorē partem calicis, & paropsidis, cum hoc non videatur reprehensibile. Dicendum, quod Christus non arguit munditiam corporalem, & exteriorē, quia Christus nunquam redarguit nisi de eo, quod malum est, sed munditia corporalis de se, quantumcunque sit, nunquam est mala: ideo neque a Christo arguitur. Sed potest intelligi vno modo, scilicet, quod Pharisei magnam curam habebant de munditia vasorum, in quibus bibebant, & manducabant, quæ munditia est exterior, & tamen de conscientie munditia nullam curam agebant. Et istam curam munditie vasorum semper agebant Pharisei, sed præcipue in festis diebus, & quædam sacrificia acturi erant, & tamē neque tunc curam agebant de munditia conscientie. Sic dicit Chrysostr. super Mat. Hoc dicit, quia Iudæi quoties ingressuri erant in templum, aut sacrificia oblaturi, aut per dies festos seipios, & vestimenta, & vestilia lauabant, & peccatis nemo seipsum purgabat, cum Deus neque corporis munditiā laudet, neque sordes condemnet. Pone tamen, quod Deus odit sordes corporum, & vasorum, quæ necesse est, ut ipso usu sordidentur, quæ magis sordes conscientie horret, quæ si volumus, semper mundā servamus. Alio modo potest intelligi, quod Christus non loquatur de cura Phariseorum circa calices, & paropsides in speciali, neque de cura aliquorum vasorum in generali, sed per vasa hæc signavit mundationem exteriorum rerum quam Pharisei sequebantur non attendentes interiorē. Sic dicit Hiero. super Mat. Non hoc dicit, quod in calice, & paropside eorum superstitio moraretur, sed quod foris hominibus ostēdat sanctitatem. Posuit autem convenienter exemplum de paropside, & calice, quia in his munditia magis requiritur interius quā exterius, & si quis exterius mundaverit, & non interius, cæcus est, & nihil prodest, si autem intus mundaverit, etiā si foris non mundaverit, prodest & sufficit ad usum, licet non ad pulchritudinem. Sic si exteriora munda sint, conscientia verò immunda nihil prodest. Si vero interiora mundentur, et si exteriora immunda sint, sufficit hoc coram Deo. Sic dicit Hilarius super Mat. Calicis namque usus interior est, qui si obsorduerit, quid prodest lotus exterior? atque ideo interioris conscientie nitor est obtinendus, ut ea, quæ corporis sunt foris secus, abluantur. Vnde non solum facit comparisonem de calice ad hominem, sed etiā ipsum hominem calicē vocat, & paropsidē, quia habet interiora, & exteriora sicut calix. Et hoc facit in fine literæ cum dicit: Munda prius quod intus est calicis. Sic dicit Chry. super Mat. non hoc dicit de sensuali calice atque paropside, sed de intelligibili, qui si nunquam tetigerit aquā, mundus potest esse apud Deum, si autem peccaverit, etiam si in tota aqua pelagi, & fluminum se lauerit immundus est, & miser ante Deum.

Et sic sensus est, non quod Christus exteriorum rerum argueret munditiam, sed quod diligeretur exterior, & contemneretur interior, quæ melior est, iniustum erat. Vel aliter, quod Pharisei solum exteriorem munditiam amarent, & propter eam se simpliciter mundos iudicarent quasi haberent totam munditiā erant hypocritis. Et tamen primus sensus est magis ad literam, cum non vocentur hic Pharisei hypocritæ, sed cæci, ut dictum est præce. q. istud quoque potest trahi ad multos sensus, scilicet, ut per calices, & paropsides accipiamus hereticos, vel literam veteris testamenti.

Quare Christus arguit Phariseos hic, quod mundaret exteriorē partem calicis &c. Quæst. CCXXIII.

Quare Christus arguit Phariseos hic, quod mundaret exteriorē partem calicis, & paropsidis, cum hoc non videatur reprehensibile.

Dicendum, quod Christus non arguit munditiam corporalem, & exteriorē, quia Christus nunquam redarguit nisi de eo, quod malum est, sed munditia corporalis de se, quantumcunque sit, nunquam est mala: ideo neque a Christo arguitur. Sed potest intelligi vno modo, scilicet, quod Pharisei magnam curam habebant de munditia vasorum, in quibus bibebant, & manducabant, quæ munditia est exterior, & tamen de conscientie munditia nullam curam agebant. Et istam curam munditie vasorum semper agebant Pharisei, sed præcipue in festis diebus, & quædam sacrificia acturi erant, & tamē neque tunc curam agebant de munditia conscientie. Sic dicit Chrysostr. super Mat. Hoc dicit, quia Iudæi quoties ingressuri erant in templum, aut sacrificia oblaturi, aut per dies festos seipios, & vestimenta, & vestilia lauabant, & peccatis nemo seipsum purgabat, cum Deus neque corporis munditiā laudet, neque sordes condemnet. Pone tamen, quod Deus odit sordes corporum, & vasorum, quæ necesse est, ut ipso usu sordidentur, quæ magis sordes conscientie horret, quæ si volumus, semper mundā servamus. Alio modo potest intelligi, quod Christus non loquatur de cura Phariseorum circa calices, & paropsides in speciali, neque de cura aliquorum vasorum in generali, sed per vasa hæc signavit mundationem exteriorum rerum quam Pharisei sequebantur non attendentes interiorē. Sic dicit Hiero. super Mat. Non hoc dicit, quod in calice, & paropside eorum superstitio moraretur, sed quod foris hominibus ostēdat sanctitatem. Posuit autem convenienter exemplum de paropside, & calice, quia in his munditia magis requiritur interius quā exterius, & si quis exterius mundaverit, & non interius, cæcus est, & nihil prodest, si autem intus mundaverit, etiā si foris non mundaverit, prodest & sufficit ad usum, licet non ad pulchritudinem. Sic si exteriora munda sint, conscientia verò immunda nihil prodest. Si vero interiora mundentur, et si exteriora immunda sint, sufficit hoc coram Deo. Sic dicit Hilarius super Mat. Calicis namque usus interior est, qui si obsorduerit, quid prodest lotus exterior? atque ideo interioris conscientie nitor est obtinendus, ut ea, quæ corporis sunt foris secus, abluantur. Vnde non solum facit comparisonem de calice ad hominem, sed etiā ipsum hominem calicē vocat, & paropsidē, quia habet interiora, & exteriora sicut calix. Et hoc facit in fine literæ cum dicit: Munda prius quod intus est calicis. Sic dicit Chry. super Mat. non hoc dicit de sensuali calice atque paropside, sed de intelligibili, qui si nunquam tetigerit aquā, mundus potest esse apud Deum, si autem peccaverit, etiam si in tota aqua pelagi, & fluminum se lauerit immundus est, & miser ante Deum.

Et sic sensus est, non quod Christus exteriorum rerum argueret munditiam, sed quod diligeretur exterior, & contemneretur interior, quæ melior est, iniustum erat. Vel aliter, quod Pharisei solum exteriorem munditiam amarent, & propter eam se simpliciter mundos iudicarent quasi haberent totam munditiā erant hypocritis. Et tamen primus sensus est magis ad literam, cum non vocentur hic Pharisei hypocritæ, sed cæci, ut dictum est præce. q. istud quoque potest trahi ad multos sensus, scilicet, ut per calices, & paropsides accipiamus hereticos, vel literam veteris testamenti.

menti. Sic dicit Origenes super Matth. Omnes falsi dogmatis professores calices sunt a foris quasi munda...

Quare Christus non dixit oportuit vnam munditiam teneri, & alteram non omitti cum vtraque bona sit.

Quare Christus non dixit oportuit vnam munditiam teneri, & alteram non omitti cum vtraque bona sit.

Quare Christus non dixit oportuit vnam munditiam teneri, & alteram non omitti cum vtraque bona sit.

dicere, quod oporteret hoc ficere, & illa non omittente. Secus de decimis, quia ille non erat ex traditione seniorum...

Decime erant ex Dei mandato.

Quare dicitur ossibus mortuorum.

Mos iudeus in sepe habendis cadaveribus.

Dicitur applicatio.

& locis publicis supra 6. cap. Et cum in templo orabant, accedebant iuxta altare, ut viderentur sanctiores...

Quare Christus posuit hic istam redargutionem de veritate vite.

Quare Christus posuit hic istam redargutionem de veritate vite.

Quare Christus posuit hic istam redargutionem de veritate vite.

Quare Christus posuit hic istam redargutionem de veritate vite.

Quare Christus posuit hic istam redargutionem de veritate vite.

Quare Christus posuit hic istam redargutionem de veritate vite.

Quare comparavit hic Christus Phariseos sepulchris dealbatis.

Quare Christus comparavit hic Phariseos sepulchris dealbatis.

Conuenienter etiam fit comparatio propter corpora mortuorum. Nam corpus mortuorum similitudinem quidem habet humanam, sed homo non est.

Corpora peccatorum dicitur sepulchra.

Conuenienter etiam fit comparatio propter corpora mortuorum. Nam corpus mortuorum similitudinem quidem habet humanam...

Hypocrite dupliciter peccant.

Sunt autem hypocrite valde increpabiles, quia bonitatem falsant, sicut dicit Aristot. de falsis amicis...

Quare Christus dixit intus pleni estis hypocritis, & iniquitate.

Quare Christus dixit intus pleni estis hypocritis, & iniquitate.

Quare Christus dixit intus pleni estis hypocritis, & iniquitate.

Sed dicitur quomodo Christus dixit: Intus pleni estis hypocritis, & iniquitate?

hypocritis tamen foris est cum consistat in simulando coram hominibus id, quod verè non est.

Quid hypocritis sit.

Dicendū, quòd rectissime dictum est hypocritis intus esse. Est enim hypocritis iniquitas quædã, sicut cetera vitia, quia si non esset iniquitas non redderet hominem malum omne autẽ vitium in anima est: ideo hypocritis etiã est in anima, & sic intus est. Nã est habitus quidã vitiosus, quo quis eligit bonus apparere cũ malus sit, & illud simulare. Et cũ dicitur, quòd foris est hypocritis corã hominibus, dicendū quòd actus quidam hypocritis foris est, s. simulatio bonitatis, & tamen malitia ipsa, quæ habitus est intus est, neq; est hoc speciale circa hypocritism, quia alij habitus morales tam virtuosos quã vitiosos idem habent, s. quòd habitus sunt in anima. Operationes verò sunt duplices, s. ipsa electio, & executio, electio quidem tam vitij quã virtutis intus est, executio vero est foris pertinens ad partes organicas. Sic & in hypocritis, quia duplicẽ habet operationẽ, una est eligere simulare bonitatẽ, quã non est, alia est ipsam simulare. Prima est interior, s. solius voluntatis, secunda est exterior in varijs modis aliquid efficiendi, s. verbo, opere, habitu, gestu. Christus autem tetigit de hypocritis id, quòd erat intus, & non quòd foris, quia exterior simulatio provenit ab interiori electione, & iniquitate existente in anima, & nõ esset exterior simulatio mala nisi propter interiori iniquitatem. Et iste modus est semper loquendi Christo, quoniam omnia mala vult constituere intus. Et si quod malum foris est, dicit illud exire de intus a corde, vt patet supra 15. ca. Et hunc modũ et tenuit hic dicens hypocritism intus esse. Vt vobis. Hic ponitur alia increpatio Christi contra Phariseos, & est circa corruptionẽ veritatis vite, & consistit in habitudine ad actus predecessorum suorum, & dicitur. Vt vobis. Dicitur ea ratione, qua supra. Hypocritas. Etiã vocat eos hic hypocritas, quia & in hoc aliquid simulabant. Qui edificatis sepulchra prophetarum. Prophetas iam mortui erant a multo tempore, sed quia forte iacebant offi. eorum in loco contẽptibili, vel monumenta eorum erant humili, nullum specialem decorem, aut magnitudinem habentia edificare poterant isti ea, idest, ampliare, & pulchra atque sumptuosa reddere. Et ornatis monumenta iustorum. Alij fuerunt inter Iudeos, qui non fuerunt Prophetas, & erant viri iusti, & magnę reputationis, sicut Nehemias, Edras, Matthias, & omnes Machabę, & patriarchę, & multi alij, de quibus sacra scriptura nihil dicit. Erant tamen cogniti inter Iudeos. Horum enim sepulchra ornabant, scilicet, dealbando foris, & sumptuosiora reddendo. Et dicitur. De hoc eos arguit, quòd laudant se supra patres suos. Si fuissetis in diebus patrum nostrorum. Vocant patres omnes maiores, quia ista est consuetudo scripturę, quòd omnes, de quorum progenie unus patres vocemus, etiã si abavi, aut tritavij sint, idest, si fuissetis tempore, quo occisi sunt Prophetę. Non essemus socij eorum. Idest, Patrum nostrorum in sanguine Prophetarum, id est, nõ fuissetis eis in occidendo Prophetas, sed potius impediremus mortem prophetarum. Et in hoc meliores se ostendunt patribus suis. Ita, vt testimonio estis vobis. Idest, Vos restitucimini contra vos ipsos.

Quod filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt. Clare hoc testificatur. Nam cum dicant, si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum, apparet quòd patres eorum sanguinem Prophetarum effuderunt, & ipsi non consentirent si presentes essent, Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Idest, Sic vos implebitis mensuram eorum, scilicet, tantum faciendo de malo, quantum illi fecerunt occidendo Prophetas.

Quid intendit Christus contra Phariseos hæc dicendo. Quest. CCCXXVIII.

Quid intendit Christus contra Phariseos dicendo hæc. Dicendum, quòd intendit sicut in precedentiibus duobus exemplis arguere eos, quòd corrumperent veritatem vite, & hoc per simulationem quandam, quæ est hypocritis cum se bonos ostendant, & non sint, & quòd hoc intendunt apparet, quia in principio verborum hoc dixit, s. vt vobis Scribę, & Pharisei hypocrite. Modus arguendi eos est, quia ipsi gloriabantur se esse bonos, & iustos edificando sepulchra Prophetarum, & tamen non erant. Dicebant enim, quòd parentes eorum occiderant Prophetas, & tamen ipsi si fuissent tempore illorum non fuissent eis in occisione Prophetarum, & in hoc nõ erat verũ, quia deteriores illis essent in occisione iustorum. Et patet, quia ipsi tempore suo deteriora fecerunt, s. occidendo Christũ, qui erat Deus Prophetarum, & veritatẽ annunciabat. Et hoc patet, quia dicit Christus in fine literę, implere mensuram patrum vestrorum, i. implebitis ipsam, quia ipsum, & suos discipulos occiderunt, inanis ergo erat gloriatio ipsorum, s. quòd non fuissent parentibus suis in occisione Prophetarum. Sed dicitur, ad quid voluit Christus nunc arguere Phariseos de inani gloria, quia de hac statim ante hoc arguerat dicens eos similes sepulchris dealbatis. Dicendum, quòd fuit conueniens. Primo quia ibi arguerat eos in generali hypocritas esse ostendens, & inanis glorię cupidus, s. quia bona exterius ostendebant, & interius mala habebant, sicut sepulchra dealbata. Nunc verò per rationem specialem hoc ostendit, s. quia ipsi gloriabantur se iustos, & pios esse, quasi non comacularent manus suas in sanguine Prophetarum, & tamen falsum erat, quia ipsi magis quam patres sui in hoc peccarent, & peccabant. Secundo vt ostendat id, quòd ad se pertinebat, s. quomodo Iudei eũ occidituri essent, in quo grauius peccarent quã patres eorum occidendo Prophetas. Tertio vt prædiceret eis mala, quæ facturi erant, s. quomodo occiderent discipulos eius prædicantes veritatem, cum ait, ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & ex illis occiditis. & crucifigitis &c. ideo fuit conueniens etiam nunc eos de hypocritis arguere.

Quomodo Christus vituperat hic Phariseos pro edificatione sepulchrorum Prophetarum, & iustorum. Quest. CCCXIX.

Quomodo Christus vituperat hic Phariseos pro edificatione sepulchrorum Prophetarum, & iustorum. Dicendum, quòd quidã volunt non arguit, quia edificabant illa, sed quia superuacuos sumptus faciebant, & melius fuisset illa expendi in alios vsus, vt in sustentatione pauperum. Sic dicit Chry. super Mat. Non gaudent martyres, quando ex illis pecunijs honorantur in quibus pauperes plorant.

Sed dicendum, quòd non arguuntur ob hoc, quia litera non consonat cum sequatur. Et dicitur si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. Alij dicunt, quòd fiebat hoc ad conseruandam memoriam scelerum patrum, quasi audaces fuissent valde patres eorum occidendo Prophetas, & vt non periret memoria huius rei destructis sepulchris construebant magna, & pulchra sepulchra. Sic dicit Chrylostomus in homilia, scilicet, non eos inculat, quia sepulchra edificant, sed intentioni eorum detrahit cum qua edificabant.

ostendit primo ponens eorum iactantiam, cum dicitur edificatis sepulchra prophetarum, quod opus bonum erat, & laudem, quã sibiipsis dabant dicentes, si fuissetis in diebus patrum nostrorum non fuissetis socij eorum in sanguine prophetarum, quasi dicat nos sumus meliores patribus nostris, non ita impij, sicut illi, & vsque nunc laus est, sed Christus statim probat, quòd erant deteriores patribus suis cum ait, & vos implete mensuram patrum vestrorum, & deest implebitis eam, vt ita occidatis prophetas, sicut illi. Et ista sententia consonat toti literę, & colligit illam.

Quare Pharisei edificabant sepulchra prophetarum, & aliorum iustorum. Quest. CCCXX.

Quare Pharisei edificabant sepulchra prophetarum, & aliorum iustorum. cum isti Pharisei essent deteriores patribus, qui occiderant prophetas, quare edificabant sepulchra prophetarum, & aliorum iustorum.

Dici potest vno modo, quòd faciebant ex inani gloria. Nam erant cupidi huius glorię, & quidquid poterant pro ea, faciebant. Et hoc consonat literę. Primo, quia vocat Christus eos hypocritas, sed hypocrita est simulator bonitatis, & hoc est ex desiderio glorię inanis. Secundo, quia ponitur iactatio eorum cum dicat se pios, scilicet quòd non consentirent in mortem prophetarum.

Tertio patet, quia hoc idem Hierony. dicit, scilicet ipsi opinione bonitatis, & glorię in populo sepulchra edificant prophetarum.

Aliter potest dici, quòd Pharisei bono animo edificabant sepulchra ista, vt honoraret prophetas, & iustos, nec obstat, quòd essent iniquiores oculis prophetarum. Nam conditio Iudeorum erat, quòd prophetas mortuos honorabant, viuentes vero persequerantur, & occidebant. Et causa est, quia mortui non increpabant eos in aliquo, viuentes vero arguebant eos, & contrarij erant operibus eorum, ideo persequerantur viuos, mortuos honorabant. Sic dicit Chrylostomus super Matth. Semper enim Iudæi præteritorum sanctorum cultores fuerunt, & presentium contemptores, magis autem, & persecutores. Non enim sustinent increpationes prophetarum suorum, persequerantur eos, & occidebant, postea vero nascentes filij intelligebant culpas parentum suorum, & ideo quasi de morte innocentium prophetarum dolentes edificabant memorias eorum, & ipsi tamen similiter persequerantur, & interficiebant suos prophetas increpantes eos propter peccata sua. Hoc etiã poterat esse in Iudæis nunc. Vnde licet Christum, & discipulos suos, qui eos nunc increpabant, occiderent, edificabant sepulchra priorum, qui eos nunquam arguerant de sceleribus. De sepulchris autem sanctorum an pulchra fieri debeant, & ibi de sepulchris nostris dicitur latius infra vigesimo octauo cap.

Quare Pharisei dicebant, si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Quest. CCCXXI.

Quare dicebant isti, si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum.

Dicendum, quòd primo erat ad inanem gloriam, vt se pios ostenderent, qui manus polluere nolent in sanguine prophetarum, & hoc, vt non videantur repugnare factis suis. Nam aliquis diceret eis, ad quid occisorum prophetarum sepulchra edificatis, odistis enim eos occidentes illos, quomodo ergo nunc eis bene facitis? excusant se, quòd non oderunt.

cabant, quoniam non propter honorem eorum, qui occisi fuerant, sed sicut pompam sibi statuentes in occisionibus illorum, & formidantes ne forte tempore procedente sepulchris destructis tabescat caute audacię memoria. Sed hoc non conuenit, quia ista intentio mala erat, & de malo nemo potest se laudare, neque in eo simulare sanctitatem.

Item, quia hoc dato placeret istis de morte martyrum, cum audaciam parentum suorum occidentium prophetas vellent in memoriam conferuare, & tamẽ ipsi innuunt contrarium, quia dicunt, quòd si fuissent tempore parentum suorum, non consensissent in occisione prophetarum, ergo non edificabant propter hoc, sed magis, quasi ex quadam intentione pietatis.

Alij dicunt, quòd redarguit de edificatione sepulchrorum, non quia illa edificabant, sed quia ex inani gloria, vt per hoc iusti viderentur. Hoc autem aliqualiter conuenit literę, quia Christus de hypocritis eos arguit, dicens. Vt vobis Scribę, & Pharisei hypocrite. Et Hierony. super Matth. dicit, prudentissimo syllogismo arguit eos filios esse homicidarum, dum opinione bonitatis, & glorię in populo sepulchra edificant prophetarum, quos maiores eorum interfece- runt. Etiam Chrylostomus super Matth. dicit: Dicebant super se si benefecerimus pauperibus, non multi vident, & pro tempore vident, nonne ergo melius facimus non solum in hoc tempore, sed in posterum?

Sed tamen dicendum, quòd non est ista intentio Christi arguentis contra Phariseos, quia tunc solum dixisset: Vt vobis hypocrite, qui edificatis sepulchra prophetarum, & tamen addidit: Et dicitis: Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, &c. Et concludit: Itaque testimonio estis vobismetipsis quòd filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Ergo aliud intendit improbare eis, quam inanem gloriam, vel hypocritism.

Secundo, quia si de inani gloria eos argueret, nõ diceret, vt vobis, quia inanis gloria facit, quòd homo perdat mercedem boni operis, sed non obligat ad penã gehennę, & tamen hic dicitur, vt, quòd importat maledictionem, ergo non arguit eos de sola inani gloria.

Alij dicunt, quòd intendit hic Christus arguere Phariseos, quòd essent filij eorum, qui prophetas occiderant. Et hoc aliqualiter consonat literę, quia concluditur, scilicet itaque testimonio estis vobis, quòd filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Hoc etiam dicit Hieronymus super Matth. scilicet, Prudentissimo syllogismo arguit eos filios esse homicidarum.

Sed dicendum, quòd nõ fit. Primo, quia Christus arguit hic istos, & tamen nulla redargutio est esse aliquem filium homicidę, quia interdum filij malorum sunt boni. Sic dicit Chryso. in homilia: Qualis inculatio est esse filium homicidę ei, qui non communicat menti paternę, patet, quòd nulla.

Secundo, quia Christus mala prænunciat istis, dicens: vt vobis, & tamen ex hoc, quòd aliquis est filius hypocrite nullam penam meretur, quia filius nõ portabit iniquitatem patris, neque pater portabit iniquitatem filij, sed anima, quæ peccauerit ipsa morietur. Ezechiel. 18. ergo non intelligitur de hoc.

Tertio, quia vocat eos hypocritas, & tamen nõ facit ad propositum huius sententię, ideo aliter intelligendum est.

Dicendum, quòd Christus nõ arguit Phariseos, quòd edificarent sepulchra, vt dicit Origenes super Matth. scilicet non satis rationabiliter communicari videtur aduersus eos, qui edificant sepulchra prophetarum, quantum enim ad hoc laudabile quid faciebant, sed dicendum, quòd arguit eos de iniquitate, & hypocritis, s. quòd iactabant se, quòd pii, & religiosi essent plus, quam patres sui: Et tamen erant illis deteriores. Hoc Alph. Toft. in Matth. Pars V L.

oderunt eos, sed potius venerantur, neque in mortem illorum consenserunt, immo si fuissent tempore illorum prophetarum, dicunt se impedituros fuisse mortem illorum.

Secundo erat ad vitandam opprobrium: Diceret enim aliquis vos maledicti estis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt. Respondent, quod patres eorum in hoc peccauerunt, tamen ipsi non sunt ex hoc infamandi, quia non consentiunt sceleri paterno, & si fuissent temporibus illis non consentirent, & hoc aliquantulum manifestabat magnificus sumptus in sepulchra eorum. Nam si eos odissent non honorarent illos. Sic dicit Hieronymus super Matth. super illo verbo: si fuissetis in diebus patrum nostrorum, &c. Et hoc si sermone non dicant opere loquuntur, ex eo quod ambitiose, & magnifice edificant memorias occisorum: Tertio, ut se meliores ostendant patribus suis. Nam Pharisei, & Scribæ non sunt contenti, ut similes alijs sint, sed ut meliores omnibus videantur, sicut dicebat Phariseus ille Lucæ 18. capit. gratias tibi ago, quia non sum, sicut ceteri homines, raptores, peruersi, adulteri, velut etiam hic Publicanus. Et quoniam presentibus se meliores ostendebant, voluerunt quoque præteritis, scilicet patribus eorum meliores se iactare.

Sed dicitur nunquid vero corde hoc dicebat? Dicitur potest, quod sic, scilicet quod intendebant non fuisse participes patribus suis in occisione prophetarum. & hoc, quia sciebant esse malam; & noliam utilitatem inde sibi prouentientem sciebant, ideo deestabantur occasione illam factam a patribus, immo quasi dolebant de morte prophetarum præteritorum.

Sed nunquid erat verum, quod si fuissent diebus patrum suorum, non essent participes in sanguine prophetarum? Dicendum, quod falsum est, immo ipsi fortassis essent præcipui occisores. Quod patet, quia ipsi tempore suo deteriora fecerunt occidendo Christum, & discipulos eius. Et hoc Christus contra eos intulit, dicens: Et vos implete mensuram patrum vestrorum, id est implebitis eam, ita ut faciatis talia mala, qualia illi, & adhuc deteriora. Sic dicit Chrysostomus super Matth. ut patet præcedenti, scilicet. Semper enim Iudæi præteritorum sanctorum cultores fuerunt, &c. usque ad finem. Accidebat autem hoc, quia delicta alterius quilibet facile cognoscit, propria autem non, & ideo Pharisei nunc agnoscebant patres suos prauos fuisse occidendo prophetas, & detestabantur actus illorum, sed ipsi non cessabant talia agere, & non putabant se male agere. Sic dicit Chrysostomus super Matth. scilicet naturalem autem consuetudinem hominum malorum hic Christus exponit, quia alter alienus culpam cito intelligit, suam autem difficile. Homo enim in causa alterius tranquillum habet cor, in sua vero turbatum, in causa vero alterius de facili possimus omnes iusti iudices esse, ille vere iustus, & sapiens est, qui sibi ipsi iudex fieri potest.

Quare Christus dixit. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quod filii eorum estis. Quæst. CCXXXII.

Quare Christus dixit: Itaque testimonio estis vobismetipsis, quod filii eorum estis. Christus ad aliquam accusationem concludit eos homicidas esse cum ex intentione videatur hoc deducere, & Hieronymus prudentissimo syllogismo arguit eos filios esse homicidarum. Potest autem dici vno modo, quod Christus arguit eos, tanquam ob inanem gloriam detectores paternorum vitiorum. Nam ut se ostenderent iustos dicebant: Si fuissetis nos temporibus patrum nostrorum, non occideremus prophetas, sicut

illi, & hoc ex hypocrisis faciebant, non tamen est alicui honestum vitia patris sui manifestare sponte, quod isti faciebant. Aliter potest dici, & melius, quod hoc Christus ponit ad accusationem eorum, ut ostendat, quod similes sunt patribus suis, sicut enim homicidam esse vituperabile est, ita esse filium homicidæ imitando patrem in affectu vituperabile est, sed isti erant filii homicidarum, & non deuiantes ab iniquitate patrum, ergo erant inculpabiles, & ob hoc vocatur aliquis filius homicidæ ad vituperum. Sic dicit Elifæus de rege Israel 4. Reg. 6. c. l. Nunquid scitis, quod miserit filium homicidæ, ut præcedatur caput meum, iste erat coram rege Israel filius Achab, qui homicida fuerat, qui occidit multos prophetas Domini 3. Reg. 19. & 21. & filium eius Ioram vocauit Elifæus filium homicidæ, quia in ipso actu imitabatur eum, cum miserit ad præcedendum caput Elifæi, nam isti vocantur a Christo filii homicidarum in vituperum, scilicet quia eis similes erant. Sic dicit Chrysostomus in homilia. Qualis autem est inculpatus filius homicidæ, qui non communicat menti patris, patet autem, quod nulla. Vnde manifestum est, quod per hoc dicit, quia occulte insinuat malitiam similitudinem. Debet autem sic introduci ista litera, quod Christus volebat dicere istis. Vos estis filii homicidarum, & estis homicidæ, sicut patres vestri, & quia Christus probare debebat eos esse filios homicidarum, ut non altringatur ad istam probationem, ostendit superuacuum esse illud, cum ipsi sponte confiterentur, & ita ait: Itaque testimonio estis vobismetipsis, quod filii estis eorum, qui occiderunt prophetas, quod non oportet hoc probare, quia vos ipsi confitemini, & testificamini contra vos istud. Confessio autem erat, quia illi dicebat. Si fuissetis in diebus patrum suorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Et tunc ostendit Christus eos mentitos esse, & hypocritas, cum se patribus suis meliores iactarent, & erant deteriores, & probat hoc, quia illi dixerunt patres nostros occiderunt prophetas, sed nos non occideremus eis si præteritis essemus. Christus probat, quod non essent, immo deteriora facerent, quia nunc cum increparentur ab eo, & alijs prophetis discipulis eius occiderunt eos, ergo non erat mirum, quod occiderent prophetas illos, quos patres eorum occiderant, si essent tempore ipsorum.

Quare Christus dixit Phariseis, & vos implete mensuram patrum vestrorum. Quæst. CCXXXIII.

Quare Christus dixit Phariseis. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Dicendum, quod Christus voluit ostendere Phariseos esse mendaces, & hypocritas, ipsi enim dixerant, quod si fuissent in diebus patrum suorum, non essent socii in sanguine prophetarum, in quo se iustos ostendebant, quasi nunquam in tali crimine peccarent: Christus autem dixit, quod ipsi, ita peccarent in hoc, sicut patres sui, vnde ait: Implete mensuram patrum vestrorum, id est implebitis eam occidendo prophetas, sicut & illi, & ita non estis sanctiores illis, quamquam hoc fingatis. Sic dicit Chrysostomus in homilia, quia dixerat contra Phariseos, & Scribas, quod filii essent eorum, qui occiderunt prophetas, nunc manifestat, quod in malitia eis similes erant, & quod fictio erat hoc, quod dicebant. Et idem Chrysostomus super Matth. ait: Prophetæ enim illis futurum esse, ut sicut patres eorum interfecerunt prophetas, ita & ipsi interficerent Christum, & Apostolos, & ceteros discipulos. Secundo fuit, quia hoc erat valde conueniens intentioni Christi ad præcedendum facta Iudæorum, & ostendendum veritatem suam, & innocentiam suorum discipulorum, quia Iudæis occidendi erant. Nam occisuri

Discipuli Christi erant plura quam propheta.

occisuri erant Iudæi Christum, & discipulos eius, & A quia non poterat statim apparere alijs gentibus an recte, vel iniuste occidissent eos, iudicarent multi ex præsumptionibus, & dicerent, quod non erat verisimile, quod Pharisei, & Scribæ tractarent mortem Christi, & discipulorum eius si illi essent propheta, aut viri iusti, quia potius Pharisei, & Scribæ dolebant de occisione iustorum, & prophetarum facta a parentibus eorum, & edificabant illis sepulchra gloriosa, quomodo ergo verisimile erat, quod ipsi occiderent prophetas, & viros iustos maxime, quia ipsi testabantur, quod si in diebus patrum suorum fuissent, non essent socii eorum in sanguine prophetarum. Ut ergo non acciperetur istud argumentum ex præsumptione, voluit Christus illam excludere dicens, quod falsum erat, quod non futuri essent socii parentum suorum in sanguine prophetarum, immo essent illis socii, si eo tempore essent. Quod probat, quia impleturi erant mensuram patrum suorum faciendo tanta mala, quanta illi. Et non obstat ad hoc edificatio sepulchrorum, quia hoc faciebant prophetis iam mortuis, qui nihil eis molesti erant, sed viuentibus, qui eos insuperabant, mala inferebant, & ex hoc tollebatur suspitio illa. Et poterat satis credi, quod Pharisei, & Scribæ occiderent prophetas, id est Christum, & discipulos suos, qui erant plusquam propheta. Et proderat maxime hoc pro populo Iudæorum, quia illi erant insipientes, & sequebantur doctrinam Phariseorum, & Scribarum, & cum illi suaderent Christum occidendum esse, putaret populus iuste hoc fieri, potissime si nullam contrariam suspensionem haberet, maxime quia Pharisei ex edificatione sepulchrorum prophetarum ostendebant se nullo modo nocituros esse viros iustos, & prophetas. Christus autem ostendit, quod Pharisei occiderent prophetas, sicut patres eorum, ideo non admiraretur populus, si Christum, & discipulos eius, qui erant propheta, occiderent Pharisei, & etiam ob hoc voluit eos vocare filios illorum, qui prophetas occiderunt.

Quomodo Christus dixit Phariseis, implete mensuram patrum vestrorum, cum hoc esset malum. Quæst. CCXXXIII.

Sequitur quomodo Christus dixit illis, implete mensuram patrum vestrorum, in quo significabat, quod illi occiderent prophetas, quia hoc malum erat, & Christus non suaderet hoc. Dicendum, quod Christus non imperauit, neque iussit hoc fieri, sed posuit per modum prænuntiatis. i. vos implebitis mensuram patrum vestrorum. Sic dicit Chrysostomus in homilia, non quidem hoc dicit, quasi iniurgans, sed quasi prædicans, quod futurum erat, vel potest intelligi per modum insultantis, si implete. i. scio, quod implebitis. Sic dicit Chrysostomus super Matth. si aliquem litiges aduersarium dicis illi, fac mihi, quod es facturus, non iubes, ut faciat, sed ostendis te intelligere, quod cogitat facere. Et non dixit Christus absolute, implete mensuram patrum vestrorum, sed dixit, & vos implete. i. et vos. quod iam patres vestri mensuram malorum suorum impleuerunt: implete et vos illam. Isti autem non solum impleuerunt mensuram, sed et superabundauerunt. Sic dicit Chrysostomus supra, & quidem quantum ad veritatem excesserunt mensuram patrum suorum. Illi enim homines occiderunt, isti Christum crucifixerunt. Serpentes. Postquam ostendit Matthæus hypocrisis culpam, hic subiungit eius penam. Et primo ponitur pena eterna. Secundo temporalis ibi. Ierusalem, Ierusalem. Circa primum dicit. Serpentes. Vocat Phariseos serpentes propter venenum inuidie, quod habebant sicut serpentes.

Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

Genimina viperarum. i. filii viperarum geniti ab eis. Quomodo fugietis a iudicio gehennæ. q. d. non poteritis fugere cum talia mala faciatis, & facturi sitis, & in eis obstinati moriemini. Et ista est pena æterna. Gehennæ, quam pro peccatis passuri erant isti. Ecce ego mitto. i. quotidie mitto, & post hoc etiam mittam. Ostendit autem hic Christus in quo impleturi erant mensuram patrum suorum. i. in occidendo istos, quos ipse mittebat. Ad vos. i. ad prædicandum vobis. Prophetas. Alios quos prophetas misit Christus, quia multi propheta erant in ecclesia. Et sapientes. Isti sunt, qui habent sapientiam, & non prophetiam. Et scribas. i. viros doctos in lege. Et ex illis occiditis. Aliquos de discipulis Christi occiderunt Iudæi. Et crucifigitis. Est determinatio præcedentis dicti, scilicet, quod occiderent eos morte crucifixionis. Et ex illis flagellabitis. Aliquos flagellauerunt, ut a prædicatione cessarent. In Synagogis vestris. i. in congregationibus Iudæorum, & de mandato publico flagellabantur. Et persequimini de ciuitate in ciuitatem. Expellentes de vna ciuitate ad aliam per prædicationem, & cultum Christi. Ut veniat. i. & veniet, & ponitur, ut non ut notat eam finalem, sed consecutionem. Omnis sanguis iustus. i. iustorum: quoniam sanguis non est iustus, sed homo. Qui effusus est super terram. i. per violentam mortem. A sanguine iusti Abel. Iste fuit primus iustus, qui occisus est. Nam Cain frater suus eum occidit, Gen. 4. c. vsque ad sanguinem Zachariæ. Istum ponit extremum in iustis occisis, quia multiterant, quod vocabant sic. Declarat magis. Filii Barabæ. Per hoc apparet quis erat ille Zacharias. Quem occiditis inter templum, & altare. i. in porticu templi, quia intra altare holocaustorum, quod erat foris, & templum, quod erat clausum, erat quoddam spatium, quod porticus dicebatur, & in illo occisus est Zacharias. Amen dico vobis. Modus iurandi, vel affirmandi est. q. d. indubitanter dico vobis, quod hoc erit. Venient hæc omnia. i. pena pro sanguine omnium iustorum effuso. Super generationem istam. Id est super eos, qui nunc viuunt, aut nascuntur.

Quare Christus vocauit Phariseos serpentes, & genimina viperarum. Quæst. CCXXXV.

Quare Christus vocauit istos Phariseos serpentes, & genimina viperarum. Dicendum, quod hoc dixit ad increpandum eorum vitia, nam arguebat eos verbis mordacibus cum eos supra vocaret hypocritas, & cæcos, & alia multa. Sed dicitur, quomodo erant serpentes, & genimina viperarum? Dicendum, quod vocauit eos serpentes propter venenum. Et hoc erat contra id, quod Pharisei ostendebant. Nam iustos se foris ostendebant, sed non erant, immo iniquitatem habebant interius. Sic eis dixit Christus, quod hypocrite erant, sicut sepulchra dealbata exterius pulchra, intus vero plena ossibus mortuorum. Sic, & serpentes venenosi, quod mortiferum est, clausum habent. Et istud erat odium, & inuidia ad Christum, & discipulos eius, qui vere boni erant, & vitia eorum arguebant. Vocantur autem genimina viperarum, i. filii viperarum. Neque est modus iste loquendi nouus, sic. n. Ioannes Baptista vocauerat supra 3. c. l. genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Dicit autem possunt filii viperarum, vno modo per magnitudinem veneni, quia venenum viperæ magnum est, sic enim isti magnam iniquitatem in corde habebant, secundum quam Christum, & eius discipulos occiderunt.

Secundo potest hoc dici ad ostendendum similitudinem eorum ad parentes suos. Nam patres eorum occiderunt prophetas, ita & ipsi prophetas occisuri erant, ut impleant mensuram patrum suorum, quasi diceret

Hh 2 ho.

homicide estis, & filij homicidarum, sicut serpentes filij serpentum. Nam si Christus vocasset eos serpentes nihil ultra addens poterat intelligi, q̄ venenum istud occisionis iustorum inciperet ab eis, & non habuisset ortum a patribus, & tñ patres præcesserant eos in hoc vitio, cum essent filij homicidarum, iō non vocauit eos solum serpentes, sed et genimina viperarū, quasi diceret serpentes filij serpentum. Sic dicit Hiero. super Matth. hoc ipsum Ioānes Baptista dixerat, sicut ergo de viperis nascuntur vipere, sic de homicidis patribus nati estis homicide. Tertio possunt sic vocari filij viperarum, quia ista est conditio viperarum, vt filij nascentes matrem occidant rumpentes vterum eius, sicuti rumpunt genitores suos, quia infamabant eos, & se illis meliores iactabant, cum dixerunt, si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Sic dicit Chryso. super Matth. Genimina viperarum dicuntur, quoniam talis est eorum natura, vt filij rumpant vterum matris, & sic procedant. Sic & Iudæi semper patres condemnant reprehendentes eorum facta.

Quare dixit Christus, quomodo fugietis a iudicio gehenna. Quæst. CCXXXVI.

Quare dixit Christus, quomodo fugietis a iudicio gehennæ. Dicendum, quod gehenna infernus est, sicut dicitur infra 5. c. f. reus est gehennæ ignis, iudicium aut vocat pena, non poterit vitare penam gehennæ, & dixit hoc eis ad ostendendum facta eorum pessima, & condemnatione digna, vt sic cauerent a malo, quod facturi erant. Nam illud poterant vitare. Dixit autem, quomodo fugietis, quasi dicat non putetis vos fugere per ea, quæ facitis, quia licet sepulchra prophetarum, & iustorū edificetis, si prophetas occiditis non placabitur Deum vobis. Nam forte in hac exteriori iustitia considerat Pharisæi, q̄ eos liberaret, sed nihil proderat, nisi sola penitentia de præteritis malis, & abstinentia a futuris. Sic eos arguit Ioannes Baptista supra 3. cap. Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentis, & ne ceperitis dicere patrem habemus Abraham, quasi dicat illud nihil vobis proderit, & ita accipitur hic quomodo fugietis, id est nullum modū fugiendi habetis per ea, quæ nunc facitis. Sic dicit Chryso. super Matth. dicit autē quomodo fugietis a iudicio gehennæ, nunquid sepulchra sanctorū edificantes, sed primus gradus pietatis est sanctitatem diligere, deinde sanctos. Sine causa, ergo iustos honorat, qui iustitiam spernit, non possunt laudari amici esse illorum, quibus Deus est inimicus: aut forsitan nomen vacuum vos liberabit, quia videmini esse in populo Dei. Puto autem, quod melius est inimicus apertus, quam amicus fallus: sic & apud Deum odibilior est, qui seruum Dei se dicit, & mandata facit diaboli.

Quomodo Christus dixit, ideo ecce mitto ego, &c. quam conscientiam, ideo, ibi dicit. Quæst. CCXXXVII.

Quare dixit Christus, iō ecce mitto ad vos prophetas, q̄ p̄ntiam, vel causalitatem dicit ibi, iō: nam videtur referri ad fugam gehennæ, vel ad impletionem mensuræ patrum, quæ sunt proxima, sed vtrunque vñ inconueniens. Nam si iō Christus hoc faciebat, vt non fugerent gehennā, vñ q̄ cupiebat eos damnare, & si referatur ad impletionem mensuræ et est malum, quia vñ, q̄ Christus volebat, q̄ Pharisæi occiderent eum, & discipulos suos. Dici potest vno modo, q̄ iō non dicit hic consequentiam, vel causalitatem ali-

quam, sed solum continuationem, & sic solent multa alia inueniri in scriptura: sic, vt, ex se dicit causam finalem, & tñ hic in litera dicit consecutionem, vt veniat super vos oīs sanguis iustus. i. & veniet super vos. Sic et igitur est nota p̄ntia, & tñ interdum non facit aliq̄ consecutionem, sed ponitur in principio totius narrationis, sicut in principio legendæ Beati Martini dicit: Igitur Martinus. Et tunc non est aliquod inconueniens, ac si simpliciter dixisset: Ecco ego mitto ad vos. Sed dicendum, q̄ hoc non vñ stare, sed potius, q̄ notet consequentiam, vel causalitatem, quia Luc. 11. c. vbi ponitur ista sententia, et si per alia verba, ponitur dictio significans causalitatem. Nam loco huius, quod hic ponitur, ideo ecce mitto ad vos prophetas, dñ ibi: Propterea, & sapientia dixit: Mittam ad vos prophetas, & Apostolos. Dicendum ergo, q̄ aliqua causalitas importatur. Aliquid dicunt, q̄ importatur causa ad id, quod dictū est immediate, scilicet serpentes, &c. quomodo fugietis a iudicio gehennæ, quasi dicat non poteritis fugere, quia opera vestra talia sunt, & erunt occidendo prophetas, & viros iustos, q̄ non poteritis fugere gehennam, & ad hoc, quod verum sit, quod dñ fugietis gehennam, ego mittam ad vos prophetas, quos occiditis, & ita peribitis. Et ita exponit Chryso. vt dicitur sequenti quæst.

Sed dicendum, & melius, q̄ hic notat causalitas, vel consequentia ad præcedentia, sed nō est ad fugam gehennæ, sed ad impletionem mensuræ, vt appareat verum verbum Christi, & hoc pertinebat ad Christū, vt probaret falsam esse gloriationem Pharisæorū, & eos esse hypocritas, sicut Christus dixerat. Nam illi dicebant: Si nos fuissetis in diebus patrum nostrorum, nō essemus eis socij in sanguine prophetarum. Christus autem dixit, q̄ hoc non erat verum, sed q̄ ipsi facerent, sicut patres sui occidendo prophetas, & impleterent mensuram illorum. Poterant autem dicere Pharisæi, q̄ Christus falsum dicebat, quia non erat verisimile, quod ipsi, qui talem honorem impendebat prophetis mortuis eorum edificando sepulchra occiderent viuentes prophetas, quos magis debebant venerari, & quia probatio dicti Christi in hac parte nondum apparebat, neque aliqua coniectura, forte audieres magis crederent Pharisæis, quam Christo. Vnde fuit cōueniens, q̄ Christus daret probationem huius rei, & hanc dedit, dicens: Et vos implete mensuram patrum vestrorum, id est implebitis occidendo prophetas, & vt videatis, q̄ ego verum dico ex hac causa ego mittam ad vos prophetas, & sapientes, & occiditis eos, & sic implebitis mensuram patrum vestrorū. Quod vero dicitur, serpentes genimina viperarum quō fugietis a iudicio gehennæ, quasi est interpositio, cum magis secundum ordinem scripturæ posset totaliter sequi, & hunc ordinem posuit Luc. 11. c. dicens: Profecto testificamini, quia consentitis operibus patrum vestrorum, qm̄ quidem ipsi eos occiderunt, vos autē edificatis eorum sepulchra. Et sequitur: Propterea, & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas, & p̄ntia, vt appareat, quia consentiunt. i. conformantur mentibus patris circa occisionem prophetarum, licet eorum sepulchra edificent, mittet sapientia Dei prophetas, quos illi occident, & iste est verus sensus.

Quomodo Christus misit ad hoc Apostolos, & prophetas, quia videbatur in hoc prestare occasionem malo. Quæst. CCXXXVIII.

Sed adhuc manet dubium, sc̄ quō Christus misit ad hoc Apostolos, & prophetas, quia in hoc præstabat causam malo, vt Pharisæi impleverent mensuram patrum suorum occidendo illos. Dicen-

Dicendum vno modo, q̄ Christus non prestabat hic causam ad malum, quia non faciebat ad hunc finem, sed occasionem quandā, & Deus bene vult interdū occasionem malis prestare, vt appareat eorū iniquitas, sic dicit Chry. sup Matth. non querit Deus opera pp se, vt sciat quō iudicet, sed pp alios, vt oēs intelligant, quia iustus est Deus, prouidet autē Deus occasionem peccandi malis, non vt peccare faciat, sed vt peccatorem ostendat, & bonis præbet occasionem, per q̄ ostendat propositum voluntatis suæ. Sic ergo Scribis, & Pharisæis dedit occasionem ostendendi voluntatem suam, vnde dicit, iō ecce ego mitto ad vos p̄ntias. Sed qm̄ Deus bonus est, & mundus sunt manus eius, & ad iniquitatem respicere non pot̄ Abacuc primo c. est inconueniens non solum, q̄ dicamus eum facere aliquid pp malū, sed et dare alicui occasionem peccandi, vt ostendat eum peccatorem, & ob hoc solum aliquid facere. Nam sicut peccare non est bonum, & iō Deus non facit aliquid, vt hō peccet, ita & ostendere peccatorem non est absolute bonum, sed bonū ex malo proueniens, ideo Deus nō facit aliquid principaliter, vel solum, vt ostendat aliquem peccatorem, & q̄ in illo peccet hō, secus autē est si nō esset aliquid, in quo hō non peccaret, vt si Deus daret aliquid mirabile signum ad cognoscendū peccatorem. Sed hic non erat sic, quia mittendo Apostolos, & prophetas ad hoc, q̄ occiderent eos Pharisæi, & per hoc ostenderentur peccatores, non poterant peccatores ostendi, cum prius in hoc facto peccarent. iō dicendum, q̄ non est verū, q̄ ad hoc solum mitteret prophetas, & Apostolos, vt occiderent illos Pharisæi, & apparerent peccatores. Sed dicendum, q̄ missio Apostolorum, & sapientum a Christo habuit aliā causam directam, & principalem, et si nunq̄ occidēdi essent. Et ista erat, vt prædicarent euāgelium omni creature, & conuerteret totum orbē ad Christū infra 28. & Mar. 16. c. nam si, vt manifestaret peccatū Iudæorū isti mitterentur, & non ob aliā causam legitimā præcipuam, & directā, illi soli mitterentur, q̄ ab eis occidēdi erant, & tñ aliqui fuerunt de missis a Christo, q̄ non occisi sunt: sicut Ioan. Euangelista, & Lucas, alij vero, q̄ & si occisi fuerunt, non tñ a Iudæis, sed a gentilibus, ergo cā mittendi eos non fuit hæc, sed cōuersio oīum ad fidē Christi & salus totius generis humani. Est tñ verū, q̄ in hac missione, quæ erat ad hunc finē secutū fuit p̄ntia Iudæorū, & manifestatio eius, sc̄ quia si Christus non misisset Apostolos, & prophetas non occidissent illos Pharisæi, & sic non peccarent in hoc, & sic p̄ntia non manifestaretur p̄ntia eorū, sed primū, sc̄ peccarent Pharisæi occidendo istos non fuit de intentione Dei principaliter, neque minus principaliter, quia tunc aliquam causam ad hoc præstaret, sed permisit non impediendo eorum malam voluntatem, & operationem impedimento cogente, quia bene impediuerat dissuadendo eis peccare. Secundum vero, ostendere peccatum Iudæorum voluit Christus non intentione principali, quoniam non ad hoc mittebat illos, vt occiderentur, & manifestaretur peccatum occidentū, sed quia sic futurum erat, quod Iudæi ex sua iniquitate occiderent missos a Christo, voluit probari iniquitatem eorum per hoc, & assumpsit illud hic, vt probationem, dicens. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, &c. ideo vt videatis, quod ego dico verum, quod vos implebitis mensuram patrum vestrorum occidendo prophetas, ego mittam ad vos prophetas, quos occiditis, non quasi ista sit causa, quod occidatis eos, sed quia sic futurum erat ex alijs causis, quod ego eos ad vos mitterem, & cum misero videbitis me verum dicere, quia occiditis eos.

Deus bonus est, & mundus sunt manus ei.

Quomodo Christus dicit ecce ego mitto, quia inuocabat se esse Deum per hoc, quod ipse volebat. Quæst. CCXXXIX.

Quare dixit Christus, quomodo fugietis a iudicio gehennæ. Quæst. CCXXXVI.

Quare dixit Christus, quomodo fugietis a iudicio gehennæ. Dicendum, quod gehenna infernus est, sicut dicitur infra 5. c. f. reus est gehennæ ignis, iudicium aut vocat pena, non poterit vitare penam gehennæ, & dixit hoc eis ad ostendendum facta eorum pessima, & condemnatione digna, vt sic cauerent a malo, quod facturi erant. Nam illud poterant vitare. Dixit autem, quomodo fugietis, quasi dicat non putetis vos fugere per ea, quæ facitis, quia licet sepulchra prophetarum, & iustorū edificetis, si prophetas occiditis non placabitur Deum vobis. Nam forte in hac exteriori iustitia considerat Pharisæi, q̄ eos liberaret, sed nihil proderat, nisi sola penitentia de præteritis malis, & abstinentia a futuris. Sic eos arguit Ioannes Baptista supra 3. cap. Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentis, & ne ceperitis dicere patrem habemus Abraham, quasi dicat illud nihil vobis proderit, & ita accipitur hic quomodo fugietis, id est nullum modū fugiendi habetis per ea, quæ nunc facitis. Sic dicit Chryso. super Matth. dicit autē quomodo fugietis a iudicio gehennæ, nunquid sepulchra sanctorū edificantes, sed primus gradus pietatis est sanctitatem diligere, deinde sanctos. Sine causa, ergo iustos honorat, qui iustitiam spernit, non possunt laudari amici esse illorum, quibus Deus est inimicus: aut forsitan nomen vacuum vos liberabit, quia videmini esse in populo Dei. Puto autem, quod melius est inimicus apertus, quam amicus fallus: sic & apud Deum odibilior est, qui seruum Dei se dicit, & mandata facit diaboli.

Quare dixit Christus, iō ecce mitto ad vos prophetas, q̄ p̄ntiam, vel causalitatem dicit ibi, iō: nam videtur referri ad fugam gehennæ, vel ad impletionem mensuræ patrum, quæ sunt proxima, sed vtrunque vñ inconueniens. Nam si iō Christus hoc faciebat, vt non fugerent gehennā, vñ q̄ cupiebat eos damnare, & si referatur ad impletionem mensuræ et est malum, quia vñ, q̄ Christus volebat, q̄ Pharisæi occiderent eum, & discipulos suos. Dici potest vno modo, q̄ iō non dicit hic consequentiam, vel causalitatem ali-

Quare Christus voluit predicare Pharisæis, quod mittebat ad eos prophetas, & sapientes, quos occiderent. Quæst. CCXL.

Quare dixit Christus, quomodo fugietis a iudicio gehennæ. Quæst. CCXXXVI.

vos prophetas, & occidetis illos. Non habebat autem probationem ad illud demonstrandum, nisi hoc diceret, ideo dixit. Secundo fuit hoc ad ostendendum se Deum esse, qui sciret, quæ futura essent, scilicet quomodo Apostoli, & discipuli occidendi essent a Iudæis, & multa talia Christus prædicebat, ut cum postea viderentur in veritate, crederetur ipse Deus, qui nouerat, sicut dicitur Ioannis. 14. scilicet Ideo dixi vobis antequam fiat, ut cum factum fuerit, credatis.

Tertio fuit ad ostendendum auctoritatem missorum, scilicet quia Prophetæ erant, & sapientes, ideo illis credendum erat, Quarto fuit ad ostendendum bonitatem, scilicet ut, licet Iudæi persequerentur ipsum actu, non cessaret illorum salutem querere, & tantum illam cupiebat, quod etiam si sciret nuncios suos occidendos a Iudæis mittebat illos, ut aliquos lucrifaceret. Si autem mitteret illos, non prædicens hæc putaretur, quod nesciebat discipulos suos occidendos a Iudæis, ideo mittebat illos, & si sciret, non mitteret. Vnde non nimis videretur affectus ad salutem Iudæorum. Nunc vero cum constaret eum præcognouisse eorum mortem, & tamen misisse eos, apparebat, quantum esset desiderium suum de salute Iudæorum.

Quinto, ut arceret Phariseos a malis, ipsi enim, sicut Christus dixit, licet edificarent sepulchra prophetarum habebant iniquitatem in cordibus, ut occiderent prophetas, qui eos arguerent, & si super hoc non prædiceretur eis quidquam non aduerterent, & tunc cum arguerentur occiderent prophetas, ideo Christus duo eis prædixit, quæ poterant eos auertere ab hoc. Primam quia dixit, quod impletur mensura patrum suorum, occidendo prophetas, sicut illi. Secundo, quia quasi nominauit eis prophetas, dicens, ego mitto ad vos prophetas, quasi dicat non erit hoc post multum tempus, sed istos, quos nunc mitto, occidetis. Et ita Pharisei poterant conuenienter cohibere seipfos, non occidendo illos, saltem ut verbum Christi contra eos dictum non esset verum.

Sexto ut crimen Iudæorum appareret maius occidendo illos. Nam, si Christus nihil diceret, & postea Pharisei occiderent quos ille mittebat, non videretur tam graue esse peccatum illorum, quia non erant præmoniti. Etiam quia possent dicere, se nescire, an illi essent viri alicuius auctoritatis, nunc vero cum Christus dixerit, quod mittebat prophetas, & illos occiderent, apparet graue esse crimen Phariseorum.

Septimo fuit, ut esset Christo occasio prædicendi penam Iudæis, quæ pro hoc euentura erat. Nam pena pro peccato datur, & si non præmitteretur peccatum, non poterat conuenienter prægnunciari pena, & tamē penæ erant graues, scilicet quod veniret omnis sanguis iustorum super generationem istam, & quod relinqueretur Ierusalem deserta, & poterant hæc penæ prænunciatæ cohibere homines a peccatis, & non possent prænunciari, nisi prius diceretur de peccato, ideo conuenienter Christus dixit istos missos occidendos.

Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI.

Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI. Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI.

magis implebant mensuram patrum suorum, quam occidendo discipulos, ideo potius de se dicere debuisset.

Secundo, quia ponitur hic poena sequens pro impletionem mensuræ, scilicet quod veniat super eos omnis sanguis iustus, qui effusus est ab origine mundi, sed nemo est, propter quem potius venire deberet, quam propter eum, ideo debuisset de morte sua dicere. Tertio quod clarius probabatur in eo id, quod dixit de impletionem mensuræ. Nam occidendo cum magis constabat, quod occidebant prophetas, quam occidendo discipulos eius.

Dicendum, quod licet Pharisei non solum Christi discipulos, sed etiam ipsum occiduri erant, & ista poena, quæ ponitur potissime pro eius occisione esset veritatis, tamen de seipso non dixit, sed de discipulis, & dicitur aliqui, quod fuit, quia Christus sponte occisus est, & non imputat Iudæis mortem suam. Sic dicit Chryso. sup. Matth. sed quia voluntate sua descendit in mortem non imputat hic illis suæ mortis peccatum, imputat autem illis mortem Apostolorum ceterorumque istorum. Alia causa solet poni, quia Christus loquitur nunc, ut iudex, & ad bonum iudicem pertinet aliorum punire iniurias, suas autem remittere. Sic dicit Chry. ibidem, scilicet. Nam benigni, & iusti iudicis est suas iniurias contemnere, aliorum iniurias vindicare. Sed dicendum, quod hoc non multum stat, quia licet Christus de seipso non locutus est, tamen mors sua fuit imputata Iudæis potius, quam occisiones aliorum prophetarum. Nam maior poena pro hac iniuria est, scilicet destructio Ierusalem, ut colligitur Luc. 19. c. scilicet non relinquetur in te lapis super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tue, scilicet aduentus Christi. Cum vero obijcitur, quod ex eo, quod sponte occidebatur, non imputabatur occisio Iudæis. Non est verum. Nam etiam discipuli Christi sponte occidebantur, sed mors eorum imputabatur Iudæis, quia Stephanus orauit pro suis persecutoribus, sicut Christus orauit, scilicet ne statuas illis hoc peccatum. Act. 7. cap. & tamen imputata est mors eius illis, & non solum Stephanus, sed etiam omnes alij Christi discipuli mouebantur sponte, & non solum sponte, sed etiam cum gaudio. Act. 5. c. scilicet. Ibant Adostoli gaudentes a conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et tamen omnium istorum mortem Iudæis imputat hic Christus. Ideo non fuit ista causa. Quod vero dicit Chryso. quod non imputat Christus hic mortem suam, recte dicit, quod non imputat hic, id est non exprimit de morte sua, & tamen imputat illam, quia Luc. 19. c. tactum est de hoc, & eo quod non cognoueris tempus visitationis tue.

Cum autem dixit Chry. quod Christus, sicut bonus iudex non imputauit iniurias suas, sed aliorum, dicendum quod Christus erat Deus, & homo, nunc vero, sicut homo prædicabat, & hoc modo iniurias suas non imputabat, sed remittebat, & tamen in quantum Deus erat, ad quem pertinet gubernatio totius vniuersi, imputabat iniurias factas sibi, sicut & cuiuslibet alteri, immo suas magis in quantum erat maior. Sic patet Io. 8. c. cum Christus dixit, ego gloriam meam non quero, est qui querat, & iudicet. q. d. ego non peto honorem pro me, neque curo si quis me inhonorauerit, & in alius est, qui respicit ad hæc, sicut patet, ut ibi dicitur. Et ille iudicat, qui condemnat eos, qui mihi honorem non reddiderint, & eos maxime, qui mihi iniuriam intulerint. Dicendum ergo, quod alia est causa huius non expressionis de morte sua. Prima est, quia ista Christus dixit ad ostendendum, quod Pharisei implebant mensuram patrum suorum occidendo prophetas, ut dictum est præcedenti questione, & tamen occidendo eum, & la.

& sapientes, & ex illis occidetis, si autem seipsum nominaret, oporteret vocare seipsum iustum, vel prophetam, quia alia non procederet argumētum, siue probatio contra Phariseos. Christus tamen non laudabat se ore proprio, ut se iustum, aut sanctum, vel prophetam vocaret, & ideo non debuit se nominare.

Secundo, quia si hoc diceret, Pharisei dicerent eum mentiri, & alias iniurias, & contumelias contra eum dicerent, sicut dixit iterum Ioan. 7. c. Quid me queritis interficere, & responderunt, demonium habes, quis te querit interficere? A fortiori ergo, si nunc afferret se ab eis iniuste occidendum, maiores contumelias ei dicerent, ideo non debuit dicere de seipso.

Tertio ne impediret mortem suam. Nam licet diceret hoc non impediebat mortem discipulorum, quia illud de longinquo erat, & mors illorum non erat necessaria ad salutem nostram, mors autem Christi fuit necessaria ad nostram salutem, & erat de proximo, quia hæc dicta sunt die martis in hebdomada in ramis palmarum, scilicet die tertio ante mortem suam, ut ostensum est præcedente c. quæstio. vltima per tres autem dies facile erat cogitare super hoc, & impedire mortem Christi, ne verbum eius contra Phariseos videretur verum, ideo non debuit de seipso dicere.

Quarto, quia licet Christus non posuit expresse de se, tamen implicite de eo intelliguntur ista verba, quia non dixit Christus ista verba eo modo, quo habetur hic, scilicet. Ecce ego mitto ad vos, sed dixit: Propterea sapientia Dei dixit, mittam ad vos prophetas, & Apostolos, & ex illis occidetis. Sed nomine missorum, & sapientia ipse quoque intelligitur. Nam ipse est sapientia mittens, & etiam ipse est missus, quia filius seipsum mittit, sicut a patre, & Spiritu Sancto mittitur, ut dicit Augustinus 2. libro de Trinitate, & Magister 1. Sententiarum, distinctione 15. Nam ipse propheta potest vocari, quoniam ipse est propheta magnus, qui surrexit, quoniam visitauit dominus plebem suam. Luc. 7. cap. ergo non fuit necesse de se exprimi.

Ad primam rationem in oppositum dicendum, quod vere implebant mensuram, & excedebant occidendo ipsum, & tamen non decuit ipsum nominari, quia sequebantur inconuenientia, ut dictum est, & maxime, quia ipso non expresse apparebat impleri mensuram.

Ad secundum dicendum, quod poena illa non solum venit pro occisione discipulorum Christi, sed maxime pro eius occisione, & tamen non debuit ipse nominari, quia satis erat, quod comprehenderetur in hac locutione, scilicet quod esset vnus de iustis propter cuius mortem veniebat ista poena Iudæorum, immo propter ipsum maxime. Ad tertium dicendum, quod licet clarius in eo pateret, quam in alijs, tamen quia inconueniens erat, quod ipse se nominaret, non expresse se, sed discipulos, quod satis erat exprimere.

Qui sunt isti prophetae, quos Christus misit ad Phariseos. Quæst. CCXLI.

Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI. Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI.

Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI. Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI.

Mors Christi fuit ad salutem nostram necessaria.

Quos sit sermo Dei, & tamen ad omnes discipulos a Christo missos fiebat sermo Dei non semel, sed sepius potius, quam ad omnes prophetas veteris testamenti. Et patet, quia super omnes credentes, qui erant tempore ascensionis Christi venit Spiritus Sanctus in die Pentecostes, & loquebantur varijs linguis. Act. 2. cap. Et erant isti, quasi centum, & viginti, Act. 1. cap. Et non solum tunc spiritus venit in eos, sed quodocumque locuturi erant aliqui proximo, & dabat illis quid loquerentur supra 10. & Mar. 13. & Luc. 21. c. Nolite cogitare quomodo respondeatis, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, & reddetur vbi causa, si non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Ergo recte omnes isti prophetae vocantur. Secundo possunt vocari omnes hi prophetae a ratione prophetie stricte sumptæ. Solemus enim prophetas vocare eos, qui futura prænunciant, ita enim Apostoli, & omnes Christi discipuli faciebant. Nam futura gaudia annuntiabant, quæ oculus non vidit, neque auris audiuit 1. Corin. 2. c. Et iohannes, quia tales nauitates futuras annuntiabat Paulus, cum mortuorum resurrectionem, admirati Athenienses philosophi vocabant eum nouorum demoniorum annuntiatorem, Act. 17. c. Sic dicit Hilarius super Matth. 6. c. Apostolos prophetas vocat, qui de futurorum reuelatione prophetæ sunt. Et Beda dicit, sepe Apostolica scriptura prophetas non eos solum, qui futuram Christi incarnationem, sed eos, qui ventura cælestis regni gaudia prædicent appellat. Tertio prædicit, quod prophetæ vocantur, qui specialiter donum prophetie habebant. Nam vnus de donis Spiritus Sancti est prophetia, ut patet 1. Corin. 12. c. & dabat illam Christus multis in nouo testamento, ita ut in ecclesia multi prophetæ essent 1. Corin. 14. c. & ita hos dicebatur hic Christus mittere. Ad argumentum in oppositum, quod non erant prophetæ in nouo, sed in veteri testamento, dicitur late infra quæst. sequenti.

Quomodo sapientes, & scribae distinguuntur. Quæst. CCXLIII.

Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI. Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI.

Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI. Quare Christus non dixit Phariseis, quod etiam ipsum occiderent. Quæst. CCXLI.

giam pertinet, quæ est regula actionum 6. Eth. Secti- dum tenet Hilarius super Matthæ. dicens: Sapientes vocari hic Apostolos de Christi cognitione, id est quæ Christum cognouerit. Et ista est cognitio de diuinis, quæ nemo cognoscit, nisi cui reuelatum fuerit.

Scribe autem dicitur doctores legis, & est modus iste loquendi Iudæicus. Nam sicut Latini vocant sapiē- res, ita Persæ, & Chaldei Magos vocant: Greci vero Philosophos; Hebræi autem Scribas, & quoniam in- ter Iudæos non erat alia peritia, nisi in lege Dei, vt dicit Deuter. 4. Hec est sapientia vestra, & intellectus eor- am populis, scilicet lex: obtinuit consuetudo, vt pe- ritos in lege Scribas vocemus, & ita transfuit iam in Latinitatis consuetudinem, quæ cum peritos in alijs ge- neribus dicimus eos sapientes appellamus, cum vero in lege peritos non sapientes, sed scribas appellamus. Et hoc maxime in nouo testamēto, cuius modus lo- cutionis venit ex fonte Hebræi idioma. Secus apud peritos in literis secularibus, quia non tenent istum modum locutionis. Et sic patet, quod euangeliste sepe vocant scribas, & sepe doctores legis, & interdum vbi ponit vnum euangelista scribas, alius ponit docto- res legis. Nam Matthæus supra 9. dixit de scribis, & Lucas 5. c. ponens eandem narrationem dixit docto- res legis, & ita Christus dixit se mittere aliquos sapiē- tes in diuinis cognoscendis, alios vero, qui in lege Moyfi essent periti. Et ita accepit Hiero. dicens: Scri- bas in lege doctissimos. Et Hilarius super Matthæ. di- cit, quod vocantur de legis intelligentia Scribæ.

Qui erant isti Prophetæ sapientes, & Scribæ, de quibus Chri- stus loquitur. Quæst. CCXLIII.

Q V A E R E T V R qui erant isti prophete sapiē- tes, & scribæ. Dicendum, quod potest accipi du- pliciter. Vno modo, quod licet dona, vel per- fectiones diuersæ notentur in his nomini- bus, tamen non erant datæ diuersis, sed iisdem erant, qui vocabantur prophete, & sapientes, & Scribæ. Et hoc tenet Hilarius super Matth. dicens: Mitto ad vos pro- phetas sapientes, & Scribas. i. Apostolos, qui de futu- rorū reuelatione prophete dicuntur, de Christi agni- tione sapientes, de legis intelligentia Scribæ. Et hoc vi- detur satis rationale, quia Apostoli Christi non ha- bebant vnicam istarum perfectionum, sed omnes.

Alij dicunt, quod isti erant distincti, scilicet quidam erant prophete, alij sapientes, alij Scribæ. Et hoc tenet Hier. super Matth. dicens: Obserua iuxta Apostolum scri- bērem ad Corint. varia dona esse discipulorum Chri- sti, alios prophetas, qui ventura prædicent, alios sapiē- tes, qui nouerint, quando debeant proferre sermonē, alios scribas in lege doctissimos.

Dicendum, quod licet vtrunque teneri posset, magis tamen consonat veritati secundum. Nam ex modo locu- tionis tam hic, quod Luc. 11. c. vt significari distinctio per- sonarum, cum dicit: Mitto prophetas sapientes, & Scri- bas. Secundo, quia ista sunt dona varia, & dantur etiā distinctis personis, & non omnia eisdem. Sic patet 1. Corin. 12. c. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alijs datur sermo sapientie, alijs sermo sciē- tie, alijs fides, alijs gratia sanitarum, &c. Et sequitur: Om- nia hæc operatur vnus, & idem spiritus, diuidens sin- gulis prout vult. Tertio patet, & efficacius, quia non solum dantur ista dona distinctis hominibus, immo necesse est manere istam distinctionem donorum, & hominum ad conseruationem ecclesie, quia alijs nō esset ecclesia. Sic innuitur ad Eph. 4. c. Vnicuique da- ta est gratia secundum mēsuram donationis Christi, Et sequitur: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam quidem prophetas, alios Euangelistas, alios

autem pastores, & doctores ad consummationē san- ctorum in opus ministerij in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnibus in viram perfectū. In quo innuitur non solum, quod ista distinctio persona- rum, & donorum atque officiorum est in ecclesia, sed etiam, quod durabit in ea vsque ad consummationem sæculi, quando consummabitur ecclesia. Et eandem rationē distinctionis ponit Apostolus 1. Corin. 12. c. dicens, quod illa distinctio donorum, & administrationū erat necessaria in ecclesia ad constituendam eā, sicut est in corpore humano ad constitutionem suam nec- cessaria distinctio membrorū, vt late ibi profequitur Apostolus. Sed Christus, dicens se missurū istos reti- git ministros ecclesie sue, qui illam edificauerunt, ergo oportet, quod intelligat de distinctis personis habē- tibus distincta dona, quæ ecclesiam componebant, quia dicitur ad Eph. 4. c. quod ista distinctio Apostolo- rum, prophetarum, euangelistarum, pastorum, & do- ctorum erat necessaria in opus ministerij ad cōsum- mationem sanctorum. i. ad hoc, quod conuerterentur ad Christum omnes quotquot futuri erant sancti.

Etiā apparet, quod ista dona erant distincta in eccle- sia tantum, quod distinctio eorum secundum personā faciebat turbationem quandam, nisi Apostolus præ- uideret 1. Corin. 14. c. dans regulam de illis, qui habēt gratiam linguarum, si in ecclesia loquantur quomō- do loquentur, & quis interpretabitur. Etiam de pro- phetis, quoniam multi erant simul in eadem ecclesia quis esset inter eos ordo loquendi, si prophete duo, aut tres dicant, & ceteri diiudicent, quod si alij reuelatum fuerit sedenti prior taceat, & ita poterant esse distincti iste gratie, scilicet Christus mitteret quosdam, qui essent pro- phete solum. i. haberent spiritum cognoscendi futu- ra, vel secreta cordium, quia vim cognoscendi secre- ta cordium habebant prophete, qui erant in ecclesia. 1. Corin. 14. cap. si autem omnes prophetent, intrat autem quis infidelis, aut idiota conuincitur ab omni- bus, occulta cordis eius manifesta sunt, ergo manife- stare poterant illi prophete, quæ habebat quis in cor- de, alios autem mitteret, qui essent solum sapientes. i. co- gnitionem habentes de diuinis, alios vero scribas. i. qui solum haberent cognitionem circa legem Moyfi. Et hoc tenendum est. Cum autem obijciatur, quod Apostoli, & discipuli Christi non habebant solum vnum donum istorum, sed oīa, dici potest vno modo, quod aliqui erant, qui habebant omnia hæc, sed in vno eorum habebat excellentiā, & ab illo nominabantur, & ita forte erant Apostoli, alij autem erant, qui vnum solum donum habebant. Et ita Christus distinguit hic viros per dona. Secundo potest dici, quod Apostoli Christi, qui erant præcipui inter discipulos non habebant omnia dona hæc, sed vnum erat, quod eis competebat secundum, quod Apostoli vocabantur, scilicet sapientes esse. Et patet hoc, quia sapientia vocatur cognitio diuinarum rerum, scilicet de Christo, & de omnibus, quæ perti- nebant ad nouum testamentum, quæ sunt diuina, & altissima, & sicut ista cognitio est de altissimis, id est de rebus ad Deum pertinentibus, ita est per altissimā causam, scilicet per solum Deum. Ipse enim solus re- uelat hæc, sic dixit Christus supra 11. capitulo, consi- teor tibi pater rex celi, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, scilicet Apostolis; de quibus ibi Christus loquebatur, & erat de cognitione Dei, quæ dicitur ibi. Nemo nouit pa- trem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Sic etiā, quando Petrus confessus est Iesum esse filium Dei viui, dixit Christus: Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, id est non reuelauit tibi aliquis homo, quæ vocatur caro, & sanguis, sed pater meus, qui est in cælis: in hac cognitione excedebant

Apostoli

Apostoli alios discipulos, iō in sapientia excedebant. A Et sic vocantur hic sapientes. Et patet, quod dicitur dicatur hic Apostoli, & nō alij, quia sicut hic dicitur, Mitto ad vos prophetas, & sapientes, ita dicitur Luc. 11. c. sapientia Dei mittere prophetas, & Apostolos.

Et dicendum, quod habebant istud donum distinctū Apostoli, ita quod non habebant alia, vel saltem raro, aut non quasi ex officio. Quod patet circa prophetia. Nam reuelationes futurorum, vel rerū absconditarū fiebant per prophetas, & non per Apostolos, vt patet Act. 13. c. vbi dicitur, quod erant in ecclesia, quæ erat Antiochię Prophetæ, & doctores. Et Actu. 11. c. dicitur, quod superuenerunt a Ierolymis, id est ab ecclesia Ierusalem Prophete Antiochiam, & surgens vnus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum magnā famem superuenturam in vniuerso orbe. Et non solum hoc, quod ad totum orbem, & Christianos pertinebat reuelauit propheta ille, & non aliqui Apostoli, sed etiam ea, quæ circa Apostolos fieri debebant prænucciabant alij, & non Apostoli, neque reuelabantur Apostolis. Sic patet de electione Pauli in Apostolatam Act. 13. c. Nam dicitur, quod erant in ecclesia Antiochię Prophete, & Spiritus Sanctus locutus est per illos, dicens: Separate mihi Paulum, & Barnabam in opus, in quo assumpsi eos. Etiam, quæ ventura erant circa Paulum Apostolum nesciebat ipse, Act. 20. c. scilicet, Et nunc alligatus ego spiritu vado in Ierusalem, quæ ventura sunt mihi ignorans. Agabus autem propheta vnus de Christianis sciebat, quæ erant Pauli ventura, & determinate quidem. Nam dicitur Act. 21. c. venit propheta quidam nomi- ne Agabus, & cum venisset, tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes, & manus dixit, hæc dicit Spiritus Sanctus, virum cuius zona hæc est sic alligabunt Iudæi in Ierusalem, & tradent in manus gentium, & sic patet, quod Apostoli non habebant donum prophetiæ saltem, vt cōmuniter, sed alij erant, qui prophetabant de rebus cōminantibus ad ecclesiam, vel ad infideles, & etiā de statu ipsorum Apostolorum. Licet autem Deus posset vni dare omnia dona sua, non dabat, sed diuidebat illa, quia sic magis cedebat gloriam Dei. Ex hoc patet responsio ad argumentum factum supra quod præcedenti, quod non essent Pprophete in nouo testa- mento, sed in veteri. Dicendum, quod erant plures Prophe- tæ in nouo testamento in ecclesia primitiua, quam in veteri testamento. Nam tunc rari erant, sicut dicitur. 1. Reg. 3. c. quod erat sermo domini preciosus, id est rarus, quando reuelauit se Samueli. Et Pal. 73. dicitur. Signa nostra non vidimus, & iam propheta non est. Et, quādo Prophete erant pauci, erant simul, & tamē in ecclesia erant multi simul. Nam in qualibet ecclesia Prophete erant, vt dicitur de prophetis ecclesie An- tiochię, Actu. 13. & de prophetis ecclesie Ierusalem, Actu. 12. c. & tot erant simul in eadem ecclesia, quia interdum se impediebant, nisi Apostolus posuisset regulam quomodo loquerentur. 1. Corin. 14. c. Cum vero dicitur, quod lex, & Prophete omnes vsque ad Ioannem prophetauerunt. Dicendum, quod non intelli- gitur, quod post Ioannem Baptistam nullus propheta esset, sed de illis prophetis accipitur, qui aliquid scripserunt in veteri testamento. Et est sensus omnia, quæ lex, & Prophete prædixerunt complentur tem- pore Ioannis Baptistæ, quia tunc Christus venit, in quo omnia consummata sunt, & sic non extendebat lex, neque propheta scripta ad vltiora tempora, nō tamen negatur, quin Prophete reuelantes futura postea fuerint, & istos misit Christus. Sic dicit Beda, quod scriptura nō solum vocat Prophetas eos, qui futurā Christi incarnationem, sed etiam eos, qui futura reg- nignaudia prædicant. Et Hilarius sup Matth. dicit,

quod Prophete vocantur hic de futurorum reuela- tione.

Quomodo Christus misit scribas in lege Moyfi, quia non doce- mur legem Moyfi. Quæst. CCXLV.

Q V A E R E T V R quomodo Christus misit scribas. i. vi- ros doctos in lege Moyfi, quia iam non doce- mur legem Moyfi, sed Christi. Aliqui dicit, quod vocatur hic scribæ euangeliste a scribendo, quia scripserunt gesta Christi, sic exponit Nicolaus. Etiam Apostolos scriptores epistolarum scribas vocat. Sed dicendum, quod non stat, quia hoc est contra significationem vocabuli secundum vsum veteris testamenti, quem Christus tenebat, quia loquebatur Iudæis, sed quicunque ibi scri- bā dicitur sapiēs intelligitur, & sic accepit Hier. sup Matth. dicens, alios scribas in lege doctissimos. Alij volunt scribas sapientes dicere, sed non in veteri, sed in nouo testamento, siue euangelio. Sic dicit Origenes super Matth. scribæ, qui mittuntur a Christo sunt secundū euangeliū, quos, & spiritus viuificat, & ista non occi- dit, sicut litera legis, quæ sequentes in vanas superstitio- nes incurunt, simplex autem euangelij narratio iustificat ad salutem, iō quocumque accipitur, necesse est hic scribam pro sapiente, & non pro scriptore accipi.

Sed tunc cum scribas possumus vocare doctos in lege, siue veteri, siue noua; quos vocabimus scribas? Dicendum videtur, quod vocemus scribas doctos in ve- teri lege. Primo, quia quoniam dicitur legem in scriptura intelligimus de lege Moyfi. Nam lex Christi non proprie vocatur lex, sed aliquid melius, scilicet gratia, & euangeliū, sic dicit Io. 1. c. lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Secundo, quia Christus loquebatur hic ad Iudæos, qui nullam aliam legem esse putabant. Et cum diceretur de sapiētijs in lege statim acciperent pro lege sua. Et ita intellexit Hierony. dicens, scribas in lege doctissimos.

Cum autem obijciatur, quod non docemur legē Moy- si, dicendum quod verum est, quod ex eo, quod non obligati sumus ad seruandum eam, non tenemur illam addisce- re ad sequendum eam. Sic patet Actu. 15. c. vbi conci- lium Apostolorum denūciat nos absolutos ab obser- uatione legalium, abstulit simul nobis curam legēdi publice libros Moyfi. Sed dicitur, quod Moyfès habet ab antiquo, qui eum legant in Synagogis, vbi legitur per singula sabbatha, nobis tamen est vtilis valde lectio, & eruditio in veteri testamento, non ad sequendum il- las ceremonias, sed ad conuincendum Iudæos ex scri- pturis suis, & ad ostendendum Iesum esse Christum. Vnde, & Paulus gloriatur se habuisse peritiā quinque librorum Moyfi, vt colligitur 1. Corin. 14. c. & Chri- stus allegabat sepe dicta scripturæ contra Iudæos, & quia mittebat Christus nunc prædicatores ad conuer- tendum Iudæos, conueniens fuit mittere peritos in lege, qui confundere possent Iudæos ex scripturis suis. Et patet hunc modum fuisse necessarium doctorum, quia illum tenuit Christus. Nam quando surrexit, & apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaus inci- piens a Moyse interpretabatur eis in omnibus scri- pturis, quæ de ipso erant Luc. 24. c. & istum modum prædicandi Iudæis postea acceperunt Apostoli. Nam Petrus in prædicatione publica in die Pentecostes sic incepit, probās Iesum esse Messiam ex auctoritatibus veteris legis, & eum occidendum, & resurrecturum, & effundendum esse Spiritum Sanctum, & incepit per prophetas omnes hoc probare Act. 2. & 3. c. adeo necessarii erant isti scribæ, id est viri periti in lege Moyfi.

Sed sciendum, quod isti scribæ non erant docti huma- no labore, & assuetudine, sed Deus docuerat eos in- fundendo legis peritiā. Nam sicut alicui dat cogni- tionem.

Lex Chri- sti gratia appellat.

Quid vtilis sit lectio veteris test.

Dens so- lus reuelat altissima.

tionem futurorum, alij vero cognitionem diuinorū, id est eorum, quæ ad Christum, & statum legis nouæ pertinent, ita & dabit alicui peritiam legis Moysi, vt memoriter totum testamentum nouerit, & optime illud interpretetur. Sic patet de Petro, qui literas nesciebat. Nam dicitur Act. 4. c. quod mirabantur Iudæi videntes Petri, & Ioannis constantiam comperito, quod idiotæ, & sine literis essent, ipse tamen predicabat, sicut peritissimus in veteri testamento Actu. 2. & 3. c. Sic autem erant alij in ecclesia, quibus solum dederat Deus hoc donum, vt haberent peritiam plenissimam veteris testamenti. Et istos vocat hic Christus scribas.

Quomodo Matthæus, & Lucas in hoc discordant Quæst. CCXLVI.

QVARETUR quomodo discordant Matthæus, & Lucas in hoc, quia hic dicitur: Mitto ad vos prophetas, & sapientes. Et Lucas dixit prophetas, & Apostolos. Aliqui dicunt, quod non est discordia aliqua, quia Christus totum dixit, scilicet prophetas, sapientes, & Apostolos, & plurima alia, quorum quædam tacuit Matthæus, quæ expressit Lucas, alia vero e contrario. De primo patet, vt de Apostolis, quia Lucas expressit Apostolos, quos tacuit Matthæus, & Matthæus expressit scribas, quos Lucas tacuit, neque aliquid loco illorum posuit.

Alii dicunt, quod non tacuit Matthæus Apostolos, sed Lucas, & Matth. non vsi fuerunt eisdem vocabulis, quia Lucas dixit Apostolos, Matthæus vero sapientes. Dicendum, quod vtraque positio potest stare, & tamen verior est secunda. Primo, quia ordo scripturæ idem apud vtrunque Euangelistam hoc innuit. Nam, sicut dixit Matthæus prophetas, & sapientes, ita dixit Lucas prophetas, & Apostolos.

Secundo, quia Apostolus, & sapiens idem sunt. Nā sapientes vocamus eos, qui habent cognitionem reuelatam diuinorum, nulli autem plenius eam, quam Apostoli habuerunt, vt ostensum est supra, & recte conuenit, quia sapientia est maximum inter dona Spiritus Sancti, ideo ab eo appellari debuerunt illi, qui erant maximi status, scilicet Apostoli.

Tertio, quia non est verisimile, quod Christus diceret Iudæis: Ego mitto ad vos Apostolos. Nam sub isto nomine non poterat loqui ad eos, quia Apostolus Græcum est, quod Iudæi non intelligerent. Etiam non sub significatione per alteram dictionē equiualentem. Nam Apostolus missus interpretatur. Quid autem erat dicere, mitto ad vos missos nihil omnino, ideo non distinguit ibi Apostolos ab alijs.

Et si dicas, quod Apostolus non est nomē missionis, vel actus, sed potius nomen dignitatis.

Dicendum, quod verum est, quia Christus congregatis omnibus discipulis suis elegit duodecim ex omnibus illis, quos specialiter Apostolos nominauit, Luca. 6. c. Et tamen ista dignitas, & electio non erat nota Iudæis, ideo non erat verisimile, quod Christus loqueretur eis per nomina, quorum significata non intelligerent, ideo Christus vocaret sapientes, & non Apostolos, sicut expressit Matthæus. Sed tunc dicit, quomodo Lucas dixit Apostolos cum Christus non dixisset? Dicendum, quod non dixit Christus hoc nomen, sed eandem sententiam. Nam sapientes dixit. Erāt autē sapientes illi, quos Apostolos nominamus, vt ostensum est supra, ideo cū non sequatur semper euangelistæ verba Christi ad literam, sed in sententia posuit Lucas Apostolos, licet illos sub hoc nomine, aut æquiualentem Christus non expresserit. Sed dicitur, quomodo Christus expressit Apostolos, quia licet

Apostolus nomē grecum.

Idem sint, quod sapientes, nō intelligebant Iudæi hoc nomen, vt dictum est.

Dicendum, quod ista ratio probat, quod Christus non debuisse nominare Apostolos, quia loquebatur ad non intelligentes: Lucas tamen loquebatur intelligentibus Lucas enim tarde euangelium scripsit, & non in Hebræo, sed in Græco, vt Hierony. ait in prologo, & in libro de illustribus viris. Erant autem fideles illi, quibus scribebat, & agnoscebant dignitatem Apostolorum, qui erant principes in ecclesia, ideo potuit eis Apostolos nominare. Matthæus autem scripsit a principio ante omnes euangelistas, & scripsit Hebræis, & in Hebræo, vt patet ex prologo Hieronymi super Matt. & de hoc li. de illustribus viris. Et quia apud eos nomen Apostoli, & dignitas nōdum bene nota erāt, non vsus fuit verbo Apostolorum, sed sapientes vocauit, sicut Christus dixerat.

Lucas euāgelistā grecū scripsit.

Quare prophete ponuntur ante sapientes hic. Quæst. CCXLVII.

QVARETUR cum ponantur hic sapientes pro Apostolis, quare prophete ponantur ante sapientes.

Dicendum, quod vere Apostoli sunt maiores prophetis, quia non est in ecclesia aliquis maior status, aut dignitas, quam Apostolatus. Quod patet ex electione Christi. Nā ex omnibus discipulis suis duodecim solos elegit, quos Apostolos nominauit, Luca. 6. c. ceteros vero septuaginta duos, quos misit, nō vocauit Apostolos, sed discipulos Luca. 10. cap.

Secundo, quia in ordine dignitatum ecclesiasticarum, & partium ecclesiæ principalium positi sunt Apostoli primi ad Ephe. 4. c. Et ipse dicit quosdam quidem Apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, alios pastores, & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij. Et ita vbicunque de Apostolis fiat mentio, ipsi debent præcedere omnes alias dignitates. Sic dicit Beda super Lucam, quod prophete in nouo testamento sunt illi, qui reuelant futura gaudia regni celestis, sed nequaquam credit hos in catalogo Apostolis præferendos.

Dicendum, quod licet verum sit, tamen nō debuit Christus nominare Apostolos ante prophetas, quia ipse non nominabat Apostolos sub nomine Apostolorum, sed sub nomine sapientum, & tamen Iudæi nō credebant aliquos sapientes maioris, immo neque tantę dignitatis, quantę erant prophete, qui habebāt consortium diuini sermonis, ideo illos præposuit sapientibus. Maxime quia Iudæi non intelligebant tūc per sapientes significari aliquem specialem gradum hominum, qui Apostoli dicerentur, quorum esset aliqua dignitas. Matthæus vero Christum secutus est in narrando. Maxime, quia non nominauit Apostolos, sed sapientes, ideo conuenienter debuit ponere prophetas ante sapientes.

Sed obijciatur, quid de Luca, quia ipse Apostolos expressit, & tamen posuit prophetas ante Apostolos? Dicendum, quod Lucas in quantum scripsit Euangelium fuit potius fidelis enarrator gestorum, & dictorum Christi, quam dictator alicuius scripturę, & quia ibi referebat verba Christi, qui præposuit prophetas sapientibus, siue Apostolis ex causa dicta, ipse quoque præposuit volens potius tenere ordinem dicendi Christi, quam ostendere differentiam dignitatis istorum, mutando ordinem locutionis Christi. Secus autem fuit de Paulo, quia ipse ad Ephe. 4. c. non enarrabat dicta, aut facta alicuius, cuius ordinem sequeretur, sed dictabat sententiam propriam de statu ecclesię, ideo nominauit eas eo ordine, quo se habent dignitates.

tates eius, dicens: Quosdam quidem Apostolos, alios prophetas, & sic in omnibus scripturis vbicunque nominabantur Apostoli præcedebāt ad omnes alios. Et iste erat modus scribendi, quando scribebat ecclesia, siue concilium generale videntibus Apostolis, in quibus scriptio nibus seruatur maxime ordo dignitatis, vt patet Actu. 15. c. scilicet Apostoli, & seniores fratres his, qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus, & gentibus salutem. Et ita in omnibus alijs obseruabant.

Diuersitas Matthæi, & Lucae quomodo potest conciliari. Quæst. CCXLVIII.

QVARETUR de diuersitate, quæ est inter Matt. & Luc. quantum ad hæc verba, ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & quomodo concordentur.

Dicendum, quod discordant in tribus. Primum est, quia Matthæus dicit: Ego mitto ad vos: Lucas dixit: Propterea sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas. Secundum est, quia Matthæus dixit: Mitto prophetas, & sapientes. Lucas vero dixit prophetas, & Apostolos. Tertium est, quia Matthæus posuit tres. scilicet prophetas, sapientes, & scribas. Lucas vero posuit duos. scilicet prophetas, & Apostolos solum. Quantum ad primū dubium est, quid illorum dixerit Christus, an quod dixit Matt. vel quod dixit Lucas, vel forte vtrunque.

Dicendum, quod non potest vtrunque dictum esse, quia istam sententiam semel Christus dixit Iudæis. Non potest aut eadem sententia sub vna prolatione diuerso modo concipi sub vno. Nam repugnant isti modi. scilicet concipiatur in prima persona, sicut fecit Matth. & quod in tertia, sicut Lucas concepit. Sed dicendum, quod Christus sic concepit eam, sicut Lucas dixit, & non sicut dicit hic Matt. Non. n. dixit: Ecce ego mitto ad vos. Sed propterea sapientia Dei dixit: Mittam ad eos. Et rō est, quia si in prima persona dixisset, sicut ponit Mar. esset periculū, quia videretur se aperte dicere Deum, cum assereret se mittere prophetas, quos nemo potest mittere, nisi Deus. Cum aut dicit: Sapientia Dei dicit, mittam ad vos, videtur loqui de alio, qui non est ipse, & tunc non videretur esse periculum, vt dictum est supra. Sed dicitur, quō Matthæus dicit: Ecce ego mitto ad vos, cū Christus non dixerit sic?

Dicendum, quod Matthæus, & ceteri scriptores sacri sequuntur Christi dicta non semper quo ad verba, sed quantum ad sententiam, & quia eadem sententia est in verbis Lucae, & Matthæi, & ambo secuti sunt sententiam Christi non differunt, quod non eisdem verbis vsi fuerint. Nam sepe hoc accidit, quod Euangelistæ eandem rem, & dictum Christi scribunt, & non eisdem verbis, vel modis concipiendi. In presenti veritas est, quod Christus dixit ista verba, & de seipso. scilicet ipse mittebat istos. Quod aperte posuit Matthæus, dicens: Ecce ego mitto ad vos. Lucas vero posuit, quod de se loqueretur, quasi de altero. scilicet propterea sapientia Dei dixit: mittam ad vos prophetas. Sapientia autem Dei est Christus, qui est sapientia a patre genita. Et ita dicit 1. Cor. 1. c. Christum Dei sapientiam Dei virtutem. Ideo idem est dicere ego mitto ad vos. Vel: sapientia Dei dixit, mittam ad vos.

Quomodo est reconcilianda secunda diuersitas Matthæi, & Lucae. Quæst. CCXLIX.

QVARETUR quantum ad secundam discordiam. scilicet quod Matthæus dixit: Mitto prophetas, & sapientes. Lucas vero dixit: Prophetas, & Apostolos.

Dicendum, quod sapientes, & Apostoli idem sunt, & quō est hoc verum, & quare sic ponitur, declaratum

est supra. Tertia discordia erat, quia Matthæus posuit tres: Lucas vero posuit duos, scilicet prophetas, & Apostolos.

Dicendum, quod necesse est dici vtrunque esse dictum a Christo. Et ratio est, quia quod aliquis Euangelista taceat aliquid de dictis, vel factis Christi nō est inconueniens. Quod autem aliquid dicat ultra ea, quæ Christus fecit, vel dixit, inconueniens est, quia falsum dicit, sed falsitas non est recipienda in sacra scriptura: ideo necesse est, quod quicquid aliud Euangelista dixerit, a Christo dictum esse, dixerit Christus, siue per eadem verba, siue solum in eadem sententia. Et tamē Matthæus ponit tres nominatos. scilicet prophetas, sapientes, scribas. Ideo necesse est asserere, quod Christus istos tres nominauerit per ista, vel per alia verba equiualentia. Quod autem Lucas solum duos expresserit, non est inconueniens, quia manifestum est, quod licet gesta Christi omnes quatuor Euangelistæ narrēt, quidam latius, quidam decurtatius dicunt, cum Marcus multo breuior alijs tribus fuerit: Lucas ergo tacuit hic scribas, id est peritos in lege Moysi, quos Matthæus expressit.

Qui fuerint occisi, vel crucifixi, qui flagellati de his, quos Christus misit. Quæst. CCL.

QVARETUR cum Christus dixerit de istis a se missis ex illis occidetis, & crucifigietis, & ex illis flagellabitis, qui fuerunt occisi, vel crucifixi, qui flagellati. Dicunt quidam, quod occisus fuit Stephanus, Petrus crucifixus est, alij autem discipuli flagellati sunt. Sic dicit Hiero. super Mat. scilicet ex quibus lapidatus est Stephanus: Paulus occisus: Petrus crucifixus, flagellati in actibus Apostolorum discipuli. Et ita etiam ponit Nicolaus.

Sed videtur dicendum, quod non stat. Primo quia Christus loquebatur Iudæis dicens: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ex illis occidetis. Et tamen constat, quod non fecerunt Iudæi hæc, quia non occiderunt Iudæi Paulum, neque crucifixerunt Petrum, sed Romani, quia in vrbe Rome sub Nerone eodem iubere ambo occisi sunt vario tamen genere mortis.

Secundo patet, quia Christus deducebat hoc ad probandum, quod Pharisæi impleverunt mensuram patrum suorum occidendo prophetas, sicut & illi, & tamen in eis, quos Gentiles occidebant, nō implebant Iudæi mensuram patrum suorum, ergo non loquitur hic Christus de illis, qui a Gentilibus occisi, & crucifixi sunt, sed de illis, qui crucifigerentur a Iudæis.

Alij autem dicunt, quod ista flagellatio intelligitur de flagellatione, qua scribæ veteris testamenti detrahendo veritati flagellare dñr scribas noui testam. Sic dicit Origines super Mar. scilicet. Scribæ autem legis scribas noui testamenti adhuc per detractionem flagellant in synagogis suis, sed & heretici, qui sunt spirituales Pharisæi linguis suis Christianos flagellāt, & persequuntur de ciuitate in ciuitatem, interdum corporaliter, interdum spiritualiter.

Sed dicendum, quod iste sensus est metaphoricus, Christus autem de vera occisione, & flagellatione loquitur, ideo non est ad propositum.

Dicendum est autem, quod verum est, quod Iudæi aliquos de Christi discipulis occiderunt crucifigendo, alios vero de ciuitate in ciuitatem expulerunt. De occisis patet, vt in Stephano, quem lapidauerunt Act. 7. c. Etiam Paulus, & Barnabas sepe lapidati sunt, vt patet Act. 14. & 2. Corin. 1. c. licet nō occisi fuerūt.

De flagellatione autem dicit Hiero. quod flagellati sunt discipuli in actibus Apostolorum, & Nicolaus idem tenet, quod flagellati sunt Paulus, & Syllas Actu.

Actu. 16. c. & Paulus dicit: Ter virgis cęsum. 2. Corin. 11. c. Sed dicendum, quod non stat, quia licet Paulus, & Syllas flagellati fuerint Actu. 16. c. non tamen a Iudæis, sed potius a Gętilibus, cum dicatur ibidem, quod accusauerunt Paulum, & Syllam homines ciuitatis illius dicentes. Hi homines conturbant ciuitatem nostram, cum sint Iudæi, & annunciant more, quem nō licet nobis suscipere. Quod autem Paulus dicit se ter virgis cęsum. 2. Corin. 11. c. non fuit factū a Iudæis, sed Gętilibus. Iterum autem Iudæi flagellare voluerunt Paulum, & altrinxerunt eum lorīs, sed cum dixisset, se hominem Romanum, recesserunt qui torturi erant eum, Actu. 22. c.

Et tamen saltem dicendum, quod Paulus a Iudæis flagellatus est sepe, scilicet quinquies. 2. Corin. 11. c. Quinquies a Iudęis quadragenas vna minus accepi. De alijs quoque discipulis dicendum est, quod multi flagellati fuerunt, licet expresse non legatur, quia occiso Stephano Actu. 7. c. facta est persecutio magna in die illa in ecclesia, quę erat Ierolymis, ita vt omnes dispergerentur per Iudęam, & Samariam Actu. 8. c. in tali autem persecutione credendum est, quod aliqui flagellarentur, & aliqui forte occiderent.

De crucifixione dicendum, quod non inuenitur in sacra Scriptura aliquis de discipulis Christi crucifixus. de Petro autem planum est, quod non fuerit a Iudæis crucifixus, sed a Romanis. Sed dicendum, qđ Simon Chananęus Apostolus crucifixus est in Ierusalem, cum esset episcopus Ierusalem tempore Traiani Imperatoris, vt ait Hiero. in lib. de Illustribus viris. Et ita potest iste dici crucifixus a Iudæis, licet Atticus consolaris Romanus eum crucifixerit, qui erat p̄fectus Iudęę, sicut Christus dicitur a Iudæis crucifixus, licet Pilatus, qui erat Gętilis eū ad mortē crucis damnauerit. Etiam cum iste modus mortis, s. per crucifixionem ita communis esset apud Iudęos, quod tam Christus, quam duo latrones simul crucifixi fuerunt, verisimile erat, quod aliquis de discipulis Christi, quia a Iudæis occisi sunt crucifigerentur. De eiectione de ciuitate, in ciuitatem persequendo planum erat. Nam etiam viuente Christo, cum mitteret illos ad p̄dicandum hoc fieret. Vnde ait eis: Si persecuti vos fuerint in ciuitate vna, fugite ad alia supra 10. c. & dabat eis doctrinam, quia si non expellerentur de ciuitate, vel non admitterentur exire de ciuitate, & excuterent puluerē pedum, e. c. hoc sepe accidit. Nam Paulus, & Barnabas, quia repulsi fuerāt a Iudęis de terra Iudęę conuersi fuerant ad gentes Actu. 13. c. & postea cum inter gentes p̄dicarent in quibusdam ciuitatibus, in quibus erant Iudæi, ipsi concitabant persecutionem contra Paulum, & Barnabam, & fugabant eos de ciuitatibus, Actu. 13. & 14. capitulo.

Quare Christus dixit. Et flagellabit in synagoga vestris. Quęst. CCL1.

Quare dixit Christus. Et flagellabit in synagoga vestris.

Aliqui dicunt, quod in synagoga flagellant discipulos Christi, qm̄ periti Iudęorum in suis synagogis detrahunt nobis maledicentes doctrinę n̄re. Sic dicit Origē. Scribę autem legis scribas noui testamenti adhuc per detractionem flagellant in synagoga suis.

Sed dicendum, vt dictum est p̄cedenti. qđ quod hoc est metaphoricum, flagellatio autem, & occisio, de quibus Christus dixit verę erant, & ad literam.

Dicendum, ergo quod vere in synagoga suis eos flagellabant, sed synagoga accipitur dupliciter. Vno modo pro domo orationis, in quam conueniebant

Synagoga dupliciter sumitur.

Iudæi diebus sabbathorum, & alijs festiuitatibus, & orabant ibi, & audiebāt lectionem librorum Moyfi, & prophetarū, Act. 13. & 15. c. Et vocatur illa domus synagoga, idest congregatio, quia ibi congregabantur Iudæi. Alio modo accipitur synagoga, idest congregatio hominum, vel concilium vbicunq; sit. Et vtroque modo poterat intelligi, quod flagellabatur discipuli in synagoga, scilicet in domibus orationis. Et hoc, quia forte ibi p̄dicabant Christum, de quo scandalizabantur Iudæi. 1. Corin. 1. c. scilicet nos p̄dicamus Christum crucifixum, Iudæis quidē scandalum. Ideo ibi volebant eos punire, ne rursus talia p̄dicare auderent, & flagellabantur in synagoga, idest in cōgregationibus Iudęorū. Et hoc, quia p̄dicatio Christi erat contra totam intentionem Iudęorum, & videbatur esse publicū p̄iudicium Christum p̄dicari, puniebant p̄dicantes de consensu totius populi, & coram toto populo. Et hoc erat in synagoga flagellare. Sed melius videtur, quod accipitur pro domibus orationis, cum dicitur in synagoga vestris. Causa autem quare dixit flagellationem fieri in synagoga fuit ad distinctionē occisionis, & crucifixionis, de quibus dixerat, quia illę non poterant fieri in synagoga, sed extra loca fiebant. Sic patet de Christo. Nam crucifixus fuit extra urbem Ierusalem ad Heb. 13. c. & Io. 19. Sic et quando Stephanū lapidare voluerunt eiecerunt eum de vrbe Actu. 7. c. Et ei ieiētes eum extra ciuitatem lapidabāt. Similiter quoque cum Christum occidere vellent semel Nazareni, eduxerunt eum de ciuitate ducentes in montem quendam, Luc. 4. c. Eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt vsque ad superciliū montis. Flagellatio autem, ex qua non sequebatur mors, poterat fieri vbicunq; maxime quia apud Iudęos non poterat quidam vno contextu accipere, nisi triginta nouem flagella, vel saltem non excedere quadragenarium numerum Deut. 24. c. Et ita dicit Paulus se a Iudæis accepisse quinquies quadragenas minus vna. Et flagella ista accipiebat quis coram Iudice Deu. 24. l. Sin autem eum, qui peccauit, dignum viderint plagis, prosternēt, & coram se facient verberari, pro mensura delicti erit plagarum modus, ita vt quadragenariū numerum non excedant. Et subditur cautā, scilicet. Ne se de lageratus obeat frater tuus ante oculos tuos. Ergo flagellatio fiebat publice videntibus iudicibus, & in loco iudicij, & non extra urbem. Sic & in Synagoga fieret flagellatio, si quis ibi videret delinquentē, vt p̄dicando nomen Christi, & sic occisio, & crucifixio non dicebantur fieri in Synagoga, flagellatio autem fiebat in eis.

Christus dixit flagellationem in Synagoga fieri.

Quomodo est verum, quod dicitur. Vt veniat super vos omnis sanguis. Quęst. CCL1.

Quomodo est verum, quod dicitur. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui est iustus est super terram. In quo innuitur, qđ pro occisione discipulorum Christi veniret super Iudęos omnis sanguis iustus quicunq; effusus est, quod videtur inconueniens.

Dicendum, quod sanguis iustus dicitur venire super Iudęos, idest p̄na pro effuso sanguine. Nam sanguis non potest venire super aliquem, ex quo effusus est, quasi dicat vos patiemini p̄nam pro omnibus iustis, qui occisi sunt, ac si occidisset eos. Et iste est modus loquendi Hebraicus. Sic enim dixerūt Iudæi infra 27. c. scilicet sanguis eius super nos, & sup filios nostros, i. p̄na si aliqua ventura est. Sic etiā dixit Dauid 2. Reg. 1. capitulo, ad adolescentem Amalechitem, quem occidi iussit, sanguis tuus sit super caput tuum, quę enim tuum

tuum locutus est contra te, dicens, ego interfeci Christum domini, idest p̄na pro effusione sanguinis tui non veniat super alium, nisi super te, quia tu meruisti hoc, loquēdo contra te ipsum. Et hoc apparet magis ex modo loquēdo. Luc. 11. c. cum dicitur, vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a generatione ista, ita vobis dico requiretur ab hac generatione, sed requirere sanguinem ab aliquo est punire ipsum pro peccato occisionis. Et ista requisitio est, quod si quis occidit alium occideret ipse, sicut dixit Christus Petro infra 26. c. Omnis, qui gladio percussit, gladio peribit. Et Gene. 9. c. sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarū bestiarum, & de manu hominis, & fratris eius requiram animam hominis, quicunq; effuderit humanū sanguinem, effundetur sanguis illius.

Sed dicitur quomodo Matthęus dixit, vt veniat super vos omnis sanguis, Lucas autem dixit, vt requiretur sanguis. Dicendum, quod sensus idem est, qđ fiat vindicta in illis pro effusione sanguinis. Et hoc Christus voluit. Euangelistę tamen cōceperunt eandem sententiam, sed non eodem modo. Vnde vnus apertius dixit, quam alius. Immo dicendum, quod ad Spiritum Sanctum pertinuit, quod inspiraret euangelistis, quod non eisdem verbis sententias eandem proferrent, quia maior esset suspitio, quod non veritati instabant, sed conspirauerant, vt idem omnino dicerent. Et etiam in reitibus est bona suspitio, cum omnino eadem verba dicunt. Magis enim suspitione caret cum eandem omnino sententiam non eisdem verbis proferunt.

Quomodo dixit Matthęus: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, & Luc. dixit: Requiritur sanguis omnium prophetarum. Quęst. CCL11.

Quomodo dixit Matthęus, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, & Lucas dixit, requiritur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est.

Dicendum, quod omnis sanguis iustus intelligit, idest sanguis omnium iustorum per Hypallagem. Nam sanguis, neque est iustus, neque iniustus.

Sed dubium est, an sanguis omnium iustorum requirendus esset de manu Iudęorum, vel solum sanguis prophetarum, cum Lucas dicat, sanguis omnium prophetarum.

Dicendum, quod non solum sanguis prophetarū, sed etiam omnium iustorum erat requirendus de manu Iudęorum. Et patet, quia Matthęus dicit, sanguinem omnium iustorum venturum super Iudęos, ergo necesse est hoc verum esse. Sed si dicatur, quod sanguis prophetarum solum requiretur de manu Iudęorum, non requiretur sanguis omnium iustorū, ergo non requiretur solus sanguis prophetarum.

Ad dictum Lucę potest vno modo dici, quod etiā si Lucas dixerit de solis prophetis, non est inconueniēs, cum non addiderit, qđ solus sanguis illorum requiretur. Et hoc non impedit quin sanguis omnium iustorum requiretur, quia qui ponit, quod paruum est, nō negat, quod maius est. Secundo potest dici, qđ æqualia ponunt Matthęus, & Lucas, sed id, quod dicit Matthęus sanguinem omnium iustorum, dicit Lucas, sanguinem omnium prophetarum. Et hoc, quia accipit large prophetas non solum pro illis, qui futura p̄dicant, sed etiam pro alijs, per quos, vel ad quos Deus aliquo modo loquitur. Omnes autē iusti sunt huiusmodi, quia id, quod loquuntur a Deo est, cum non dicant, nisi quod rectum est, & a Deo inspiratum, immo & aliquando scriptura accipit propheta

tam pro iusto. Sic patet Gene. 20. c. cum dixit Deus ad Abimelech regem Gerarę, nunc igitur redde vxorē viro tuo, quia propheta est, & orabit pro te, & viues, & ita innuitur ibi, qđ oratio, quam faceret Abraham pro Abimelech exaudiretur, quia erat Abrahę propheta, & tamen esse prophetam non est causa, vt exaudiatur oratio, quia aliqui prophete sunt mali, & Deus nō exaudit eos, sicut erat de Balaham Nume. 22. & 24. c. sed causa exauditionis videtur esse iustitia orantis, Ioan. 9. c. Scimus, quia Deus peccatores non exaudit, sed si quis cultor eius est hunc exaudit. Ergo cum Abraham audiendus esset, videtur qđ ideo audiretur, quia erat iustus, & Deo acceptus, sed vocatur ibi propheta, ergo propheta pro iusto accipitur. Et ista est veritas. s. qđ Lucas posuerit prophetas p̄ iustos.

Quomodo dicitur de Abel, quod fuerit iustus. Quęst. CCL111.

Quare dicitur de Abel, qđ fuerit iustus. Dicendum, qđ Christus innuit, quod sanguis effusus omnium iustorum requirendus erat de Pharisęis, & quia primus inter iustos, qui occisus est iniuste, fuit Abel dicitur de sanguine iusti Abel, & iō non dixit absolute a sanguine Abel, sed a sanguine Abel iusti, quia alijs non procederet ratio. Nam si dubitaretur, an iustus esset, diceretur, qđ non erat incipiēda ab illo computatio.

De Abel autē planum est, qđ fuit filius Adę, & frater Cain, quia non legimus alium p̄cipue virū iustū, & cuius sanguis effusus sit. Sed hæc omnia concurrere debent ad hoc, qđ ab illo incipiat computatio. De primo patet, quia si non esset iustus non pertineret ad p̄sens, cū solum sanguis iustorum requiretur, & ita Christus dixit a sanguine Abel iusti. De secūdo patet, quia si moreretur morte naturali non esset ad p̄positum, cū agatur de sanguine effuso, qui requirit. Tertiu etiā additur, qđ propinquus esset principio seculi. Et hoc necessariū est, quia Christus videtur ponere duos iustos maxime distantes tempore, cū dicat: A sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zacharię. Maxime quia Luc. 11. magis aperitur, cum dicitur, vt requiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mūdi. Nemo propinquior fuit de iustis, qui occiderentur, quam Abel principio seculi, cum fuerit fili⁹ Adę, & de primis filijs Gen. 4. c. Sic dicit Hier. super Matth. scilicet de Abel quidem nulla est ambiguitas, quin is sit, quem Cain frater suus occidit, iustus autem non solum ex Domini nunc sententia, sed ex Gene. testimonio comprobatur, vbi accepta eius a Deo narrantur munera.

Quis fuerit iste Zacharię, de quo hic. Quęst. CCLV.

Quare dicitur cum dicatur vsque ad sanguinem Zacharię, quis fuerit iste Zacharię.

Dicendū, qđ aliqui volunt istū fuisse Zachariam prophetā, qui ponitur penultimus inter prophetas minores. Et ad hoc primum adiunat, quia iste propheta fuit, & iustus, hic autem agitur de occisione prophetarum. Secundum est, quia conuenit nomen patris, quia dicitur hic, filij Barachię. Et ita vocatur ille Zacha. 1. c. l. Factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachię filium Addo. Sed dicendum, qđ non videtur fuisse iste Zacharię. Primo, quia Zacharię propheta non legitur occisus, neque aliqua historia nostra, aut Iudęorum hoc tradit, & tamen rem tam grauem exercitam circa illum sanctū prophetam potissime de quo Christus dixerit, nō est verisimile

verisimile ab omnibus fuisse prætermiffam. Secundo, quia dicitur: Occisus inter templum, & altare, & tamen tempore huius Zacharię, non erat templum constructum, sed tunc inchoatum est, s. prophetantibus eo, & Aggeo propheta, vt colligitur ex 1. lib. Esdrę. De hoc dicit Hiero. super Mat. quærimus autem, quis sit iste Zacharias filius Barachię, quia multos legimus Zacharias, & ne libera nobis tribueretur erroris facultas additum est, quem occidistis inter templum, & altare. Alij Zachariam filium Barachię dicunt qui in duodecim prophetis vdecimus est patrisque in eo nomen consentit, sed vbi occisus sit inter templum, & altare scriptura non loquitur. Maxime, cum temporibus eius vix ruine templi fuerint.

Alij dicunt, qd iste Zacharias fuit pater Ioannis Baptistę, & occisus est a Iudæis inter templū, & altare, cum esset sacerdos. Et hoc, vt quidam dicunt, quia voluit Mariam virginem dominam nostram post partum ponere in templo in loco virginum. Sic dicit Origines super Matthæum, scilicet. Venit autem ad nos quædam traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo, vbi virginibus quidem licet adorare Deum, expertæ autem thorum vitilem non permittebantur in eo consistere, Maria autem postquam genuit saluatorem ingrediens ad orandū stetit in illo virginum loco, prohibentibus autem eis, qui nouerant eam iam filium genuisse Zacharias dixit, quoniam digna est virginum loco, cum sit adhuc virgo. Ergo, quasi manifestissime aduersus legem agentem occiderunt eum inter templum, & altare viri generationis illius. Et sic verum est verbum Christi, quod dicit ad præfentes, quem occidistis.

Hoc autem habet aliqua adiuuātia. Primum, quia ille Zacharias sacerdos erat Luc. 1. c. & sic poterat occidi inter templum, & altare manendo ibi.

Secundum, quia res ipsa conuenit, scilicet cum dicit Christus illum occisum inter templum, & altare. Vnde videtur, qd quasi tūc, cum Mariam defendebat in loco suo occisus fuerit, locus autem, in quo sedebant mulieres virgines ad orandum non longe erat a templo, & altari. Tertium, quia adiuuabat ad hoc tempus, scilicet quia fuit hoc temporibus illorū iam nato Christo, & ex modo loquendi videtur constituisse duos iustos maxime a se distantes tempore. Vnum a principio sæculi, id est Abel: alterum, ergo positurus erat tempore ipsorum, vt sic omnium iustorum præteritorū sanguis ab eis videret exquiri, quod non fieret si iste Zacharias multo añ fuisset occisus.

Quartum, quia videtur saluare id, qd dicit in littera, s. quem occidistis. Et tamē si esset alius Zacharias multo ante occisus non potuisset occidi ab istis, quia non vixerent tunc. Et hoc tangit ibi Origines specialiter.

Sed dicendum, quod hoc nō est verisimile, neque illud recipit Hiero. super Mat. dicens: Hoc tamen, quia de scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Maxime, quia multa dicuntur hic, quæ non sunt verisimilia. Primum, quod mater Christi post partum nec in templum ad sedendum inter virgines iret. Nam hoc nullo modo est verisimile. Nam dato, quod esset virgo, sicut vere erat, non ascriberet sibi hunc honorem, cum sciret non credi tunc ab aliquo de Iudæis, & esset scandali occasio, si ipsa præfatum locū acciperet. In omnibus tamen alijs tenebat humilitatē, & vitabat scandalum, cum, & Christus iura sua perdi permitteret soluendo tributum, cum esset filius regis, vt non scandalizaret potentes supra 17. c. Maxime, quia Maria ab omnibus argueretur tanquam inspiens, si hoc faceret. Nam cum sciret eam peperisse, etiam si virginem se probare vellet ex consideratione matronarum, nemo

crederet, neque saltem aduertere vellet tanquam rē absurdam. Maxime, quia scimus in alijs eam seruasse legem, vt de abstinentia iuxta dies menstruatę Luc. 2. c. & tñ purificatio ista fiebat vbi præsupponebatur immunditia aliqua, vt patet Leui. 12. c. de ista purificatione. Et tñ in virgine non fuit aliqua immunditia in conceptu, neque in partu, ideo proprie non erat purificanda, & tamen noluit de hoc contendere, sed potius seruauit cęremonias purificationis Luc. 2. c. Tertium, quia cum Virgo Domina nostra dirigere in omnibus actibus suis a Spiritu Sancto maxime postquam Christum concepit, non est verisimile, qd ipsa præstaret occasionem ad mortem Zacharię tam inutiliter, cum nō legamus inde aliquam vtilitatem secutam. Quarto, quia dato, qd ipsa sedisset in loco virginum, non erat verisimile, qd occideretur Zacharias dicens debere eam ibi esse, quia nō erat aliquid, quod dictum statim obligaret ad mortem. Nam non erat blasphemia. Sed videtur, quod contemneretur, vt demens, si hoc assereret, & eo inuito cogere Maria locum ipsum dimittere. Sed aliqui fornicant hoc dicentes, qd Zacharias occisus est, quia dixit illam peperisse, & virginē esse, & peperisse regem Messiam. Et hoc audito turbati enim occiderunt. Sic dicit Grego. Nisenus. f. Quidam dicūt, qd Zacharias pater Ioannis spiritu prophético conijciens mysterium virginitatis intactę Dei genitricis, nequaquam sequestrauit eā a loco templi virginibus deputato, volens ostendere, qd in potestate conditoris omnium erat nouum ortum ostendere, qui enixę vigorem celibatus non auferret. Erat autem hic locus medius inter altare, & eadem, in qua erat altare pneum situm, vbi eum propter hoc occiderunt, cū audiret etiam regem mūdi venturū dispensatiue metu subiectionis aggrediuntur eum, qui attestabatur ortum ipsius mactantes sacerdotē in tēplo. Sed neq; istud est verisimile, quia si p illud occidissent Zachariam, magis tenuissent Mariā, & filium eius, vt illum occiderent, quam illum, qui eum annūciabat, sicut Herodes conatus est occidere Christum inter infantes supra 2. c. Quintum est, quia etiā, si prædicta vera essent, Christus tamen non dixisset de hac re, quia hoc erat laudare seipsum, & matrem suam, & non videbatur sibi fides adhibenda, quasi p priam causam ageret, dicendo peccasse illos, qui matrem suam eiecissent de loco virginū, & occidissent defensores eius. Quod autem dictū istud verisimilitudines habeat, scilicet quatuor, quæ supra posite sunt non facit rem credibilem, quia omnia adiuuātia non sufficiunt ad reddendū narrationem verisimilē, si aliquid vnum sit, quod verisimilitudinē tollat. Nā, & fabulę quæcūque aliquas verisimilitudines habēt, quia aliās nemo eas libenter audiret, & tanto plures verisimilitudines quanto maiori ingenio formatæ sunt. Alij dicunt istum esse Zachariam patrem Ioannis Baptistę, sed ob aliam causam occisum, scilicet, quia abscondit Ioannem, quando incidebantur infantes ab Herode. Sic dicit doctor Græcus. Alij autē aliam causam dicunt esse interitus Zacharię, cum aut occiderentur infantes magnus Ioannes, cum cognatis suis occidendus erat, sed Elisabeth eripiens suū de medio cędis petiuit eremum, vnde cum satellites Herodis Elisabeth, & puerum nō inuenirent, conuerterunt iram in Zachariam occidētes ipsam ministratē in templo. Sed dicendum, quod etiam hoc non est verisimile. Primo, quia Herodes non fecit occidi infantes in tota terra Iudæorum, sed solum in Bethlehem in sinibus eius supra 2. c. terra autē, in qua Zacharias habitabat, non erat Bethlehem, sed montana Iudæa, vt patet Luc. 1. c. Nam illuc iuit Maria, cum festinatione, quando iuit ad Elisabeth, quæ iam conceperat,

ceperat, & ita ibi non occiderentur infantes, & consequenter non quæreretur Ioannes ad mortē. Secundo, quia Herodes solum volebat occidere pueros de tribu Iuda, quia ille, quem timebat futurum regem, & iam natū credebant esse, erat de tribu Iuda, sicut sapiētes asseruerant supra 2. c. De Ioanne autem constabat, qd erat de tribu Leui. Nam pater suus sacerdos erat, & mater sua de filiabus Aaron, Luc. 1. c. Ergo, neque Ioannes, quæreretur ad mortem, neque occideretur Zacharias pater eius tanquam occulans Ioannem.

Dicendum, ergo videtur, qd iste Zacharias fuit ille sacerdos magnus filius Ioiadę magni sacerdotis, quem Iudæi occiderunt, scilicet Ioa rex Iudę occidit eum. 2. Paralipo. 24. c. & consonat dicto Christi, sicut templum, & altare. Sic etiam tenet Hiero. super Mat. dicens, alij volunt istum esse Zachariam, qui occisus sit a Ioa rege Iudę inter templū, & altare, in atrio tēpli. Sed obijciunt contra hoc. Primo, quia dicitur hic Zacharię filij Barachię, & tamen ille non fuit filius Barachię, sed Ioiadę sacerdotis magni. 2. Paral. 24. c. Secundo, quia dicitur: Quem occidistis: Et loquitur Christus ad istos, qui nunc erant, & tamen illi non occiderant illum Zachariam, quia plures, quam sexcenti anni fluxerant a morte eius vsque ad tempus Christi. Tertio, quia Christus videtur ponere hic duos iustos maxime distantes tempore, cum dicat requirendum sanguinem omnium iustorum, qui effusus est a constitutione mūdi a sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zacharię, & tamen si ille sit Zacharias nō distat maxime, cum post eum multi iusti occisi fuerint, ideo dicunt fuisse alium tempore Christi.

Dicendum, quod ista non obstant. Ad primum potest dici vno modo, quod ille Zacharias erat filius Ioiadę, & illud erat nomen proprium, hic autem vocatur Barachias, & nō est nomen proprium, sed appellatiuum, & interpretatur benedictus a domino, quod ei attribuitur, quia fuit ille Ioiada sanctus vir.

Secundo potest dici, & melius, quod Barachias sit nomen proprium, & vocetur ille Barachias, neque obstat, quod vocetur Ioiada, quia erat binomius, sicut & multi alij inter Iudæos, vt Iacob vocabatur Iacob, & Israel, & Esau vocabatur Esau, & Edō, & Seyr, vt colligitur Gene. 25. c. Et ad hoc adiuuat, quia aliud est euangelium, quod vocatur Nazarenorum, quod ecclesia non recipit, & ibi dicitur, Zacharię filij Ioiadę, vbi nos dicimus filij Barachię. Sic dicit Hierony. sup Mat. scilicet, sed obseruandum, quod ille Zacharias non sit filius Barachię, sed filius Ioiadę sacerdotis, sed Barachias in lingua nostra benedictus Domini dicitur, & Ioiadę iustitia Hebrę nomine demonstratur. In euāgelio vero, quo vtuntur Nazareni, pro filio Barachię filium Ioiadę scriptum inuenimus.

Ad secundum dicendum, qd non est sensus, qd illę personę, quę nunc Christum loquentem audiebant occidissent Zachariam, sed dicitur: Quem occidistis, loquens ad eos tanquam ad populum, vel gentem. Eadem autem gens erat ista nunc, & quando occiderunt Zachariam, quia manet idem populus, & eadem ciuitas, vel gens per successionem multorum temporum in quantum nunquam desinit esse, sicut manet idem homo numero a principio vite vsque ad finē, licet in eo fiant multe alterationes. Ita ergo gens Iudæorum vna, & eadem erat nūc, & a principio sui, cum postquam cepit esse nunquam desisset, & ideo, sicut liquis demonstratis Iudæis, qui erant tempore Christi diceret, ista gens occidit Zachariam filium Barachię, siue Ioiadę, esset vera propositio, ita cōuertendo locutionē in secunda persona. s. vos occidistis Zachariam, erat vera propositio. Et sic verum erat, qd occiderunt Barachię filium, licet fluxissent plures

sexcenti anni a morte eius. Ad tertium dicendū, qd Christus ponit duos iustos maxime inter se distantes, vt capiat omnes alios intermedios, & tamen ista distantia non erat secundum tempus, sed secundum aliquid aliud, vt dicitur infra 259. q.

An quando dicitur, quod requiretur de Iudæis sanguis Abel: accipiat Abel exclusiue, vel inclusiue.

Quest. CCLVI.

Quæritur quomodo potest stare, qd requirendus sanguis omnium iustorū a sanguine iusti Abel. Iudæi namque nullam culpam in hoc habuerunt, quia non effuderunt illum. Aliqui dicunt, quod accipitur Abel exclusiue, scilicet quod post sanguinem Abel sanguis omnium requiritur a Iudæis, non tamen sanguis Abel. Et tunc ablatum est inconueniens. Sed dicendum, quod non stat, sed est necesse etiam sanguinem Abel requiri. Primo, quia si exclusiue acciperetur, non videretur aliqua causa quare Abel nominaretur potius, quam aliquis alius. Secundo, quia non est satis verisimile, quia nemo sic exposuit. Cum enim omnes exponentes locum hunc aliquā difficultatem in hoc fecerint, nemo de eis, qui videntur aliquid esse hunc sensum posuit, licet ista argumentatio non sit efficax. Tertio, quia videtur necesse esse incipi hoc ab Abel, ita quod ipse includatur, quia Luc. 1. c. dicitur, vt requiretur a generatione ista sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi, a sanguine iusti Abel, sed si ponatur Abel exclusiue, nō requiritur sanguis omnium prophetarum ab origine mundi, quia saltem sanguis Abel, qui erat de his, manet nō requisitus, cū fuerit post constitutionem mundi, ergo necesse est accipi inclusiue. Quarto, quia nisi accipiatur litera inclusiue, erit falsum quod dicitur, quia mortuum eorum, qui dicunt teneri exclusiue, est, quia Abel non pertinet ad progeniem Iudæorum, ideo nullo modo pena pro effusione sanguinis illius potest venire in eos, & tamen si ita arguatur, sequitur, quod nullius iusti sanguis requiretur a generatione ista nisi illorū, qui occisi sunt postquam cepit esse progenies Iudæorum, vel nominari, & tamen Iudæi non nominantur vsque post Abraham, & maxime vsque post Iacob, ergo nō solum sanguis Abel nō requiretur a Iudæis, sed etiam si aliqui alij fuerunt iusti occisi ante Iacob non requiretur sanguis eorum a Iudæis, ergo non est verum, qd a sanguine Abel requiretur sanguis omnium iustorum de manu Iudæorum, siue teneatur Abel exclusiue, siue inclusiue, cum multi alij iusti, & prophete occisi fuerint, quorum sanguis non requiritur de manu Iudæorum, & istud est argumentum necessarium, ideo dicendum, quod Abel tenetur inclusiue, s. quod etiam sanguis Abel requiritur. Sed quō requiretur sanguis Abel est dubiū. Aliqui dicūt, qd requiritur sanguis Abel, quia Abel fuit occisus a suo fratre Cain per inuidiam. Iudæi autem heredes fuerunt Cain, quia ita Christum, & discipulos eius per inuidiam occiderunt, sicut Cain occidit Abel. Sic dicit Theophil. f. ostendit autē dominus Iudę heredes male hęre Cain ex eo, quod subdit a sanguine iusti Abel. Sed dicendum, qd hoc non stat, quia hoc modo si in aliquo alio delicto imitarentur Iudæi aliquas gēres alias punirentur pro peccatis illis gentium illarū, sicut etiam puniuntur pro sanguine Abel effuso a Cain, quia imitati sunt Cain in occisione Christi. Sed hoc est inconueniens, quia hoc modo Iudę illi punirentur pro peccatis omnium hominum, cum in aliquo peccato imitarentur alios homines. Et hoc nemo concederet

concederet Ideo dicendum, q̄ alio modo dicitur F requiri sanguis Abel de manu Iudæorum, vt dicitur sequenti q. & q. 260.

Quare dicitur . a sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ. Quæst. CCLVII.

QVAERETVR quare dicitur . a sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ. Nam de Abel nō est irracionabile, eo q̄ ipse est primus iustus, qui occisus est, sed de Zacharia non v̄r causa esse, quia post eū multi fuerunt occisi inter Iudæos, immo v̄r, q̄ non conueniat intentioni Christi, quia ipse vult sanguinem omnium iustorum requiri de manu Iudæorum, sed multi iusti occisi fuerunt post illum, iō etiam sanguis illorum requirendus erat. Aliqui aut̄ dicunt ex hoc, q̄ non fuit iste Zacharias ab antiquo occisus, sed Zacharias pater Ioannis Baptistæ, qui t̄pe Christi occisus esset, vt dicitur supra q. 255. Sed dicendū, q̄ illud falsum est, vt probatum est ibidem. Etiam dato, q̄ verū esset nō tolleretur hoc incōueniēs, quia ēt post mortem illius alij occisi fuerant, sicut Innocentes, & alij. Secundo, & efficacius, quia Christus inducit hoc ad ostendendum, q̄ multum culpabiles essent Iudæi occidendo eos, quos ipse mitteret, & p̄p occisionem illorum veniret super Iudæos sanguis omnium prophetarum, & iustorum antiquorum, ergo a fortiori veniret super eos sanguis Christi, & discipulorum suorum, quos occiderent. Et ita hoc mō non sufficeret ēt si poneretur Zacharias pater Ioannis Baptistæ. Alij aut̄ dicunt aliam causam tam de Abel, q̄ de Zacharia, vt Origenes super Mat. Zacharias interpretatur memoria Dei. Omnis, ergo q̄ memoriā Dei disperdere festinat in eis, quos scandalizat, Zachariæ sanguinem v̄r effundere; filij Barachia, quia per benedictionem Dei memores sumus Dei: ab impijs ēt memoria interficitur Dei, quando templum Dei a lasciujs corrumpitur, & altare eius p̄ negligentiam orationum sordidarum sordidatur. Abel aut̄ lactus interpretatur, q̄ ergo non recipit, quod scriptum est, beati, q̄ lugent, sanguinē effundit Abel. Sed dicendū, q̄ hoc non prodest, q̄ ista sunt moraliter, vel allegorice dicta, & non pertinent ad sensum scripturæ, quem inquirimus, & quem Christus intellexit dicendo hoc. Aliqui, ergo dñt, q̄ posui fuerunt isti duo non ad notandum distantiam secundum tempus, sed ad ostendendum differentias occisorum s̄m p̄ditionem, & statum. Abel, n. fuit pastor, & rusticus, Zacharias fuit sumus sacerdos, & sunt isti status maxime distantes, vt sit sensus, q̄ sanguis oīum martyriū cuiuscūque status v̄turus erat sup Iudæos, cū inter istos duos status sint oēs alij, quasi medij. Sic dicit Beda .i. quare igit̄ a sanguine iusti Abel, q̄ primū martyriū passus est mirū nō est. Sed quare vsque ad sanguinē Zachariæ quæredū est, & cū multi post eū vsque ad natiuitatē Christi, & ipso mox nato innocētes pempti sint. Nisi forte, q̄ Abel pastor ouīū, & Zacharias sacerdos fuit, & hic in cāpo, ille in atrio templi necatus est, v̄riusque gradus martyres, & laici. & altaris officio mācipati sub eorū intiment vocabulo, & istam solutionē tenet Nicolaus. Sed dicendū, q̄ nō satisfacit totaliter, q̄ si solū distinctio graduū in hoc signaret potuerat Christus alios nominare adhuc minoris meriti, q̄ Abel, q̄ nō tantū laudat̄ in scriptura, & tñ nominat̄ illum specialiter. Secūdo, q̄ aliquo mō Christus vult signare principiū t̄pis, a quo incipit cōputari sanguis iustorū, q̄ req̄rendus erat de manu Iudæorū, cū dicit̄ Luc. 10. c. v̄r req̄rat̄ a generatione ista sanguis omnīū iustorū, q̄ effusus est a cōstitutione mundi a sanguine Abel, ergo nō ponit̄ ad solum statū ostendendū, i. q̄

Abel pastor ouīū, & Zacharias sacerdos fuerunt.

pastor, & rusticus erat. Dicendū, q̄ in his duobus, licet prima facie videat̄ notari distātia temporis. I. a sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, tñ nō signat̄ solū t̄pū, q̄ tñ sequerent̄ incōueniētia supra posita, i. q̄ ēt post Zachariā alij fuerūt occisi a Iudæis, quorū sanguis eis imputat̄. Etā dicendū, q̄ q̄cūque nominaret̄ post Zachariam nō poterat cōueniēter significari terminus, vsque ad quē requireret̄ sanguis iustorū de manu Iudæorū, q̄ illo dato, & occiso si postea Iudæi aliquē iustū occiderent tñ imputaret̄ eis sanguis illius, quod falsum est. Et tñ quolibet occiso poterat aliquē aliū occidere, ergo nō poterat eis poni terminus vsque ad quē imputaret̄ sanguis, sed a parte ante bene poterat signari, a quo inciperet imputatio sanguinis, quia aliquis fuit primus cuius sanguis pertinet ad Iudæos quantum ad culpam, vel penam, cum ista effusio non fuerit ab eterno. Dicendū, q̄ Christus duo voluit hic signare. Vnum est tempus imputationis, aliud est distantia in culpa. Quantum ad eorum mortem, quorū sanguis requirit̄ primū notari a parte ante, & nō a parte post cum ait, a sanguine iusti Abel. nā ante Abel nemo fuit cuius sanguis imputet̄ Iudæis immo nullus fuit occisus, sed nō est Zacharias vltimus, cuius sanguis imputat̄, & p̄ hoc ex industria factum est, vt ille, q̄ poneret̄ vltimus occisus esset multo tempore ante Christum, vt sic crederet̄, q̄ nō finiebatur ibi imputatio, de qua Christus loquebat̄, cū post eū multi occisi essent immo multo plures, q̄ prius, quod nō intelligeret̄ si poneret̄ aliquis, q̄ t̄pore Christi occisus esset, q̄ verisimiliter crederet̄, q̄ vsque ad illum, & non amplius voluisset Christus sentire. Secūndū est differentia culpā, & istud pricipue int̄dit̄. I. q̄ Deus requirit̄ a Iudæis sanguinem omnīū iustorū eorū, in quorū occisionib⁹ habuerūt magnā culpā. Et hoc est valde ad p̄positū. I. q̄ De⁹ nihil remitteret̄ Iudæis, sed tā maximā, q̄ minimam culpam ab eis exigeret, & in eis puniret. Et hoc cōcordat mō loquendi Christi supra 18. c. vbi dicit̄ exigi rōnē ab eo, q̄ relapsus est in debi⁹ p̄ ingratitude m vsque ad nouissimum quadrantem, ita & Iudæi multos occiderūt prophetas, & iustos, & Deus eos sustinuerat, nunc, q̄ nouissime grauius peccauerunt occidendo eū, & discipulos eius, ponit̄ in eis omnes culpas preteritas a maxima vsque ad minimā. Et hoc cōueniēter notatur in his duobus, idē. Abel, & Zacharia. Nam nemo erat in cuius morte de iustis minore culpam possent habere Iudæi, quam Abel, quia iste maxime distabat a progenie sua, & a tempore suo, & nemo erat, in cuius morte maiorē culpam possent habere Iudæi ex conditione actus, quam Zacharias, eo quod ipse erat summus sacerdos, & ita erat pastor totius populi. Etiam, quia nemo magis appropinquabat ad Deum, quam summus sacerdos, & ideo huic mandabat Deus magis cauere a contaminationibus, quam ceteris hominibus Leui. 21. c. Etiam, quod erat, quia quasi in p̄sentia Dei eum occiderunt, scilicet inter templum, & altare. Et quod ista fuerit intentio Christi patet, quia expressit, quem occidistis inter templū, & altare, quasi dicat̄ ex illo fuit culpa vestra maxima. Non fuit autem alius, in quo omnes istę difficultates occurrerint, & grauitates, ideo recte ponitur occisio Zachariæ pro maxima culpa particularium occisionum. Quod verum est quantum ad preteritos eorum tempore Nam magis peccauerunt postea occidendo Christum, & discipulos eius. Et hoc tenet Chry. in homilia, dicens, Zachariæ fecit mentionem, quoniam duplex p̄sumptio fuit in eius occisione. Non enim solū in sanctum hominem facta est, sed & in loco sacro. Et ista est vera intentio Christi, quare hos duos potius, quam alios nominauit.

Quomodo est verum, quod Christus dixit, scilicet, quod requiretur de manu Iudæorum sanguis omnium iustorum, &c. Quæst. CCLVIII.

Quomodo sanguis omnium iustorum, qui ab origine seculi a gente Iudæorum occisi erant veniret super generationem istam, quæ illos non occidit. Quæst. CCLIX.

QVAERETVR quomodo est verum, aut iustum, quod Christus dixit, scilicet, quod requiretur de manu Iudæorum sanguis omnium iustorum, qui effusus est a constitutione mundi. Nam multi iusti occisi sunt, quos Iudæi non occiderunt: ergo sanguis illorum non requiretur de manibus Iudæorum. Aliqui dicunt, quod debet intelligi per hyperbolem, scilicet, sanguis omnium iustorum, id est, multorum, quia similis modus loquendi est sepe in scriptura, vt illud Genes. 41. cap. Omnes prouincie veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & tamen manifestum est, quod non poterant illuc ire omnes prouincie, & si irent non sufficeret eis Aegyptus ad deuorandum vna die. Et illud Psal. 64. scilicet, Omnis caro ad te veniet. sed ad Deum non venit omnis caro, sed multi homines.

Sed dicendum, quod non stat. Primò, quia si daretur locus cui libet dicendi figuratam locutionem esse vbi ipse voluerit, peribit tota fides scripturæ, quia non manebit aliqua propositio vniuersalis, ideo nunquam debet concedi aliquam locutionem esse figuratam, maxime per hyperbolem, nisi expresse constet, scilicet, quod aliter non possit saluari, & tamen cum potest saluari veritas sine figura, non est concedendum esse figuram.

Secundo, & efficacius, quia ponitur hic terminus, qui ostendit propositionem debere manere in viribus suis, scilicet, quia dicitur: Omnis sanguis iustorum, qui est effusus a constitutione mundi a sanguine iusti Abel tunc ad sanguinem Zachariæ. Ergo omnium intermediorum iustorum sanguis eo modo quo illi ponuntur extremi, requiretur de manibus Iudæorum. Nam si omnis, id est, nullus poneretur, nihil plus erat ponere terminos, quam non ponere, ideo non est hoc verum.

Alij dicunt, quod est hoc verum de illis iustis, & prophetis, quos isti occiderant, ad quos Christus loquebatur, & tunc non est inconueniens, quod veniret super eos sanguis omnium illorum.

Sed dicendum quod non stat. Primo, quia dicitur Luca 11. cap. Sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi, sed isti non erant tunc, ergo etiam super istos venturus erat sanguis illorum, quos non occiderant. Secundo, quia dicitur a sanguine iusti Abel, & sic sanguis Abel venturus erat super istos, sed isti non occiderant Abel. Etiam quia dicitur vsque ad sanguinem Zachariæ, sed neque illum occiderant, quia multo ante Christum fuerat occisus, ideo dicendum quod etiam sanguis illorum, quos non occiderant, veniebat super eos.

Sed dicendum, quod quidam Prophetæ, & iusti occisi fuerant a Iudæis hoc tempore, vel alio: alij vero a Gentilibus. De primis est dicendum, quod sanguis omnium illorum veniebat super Iudæos, qui erant illo tempore, etiam si illi iusti occisi fuissent tempore Abrahæ, vel Noe. Et hoc modo intelligitur, quod dicitur: A sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, scilicet, omnium intermediorum sanguis, quorum occisio pertinet ad Iudæos. De secundis dicendum, quod nullo modo sanguis illorum petebatur de manu Iudæorum, etiam si effusus esset videntibus istis Iudæis, ad quos nunc Christus loquebatur, cum nulla sit causa, quare pro his punirentur.

SE quæretur quomodo sanguis omnium iustorum, qui ab origine seculi a gente Iudæorum occisi erant, veniret super generationem istam, quia pœnæ debent tenere suos actores, & tamen isti non occiderant omnes illos: ergo non debebant puniri pro illis. Secundo, quia Deus dixit Ezech. 18. cap. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur: & filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij: ergo a fortiori non portabit peccata proauorum, & illorum, qui præcesserunt per decem, vel duodecim generationes, de quibus nulla ad nos noticia peruenit. Tertio, quia expresse Deus venit hoc Deuter. 24. cap. Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Et ita d̄ 2. Paral. 25. cap. q̄ Amasias rex Iuda occiderit seruos suos, qui occiderant patrem suum, sed filios eorum non occidit, quia scriptum est in lege Moyssi: Non occidentur filij pro patribus.

Aliqui dicunt, quod solum puniebantur occisores pro sanguine effuso, i. quilibet pro peccato suo. Cum aut̄ d̄r, q̄ venient mala oīa super generationem istam, dicunt accipiendum de tota generatione malorum, qui vnam generationem faciunt per similitudinē in vicio, & iō tota illa generatio punitur, & quilibet in ea pro peccato suo. Sic dicit Glo. Super generationem istam, non hos tñ p̄sentes dicit, sed oēm generationem præcedentem, & futuram, quia oēs vna ciuitas sunt, & vnum corpus diaboli. Idē aliquo modo tenet Hieron. super Mat. dicens: Regula vero scripturarum est duas generationes bonorū, & malorū nosse. De generatione bonorū d̄r: Generatio rectorū benedicetur. De malis vero in p̄senti loco: Generatio viperarum. Ergo isti, qui similia sicut Cain, & Ios contra Apostolos gesserunt de vna generatione esse referuntur, i. omnes de generatione malorum. Idem dicit Beda super Lucam, s̄ quæritur quomodo sanguis omnium Prophetarum, atque iustorum ab vna Iudæorum generatione requiretur, cum multi Sanctorum, siue ante incarnationem, siue post ab alijs sint nationibus interempti, sed mos est scripturarum duas sæpe generationes hominum bonorum, & malorum computare.

Sed dicendum, q̄ hoc non stat. Primo, quia sic intelligendo nihil faceret ista litera ad propositū Christi. Hoc enim iō isti dixerunt, vt quemlibet puniri solū ponerent pro delictis, quæ fecit, & sanguinem, quæ fudit: quo dato super istos non esset venturus, nisi sanguis illorum, quos ipsi occiderūt. Et tunc superuacua esset dici, q̄ veniret super generationem istā sanguis omnīū iustorū, q̄ idem esset dici, ac si diceretur si aliquos occideritis punientini pro eis, & quilibet punietur pro peccato suo. Sed hoc est contra intentionem Christi: quia ipse dixit, q̄ occiderent Prophetas, & sapientes, & Scribas, quos ipse ad eos mitteret, & propter hoc veniret super eos sanguis omnium Prophetarum, qui effusus fuerat a constitutione mundi. Secundo patet, quia ad certificandū rem istam, q̄ dura videretur, addidit Christus confirmationē quasi per modū iuramenti, i. Amen dico vobis, venient oīa hæc super generationem istam: ergo aliqd plus nosiat hic, quam quod quilibet puniretur pro peccato suo.

Tertio patet, & efficacius, q̄ impossibile est stare literam Christi s̄m intentionem istorū. Nam isti volunt, q̄ super quemlibet malū veniat pœna mali sui, & volunt oēs malos tam p̄sentes, q̄ præteritos, & futuros esse vnam generationem, vt dicit Glo. & tunc

manifestum est, q̄ cum multi de malis, qui occiderat Prophetas mortui essent, quando Christus loquebatur: hæc ipsa mala, quæ illi meruerat pro effusione sanguinis, vel iam venerant super eos, vel nunq̄ ventura erant, & tamen Christus dixit, q̄ totus sanguis, qui effusus erat a constitutione mundi venturus erat super generationē istā; ergo super malos viuentes, vel saltem futuros ventura erant illa mala, & ita aliquis sanguis veniret super malos aliquos, quem ipsi non effudissent, sicut ponit Christus de sanguine Abel, & Zachariæ. Manifestum est, q̄ occisores istorū erant mortui, & non poterat venire sanguis super eos, sed venturus erat adhuc super aliquos malos, vt Christus dicit: ergo p̄na peccati venit super aliquem, qui nō comiserit peccatū. Et ita p̄ distinctionē duarū generationū, scilicet malorū, & bonorum non potest verificari litera ista.

Quarto, quia tenentes istā positionē mouentur, vt vident quoddam incōueniens, quod putant sequi ex litera, & non sequitur. Et hoc quia dicitur, q̄ veniret super Iudeos sanguis omnium iustorum, & Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi. Vnde intelligunt non solum Christum innuere de sanguine effuso a Iudeis, sed etiam a Gentilibus. Et hoc putant incōueniens, & ideo volunt sic euitare illud. Patet hoc ex verbis Bedæ: dicit enim, Queritur quomodo sanguis omnium Prophetarum, atque iustorum ab vna generatione Iudæorum requiratur, cum multi Sanctorum, siue ante incarnationem, siue post ab alijs sint nationibus interempti. Et ita incōueniens putat esse de illis, quos Gentiles occiderunt. Sed istud incōueniens non sequitur, quia Christus non intendit, q̄ sanguis omnium iustorū, quotquot in toto orbe occisi sunt, requiratur de manu Iudæorum, sed solum sanguis ille Prophetarum, & iustorum, qui a principio orbis a Iudeis quocunq̄ tempore effusus fuerit, vt dictum est præced. quæst.

Alij dicit, quod intelligitur, quod sanguis omnium Prophetarum venturus super istos Iudæos, qui tunc viuebant, quia sicut bonum, quod merebantur, accipientes nunc Christum, q̄si venit, fuit maius omnibus bonis, quæ antiqui meruerunt, & ideo oīa bona antiquorum super eos veniebant, ita qui Christum repulerunt, grauius peccauerunt, q̄ oēs antiqui, & omnia mala præteritorum malorum super eos venire videntur. Sic dicit Chrysostr. super Mat. I. Sicut enim omnia bona, quæ in singulis generationibus a constitutione mundi omnes sancti merebatur, illis nouissimis sunt donata, qui receperunt Christū, sic omnia mala, quæ in singulis generationibus a constitutione mundi patii meruerunt omnes iniqui, super nouissimos Iudæos venerunt, quia Christum repulerunt.

Alij volunt, q̄ sit solum comparatio, scilicet q̄ sicut tota generatio antiquorum non potuit mereri tantū bonum, quantum datum est eis, qui Christum receperunt, licet cum paruo labore: ita oīa scelera antiquorum occidendo quotquot Prophetas, & sanctos occiderunt, fuerunt minora, q̄ sola occisio Christi, & ita venit super occisores Christi totus sanguis omnium occisorum a principio orbis, quia maior p̄na pro illa sola occisione, q̄ pro omnibus peccatis præteritis debebatur. Sic dicit Chrysostr. vbi supra, scilicet Aut ita, sicut oīs iustitia præcedentium sanctorum, immo omnium sanctorum tantum mereri non potuit, quantum gratiæ datum est hominibus in Christo, sic omnium peccata impiorū tantū mereri mali non potuerunt, quantum venit super Iudæos, vt talia pateretur, qualia passi sunt a Romanis. Et sic postmodum omnes generationes eorum vsque in sæculum projiceretur a Deo, & ludibrium fierent gentibus vniuersis. quid enim peius potest fieri, quam filium cum humilitate

te, & misericordia, & pietate venientem non suscipere, sed tali modo interficere?

Sed dicendum, quod adhuc neutra istarum positionum satisfacit. De prima patet, quia aut intentio illius est, quod peccatum Iudæorum tam graue fuit, quod omnia peccata antiquorum non fuerunt tam graua, & ita quod p̄na maior venit super istam generationem pro isto peccato, quam super antiquos pro omnibus peccatis, aut quod pro isto peccato occisionis Christi, & discipulorum eius veniret super Iudæos istos omnia mala, quæ antiqui meruerant pro peccatis proprijs. Accipiendo primo modo non videtur satisfacere literæ, quia hoc nihil est, nisi quod veniret super generationem istam malum, quod mererentur, & illud erat magnum, & videtur esse valde extortus modus exponendi, & trahendi literam extra intentionem Christi, & significationem vocabulorum, cum ipse dicat quasi aliquid magnum venturum esse sanguinem omnium iustorum super istos Iudæos. Et ista expositio non vult, q̄ sanguis alicuius de præcedentibus occisis veniat super istos, sed solum aliquid tam graue quantum fuit p̄na debita pro toto sanguine iustorum effuso. Et tamen litera scripturæ nunquā est trahenda extra suam significationē, si secundū eam exponi potest. Si autem accipiatur secundus sensus, manent omnes difficultates, quæ in principio allegatur, scilicet, quomodo super Iudæos istos veniret p̄na pro illis peccatis, quæ ipsi non commiserunt, quod videtur iniustissimum.

Item quia aut antiqui, qui occiderunt iustos, & Prophetas habuerunt p̄nā pro delictis illis, aut non. Si dicas, quod non habuerunt, falsum est. Nam qui occidit Abel, scilicet, Cain ab alio occisus est, vt colligitur Genes. 4. cap. scilicet, a Lamech, & qui occidit Zachariam, scilicet, rex Ioas occisus fuit a seruis suis 4. Reg. 12. cap. & 2. Paralip. 24. & 25. cap.

Item quia non erat possibile, quod manerent tales peccatores omnino impuniti, sed necesse erat, quod aut ipsi seipsos punirent penitendo, aut Deus eos puniret mala contra eos mittendo, quia alijs repugnaret ordinatissimæ diuinæ providentiæ. Si autem detur, quod illi pro suis culpis puniti sunt, & rursus puniendi erant nunc Iudæi pro illis delictis, videtur esse iniustum, quia Deus non iudicat bis, in idipsum, idest, non dat bis p̄nam pro eodem peccato.

Sed dicendum, quod vera intentio Christi est, quod omnia mala ista, idest, sanguis omnium iustorū veniret super generationem istam, idest, super istos, qui nunc viuebant, vel nascebantur, quia vna generatio dicitur tempus, quo vnus homo viuere potest, & omnes concurrentes tempore illo faciunt vnam generationem. Et iste modus est accipiendi generationem sepe in scriptura. Sic patet Genes. 6. cap. scilicet, Noe fuit vir iustus in generationibus suis, idest, inter homines, qui fuerunt tempore suo. Sic etiam Ecclesiastici 44. ca. Laudemus parentes nostros viros gloriosos in generatione sua, idest, quilibet eorum fuit gloriosus, & famosus tempore suo. Et eo. ca. dicitur, omnes hi in generationibus gentis sue gloriam adepti sunt, scilicet, in temporibus suis inter gentem suam habuerunt honorem. Et sequitur expositio, scilicet, in diebus suis habentur in laudibus. Quasi idem sit dicere in diebus suis, & in generationibus suis. Erat ergo vna generatio Iudæorum quam Christus ostendebat, dicens generationem istā tota illa gens, quæ tunc erat, & quæ tunc nascebatur. Et verum est, q̄ super generationem istam venerunt omnia mala, quæ prædixit. Nam p̄na pro sanguine omnium iustorū fuit destructio vrbis Ierusalem, ita vt non maneret lapis super

Deus non dat bis p̄nā pro eodem peccato.

Generatio quō in scriptura accipitur.

super lapidem, & populus Iudæorum desineret esse populus, scilicet, dispergerentur inter gentes, & vbiq̄ vt miseri sentirent sub tributo, & opprobrio: & hoc factum est tēpore generationis, quia quadraginta duobus annis postq̄ dictum fuit, factum est. Quod patet, quia Christus locutus fuit hæc eo anno, quo occisus fuit, sed a Christi passione vsq̄ ad delerionē Iudæorū capta Ierusalem per Romanos, fuerunt anni quadraginta duo, vt ex historijs colligitur: ergo illi, qui tunc viuebant poterant videre illam destructionem, & sic super eos veniret illa mala, & hoc erat venire super generationem illam. Quod autē ista sit p̄na quam Christus prædixit apparet ex sequentibus. Nam dicit infra. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Et magis hoc aperitur Lucæ 19. cap. cū dicit, q̄ fleuit Christus super Ierusalem, dicens: Non relinquens in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.

Sed tunc dicendum, quod omnia ista mala venerunt super generationem istam non solum pro occisione Christi, & discipulorum eius, sed etiam pro sanguine omnium iustorum, & Prophetarum, quos occiderant a principio mundi vsque nunc. Et hoc est, quod occisus discipulis Christi veniret sanguis omnium iustorum, & Prophetarum super istam generationem, idest, nunc pro omnibus peccatis præteritis punirentur, quæ fecerunt a principio mundi.

Sed tunc obijciatur, quod isti non effuderant sanguinem iustorum, & Prophetarum præteritorum, ideo non debebant puniri pro illorum sanguine.

Dicendum, quod isti non puniuntur nisi pro peccatis proprijs: vnde pro sanguine iustorum Prophetarum, & iustorum, qui fuerunt a principio mundi, puniuntur isti, quia ipsi eos occiderunt.

Pro quo sciendum, quod Iudæos non loquitur hic ad istos Iudæos, vt erant particulares homines, sed vt erant populus Ierusalem, vel potius gens Iudæorum, & quia gens Iudæorū non erat nouiter ex tunc, sed ex principio mundi, ideo potuerunt peccare ex principio mundi. Et patet vtrunq̄. Primum, quod loqueretur ad eos, sicut ad populum, vel gentem, & non sicut ad priuatas personas, scilicet, quia dicitur supra in litera. Vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiaz, quem occidistis inter templum, & altare. Et ita dicit istos occidisse illum. Sed manifestum est, q̄ nemo istorum neque proauis illorum erant tunc, quia plures quam sexcenti anni fluxerant inter mortem Zachariæ, & istud verbum Christi: ergo loquitur ad eos, vt ad gentem quandam.

Secundum patet, scilicet, quod gens Iudæorum fuisset a principio sæculi, quia licet non ceperunt vocari Hebræi, aut Iudæi a principio, aut distinctio ista esse inter gentes varias, tamen illi, de quibus descenderunt illi, qui vocantur Iudæi, semper fuerunt a constitutione humani generis, & ita gens Iudæorum poterat dici aliquid fecisse a principio sæculi: gens autē manet eadem secundum cōtinationem, ideo cum semel ceperit esse ista gens, & nunquā esse desierit, necesse est, q̄ sit eadem. Vnde id, quod factum esset a Iudæis ante annos centum, diceretur fecisse gens Iudæorum, quæ erat tēpore Christi. Sic patet ex verbis Christi, cum ait, a sanguine Zachariæ, quem occidistis inter templum, & altare. Et tamen transferant anni plures, q̄ sexcenti vsq̄; ad tempus istud, quo Christus loquebatur, & dicebat eos fecisse hoc, istā generationem, quæ tunc erat. Ita ergo recte illa generatio Iudæorum, quæ tunc erat, diceretur fecisse omnia mala, quæ a principio mundi facta sunt per Iudæos, & tunc non erat iniustum, q̄ ista generatio Iudæorum, quæ erat tempore Christi, puniretur pro sanguine om-

Alph. Toit. in Matth. Pars VI.

nium Prophetarum, & iustorum, effusa a Iudæis a constitutione mundi.

Sed tunc dicitur, quomodo nunc pro peccato occisionis Christi, & discipulorum eius faciebat Deus, quod veniret super Iudæos sanguis omnium Prophetarum, & iustorum, qui effusus erat ab origine mundi?

Dicendum, quod est sensus, quod antehoc non receperant Iudæi p̄nā pro illis occisionibus, & Deus differebat inferre illam, & forsitan nunquā in intulisset. Nunc tamen commiserunt tam graue peccatū, quod Deus noluit tolerare, & puniuit eos tã pro isto delicto, quam pro omnibus præcedentibus a principio sæculi. Sic dicit Chrysostr. super Mat. Omnis gēs, vel ciuitas non statim vt peccauerit, punit eos Deus, sed expectat multas generationes, quando autē placuerit Deo perdere ciuitatem illam, aut gētem videtur omnium generationū præcedentū peccata reddere illis, quoniam quæ omnes merebantur, hæc sola passa est. Sic & generatio Iudæorum pro patribus suis videtur punita.

Sed obijciatur, q̄ nō tollatur adhuc incōueniens, quia filius nō punitur pro patre, sicut scriptura dicit. & tamē inter patrem, & filium est maior identitas, vel proximitas q̄ inter Iudæos, qui nunc erant ad Iudæos, qui erant tempore Abraham. ergo a fortiori non puniuntur isti pro peccatis illorum, in quantum sunt idē populus, & tamen effusio sanguinis Zachariæ, & aliorum fuit facta per antiquos, ergo Iudæi, qui erant tempore Christi, non debebant pro hoc puniri.

Dicendū, q̄ homines licet sint iidem numero, tñ habent multas habitudines. Vna est, vt singularium personarum: alia est, vt communitatis, vel multitudinis. Et ita quando peccant imputatur peccatum dupliciter, quia cum non possit fieri, nisi a personis, quæ sunt indiuidua, imputatur actus cuiuslibet agentis. Rursus aut, quia multi, vel tota ciuitas simul agit, vel saltem omittit cessando punire priuatos delinquentes peccat, & imputatur peccatum cōmunitati, & quia pro peccato datur p̄na, & modo dicto peccant priuari, & etiam communitas, datur quædam p̄na singularibus personis, scilicet, cuiuslibet peccanti per se, & datur alia p̄na populo, vel gēti, vt cōitati, & hoc modo nū-

q̄ punitur vnus pro alio, sed quilibet p̄ peccato suo, & ideo quantum ad p̄nam, quæ debita est pro peccato personali, quod est priuati hominis, non recipit vnus homo p̄nam pro altero, sed quilibet pro se, vnde neque pro peccato personali patris punitur filius, aut e contrario: ita etiam pro peccato populi non punitur, nisi ipse populus, & ipse idem non alius. Cū autē dicit, q̄ illi, qui erant tempore Christi non occiderunt Zachariam, & alios Prophetas antiquos, verū est, & ideo dicendū, q̄ pro peccato personali illorū, qui faciebant hoc, in quantum quilibet erat vna persona ipsi puniendi erant, & non alius, neq̄; puniebantur Iudæi tempore Christi, sed quia etiam in illis peccatis populus peccauerat efficiendo, vt quando tota multitudo aliquid faciebat, vel omittendo, vt scilicet, quia delinquentes non puniebant. Et istud peccatum poterat nunc puniri in Iudæis, qui erant tempore Christi, quia manifestum est, quod gens, vel populus Iudæorum peccauerat in hoc, ideo quia populus puniendus erat, & tamen idem populus numero erat iste, & ille, qui peccauerat, ita vt istemet dicitur peccasse, ergo poterat nunc puniri. Et est de populo, sicut de homine. Non est necesse, quod quando homo peccat, statim puniatur, sed differt dare Deus p̄nam, & quocunq̄ tempore puniatur, iuste punitur: quia iste idem est, qui peccauit. Sic autem de populo est, quia non oportet, quod statim puniatur

Quilibet pro peccato suo punitur.

tur vt peccauit, sed quocunque tempore poterit in-
ste puniri, & tamen populus Iudæorum, qui erat tem-
pore Christi erat ipsemet numero, qui erat quando
occisus est Zacharias, & alij Prophetæ: ergo licet non
fuerit tunc punitus, poterat conuenienter puniri tem-
pore Christi, & sic est verum dictum Christi, scilicet,
quod sanguis omnium iustorum, & Prophetarum
veniret super generationem illam, quæ erat tempo-
re suo, idest, pœna pro omnibus peccatis, quæ com-
miserant Israëlita, in quantum gens, vel populus pu-
nireretur nunc in Iudæis, qui erant tempore Christi.

Sed adhuc obijceretur, quod non deberent puni-
ri peccata ista, quia Deus non punit bis in idipsum,
& tamen pro omnibus illis dederat iam pœnas: ergo
non erant nunc dandæ. Pater hoc, nam dicitur hic
de sanguine, & iam fuerat pro ista occisione Cain ef-
fectus vagus, & profugus, & postea interfectus est,
Genes. 4. & 5. cap. De sanguine etiam Zachariæ dicitur,
& tamen iam fuerat pro hoc occisus ipse loas rex
Israel, qui fecerat occidi Zachariam, 4. Regum 1. &
2. Paralip. 24. & 25. cap. De omnibus alijs, qui non ex-
primuntur, idem iudicandum est, maxime cum appa-
reat ex historijs Veteris Testamenti sæpe Iudæos esse
punitos pro peccatis suis.

Dicendum sicut supra, quod verum est, quod pu-
niti fuerunt factores illorum delictorum pro pecca-
to personali, & tamen Iudæi, qui peccauerant vt po-
pulus, non puniti erant vt populus, & ideo non punie-
batur aliquid bis, quia pro peccato personali pro quo
erat pœna data antiquis, non daretur modernis, quia
sicut peccatum personale non transit de persona ad
personam, ita non transit pœna.

De peccato populi dicendum, quod pro his non
fuerat punitus populus Iudæorum ab antiquo, vt po-
pulus, vel saltem non sufficienter. Et hoc est verum,
ideo nunc poterat suppleri quidquid ibi de pœna mi-
nus fuit data: fuit autem pœna populo hoc modo:
quia sicut quando homo sæpe peccat, ita vt sit incor-
rigibilis, vel grauissima scelera commiserit deletur,
ita vt definat esse populus. Sic fuit in populo Iudæo-
rum, quia multa graua commiserant, pro quibus me-
rebatur fortassis populus deleri, sed vique nunc non
penitus delerus erat, licet sepe dispersus esset, & trans-
latus in captiuitates, nunc vero penitus excisa est Ie-
rusalem metropolis gentis Iudæorum, & ablatum sa-
cerdotium, & lex, & abolita sunt caremonia, & de-
fuerunt esse reges, & principes eius, & sic futurum est
semper, quia nunquam redituri sunt Iudæi, vt sint
vnum regnum, & vnus populus, ideo nunc data est
populo pœna maxima, quæ dari poterat, scilicet, de-
lectionis, & data est pro omnibus peccatis præteritis,
quia pro omnibus illis non potuit iste populus, in-
quantum populus aliquid grauius mereri, cum ne-
que possit grauius tolerare.

Sed adhuc obijcietur, quod his datis non stat, quia
populus non est aliquid distinctum ab hominibus
priuatis, siue suppositis, quomocunque ergo re-
putetur peccatum, siue vt personarum priuatorum,
siue vt populi, si illi, qui tempore Christi erant, puni-
rentur pro sanguine Abel, & Zachariæ, & aliorum
iustorum, puniretur quis pro eo, in quo non pec-
cauit, & non obstat quod puniantur isti vt populus,
quia populus non potest distingui ab istis priuatis,
& ita tam peccatum priuatorum, quam populi ipsi
priuati tolerant: si autem priuati haberent esse ali-
quod, in quantum populus, quod esset distinctum
ab esse ipsorum, in quantum priuati, in quo recipe-
rent pœnam, quæ debetur peccato populi statet qui-
dem iuste, sed idem & vnicum esse est cuiuslibet pri-
uati. Ideo non debet tolerare pœnam pro peccato

populi, quod non commisit populus eo aliquid ag-
te, vel omittente: & ita nullo modo debebant illi Iu-
dæi, qui erant tempore Christi tolerare pœnam pro
sanguine Abel, aut Zachariæ.

Dicendum, quod ratio non potest negari, ideo di-
cendum quod priuati nunquam tolerant aliquam
pœnam pro peccato populi, nisi quantam ipsi me-
ruerint per actum proprium. Pro quo sciendum, quod
quilibet homo est aliquid vnum per se, & cui debe-
tur actio: populus autem non est aliquid vnum per se,
neque est ens nisi per accidens, cum non habeat esse
aliquid vltra esse priuatorum personarum, & quia
actio cõpetit enti actu: cū populus non sit ens per se,
sed per accidens, non cõpetit ei aliqua actio, nisi per
accidens, in quantum illi ex quorū aggregatione reddi-
t populus aliquid faciant, & consequenter quæ peccati
est aliqua actio, nō pōt populus peccare, nisi p accidēs, si
quæ peccātibus priuatis dī peccare populus. De pœna
simile est, quia pœna pro peccato redditur, sed nō pōt
populus peccare, nisi p accidēs: ergo nō cõpetit dire-
ctē pœna populo, sed p accidēs, & et si directē cõpeteret
nō possēt dari: quia populus non hēt in quo pœnā
recipiat, quā nō est ens p se: & iō qñ distinguimus pec-
catū populi, & priuatorū realiter solorū priuatorū est
peccatū: quā nō est aliquid aliud peccans vltra priuatos.
Sed distinguuntur ista s̄m rōnem, s̄ quæ aliquñ conside-
ratur peccatū priuatorū, vt quilibet illorū est vna pō-
na, & tūc vocat peccatū priuatorū, aliquñ vt multi sub
rōne cõitatis concurrunt in vnum actum, & tunc vo-
catur peccatum populi, licet priuati, aut priuatis ali-
quis illud egerit. De pœna eodem modo est: oīs enim
pœna est alicuius priuati, vel priuatorū, & nulla pœna
est populi, quia vltra priuatos nihil est quod possit pati
pœnam, sed distinguūt s̄m rōnem, s̄ illud malum,
quod aduenit alicui sine habitudine ad communita-
tem, in qua moratur est pœna priuatorum: pœna autem
tem, quæ aduenit omnibus de multitudinē, aut alicui
in respectu ad totam cõmunitatem vocatur pœna po-
puli. Nunc ergo dicendū, q̄ cum pœna populi non sit
nisi pœna priuatorū personarū, & priuata perōna non
punitur pro peccato alterius priuati, non punietur q̄s
pro peccato populi, nisi quantum peccata sua persona-
lia meruerūt, ac si puniretur pro illis solis. Et ideo di-
cendū, q̄ sicut peccatū personæ non transit ad psonā
neq; pœna personæ ad aliā, ita neq; pœna debita alicui
genti, vt gens transit ad posteros, qui sunt idem popu-
lus numero, quia tūc daretur inconueniens, s̄ aliquis
populus peccauit, ita vt mereretur definere esse po-
pulus ille: puniret autē Deus aliquos priuatos, sed
non deleuit populum sequeretur, q̄ possit reservare
istam pœnam in posterum ad puniendum ipsummet
populum, & tunc aliqui qui in nullo peccassent cōtra
Deum punirentur, quia non poterat populus deleri,
quin delerentur illi priuati, aut multa mala paterentur
priuati: cum populus non sit aliquid vltra perso-
nas priuatas, & hoc falsum est, quia non peccantes
nullo modo puniendi sunt.

Sic est autem nunc dicendum de pœna data super
generationem Iudæorum, quæ fuit delictio vrbis Ie-
rusalem, & vniuersæ gentis Iudæorum. Nam fuit ibi
pœna aliqua, vt priuatorum, scilicet, quod diriperentur
opes, vastarentur, occiderentur, obsiderentur, fa-
me, & alijs incommodis affligerentur, nouissimè ve-
derentur inter gentes. Fuit et pœna aliqua, vt populi, s̄
vt definirer esse ciuitas Ierusalem, & congregatio gen-
tis Iudæorum, & vnitas principatus sub regibus, vel
sacerdotibus suis, & status templi, & caremoniarum
definiret esse. Nam ista directē non tangunt vnā
personam, aut aliquam, vt est priuata, sed vt est pars
multitudinis.

Quomodo
populus di-
cat puniri.

Et tamen dicendum, quod priuati illi, qui fuerunt
tempore Christi, & passi sunt hæc, meruerunt hæc,
etiā si nulla peccata, neque venialia saltem præcessis-
sent in progenie illa, & meruerunt tam ea, quæ erant
mala priuatorum, quam quæ erant mala populi. Et
hoc, quia malum, vel pœna populi est pœna priuatorū,
cum in deletione populi quilibet priuatus perdat ali-
quod bonū, quod ei proniebat in honore, vel vti-
litate in comparatione ad multitudinem, & sic tam
mala priuata quam publica meruerunt omnes illi, qui
passi sunt ea, & non pendebar demeritum ex proge-
nitoribus, sed ita punirentur ac si nullos progenito-
res habuissent, vel illi nunquam peccassent.

Sed tunc obijcietur, quod nō stet dictum Christi,
qui ait, quod sanguis omnium iustorū requireretur
de generatione ista a sanguine Abel vsque ad sangui-
nem Zachariæ, cum isti non recipiant istas pœnas nisi
pro peccatis, quæ fecerunt.

Dicendum, quod debet intelligi sic, eadem enim
pœnam potest quis mereri, ex diuersis causis, vt qui-
cunq; occidit hominem, occidi meretur, & quacun-
que vice occiderit, meretur occidi. Si autem in vna
vice eorum occidatur, dicitur tunc sibi reddi pœna
pro omnibus vicibus, idest, quia illa pœna, quæ tunc
inflicta est, fuit illa, quæ qualibet vice reddenda erat,
sic & nunc, scilicet, pro sanguine iusti Abel, & Za-
chariæ, & quolibet aliorum peccatorum grauium,
vel pro multis eorū simul merebatur deleri ille po-
pulus Iudæorum, qui hæc faciebat. Cum autem hoc
sepe meruisset nunquam ei inflictum est nisi ea vice,
qua Christum occiderunt, & Apostolos, vel discipu-
los eius: ideo dicitur nunc reddita pœna eis pro effu-
sione sanguinis omnium illorum, quia hæc erat pœ-
na, quæ qualibet vice illarum debebatur, & non po-
terat pro omnibus illis simul sumptis maior dari in-
quantum populo, vel genti, quam vt deleretur, vel
definiret esse.

Sed tūc dicitur, quod nihil prodest, aut nocet præ-
cessisse peccata in gente, aut progenitoribus, cū secū-
dum veritatem non puniatur quis nisi pro suis pec-
catis personalibus. Dicendū, quod aliquid prodest,
& nocet. Quod profici patet, vt si populus commiserit
aliquid graue delictū, propter quod populus me-
reatur deleri, & Deus esset delerurus illum, si præces-
serunt merita magna in progenitoribus, non deler-
et. Et contrario si facit peccatum graue, propter quod
meretur deleri, & tamē Deus sustineret tunc, & dif-
ferret, & tamen tot peccata præcesserunt in illo po-
pulo, quod iam Deus non dignatur differre vltionē,
& punit, ita quantum ad deletionem gentis Iudæo-
rum. Nam per occisionem Christi, & discipulorum
eius meruerunt omnia mala, quæ inflicta fuerunt eis
per Romanos. Sic Christus innuit Luc. 19. cū scilicet,
quod hæc omnia venirent super Ierusalem, quia nō
cognouerat tempus visitationis sue. Et tamen si in
gente Iudæorum nō præcessisset aliquid peccatum
graue, etiam Deus non deleuisset hæc vice Iudæos,
sed expectasset propter merita progenitorum, sed
quia multa demerita præcesserant, voluit non expe-
ctare amplius, & ita multum profuit merita proge-
nitorum, & multum nocent demerita ipsorum. Et
hoc modo adhuc magis verificatur dictum Christi,
scilicet, quod licet Iudæi occiderunt Christum, & di-
scipulos per hoc totum meruerunt destructionem
suam, & totus gens, & tamen nō receperunt eam
propter hoc solum, quia nullum aliud peccatum
precesserat in gente Iudæorum, sed semper bona me-
rita, etiam si hoc committerent non deleret Deus
gentem, sed daret aliquas pœnas priuatis, & tamen
quia præcesserat multa peccata, nouit expectare, sed

Iudæi per
Christi, ac
discipulo-
rum occi-
sionē oīa,
quæ inflit-
ta sunt eis
a Romanis
meruerunt

deleuit, & ita vere Iudæi puniti sunt nunc pro peccatis
progenitorum suorum, & Deus induxit super il-
los pœnam pro oibus peccatis, & pro effuso sangui-
ne a sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ.
Et istud etiam magis conuenit intentioni Christi,
quam præcedens responsio, licet vtraque sit vera:
quia ista facit quod magis seruiat rei, quam præ-
cedens.
Sed dicitur, quod tunc redibunt difficultates præ-
cedentes, scilicet, quod puniatur quis pro peccatis
alienis, si totam illam pœnā meruit per peccata pro-
pria, cum pro illis posset ei dare, etiam si non existe-
rent aliena, sed quod pro peccatis progenitorum pu-
niatur quis quando propria non habet, vel ex illis non
meretur tam grauem pœnam, videtur inconueniens.
Sed adhuc dicitur cum duo peccauerint æquali-
ter, & progenitores vnus fuerint boni, progenitores
alterius fuerint pessimi, & secundum supra dicta pri-
mus non punitur, aut non deletur, sed expectatur, se-
cundus vero deletur. Quare punitur Deus secundū,
& non primum, cum æqualiter peccauerint? Dicen-
dum, quod in hoc non est ratio dubitandi, neque
querelæ: quia fundatur super liberalitate, ideo sola
voluntas satisficit pro causa, vterque enim horum
meruit pœnam æqualem. Vnī voluit Deus tantam
pœnam infligere quantum merebatur, ideo non hab-
uit ius querelæ, alteri voluit remittere, vel superle-
dere, ideo non est iniustum, sed ad illum seruatur ius-
titia, qui deletur. Ad illum vero, qui non deletur, ser-
uatur liberalitas, sicut est de parabola, vel metapho-
ra operariorum vineæ. Nam inuidi iudicati sunt qui
murmurauerunt super erogatione facta alijs ad me-
ritum, cum eis solum fuerit datus denarius conuētus.
Ad primum in contrarium dicendum, quod ius-
tæ tenent actores suos, idest, actores culpatum, ex
quibus proueniunt pœnæ. Nam pœnæ non efficiuntur
ab eis, a quibus sunt culpa, sed ab executoribus ius-
tis. Et est sensus, qui non commisit illud peccatum
pro quo datur pœna, non debet pœnam accipere.
Et hoc verum est, vt ex præcedentibus patet: quia
non datur pœna nisi ei, qui meruit, & non maior
quam meruit, licet causa dandi eam, vel saltem tan-
tam, aut tantam sit interdum peccatum commissum
ab altero, vt supra dictum est.
Ad secundum dicendum, quod patres non pu-
niantur pro filijs, neque filij pro patribus, quantum
ad peccatum personale, licet peccatum præcedens
manet in posterioribus, vt in populo, licet non
vt in personis priuatis.
Aliiter potest dici, quod patres nunquam puniuntur
pro filijs accipiendo proprie peccatum filiorum
pro eo quod filij faciunt, eo quod peccata non
ascendunt, sed descendunt, nisi accipiatur quod pu-
niantur patres pro peccatis filiorum, idest, quia o-
miserunt eos corrigere ad quod tenebantur, sicut
Heli, qui in se bonus exitebat, ideo mortuus est
corruens de sella, quia non correxit filios suos, pri-
mo Regum tertio, & quarto capitu. Et extra, de
symo. cap. licet Heli filij autem puniuntur interdum
pro peccato patrum, sed quantum attinet ad præ-
sentem quætionem nunquam punitur filius pro pa-
tris peccato, si filius non meruit totam illam pœ-
nam per actum suum, quæ sibi datur, interdum
verò filijs meruit pœnam, & Deus non erat sibi
eam daturus, nisi patres, & progenitores alij mul-
tum peccassent, & quia peccauerunt datur, & tunc
filius patitur non solum pro peccato suo, sed et-
iam pro peccatis progenitorum, licet per solum
peccatum suum meruit totam illam pœnam, vt de-
claratum est supra. Interdum tamen videtur filius

puniri pro peccato patris, & filius nihil peccavit, sed de hac materia quando quis puniatur pro peccato alterius, id est, siue filius pro patre, subditus pro prelatore, & de contrario, & pro quibus personis, & hoc tam secundum Deum quam iura humana. Et an interdum quis puniatur sine culpa, declaratum est latè supra 5. cap. q. 3. 28. vsque ad questionem 334. inclusivè, & ibi vide. Et etiam Iosue 6. cap.

Ad tertium dicendum, quod illud mandavit Deus pro humano iudicio, scilicet, quod nunquam filij occiderentur pro patribus neque patres pro filijs, in iudicio tamen diuino secus est. Et ratio est, quia homines nesciunt occulta cordium, & singula alia, per que homines merentur bonum, vel malum. Et posset se qui inconueniens, si vnus puniretur pro alio: ideo mandauit, quod non punirentur patres pro filijs, neque è contrario, secus autem in iudicio suo, quia ipse nouit secreta omnia, & particularia quælibet, ideo scit an interdum cõuenienter puniantur filij pro patribus, & tunc illud facit, quod hominibus committendum non fuit.

Quomodo Iudæi punirentur pro sanguine Abel, cum ille non fuerit occisus ab aliquo de progenie Iudæorum. Quest. CCLX.

Patres pro filijs nõ puniuntur neque è contrario.

Quæretur dato, quod generatio Iudæorum puniretur pro peccatis omnium antiquorum suorum, scilicet, pro sanguine iustorum, & Prophetarum effuso ab omnibus prædecessoribus, quomodo tamen punirentur pro sanguine Abel, quia ille non fuit occisus ab aliquo de progenie Iudæorum.

Aliqui dicunt, quod propter hoc Abel tenetur excludi: ideo sanguis eius non exquiritur de Iudæis, sed sanguis omnium iustorum occisorum post ipsum.

In q. 256.

Sed dicendum, quod non stat, sed necesse est teneri Abel inclusiue, & eius sanguinem requiri, vt ostensum est supra. Aliquis ergo dicit, quod licet nõ fuerit Abel occisus ab aliquo de progenie Iudæorum, tamen, quia gens illa sicut quælibet gens ascendit retrocedendo vsque ad Adam, vnde Adam est caput progeniei Iudæorum, ita enim patet in deductione progeniei Christi, quam facit Lucas: nam reducit vsque ad Adã, Luc. 3. ca. ita poterat esse occisio Abel pertinens ad progeniem Iudæorum, cum & peccata Adæ possent imputari Iudæis tanquam in generatione sua commissa.

Sed obijcietur, quod non stet, quia hoc verum esset, si Cain, qui occidit Abel, esset de progenie Iudæorum, id est, per lineam illam, per quam descenderunt Iudæi, sed non est, quia Iudæi descendunt de Seth filio Adæ, & non de Cain, immo nulla gens est in toto orbe, quæ descendat de stirpe Cain, sed omnes descendunt de stirpe Seth, quia in diluuiio perijt totum genus humanum præter Noe, & filios eius tres, & uxores eorum, & ab his disseminatũ est postea totum humanum genus, Gene. 10. & 11. cap. & ideo de illa progenie est nunc totum humanum genus, de qua est Noe, qui solus est caput vniũ totius generis humani, quod nunc est, & tamen Noe est de progenie Seth, & non Cain Genes. 5. cap. ergo neque Iudæi, neque aliqua alia gens potest nunc esse de progenie Cain, & licet peccatum Adæ, qui fuit caput totius speciei humane, possit imputari genti Iudæorum, & cuiuslibet genti, tamen peccatum Cain non videtur posse imputari Iudæis, neque alijs gentibus.

Dicendum, quod occisio Abel facta per Cain poterat Iudæis imputari, quia Iudæi erant de progenie

Cain non ex parte patris, sed ex parte matris. Et patet hoc primo, quia non erant alię foemine, de quibus nascerentur filij Seth, nisi filia Cain, quia Cain, & Abel fuerunt primifratres, & vnus occidit alterum, & quando occisus fuit Abel nondum habebat Adam alios filios. Nam quando natus est Seth post Iustum Abel dixit Adam, posuit mihi Dominus seminem aliud pro Abel, quem occidit Cain Genes. 4. cap. postea autem quando acciperet uxorem Seth, non esset foemina aliqua nisi de stirpe Cain, quæ multæ erant, cum de Abel nulla progenies manserit, & ita ex illa parte progenies Seth erat etiã progenies Cain.

Sed obijcietur, quod non erat hoc necessarium, quia post Seth genuit Adam filios, & filias, Genes. 5. cap. & de illis poterat Seth accipere uxorem non accipiendo de filiabus Cain, & ita non esset posteritas Seth commixta posteritati Cain.

Dicendum, quod hoc non obstante poterat esse ista admixtio cum posteritate Seth, quia dicitur Genes. 5. cap. videntes filij Dei filias hominum, quod pulchre essent, acceperunt eas. Et exponitur, quod filij Seth acceperunt uxores de progenie Cain, ita omnes exponunt, & Augustinus quoque de ciui. Dei li. 16. & ideo ex illa acceptione vxorum essent mixtæ istę progenies, scilicet, Seth, & Cain, & ita Iudæi poterant hoc modo per matrem descendere de Cain, & sic peccatum Cain in eis puniretur.

Quomodo intelligitur, quod Iudæi occiderunt Zachariam inter templum, & altare. Quest. CCLXI.

Quæretur quomodo intelligitur, quod occiderunt Iudæi Zachariam inter templum, & altare, sicut dicit hic Matthæus.

Dicendum, quod templum Salomonis erat, in quo iste occisus est 2. Paralip. 24. nam durabat adhuc, quia nondum fuerat excisum per Chaldæos, quod factũ est postea sub Sedecia 4. Reg. 24. & 25. Erat autem sic dispositum, quod erat quadam domus clausa parietibus, & tecto celsa nimis, & ista vocabatur templũ.

In quod non intrabant nisi sacerdotes ad ponendum thura quotidie mane, & vespere in altari thymiamatum, & ad lucernas componendas, & semel in anno summus sacerdos in sancta sanctorum ad Heb. 9. cap. Exterius erat quidam murus lapideus altus habens portas ex quatuor ventis, & erat ad modum fortalitij, & intra istum murum erat altare holocaustorum, in quo cremabantur omnia sacrificia, & propter hoc non potuit esse sub tecto aliquo propter magnitudinem ignis, & fumi, & sic non erat in domo illa, quæ vocabatur templum, sed foris, intra murum tamen dictum, & erat directe contra portam templi, quæ erat vnica ad parrem orientalem templi, licet murus exterior, vt dictum est, habebat quatuor portas. Intra istum murum intrabat totus populus Iudæorum ad orandum, & audiendum doctrinam legis, & ibi Christus sæpe prædicauit, inter altare autem holocaustorum supra dictum, & portam templi erat spatium quoddam medium, & vocabatur porticus a porta templi. Et vocatur interdum porticus Salomonis Ioan. 10. capitu. scilicet, ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. In isto spatio, vel porticu occisus fuit Zacharias. Et ita dicitur occisus inter templum, & altare, erat enim altare, scilicet, holocaustorum a parte orientis, & porta templi a parte occidentis, & porticus siue spatium illud in medio, & in illo spatio erat rex Ioas, & populus quãdo Zacharias ex parte Dei arguit eos 2. Par. 24. cap. & ibi ex mandato regis lapidauerunt eũ. Nã ad loca illa bene

Quale erat illud templũ Iudæorum.

Concordia scripturæ.

Quid sibi vult domus Domini.

bene intrabant laici, cum Christus qui erat purus laicus, s. de tribu Iuda, de qua nemo ministrabat altari, vt dicit Apostolus ad Hebr. 7. ca. sæpe maneret in illo spatio medio, siue porticu Salomonis Ioan. ca. 11. f. ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, & in eadem porticu voluerunt lapidare eum Iudæi tunc, sicut lapidauerant Zachariam eo. ca. & ita bene Zachariam occiderent inter templum, & altare.

Quomodo Euangelistę de loco mortis Zacharia videntur discordare. Quest. CCLXII.

Quæretur quomodo stat, quia de loco mortis Zacharię videtur scriptura discordare: nam Matthæus dicit hic inter tẽplum, & altare, & Lucas dixit, qui perijt inter altare, & edẽ. Et 2. Paralip. 24. ca. dicitur, quod miserunt lapides contra Zachariam in atrio domus Domini, & ibi interfecerunt. Dicendum, quod nulla diuersitas est in sententiã, sed in verbis, quia idem locus signatur vbi que. Sed sciendum, quod Matthæus videtur innuere, quod extra templum occisus fuerit Zacharias. Pro quo dicendum, quod templum accipitur dupliciter. Aliquando stricte, & tunc vocatur templum domus illa, quæ erat clausa parietibus, & operta tecto, in quã soli sacerdotes intrabant, vt dictum est præcedenti q.

Templum dupliciter sumitur.

Alio modo accipitur templum large pro toto illo spatio sacro clauso muro, in quo stabat altare holocaustorum. Accipiendo primo modo tẽplum nõ fuit Zacharias occisus in templo, & ita accipit Matthæus hic dicens, quod inter templum, & altare occisus fuerit, & ideo extra templum. Accipiendo secundo modo tẽplum est dicendum, quod occisus fuerit in tẽplo, & ita accipitur Ioan. ca. 10. f. ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, & tamen accipiendo tẽplum primo modo nunquam Iesus illuc intrauit, neque Iudæi laici, sed soli sacerdotes, ad Hebræo. 9. capitu.

Et hoc supposito tota scriptura concordat, quia verè occisus fuit Zacharias in porticu Salomonis, & locus ille erat inter templum, & altare, quia altare holocaustorum erat a parte orientis, & templum primo modo sumptum erat a parte occidentis, & in illo spatio medio, quod vocatur porticus occisus fuit Zacharias, & hoc est occidere intra templum, & altare, quod Matth. dicit hic Lucas dixit inter altare, & edem. Et idem est, ac si dicat inter templum, & altare, sed ista differentia est, quia Lucas vult accipere templum large sicut Ioannes pro toto illo loco sacro clauso muris, & sic non perijt Zacharias inter templum, & altare, sed in templo siue intra templum, & ideo illud, quod vocauit templum Matthæus non vocauit Lucas templum, sed edem, id est, domum, ac si dicat, quod pars exterior templi non est domus, quia non habet tectum, sed est, quoddam spatium clausum muro, & intra illud spatium occisus est inter altare, & domum, scilicet, edificium illud, quod erat parietes, & tectum habens.

Concordia scripturæ.

Sed eadem sententia est 2. Paralipomenon 24. cũ dicitur, quod lapidatus fuerit in atrio domus Domini: nam domus Domini vocatur ibi templum stricte, quod vocat Lucas edem, atrium verò est spatium illud clausum muro, & sine tecto, quod erat in circuitu domus, in quo erat altare holocaustorum, & locus, in quo orabant laici, & sic accipiebatur etiã quantum ad sanctuarium, quod fecit Moyes. Nam distinguebatur tabernaculum ab atrio, & erat tabernaculum in atrio, Exo. 26. & 27. cap. & ita etiam erat quantum ad istud templum Salomonis, vt colligitur 3. Regum 7. cap. & in isto atrio fuit occisus Zacharias. Alph. Tost. in Matth. Pars V l.

charias in parte illa atrij, quæ erat inter altare, & templum, vel edem, quia altare in atrio erat.

Ierusalem. Posita fuit supra Iudæorum culpa, & etiã quedam poena in generali, hic autem nominatur poena in speciali, & illa fuit destructio vrbis Ierusalem. Ierusalem Ierusalem. Nominauit bis, quod ad magnam increpationem, vel attentionem pertinet.

Quæ occidis Prophetas. Id est, Solita es occidere Prophetas. Nam tunc nullum occidebat. Et lapidas eos. Quia aliquos lapidauit.

Qui missi sunt ad te. Id est, Mittuntur a Deo ad te, vt annunciet tibi veritatem. Quoties volui congregare filios tuos. Id est, Sæpe volui, sed tu prohibuisti, & impediisti.

Quemadmodum gallina congregat pullos sub alas. Scilicet, Paterna charitate, & amore, vt fouerem eos, sicut gallina fouet filios sub alis. Et noluisti. Scilicet, Impediendo actus meos. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Id est, Prensuncio vobis, quod propter hoc, quod noluistis cõgregari, quãdo ego volui vos congregare, relinquetur domus, id est, ciuitas Ierusalem deserta, quia capta per Romanos diruta fuit, ita quod non maneret lapis super lapidem, & nullus Iudæus tunc ibi mansit. Dico autem vobis. Id est, In veritate dico. Non me videbitis amodo. Id est, ex nunc quo vobis hæc loquor. Donec dicatis, benedictus, qui venit in nomine Domini. Id est, Quando me videritis alia vice dicetis hoc, & ante illud non me videbitis.

Quare Christus posuit hic istam increpationem, dicens. Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas. Quest. CCLXIII.

Quæretur quare Christus posuit hic istam admonitionem, vel increpationem, dicens. Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas &c. Dicendum, quod potius est increpacio quam admonitio: nam Prophete prius, & postea Christus, & discipuli sui prædicauerunt Iudæis, vt se auerterent a malis suis, & illi sæpius admoniti noluerunt: ideo Deus disposuit super eos durissimam poenam dare, & ad hoc exprobrat eis, quod propter suam culpam grauissimam hoc eueniet. Et hoc patet, quia infra dicitur, quoties volui congregare filios tuos sub alas, & noluisti. Et ideo post hoc denunciat penã, dicens, Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Poenã autem annũciare non erat conueniens nisi culpa præmitteretur: ideo ponitur de culpa, & quia nõ solum fuit culpa, sed etiam in ea fuerunt incorrigibiles, ponit exprobrationem, dicens. Ierusalem Ierusalem &c.

Dici potest etiam, quod similis sit admonitio, vt a malo redeat. Nam licet certum esset Christo, quod Iudæi nõ cessarent a malo suo, sed deteriora semper facerent, & ita veniret super eos poena, quam supra prænuiciauit, scilicet. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, tamen quia libertatem arbitrij nõ perdididerant, poterant nõ committere mala vltra hoc, si non occidere Christũ, neque discipulos eius, & tunc non veniret poena illa deletionis: ideo ista exprobratio est admonitio quadã, vt cessent a peccato quando cessare possint, ne eis tanta mala eueniant.

Dicitur autem Ierusalem Ierusalem bis ad exprobrandum, vel admonendum, & hoc, quia valde diligebat Iudæos. Sic dicit Chrysotho. in homilia, post prædicta ad ciuitatem conuertit Dominus sermonem ex hoc erudire volens auditores. Vnde dicit Ierusalem Ierusalem. Hęc duplicatio miserentis est, & valde diligentis.

Etiã potest dici, quod istud dicatur ad modum plangētis, & dolentis sicut Hiero. dicit, quia videbat

plagam non euitandam, & condolebat eis, Et sciendum, quod cum dicit Ierusalem, non loquitur ad urbem, quæ constat ex terra, & lapidibus, sed ad omnes habitatores ciuitatis. Sic dicit Hierony. super Mat. Ierusalem non saxa, & ædificia ciuitatis, sed habitatores vocat. Insuper non est putandum, quod ad solam urbem Ierusalem hoc dixit, sed ad totam gentem Iudæorum, vt dicitur infra quæst. sequenti.

An admonitio, & prænnunciatio pœne dicta fuerit ad solam Ierusalem, vel ad totam gentem Iudæorum. Quæst. CCLXIII.

QVÆRETUR an ista increpatio, admonitio, & prænnunciatio pœne dicta fuerit ad solam Ierusalem, vel ad totam gentem Iudæorum.

Aliqui dicunt, quod ad solam ciuitatem. Primo, quia dixit Ierusalem Ierusalem, & ira nominauit solam urbem, ergo ad eam direxit verba sua. Secundo, quia pœna prænnunciata illi ciuitati soli competebar, scilicet, desolatio vrbis Ierusalem, vt dicitur in litera, scilicet, ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, ergo ad eam solam refertur.

Dicendum, quod ad totum populum Iudaicum verba Christi referebantur. Primo, quia culpa erat communis. Secundo, quia pœna etiam communicata est. De primo patet, quia ista culpa erat in occisione iustorum, & Prophetarum antiquorum, & maxime in occisione Christi, & discipulorum suorum. & tamẽ hoc non fecit sola Ierusalem: nam antiqui iusti, & Prophetæ non fuerunt omnes in Ierusalem occisi, sed alij in alijs locis, & etiam viri aliorum locorum communicauerant in his. De morte Christi etiam patet, quia licet ipse occisus fuerit in Ierusalem, non fuit mors sua proclamata a solis Ierusalem, sed etiam ab alijs Iudæis. Et hoc quia Christus occisus est die prima azymorum, scilicet, sequenti die post Pascha, & erant tunc omnes Iudæi in Ierusalem, quia ter in anno conueniebant omnes masculi in templum ad festiuitates, Exo. 23. & 34. Et maxime fiebat in festo azymorum in quo Christus occisus est, & ita erat præsens tota gens Iudæorum, & vidit mortem Christi, & omnes, vel maxima pars peccauit petendo mortẽ Christi, quia dicitur, quod exclamauit vnuerfa turba simul: tolle hunc & dimitte nobis Barrabam, Lucæ 23. cap. & Ioan. 18. cap. dicitur: Clamauerunt rursus omnes, dicentes: Non hunc, sed Barrabam dimitte nobis. Verum est, quod plebs non mora fuit a seipia, sed a principibus sacerdotum suadentibus petere Barrabam, Mar. 15. scilicet, Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis. Et ita tota gens Iudæorum peccauit in hoc.

Item, quia dato, quod non peterent omnes mortẽ Christi, tamen omnes peccauerunt non impediendo eam, omnes enim Iudæi viderant Christum prædicantem per loca sua, & nunc ante festum Paschæ, in quo mortuus est, conuenerant per aliquot dies in Ierusalem, vt colligitur Ioan. 12. cap. & ibi videbant eum quotidie prædicantem, & signa facientem, & ipsimet introierant cum eo honorabiliter in Ierusalem die in rami palmaram, & strauerant vestimenta sua in via, & ramos de arboribus ceciderant dicentes: Benedictus, qui venit in nomine Dñi, & statim in die primo azymorum, permisit eum occidi, & nõ impediunt, quod impedire potuissent, & verisimile erat, quod impediissent, vnde principes sacerdotum timuerunt, quod populus impeditet mortẽ Christi, infra 26. c. f. Dicebant, nõ in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Ideo valde peccauit totus populus Iudæorum in

Christus die prima azymorum occisus est

Oes ferme Iudæi mortẽ Christi die azymorum petierunt

In morte Christi valde peccauit totus populus

morte Christi, De morte discipulorum planum est, quia nõ solum in Ierusalem, sed in alijs ciuitatibus Iudæorum prædicabant discipuli Christi, & nõ recipiebant eos, & expellebant de ciuitate in ciuitate persequentes, sic patet ex verbis Christi, supra 10. c. f. Cũ vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã, & hoc erat ante mortẽ Christi, vnde ait, Nõ cõsummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hois, i. licet persequantur vos in vna ciuitate Iudæorum, & fugiatis in aliã, & de illa in aliã, non cõsummabitis oēs ciuitates Iudæorum vsq; ad mortẽ meã, q̄ est vnus aduentus meus, & ita viuente Christo persequerentur eos Iudæi in multis ciuitatibus. Post mortẽ Christi adhuc grauius fuit, quia occidebant eos, & flagellabant quousq; de Iudæa expulerunt, & manserunt ad gentes, Act. 13. cap. Ideo culpa communis fuit toti genti Iudæorum.

De secundo principali, scilicet, de pœna dicendum, quod etiam communis fuit, nam in bello Romanorum contra Ierusalem non solum fuit delata vrbis Ierusalẽ, sed multa quoque alia oppida castra, & vrbes Iudæorum excisa sunt, vt patet late ex lib. Iosephi de bello Iudaico, & ex libris Egesippi, q̄ hæc plene retulerunt.

Item quia si sola hæc pœna esset vrbis Ierusalem deleretur ciuitas illa, maneret tamẽ gens Iudæorum, & aliquis alius locus esset metropolis gentis illius, & tamen cessauit gens Iudæorum esse vna gens, vel vnus populus, & habere vnitatem principatus, immo iam nullos principes de seipsis habuerunt, ideo totius gentis fuit hæc pœna.

Item quia templum destructum est, quod erat nõ vnus vrbis, sed totius gentis, & deletum est, ita vt in perpetuum non adificetur, sed durabit vsque ad finem sæculi desolatio hæc, vt colligitur Dan. 9. cap. Ergo totius gentis fuit pœna.

Dicendum tamen, q̄ licet ad totam gentem Christus loquatur loquitur sub nomine vnus ciuitatis Ierusalẽ. Primo quia sic est consuetudo Deo loqui in Prophetis, vt nõ solũ p vnã ciuitatẽ designet vnã gẽtẽ, sed et sub noie vnus mulieris, vt patet Ezech. 16. ca. vbi ponit Oolã, & Oolibam designat gentẽ Israel siue Samaritanos, per Oolibam signat gentẽ Iudæorum. Secundo quia nunc Christus erat in Ierusalem qñ hæc loquebatur, & ita erat ei causa designandi totã gentem illã ad quã loquebatur sub nomine illius ciuitatis. Tertio quia in vrbe Ierusalem erat pnc tota gens Iudæorum, conuenerant enim omnes Iudæi propter diem festum, vt dicitur supra, & sic loquendo ad Ierusalem loquebatur ad omnes, quia omnes erant presentes. Quarto quia Ierusalem erat metropolis gentis Iudæorum, & loquendo ad illam loquebatur ad totam gentem, sicut dicitur ciuitas ipsi rectoris ciuitatis. Nam multitudo banauorum non consideratur in ciuitate, vt dicit Aristot. in Politicis. Sic erat de Ierusalem, quia ibi erant principes sacerdotum, & seniores, & domus concilij, & per hos regebatur tota gens, in super erat ibi templum, ad quod omnes Iudæi conueniebant: ideo iuste Ierusalẽ representabat totam gẽtem Iudæorum. Quinto, quia culpa, quam Christus exprobrabat principaliter pertinebat ad Ierusalem, quia vt communiter omnes Prophetę ibi occidebantur, vt dicitur sequenti q. & quod plus fuit, quia mors Christi, ppter quã precipue venit ista desolatio ibi facta est. Etã ibi discipuli Christi maxime, & primas psecutiones habuerunt, quia ibi Stephanus lapidatus est Act. 7. cap. ibi vincti fuerunt Apostoli, & prohibiti prædicare nomine Christi, & cedebantur Act. 4. & 5. cap. ibi quoq; tã grauis persecutio facta est contra credentes in Christũ, q̄ omnes fugerunt inde, & per varia loca dispersi sunt Act. 8. ca. iõ contra Ierusalẽ precipue debebat fieri nominatio

Pœna quã Iudæi pro Christi morte passi sunt fuit communis toti terræ Iudæorum

Sexto

Sexto fuit, quia pœna prænnunciata quasi totaliter venit contra Ierusalem, quia ibi bellum precipuũ Romanorum gestum est, & fames grauissima tolerata, & clades inlicita, & tandem tota subuersa est duris omnibus edificijs, vt nõ maneret lapis super lapidẽ, Luc. 19. c. quod in nullo loco ita grauius factum est, & ideo conuenienter Christus nominauit Ierusalem, licet ad totam gentem loqueretur. Ad primum argumentum dicendum, q̄ licet ad Ierusalẽ solam videatur loqui, tñ ad totam gentẽ loquitur propter rationes supra positas. Ad secundum dicendum, q̄ nõ prænnunciavit solius Ierusalẽ pœnam, sed totius gẽtis. Nam delendo Ierusalem destruebatur gens Iudæorum, cum ibi esset totus principatus, & templum, de quo magis dicitur infra.

Quare dicitur, Quæ occidis Prophetas. Quæst. CCLXV.

QVÆRETUR quare dicitur, quæ occidis Prophetas. Dicendũ, q̄ Prophetę accipiuntur hic non solũ pro Prophetis, sed et pro omnibus viris bonis. Sic patet ex modo loquendi Luc. 1. i. quia vbi dicitur hic. Vt veniat super vos sanguis omnium iustorum dicitur Luc. 1. i. sanguis omnium Prophetarũ. Et patet hoc ex eis, quæ supra dicitur, quia mala ista, q̄ euertura erant Ierusalem, nõ erant ventura pro sola occisione Prophetarũ, sed et pro occisione quorumcũque iustorum, cũ dicitur, vt veniat super vos omnis sãguis iustus, ergo nunc qñ impropere de occisione Prophetarũ cũ ad eã causã pertineat, intelligitur tã de Prophetis quã de alijs iustis. Dicendũ etiã, q̄ hoc quod dicitur occidis Prophetas, & lapidas eos. Nõ refertur ad solã Ierusalem, sed ad totã gentẽ Iudæorũ cũ culpa, & pœna communes fuerint toti genti, vt dicitur est prece. q. sed recte potest hoc dici de Ierusalem quasi sola esset, quia aut omnes, aut plurimi Prophetarum ibi occidebantur, ibi namq; Zacharias de quo supra in litera habetur occisus est, quia occisus est inter templum, & altare, & tamen hoc solum erat in Ierusalẽ, et ibi occidebantur alij viri iusti, & Prophetę, quia sic dicitur 4. Reg. 2. i. c. q̄ Manasses fudit sanguinẽ innoxium multum nimis, donec impleteret Ierusalem vsq; ad summum. Etã Christus ibi occisus est, immo nõ erat locus aliquis conueniens ad occidendum Prophetas, & potissime maximum Prophetarũ, i. Christum nisi Ierusalem, sic dicitur Luc. 13. ca. Non capit Propheta perire extra Ierusalẽ, non potest alibi occidi. Dicendũ etiã, q̄ dixit, Quæ occidis Prophetas, i. habes officium, vel consuetudinẽ occidendi, quia non visum est satis dicere, q̄ occidisti Prophetas. Et ratio huius est, quia si Ierusalẽ ita occidisset Prophetas, q̄ hoc esset preteritum, & nunquã rediturũ diceretur occidisti, sed adhuc Ierusalẽ erat occidura alios maiores precedentibus, scilicet, Christũ, & discipulos eius: ideo dicitur occidis quasi officiu habes occidendi. Sic dicit Chryso. super Matth. scilicet, & non dixit occidisti aut lapidasti, sed occidis, & lapidas, id est, hoc quasi propriam, & naturalem consuetudinẽ habes, vt lapidas, & occidas sanctos. Eadem enim fecit Apostolis, quæ fecerat aliquando Prophetis.

Quare dicitur, Et lapidas eos, qui mittuntur ad te. Quæst. CCLXVI.

QVÆRETUR quare dicitur. Et lapidas eos, qui mittuntur ad te. Aliqui dicunt, quod hoc erat, quia istud erat genus pœne, quod Iudæi interebant Prophetis, scilicet, lapidare eos. Sed dicendum, quod non stat. Primo quia litera contradicit, cum ponat duos mo-

dos, scilicet, occidis Prophetas, & lapidas eos, q̄ mittuntur ad te. Secundo & efficacius, quia Christus potius posuit supra alias pœnas, & non posuit lapidationem, cum ait. Mitto ad vos Prophetas sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigitis, & ex illis flagellabitis, ergo non erat pœna lapidationis, quæ dabatur omnibus missis. Alij ergo dicunt, quod posuit ista duo, scilicet, occidis, & lapidas, quia ista duo exercita fuerunt super eos, qui statim post hoc primo a Iudæis passi sunt. Nam Christus primus fuit, & ipse crucifixus est. Stephanus autem post illũ passus est primus omnium, vnde eum prothomartyrẽ vocant, & ille lapidatus est Act. 7. ca. Sed dicendum, q̄ non stat. Primo quia tunc diceretur crucifigis Prophetas, & lapidas eos, & tamẽ dixit occidis. Secundo quia tunc, cum dicitur occidis Prophetas, significaretur solum Christus, & nõ conuenit, quia nõ posuit pro vno solo, sed pro omnibus, immo nominauit cõsuetudinẽ occidendi, & lapidandi, & ita non stat hoc. Dici potest ergo vno modo, quod dixit occidis, & lapidas referendo ad illos duos, quos expresserat, scilicet, Abel & Zachariam secundum ordinem literæ. Nam Abel occisus est, & nõ dicitur, quia specie mortis: Zacharias autem lapidatus est 2. Paralipomenon 24. cap. Sed etiam hoc non multum stat, eo quod Ierusalem non occidit Abel, sed occidit Zachariam. Aliter potest dici, & ista est veritas, scilicet, q̄ Prophetas occidebat, & ista occisio erat lapidatio, quia lapidatio non distinguitur contra occisionem, sicut neque species contra genus. Et est sensus, quod vt communiter Prophetę lapidabantur Deuteronom. 13. & 17. Blasphemi etiam lapidabantur, Leuiti. 24. cap. Cum autem populus, aut aliquis princeps occideret Prophetam, aut virum iustum, apponebat ei crimen aliquod, quasi blasphemasset, aut aliquid contra legem egisset, & tunc ei pœnam blasphemantis infligebat, scilicet, lapidabat eum, & ita videbatur esse causa. Sic enim Stephanum lapidauerunt, quasi blasphemasset Act. 7. cap.

Sed tunc dicitur, quare non lapidauerunt Iudæi Christum, cum dixissent de eo, quod blasphemauerat infra 26. & Mar. 15. cap.

Dicendum, quod fuit primo, quia non adiudicatus est Christus morti per Iudæos, sed per Pilatum, qui erat Romanorum prefectus, & iudicauit per leges Romanorum, & nõ per legem Iudæorum.

Secũda causa est, & verior, scilicet, quod hoc fuit, quia Deus vererat tam voluntatem iudicis quãnt Iudæorum, vt Christum crucifigerent, & non lapidarent neque iugularent, aut punirent alio genere mortis. Et hoc, quia sic prænnunciatum fuerat per Prophetas, quod crucifigeretur inter duos latrones. Et maxime, quia si lapidaretur confingerentur aliqua ossa corporis eius saltem capitis, & tamen Deus prædixerat, quod os non comminueretur ex eo. Et ita dicitur Ioan. 19. cap. quod ad Christum cum accedissent milites non fregerunt crura eius, vt impleretur scriptura illa, quæ dicit. Os nõ comminuetur ex eo. Et hoc videtur esse verum, quia etiam ipsi Iudæi petierunt Christum crucifigi, & non lapidari Ioan. 18. cap. de Prophetis autem plures lapidabantur quãnt alio genere mortis occiderentur, vt Ieremias lapidatus est, sic & Zacharias: idem & Ezechiel. Itãnt quoque lapidare volebant, sed quia abscondit eum cedrus iustus est ferrari, sic dicit Chryso. super Mat. nisi ad te Istaam, & ferrauit eum, Ieremiam etiam lapidati. Ezechielem etiam trahunt per lapides excerebrauit.

Quæ

Quæ est ista congregatio, quam Christus volebat facere. Quæst. CCLXVII.

QVAERETVR cum dicat Christus. Quoties volui congregare filios tuos, & nolui, quæ est ista congregatio, & quare hoc dicit Christus. Dicunt aliqui, quod intelligebatur de congregatione Iudæorum dispersorum per orbem. Nam ducte fuerant decem tribus in Assyrios, & volebat eos ducere in Ierusalem, vt essent vnum Regnum, & haberent vnum regem, & ita intelligebant quidam de discipulis suis quando Christus ascendit in celum. Nam quæsierunt. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel Act. 1. ca.

Dicendum, quod non stat. Nam dicitur. Quoties ego volui congregare filios tuos, & tamen decem tribus non erant filij Ierusalæ, sed pertinebant ad totum regnum, sed ex tempore Ieroboam diuisa fuerunt a domo Dauid, & erat istud regnum aduersum Ierosolymitas. Secundo quia prænuñciatum erat contra istos, quod nunquam restituerentur in terram suam, Christus autem non niteretur facere id, quod nunquam futurum erat, quia Deus illud vetuerat: ideo non conaretur cōgregare illos. Tertio patet, quia si sepe cōgregare voluerat, sepe fecerat actus aliquos ad congregandum, & tamen ad talem congregationem temporalem nullum actum videtur Christus fecisse vquam, ergo non erat ista congregatio quæ intendebat.

Alij dicunt, quod isti filij erant Iudæi de tribu Iuda, & Benjamin, qui erant per diuersas partes orbis dispersi, & erant filij Ierusalem, & illos congregare volebat Christus, vt rediret in vnitatem regni Iuda. Patet primum, quia multi Iudæi de tribu Iuda, & Benjamin, & Leuitis erant dispersi extra terram Iudæorū ante bellum, & destructionem Ierusalem. Nā erant Iudæi multi in Aegypto 2. Mach. 1. cap. vbi Iudæi, qui erant Ierosolymis scribunt Iudæis, qui erant in Aegypto vocando eos fratres. Etiam Petrus in Canonica scribit dilectis aduenis dispersionis, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, Bithiniæ, & ita in his prouincijs erant Iudæi dispersi 1. Pet. 1. & hoc fuit ante destructionem Ierusalem. Nam Petrus occisus est a Nerone, & tamen Ierusalem capta est a Tito, & Vespasiano imperatoribus, qui post Neronem fuerunt. Etiam quando Paulus, & Barnabas expulsi fuerunt de terra Iudæorum iuerunt ad terras gentilium, & ibi inueniebant Iudæos per ciuitates, & habebant synagogas. Sic patet Act. 13. & 14. Et patet hoc clarius, quia Act. 2. cap. dicitur, quod die Pentecostes quando venit Spiritus sanctus super Apostolos erant in Ierusalem Iudæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cælo est, scilicet, Parthi, Elamitæ, Medi, & qui habitant, Mesopotamiam &c. De omnibus regionibus erant viri Iudæi, & hoc ante destructionem Ierusalem fuerunt cum fuerit hoc ipso anno, quo Christus, occisus est, scilicet, die pentecostes.

Secundo patet, scilicet, quod isti erant de filiis Ierusalem, & hoc, quia non erant de decem tribubus, quia ille translatæ fuerunt in Assyrios, & non permissæ fuerunt inde exire, isti autem per totum orbem erant diffusi cum dicatur, quod erant de omni natione, quæ sub cælo est. Et patet maxime, quia dicitur, quod erant viri Iudæi, & tamen decem tribus vocantur Iraelitæ, sed non Iudæi, solum enim vocantur Iudæi illi, qui erant de regno Iuda, & ita omnes hi erant de regno Iuda, & consequenter erant filij Ierusalem, quæ erat metropolis gentis Iudæorum. Et de his intelligunt, quod Christus loqueretur, dicens. Volui congregare filios tuos.

Sed dicendum, quod non stat, Primo, quia Chri-

Qui pprie Iudæi appellabant.

stus nunquam fecerat aliquos actus, qui pertinerent ad temporalem congregationem. Et dicitur, quod voluit sepe congregare, ergo debet intelligi de alia congregatione.

Secundo quia Christus dixit, & nolui, id est, quod repugnauit Ierusalem huic congregationi, & tamen non repugnarent Iudæi huic congregationi, sed maxime affectabant principatum, & vnitatem priorem temporalem, ergo non intelligitur de hac congregatione.

Tertio quia non erat intentio Christi aliquid temporale facere, sed omnia spiritualia, vnde licet rex esset non erat potestas sua ad modum regum temporalium Ioan. 18. cap. Regnum meum non est de hoc mundo, si autem de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent, ne traderer Iudæis. Sed cōgregare Iudæos, qui erant dispersi per totum orbem, vt omnes manerent in terra Iudæorum, & haberent principatum sicut prius, erat regnum de hoc mundo, ergo nunquam intenderat Christus istam congregationem. Et satis apparet, quia habitus suus erat multum contrarius, scilicet, quia pauper veniebat, & suis discipulis iubebat omnia vendere, & dare pauperibus supra 19. cap.

Dicendum, quod ista congregatio erat ad vnitatem fidei, & charitatis, vt efficerentur vna ecclesia, & ista est vnio spiritualis, per quam peruenitur ad vitam æternam, qualem vnitatem, & congregationem habent nunc credentes in Christum. Et patet hoc Ioan. 11. cap. scilicet, Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Sed illa congregatio filiorum Dei pro qua Christus mortuus est, non est alia nisi, quod homines veniant in vnitatem fidei, in qua saluentur, & ista est vnitas Ecclesiæ Christi: ideo ista est congregatio, quam Christus facere volebat. Et patet hoc, quia Christus per mortem suam acquisiuit sibi ecclesiam Act. 20. cap. & tamen per mortem suam voluit congregare filios Dei Ioan. 11. ca. ergo non erat illa congregatio nisi ecclesiastica ad vnitatem fidei, per quam datur nobis potestas filios Dei fieri Ioan. 1. ca. & hoc est, quod semper Christus conabatur, vt patet Ioan. cap. 10. habeo alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili, & oportet me adducere eas, vt sit vnum ouile, & vnus pastor. Et ita cōgregatio ista non erat nisi reducere ad vnum ouile, vt esset vna ecclesia omnium, hoc autem facere voluit Christus sepe, & noluit Ierusalem, quia resistebat ad prædicationem Christi non recipiendo doctrinam eius, sed persequendo, & calumniando.

Quare Christus dixit. Volui congregare filios tuos. Quæst. CCLXVIII.

QVAERETVR quantum ad secundum, scilicet, quare Christus dixit volui cōgregare filios tuos. Dicendum, quod ratio fuit ad ostendendum affectum suum ad Ierusalem, & gentem Iudæorum, si qd licet ipsi se abominabiles constituisent occidendo Prophetas, tamen Christus non spreuerat eos, sed volebat ad se reducere si illi voluissent, & tamē noluerunt. Sic dicit Chry. s. deinde cum vocasset eam, & abominabiles eius occasione dixisset, quasi se excusando respondet, dicens. Quoties volui congregare, quasi dicat, neque prædictis occisionibus me a tua benevolentia aueristi, sed voluit mihi adiungere non semel, & bis, sed multotiens. Secundo est hoc ad ostendendum affectum plangentis. Nam Christus paterna pietate, & affectu Ierosolymitas luget, vt dicit Hieronymus super

Congregatio quam Christus facere volebat.

super Matth. Et ita dicit, quoties, id est, o quoties volui congregare filios tuos. Sicut dixit Luc. 19. cap. si cognouisses, & tu quæ ad pacem tibi. Et hoc lachrymando dixit eo. cap.

Tertio & principaliter ponit hoc Christus, vt causam pænæ sequentis, & est sensus, ego volui sepe congregare filios tuos in vnitatem fidei, & tunc non fuisset secuta ista pœna, sed nolui, & etiam nunc non vis: ideo non est mirum, quod eueniat pœna, scilicet, quod relinquantur vobis domus vestra deserta. Et patet hoc, quia si Iudæi voluissent audire doctrinam Christi, & assentire ei congregati essent in vnitatem fidei, & tunc non occiderent Christum neque discipulos eius, & sic non sequeretur destructio Ierusalem, & gentis Iudæorum, quia vero noluerunt congregari, sed resisterunt occidētes Christum, & discipulos, secuta est destructio Ierusalem, & gentis Iudæicæ.

Quarto potest poni, vt quædam excusatio, prædicat enim Christus Iudæis destructionem gentis, & vrbs propter scelera. Diceret autem aliquis, quare non admonuisti nos prius, vt non incideremus in hæc mala, per quæ meremur delere? Responder sepe vos admonui toties volēdo congregare filios Ierusalem, & illa noluit: ideo nullam habet excusationem.

Qui sunt isti filij Ierusalem, quos Christus volebat congregare. Quæst. CCLXIX.

QVAERETVR qui erant isti filij Ierusalæ, quos Christus volebat congregare.

Aliqui dicunt, quod sunt omnes fideles, qui in ecclesiam congregantur, & patet, quia dicitur Ioan. 11. cap. vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum. Istos autem congregare intendebat, & tamen filij Dei dicuntur, qui credunt in Christum, quia per fidem efficiuntur filij Dei Ioan. 1. cap.

Dicendum, quod non accipiuntur filij Ierusalem nisi pro Iudæis. Sed Ierusalem dupliciter accipitur. Vno modo pro sola ipsa vrbe, & tunc vocamus filios Ierusalem eos, qui in vrbe illa nati sunt, quia sicut genitor est pater ita patria vocatur mater, & sic accipitur Luc. 23. cap. scilicet. Filij Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & erant ibi filij Ierusalem ille, quæ sequebantur eum, quando educeretur de vrbe ad occidentum, & lugebant, & erant ille mulieres de vrbe saltem, vt in plurimum, licet aliqæ secutæ fuerant eum a Galilæa.

Alio modo accipitur Ierusalæ prout est caput regni Iudæorum, & accipitur nomine totius gentis, sicut diximus accipi supra in litera. Et tunc vocantur filij Ierusalem omnes Iudæi, quia erant filij gentis Iudæorum, cuius gentis caput, & mater est Ierusalem. Et hoc modo accipiuntur hic, quia non solum volebat Christus ad fidem suam conuerrere habitatores Ierusalem, sed etiam omnes Iudæos: ideo omnes vocabat filios, & hoc necesse erat in presenti ex conditione locutionis suæ. Nam ipse vocauit hic Ierusalem totam gentem Ierusalem, vt dictum est, ergo necesse est, quod filios Ierusalem vocet filios totius gentis Iudæorum, & vocantur filij, id est, successores, quia successores respectu prædecessorum filij dicuntur. Sic dicit Origenes super Matthæ. filios autem Ierusalem dicit secundum, quod dicimus semper ciuium successores præcedentium filios.

Ad rationem in contrarium dicendum, quod non sunt filij Ierusalem omnes filij Dei siue fideles, sed solum Iudæi. Et patet, quia ista congregatio fiebat per prædicationem, & doctrinam cum esset spiritualis congregatio, sed Christus non prædicabat gentilibus, neque faciebat miracula inter eos, sed in-

ter Iudæos, quia ipse dixerat Apostolis supra 10. cap. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraveritis, sed ite ad oues, quæ perierunt domus Israel. Dicit tamen, quoties volui congregare filios tuos, id est, sepe dedi ad hoc operam, sed non potest hoc intelligi de gentilibus, quibus non prædicabat, ergo intelligitur de solis Iudæis, quibus vsque nunc semper prædicauerat.

Ad dictum autem Ioan. 11. cap. dicendum, quod ibi loquitur de congregatione, quæ fieret per mortem Christi, cum dicitur, Prophetauit, quod Iesus moriturus esset non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, cōgregaret in vnum, Christus autem per mortem volebat cōgregare ad se omnes homines in vnitatem fidei, & isti vocantur filij Dei, & ita factum est, quia per mortem suam cōgregata est tota ecclesia credentium, quæ nunc est, & erit vsque ad finem sæculi Act. 20. scilicet, acquisiuit ecclesiam sanguine suo. Et idem ad Eph. 5. cap. dum viueret autem prædicando non congregabat ad se, nisi Iudæos, quia illis solis prædicabat supra 10. cap. ite ad oues, quæ perierunt domus Israel, immo dicebat, quod non venerat ad alios supra 15. cap. scilicet, non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Et istas duas congregationes, scilicet, quæ a Christo fiebant signat ipse Ioan. ca. 10. quia postquam locutus est de ouibus suis, ait. Habeo alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili, & oportet me adducere, vt sit ouile vnum, & vnus pastor. Primas oues vocauit Iudæos quos ad se prædicatione conuerterat, & illas iam habebat, alias oues dixit esse gentiles, quos nondum conuerterat.

Et patet, quia dixit, quod erant ex alio ouili, & has oues non per suam prædicationem, sed per mortem congregauit. Et tunc verū est, quod omnes filij Dei, id est, qui fideles futuri erant tam ex gentilibus quæ Iudæis congregandi erant per passionem Christi, & non erant isti, qui vocantur hic filij Ierusalem, quia illi erant soli Iudæi, & ista distinctio bene significatur ex verbis Ioannis, cum dicitur. Prophetauit, quod Iesus moriturus esset pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Gentem autem vocauit Iudæos, de quibus erant Caiphas, & Ioannes, qui loquebantur. Ad didit autem filios Dei vltra gentem, & illi sunt omnes quotquot de gentilibus credituri erant.

Quare dicitur. Volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas. Quæst. CCLXX.

QVAERETVR quare dicitur. Volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas.

Dicendum, quod posuit hoc ad significandam nimiam congregationem: non enim maior potest esse quàm illa, qua gallina congregat pullos suos, recipiendo eos sub alas, & quasi incorporando eos sibi, vt efficiantur vnum cum ea, & foueantur calore corporis eius. Et hoc Christus intendebat facere de Iudæis, scilicet, congregare eos ad vnitatem fidei, quæ est vnitas Ecclesiæ, vel ouilis, vt dicitur Ioan. cap. 10. & dictum est præce. q.

Secundo potest dici ad signandum magnum affectum, quia non est aliqua auis, quæ tantum affectum fetibus suis exhibeat. Sic dicit Chryso. Magnitudinē autem amoris sub similitudine gallinæ ostendit.

Tertio fuit hoc ad ostendendum pariter amorem, & beneficiorum impensionem, & tolerationem malorum nostrorum, non enim gallina pullos ita congregat, nisi quia nimis diligit, & sic congregatis

gatis beneficium exhibet, quia calore corporis sui fouet pullos, quorum adhuc calor deficiens est, etiam eos ibi contra milium, & alia pericula defendit, & per hoc, quod sepe eos fouet infirmatur, & mala pullorem in se recipit. Christus enim omnia hęc nobis facit, quos ad se congregat: ideo recte cō- pullos suos parauit se gallinę pullos congreganti. Sic dicit Aug. li. de Quest. Euan. scilicet, hoc genus animantis magnū affectum in filios habet, ita vt eorum infirmitate affecta, infirmetur, & ipsa, & quod difficile in cęteris animantibus inuenies alis suis filios suos protegens contra milium pugnat, sic & mater nostra Dei sapientia per carnis susceptionem infirmata quodāmodo secundum illud Apostoli, quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, protegit infirmitatem nostram, & resistit diabolo ne nos rapiat.

Comparatio Christi ad gallinā sub alis cōgregatē.

Quomodo possunt stare verba Matthæi, & Lucę, quę de seorsu dant videntur. Quest. CCLXXI.

QUÆRITUR quomodo potest stare, quia hic dicitur, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas. Et Luc. 13. cap. dicitur, Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & nolui. Aliqui dicunt, quod Christus non semel tantum, sed sepe dixit istam exprobrationem, & increpationem Ierusalem, & tunc mutaret aliqua verba, Vnde in vna vice diceret, Quemadmodū gallina &c. sicut dicit hic Matthæus, alia vice, Quemadmodū auis nidum suum sub pennis, & nolui Lucas, Dicendum, quod hoc satis poterat stare, sed non est necesse in presenti hoc asserere, quia etiam si semel tantum ista dicta sunt possunt concordari. Et est dicendum, quod eadem est sententia, licet sint diuersa verba: nam sicut Matthæus dixit gallinā dixit Lucas, auen. Sed videtur esse differentia, quia dicit Matthæus congregat pullos. Lucas autem dicit, nidum. Vocat enim nidum locum, in quo gallina solet manere, & cōgregare sub se pullos. Nam nidus non congregatur, neque est aliqua causa, ad quam gallina, aut alia auis congreget nidum, nisi cum in eo habeat filios, quos seruare vult. Sed quia ponit Lucas pullos in nido, potest dupliciter introduci comparatio. Vno modo ad significandum, quod sicut gallina cōgregat, & custodit pullos in nido, qui est locus gētis eorum, ita Christus custodire volebat Iudęos in terra sua congregando eos ibi in vnitatem fidei, cui si assensissent non fuissent expulsi de terra sua. Secundo potest accipi, quod erant Iudęi sicut pulli in nido, qui quando ibi manent infirmi sunt ad volandum, & ad resistendum aduersis si mater eos dimittat, & quādo dimittuntur exponuntur periculo. Sic dicit Basil. Filios Ierusalem pullos in nido comparat, ac si dicat, auēs, quę in altum cōsueuerunt volare exceptę sunt a nocentis insidiantium, tu tamen eris, vt pullus egens alieno suffragio: matre igitur auolante aufere- ris a nido quasi impotens, & debilis ad fugam.

Quomodo stat, quod Christus dixit, scilicet, Congregare volui, & nolui. Quest. CCLXXII.

QUÆRITUR quomodo stat, quod Christus dixit, scilicet, Congregare volui, & nolui, i. in quo innuitur, quod Deus aliquid facere voluit circa Ierusalem, quod non fecit, quia illa noluit, quod videretur repugnare diuinę potestati.

Dicendum, quod Ierusalem videtur impedisse voluntatem Christi, quia ille volebat, vt ostendebat congregare filios illius in vnitatem fidei, & illa non permisit neque congregati fuerunt. Et dicendum,

Voluntati Dei nemo resistere potest.

quod voluntati Dei nemo resistere potest, sed distin- guimus voluntatem signi, & beneplaciti, & volun- tatem antecedentem, & consequentem, secundum voluntatem consequentē, vel beneplaciti quidquid Deus vult fit, & nemo illud impedire potest, quia Deus illud expresse vult, & determinate, aliquid tamē vult Deus voluntate signi, & antecedente, quod non impletur, quia non est illa determinata voluntas Dei sicut Apostolus dicit, quod Deus omnem hominē vult saluum fieri, & neminem vult perire, & tamen multi pereunt. Etiam Deus vult voluntate signi quid- quid iubet, & verat, & consilium, id est, significat se vel- le, & fiat id, quod precipit, & quod non fiat id, quod verat, & tamen multi contra faciunt. Ita in presenti Chris- tus voluit voluntate signi, vel antecedente omnes Ierolymitas, immo omnes Iudęos saluos fieri, quia circa omnes exhibuit operam suam predicādo illis, & admonendo, & increpando, & tamē voluntate be- neplaciti non voluit omnes saluare, & cōgregare, quia si ipse determinate voluisset, dedisset illis gratiā effi- cacem, & pulsasset efficaciter animos eorum, ita vt nullo modo dissentirēt predicacioni eius, quia tamē exterius sufficeret admonuit, & predicauit, & mira- cula fecit, quę possent mouere ad assentiendū dictis eius dicitur voluisse congregare, & tamen illi, qui in- terius efficacissime nō erant pulsati, & omnibus his visis non crediderunt, sed indurati sunt: ideo dicitur noluisse Ierusalem congregare, sed quos congregare vere, & determinate voluit, etiā Ierusalē nolente, cō- gregauit. Sic dicit Aug. in Enchiridion. f. Vbi est autē illa omnipotentia, qua in celo, & in terra omnia quę- cūque voluit, fecit, si colligere filios suos Ierusalem voluit, & non fecit: An non potius illa quidem filios tuos ab ipso collegi noluit? Sed ea quęque nolente fi- lios eius ipse collegit, quos voluit. Sed dicitur cum Christus dicat, quoties volui congregare filios tuos, qui fuerunt isti actus multi ad congregandum eos? Aliqui dicunt, quod fuerunt omnes actus predicandi, & docendi per oēs Prophetas, & doctores legis usque, ad Christiū inclusiue, quia quoties predicari est Iudęis ex parte Dei, volebat Christus illos cōgregare. Sic di- cit Orig. super Mat. f. Dicit autē quoties volui cū sit manifestum semel eū docuisse in corpore Iudęos. Respōdet. Semper enim Christus presens fuit, & in Moysē, & in Prophetis, & in Angelis ministrantibus salutari humano, per singulas generationes. Sed dicen- dum, quod hoc non est necessariū accipi, sed vere Chris- tus in carne existens voluit sepe cōgregare filios Ierusalem, & illa noluit, quia quoties corā Iudęis pre- dicauit, & miracula fecit, toties filios Ierusalem con- gregare voluit, sed hoc sepe fecit, scilicet, per trien- nium: ideo sepe illos congregare voluit.

Quid est quod Christus pronunciat, scilicet, Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Quest. CCLXXIII.

QUÆRITUR quid est, quod Christus pronun- ciat, scilicet, Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dicendum, quod hic predixit Christus penā Iudęis infligendā, quia noluerunt cōgregari, & intelligitur de vrbis Ierusalem destructione. Vocatur autē ista do- mus, quia erat sedes precipua totius gentis Iudęorū. Et patet hoc, quia hic pronunciat pena Iudęorum, & tamen illa fuit destructio ciuitatis Luc. 19. ca. f. vi- dens Iesus ciuitatē fleuit super illā, dicens, Venient dies, in quibus circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram proflernent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Et patet hoc, quia domum relinquentem esse desertam accidit, quia noluerunt congregari.

Destructio Ierusalem fuit Iudęo- rum pena.

congregari sub alas, quando Christus eos congregare voluit, vt ponitur hęc in litera, & tamen eadē cau- sa ponitur Luc. 19. ca. scilicet, eo quod non cognoue- ris tempus visitationis tuę, non cognoueris me, qui volebā congregare filios tuos, ergo pena erit eadē, quę pronunciat hic, & ibi, sed ibi pronunciatur des- tractio vrbis Ierusalem, ergo & hic illud idem. Se- cundo potest dici, vt aliqui volunt, quod intelligitur de destructione templi, & hoc, quia templum voca- tur domus, vel eadē Luc. 11. ca. f. qui perijt inter alta- re, & adē, & Ioan. 2. ca. dicitur domus mea domus orationis vocabitur. Et accipitur ibi pro templo. Ad hoc etiam mouentur, quia dicitur sequen. q. in prin- cipio de destructione templi, & nō ciuitatis, f. Egres- sus Iesus de templo ibat, & accesserunt ad eum disci- puli eius, vt ostenderent ei edificationes templi, ipse autem respondens dixit eis, videtis hęc omnia. Amē dico vobis non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat. Et quia continuatur illa litera ad istā nullo medio, purant hic designari destructionem tē- pli. Idē dicit Chry. super Mat. sicut enim corpus ani- mę recedente prius quidem frige fecit, deinde putre- fecit, & soluitur, sic & templum vestrum Dei spiritu recedente prius seditionibus, & indisciplinatione re- plebitur, deinde veniet ad ruinam.

Quid p do- mū deserta Christus intellexerit.

Dicendum, quod ad veritatem hic designatur per domum desertam desolatio ciuitatis, & templi, vtrū- que enim perijt. Et hoc plene significat Lucas 19. ca. scilicet. Nō relinquent in te lapidem super lapidem. Et ita tota Ierusalem perijt sic, vt non manerent ne- que lapides muri in loco suo, & tamē templum erat in Ierusalē, & erat res precipua ciuitatis: ideo necesse erat illud destrui, & proptē hoc doctores aliquando vocant hic domum ipsū templum, vt dictū est su- pra, & aliquando ciuitatem. Sic dicit Beda. Ipsam autē ciuitatem, quam nidum vocauerat, nunc domū Iudęorum appellat, occiso enim domino venerūt Ro- mani, & quasi nidum vacuum diripientes tulerunt eorum gentem, & regnū. Sic etiam Theo. ait domus vestra, id est, templum, q. d. quando diu virtus erat in vo- bis templū erat meum, sed postquam fecistis ipsum speluncam latronum non est de cętero domus mea, sed vestra. Vel domum dicit totam gentem Iudęorū, iuxta illud. Domus Iacob benedicite Domino. Sed precedens modus melior est. Nam non accipitur hic proprie pro gēte, quia dicitur. Relinquetur deserta. Ad significandum autem destructionem gentis di- ceret melius. Domus vestra delebitur, & tūc nō erat totaliter verum, sed neque conuenit, quia deseri per- tinet ad loca habitata.

An conuenienter inflicta fuit Iudęis pena ista, quod domus eorum deserta relinqueretur. Quest. CCLXXIII.

QUÆRITUR an conuenienter inflicta fuit Iudęis pena ista, quod domus eorum relinqueretur deserta. Dicendum, quod multum conuenienter, primo quia Iudęi peccauerant, sepe autem, & grauif- sime, ita, vt iam incorrigibiles essent: ideo nō erat eis remittēdum, sed pena vltima danda, ne amplius pec- carent. Et hoc fuit, quod desinerent esse populus, ita vt iam nullum malum possent facere tanquam po- pulus: sicut, qui in delictis incorrigibilis est occiditur, ne vltra peccare possit. Secūdo quia peccata Iudęo- rum erant valde grauia, s. quia multos Prophetas, & viros iustos occiderant, pro quibus non erat aliqua pena sufficiens nisi, quod deleteret populus ille, qui hęc fecerat: ideo factum est, scilicet, vt desineret esse vna gens, vel vnus populus. Hoc autem factū est de- lendo Ierusalem: ideo conueniens fuit deseri domū

illam. Tertio vt cōueniret pena peccato. Nam in vr- be Ierusalem occisus est Christus: ideo illa debuit de- leri. Quarto patet, quia consonat hoc intentioni Iudęorum in peccando. Nam ideo Iudęi Christi occi- dere voluerunt ne eo viuente venirent Romani, & tollerent vrbem Ioan. 11. cap. si dimittimus eum sic omnes credent in eū, & venient Romani, & tollent locum nostrū, & gentem: ideo e contrario Deus fe- cit, vt veniret eis, quod timebant, i. quia Christi occiderunt venerunt Romani, & abstulerunt locū illū & gentem. Considerandum autem, quod in hoc fuit cō- uenientissimus modus diuinę retributionis, s. pec- catum occisionis Christum factum fuit in Ierusalē in die prima azymorum presentibus Iudęis de tota terra Iudęorum, & factum est, ne Christo viuente ve- nirent Romani, & tollerent vrbem, & destruerēt gē- tem, & cessaret tota vtilitas, quam sacerdotes perci- piebant ex sacerdotio, ita vindicta data est, vt delere- tur ciuitas Ierusalem, & fieret hoc per Romanos, quos illi timebant, ne venirent Christo viuente, & deleuerunt locum, & abstulerunt gentes, quia occi- derunt plurimos. Ceteros autem vendiderunt, & dis- perserunt in gentes, & non reliquerunt aliquos in Ierusalem, neque mansit locus, in quo manerent, & sicut tota gente Iudęorum presente in die azymorū occisus est Christus, ita in festo azymorum presente tota gente Iudęorum insurrexit bellum, & obfessa est ciuitas a Romanis, & perijt gladio, fame, & peste, maxima pars gentis ibi.

Cōueniens modus vltionis mortis Christi.

Quare vltio mortis Christi data est super solam Ierusalem. Quest. CCLXXV.

SEQUERETUR cum fuerit peccatū istud totius gentis Iudęorum, quare vltio data est super solam Ierusalem. Dicendum, quod factum est cōuenienter. Primo quia non deleta est sola Ierusalem, sed etiam plurima castra, & oppida excisa sunt & inflammata, vt late Iosephus declarat in libris septem de bello Iudęo, & Egesippus in quatuor libris. Secūdo dicen- dum, quod destruendo Ierusalem non fuit illa sola deleta, sed tota gens Iudęorum, quia quasi illuc tota gens conuenerat in festo azymorum, & ibi tota periit quasi, vt dictum est. Tertio, quia deleta Ierusalē cum esset metropolis, totum regnū videbatur esse deletum, cum principatus vnus, qui facit vnitatem gentis resideret in sacerdotibus, & alijs optimatibus, & in domo consilij, per quam domum diffiniebantur omnia negocia totius regni, vel gen- tis. Quarto quia deleta Ierusalem debebatur tem- plum, quod faciebat ad vnitatem gentis, & statum atque gloriam. Nam tota gens consuebat ad illud templum, quia non licebat alibi immolare sacrificia Leuiti. 17. & Deuteronom. 12. & Ioue 22. cap. & conditio gentis istius erat iacere cultum Dei secun- dum certum modum ceremoniarum, & omnes iste fiebant in sanctuario. Nam extra locum sanctuarij non licebat obseruari eas, sicut neque nunc Iudęi il- las exercent cum manent inter nos: ideo delecto tem- plo videbatur ablata tota nobilitas, & excellentia gē- tis, ergo ad destruendum statum gentis debuit de- leri Ierusalem. Quinto quia peccatum Ierusalem maius fuit quā aliarum vrbium Iudęorum: ideo non solum peri- re debuerunt peccantes in occisione Christi, sed etiam locus ille, in quo tantum nefas exercitum est debuit deleri, ita vt non maneret lapis super lapidem, quod factum est.

Quare

Quare Christus prænuñciauit Iudæis destructionem vrbis Ierusalem. *Quæst. CCLXXVI.*

QUARE ERIT V R quare Christus prænuñciauit Iudæis destructionem vrbis Ierusalem, quia poterat istud euenire pro peccatis, & q̄ nō prædiceretur Iudæis. Dicendum, quod cōueniēter factum est, primo vt ostenderet Christus se futura præscire, in quo Deitate sibi conuenire ostendebat, vel saltem esse Prophetam, & per istam prænuñtiationem probaret Christus vera esse cetera, quæ prædiceret in longinquum. Nam cum istud, quod per quadragintaduos annos, vel quasi postea euenit, prædixerit, & viderint illud sic euenire, plane apparet, quod in cæteris quoque verum diceret. Secundo vt putaretur istud pro peccatis euenire. Nam si non prædiceretur, & postea eueniret, aliqui putarent non euenisse hæc quasi a Deo in penam data, sed quasi ab euentu accidentia. Et hoc erat inconueniens: ideo debuit prænuñtari. Tertio fuit ad euitandum peccatū, quia cum nōdum Iudæi occidissent Christum, & discipulos eius, propter quæ euentura erat ista p̄na, & poterat euitari, forte Iudæi audita magnitudine p̄næ euenturæ abstinere diligentius a peccatis. Sicut Niniuitæ audito, quod Niniue post 40. dies subuertenda erat p̄niuerunt, & non venit eis p̄na: Ionæ. 3. cap. Quarto fuit, vt Iudæi inexcusabiles apparerent. Nam si eueniret eis desolatio illa non prænuñciata possent dicere, quod ideo euenerat, quia Deus eos non admonerat de hoc, cum vero tam de peccatis propter quæ p̄na erat infligenda, quàm de ipsa p̄na essent præmoniti, nullus eis excusationis relinquitur locus. Quinto & præcipue fuit conueniens hoc ad ostendendū grauitatem peccati in occasione Christi. Nam ista desolatio inferebatur propter eum, & discipulos suos a Iudæis occidendos, vt litera præcedens saltem de discipulis exprimit. Cum autem rāta p̄na nunc inferebatur quanta nunquam supra fuerat pro alijs peccatis inflicta, signum erat, q̄ hæc peccata grauiora erant omnibus præcedentibus.

Quomodo est verum, quod Christus dixit. Non me videbitis amodo. Quæst. CCLXXVII.

QUOMODO EST VERUM hoc, quod Christus dixit. Non me videbitis amodo, donec dicatis benedictus, qui venit in nomine domini. Nam illud dixerunt Iudæi Christo in die in ramispalmarum Ioan. 12. cap. & supra 21. & tamen ista verba Christi fuerunt post illum diem, scilicet, die martis, vt dictum est supra, ergo nō possunt stare. Aliqui dicunt, quod ista verba dicta fuerint a Christo ante diem in ramispalmarum, & significasse, quod quando intraret in Ierusalem dicerent sibi turbæ hoc, & tunc dicitur, quod Christus fuit in Ierusalem aliquo tempore, & cum recederet inde, diceret. Non me videbitis &c. Et ita non redijt illuc vsque ad diem in ramispalmarum, quando turbæ hoc cantabant. Et hoc cōuenit modo narrandi Lucæ, quia Lucas posuit hoc 13. cap. & multo postea, scilicet, 19. cap. ponit de aduētū eius in Ierusalem, & quod turba dixerit. Benedictus, qui venit &c.

Sed tunc videtur, quod ista litera non sit cōtinuata ad præcedentem, quia præcedentia dicta sunt ante passionem per tres dies, id est, die Martis post diem in ramispalmarum. Aliqui dicunt, quod saluatur discordia hæc, quia istud fuit sæpe a Christo dictum, & vna vice fuit dictum multo ante diem in ramispalmarum a Christo, & tunc non est litera continuata ad præcedentia, sed multo ante.

Dicendum, quod satis poterat stare, quod dictum est, scilicet, quod fuerit a Christo dictum semel cum recederet a Ierusalem, & post hoc nunquam intrauit in Ierusalem vsque ad diem in ramispalmarum, cum dixerunt turbæ. Benedictus, qui venit. Et iste sensus conuenit ordini, quem ponit Lucas, vt dictum est. Et tunc dicendum, quod ista litera non est continuata ad præcedentia, sed ex illo loco, scilicet, Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas, pertinet ad aliud tēpus ante festum in ramispalmarum, & ante quàm veniret nunc Christus in Ierusalem. Et hoc aliqui tenent. Sic videtur dicere Augu. lib. de Concordan. Euangeliorum, scilicet, Huic narrationi Lucæ non videtur aduersari, quod turbæ dixerunt, Veniēte Domino in Ierusalem, benedictus, qui venit in nomine Domini, quia nondum illuc venerat, & nondum dictum erat. Et idem tenet Cyrillus dicens, scilicet, Discesserat Dominus ab Ierosolymis rāquam indignos sua præsentia deserens. Deinde multis miraculis factis rursus Ierosolymam redit, vbi ei turba occurrit, dicens. Hosanna filio Dauid; benedictus, qui venit.

Aliter potest dici, quod ista litera sit omnino continuata, & quod omnia, quæ habentur in hoc capitulo dicta fuerint die Martis, post diem in ramispalmarum. Et tunc dicendum, quod non accipitur hoc de eo, quod dixit turba in die palmarum, benedictus, qui venit.

Sed intelligitur vno modo de aduētū Christi ad iudicium, quando Iudæi confitebuntur eum, id est, laudabunt etiam inuiti. Sic tenet Augu. lib. de Concord. Euangeliorum, quia licet prius videbatur tenere istud, intelligit de eo, quod turbæ dixerant, postea dixit, quod non, cum ait, scilicet, Sed quia non dixit Lucas q̄ tunc inde accessit dominus, vt non veniret, nisi eo tempore, quo iam illud diceretur, de illo aduētū, quo in claritate venturus est, hoc significat. Idem tenet Theoph. dicens. Tunc & inuiti confitebuntur eum dominum, & saluatorem quando nullus erit inde profectus. Idem tenet Chryso. in homilia, scilicet. Per hoc occulte secundum aduentum nominat, quia tunc eum omnino adorabunt.

Aliter potest exponi de aduētū in animam per fidem, scilicet, non videbitis me, id est, non cognoscetis donec conuertamini ad me credentes me a Deo venisse. Sic dicit Hiero. super Mat. scilicet, Benedictus, qui venit, id est, nisi penitentiam egeritis, & confessi fueritis ipsum me esse, de quo Propheta cecinerunt filium omnipotentis patris, meam faciem non videbitis. Et idem tenet Chryso. super Matthæum. Et ita etiam tenet Nico. & sic etiam tenuimus supra. Et tamen non videtur inconueniens tenere contrariam positionem, scilicet, quod intelligatur de eo, quod dixerunt turbæ in die palmarum. Et hæc expositio mihi magis placet, & literalior est, licet faciat literam non esse continuatam, quod non est inconueniens, sed tenere quis potest in hoc, quod placuerit.

Sed dicitur quomodo dicitur. Non me videbitis amodo, quia videtur, q̄ adhuc postea eum viderint. Dicendum, q̄ tenendo Christū dixisse hoc ante diem in ramispalmarum, plana est litera, & non me videbitis amodo, id est, ex isto die, quia eo die recessit ab eis de Ierusalem, & non redijt vsque in diem in ramispalmarum, quando hoc dixerunt turbæ. Tenendo autē aliam positionem, scilicet, de aduētū ad iudicium potest intelligi vno modo de prædicatione (vt quidam volunt) Non videbitis me prædicantem post hoc, licet me videatis tribus sequētibz diebus, maxime in die passionis sue. Sed hoc non satis stat, quia dicitur, non me videbitis donec dicatis, ergo videtur, quod in die iudicij videbunt eum prædicantem, cum tunc dixerit,

rit, non me videbitis, scilicet, prædicantem licet viderint eum morientem, & tamen falsum est, quia tunc non prædicabit.

Aliter ergo dicendum, quod amodo non accipitur pro tempore illo quo loquebatur stricte, sed pro tempore statim secuturo, quod erat tempus passionis: nam post triduum mortuus est, & post mortem nunquam eum viderunt, neque videbunt vsque ad diem iudicij. Sic dicit Theophylactus, non videbitis me &c. non signat illam horam, sed tempus crucis, scilicet, postquam crucifixus erit me, non amplius videbitis me, donec iterum veniam. Et idē dicit Chryso. in homilia, scilicet, quod autem dicit amodo ad tempus crucis refertur. Et ita exponit etiam Nicolaus.

Quare Christus dixit Iudæis non me videbitis &c. Quæst. CCLXXVIII.

QUARE ERIT V R quare Christus dixit Iudæis nō me videbitis &c.

Dicendum, quod vna ratio est ad ostendendum, quod nō sepe admoniturus esset eos super hæc, quia statim recessurus erat ab eis siue corporaliter recedendo secundum vnam positionem, siue secundum aliam moriendo, & ideo quod ipsi cogitare deberent, & seipsis admonere, ne euenirent eis mala prænuñciata.

Secunda ratio est ad ostendendum veritatem dicti sui, prædixerat enim, quod destrueretur Ierusalem, & hoc forte non crederent, quia non videbant illud statim. Voluit igitur ostendere signum, per quod posset credi, scilicet, non me videbitis, donec dicatis. Benedictus, qui venit. Nam hoc prænuñciare rem futuram, & occultam erat, scilicet, quod illi laudaturi essent eum quando veniret, & satis erat mirabile, quod illi, qui eum oderant ipsum laudaret, & hoc iuxta vnam positionem.

Tertia ratio est ad ostendendum mutationem status, scilicet, quod quando hoc Christus dixit Iudæis non honorabant eum, neque attendebant ad verba eius: ideo dicit eis, quod non manebit ultra cum eis, neque redibit quousque ita honorent eum, quod dicant ipsum venire in nomine Domini. Et hoc tenendo, quod turbæ istud dixerint. Et iste sensus multum conuenit literæ. Sic exponit Cyrillus dicens, scilicet, Discesserat Dominus ab Ierosolymis tanquam indignos sua præsentia relinquens, & ideo ait. Dico autem vobis, id est, non erit postea sicut nunc, quia nunc non me auditis, ego dico vobis, quod non redibo ad vos quousque non solum me audiaris, sed etiam laudetis, & honoretis me, dicente. Benedictus, qui venit &c. Etiam secundum aliam positionem est verum, scilicet, nunc non me honoratis, sed potius me occidetis, & tamen quando videbitis me alia vice laudabitis, scilicet, in die iudicij.

Quarta est ad ostendendum deitatem suam cum futura prænuñtiet, quæ secundum se erant incerta.

Quinta ad ostendendum, quod illum honorem, quem turba, & pueri Christo dederunt in die palmarum, scilicet, dicentes Hosanna, non fuit casu, neque suadente aliquo homine, neque errore turbarum, sed a Diuina ordinatione cum istud potuerit a Christo prædici, & hoc ostendit Christus supra 21. & Luc. 19. capitu. quando principes sacerdotum videntes pueros clamantes, Hosanna, dixerunt, quod iniret eos, & ipse noluit, sed ostendit illos a Deo moueri, allegans illud Psal. 8. Ex ore infantium perfecisti laudem.

EGRESSUS IESUS de templo, ibat. *Mat. 23. Luc. 19. & 21.*

Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat. Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes. Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum erit aduentus tui, & consummationis sæculi.

ET EGRESSUS IESUS. In præcedentibus Matthæus posuit legis Euangelicæ promulgationem, & per miracula confirmationem, hic subdit iudiciariam executionem, scilicet, iudicium vltimum, & hoc quia qualibet lex recta habet punire delinquentes; & quia in ista non fuerat posita aliqua p̄nalis coertio, ponitur iudicium vltimum, in quo vniciue pro peccatis, aut bonis operibus redditur. Et secundum hoc diuiditur in duas partes secundum communem intentionem exponētium, scilicet, quia primo ponuntur quedam antecedentia iudicium. Secundo sequitur ipsum iudicium sequen. cap. Prima in duas, quia primo circa hæc a discipulis Christi proponitur quaestio. Secundo ponitur quaestio solutio, ibi. Respondens Iesus. Prima in duas, quia primo ponitur quaestio occasio. Secundo data occasione formatur quaestio ibi. Sedente autem eo. Circa primum dicitur. Et egressus Iesus de templo. Ante hoc erat in templo cum hæc, quæ præcesserunt prædicabat, & illis expletis egressus est de templo. Ibat. Scilicet, Extra templum, & ciuitatem ad montem oliueti. Et accesserunt ad eum discipuli eius. Scilicet, Ad interrogandum ea, quæ sequuntur.

Vt ostenderent ei ædificationem templi. Id est, Vt inclinarent eum, vel suaderent respicere, quia ipse iam sepe viderat. Et dicitur, ædificationes, id est, edificia, vel edificiorum pulchritudinem, vel magnitudinē.

Ipse autem respondens. Scilicet, Ad eorum admirationem de edificijs.

Dixit eis, videtis hæc omnia. Id est, Nō admiremini de his, quasi sint pulchra, & fortia: nam omnia hæc cōminuentur. Amen dico vobis. Modus affirmandi, vel iurandi est sub certitudine dico vobis. Non relinquetur lapis super lapidem. Significatur dirutio templi totalis. Erat autem de lapidibus cæcis constructum, & omnes lapides deieci sunt. Qui non destruat. Id est, Qui non mutetur de loco suo, ita quod non maneat in edificijs.

An ista sint continuata ad præcedentia. Quæst. I.

QUARE ERIT V R an ista sint continuata ad præcedentia, vel sit ordo mutatus.

Dicendum, quod non dubitari potest quin sit ordo continuus, id est, quod ista fuerunt post præcedentia. Et patet primo, quia Matthæus sic ordinavit. Et temper est standum ordini literæ nisi contrarium appareat, hic autem non apparet ratio aliqua quare contrarium ordinem tenere debeamus. Secundo & efficacius, quia tres Euangelistæ soli, qui hoc ponunt concordant in ordine, quia sicut Matthæus ponit ista post præcedentia, in quibus contra

contra Phariseos, & Scribas multa locutus fuerat, ita & Marcus, quia Mar. 12. cap. ponuntur aliqua increpationes Christi contra Phariseos, & Scribas, que postea fuerunt præcedenti cap. & Mar. 13. cap. statim subiunxit ea, que habentur hic de egressu domini de templo, & de ædificijs templi, eundem quoque ordinem tenet Lucas, quia ea, que habentur supra de increpationibus Phariseorum, & Scribarum ponuntur a Luca 11. cap. & id, quod dictum est præcedenti cap. inmediate de delatione Ierusalem ponitur a Luca 13. capitu. id autem, quod ponitur hic de egressu de templo, & de ædificijs ponitur a Luca 21. cap. Et ita omnes concordant in hoc, ideo certissime est tenendum esse hunc ordinem.

Tertio patet ex habitudine literæ, quia ea, que habentur præcedenti cap. dicta fuerant a Christo in templo, hic autem statim dicitur de egressu de templo. Et hoc tenet Origenes super Matthæum, scilicet. Postquam omnia, que super Ierusalem ventura fuerant Christus prædixit, exiit de templo, qui conseruauerat templum, ne caderet, donec fuit in eo.

An ista que habentur fuerunt statim post ea, que habentur præcedenti cap. Quæst. 11.

QUÆRETUR an ista, que habentur fuerunt statim post ea, que habentur præcedenti cap. vel fuerunt aliqua alia interposita.

Aliqui dicunt statim nullo interposito, tum quia littera ipsa videtur se continuare, scilicet, quia præcedenti cap. ponuntur dicta Christi in templo. Hic autem ponitur quomodo egressus fuerit de templo, & ita innuitur, quod postquam dixit verba præcedentia, exiit de templo, tum quia Origenes super Matthæum specialiter continuat litteram istam ad illam, quasi statim fuerint ista post illa cum ait, postquam omnia, que super Ierusalem ventura fuerant Christus prædixit, exiit de templo, ergo videtur, quod nihil aliud in medio factum est.

Alij dicunt, quod multa interciderunt inter illa, & hæc. Et patet, quia Luc. 13. capitu. ponuntur ea, que habentur præcedenti capitu. in fine de Ierusalem, & Luc. 21. capitu. ponuntur, que habentur hic de structuris templi, & cæteris, que sequuntur hic, & interciderunt inter præcedentia, & hæc, & tunc oportet dici, quod etiam multi dies, & multa facta interciderunt de quibus ibi narratur.

Alij dicunt, quod alia interciderunt inter hæc, & ea, que habentur præcedenti capitulo, sed fuerunt pauca, non quidem omnia, que ponuntur secundum Lucam in medio, sed solum illud quod habetur de mittentibus munera in gazophylacium, quod etiam in templo factum est, cum ibi esset gazophylacium. Et hoc patet, quia tam Marcus quam Lucas illud ponunt. Nam Luca. 21. capitu. ponitur de offerentibus in gazophylacio, & statim sequitur de ædificijs templi, & cætera, que habentur hic. Marcus etiam 12. capitu. posuit de increpationibus, quas fecit Christus contra Phariseos, & Scribas, & statim in fine ipsius 12. capitu. ponit de offerentibus munera in gazophylacio, & in principio 13. capitu. ponitur qualiter egressus est Iesus de templo, & de ædificijs templi, & de cæteris, que habentur hic.

Dicendum, quod determinatio huius dubij pendet ex illis, que dicta sunt supra præcedenti cap. quia ibi erat una opinio, quod illa verba, scilicet, non me videbitis amodo, fuerint dicta ante diem in ramis palmarum, & postea fuerint completa quando Christo veniente in Ierusalem dixerunt turbæ, Benedictus,

qui venit. Alia opinio est, quod fuerint dicta illa verba post diem palmarum, scilicet, die martis postea, & tunc intelliguntur de aduentu Christi ad iudicium.

Tenendo primam positionem, dicendum est, quod non fuerunt hæc facta inmediate post illa, que habentur præcedenti cap. sed multis interpositis operibus, & multis diebus, & est tunc tenendus ordo, quem ponitur Lucas interponendo omnia, que habentur a cap. 14. inclusive vsque ad 21.

Si autem teneamus secundam positionem, est dicendum, quod ille ordo, quem ponit Lucas non fuit ordo rerum gestarum, nisi forte dicamus, quod fuerunt bis dicta illa verba, & tunc poterit esse continuatio sine intermissione. Nam illa, que Lucas interponit a cap. 13. vsque ad 19. fuerunt ante diem in ramis palmarum.

Sed adhuc videbitur penitus dicendum, quod fuerit interpositio aliqua inter præcedentia, & ea, que habentur hic, scilicet, quod vidit Christus mittentes munera in gazophylacio, & quid de illis dixit. Et nos quia tam Lucas quam Marcus ponunt istud inmediate ante egressum de templo, hoc rationabilius est cum duo Euangelistæ in hoc concordent, & tamen cum magis placeat illa positio prima quibusdam, & mihi, scilicet, dictum esse, Benedictus, qui venit &c. ante diem palmarum, dicitur, quod ordo quem ponit Lucas est certior, & consonantior rebus, sed quid in hoc tenendum sit, nulla ratio sufficienter cogit.

Quare egressus est nunc Iesus de templo. Quæst. 111.

QUÆRETUR quare egressus est nunc Iesus de templo.

Dicendum, quod primo fuit, quia nihil ibi iam facturus erat. Nam prædicauerat, & disputauerat ibi sufficienter eodem die.

Secundo fuit ad sumendum cibum, quia licet Christus prædicaret nunc in Ierusalem, nemo eum inuitabat, ut ibi sumeret cibum, immo quotidie ibat in Bethaniam in domum Lazari, & fororum eius, & ibi pascebatur, & inde quotidie redibat in Ierusalem, ut colligitur Marci vndecimo capitu.

Tertio fuit ad significandum ruinam templi. Nam ante hoc templum per eius virtutem manebat, & conseruabatur status populi Iudaici, nunc prædixerat Christus destructionem templi, & ciuitatis, dicens. Relinquetur vobis domus vestra deserta: ideo ad significandum, quod sic eueniret, scilicet, quod eo auferente auxilium suum a Iudæis, petiret templum exiit de templo. Sic dicit Origenes super Mat. & Beda.

Quomodo dicitur, quod egrediente domino de templo, accesserunt ad eum discipuli eius. Quæst. 1111.

QUÆRETUR quomodo dicitur, quod egrediente Domino de templo accesserunt ad eum discipuli eius. Nam ex hoc videtur, quod non erant prius cum eo.

Aliqui dicunt, quod ideo dicitur, quod ante hoc erat Christus in templo prædicans, & disputans, & forte non erant iuxta eum discipuli eius, nunc verò quando exiit ab hæserunt ei, quia ipsi sequebantur eum familiariter quocumque iret.

Sed

Sed dicendum, quod hoc non multum stat, quia etiam quando Christus erat prædicando discipuli sui stabant iuxta eum, & nemo audebat accedere. Sic patet sup. 5. c. vbi Christo prædicante accesserunt ad eum discipuli eius, & melius patet sup. 19. c. vbi turbæ accedere volebant ad Christum, ut ostenderet ei paruulos suos ad imponendum eis manus, & illi prohibebant eos accedere quo vsq; Christus dixit, finite paruulos venire ad me. Dicendum ergo, quod non ponuntur accessisse quasi tunc magis temporaliter appropinquauerint quam prius: sed est modus Idiomatis ad significandum aliquid choari, & istum modum tenet spalius Matthæus. Nam fere vbicunq; introducit discipulos aliquid querentes a Christo dicit eos accedere. Sic patet sup. 18. c. & patet quod iste sit modus Matthæi, quia hic dicit accesserunt & inf. in littera. Sedente eo super mōtem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli eius. Et tamen Mar. 13. ponitur vtrumque, sed non dicitur. Accesserunt. sed solum interrogauerunt, & idem Luc. 21. c. & sic sunt multi modi proprii Idiomatum, vel hominum in locutione, in quibus ponitur multa superflua ex loca conditione locutionis. Et ita apud hebreos ponitur interdum egredi vbi nihil significat, ut illud Exod. 2. ca. f. egressus vir de domo Leui accepit vxorem stirpis suæ, & tamen ad accipiendum vxorem non exigebatur aliquid egredi, sed ad significandum iuchoationem rei ponitur hoc, ante hoc nihil faciebat, & tunc aliquid fecit. vxorem accipere, ideo egredi dicitur, & ita Matthæus ad ostendendum quomodo discipuli Christo loquantur, dicit eos accessisse quasi non possent loqui nisi accederent, & hoc facit Matthæus quando cumque ex præcedentibus non constat eos appropinquare illi, vnde magis est hoc ad doctrinam quam ad veritatem, scilicet quasi de nouo accederent.

Quomodo stat quod hic Matthæus dicit, scilicet. Accesserunt ad eum discipuli eius, ut ostenderent ei adificationes, quia aliter Marc. & Luc. dicunt. Quæst. V.

QUÆRETUR quomodo stat quod dicit hic Matthæus. f. Accesserunt ad eum discipuli eius, ut ostenderent ei adificationes, quia Mar. 13. cap. ponitur hoc, & dicitur, ait illi vnus de discipulis eius magister, aspice quales lapides & Luc. vigesimoprimum, cap. dicitur, & quibusdam dicentibus de templo, quod lapidibus bonis, & donis ornatum esset.

Dicendum, quod in veritate vnus fuit solus, qui hoc quæsiuit & non omnes, & tamen Euangelistæ solent nominare sæpe quæsitum aut factum esse aliquid a discipulis, licet ab vno tantum quæsitum fuerit. Et hoc verisimilius est, quia non quærent multi simul; ne se inuicem turbarent, sed vnus. Poterat tamen dici, quærare discipulos, quia vnus pro omnibus quærebat, & ita omnes quærebant. Vel dato, quod non quærent omnes illud, neque illud cogitassent, quia tamen oēs erudiebantur ex responsione Christi dicebantur omnes quærare, & ideo Mar. ad ostendendum veritatem rei gestæ dixit, quod vnus de discipulis quæsiuit. Matthæus verò ad ostendendum intentionem communem, quia forte omnes ex hoc erudiri cupiebant posuit, quod accesserunt discipuli. Simile fit sæpe apud Euangelistas, ut sup. 14. c. & Mar. 6. vbi, dum agitur de faturatione turbarum, introducit Christus loquens discipulis, & illi respondentes de numero panum, & tamen Io. 6. ca. vbi idem narratur ponitur, quod Christus quæsiuit a solo Philippo, & respondit Philippus, & postea Andreas, & illa fuit veritas. Tamen dicuntur omnes quæsiuisse, vt declaratum est, sup. 14. c. q. 66. & q. 81.

De Luca autem dicendum, quod concordat cum Matthæo hic, cum dicat, & quibusdam dicentibus de templo. Alph. To. in Matth. Pars VI.

Allo. f. quod plures hoc dixerint, & tamen non innuit, quod discipuli dicerent hoc, & tamen intelligendum est, quod dixerunt illud discipuli sicut Matthæus, & Marcus exprimunt quod Lucas subicitur.

Quomodo est verum, quod Christo ostenderint discipuli adificia templi, & ad quid. Quæst. V I.

QUÆRETUR quomodo est verum, quod Christo ostenderint discipuli adificia templi, cum sæpe ille illa vidisset, & si ostenderunt, ad quid hoc faciebant.

Ad primum dicendum, quod non ostenderunt ei quasi ipse non videret, aut ante hoc non viderit, sed ostenderunt, i. suaferunt ei tunc respicere. Sic innuitur Mar. 13. c. f. Cum egredieretur de templo ait illi vnus de discipulis suis Magister, aspice quales lapides.

Ad secundum dicendum quod potest intelligi vno modo, quod hoc ostenderunt ad admirationem, quia erant aliqui de discipulis Christi adhuc rudes non capientes adhuc res diuinas, & ideo admirabatur res humanas, & Christum ad hanc admirationem trahere volebat, & ideo dixerunt. Magister aspice. Et huic sensui com petit sequens responsio Christi, f. videtis hæc omnia, Amen dico vobis non relinquetur lapis super lapidem, id est vos putatis ista magna esse, & in veritate coram Deo non sunt magna neq; multum curat de eis, quia omnia hæc destruet quasi nihil valeant, quod tamen non faceret si ea magni penderet. Et etiam conuenit huic sensui, quod dicitur Luc. 21. c. f. dicentibus quibusdam de populo, quod lapidibus bonis, & donis esset ornatum. Et sic admiratio erat de valore & excellentia eius.

Secundo dicunt aliqui accipiendum pro admiratione, non quia magna essent, sed quia destruenda, f. Christus dixerat templum destruendum, & illud erat valde excellens, discipuli autem admirati, quod rem tam nobilem prædixerat destruendam, dixerunt. Aspice quales lapides & quales structure, quod rem tam excellentem destrues? Et ille respondit quod sic, quia non manebit lapis super lapidem. Sic exponit Theophylactus, f. quia multa circa destructionem Ierusalem dominus locutus fuerat discipuli eius admirabantur, quod tam magna, & tam pulchra adificia destrui debebant: ideo ostenderunt ei templi decorem.

Tertio dicunt alij hoc non fuisse propter admirationem, sed vt Christum mouerent ad compassionem, vt non destrueret adificia tam pulchra, sicut iam prædixerat. Sic dicit Origenes super Matthæum, scilicet, dignum est videre, quomodo ostendit ei structure templi quasi nunquam viderit templum, ad quod respondendum est, cum Christus propherasset supra ruinam templi futuram, audientes discipuli mirati sunt talem, & tantam templi structurem ad nihilum redigendam, propterea ostendunt ei vt fleterent eum ad misericordiam loci illius, ne faceret quod fuerat comminatus.

Sed dicendum, quod magis conuenit primus sensus, scilicet quod ex simplicitate aliqui admirarentur de illis adificijs. Hoc autem valde repugnabat intentioni Christi, qui volebat homines totaliter trahere ad spiritualia, & illa sola magna & bona iudicare, & ideo, vt ostenderet illud nihil esse coram Deo dixit penitus destruendum.

Et patet, quia si hoc dixissent discipuli ad mouendum Christum ad pietatem, vt non deleteret locum, non esset sua responsio ad propositum, scilicet non relinquetur lapis super lapidem, sed diceret, quod non poterat eis remitti, quia non auertebantur a peccato.

Et hoc patet efficaci, quia ista expositio hæt aliquæ

K k colo.

colorem in litera Matthæi & Marci, quia Matthæus statim vt dixit Ierusalem destruendam introduxit Christum egressum de templo, & discipulos ininterrogantes de pulchritudine & lapidibus templi, & tñ Lucas ponit istud idem, sed non postquam prædixit destructionem templi, & Ierusalem, quia illud dixit Luc. 13. c. & Luc. 21. dñ. q̄ quibusdam dicentibus de templo q̄ lapidibus bonis, & donis esset ornatum, dixit ille. Venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, Et sic non introduceret illud Lucas ibi, si ideo dictū esset, quia Christus prædixerat destructionem templi, & Ierusalem, sed poneret illud Luc. 13. in fine. ideo non dictum fuit propter illam causam, sed solum quia accidit aliquos de discipulis Christi propter simplicitatem admirari de hoc, & laudare templum coram Christo. Item patet, quia si propter hoc dixissent solum nominarent pulchritudinem, & fortitudinem templi, & tamen etiam laudauerunt dona templi, quia dñ lapidibus bonis & donis esset ornatū, ideo causa dicti fuit, quia aliquis simplex admiratus est de gloria illius templi tam in multitudine donorū, quæ offerebantur quam in magnitudine, & pulchritudine ædificiorum, ideo laudauit coram Christo, & voluit q̄ Ch̄sus respiceret hæc quasi aliqua magna, ipse vero propter hoc desepxit ea, dicens, q̄ non maneret lapis super lapidem.

Quomodo Matthæus introduxit discipulos admiratos super ædificijs templi, & Lucas de donis. Quæst. VII.

QVAERETUR quomodo Matthæus introduxit hic discipulos admiratos super ædificijs templi, cum Luc. 21. introducantur etiam admirati de donis, & quid istorum dixerint discipuli.

Dicendum q̄ Marcus, & Matthæus solum ponit de ædificijs, & tamen non est dubium quin et de donis templi dixerint. Nam Lucas illud asseruit, ideo necesse est sic fuisse, q̄ aut Marcus, & Matthæus illud tacuerint, non probat non fuisse, cum multa facta & dicta sint a Christo, quæ nullus Euangelistarū scripsit, vt dñ Io. 20. & 21. c. Etiam illud erat multum cōueniens dici. Nam ante hoc erat oblatio, quæ fiebat in templo, de qua quoq; discipuli admirati sunt, Nam Christus egrediebatur de tēplo, & cum egredieretur vidit offerentes & mittentes munera in Gazophylaciū, & multa munera mittebantur, quia conuenienter nunc oēs Iudei in Ierusalem pp̄ festum Paschæ, quod erat post tres dies, & ante festum venerant plurimi, vt patet Io. 12. c. & hi offerebant nunc magna munera, viderunt aut̄ hoc discipuli, ideo de hoc laudauerunt tēplum, scilicet quasi ornatū esset donis, & lapidib. bonis. Et ista fuit veritas, Matthæus tñ debuit tacere de donis, quia alias non narraret artificiosè. Nam supra nihil tetigerat de oblatione, ideo non erat vnde colligi posset, quod templū haberet pulchra dona, vnde tacere illud debuit. Lucas vero late, & accuratè narrauerat de illa oblatione munerum, & quid Christus super illa dixit Luc. 21. c. & de lapidibus templi nihil ipse dixerat, neque Mar. nisi q̄ discipuli ad hoc moueri poterat, quia videbant ad oculum, ideo Lucas conuenienter introduxit de donis ornantibus templum, quod non introduxit Matthæus.

An Christus responderit discipulis conuenienter. Quæst. VIII.

QVAERETUR quomodo Christus respondit. scilicet videtis hæc omnia. Amen dico vobis non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat.

Dicendum, q̄ conuenienter responsum est hoc. Nam, vt dictum est supra, q. 6. discipuli aliqui propter simplicitatem putabant ædificia templi esse aliquid magnum & gloriosum, & admirabantur de illis, volebātque Christum in admirationem illorum trahere, quod valde repugnabat intentioni Christi, tam pp̄ se quam propter discipulos. De se patet quia ipse omnia condidit, & omnia coram eo quasi nihil reputantur. Isa. 40. ca. Ecce gentes quasi strilla stultæ, & quasi momentum statere reputatæ sunt. Ecce insule quasi puluis exiguus, omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Et tiam propter discipulos, quia propositum eius erat facere eos totaliter spirituales, ita vt corporalia neq; magna neque bona reputarent: sed totum bonum in spiritualibus constituerent: sed ipsi nunc admirabantur de templo quasi de magno bono, ideo contēpsit illud, & coram Deo cōtemptibile ostendit, inquit q̄ post paucum tempus delendum esset, q̄ Deus non permitteret si aliquid magnum illud iudicaret. Sed hoc factum est per Romanos. Nā ipsi, obfessā & capta vrbe Ierusalem, deiecerunt totam structuram templi ad solum complanantes omnia, & ipsos quoque muros vrbs diruerunt, vt late ostendit Iosephus in libris antiqui. Et magis in libro de Bello Iudaico. Et idem Egeffippus in quatuor libris suis, Et Paulus Orofius 7. libro de Ormesta mundi. hoc autem non factum est illico, vt illud Christus prænuñciauit, & vt quis nō erraret putans verba Christi statim complenda, & cum hoc non videret putaret Christum esse mentitum, dixit quod aliquanta tempora transirent, quod Lucas expressit, scilicet hæc, quæ videtis, veniēt dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem. Quod Matthæus & Marcus tacuerunt, fuit autē hoc annis quadraginta duobus ab eo tempore, quo Christus hæc dixit, vt ait Rabanus, scilicet. Iuxta historiam manifestus est sētus, quia quadragesimo secundo anno post passionem domini sub Vespasiano & Tito Romanis principibus ciuitas est euersa cum templo.

Quomodo potest esse verum, quod Christus hic dixit, scilicet non manebit lapis, &c. Quæst. IX.

QVAERETUR quomodo potest esse verum, q̄ Christus hic dixit. scilicet non manebit lapis super lapidem, qui non destruat. Nam sic oportebat non solum parietes singulorum ædificiorum dirui: sed etiam comminui, & solui in puluerem ad hoc, quod destrui dicerentur, quod non est verisimile accidisse.

Dicendum, q̄ verum est, q̄ omnes tres Euangelistæ dicunt hic lapides destruendos, vt patet hic & Mar. 13. & Luc. 21. sed non accipiunt destructionem, id est comminutionem, vel solutionem quorumlibet lapidum, sicut dicimus domum destrui, quando partes separantur, sed accipitur destrui, quantum ad hoc, quod non manet id, ad quod erant lapides. Nā lapides coniungebantur ad hoc quod domum vel templum redderent, destruantur autem, quando separantur ab inuicem, ita quod domum non reddunt etiam si integri manerent, Et ita destructio dicitur motum, vel separationem, id est nō erit aliquis lapis, qui non moueatur de loco suo ad destruendum totum ædificium. Et hoc innuit Lucas. 19. c. scilicet, coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & non relinquent in te lapidē super lapidem, & non addidit vltra, maxime, quia in illa dirutione ædificiorum vsque ad fundamentum verisimile erat etiam ipsos lapides pro magna parte confringi, vel ledi, & hoc erat destrui.

Sed

Sed adhuc obijciatur, q̄ neque sic destructi fuerint lapides. scilicet q̄ non maneret lapis super lapidem, quia aliqua ruina dicuntur ab aliquib. manere, in quibus mansit aliquis lapis super lapidem, & ita non est verum verbum Christi. Dici potest vno modo, q̄ destructio Ierusalem fuit valde magna, ita vt nihil maneret de priori Ierusalem sed alia facta, & ad hoc significandum dñ non manebit lapis super lapidem, qui nō destruat: quia et si ibi aliquid maneret, tamen nō fuit ibi postea Ierusalem, sed alibi constructa est. Nā non est idem locus huius Ierusalem, & prioris. Secundò potest dici, q̄ non mansit lapis super lapidē, quin destrueretur. scilicet ad literam omnia ædificia, & fundamenta destructa sunt & euulsa de loco suo, vt ita verbum Christi verum redderetur, vnde ipse mouit Romanos ad sic faciendū, vt verba eius implerentur. De his dicit Chryl. in homilia. scilicet qualiter verum est, q̄ non manserit lapis super lapidem? Respondet. Vel. n. desolationem eius ostendēs omnimodam hoc dixit, vel s̄m illū locū, vbi erat, sunt. n. eius partes vsq; ad fundamenta destructa, cum his & illud dicam, qm̄ ex his quæ facta sunt, & de reliquis oportet credere, q̄ peribunt perfecta. Theophylactus quoque dicit, scilicet, sed dicent aliqui q̄ multæ reliquæ remanserunt, vt Christum mendacem faciant. respondetur. Sed nequaquam est hoc. Si enim aliqua reliquæ remansissent, tamen vsq; ad vniuersalem cōtimationem nō relinqueretur lapis super lapidem: propterea narratur q̄ Helius Adrianus ciuitatem, & templum a fundamento euerit ita q̄ verbum domini hoc sit impletum. Similia autē Eusebius & Gregorius dicunt. Tertio dicunt aliqui, q̄ est locutio hyperbolica, quia etiam si lapis aliquis, & multi manerent super alios lapides, quia tamen totaliter vel multum destructa fuit Ierusalem potest dici non mansisse lapidē super lapidem. Sed dicendum q̄ cum litera possit teneri sine figura quasi sic impletum fuerit sicut Christus dicit, melius est dici ad literam debere intelligi quam figurate.

Quare Christus voluit quod templum penitus periret. Quæst. X.

QVAERETUR quare Christus voluit, q̄ tēplū totaliter periret, cum illud pertineret ad cultum Dei. Dicendum, quod vna causa fuit, quia Deus diffiniuit, q̄ periret totaliter ciuitas Ierusalem propter nequitiam habitatorū eius, & totius gentis Iudeorum, & tamē tēplum erat præcipuum, q̄ erat in Ierusalem, quo manente integro non poterat dici totaliter delecta Ierusalem, ideo illud quoque debuit destrui. Secundò fuit, quia volebat Deus destruire gentē Iudeorum, & tñ manente tēplo manebat id, qd̄ præcipuum erat de statu Iudeorū, quia ibi fiebat oēs ceremoniarum cultus diuini, in quo illa gens distinguebatur ab alijs gentib. & exercebat eas Deut. 4. c. ideo nō debuit manere. Tertio quia superuacuum esset iā tēplū. Nā nō erat illud tēplum nisi ad exercendas ceremonias gentis Iudeorum, & tñ Deus volebat, q̄ non esset iam gens Iudeorū vna gens, & q̄ cessaret cultus ille antiquus: ideo debuit quoq; destrui tēplū. Quarto fuit, quia templum erat fortalicium magnū vrbs Ierusalem, & et si Iudæi expugnati essent, quando illud maneret haberent animum redeundi, & defendendi se ibi & continuandi ritum veterem. Vt ergo oia ista cessarent, voluit Deus illud destrui. Et ista fuit causa, quare Romani moti fuerunt ad destruendum ipsum. scilicet ne rursus Iudæi rebellarent. Sic. n. fecerunt Chaldæi de templo Salomonis tpe Sedecia: Nā incenderunt templum, & diruerunt illud 4. Reg. 25. licet gens Iudeorū reditura esset rursus ad cultum suum. Quinta fuit,

Romani quare moti fuerunt ad destruendum templum, & diruerunt illud. Quinta fuit, Alph. Toft. in Matth. Pars V l.

vt non daretur paruulis in fide occasio errandi, volebat enim Deus, q̄ ceremoniarum legalis obseruationis penitus cessarent, & introduceretur ritus nouus colendi ipsam, si aut maneret templum Ierusalem cum illud esset tam pulchrum, vt nūc mirari fuerunt discipuli, aliqui conuersi ad Christum mouerentur maiestate illius templi ad exercendum ceremonias, quæ ibi prius exercebatur, ideo vt totalis occasio auferretur voluit Deus, q̄ destrueretur, ita vt non maneret lapis super lapidem. Vnde & memoria eius sic extirparetur. Sic dicit Remigius. diuinitus aut̄ procuratum est, vt reuelata iam luce gratiæ templū cum suis ceremonijs tolleretur, ne forte aliquis paruulus in fide, dñ videret oia illa, quæ a domino fuerat instituta, & a prophetis sanctificata, adhuc permanere paulatim recedendo a sinceritate fidei ad carnalem iudaismū trāfiret. Et idem dicit Beda. Sed sciendum, q̄ quando Titus illud cepit, diu deliberavit relinqueret in memoriam victoriæ, vel dirueret, tandem Deus mouit cor eius, vt illud destrueret. Sic dicit Paulus Orofius 7. lib. de Ormesta mundi. scilicet Sed ad expugnandum interiorē templi munitionem, quam inclusa multitudo sacerdotū, & principum tuebatur, maiore vi & mora opus fuit, quod tamen postea in potestate redactū Titus opere atq; antiquitate suscepit & diu deliberavit vtrū tāquā incitamentum hostiū incenderet, an in testimonium virtutis, & victoriæ reseruaret, sed Ecclesia Dei iam per totū orbem vberimè germinante hoc tanquam effectuum ac vacuum nulli vsui bono commodum arbitrio Dei auferendum fuit, itaque Titus ab exercitu Imperator pronunciatum templum in Ierosolymis incendit, ac diruit, quod a die conditionis primæ vsq; ad diem euerfionis vltimæ manserit annis mille centum & duobus.

Sedente autem. Hic ex prædictis formatur quæstio, cum in præcedentibus posita fuerit quæstio occasio, nam ex eo quod Christus ibi dixit, non relinquetur lapis super lapidem quæstionem, quæ habentur, hic, & diuiditur in duo, quia primo ponitur quæst. 2. quæstionis responsio, ibi. Respondens Iesus.

Circa primum dicitur. Sedente autem eo, id est Christo. Super montem Oliueti. In loco illo quæstionem hæc & vsque ad illum locum cessauerunt a quæstione. Accesserunt autem discipuli eius, scilicet ad querendum quæ sequuntur. Secreto, scilicet non presentibus turbis, etiam non presentibus omnibus discipulis, sed quibusdam. Dicentes. Ista est quæstio. Die nobis quando hæc erunt, id est ea, quæ prædixerat Christus de destructione Ierusalem, & templi quod non maneret lapis super lapidem.

Et quod est signum aduentus tui. i. quod signum das nobis, per quod cognoscamus, quando venies. Quod aliqui de aduentu ad iudicium intelligunt, sed exponitur infra. Et consummatione sæculi.

Quomodo super montem Oliueti dominus sedebat, & ibi cum discipulis interrogabant. Quæst. XI.

QVAERETUR quomodo super montem Oliueti dominus sedebat, & ibi cum discipulis interrogabant.

Dicendum, quod vocatur mons Oliueti, vel mons Oliuarum, vt magis dictum est supra vigesimo primo, capit. quia Oliuetum est congregatio Oliuarum. Erant autem ibi multæ Oliuæ. Erat vero mons iste circa Ierusalem distans miliario vno, vt ait Remigius. Est et ad partem Orientalem Ierusalem, vnde Christus quando venit de Ierico vrbe, quæ est ad partē terræ Orientē Chanaan & consequenter Ierusalem venit per montē Oliueti, vt colligitur sup. 19. & 21. & k k 2 Luc.

Luc. 19. ad istum montē nunc ibat Christus. Primo quia erat via sua. Nam ipse ex die in ramispalmarum usque ad diem cenæ quoridie ibat de Bethania, & in Ierusalem ad prædicandū in tēplum, & inde redibat ad cibum in Bethania, ut colligitur Marci 11. c. Et declaratum est sup. 21. c. q. 98. Et ita cum nunc illa die diu predicasset, & disputasset in tēplo, cū egressus est de illo, ibat in Bethaniā, & tunc oportebat, q̄ transiret per montem Oliueti, cum Bethania sit in latere montis Oliueti, ut dicit Remigius & habetur in lib. de situ terræ sanctæ. Secunda causa, ut Christus existeret in mōte Oliueti erat, quia illis diebus, qui fuerant a die Palmarum vsque ad passionem Christi, dormiebat Christus in monte Oliueti, erat sua occupatio sic. f. q̄ in aurora statim ibat ad templum, & statim predicabat, & rēdebant quæstib. & manebat magna parte diei, postea ibat in Bethaniā & sumebat cibum cum discipulis, & ad noctem ibat ad mōtem Oliueti, & ibi dormiebat, sequenti die in aurora redibat in templum sic colligitur. Luc. 21. c. f. erat autem dieb. docens in templo, noctibus vero exiens morabatur in monte, q̄ vocatur Oliueti, & omnis populus manebat ad eū in templo audire eum. Sed dicitur ex qua causa istarum erat in monte Oliueti, quando interrogauerunt eum?

Dicendum v̄, q̄ ex secunda causa. f. quia ad vesperum declinauerat ad montē Oliueti, ut ibi dormiret, & cum ibi esset, quæsierunt hoc ab eo. Et patet hoc primo, quia dicitur sedente eo, & tamen si esset eundo de Ierusalem in Bethaniā, non sederet super montē Oliueti: sed iret vsq; Bethaniā dum prope Ierusalem esset, & non esset opus sedere in itinere.

Secundo quia Mar. 13. c. dicit, q̄ sedebat in mōte Oliueti contra Ierusalem, & tamen si eundo in Bethaniā sederet, non videretur, q̄ sederet contra Ierusalem.

Tertio & efficacius, quia cum sedit Ch̄s in monte Oliueti quæsierunt discipuli hæc, & rēdit ea, quæ habentur in toto hoc & sequenti c. vsq; ad principiu 26. c. ut colligitur ex continuatione literæ, & tamen hæc non poterat dicere, nisi cum diu maneret, non erat hoc verisimile, si Christus iret in via de Ierusalem in Bethaniā ad sumendū cibum, quia tunc non tādū moraretur sedens, ergo erat ad noctem, cum sedebat in monte. Quarto quia cū discipuli Christi essent homines prudentes, captarent horam quærendi, manifestum est aut, q̄ de rebus tam grauib. f. de tempore destructionis Ierusalem, & de consummatione sæculi non erat locus petendi cum Christus iret itinens ad sumendum cibum iam longa parte diei præterita, imo ista fuit causa quare dicuntur discipuli accessisse, tunc ad Christum. Erat autem hora conueniēs postquam Christus sumpto cibo in Bethania rediret in mōtem Oliueti, quia tunc nihil necessarium acturus videbatur, quod istam quæstionem impediret.

Quare in monte Oliueti specialiter de hoc quæsierunt discipuli. Quæst. XII.

QVAERETVR quare in monte Oliueti specialiter de hoc quæsierunt discipuli.

Dicendū, q̄ forte quia vsq; ad illum locū nō occurrit eis ista quære, f. quia quando egrediebatur de templo, ostēderunt ei discipuli ædificia templi, & ipse dixit, non relinqueretur lapis super lapidem, circa q̄ discipuli cogitauerunt, & non occurrit eis in mentem quære de tempore illarū rerum statim, sed postea cum multa cogitassent, occurrit eis in monte Oliueti manentibus ipso die, ideo tunc quæsierunt.

Secundo quia forte antehoc cogitauerant de quærendo hoc a Christo, & tamen non occurrit eis hora opportuna ad quæradum quousq; ibi sederet Christi-

stus, ideo tunc quæsierunt. Et hoc verisimilius est, quam præcedens dictum.

Tertio fuit specialiter, quia locus dabit ad hanc quæstionem occasionem quandam. Nam dictū fuerat supra, q̄ non maneret in tēplo lapis super lapidem qui non destrueretur. De quo nunc quæreere voluerunt, q̄n fieret, & quia non statim quæsierunt, ut Ch̄s illud dixit, oportebat q̄ ad hoc, q̄ postea quæreret occurreret aliqua occasio, nulla aut melior erat quā videre templum, de quo quærendum erat, Nam sicut a principio, quia Christo egrediente de templo videbant discipuli strūcturas eius, moti fuerunt ad quærendum, & admirandum de pulchritudine, ita ut de illa loqueretur Christo, a fortiori cum rursus occurreret eis videre templum de nouo esset occasio ad quærendum de tpe euerfionis templi de qua iam Christus sermonem fecerat, sed templū videri poterat ex mōte Oliueti, ideo cū ibi Christus esset, videntes discipuli templum haberent occasionem quærendi de tempore euentus destructionis templi. Et ista est vera causa, & hoc colligitur Mar. 13. c. f. & cū sederet in monte Oliuarum cōtra templum interrogabant eum. Et ita hoc quod erat sedere contra templum fuit causa quærendi de euerfione templi. Et Beda idē dicit. f. sedet dominus in monte Oliuarum contra templum, cum de ruina, & excidio templi disputat, ut etiam ipso corporis situ verbis, quæ loquitur congruat.

Quare dixit Matr. quod sedente Christo in monte Oliueti quæsitæ sunt hæc. Quæst. XIII.

QVAERETVR quare dixit Matthæus, q̄ sedente Christo in monte Oliueti quæsitæ sunt hæc.

Aliqui dicunt, q̄ ideo dicit, quia sic fuit in veritate. Dicendum q̄ nō est hæc causa proxima, nā multa fecit, & dixit Christus, quæ nō sunt scripta, ut dicit Io. 20.

Sed dicendū, q̄ quæcūq; in sacra scriptura ponuntur, nō ideo præcipue scribuntur, quia ita fuerunt, sed quia aliquid faciunt ad intentionem scribentium, & eorum, de quib. agitur. Dicit ergo q̄ sedente Ch̄s quæsitæ sunt hæc. Primo ad ostendendum prudentiam quærentium. Nam de reb. grauib. nō quæreret homo prudens, nisi dato ocio. Secundo ad ostendendum conditionē rerum, de quib. querebatur, q̄ essent difficiles. f. de tpe euerfionis templi, & de die iudicij & confirmatione sæculi, ut aliqui exponunt, & ad hoc erat locus, & tps conueniens Christo sedente super mōtem Oliueti. Nā tunc Christus declinabat illuc ad manendum ibi p̄ noctem, & cum non esset rem aliam acturus, nisi docere discipulos ibi, vel orare, inuēta oportunitate quæsierunt, & ita Christus potuit eis tūc multa dicere sicut & fecit. Dicit aut Matthæus hic Christo sedente super montem Oliueti, & non dixit simpliciter in monte Oliueti, f. ut innuat, q̄ ex loco illo in quo erat poterat videri templum, cum esset super montem, i. in parte excelsa, quod non fieret, si solum esset in mōte, cum posset esse in parte humili, ex qua non videretur Ierusalem. Marcus autem non dixit super montem, sed in monte, & tamen addit id, q̄ magis notificat. f. cum sederet in monte Oliuarum contra templum, i. in tali loco, de quo templum videret.

Quare dicitur, quod accesserunt hic discipuli ad Christum. Quæst. XIII.

QVAERETVR quare dicit, q̄ accesserunt hic discipuli ad Christum. Dicit potest vno mō, q̄ istud accedere non est, nisi ex mō loquēdi Matthæi, ut ostendat parentes tūc esse discipulos Christi, ita ut ab eo quære possent. sicut dictū est sup. q. 4. Nā est dicit sic supra. f. accesserit ad eū discipuli eius, ut ostēderet ei ædificationes. Secundo

Secundo potest dici, & melius, q̄ hic vere accesserunt. Nam Christo sedente erant omnes discipuli non longe ab eo, ut audirent illum, sed aliqui eorū voluerunt Christo loqui in secreto, quia dicitur in litera. accesserunt ad eum discipuli eius secreto, & Mar. 13. c. dicitur, interrogabant eum separatim, sed ad hoc q̄ secreto interrogarent, necesse erat magis appropinquare ei quam prius, vel separare eum a cæteris. Sicut dicitur Mar. 13. q̄ separatim interrogauerunt, ideo recte dicitur, q̄ accesserunt.

Qui erant isti discipuli qui hoc interrogauerunt. Quæst. XV.

QVAERETVR qui erant isti discipuli, qui interrogauerunt hæc. Aliqui dicunt, q̄ erat vnus. Nam saepe dicuntur discipuli Christi loqui quærendo, vel respondendo, & vnus tantum hoc agit, sicut supra dicitur, accesserunt ad eum discipuli eius, ut ostēderet ei ædificationes, & tamen vnus erat, ut ostensum est sup. q. 5. & Mar. 13. c. Dicendum q̄ hic multi fuerunt discipuli quærentes, quia tam Marcus quā Matthæus & Lucas dicunt quæsitū esse à discipulis. Sed dicitur, qui erant isti. Dicendum q̄ quatuor, quos specialiter solus Marcus expressit. i. Petrus, & Iacob, Ioānes, & Andreas, & hoc fecerit, quia ista quæstio erat magna, & non audeat de illa petere a Christo, nisi qui cōfidenter se haberet ad eum. Hi autem erant tres. f. Petrus, Iacobus, & Ioānes qui specialiter solebant à Christo vocari, ut patet, sup. 17. & inf. 26. c. Nam hi supra cæteros priuilegia habuerunt, & cum his accessit quartus, scilicet Andreas frater Petri, & hi quatuor quæsierunt.

Discipuli ferme semper Christi alloquuntur.

Quomodo dicitur, quod in secreto interrogauerunt discipuli, & quare. Quæst. XVI.

QVAERETVR quomodo dicitur, q̄ in secreto interrogauerunt discipuli, & quare.

Dicendum ad primū, q̄ cum Christus esset docēs oēs in cōi & ad oēs loquens, quidam segregauerunt eū ab alijs, ut non audirent oēs, q̄ quærebatur, & rēdebatur. Et hoc est, quod dicit Mar. 13. c. f. interrogabant eum separatim. Ad secundū dicunt aliqui, q̄ ideo secreto interrogauerunt, q̄ noluerunt, q̄ turbæ istud audirent, quia talia non erant comunicanda turbis.

Sed dicendū, q̄ non stat, quia nullæ turbæ aderant, q̄ ista quærebantur, nā quæsitæ fuerunt in mōte Oliueti, ut patet sup. in litera. Et hoc quādo Christus declinauerat ad montē illū, ut maneret ibi per noctē, ut dictum est, sup. & tunc cum solis discipulis suis declinabat; iō non poterant audire turbæ, et si secreto non peterentur ista. Sed est dicendum, q̄ secreto dicitur interrogasse, quia cū esset Christus cum omnib. discipulis suis, i. cū duodecim in monte Oliueti non quæsiuerūt hoc oēs, sed soli quatuor, i. Petrus, & Iacob, Ioānes, & Andreas. Mar. 13. c. Et isti noluerunt q̄ alij audirent quod petebatur, & sic separauerunt eū a cæteris ad quærendum de hoc. Tunc aut quæreretur quare isti secreto quæsierunt. Aliqui dicunt, q̄ voluerūt soli hæc rē scire nolētes q̄ alij in hoc eis pares essent. Sed dicendum, q̄ nō stat, quia istud ad inuidiā pertinet, & Ch̄s argueret eos si pp hoc agerent sicut arguit eos, quando contēdebant quis ipsorū maior videretur, sup. 18. & Mar. 9. c. & Luc. 9. c. & forte non responderet eis, quia essent indigni responsione agentis ex inuidia. Vel et si pp singularem excellentiam hæc peterent dato, q̄ non agerent ex liuore, non responderet eis ad intentionem ipsorum, sicut quando Ioānes, & Iacobus cum matre eorū petierunt, ut sederent ad dexteram Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

& sinistram eius in regno suo. sup. 20. c. Nam non cessit quod petebatur. Sed increpuit eos. eo. c. & tamē hic audiuit benigne eorum quæstionem, & respondit, ergo non propter hoc soli quæsierunt.

Sed dicendum, q̄ primo fuit, quia isti audaciores erant, & familiares circa Christi, & sic securius audebant quæreere ab eo, alij forte de rebus tam grauib. non ausi sunt cum eis simul quæreere.

Secundo & melius fuit hoc, quia de reb. grauib. quæsituri erant. f. de destructione Ierusalem, & de cōsummatione sæculi, talia autē nō sunt omnib. comunicanda, ideo noluerunt quæreere præsentibus & audientibus omnibus. Sic dicit Chryl. super Matthæum propter hoc secreto accesserunt, quia de magnis erant interrogaturi. Tertio fuit & præcipue, quia sciebant conditionē Christi, ipse nolebat circa res arduas omnes suos discipulos præsentem esse, sed solebat segregare tres, idest Petrum, Ioānem, & Iacobum, ut fuit in transfiguratione. sup. 17. & Mar. 9. & Luc. 9. sed ista quæstio erat magna, ideo putauerunt, q̄ non placeret Christo, q̄ publicē quæreretur, vnde eum secreto interrogauerunt, & sic accesserunt illi tres, qui ad secreta vocari cōsueuerant a Christo, & cum eis Andreas frater Petri.

Quare discipuli quæsierunt de consummatione sæculi. Quæst. XVII.

QVAERETVR quare discipuli de hac re quæsierunt.

Dicendū q̄ aliqui volunt fuisse hic factam vnicam quæstionem, alij verò tres, ut magis dicitur seq. q. vna aut in qua oēs concordant fuit de tēplo, de alijs vero postea. Est autem dicendum, q̄ prima causa fuit, quia Christus quādo egredere fuerat de tēplo, dixit esse illud destruendum, ita q̄ non maneret lapis super lapidem, qui non destrueretur, erat autem ista res magna, & non determinauerat tempus eius Christus, sed solum dixit. Venient dies, in quib. nō relinqueretur lapis super lapidem. Luc. 21. c. ideo habuerunt causam quærendi. Sic dicit Remigius. perseveras dominus in itinere peruenit ad montem Oliueti, & quibusdā discipulis in via ostenditibus & laudantibus ædificationes tēpli, ipse palā prædixerat oīa destruenda, idcirco cum peruenisset ad mōtem Oliueti accesserunt ad eum, & interrogauerunt ipsum. Et idem dicit Beda. Secunda causa, & præcipua fuit, quia hoc multum pertinebat ad ipsos. Nam si Christus prædiceret destruēda regna Indorum aut Chaldaeorum, nō multum curarent discipuli quæreere, quando ista fierent, quia illud non attinebat ad eos, sed destrui Ierusalem & templū maxime ad eos expectabat, ideo dignum erat, q̄ quærerent. Primo quia totus cultus diuinus fiebat s̄m legem veterē in templo illo, destructo autem templo videbatur nullus ritus ceremoniarum manere, & p̄n erat signum cessationis legis Dei. Scire autē tps, quo hæc acciderent, ut instruerentur quē cultum vel modum ceremoniarum postea tenere dēret, vade erat conueniens. Secundo quia isti discipuli Christi erant Iudæi oēs. ut dicit Actuum. 2. c. f. omne oēs hi, qui loquuntur Galilæi sunt? & si Ierusalem & templum euerit dēbant, v̄ q̄ non deberet fieri sine graui bello, sicut iterum facta fuerat desolatio Ierusalem, & in flāmatio templi à Chaldeis tempore Sedechie. 4. Reg. 25. c. Erat autem conueniens, q̄ isti scirent tps, quo ista acciderent ad hoc q̄ possent prouidere sibi, & fugere ad loca tuta. Et ista fuit causa quare Christus ad hoc respondit, & dedit signum de tpe, quo illa fierent, & ait, tūc q̄ in Iudæa sunt fugiat ad mōtes, inf. in lra, idest

ascendant ad loca tuta, in quibus non erit bellum, neque perueniet illuc Romanus exercitus. Etiam declarauit illis de tempore durationis. s. q. abbreviabuntur dies illi propter electos. Infra in litera.

An discipuli fecerunt hic unam, uel plures quaestiones. Quæst. XXIII.

Quæretur an discipuli fecerunt hic unam, uel plures quaestiones.

Alii dicunt, q. fuerunt tres quaestiones. s. de tempore euerisionis, Ierusalem, & de tempore aduentus Christi, & de consummatione sæculi.

Et hoc patet primo, quia sic videtur dici in litera. s. dicit nobis, quando hæc erunt, & quod signum est aduentus tui, & cõsummationis sæculi, manifestum est. n. istam non esse unam quaestione. Secundo quia v. Christus in verbis Matthæi. inf. respondere ad oēs tres quaestiones, cū non possint oīa verba illa exponi de euerisione Ierusalem, ideo erūt tres quaestiones. Aliqui dicūt, q. sit vnica quaestio. s. de tpe euerisionis Ierusalē. Et patet primo, quia Marcus, & Lucas ponentes hæc, solū posuerūt vnā. s. de destructione Ierusalem. Nam dicitur Mar. 13. c. dic nobis quādo ista fiet, & qd signum erit cū oīa hæc incipiet cõsummari. Et nihil plus addidit & Luc. 21. c. dī. præceptor quando hæc erūt, & q. signum cum hæc incipient fieri? Secundo apparet, quia ex responsione iuxta Lucā non inuenitur aliquid nisi de destructione Ierusalem, & tamen si de trib. quaest. rō esset responderet Christus de illis. Dicendū, q. non est dubiū, quin discipuli de trib. quaest. fuerint cum verbis expresserint, vt apparet ex litera. Itē rñsiones Christi ad hoc ponuntur. Nam de euerisione & signis eueritendæ Ierusalē qñ fiet ponitur statim & durat, vt aliqui volunt, vsq. ad illū locum, tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut (vt alij volunt) vsq. ad illum locū, s. statim aut post tribulationē, licet de hoc an ibi, vel alibi finiatur ex literæ expositione magis apparebit. Itē apparet, quia Christus loquitur de aduentu ad iudicium & cõsummatione sæculi, q. seq. c. vbi tota litera est continuata cum hac aperte loquitur de aduentu suo ad iudicium, & quō oēs gentes erūt ante eum, & post iudiciū quidā ibunt in vitam æternā, alij vero in ignē æternū. Sed hæc non pertinent ad Ierusalē eueritendā, ideo respōdet nō solū ad qñem de tpe euerisionis Ierusalem, sed et ad alias duas. Itē quia hoc exprimit Augustinus in Enchiridion dicens, interrogantib. discipulis ea dominus respondit, quæ iā fuerāt ex illo tpe secutura, siue de excidio Ierusalē, vnde orta est ipsius interrogationis occasio, siue de aduentu suo per ecclesiā in qua vsq. ad finem venire non cessat, siue de ipso, siue in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cum itaque signa dicat, quæ ad ista tria pertinent, q. eorum trium signorum ad aliquid horum referendum sit, diligenter considerandū est, ne forte quod pertinet ad vnum referendū putemus ad aliud. Idem Ambrosius super Lucā, & ceteri sancti Doctores, & apertius dicit hoc Hieronymus super Matthæum, s. interrogant tria. s. quō tpe Ierusalē destruetur, & quō tempore Christus venturus, & quō tempore consummatio sæculi sit futura. Ad primam rationem in oppositum dicendū, q. non vrget. Nam si ideo, quia Marcus & Lucas non posuerunt, nisi vnā quaestione, non esset nisi vnā, sequeretur, quod ideo quia Ioannes Euangelista nullam de his posuit, nulla esset quaestio, quod absurdum est. Vnde Ambrosius exponens Lucam dicit, q. Matthæus addidit ad Lucam, s. ponens tres quaestiones de tempore euerisionis Ierusalem: de tempore aduentus: & de consummatione sæculi.

Ad secundum dicendū, q. non est inuentionis, immo egit Lucas conuenientissimē, posuerat. n. Christum interrogatum de vnare, ideo inartificiosum erat introducere eum de tribus respondentem. Et dicitur de hoc magis infra q. 20.

Quare Ioannes de his quaestibus nullam egit mentionem, neque de responsione. Quæst. XXI.

Quæretur quare Ioannes Euangelista de his quaestibus discipulorum nullam egit omnino mentionem, neque de responsione.

Dici potest non esse mirum, quia multa alia sunt, de quib. nullam omnino fecit mentionem, sicut de Christi conceptione, & natiuitate, & oblatione in templum, & ceteris, quæ vsq. ad annum tricesimū Christi acciderūt, qui incipit in baptismo suo. Nam inde exordium est Ioannis, & Marc. sed hæc priora Lucas descripsit primo & secundo capitulo. Etiam de aduentu & adoratione magorum, & fuga domini in Egyptum, & innocētum occisione nihil omnino Ioannes retigit, quod Matt. dixit. sup. 2. c. Et ita multa alia omisit, quæ neque vel leuiter retigit vt ipse dixit, s. multa alia fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt Ioā. 20. c. & ideo ita potuit omittere istud, nihil illud tangendo.

Secundo fuit, quia vt asserit Hieronymus, & Augustinus, Ioannes Euangelista, quia fuit posterior alij Euangelistis in scribendo, vidit eorū scripta, & approbat, & aliqd. quod eis de erat, apponere voluit: sed responsionem ad istas quaestiones discipulorum vidit plenissimē positam esse à Matthæo hic & c. seq. ideo repetere non curauit, neque tangere saltem.

Tertio fuit, quia scribere hæc videbatur Ioanni aliqualiter suspectum, quod non erat in alijs Euangelistis. Et causa est, quia Christus prædixit ista per modū prophetiæ, quæ erāt de destructione Ierusalem, quia non fuerant facta statim, sed quasi annis quadraginta duobus post mortē Christi, vt ex historijs colligitur, & ideo Euangelista debuerunt illud scribere per modum prophetiæ: Euangelista autem tres scripturas antequam illa implerentur, immo ante destructionem Ierusalem impleuerunt, quod & Christus innuit, vt dicitur Luc. 21. scilicet sed ante hæc omnia, id est ante euerisionem Ierusalem, de qua ibi loquitur, injicient vobis manus suas tradentes, & persequētes. Ioannes verō Euangelista vixit etiam multo tempore post destructionem Ierusalē: si ergo de illa scriberet magis diceret historiam narrarem quam prophetiā scribere, & ideo noluit hoc tangere. Sic dicit Chrysost. in homelia, scilicet intende autem spiritus sancti dispensationem, quoniam nihil horum scripsit Ioannes, vt non videretur ex ipsa eorum, quæ facta sunt historia, etenim post captionem Ierusalem vixit multo tempore, sed qui antea mortui sunt nihil horum viderunt, ipsi scribunt, vt vndique fulgeat prænnuntiationis virtus.

Quare discipuli quaesierunt de Christi aduentu, & sæculi consummatione. Quæst. XX.

Quæretur quare discipuli quaesierunt de aduentu Christi, & consummatione sæculi.

Dicunt aliqui, quod ideo fuit, quia nunc Christus erat in monte Oliueti iuxta Ierusalem, & ibi futurum est iudicium in valle Iosaphat, quæ est ad radicem montis Oliueti, ideo de aduentu suo & consummatione sæculi, quæ simul sunt cū iudicio, quaesierunt, sic tenet Nicolaus.

Vallis Iosaphat ubi iudicium.

Sed

Sed dicendum q. non stat. Primò quia hoc supponit, q. discipuli scirent futurum esse iudicium in valle Iosaphat, sed falsum videtur, quia ipsi nondū sciebant neque intelligebāt scripturas, sed Christus post resurrectionem declarauit eis illas aperiendo intellectum eorum, vt dicitur Luc. 24. c. & per missionem Spiritus sancti factum est abundantijs Io. 14. & 16. c.

Secundò quia dato, q. hoc scirent si istud moueret eos ad querēdum multo ante hoc quaesierunt, cum sepe starent cum Christo in Ierusalē & in monte Oliueti, & tamen nunc quaesierunt, ergo non fuit illud motuum. Alij dicunt hoc factū esse, quia Deus mouit corda discipulorum ad querēdum hoc. Nam dici de his rebus erat summē necessarium, vt sciremus futurum iudicium, in quo speramus totam retributionem nostram, sed de hoc non diceretur, nisi quæretet aliqui discipulorum, ideo mouit Christus discipulos ad querēdum de his. Dicendum q. hoc sustineri potest, sed non est causa propria, neque immediata, maxime cum non exprimat, & possit alia haberi.

Est ergo dicendum q. ratio quaestiois fuit, quia discipuli putabant ista coniuñta esse, s. finem mundi & destructionem Ierusalem, de quo erat intentio principalis, quaesierunt consequenter de alijs duobus. Et ista est veritas, & magis declarabitur seq. q. & vsq. ad 26. Sic dicit Chryss. Lucas ait vnā esse interrogatiōnem, quæ est de Ierusalem quasi assumantib. discipulis tunc futurum esse Christi aduentum, & finē mudi quod Ierusalem destrueretur. Et ista est etiā causa quare Marcus & Lucas vnā solum posuerunt quaestione, cū Matthæus exprimat tres, s. quia vna erat principaliter intenta de tempore destructionis Ierusalem. Duæ autem erant consequentes ad illam, & licet secundum veritatem non erat sic q. ista tria consequantur se, tamē discipuli ita credebāt, ideo quæsi to de vno, quæbatur de alijs, & sic Euangelista sequētes intentionem discipulorum, posita quaestione principalis. s. de euerisione Ierusalem, tacerunt alias duas, quia videbātur subintelligi. Matt. autem omnes tres expressit. Et in hoc diligētius se habuit Matth. quam alij propter duo. Primo quia ipse primus scripsit, & voluit rem hanc plenius scribere, i. quantum scribi poterat. ceteri vero fortassis videntes scripta a Matthæo non curauerunt tam plene scribere. Secundo fuit quia Matth. scribebat Euangelium Iudeis ad Christū conuersis manentib. in Iudæa. Nam postquam ipse illud prædicauit in Iudæa volēs ire in Aethiopiā, quæ forte sibi predicationis obuenerat, reliquit Euangelium scriptum his, quibus prædicauerat, vt ait Hier. in prologo super Matth. qui incipit, Matth. & in lib. De illis scribit. Luc. verò non scripsit Iudæis manentib. in Iudæa, sed potius in græco. Marcus verò dicitur in Italia scripsisse, sed illis non erat multum necessariū prouidere casus Ierusalem, quæ nō attinebat ad eos, sed ad illos, qui erant in Iudæa, ideo Matth. debuit diligētius, & diffusius de his scribere, potissime quantum ad tempus & signa euerisionis Ierusalem.

In explicatione quaestiois Matt. diligētius se habuit duabus de causis.

Quis erat Christi aduentus, de quo discipuli loquebantur. Quæst. XXI.

Quæretur quis erat aduentus iste Christi, de quo loquebātur discipuli. Solet dici, q. quadruplex est aduentus Christi. Vnus est in carne. i. vt carnē sumeret. Alius est in animam. Tertius est ad mortem hominis. Quartus est ad iudicium. Origenes autem distinguit duos, s. aduentum per prædicationem, id est quando prædicatur nobis verbum Christi dicitur ad nos venire Christus. Et alius est cum recipitur in cordib. perfectorum. Cum ait, est duplex aduentus verbi Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

id est Christi in animam, primus quidem stulta prædicatio de Christo. Secundus est aduentus in vris perfectis. Sed dicendum, q. non potest intelligi de aliquo istorum. De primo patet, quia iam Christus venerat in carnē. illam sumperat. De secundo non oportebat queri, quia quotidie Christus venit in animas sanctas, & prophetas, & amicos Dei constituit Sap. 7. ca. ideo non erat querendū de hoc, quando veniet, cum quotidie veniat. Item quia ex modo loquēdi discipulorum innuitur, q. ille erat vnus aduentus & simplex & tamen aduentus in anima non est vnicus, sed multi quot sunt animæ sanctæ, & quotiens sanctificantur & dantur eis dona, quæ attribuuntur filio, ideo nō potest intelligi de hoc. De tertio non potest intelligi, quia certum est, quando tunc veniet, quia veniet quando homo moritur, & ita non quærent. Itē quia non est vnicus aduentus sed multi, & tñ discipuli de aduentu quasi de vno quærent. Eodem modo dicendū, q. non potest stare de aliquo duorum, quos ponit Origenes, quia primus est aduentus per prædicationē. Et de hoc non oportebat queri, quia quæcumq. prædicatur aliqd. de Christo dicitur venire. Iam autē statim prædicatur erāt ipsi Christum, & mox post resurrectionem suā prædicatus est, ideo non quæbatur de hoc. Etia quia ille aduentus non est vnus, sed multi. s. quotiens Christus prædicatur. De secundo aduentu Origenes planum est, q. non quæbatur, quia ille idē est cum secundo supra posito, qui est aduentus in animā. De quarto supra posito est magis dubium & putat aliqui, q. ille sit, & patet quia de illo respondit Christus in litera. Nam inf. in litera, & sequenti. c. posuit de aduentu suo ad iudicandum. Sed dicendum q. non stat, quia tunc nō ponerent discipuli tres quaestiones, s. de Ierusalem, & de aduentu Christi, & de consummatione sæculi. Nam aduentus ad iudicium est finis sæculi, cum postea non erit dies, & nox neque alia viuētia super terram, ideo solum quærent de aduentu Christi, & non de consummatione sæculi cū idē sint realiter. Est ergo dicendū q. aduentus Christi accipitur hic pro aduentu ad regnādū tpaliter. s. principium regni eius temporalis erat aduentus suus. Et hoc est, quia discipuli errabant adhuc circa Christum. Nam putabant q. regnū suum debebat esse tpale, sicut regnū David & Salomonis, nisi q. esset in maiori potestate & prosperitate. Sic. n. omnes Iudæi credebant, & q. congregaret oēs dispersos Iudæos per oēs gentes, sicut vir dicere propheta in cortice literæ quātum ad parum considerantes. Iesum autē credebant discipuli esse Christum, & Messiam, quod verum erat. Et quia adhuc ipsi nesciebant veritatem de conditione regni Christi, putabant q. ipse regnatus esset temporaliter, sicut regnauerant David & Salomon, & quia hoc nondum videbant expectabant adhuc aliquādo illud esse futurum. Et de hoc pe tebant, qñ esset. Quod autē hunc aduentū sperarent parer, quia quando ascendit in coelū petierunt a Christo discipuli, Domine si in tpe hoc restitues regnum Israel Actū. u. c. restitutio autē regni Israel erat, q. oēs Iudæi dispersi per gentes redirent in terram suam, & haberent regem sicut in tpe David, & non subijcerentur gentibus: hoc autē per Messiam futurum esse sperabant, ideo dicebant ei. Si in tempore hoc restitues regnū Israel. i. nō petimus, an restitues, quia de hoc certi sumus, cum tu sis Messias, sed de tempore dubitamus, & ideo nō petierunt absolute, an restitutus esset regnū Israel, sed an in tpe hoc. Etia patet hoc ex responsione Christi ibi, quia non respondit an restitutus esset, vel nō, quasi supponeret verū esse, q. restitueret sicut illi dicebant, sed respondit de tpe, dicens, nō est vestrū nosse tpa, & momenta, quæ p. posuēt in sua ptate. q. 9. Et ego restitua, & hoc vos scire potestis

K k 4 sed

sed tempus non potestis, quia Deus nulli vult reuelare, cum sibi soli referret.

Item apparet, qd de isto aduentu loquerentur discipuli, quia Christus aliqua dixerat, ex quibus poterat istud intelligi. Nam supra 16. ca. dicitur. sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Et ita Christus innuit se regnaturum & nondum regnare. Et dixit se venturum, s. venientem in regno suo, et go ipsi conuenienter quaesierunt iuxta modum loquendi Christi, vt quaerent de aduentu eius, cum ipse in regno suo diceret se venturum. Et illud regnum nondum intellexerat ipsi nisi temporaliter. Nam verum erat, qd de transfiguratione intelligebatur, sed ipsi nondum sic acceperant. Item mouebantur ad hoc, quia paulo ante, scilicet sup. 19. c. dixerat eis Christus. Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, cum filius hominis sederit in sede maiestatis suae. Hoc autem de regno temporali intelligebant, cum dicitur iudicaturi tribus duodecim Israel. Putabant enim, qd Christus regnaturus esset temporaliter congregando omnes Iudaeos in terram suam de 12. tribubus Israel, sicut fecit Salomon. 3. Reg. 4. c. & Dauid eodem modo 1. Paral. 27. cap. quando autem veniret Christus in istud regnum sperabant, & ideo quaerebant.

Ad rationem in contrarium dicendum, qd non quaesierunt discipuli de aduentu ad iudicium, sed de praedicto modo, & non valet, qd Christus responderit de aduentu ad iudicium. Primo quia discipuli quaerentes de aduentu eius, errabant putantes eum venturum ad regnandum carnaliter, quod nunquam futurum erat, & ideo Christus relicto eorum errore respondit de eo, quod verum erat, scilicet de aduentu ad iudicium quia illud est regnum suum, licet discipuli ante hoc nunquam intellexerant. Tunc enim regnabit, & apparebit in maiestate sua, & erunt illi omnia subiecta. 1. Cor. 15. c. Et hoc regnum non est in hac vita, i. quantum diu hic homines viuunt, sicut ipse dixit. Regnum meum non est de hoc mundo. Io. 18. ca. ideo aduentus Christi ad regnandum, est aduentus ad iudicium, & non habet Christus alium aduentum, ideo rationabiliter Christus de illo aduentu loquitur, licet de illo non quaesierant discipuli. Sic enim aliquando solet facere, sicut Actu. 1. c. quando quaesierunt illi. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Et loquebantur de regno temporali, vt declaratum est. Christus tamen non respondit eis de hoc, nam cum ait, non est vestrum nosse tempora & momenta, innuebat, qd aliquid futurum erat, tamen tempus & hora illius non poterant ipsi scire, & tamen accipiendo restitutionem regni Israel in sensu in quo illi accipiebant nunquam erat futura ideo necesse est accipi de alia re, quae aliquando futura erat, cuius tempus ipsi ignorabant, & sic non respondit ad intentionem illorum.

Aliter potest dici, qd Christus non respondit principaliter ad quaestionem de aduentu suo per hoc, qd dixit se venturum in maiestate, & iudicaturum, vt habetur sequenti. ca. sed ostendendo, qd non esset futurus talis aduentus qualem ipsi putabant, & ideo dixit, qd non expectarent eum sic. Et si aliquis diceret se esse Christum, non crederetur ei, & ita ait. inf. in littera. Videre ne quis vos seducat, multi enim venient in nomine meo, dicentes, ego sum Christus, & multos seducunt. Et illud quod inf. habetur, scilicet tunc si quis vobis dixerit. Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Et ita Christus tenuit continuentem modum respondendi ad quaestionem illam de aduentu suo. Nam aduentus, quem putabant discipuli Christi nunquam erat futurus, & alius aduentus, de quo ipsi, nesciebant erat

futurus: ideo primo absulit illum aduentum, quem illi putabant, & de quo credebant. Et iste est aduentus pseudo prophetarum, & postea posuit verum aduentum, quem illi nondum sciebant neque de illo petebant, & iste erat aduentus ad iudicium.

An discipuli aliquam consummationem seculi credebant. Quast. XXI.

Quaeritur quomodo quaesierunt discipuli de consummatione seculi, & an credebant aliquam consummationem seculi.

Dicendum qd licet gentiles non crederent futuram consummationem seculi, discipuli tamen Christi credebant eam. Primo quia forte erant de hoc aliquae positiones Iudaeorum, quibus ipsi assentiebant. Nam de statu animarum varia positio erat, quibusdam dicentibus non esse animam, neq; angelum, neq; resurrectionem, quod faciebant Sadducei, alijs asserentibus omnia haec esse, vt erant Pharisei, vt patet sup. 22. c. & Actu. 23. sed qui tenent futuram resurrectionem generalem tenent necessario finendum mundum, quia alias nunquam erit generalis resurrectio, cum aliqui viuunt, qui non resurgent, neque mortui sunt, neq; erit verum aliquando hoc dato, qd omnes homines essent mortui ideo necesse erat, qd Pharisei tenerent mundum aliquando finendum, & tamen positionem Pharisaeorum sequebantur plurimi, quia habebant illos in magna reuerentia, ideo tenerent illam discipuli Christi, potissime quia ipsam Christus approbauerat confundendo Sadduceos. sup. 22. c. ergo isti credebant aliquando mundum consummandum. Secundo hoc accipiebant ex doctrina Christi, quia ipse asseruerat resurrectionem. sup. 22. & Luc. 20. ca. & data resurrectione generali necessarius est finis seculi, vt dictum est. Tercio colligebatur hoc ex diebus Messiae, quia post regnum Messiae non credebant Iudaei futurum esse aliquod regnum neque gentem, & tamen nunc messias erat, ideo putabant aliquando consummandum mundum. Quarto colligebatur ex destructione Ierusalem. Nam cum Ierusalem destruenda esset funditus, & templum, non putabant hoc accidere nisi in consummatione seculi, ideo credebant esse consummationem futuram.

Quare discipuli post quaesitum de euerione Ierusalem quaesierunt de aduentu Christi. Quast. XXI.

Quaeritur suppositis his propter quid cum quaesierunt discipuli de euerione Ierusalem quaesierunt de aduentu Christi, & de consummatione seculi.

Dicendum, qd quaerebant discipuli de aduentu Christi, quia in eo expectabant maximum honorem. Nam promiserat eis, qd sederent super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. sup. 19. c. quod intelligebatur carnaliter, s. de regno temporali. Et hoc erat futurum quoniam Christus regnaret, ideo desiderabant aduentum eius, & petebant de eo. Ratio tamen quare quaesierunt de destructione Ierusalem quaesierunt de aduentu Christi, fuit primo quia videbantur ista repugnare. Nam regnum Christi putabant esse temporale, & illud futurum in Ierusalem, vbi regnauerant Dauid & Salomon, cum prophetae praenunciassent de Messia, qd sederet super solium Dauid, sed destructa Ierusalem funditus non poterat esse regnum, quia sedes regni & principatus erat ibi, ideo videbantur ista repugnare. s. qd ipse regnaret, & qd Ierusalem destrueretur, & ideo quaerunt de aduentu eius. s. quo stabit aduentus eius, cum destructione Ierusalem. Secunda ratio est, quia credebant certissime

Vnde or si habuerit que- stio de Christi aduentu.

Christus aduentu habet ad iudicium.

Io. Euag. ostendit discipulis erat iunior.

siue Christi regnaturum taliter cum esset Messias, & A rursus credebant verum esse, qd ille praedixerat de destructione Ierusalem, & necessarium videbatur, qd ipse regnaret ante destructionem eius. Nam delata Ierusalem a fundamentis nemo in ea regnare poterat, & ideo volebant scire, quando esset euerio Ierusalem, & quando aduentus Christi ad regnandum, vt sciendo tempus intermedium colligerent quantum duraret regnum Christi, & ita consequenter de ipsorum dominio temporali scirent quantum duraret.

Tertia ratio est, quia discipuli credebant regnum Christi temporale cito venturum esse, quia ipse dixerat eis supra 16. cap. sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Et putabant hoc esse regnum temporale, oportebat autem aduenire, quod omnes illi erant viri maturi, nisi Ioannes Euangelista, qui erat omnibus iunior, & antequam illi morerentur venire debebat regnum Christi. Nam licet de transfiguratione intelligeretur in qua viderunt Christi maiestatem, non accipiebant ipsi de hoc, sed de regno temporali, & quod magis mouebat, erat quia non solum quibusdam eorum viuentibus venturum esse credebant, sed omnibus viuentibus, & dominaturis in illo regno, s. qd sederent super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel supra 19. quod eodem modo de regno temporali accipiebant, licet de regno futuro, & die iudicii Christus illud dixerat: Et patet, qd sic illud intelligerent, quia postquam Christus dixit illis, sedebitis super duodecim sedes iudicantes Israel, quasi non esset distinctum, qui propinquius ad Christum sederent, perit mater filiorum Zebedaei a Christo. Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, alius ad sinistram in regno tuo supra 20. cap. Et tamen ad hoc, qd omnibus illis viuentibus, veniret regnum illud, necesse erat, qd cito venirent, ideo volebant quaerere de tempore euerisionis Ierusalem, & tempore aduentus Christi ad regnandum, vt ex his colligerent, an paruo, vel magno tempore duraret eorum prosperitas.

Quare quaesierunt discipuli de seculi consummatione, cum quaesierunt de tempore destructionis Ierusalem. Quast. XXI.

Quaeritur, quare quaesierunt de consummatione seculi, cum quaesierunt de tempore destructionis Ierusalem.

Aliqui dicunt, qd hoc erat, quia ipsi quaerebant de aduentu Christi, & ille idem est cum consummatione seculi, ideo quaesierunt de aduentu Christi, & de consummatione seculi non quasi consummatio seculi esset aliud quaesitum, sed quasi esset expositiuum praecedentis.

Sed dicendum, qd non stat, quia hoc supponit aduentum Christi, de quo quaerebant discipuli esse aduentum ad iudicium: sed falsum est, quia erat aduentus ad regnandum temporaliter, vt illi putabant, vt ostensum est supra. Et ideo non erat ista causa suae quaestiois. Dicendum ergo, qd fuit primo propter aduentum Messiae ad regnandum temporaliter, quia Iudaei credebant post regnum Messiae non futurum esse alterum regnum, neque dominantiam alteram gentem, & ideo a principio regni Messiae non multum distare finem mundi, ideo de illo quaesierunt. Secundo supposito eodem fundamento, s. quia post regnum Messiae nullum aliud regnum futurum esset, ideo illud continuandum esse vsque ad finem seculi, volebant scire discipuli, quando esset finis seculi, vt ex hoc certi essent de duratione regni Messiae quanta esset. Et

ista est causa principalis, & vera huius quaestiois de consummatione seculi.

Tercio fuit propter Ierusalem. Praedixerat enim Christus templum subuertendum a fundamentis, & ciuitatem subuertendam, sed hoc putabant discipuli non futurum esse vsque ad finem seculi, cuius causa est, quia sciebant gentem Iudaeorum esse electam gentem a Deo in peculium de cunctis populis, & gentibus, Exodi 19. & Deuteronom. 7. cap. ideo credebant, quod non deleter gentem illam quousque omnes alias deleter, sed omnibus deletis est consummatio seculi, ideo data Ierusalem destructione totali credebant esse destructionem seculi.

Sed obijciunt contra hoc, quod discipuli non deberent hoc credere. Nam iterum hoc acciderat, scilicet, quod euersum fuerat templum per Chaldaeos, & muri Ierusalem diruti tempore Sedeciae. 4. Regu. 25. cap. & tamen non perijt gens Iudaeorum, neque aliae gentes, ita ergo nunc non debebat hoc credere.

Dicendum, quod datis fundamentis discipulorum satis rationabiliter illud credebant. Nam regnum Messiae credebant esse temporale, & post illud non futurum aliud. Et etiam iam Messiam venisse, licet nondum temporaliter regnaret, ideo rationabiliter credebant, quod si post hoc Ierusalem, & templum destruerentur nunquam reedificarentur, sed esset consummatio seculi. Nam de destructione Ierusalem, & templi per Chaldaeos aliud longe fuit.

Primo, quia non fuit totalis, vt ista praedicebatur. Nam relictae sunt partes murorum, & partes templi, nunc vero praedicebatur, quod non maneret lapis super lapidem, qui non destrueretur, ideo ista erat magis signum consummationis. Secundo, quia tempore illius destructionis per Chaldaeos nondum venerat Messias, sed expectabatur, & sub illo credebatur futurus melior status Iudaeorum, sicut & Prophetae dicere videbantur, & ideo licet non maneret tunc in Ierusalem lapis super lapidem (quod tamen falsum erat) adhuc certa spes esse debebat, qd reedificaretur Ierusalem in melius. Nunc tamen iam Messias venerat, & regnaturus erat in breui temporaliter, vt credebant discipuli, scilicet, antequam ipsi morerentur, immo viuentibus omnibus, & potentibus iudicare, & dominari, vt declaratum est quaestione praecedenti, ideo ante destructionem Ierusalem credebant eum regnaturum: si autem post regnum Messiae destrueretur Ierusalem, non erat aliqua causa, vt crederent eam reedificandam.

Primo, quia post Messiam nihil Iudaei expectant in hoc saeculo, ideo ad nihilum reedificaretur Ierusalem, si post regnum eius esset destructa.

Secundo, & principaliter, quia Iudaei credebant regnum Messiae esse vltimum regnorum, & illi nullum succedere, & tamen illud futurum erat in Ierusalem cum autem iam Messias esset, & post paululum temporaliter esset regnaturus, vt putabant discipuli, sicut supra, & praecedenti quaestione deductum est, & regnum suum futurum esset in Ierusalem, prius ipse regnaret, quam destrueretur Ierusalem, sed post regnum Messiae cum nullum regnum futurum sit, non speratur nisi finis seculi, ergo si tunc Ierusalem destrueretur, non expectabant eam discipuli aedificandam rursus, & etiam rationabiliter credebant consummationem esse seculi.

Haec omnia rationabiliter cogitabant discipuli supposito eorum fundamentis, scilicet, quod regnum Messiae futurum erat temporale, & quod inciperet statim. Nam caetera vera sunt, scilicet, quod post regnum Messiae nullum sequatur, sed illud durat in eternum, vt figuratur Dani. 2. cap. vbi de quatuor regnis

Non credebant reedificari Ierusalem post regni Messiae euerisionem.

gnis agitur signatis per staturā, & lapidem excisum de monte. Sed prima duo fundamenta erant falsa, scilicet quod regnū Messie futurum erat temporale cum ipse contrarium dixisset Io. 18. regnum meum nō est de hoc mundo, & secundum, scilicet quod statim regnatus erat. Nam regnum suum, quod est simile temporali, incipit in die iudicii cum subiecta fuerint omnia sub pedibus eius 1. Corin. 15. & ideo licet bene arguerent discipuli erat consequens falsum, scilicet quod destructa Ierusalem esset finis sæculi, & nunquam reedificaretur, & non fuit statim finis sæculi, cum nondum etiam Ierusalem reedificata sit, licet non in eodē loco.

Quis ordo erat in his tribus questionibus Christo propositis. Quest. XXV.

QVAERETUR, quis ordo erat in his tribus questionibus quas discipuli proposuerunt Christo. Dicendum, quod alius erat ordo in proponendo alius in eueniendo res quasitas. nam primam posuerunt de tempore euerfionis Ierusalem, deinde de aduentu Christi, postea de consummatione sæculi, & tamen prima in tempore eueniendi est de aduentu Christi, deinde de Ierusalem euerfione, deinde de consummatione sæculi. Et patet hoc, quia aduentus Christi hic accipitur pro aduentu ad regnandum temporaliter, & hoc regnum credebant Apostoli futurum in breui, & ante destructionem Ierusalem: immo in ipsa vrbe Ierusalem ad quam congregaret omnes Iudæos dispersos, ut dictum est supra 23. & preced. quest. & ita prius regnatus erat Messias, deinde delenda erat Ierusalem, & templum: postea verò futura consummatio sæculi: ita enim credebant discipuli.

Alij autem dicunt, quod questiones, sicut se habent in ordine proponendi, ita se habent in tempore eueniendi, quia prius est destructio Ierusalem, quæ facta est iam: deinde aduentus Christi ad iudicandum, qui nondum est: deinde consummatio sæculi, quæ consequitur iudicium illud.

Sed dicendum, quod non stat, quia non accipitur aduentus Christi pro aduentu ad iudicandum, sed pro aduentu ad regnandum temporaliter, sicut putabant discipuli, ut ostensum est supra. & ideo oportet conuerti ordinem, quia illum aduentum priorem putabant esse discipuli, quam destructionem Ierusalem, ut dictum est ibidem, & preced. quest.

Sed tunc dicitur cum talis esset ordo rerum in eueniendo, quare mutauerunt discipuli ordinem, in querendo, quod prius de Ierusalem euerfione quasituerint? Dicendum, quod discipuli non dubitabant de ordine istarum rerum: iam priorem credebant esse aduentum Christi ad regnandum, deinde euerfionem Ierusalem: postea consummationem mundi. Et ad sciendum istum ordinem ipsi non quaerent, quia iam putabant se scire, sed solum ad sciendum tempora singulorum istorum, quia de nullo eorum sciebant, quando eueneret, & consequenter, neque quantum distaret inter vnum, & aliud.

Causa autem mutandi ordinem fuit, quia fuerunt hic tres questiones, & tamen due illarum habuerunt ortum ab vna, ideo illa, quæ fuit alijs origo, debuit imponi in ordine querendi. Ista autem fuit de tempore euerfionis Ierusalem. Nam Christus supra dixerat de templo, & vrbe Ierusalem, quod non relinqueretur ibi lapis super lapidem, & ex hoc habuerunt occasionem querendi, quando istud accideret, & quia ad destructionem Ierusalem comitabantur duo: vnum ut antecessens, aliud ut subsequens, quasierunt de illis, & ista erant aduentus Christi, qui precedebat, & consummatio sæculi, quæ sequebatur, ideo primum iterunt

In q. 21. & 23.

De destructionem Ierusalem duo comitabantur.

questionem de euerfione Ierusalem ante questionem de aduentu Christi, licet ipsi putarent aduentum Christi priorem esse quam destructionem Ierusalem.

Et respondens Iesus, dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: ego sum Christus, & multos seducent. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum: videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentie, & fames, & terremotus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.

Mar. 13.

Luc. 21.

Eph. 5.

Cor. 3.

Col. 2.

Mar. 13.

Luc. 21.

Mat. 13.

Respondens Iesus. Supra posita est discipulorum triplex questio, vel iuxta quosdam duplex. hic autem ponitur ad eandem questionem responsio. Et primo circa primum in ordine, qui erat de tempore euerfionis Ierusalem. Et diuiditur in duo, quia primo ponit Matthæus euerfionis initium. Secundo eiusdem euerfionis finalem exitum, scilicet quædam antecesserit, quædam verò fuerunt simul. Secunda ibi. Cum ergo videritis, fuerunt autem initia ad destructionem Ierusalem quædam mala, quæ præcesserunt inter Iudæos, ut bella intestina, pestes, & fames. Sicut in litera infra dicitur hæc autem initia sunt dolorum, & diuiditur in duo, quia primo ponuntur mala, quæ acciderunt circa omnes Iudæos in generali, secundo mala, quæ acciderunt circa solos discipulos in particulari ibi. Tunc tradent vos. Hæc autem mala, quæ euentura erant Iudæis, & ponuntur hic in generali, pertinebant ad generale admonitionem, & ista admonitio stat circa euagationem erroris tam de aduentu Christi, quam de euerfione Ierusalem. Error autem primus poterat esse circa aduentum Christi. Secundo circa euerfionem Ierusalem, ideo primo aufert primum errorem, qui inducitur ex falsis prophetantibus. Secundo errorem secundum qui inducitur ex falsis terroribus, ibi. Audituri enim estis.

Circa primum dicitur. Respondens Iesus. Scilicet ad omnes tres questiones. Dixit illis. Id est discipulis, qui hæc quasierant. Videte ne quis vos seducat. Scilicet vos expectatis aduentum meum, circa eum posset accidere error, ideo caute, ne aliquis decipiat vos, quasi sit Christus adueniens. Multi enim venient. Dat causam dicti, quia dicit discipuli, quomodo poterimus decipi? respondet Christus, quia multi venient vocantes se Christum, & vos poteritis credere aliquem illorum esse Christum, qui veniat ad regnandum, & ita seducemini, ideo caute ab hoc. In nomine meo. Id est in nomine Christi, qui sum ego.

Dicentes ego sum Christus. Non dicent hi esse Christos quasi multi sint, sed quilibet illorum se vocabit Christum, quasi Christus non præcesserit alius, neque futurus sit, sed ipse sit verus Messias. Et multos seducent. Scilicet deducendo à veritate, vel trahendo ad hanc falsitatem, scilicet credant eos esse Christum, & sicut illos seducent, ita poterant discipulos Christi seducere, unde debuerunt admoneri circa hoc.

Quid intendit Christus per hæc. Videte, ne quis vos seducat. Quest. XXVI.

QVAERETUR, quid intendit hic Christus in tota ista litera, cum dicit. Videte, ne quis vos seducat.

ducat. Aliqui dicunt, quod non respondet hic Christus ad aliquam de tribus questionibus propositis, sed ante responsonem ad illas ponit quandam confirmationem animorum discipulorum, ne trahantur vana credulitate. Sic videtur dicere Hilarius super Matth. 13. Et quia tria à discipulis quasita sunt indistinctis, & temporis, & intelligentiæ significationibus separantur. Respondetur ergo primo de ciuitatis occasu, & ante confirmantur veritate doctrinæ, ne quis fallax ignoratibus possit obrepere. Sic etiam dicit Theoph. 1. Antequam eis ad interrogata respondeat, mentem eorum confirmat, ne seducantur.

Sed dicendum, quod Christus respondet hic ad aliquam de questionibus tribus. Et patet primo, quia supra discipuli quasierant de illis solis, ideo necesse erat, ut quid Christus nunc diceret ad responsonem ad aliquam de illis tribus, vel ad omnes tres pertineat questiones. Secundo patet, quia dicitur respondens Iesus, dixit. Videte, ne quis vos seducat: ergo ad responsonem pertinet ista verba Christi, sed responso non est, nisi ad quasita, & non fuerunt quasita, nisi ista tria: ergo ad aliquod de illis respondet.

Duplex erat Christi aduentus quæ discipuli putabāt.

Dicendum autem, quod respondet ad secundam questionem de aduentu suo. Pro quo sciendum, quod aduentus Christi duplex erat in presenti. Vnus falsus, quem tunc discipuli futurum esse credebant. Alius verus, quem discipuli ignorabant. Primus erat aduentus ad regnandum temporaliter. Nam discipuli credebant Iesum esse Messiam, quod verum erat, & putabant eum temporaliter regnaturum, quod erat falsum, & quia nondum regnabat temporaliter, putabant cito hoc venturum, scilicet antequam Christus moreretur. Alius erat verus aduentus, scilicet ad iudicium, & istum nondum credebant discipuli, quia non intelligebant. Primum vero, quia falsus erat, aufert Christus saltem indirecte. secundum autem confirmat, & declarat, scilicet quomodo ad iudicium venturus sit infra in litera. Et magis sequenti cap. hic vero, cum ait: Videte, ne quis vos seducat. Respondet illum aduentum non esse, sicut illi putant ad regnandum temporaliter, ideo quosdam sub hoc nomine venturos dicit non esse suscipiendos.

Sed obijcietur, quod non respondeat ad hoc, quia dicit Chrys. super Matth. Neque enim de secundo suo aduentu statim respondet, sed de malis quibus obuiandum erat.

Dicendum, quod verum est, quia secundus aduentus Christi est ad iudicium, & de illo non respondet hic Christus, sed postea, & sequenti cap. immo de hoc non quasitum fuerat, licet ipse de illo dixerit: dixit autem de malis, quibus obuiandum erat, scilicet de falsis prophetis, vel falso Christo, & pertinet istud ad questionem de aduentu suo, qui falsus erat, & tamen illum discipuli credebant, & ideo tollit errorem, ne credatur ipse venire, licet aliqui veniant, qui Christum se esse dicant.

Sed rursus obijcietur, quia dicit Hilarius super Matth. respondetur primo de ciuitatis occasu, sed ante confirmantur veritate doctrinæ.

Dicendum, quod multi decipiuntur circa hoc tam de lectoribus, quam de scriptoribus, ad quam de questionibus in singulis locis Christus respondeat, & multi putant primo responderi ad questionem de destructione Ierusalem. Primo quia illa fuit prima in ordine, & verisimile erat ad eam prius responderi.

Secundo, quia credebant aduentum Christi non esse, nisi aduentum ad iudicium, & ante illud falsum esse aduentum, qui est aduentus Antichristi, & tamē ante istos est destructio Ierusalem secundum tempus, ideo putauerunt ad eam prius responderi. Tertio quia

litera videtur ad hoc consonare. Nam ex litera sequenti, scilicet audituri enim estis, vsque ad illum locum. Tunc si quis vobis dixerit, manifeste dicitur de destructione Ierusalem. Ex illo autem loco, scilicet tunc si quis vobis dixerit. Ecce hic est Christus vsque ad illum locum, scilicet statim autem post tribulationem, manifeste respondetur ad secundam questionem de aduentu Christi, ideo putant, quod in ista litera non respondeatur ad aliquam de questionibus, sed ponitur quadam prælocutio.

Sed dicendum, quod verè respondetur hic ad questionem de aduentu Christi, quem putabant isti discipuli. Et causa dubitationis est, quia Christus non respondet ad quamlibet questionem per se, ita quod totaliter respondeat prius ad vnam questionem, & postea totaliter ad aliam, sed miscet eas, quia interdum cum dixerit aliquid, quod pertinet ad vnam, transit ad dicendum aliquid de alia, & tunc de vna redit ad priorem, & ita fit in presenti, quia primo cepit Christus respondere ad questionem de aduentu suo, & statim in illo loco, scilicet audituri enim estis, cepit dicere de euerfione Ierusalem. Postea vero in illo loco, scilicet si quis vobis dixerit: rediit ad dicendum de aduentu suo, & ideo facile turbantur, qui ad hæc non aduertunt.

Ad primum motuum in contrarium dicendum, quod non tenuit Christus in responso de illo ordine, cuius causa tangetur seq. quest.

Ad secundum dicendum, quod illa fuit eis causa erroris. Nam cum Christus non venturus esset ad regnandum temporaliter, non putauerunt de hoc locutos discipulos, neque Christum de hoc respondisse, & tamē iste est aduentus, de quo quærebant discipuli quasi ad huc carnales, & parum intelligentes. iste autem fuit ante destructionem Ierusalem, ideo putabatur ab eis pro tunc futurus, ideo conuenienter respondebat.

Ad tertium dicendum, quod illa est quedam apparentia, & tamen non est veritas, quia Christus miscet responsones ad istas questiones, ut supra dictum est.

Quare Christus respondit prius de aduentu suo. Quest. XXVII.

QVAERETUR, cum discipuli prius quasituerint de destructione Ierusalem quæ de aduentu Christi, quare Christus respondit prius de aduentu suo.

Dicendum, quod ut ostensum est præced. quest. Christus prius respondit de aduentu suo quam de destructione Ierusalem, & non seruauit in hoc ordinem querendi. Et fuit primo propter ordinem temporis. Nam licet discipuli prius quasituerint de destructione Ierusalem, quæ de aduentu Christi, tamen aduentus Christi, de quo ipsi quærebant, prior putabatur ab eis quæ destructio Ierusalem, ut ostensum est supra. quia ante

In q. 25.

Christus regnatus erat temporaliter, quam euerteretur Ierusalem, & ideo respondit Christus prius ad hanc questionem tenens ordinem temporis. Discipuli autem non tenuerunt hunc ordinem propter causam dictam supra. Secundo fuit, quia Christus voluit respondere prius ad id, quod principale erat: erat autem principale id, quod magis tangebatur discipulos querentes, & hoc erat de falso aduentu Christi. Nam ex destructione Ierusalem nullum malum eis sequebatur, saltem spirituale: immo nullum, quia omnes ferè mortui erant, quando deleta est Ierusalem, fideles autem ceteros tangebatur de Ierusalem corporaliter, seos, qui erant conuersi de Iudæis, sed spiritualiter non tangebatur, & tamen aduentus falsi Christi tangebatur spiritualiter, quia nullum maius malum esse poterat, quod aliquis deciperet credens esse Christum eum,

In q. 25.

eum, qui non erat, cum sine Christo iam non poterat esse salus, & ideo de hac quaestione prius responderet admonens cauere ab his.

Tertio potest dici, quod non discordat totaliter ab ordine, quo discipuli quaesierunt, quod faceret spiritus totaliter responderet de aduentu, & postea de destructione Ierusalem. Sed non est sic: immo primo de aduentu suo falsè creditur incipit respondere, & statim transit ad dicendum de destructione Ierusalem ibi. Audituri enim estis. Et hoc completo, vel quasi redit ad dicendum de aduentu eodem ibi. Tunc si quis vobis dixerit. Et ita tenet Christus utrunque ordinem. Nam ad innuendum, quod erat principalis quaestio. de aduentu, id est magis tangens discipulos, praeiussit aliquid de illa, ut autem sequeretur ordinem querendi transiit statim ad destructionem Ierusalem, & completa responsione de illa redijt ad dicendum de aduentu suo.

Quomodo Christus dixit discipulis. Videte ne quis vos seducat, quia hoc super uacuum erit. Quest. XXVII.

QVAERITUR, quomodo Christus dixit discipulis. Videte ne quis vos seducat. Nam videtur hoc superuacue dictum eo, quod non poterant seduci. Nam Spiritus sanctus venit super Apostolos, & docuit eos omnia Ioh. 14. cap. f. Ille vos docebit omnia: Sed illi, qui omnia sciunt saltem pertinentia ad salutem, non possunt seduci: ergo non poterant seduci Apostoli.

Secundo, quia Apostoli propter superuenientem Spiritum sanctum non poterant peccare mortaliter, saltem, & tamen quilibet error circa fidem est peccatum mortale, quia est haeresis, vel infidelitas: ergo non poterant circa fidem errare, sed non poterat esse maior error in fide, quam accipere in Christum eum, qui non erat Christus: ergo non poterant circa hoc Apostoli seduci, & ita non expediebat hoc dici.

Aliqui dicunt, quod verum est, quod non poterant discipuli errare post datum Spiritum sanctum, & tamen ante illum datum poterant peccare, & errare, & ideo conueniens erat illis dici.

Sed dicendum, quod non stat, quia isti seductores, qui venerunt in nomine Christi, non venerunt ante datum Spiritum Apostolis, sed postea. Nam Spiritus sanctus datus est diebus quinquaginta quinque post ista verba dicta. Nam datus est diebus quinquaginta post resurrectionem, sed ista verba dicta sunt diebus quinque ante resurrectionem Christi, scilicet die martis post diem in ramis palmarum, ut ostensum est supra 22. ca. quest. vltima. Et patet ex eo, quod dicitur infra 26. ca. f. factum est cum consummasset sermones hos omnes dixit discipulis suis: scitis, quia post biduum Pascha fiet. Sed Pascha erat die iouis ad vespertum: ergo dicta sunt verba hac die martis quinque diebus ante resurrectionem Christi, & sic fuerunt dicta verba ante missionem Spiritus sancti diebus quinquaginta quinque. Tempore autem medio non venerunt falsi Christi, sed multo post: ergo quando venerunt, non poterant decipi Apostoli.

Dicendum, quod fuit conuenienter dictum. Primo quia licet forte non esset necessarium Apostolis, qui confirmati erant in gratia, erat tamen necessarium alijs fidelibus, qui non erant confirmati, & pro illis dicebatur. Et patet hoc primo, quia non poterant soliti verba ista extendi ad illos, quibus dicebantur, quia solis quatuor discipulis dicta sunt, scilicet Petro, Iacobo, Ioanni, & Andrea, quia ipsi soli quaesierunt Mar. 13. ca. & tamen si illis proderant necesse erat alijs etiam Apostolis prodesse, quia non dabat doctrinam Christus

pro vno, vel paucis. Secundo quantum ad hoc, quia quando Christus finiuit verba ista ait, quod autem vobis dico omnibus dico, vigilate. Mar. 13. cap. ergo omnes fideles extendenda erant verba.

Secundo quantum ad principale dicendum, quod dicta sunt verba ista discipulis non, ut eis prodesse, sed ut ipsi alijs praedicarent, quibus erant necessaria: Ita enim intelligebatur, quod omnia, quae Christus dicebat Apostolis quantumcunque in secreto diceret, debebant ipsi ea reuelare, & publice praedicare. Sic dicit Christus supra 10. cap. quae dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quae in aure dico, praedicate super tecla: Quod verum est, nisi Christus expresse prohiberet dici, sicut illud de transfiguratione. Nam ait: ne mini dixeritis visionem quouique filius hominis & mortuus resurgat supra 17. capit. & tunc debet intelligi: videte ne quis vos seducat, id est eos quibus vos loquimini quasi Christus dirigeret sermones suos ad illos. Tertio quia licet Apostoli essent confirmati adhuc erat eis necessarium audire hoc, quia tanta erat magnitudo huius seditionis, quod etiam electi erant in periculo ne incidere in hunc errorem. Sic dicitur infra in litera. surgent pseudo Christi, & pseudo prophetae, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi. Et ista est veritas, quod propter hoc fuit necessarium eis hoc dici.

Quarto poterat dici, quod licet abundantia gratiae firmet cor in non declinando a bono, tamen necessarium est admoneri homines, quod est bonum a quo non est declinandum, & quod est malum a quo est cauendum, & ideo discipulis, licet confirmatis in gratia necessarium fuit hoc praedici. Sic dicitur infra in litera. Ecce praedixi vobis: si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire.

Quinto potest dici factum esse ad magis firmandum corda discipulorum. Nam etiam si per infusionem gratiae firmarentur ad abiiciendum omnes falsos Christos, magis tamen roborarentur, quando scirent sibi expresse esse dictum a Christo ante tempus, etiam quia infusio gratiae non est eadem, vel similis in omnibus, praenunciatio autem ista Christi erat vna respectu omnium, ideo erat conueniens.

Quomodo poterant seduci Apostoli circa eos, qui venient dicentes se esse Christum. Quest. XXIIX.

QVAERITUR, quomodo poterant seduci Apostoli circa eos, qui venient dicentes se esse Christum. Nam ipsi agnoscebant Christum, qui biberant, & manducauerant cum illo, & familiariter conuersati fuerant longo tempore, & erat iste modus conueniens ad cognoscendum, an erat ipse, qui veniebat. Sic patet Actu 10. cap. vbi Petrus loquitur de Christo resurgente, & inducit resurrectionem suam testibus esse probatam, qui manducauerant cum illo, & biberant ante quam pateretur. Cum ait. Dedit illum manifestum fieri non omni populo, sed testibus praordinatis a Deo, nobis qui manducauimus, & bibimus cum illo post resurrectionem suam. Et sic isti agnoscerent, an aliquis illorum erat Christus, & non possent seduci.

Dici potest vno modo, quia Apostoli bene agnoscerent vultum Christi, tamen interdum tanta similitudo est inter vnum hominem, & alium in lineamentis corporis, quod vix potest discerni, quis sit quilibet horum. Sicut refert Solinus in Polyhistor. ca. de his, quae mirabilia fuerunt in homine. Et ita quidam dicebant Iacobum minorem similem Christo. Vnde sic poterant seduci.

Secun-

Secundo potest dici, quod etiam si non esset quis eiusdem vultus, sicut Christus, tamen poterat dici se esse Christum, quia cum Christus post resurrectionem haberet corpus glorificatum poterat facere, quod apparet alterius effigie, sicut fecit quando apparuit in via duobus discipulis euntibus in Emaus, Luc. 24. Nam Mar. 16. c. dicitur, quod eis euntibus in illam apparuit in alia effigie.

Tertio poterat dici, quod aliquis illorum, qui se Christum diceret, poterat imitari vultum Christi per artes magicas, sicut per easdem artes faciebant admiranda infra in litera, surgent pseudo Christi, & pseudo prophetae, & dabunt signa magna, & prodigia: ergo licet agnoscerent vultum Christi, poterant sic falli, nisi nunc admonerentur.

Quarto potest dici, quod hoc intelligebatur principaliter pro illis, qui Christum non viderant, vel eum familiariter non agnoscebant. Nam ut dictum est praecedens. quia istud non praedixit Christus Apostolis principaliter propter eos, sed propter alios fideles: illi autem non viderant Christum saltem generaliter, quia cum venerunt isti pseudo prophetae, erant multi fideles tam de Iudaeis quam de Gentilibus, qui Christum non viderant, & illi poterant errare circa eos, qui se Christum dicerent, ideo oportuit illos admoneri.

Quinto potest dici, quod dictum sit etiam principaliter propter Apostolos: nam licet ipsi cognoscerent vultum Christi si hoc non diceretur eis erraret. Nam quando dicebatur eis in tali loco est Christus irent illuc saltem ad videndum, an ille esset. Et hoc est magnum inconueniens, quia sic totam fidem in dubio ponerent, & ideo non solum non debebant aliquid alium in Christum accipere, sed etiam si aliquis se vocaret Christum non debebant discipuli ire ad videndum eum. Sic dicit Christus infra in litera. si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est nolite exire, & si dixerint, ecce in penetralibus est, nolite credere. Praedicta habent locum supponendo, quod illi, qui venient dicerent se esse illum Christum qui passus fuerat a Iudaeis. Nam tunc erat difficultas quasi non possent fallere, sed alio modo poterat esse, scilicet illi, qui venient non dicerent se esse illam personam, quae passa fuerat, Iesum Nazarenum, sed aliam aliquam, & tamen se esse Messiam, & tunc seductio non erat in similitudine vultus, sed in mutatione fidei, ut si discipuli, vel alij fideles suasi ab illis, qui venient crederent aliquem illorum esse Messiam, & non Iesum Nazarenum, & tunc seductio erat immutando fidem. Sed qualiter illi pseudo Christi se vocabant Christum, id est, an per Iesum Nazarenum, vel per aliam personam quae sit Messias, dicitur infra.

Quomodo Christus, volens negare suum falsum aduentum, dixit. Multi venient in nomine meo. Quest. XXX.

QVAERITUR, quomodo Christus, volens negare suum falsum aduentum, dixit. Multi venient in nomine meo. cum alio modo facilius illud ostenderet. Nam, ut dictum est, saepe supra, vnus erat aduentus Christi falsus, quem discipuli nunc credebant, aduentus ad regnandum temporaliter. Alius erat verus, quem tamen discipuli nesciebant, & iste erat ad iudicandum. Primum tollit hic Christus, cum secundum postea asserat, & declaret, & tamen poterat istum primum clarius negare dicens: ego non sum regnaturus temporaliter, neque hoc de me speretis, & tunc quicumque veniret non poterat seducere, quia cum Christus non esset venturus ad regnandum temporaliter, & ideo venisset, quicumque postea veniret, non erat aliquid, cur crederetur esse Messias, quia ni-

hil erat, ad quod venire deberet post hac Christus, nunc vero dedit modum difficiliorem, quia non abstulit spem de aduentu suo, sed potius videretur innuere, quod veniret, & tamen dicit non esse recipiendos eos, qui venierint. Nam cum ipse venturus erat poterat ipse esse aliquis de illis, qui veniebant: vnde dubium esset non recipiendo eos.

Dicendum, quod verum est, quod ille modus esset planior, si Christus illum voluisset tenere, scilicet quod diceret se non venturum ad regnandum temporaliter. Nam tunc omne dubium auferretur, & non oporteret vigilare circa pseudo prophetas, & Christos, sed Christus noluit auferre hanc spem, neque tollere hunc errorem: immo potius ex verbis Christi fouebantur in hoc errore occasionaliter: ipse enim dixit eis supra 16. Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustant mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo, quod ipsi non poterant intelligere de aduentu ad iudicium, quia esse debebat eis viuentibus, ideo intellexerunt de regno temporalis, & licet tres illorum viderint Christum transfiguratum, quod erat videre eum venientem in regno suo ad intellectum verborum Christi, non intellexerunt tunc completum esse, sed adhuc sperabant illum regnaturum temporaliter viuentibus.

Item ex verbis illis supra 19. ca. f. cum sederit filius hominis, sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Nam putabant, quod eis viuentibus veniret Christus ad regnandum temporaliter, & daret eis potestatem magnam, faciendos eos principes super singulas tribus Israel. Vnde viuentibus non abstulit istam opinionem, & sic modo non dixit se non esse regnaturum temporaliter, sed vetuit accipi omnes alios, qui venirent.

Et quod plus est, quia etiam Christus post resurrectionem cum saepe loqueretur discipulis de hac re, nunquam eis abstulit hanc credulitatem. Et patet primo, quia quando Christus apparuit discipulis in via, & loquebatur ad eum de Iesu Nazareno dixerunt illi: nos sperabamus, quod ipse redempturus esset Israel, quasi dicat, sperabamus tunc, sed iam non speramus, quia occisus est. Et loquuntur de redemptione, quae est liberare Iudaeorum gentem de manu alienorum, & congregare eos de omnibus terris in terram suam, & ibi super eos regnare. Et patet, quod de hoc intelligatur: nam si intelligeretur de redemptione ab obligatione mortis aeternae, manifestum est, quod iam redemerat, quia per mortem redemit: immo non erat alius modus redimendi, nisi per mortem, & tamen discipuli putauerunt, ideo non redemisse, quia occisus fuerat, & ideo non accipiebant de redemptione spirituali, sed de tpali liberatione, & regno. Item quia dicebant sperabamus, id est iam non speramus, & ita innuitur, quod non solum sciebant cum non redemisse Israel, sed etiam perditam habebant spem de illa redemptione, & tamen accipiendo de redemptione a peccatis, & morte, & diabolo, non poterant ipsi scire, quod non redemisset, quia hoc non erat aliquid sensibile, quod foris appareret, & tamen innuunt se scire: ergo non accipiebant de hac redemptione, sed de tpali, de qua manifeste videbant, quod Christus non redemerat Israel cum manerent adhuc Iudaei sub Romanoerum seruitute, & spem perdidierant, quia ille occisus erat, qui redempturus sperabatur. Item quia dixerunt, quod redempturus esset Israel solum ponentes redemptionem Israel, si tamen de spirituali redemptione acciperetur, non solum Israel, sed & omnes gentes redempturus erat Christus, & redemit: ergo vix, quod acciperent de tpali redemptione, id est liberatione de manu alienorum, quam non credebant Iudaei futuram alteri genti per Messiam,

fiam, nisi eis. Sed adhuc Christus tunc non abstulit eis hanc credulitatem: nam non dixit: ego non erā, neque sum, aut Christus non erat redempturus temporaliter Israel, sed dixit eis verbum, quod magis teneret eos in hac spe, & credulitate, s' oportuit hęc Christum pati, & sic intrare in gloriam suam: Luc. 24. cap. quasi dicat, vos male facitis desperando de redēptione quam Christus facturus erat, quia ideo desperatis, quia ille occisus fuit, & tñ ista non est causa cōueniēs desperandi: immo magis causa sperandi, quia Christus non passus fuit hoc quasi non esset verus Christus, vel Deus noluerit eum eripere de manu impiorum, sed quia sic per Deum diffinitum erat, vt pateretur, & per istam passionem intraturus erat in gloriā suā, idest habiturus honorem suum magnum, & non aliter. Et intellexerunt discipuli de regno tpali, s' post resurrectionem habiturus erat gloriam regni tpalis, & congregaturus Iudæos de nationibus, licet Christus dixit ad aliam intentionē, s' habiturus erat glorificationem carnis suæ, & habiturus honorem super omnes gentes, vt ab eis coleretur, quia eas per sanguinem suum redemerat. Sic dicitur Act. 1. c. q' acquisiuit sibi ecclesiam sanguine suo. Et idem ad Ephe. 5. c. & tñ noluit Christus hoc aperire magis discipulis ad hoc, vt illa spes, quam tenebant de regno temporali non auferretur ab eis. Quarto patet, quia post resurrectionem cum discipuli agnouerunt Christum viuere redierunt ad spem suam primam, & non angustiābatur pro desperatione redemptionis tpalis, neque pro eius dilatione, & tñ quando ascensus fuit in cælum quasi iam ab eis corporaliter auferretur, incēperunt quidam pro ista redemptione angustiari, dicētes. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Act. 1. c. idest si congregabis Iudæos dispersos, & liberabis eos de manibus impiorum dominorum ad hoc, q' Israel sit regnum, sicut prius esse solebat tempore Dauid? Sed adhuc Christus tunc noluit eis tollere istam spem de regno temporali, quia non dixit. Non sum regnaturus temporaliter, sed ait. Nō est vestrum tpa, & momenta nosse, quæ pater posuit in sua potestate, quasi dicat, licet futura sit restitutio, tñ tempus restitutionis, & hora non sunt vobis manifestanda, quia pater, idest Deus posuit illa in sua potestate, idest vt ipse solus sciat, & tamē si vellet Christus auferre Iudæis istam credulitatem diceret illis: non petatis qñ restituendum est regnum Israel, quia nunquam restituendum est, sicut vos creditis, & tñ dixit: non est vobis datum nosse tempora, & momenta, ideo noluit adhuc post resurrectionem Christus auferre discipulis istā credulitatem, & spem de regno temporali Messie.

Quare Christus nunquam abstulit discipulis credulitatem de regno temporali Messie. Quæst. XXXI.

Sed quæretur, quare Christus hoc fecit, & an discipuli talia credentes de Christo, quæ falsa erant peccarent.

Ad primum dicendum, q' Christus noluit eis tollere istam spem, quia non expediebat. Primo quia sic erant edocti discipuli: erat enim ista positio omnium Iudæorum de Christo, & ita dicebant magistri eorū, & legisperiti intelligendam esse legem, & prophetas. Vnde contra hanc omnium sententiā indubitātam nulla probatio admitteretur quasi esset notorium iuris, & de iure, & ideo Christus noluit contrarium asserere, quia si hoc diceret non crederent ei discipuli, sed recederent ab eo quasi ab eo, qui diceret res absurdas, sicut quando dixit. Nisi comederitis meā carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Audiētes hoc discipuli, qñ multo tēpo-

Fre fuerant, cū eo dixerūt. Durus est hic sermō, & quis poterit eum audire? Et recesserunt ab eo, neque ambulabant iam cum eo: Io. 6. c. Et si multo tempore cū eo steterūt, & postea audierunt ab eo, q' non erat futurum regnum Messie temporalē, neque restituendum erat regnum Israel, crederent eum dicere absurdā, & putarent se esse deceptos toto tempore quo cū eo fuerant, & ideo quandiu Christus mansit cum discipulis nunquam voluit illis tollere hanc credulitatem, & spem.

Secundo, quia discipuli erant carnales, & infirmi, idest istarum rerum temporalium desiderium habentes, quia nō agnouerant plenē eternas. Et si tota spes temporalis eis auferretur constituendo totū bonum in spiritualibus, non possent tolerare, ideo dimitterēt talem positionem, sicut quadam perfectiones erant adhuc supra eorum capacitatem, sicut quando Christus locutus est eis de illa dixit. Non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est supra 19. c. Et ideo licet discipuli possent credere Christo hoc verum esse propter illius auctoritatem, tamen forsitan non possent talia sperare, neque ad illa aspirare, quia vltra certitudinem fidei, quæ est in intellectu requiritur quedam confortatio appetitus per donum spei, siue virtutem ad sperandum arduum, quod supra hominem est. Ideo etiam ex hac causa a tali doctrina desisterent, sicut nos scimus perfectiorem esse vitā monasticā seculari, neq; est in hoc dubium, & tñ, quia sentimus nos infirmos ad illa opera perfectionis, non aspiramus ad illam vitam: ita ergo nō sufficiebat discipulis credere Christo ad hoc, q' sequerentur doctrinam eius in re tam ardua, sed ēt, q' perficerent desiderium eorum ad hoc, q' possent se eleuare ad rebus temporalibus ad pure spiritualia, & quia nunquam tales fuerunt discipuli quandiu Christus cum eis erat, siue ante mortem, siue post resurrectionem, vt capere possent hanc doctrinam, nunquā voluit Christus tollere eis hanc credulitatem, & spem. Tertio, quia q' aliquid tradatur doctrina noua de modo perueniendi ad finem contra doctrinam priorem potest quidem accipi, sed q' ei tradatur doctrina contraria de fine quasi non sit finis ille, quem huiusque ad summum bonum iudicabat, & propter quem omnia agebat difficillimum est capi. Sic erat nunc de discipulis: nam summum bonum reputabatur apud totam gentem Iudæorum, q' illud regnū, quod fuit sub Dauid, & Salomone restituerēt, & esset tota illa gens libera, & florens, vt quondam fuerat. Modus autem perueniendi ad hæc erat, vt eis videbatur obseruatio cæremoniarum legis Dei, & traditionum seniorum suorum, ideo q' mutarentur traditiones seniorum, & etiam obseruationes legis Moyfi, quod plus erat, poterat quidem tolerari, sed q' diceretur eis, q' regnum Israel nunquam restituendum erat ad pristinum statum, sed q' semper manerent Iudæi in seruitute aliarum gentium, & nunquam congregarentur dispersi, erat eis tollere totum bonum eorum, & hoc ipsi non crederent, aut saltem nunquam sequerēt eum, qui traderet doctrinam talem, & ideo Christus nunquam quandiu vixit, aut post resurrectionem dixit Apostolis non esse futurum regnum temporale sub Messia, sed dedit eis verba, per quæ possent foueri in sua spe.

Quomodo potuit auferri a discipulis Christi spes, q' ipse non esset regnaturus temporaliter. Quæst. XXXII.

Sed tunc dicitur, quomodo ergo potuit auferri a discipulis ista spes, & an aliquando ablata est?

Dicendum, q' verē fuit ablata, quia antequam morerentur, singuli ipsorum crediderunt regnum Messie non

si non futurum esse temporale, nam alias cum quilibet eorū pro Christo occisus fuerit præter Ioannem, qui etiam pro eo passus est, & non occisus, nō permitteret se pro illo occidi, cum videret se deceptū a fide sua. s' q' crediderat regnum Israel restituendum tempore suo. Et quod plus erat, quia putabant cum Christo temporaliter regnuros, iuxta illud, quod eis dixerat sup. 19. c. f. Sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, quod ipsi de temporali regno accipiebant. Et tamē permiserūt se occidit non accipientes regnum temporale, ergo iam mutauerant illam conceptionem, vt crederent, quod non erat futurum temporale regnum Messie, sed spirituale.

Est autem dicendum, q' ista mutatio facta fuit in discipulis Christi in Pētecoste misso spiritu sancto, nam ille abstulit ab eis omnes errores, quia dicitur Io. 14. ille vos docebit omnia. Et tñ iste roborauit mentes eorum, & eleuauit appetitum, vt possent iam faciliter contemnerere omnia terrena, & amare sola cælestia, & ita spreuerunt regnum terrenum, quod prius crederant se cum Messia habituros, vt excellentius cum eo regnarent in cælestibus.

Sed dicitur, quare Christus non fecit hoc quandiu manebat cum eis. Dicendum, q' potuisset eos instruere in veritate harum rerum, & potuisset, cū Deus erat confirmare corda eorum, vt quod eis diceretur appeterent, & contemnerent temporalia. Sed dicendum q' erat cōtra decretum diuinæ dispositionis, & etiam non expediebat, nā si ante passionem Christi fuissent discipuli confirmati per spiritum sanctum, non dubitarent de resurrectione sua, sed omnia crederent, etiam si non viderent eum resurgentem. Et si nulla dubitatio esset, non esset necessaria aliqua probatio resurrectionis, neque etiam assensionis, quia tamen dubitabant fecit Christus multas probationes corā eis tam comedendo quam se palpabilem tribuendo, & colloquendo eis sepe. Luc. 24. & Io. 20. & 21. c. Nā dicit Act. 1. c. q' Christus probauit resurrectionem suam per 40. dies loquens cum discipulis de regno Dei, & eā probauit in multis argumentis. Nunc verò ista oīa proficiunt nobis ad credendum, quia si nulla istorum præcessissent, & scripta nō fuissent, forte multi nostrum non crederent, & ideo fuit necessaria dubitatio discipulorum de resurrectione, vt nos per probationes eis factas crederemus. Sic autē dicit Gregorius in homilia, q' plus nobis contulit dubitatio Thomæ quam fides apostolorum, quia dum ille dubitauit, & dubitationi eius satisfactum est, vulnera infidelitatis de cordibus nostris ablata sunt. Et tamen si discipuli confirmati essent per spiritum sanctum ante passionem Christi, non esset in eis aliqua dubitatio, & consequenter neq; aliqua probatio sequeretur, ideo fuit conueniēs, q' ante passionem manerent adhuc habentes infirmitatem mentis, & incertitudinem fidei, vt ex hoc sequerentur dubitationes, & postea probationes quæ fidei nostræ adiutorium magnum præstarent. Et tamen discipulis adhuc talem credulitatem, & tam infirma corda habentibus non debuit Christus dicere tam excellentem rem, s' non esse sperandum temporale regnum Messie, neq; restituendum regnū Israel, sed solum regnum spirituale post mortem futurum per Messiam, ideo dissimulauit semper dans eis verba per quæ possent foueri in sua credulitate, & spe de regno temporali futuro.

Sed obiicietur dato, q' hoc haberet loci ante mortem Christi, quomodo tamen post mortem Christi fuit sic, nā post resurrectionem, qñ apparuit Christus discipulis in via, Luc. 24. dixit eis verba, per quæ fouebatur ista spes & credulitas, vt declaratum est sup.

A Dici potest vno modo, q' non expediebat, quia adhuc corda discipulorum non erant firmata per spiritum sanctum, ita vt essent capacia huius rei, vt dictum est præc. q. & causa erat, vt relinqueretur locus dubitandi, & certificandi. Erat autem utilis dubitatio, & certificatio circa duo. s' circa resurrectionē, & circa ascensionē in cælum, vt de vtroq; haberetur probatio: sed post resurrectionem erat probanda resurrectio, ideo oportebat, q' quousque certificatio de resurrectione haberetur per conuenientia argumenta non confirmarentur corda discipulorum, ideo post resurrectionem manente in eis illa infirmitate animi non erat dicendum q' Messias nō erat regnaturus temporaliter. Et tñ de ascensione habenda erat certificatio, ideo quousq; illa esset tunc nota non erat animus discipulorum confirmandus, & consequenter neq; hoc erat eis dicendum. Sed obiicietur quare ergo non certificauit eos Christus de hoc, cum nullū dubiū superesset de ascensione, neque de resurrectione, cum tunc quoque quæsiuerint de hac re, vt patet Act. 1. c. quando ascensus erat in cælum. Nam ascēso ibi certificabatur cum præsentibus eis ascenderet, & tamen ibi quæsiuerūt quidam dicentes, domine si in tpe hoc restitues regnum Israel, quod intelligitur de regno temporali, vt ostensum est sup. & Christus dixit, nō est vestrum nosse tpa, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate, in quo non negauit futurum esse regnū temporale Messie, sed potius innuit, q' de tempore non poterant esse certi discipuli. Dicendum q' hoc nō fuit propter aliquā causam nisi, quia non erat confirmata corda discipulorum per spiritum sanctum, sed tam infirma erant nūc sicut a principio quousq; datus fuit spiritus in Pentecoste, & si nunc in ascensione Christi dixisset eis, q' nō erat vnquam regnaturus temporaliter, & recederent a doctrina Christi, cū nondum confortati fuissent per spiritum sanctum, neq; fuerunt vsq; post decem dies, & interim dispergerentur cessante spe ipsorum. Nam licet nunc præsentibus eis ascēderet Christus in cælum, nesciebant an vsq; ad annum, vel mensem descēderet & regnaret temporaliter, ideo maneret eis spes. Si autem diceret se nunquam temporaliter regnaturum, per illos decē dies nō maneret simul, & nō veniret spiritus sanctus super eos, q' tñ Christus voluit præcipiens eis, a Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissum patris spiritum sanctum. Act. 1. c. ideo non debuit eis dici ēt in ascensione, sed dari eis spes illa, s' non est vestrum nosse tempora & momenta, deinde decimo die adueniente spiritu sancto confirmata sunt corda discipulorū & certificati sunt de veritate. s' q' Messias non erat regnaturus temporaliter, & ceperunt contemnerere regnum terrenum sola cælestia cupientes, & tamen in hoc tempore medio decem dierum non fuit aliqua causa non mittendi spiritum propter aliquas dubitationes, & certificationes, quæ fieri deberent non existentibus confirmatis cordibus discipulorum, sicut prius suberat causa ante resurrectionem, & post illam vsq; ad ascensionē, sed Deus disposuit non statim mittere spiritum sanctum post ascensionem, de cuius causa magis dicitur Luc. 24. vel Act. 1. c.

An discipuli peccarent in credendo Iesum Messiam temporaliter regnaturum. Quæst. XXXIII.

QVAERETUR cum discipuli crediderint Iesum Messiam regnaturum temporaliter, & hoc esset falsum, an peccarent in hoc.

Aliqui dicunt q' sic, quia quilibet error in fide est peccatum, quia infidelitas vel heresis est, & tamen errabant

rabant discipuli circa Christum asserentes eum regnaturum temporaliter, cum non esset, ergo peccabant.

Secundo quia sic accipitur apud nos error in fide, sicut apud antiquos: si enim apud antiquos Iudæos dixisset aliquis Deum non creasse mundum, aut non fuisse diluuium, aut non transisse Iudæos per mare rubrum hæresis esset, aut infidelitas, & ita etiam esset apud nos: sed nunc si quis diceret Christum regnaturum temporaliter & habitaturum nobiscum in terra hæresis esset, & peccatum, ergo etiam esset apud discipulos, sed illi dicebant Christum regnaturum temporaliter, & sic expectabant, ergo peccabant.

Tertio quia quidquid falsum, vel indignum de Deo aliquis sentiat, peccatum est, & tamen dicere regnaturum Christum temporaliter, & congregaturum Iudæos in Ierusalem, ut ibi regnaret super eos sicut David & Salomon, falsum erat, ergo peccatum erat, quod tamen discipuli sentiebant.

Dicendum, quod non peccabant discipuli Christi licet hoc crederent. Et ratio est prima, quia si credendo hoc peccarent semper essent in peccato mortali quando cum Christo essent, cum non cessauerit ista opinio eorum usque ad aduentum spiritus sancti, ut dictum est preeced. q. & tamen non erant in peccato mortali sed mundi, ut dicitur Io. 13. quando Christus lauit pedes eorum. Nam dixit qui mundus est, non indiget nisi, ut pedes lauet, vos autem mundi estis, sed non omnes. Quod dixit de Iuda, ut patet. eo. c. ergo ceteri erant sine peccato mortali, & tamen credebant istud, ergo sic credere non erat peccatum.

Secunda est, quia si essent in peccato mortali credendo hoc, Christus niteretur auferre peccatum ipsorum cum tota negotiatio Christi erat vitia fugare & virtutes inferere, sed nunquam curauit auferre hanc opinionem ipsorum, ergo non erat peccatum sic credere.

Tertia quia Christus non fauet vitijs directe, neque indirecte, quia Deo actore nemo efficitur deterior, sed Christus dicebat aliqua verba, per quæ fouebant in hac opinione discipuli, ut illud. Sunt quidam de hicstantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo, sup. 16. c. & illud. Sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, sup. 19. c. & quando quaesierunt discipuli dicentes. Nos sperabamus, quod ipse redempturus erat Israel, & Christus ait. Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam, Luc. 24. Et illud, domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Act. 1. c. Nam in omnibus his potuisset aperte dicere discipulis veritatem, scilicet se non regnaturum, & tamen non dicebat, sed licet falsitatem nullam diceret, ponebat talia verba, per quæ foueri poterat opinio ista, & spes discipulorum, ut ostensum est, sup. q. 21. & 30. ergo non erat peccatum discipuli credere, hoc de Christo.

Ad primum dicendum, quod hæresis vel infidelitas peccatum est quocumque tempore & in quacunq; persona, & tamen non erat in discipulis Christi hæresis, neque infidelitas asserere, aut opinari Christum temporaliter regnaturum: nam infidelitas est vitium eius, qui non credit, aut non vult credere. Hæresis autem est male de pertinentibus ad fidem sentire, hoc autem est respectu eorum, quæ vel naturali intellectu accipi possunt, aut eorum quæ credenda proposita sint. De primo, ut circa illa, de quibus dicitur ad Ro. 1. c. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur. In talibus autem prævidetur de Deo sentire, etiam si in scriptura tradita non sint, peccatum est, quia naturalis cognitio ad ista sufficit. De secundis, ut de illis, quæ de Christo creditur quantum ad humanitatem, quæ tradita sunt in simbolo, nam credere nolle illa, pec-

catum est, sed non erat sic de discipulis quantum ad hoc quod crederet Messiam regnaturum temporaliter, nam oppositum eius non erat notum per se, vel ex principijs naturæ sicut prima, neque erat in scriptura traditum sicut articuli fidei de humanitate Christi: sed potius contrarium putabatur accipi ex sacra scriptura. Et ita erat fides communis omnium Iudæorum, & sic magistri eorum exponebant sacram scripturam, ergo non erat infidelitas, vel hæresis tunc hoc tenere.

Ad secundum dicendum, quod apud nos asserere nunc Christum regnaturum temporaliter esse, peccatum esset, quia contrarium iam in ipsis fidei articulis definitum est, scilicet quod ecclesia tenebit hunc modum usque ad diem iudicij, & tunc Christus apparebit, & regnum suum non erit de hoc mundo, quia non erit inter mortales, sed tunc nondum erat definitum, quod Christus non esset regnaturus temporaliter, cum ipse Christus nolisset hoc discipulis declarare, sed potius credebatur oppositum apud Iudæos communiter, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod sentire de Deo falsum, vel indignum, aut contingit pertinaciter cum intentione non diuertendi ab illa positione, aut aliter. Si primo modo semper est hæresis, vel infidelitas, & est peccatum. Si secundo modo, dicendum, quod sunt nota ea, quæ tradi debent ipsi credenti, quod notum sit ei, quod credere debeat hoc, vel illud, aut non: si notum est peccatum est, & ita propositis alicui eis, quæ sunt in sacra scriptura, si aliquid illorum credere noluerit, peccat, si autem non est notum homini, quid credere debeat iudicio naturali, aut ex scriptura data, etiam si falsum sentiat, non peccat, dum tamen intentionem promptam habeat, quod quandoque fuerit ei veritas reuelata assentiet ei.

Quomodo cognoscere discipuli, quis erat Christus cum ipse etiam diceret se venturum esse. Quæst. XXXIII.

Quæritur cum Christus per verba ista. Multi venient in nomine meo. noluerit dicere se non venturum ad regnandum temporaliter, sed solus, quod non reciperetur illi, qui venient vocantes se Christum, quomodo cognoscere quis erat Christus cum ipse et innumeretur venturus esse. Dicendum quod Christus non negabat se venturum ad regnandum temporaliter, & ideo ipsi putabant, quod ille hoc concedebat, pro quod necesse erat dari modum, ut aduentus aliorum falsorum Christorum non obfuscarer cognitionem eius, qui veniret. Et ad hoc poterat esse vnum signum ipsa figura corporis, unde discipuli, qui comederant, & biberant cum illo poterant cognoscere ipsum, & non errarent. Secundus modus erat ex modo operationum, quas exercebat, cum maneret apud discipulos. Sic enim discipuli eum testem in Emmaus non cognouerunt Christum post resurrectionem ex effigie, sed in fractione panis, Luc. 24. c.

Sed dicendum, quod ista signa non proderant nisi eis, qui cum eo conuersati fuerant, ceteris vero, qui eum non viderant, erant necessaria alia signa ad distinguendum eum a falsis Christis, & prophetis. Ponit autem Origenum. scilicet quod quicumque se Christum vocaret, non erat verus Christus, quia Christus nunquam se sic vocauerat, cum ait. Hoc solum sufficit ad cognoscendum seditionem Antichristorum, qui dicunt ego sum Christus, quod nunquam Christus legitur hoc dixisse. Sed hoc non est verum, quia aliqui se Christum vocauit, ut Mar. 14. c. & Messiam se dixit Io. 4. c. Aliqui dicunt, quod nullum signum erat necessarium, quia Christus non erat venturus ad regnandum temporaliter, sed solum falsi Christi venturi erant, ideo nihil regrebat, nisi quod abijceret eos, qui veniret, & non erat necesse distinguere Christum ab illis, cum Christus nunquam esset

Christus si gnus dedit quo aduentus suus erat distinguendus ab aduentu falsorum Christorum.

esset se venturus, & daro quod discipuli putarent nunc Christum venturum ad regnandum temporaliter, non oberat, quia ista opinio in breui tollenda erat, scilicet post dies quinquagintaquinque; ab hoc die in Pétrocofite cum Spiritus Sanctus tolleretur omnes errores, & ambiguitates de moribus eorum, & conformaret ipsos in gratia, & tamen in his diebus nulli falsi Christi venturi erant, sed venerunt postea aliquanto tempore, ergo non erat necessarium dare signum, per quod agnosceretur Christus distinctus ab eis, qui falsi erant. Et hoc verum est. Sed dicendum, quod hoc non obstante posuit Christus quoddam signum ad distinguendum aduentum suum ab aduentu falsorum Christorum, nam de illis poterat dubitare quilibet, an essent Christi, vel aliqui eorum Christus, licet ipsi niterentur probare varijs modis illud, de aduentu Christi sic erat futurum, quod quando ipse veniret post hoc, non posset ab aliquo dubitari an Christus veniret. Hoc patet in litera, cum ait: Si quis dixerit vobis hic est Christus, aut illic, nolite credere. Et postea ait: Si dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere. Quod Christus, ille qui in deserto est, aut in penetralibus later, & oportet ire ad illum ad sciendum, an Christus sit, non facit aduentum suum indubitatum, ideo non est Christus. De se autem dicit, sicut enim fulgur exit ab oriente, & parit usque in occidentem, ita erit aduentus filii hominis, id est sicut quando fulgur mittitur, non apparuit paulisper, sed subito, & non potest occultari, ita erit de aduentu meo, quia non poterit esse ignotus, & ideo quicumque veniret, cuius aduentus non sit notus, scitote eum non esse Christum. Et illud intelligebatur de secundo aduentu Christi, scilicet ad iudicium, nam sic manifeste veniet. Ad regnandum autem temporaliter, neque venturus erat manifeste, neque occulte, quia nunquam venturus erat ad hoc, sed satis erat istud signum ad propositum, scilicet quod quicumque sic non veniret, non erat Christus.

Quomodo venirent, qui in Christi nomine venturi erant. Quæst. XXXV.

Quæritur de istis, qui venturi erant in nomine Christi ad fallendum, quomodo veniret, scilicet an dicerent se esse Christum. Iesum Nazarenum, qui Christus fuit, & quod nunc rediret ad seculum ad regnandum temporaliter postquam surrexerat, an dicerent se non esse Iesum Nazarenum, sed esse Messiam, & assererent Iesum Nazarenum non fuisse Messiam, neque aliquem alium. Aliqui dicunt, quod illi, qui postea venerunt vocabant se Iesum Nazarenum Messiam. Et patet primo, quia dicitur hic, multi venient in nomine meo, sed qui veniebat in nomine eius, dicebat se esse illum, & non aliam personam, ergo quilibet horum vocabat se Iesum Nazarenum reuelat getem. Secundo, quia dicitur Mar. 13. & Luc. 21. c. quod isti, qui veniebat in nomine Christi dicebant, ego sum, sed Ego est pronomen personale, ergo quilibet horum vocabat se personam Christi Iesu Nazareni. Tertio patet, quia quando infirma in litera dicitur de aduentu horum, dicit Christus, si dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus est, nolite credere, & tunc si illi, qui se vocarent Christum non dicerent se esse Iesum Nazarenum, non haberat causa eundem in desertum ad videndum, an ille erat, nam si diceret se esse quandam aliam personam, eo ipso planè erat non esse ipsum Messiam cum Iesum Nazarenus fuisset, & creditus verus Messias, & ita non oporteret ire ad videndum, ergo vbi se vocabant Iesum Nazarenum, & ideo discipuli, aut alij cre-

Alph. Toftin Matth. Pars VI.

dentis vellent ire ad videndum an ipse esset, & ob hoc venit Iesus illuc ire.

Dicendum, quod illi, qui venturi erant, & seducerent multos, non dicerent se esse Iesum Nazarenum, sed quendam aliam personam se dicerent, esse tamen Messiam verum, & assereret quilibet non fuisse Messiam Iesum Nazarenum. Et patet primo, quia illi, qui venirent ad seducendum datur erant multa signa, & prodigia, ut eis crederetur esse Messiam infra in litera, sed dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem ducant, si fieri potest etiam electi, & tamen si dicerent se esse Iesum Nazarenum, non oporteret, quod darent signa aliqua ad probationem, quia illam ostenderat ex operationibus suis esse Messiam, & talis esse a discipulis creditus erat, sed solum, quod ex habitudine vultus constaret esse Iesum Nazarenum, & tamen faciebant signa ad probationem, ergo non se vocabant Iesum Nazarenum.

Secundo patet ex historijs illorum temporum, ut ex lib. 19. & 20. Antiqui. Iosephi. & ex libris de Bello Iudaico eiusdem. Et ex libris Egesippi, qui ista, quæ post passionem usque desolationem Ierusalem scripserunt, quo tempore surrexerunt isti falsi Christi, & tamen nunquam dicunt aliquem illorum vocatum Iesum Nazarenum vsurpato sibi hoc nomine. Tertio patet, quia Hiero. super Matth. exponens locum istum, multi venient in nomine meo, dixit quod unus istorum fuit Simon magus, & tamen constat, quod Simon magus, nunquam se vocavit Iesum Nazarenum, sed ex nomine suo vocabatur Simeon, nisi quod dicebat se esse virtutem Dei magnam. Ad primum in oppositum dicendum, quod veniebat in nomine Iesu non quidem in nomine personali, sed in nomine dignitatis, erat enim nomen suum personale Iesus, quia illud fuit sibi impositum in circumcissione iuxta morem Iudæorum: Luc. 2. c. & illud fuerat sibi ab Angelo impositum antequam exiret de utero supra 1. & Luc. 2. c. Nomen autem dignitatis erat Christus, vel Messias, quia erat nomen regis, & redemptionis, & istud secundum erat magis proprium nomen eius, quam Iesus, quia multi Iudæi vocabant se illo nomine, & tamen nemo se Messiam vocabat, quia ille vnicus erat futurus, & quia Iesus Nazarenus erat verus Messias, erat verum, & proprium nomen suum Christus. Et ita dixit multos venturos in nomine suo, non quidem in personali, scilicet ut se vocarent Iesum Nazarenum, sed in nomine dignitatis, scilicet ut se vocarent Christum. Et apparet iste sensus ex litera, quæ dicitur, multi venient in nomine meo, dicentes, ego sum Christus. Et non dixit, dicentes, ego sum Iesus Nazarenus. Et ita non vsurpabant eius personam, sed dignitatem.

Ad secundum dicendum, quod secundum modum loquendi Marci, & Lucæ poterat esse magis dubium, quia cum dicant, ego sum, potest esse dubium ad quid referatur, scilicet an ad personam, vel ad dignitatem, sed Matthæus abstulit dubium, dicens, venient dicentes, ego sum Christus, ergo non se vocabant ex nomine personæ, sed ex nomine dignitatis, & consequenter non dicebant se esse illam personam Iesu Nazareni.

Ad tertium dicendum, quod etiam si non dicerent illi, qui venirent se esse Iesum Nazarenum, haberent locum illa, quæ dicta sunt de exeundo in desertum, & intrando in penetralia, quia non ituri erant discipuli, & alij fideles ad eum, qui Christus dicebatur ad videndum, ut scirent an erat Iesus Nazarenus, sed ut viderent, an faceret mirabilia illa, quæ dicebantur, aut dicerentur de eo, per quæ crederetur esse Messias.

L1 Quo

Quo tempore venirent isti in Christi nomine. Quæst. XXXVII.

QVAERETUR cum dicatur, qd multi venient in nomine, &c. qui erant isti, & quo tpe venier. Dicendum, quod isti venerunt pauco tempore post Christi resurrectionem, scilicet inter eius resurrectionem, & destructionem Ierusalem, & aliqui etiã post Ierusalem destructionem, & quilibet horum dicebat se Messiam esse, de quibus fuit vnus Simon magus pauco tempore post Christi mortem, qui se assererat esse virtutem Dei, & volebat deducere homines, vt crederent in eum, vt colligitur Actu. 8. ca. De hoc dicit Hierony. super Matth. scilicet vnus eorum, de quibus loquitur, fuit Simon magus Samaritanus, quem in actibus Apostolorum legimus, qui se magnã Dei virtutem assererat, hæc enim inter cetera in suis voluminibus scripta dimittens, ego sum sermo Dei, ego omnipotens, ego omnia Dei. Sic quoque multi alij tur rexerunt, vt Iudas Galilæus, & Theodas, de quibus Actu. 5. c. & multi alij, de quibus Scripturæ Sacre non tetigerunt. Alij enim dicunt, quod omnes, qui sint actores aliquarum heresum sunt falsi Christi, cū per illos hereses seducant eos, quos secum trahunt. Sic dicit Hierony. super Matthæ. ego reor omnes heresiarchas aut hereticos dici posse, & sub nomine Christi ea docere, quæ Christo contraria sunt. Sed dicendum, qd verum est omnes auctores heresum anrichristos dici posse, & omnes, qui sacram Scripturam male exponunt contra intentionẽ Christi, & non loquũt Christus in præsentia de omnibus illis, quia licet oēs hi seducant, & seducere nitantur, tñ non asserit se quilibet eorum Christum, sed Iesum nō loquitur hic, nisi de illis, qui se ipsos Christos dicerent, cum ait, venient in nomine meo, dicentes, ego sum Christus. Sed non omnes heresiarchæ vocauerunt se Christũ, licet Christi repugnarent.

Quid erat venire in nomine Iesu. Quæst. XXXVII.

QVAERETUR quid erat venire in nomine Iesu, cum ait: Venient in nomine meo. Nam sic venire non erat vituperabile. Dicendum, qd venire in nomine eius dupliciter potest intelligi, vno modo in nomine eius, i. sub inuocatione illius. Alio modo in nomine, i. usurpando sibi nomẽ eius. Primo modo venire in nomine Christi est quid agere, vel venire ad agendum in virtute eius. Et ita dixit Christus in nomine meo demonia eicient. i. inuocando me, & sub virtute nominis mei: Mar. 16. c. Et ita et baptizatur aliquis in nomine patris e. c. & infra 28. f. inuocando totam Trinitatem. Et sic venire in nomine Christi bonum est, & laudabile, sicut dñ supra 21. c. benedictus, qui venit in nomine Domini. i. in potestate eius, & sub inuocatione eius, hoc modo veniebant Apostoli in nomine Domini, siue Christi, & sic quicunque in nomine Christi veniat, vel operetur, siue bonus, siue malus sit non est excludendus. Sic dicitur Luc. 9. cū dixerunt Iacobus, & Ioannes Christo. Domine vidimus quendam eicientem demonia in nomine tuo, qui non sequitur te nobiscum, & prohibuimus eum. Et Christus ait, nolite prohibere, quia qui non est contra nos, pro nobis est. Hoc modo non veniebant isti falsi prophete in nomine Christi, quia sic non essent increpabiles. Secundo modo venit quis in nomine Christi, idest nomen eius usurpando sibi. Et tunc dupliciter, vt dictũ est supra, quia aut in nomine personali, aut in nomine dignitatis, vt si diceret, ego sum Messias, vel

Christus. Et vtrunque est nomen suum, nam licet nomen Iesus fuerit sibi impositũ, & non aliquod aliud, neque vocaretur alio nomine, dum viveret inter homines, nisi cum vocarent eum dominum, vel magistrum, vt Ioan. 13. c. f. Vos vocatis me magister, & domine, tñ Christus, vel Messias erat nomen suum, quia licet de se esset nomen appellatiuum, tñ soli Iesu Nazareno competebat, quia ipse solus erat Messias, neque alius esse poterat, sicut si vnus homo tantũ esset musicus, & nemo alius posset esse musicus, poterat ille dicere, qd nomen suum erat musicus, & quicumque alius sic vocari vellet, usurparet nomen illius. Sic autẽ venire in nomine Christi malum erat, siue in nomine personali, vt si aliquis diceret ego sum Iesus Nazareus, siue in nomine dignitatis, vt si diceret, ego sum Messias, licet nō sim Iesus Nazareus, usurpare enim aliena peccatum est, potissime quando usurpatio est multum preiudicialis, vt si quis se Deum vocaret. Sic erat in præsentia, quia non est deterius credere aliquẽ esse Deum, qui non est, quam credere Messiam esse eum, qui non est, cum sine Messia, & fide determinata, & explicita de illo iam nō sit salus. Et quia isti usurpabant nomen eius, grauitè peccabant. Et quia dicitur absolute venire aliquos in nomine Christi intelligebatur, quod veniebant sub inuocatione eius, & accipiebatur in bonum, addidit quomodo intelligeretur, accipi in secundo modo in quantum ait, dicentes, ego sum Christus, idest usurpando sibi illud nomen.

Quid erat grauius, aut usurpare nomen Christi personale, aut nomen dignitatis. Quæst. XXXVII.

SEd quæretur cum usurpare nomen Christi sit peccatum, siue usurpetur nomen personale, siue nomen dignitatis, vt dictum est præcedenti q. quid erat grauius istorum. Aliqui dicunt, qd æquale peccatum est vtroque, nam eadem res usurpatur in vtroque, quia eadem persona est Iesus Nazareus, & Christus, siue Messias licet non sit idem nomen.

Dicendum, quod licet vtrunque sit graue præiudicium, & peccatum, tamen maius erat vocare se Messiam, vel Christum non vocando se Iesum Nazarenum, nam qui se vocaret Iesum Nazarenum, & consequenter diceret se Messiam, & filium Dei, usurparet sibi, quod non erat, sed non subtraheret Christo, quod habebat, nihil enim deest Iesu Nazareno per hoc, quod aliquis, qui non eest dicit se esse Iesum Nazarenum, quia non vult honorem sub alio nomine, aut ratione, nisi in quantum Iesus Nazareus.

Si autem aliquis diceret se esse Messiam, & nō esse Iesum, detraheret Christo aliquid, quod ei competit, scilicet diceret illum non esse Messiam cum Messias vnus tñ sit. Sicut si quis diceret, ego sum Deus verus minorem iniuriam Deo faceret, quam si diceret ego sum Deus verus, sed non ille Deus, quem colebant Iudæi, vel qui dedit legem Moysi, quia per secundum rotus honor tollebat Deo vero, nam cum Deus verus vnus tantum sit, si aliquis esset verus Deus, & non esset ille, qui dedit legem Moysi, & quem colebant Iudæi, sequeretur, qd ille, quem Iudæi colebant, non erat Deus verus.

Sed de istis, qui veniebant in nomine Christi ostensum est supra, & dictum est, quod non vocabant se Iesum Nazarenum, sed se Christum appellabant, & consequenter Iesum negabant esse Christum, ideo maximam iniuriam ei faciebant ponens, quã si aliquis eorum mentiretur, dicens, ego sum Iesus Nazareus, qui surrexi a mortuis, & sum Messias.

Quid

Quid per hoc significabant dicentes, ego sum Christus. Quæst. XXXIX.

QVAERETUR cum isti venientes dicerent, ego sum Christus quid per hoc significabant, & quid signat hoc nomen. Dicendum, quod intendebat quilibet istorum vocare se Messiam.

Christi nomen quid significet.

Pro quo sciendum, quod hoc nomen Christus est Græcum, & signat vnctiõnem, vel vnctum, & iō reges vocabantur Christi Apud Iudæos. Sic dicitur primo Regum vigesimo quarto capitulo, quod Dauid noluit occidere Saulem, quia erat Christus domini, idest rex vnctus, & secundo Regum primo capitulo, dicitur. Os tuum locutum est contra te, dicens, ego interfeci Christum domini, idest regem Saule, erant enim omnes reges vncti apud Iudæos, vt patet de Saule primo Regum decimo capitulo, & de Dauid primo Regum decimo sexto, & secundo Regum secundo, & quinto capitulo, & de Salomone tertio Regũ primo capitulo, & primo Paralipomenon 29. capitulo, & ita de alijs regibus. Et ex hoc fundamentum per quandam metaphoram vocabantur omnes Iudæi Christi, idest vncti, non quod vncti essent corporaliter, sed quia in quantum pertinebant ad Deum specialius, quam alię gentes, videbantur participare omnes principatu regnatiuo, sicut ipse dixit Exod. 19. eos esse sibi regnum sacerdotale, & peculium de cunctis gentibus, & ideo vocabantur Christi. Sic dicitur Psal. 104. nolite tãgere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et locutus est de toto populo Iudæorum.

De Messia autem dicendum, quod vocatur Christus proprie, idest rex, nam omnes reges Iudæorum erant Christi: Messias autem erat rex, & de progenie regis Dauid, & regnaturus dicebatur super sedẽ Dauid, vt dicitur Iere. vigesimo tertio, & Isa. vn decimo capitulo, & Luc. primo capitulo, ideo Christus vocari poterat. Sed hoc specialiter habebat, quia Messiam vocamus Christum absolute, quasi absolute dicamus eum regem non expresso nomine. Et ratio est, quia per excellentiam ipse est rex cum perfectius regnaturus esset, quam ceteri, immo deduceret omnia ad perfectionem. De ceteris autem dicebamus, quod erant reges cū additione, vt rex Dauid, rex Salomon. De Messia autem absolute dicimus rex, quasi, vel solus sit rex, vel excellentius, quam omnes, & ita vocatur absolute Christus. Vnde quando vocamus absolute Christum non intelligimus, nisi Messiam, licet Dauid esset Christus Domini, & Salomon, & ceteri reges, hic autem dicebant isti, ego sum Christus, idest ego sum rex Messias.

Quomodo erat verum, quod isti Christi multos seducerent. Quæst. XL.

QVAERETUR quomodo erat verum, quod isti multos seducerent, & quod erat motuum seductionis.

Dicendum, quod isti seducebant multos, quia habebant aliqua, per quæ deducere possent homines ad credendum eis. Primum erat operatio signorum magnorum, per quæ putabantur a Deo missi, sic dicitur infra in litera, scilicet surgent pseudo Christi, & pseudo prophete, & dabunt signa magna, & prodigia. Secundum erat appetitus libertatis ex parte populi, nam Iudæi cupiebant valde libertatem cū essent subditi Romanis. De Messia autẽ credebat apud oēs Iudæos, & ex apud discipulos Christi, qd restitutus erat regnũ Israel cõgregando oēs Israelitas dispersos, & liberando eos de potestate gentiũ, & constituendo Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

A principatum vnũ inter eos, sicut fuerat tpe Dauid, & iō præ desiderio huius libertatis, qñ audiebant aliquẽ, qui se Christum vocaret, et si non offideret magnam verisimilitudinẽ adherẽbat ei, & sequebantur illum. Tertium erat conditio tpsis, nam licet Iudæi oĩ tpe appetuerint libertatẽ, sed nunq̃ magis q̃ nunc, cū videbatur eis, qd valde opprimebant a Romanis, & ideo tanto facilius credebãt aliquẽ esse Messia quam omnia cupiebant istã libertatẽ, q̃ per Messiam solũ putabant iã recuperandã. Quarto mouebant ex sacra Scriptura, nam tempus aduentus Messie, vt colligi poterat ex dictis prophetarum, erat tunc completũ, ideo de quocunque qui tunc se Messiam diceret, facilius crederetur, quam alio tempore, etiam si paruas induceret probationes.

Qui erant isti, qui seducebantur, & quomodo erant multi. Quæst. XLI.

QVAERETUR qui erant isti, qui seducebantur, & quomodo erant multi. Dicendum, qd isti, qui seducebantur erant, vt in plurimũ illi, qui non audierãt Iesum prædicantem, vel saltem non crediderãt in eũ, & hos facile erat decipi, cum non hẽrent aliqui, quo resisterent seductioni, fideles autẽ, qui in Christum iã crediderant, siue per eius prædicationẽ, siue Apostolorũ suorũ hẽbant aliquid quo resisterent deceptioni. Primum erat recta fides, nã crediderant Iesum esse Messia, sed sciebant Messiam vnicum esse, ideo non crederent alium venientem esse Messiam. Secundum erat admonitio Christi, quia ipse admonuerat valde vigilandum contra istos seductores, qui venirent cum dixit infra in litera, si tunc si quis dixerit vobis, ecce, hic est Christus, aut illic, nolite credere, & si dixerint, ecce in deserto est, nolite exire. Infideles autẽ non habebãt istam admonitionem, iō facilius seducebantur. De fidelibus autẽ, qui iam credebant, dñr aliqui, qd nō seducti fuerunt aliqui pp ista duo, quæ dicta sunt. Sed dicendum, qd multi de illis quoque seducti fuerunt, & abierunt retrorsum, vt colligitur infra in litera, cum dñr: Et eritis odio omnibus hominibus, & tunc scandalizabuntur multi. Scandalizari autẽ est pati offensionẽ in fide, vel ab ea cadere, & est modus loquendi Christi talis, sicut dixit infra 26. c. oēs vos scandalizati patiemini in me in ista nocte. i. fides vestra circa me peribit, vel infirmabitur, ergo multi, qui iã fidẽ hẽbãt pderẽt eã & sequerẽtur tunc illos falsos Christos. Secũdõ patet hoc, quia dñr ibi, quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed refrigescere charitatẽ est cadere ab eo, in quo quis erat, ergo aliqui crederent, sequendo illos falsos Christos de eis, qui prius sequebantur Christum. Tertio patet, & clarius, quia dñr: Qui autẽ perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, ergo innuitur, qd multi erant de illis, qui fidem Christi acceperant, qui nō perseuerarẽt in ea, sed sequerẽt falsos Christos. Sed dicendũ, qd de credentibus erant quidã electi a Deo ad vitam eternam, alij vero non. De electis dicendum, qd nemo cecidit a fide sequẽdo falsos Christos, sed fuerunt in periculo pp multas tribulationes, & pp magna signa, quæ faciebant falsi Christi ad pbandũ se esse Christos. Sic dñr infra in litera, si surgent pseudo Christi, & pseudo prophete, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducant (si fieri potest) etiam electi. De non electis multi ceciderunt a fide, sequendo falsos Christos, sicut dicit Christus Ioan. 17. pater serua eos, quos dedisti mihi, cum essent cum eis seruabam eos, & nemo perijt ex eis, nisi filius perditionis erat, ita qui non erant electi, ex magna parte tunc a fide ceciderunt.

L1 2 Quo-

Quomodo poterat credi de aliquo veniente, quod esset Messias. Quæst. XLII.

Sed quæretur cum Christus iam prædicasset, & miracula fecisset, quomodo poterat credi de aliquo veniente, quod esset Messias. Aliqui dicent, quod veniens dicebat se esse Iesum Nazarenum venientem de alio seculo post resurrectionem ad restituendum regnum Israel, nam et discipuli Christi credebant eum venturum esse ad regnandum temporaliter, ut dictum est supra. Sed dicitur, quod non stat, quia illi, qui veniebant non dicebant se esse Iesum Nazarenum, sed alias personas, immo potius dicebant Iesum non fuisse Christum, ut ostensum est supra. Dicendum ergo quod non impediatur aduentus Christi præteritis ad hoc. Primo, quia licet venit, & prædicavit non crediderunt ei a principio, nisi pauci Ios. i. in propria venit, & sui eum non receperunt, & illi poterant recipere quemlibet alium, immo facilius alium recipere, quia Iesum recipere noluerant, & hoc Christus dixit eis: Ios. 5. c. ego veni in nomine patri mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo illum accipietis. Secundum erat, quia Iesus mortuus erat iandiu, & non regnauerat temporaliter, ideo putabant eum non fuisse Messiam, cum firmiter crederent, quod Messias temporaliter esset regnurus, & restitutus regnum Israel, & sic expectabant adhuc Messiam futurum, & quicumque veniret accipiebatur ab aliquibus.

Quomodo fideles poterant seduci, ut alium Christum sequerentur. Quæst. XLIII.

Sed dicitur quomodo saltem fideles poterant seduci, ut sequerentur alium Christum postquam in verum Christum crediderant. Dicendum, quod multa ad hoc poterat movere. Primum erat magnitudo prodigiorum, & signorum, nam tanta erant, ut per ea in errorem deducerentur (si fieri posset) etiam electi, ut dicitur infra in litera, ergo a fortiori ducerentur in errorem pusilli, & non electi. Secundum erat tribulatio magna, & persecutio contra credentes, ut dicitur infra in litera, scilicet. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & tunc scandalizabuntur multi, sed istud scandalizari est cadere a fide, ut dictum est supra q. 41. Et dupliciter movebat tribulatio ista ad cadendum a fide. Vno modo directe, scilicet licet quidam putarent rectam esse Christi doctrinam, quia tamen tenentes eam patiebantur multas angustias deserebant eam, & sequebantur alios doctores. Secundo potest accipi, & melius, quod movebat ista tribulatio indirecte, scilicet quia videbant tenentes istam doctrinam pati gravissimas persecutiones, & odio haberi ab omnibus hominibus, putabant non esse eam ex Deo, sed contra Deum, quia si ex Deo esset Deus servaret eos, qui illam tenebant, & iste modus arguendi erat apud Iudeos, & Gentiles, ut dicitur ibi super ipsa litera. Tertium quantum ad principale erat paruitas fidei, nam quidam erant male firmati in fide, & isti ex quibuslibet verisimilitudinibus, aut occasionibus movebantur. Et istam causam cadendi a doctrina sua posuit Christus infra in litera, scilicet quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum. Quartum erat sanctitas legis Christi, quæ efficitur in tolerabilis hominibus carnalibus, omnia enim vitia vetat lex Christi, sed abstinere ab omnibus non possunt, nisi qui habent spiritum Dei, quidam autem Iudeorum a principio ferventes spiritu acceperunt fidem Christi, & tenuerunt. Postea vero fervor ille refrigeravit, & non potentes omnibus desiderijs suis resistere legem sanctam relinquerunt. Et in hoc sensu po-

Ota vitia vetat lex Christi.

test intelligi litera allegata, scilicet refrigescet charitas multorum. Et hi a fide Christi ceciderunt, quia Christus ponit ibi refrigerationem charitatis inter causas credendi falsis prophetis.

Quintum erat, quia Christus non rediit ad regnandum temporaliter, nam creditum erat apud omnes Iudeos Messiam debere regnare temporaliter, & redimere Israel, & ideo discipuli quoque Christi credebant illud, ut dictum est supra, & ob hoc cum mortuus fuerit antequam redimeret Israel scandalizati fuerunt circa ipsum, & iam non credebant esse Messiam, sic dicitur Luc. 24. c. de duobus discipulis eunibus in Emaus: Nos sperabamus, quod ipse redempturus esset Israel, quasi dicat sperabamus, & iam non speramus, & Christus increpuit ibi eos, dicens illos non credere, sed ibi dedit, quasi ipse quandam, quod regnurus esset, id est quod passio debuit precedere ad gloriam regni, & magis, quando in ascensione quærentibus ab eo: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit: Non est vestrum nosse tempora, & momenta. Et tamen nunc, quando veniebant isti falsi Christi, erat multum tempus elapsum a morte, & resurrectione Christi, ideo cum viderent, quod non redibat ad regnandum temporaliter, cessaverunt credere eum esse Messiam.

Audituri enim. Hic enim tollit Christus secundum errorem, qui poterat accidere ex falsis terroribus, & iste erat circa destructionem Ierusalem, & dicitur.

Audituri enim estis praelia, i. temporibus vestris audietis bella fieri. Et opinioniones praeliorum. Id est quadam bella, quæ crederentur verisimiliter euentura, & non euenient. Videte ne turbemini. i. non putetis propter hoc statim futuram euerisionem Ierusalem, propter quam turbaremini fugiendo. Oportet enim hæc fieri. Dat cam dicti, quia diceret aliquis, quod cum Ierusalem in brevi esset evertenda, & hoc futurum esset per aliqua magna bella, quod quando viderentur aliqua bella talia insurgere in terra Iudeorum, putaret Ierusalem destrudam, & Christus dicit, quod non, quia oportet ista bella prius fieri. Sed nondum statim finis. i. quando audieritis praelia non est statim finis rei vobis prænnunciatur. i. destructionis Ierusalem. q. d. licet hæc aliquid faciant ad illam euerisionem velut initia quadam dolorum, sed consummatio omnium malorum, quæ est ipsa destructio Ierusalem non est statim, sed aliquanta tempora, & anni transibunt. Consurget enim gens in gentem. Hic magis in particulari prædicantur hæc mala. Nam dixerat non debere turbari discipulos licet audirent praelia, hic vero declarat magis illa, quæ præcederent antequam esset consummatio euerisionis Ierusalem. Et dicitur, quod surget gens contra gentem, siue de gentilibus (ut aliqui volunt) siue de Iudeis inter se (quod verius est). Et regnum in regnum. i. regnum contra regnum, id est regnum Romanorum contra regnum Iudeorum, ut putatur. Vel partes principatus in terra Iudeorum inter se, qui possunt vocari regna large. Et erunt pestilentia. Morbus, qui depascitur, & deuorat omnia iumento, cui non potest resisti, aut difficile resistitur.

Et fames. Sterilitas terre, ita ut multi perirent pro defectu ciborum. Et terremotus. Hoc naturaliter accidit, & læpe videtur, sed hic ad calamitatem ponitur pertinere. Per loca, quasi dicat non fuerunt isti terremotus generales, neque fames, & pestilentie, sed per diversa loca terre Iudeorum hæc acciderunt.

Hæc autem omnia. Scilicet, quæ nominata sunt. Initia sunt dolorum. Id est quando ista videritis adhuc non putetis finem esse malorum, id est destructionem Ierusalem illico sequutam, sed sunt quadam initia ad illud malum, nam malum magnum, nunquam solum est, sed multa illud præcedunt.

in q. 34.

Ad quid ponantur hæc, quæ Christus comminatur. Quæst. XLIIII.

Quæretur de istis, quæ ponuntur hic a Christo ad quid ponuntur, & de quo intelliguntur. Dicendum ad primum, quod ista non ponunt simpliciter. i. pro seipsa, ut cognoscamus ea, sicut historici describunt res gestas pro seipsa solum, solum, ut sciant. Christus autem non habuit officium historiographi, quia non erat hoc narrare gesta, sed gerenda prædicere, quod ad prophetiam pertinet, sed cum prophetia, nunquam sit allata voluntate humana, sed inspirante Deo. Pe. i. c. nunquam est frustra, sed satis esset frustra respectu tantæ rei, si solum prænnunciarentur hæc, ut scirentur, ideo non fuerunt posita ad hoc, sed in signa aliarum rerum futurarum. Secundo patet, quia discipuli petierant a Christo signa cum dixerunt supra, quando hæc fient, & quod est signum aduentus tui, & consummationis sæculi, hic autem respondit dicens. hæc ergo oportet, quod ista ponat, ut signa. Tertio patet, quia dixit: Oportet hæc fieri, sed non statim finis. Et ita videtur, quod ista aliquid significabant, sed poterat esse error in accipiendo significationem horum, ideo dixit Christus, quod non significabant tam de propinquo, sicut putabant discipuli. Quarto patet, & efficacius, quia cum omnia hæc Christus enarrasset ait, hæc autem omnia initia sunt dolorum, ergo videtur, quod posuit ea ad significandum dolores futuros, qui initiabantur, quia ista euenirent.

Quid per hæc Christus intendit significare, & cuius rei sunt signa. Quæst. XLV.

Quæretur quantum ad secundum, scilicet quid per hæc Christus intendit significare. i. cuius rei ponit ista signa. Aliqui dicunt, quod ponuntur, ut signa consummationis sæculi, ita vult sensus præfatur gens contra gentem, & erunt pestilentie, & fames, & terremotus, & hæc oportet fieri ante finem mundi, & tunc licet hæc videatis non credatis, quod statim post hæc sequetur finis mundi. Et patet primo, quia dicitur in Ista, oportet hæc primum fieri, sed nondum statim finis, & ita signa sunt de fine mundi, licet non sequatur finis statim post ea. Secundo patet, quia ita exponit Chry. dicens, quia aestimabant post illud bellum, quo Ierusalem destrueretur, statim finem mundi esse venturum eos in vera opinione stabilis, dicens, oportet hæc primum fieri, sed nondum statim finis, s. mundi. Tertio, quia Hierony. super Matth. Etiam sic exponit, dicens: Oportet primum hæc fieri. i. non putemus diem instare iudicij, sed in tempus aliud reuerari cuius signum perspicue in consequentibus ponitur, scilicet gens contra gentem. Quarto patet, quia ita Grego. exponit in homilia super illo verbo Luc. 21. c. cum audieritis praelia, & seditiones dicens: Dominus ac redemptor noster perituri mundi præcurrentis mala denunciat, ut minus turbent venientia, cum fuerint præscita, & ita ista mala, quæ hic prænnunciantur dicit esse præuenientia ad mundum periturum. i. ad consummationem mundi. Quinto patet, quia sic intelligit Origenes super Matth. applicans omnia ista ad finem mundi, cum ait, sicut egrotant corpora ante mortem, sic necesse est, ut ante finem mundi, quasi languens terra frequenter terremotibus conuulsatur: Aer enim vim mortiferam concipiens pestilens fiat, & vitalis virtus terræ deficiens suffocet fructus, conuulsus est aërem, ut propter inopiam ciborum in auantiam homines, & bella excitentur.

Sed dicendum, quod non stat, immo ista ponuntur hic, ut signa præcedentia ad destructionem Ierusalem. Et patet primo, quia principaliter quæsierunt discipuli. Alth. Toft. in Matth. Pars VI.

Ad de tempore euerisionis Ierusalem, & ex hoc quæsiuerunt de alijs duobus, ideo necesse est, quod Christus ponatur respondens ad illud ponendo aliqua signa de tempore euerisionis Ierusalem, & tamen si ista non intelliguntur de euerisione Ierusalem, nulla alia signa ponuntur hic, ideo necesse est intelligi de illa.

Secundo, quia accipiendo, quod hæc sunt signa de fine sæculi nihil nouificant. Accipiendo, quod sunt signa destructionis Ierusalem sunt signa certa, ideo oportet intelligi de euerisione Ierusalem, quia potius debemus aliquid interpretari, ut valeat, quam ut pereat, nam quotidie per diuersas partes mundi surgit gens contra gentem, & regnum contra regnum, & sunt pestilentie, & fames, & terremotus, sed non indicant finem mundi, quia tunc ante Christi aduentum fuisset finis mundi, & quotidie esset, cum quotidie eueniat. Si autem dicas, quod ista debent precedere finem mundi, & tamen non statim post hæc est finis mundi. Dicitur, quod ista signa nihil plus nouificant, quam si nunquam posita essent, ut si dicitur prius venit ver, & istas, quam consummatio sæculi, quia hoc esset ridiculum dicere. Sed non est ponendum aliquid frustra dictum esse a Christo, ergo non sunt ista signa consummationis sæculi. Accipiendo autem de euerisione Ierusalem, sunt ista determinata signa, quia colligendo omnia hæc cum sequenti litera usque ad locum illum, scilicet tunc si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, & c. habentur omnes notabiles mutationes, quæ futuræ erant a morte Christi usque ad destructionem Ierusalem in terra Iudeorum, & post omnia hæc futura erat euerisio Ierusalem.

Tertio patet, quia ista dicuntur Apostolis personaliter, quasi in eis euentura essent, & tamen ipsi non durauerunt usque ad finem sæculi, sed ante euerisionem Ierusalem occisi sunt, ergo de euerisione Ierusalem dicitur, & non de fine sæculi. Et patet, quia post hæc dicitur tunc tradent vos in tribulatione, & occident, ergo tempore, quo fuerint bella, & fames occidendi erant Apostoli, & apertius istud dicitur Marc. decimo tertio, & Luc. vigesimo primo capitulo. Sed forte aliquis dicit, quod non accipitur de Apostolis, sed de alijs, ad quos Christus loquebatur sub nomine ipsorum. Dicendum, quod non stat, quia Marc. decimo tertio capitulo, dicitur: Videte vosmetipsos, tradet enim vos in concilijs, & Synagogis, & vapulabitis. Hæc autem ad literam acciderunt in Apostolis, quia isti sunt, de quibus Christus dixerat præcedenti capitulo, & flagellabitis in Synagogis vestris. Nam de fine sæculi non potest intelligi, quia tunc Christiani non ducerentur ad Synagogas, ut ibi vapulent, sed necesse est dici factum esse ante euerisionem Ierusalem, & maxime, quia Marcus dicit, videte vosmetipsos, ergo in eis accidere debebant omnia hæc, & ita non sunt signa consummationis sæculi, sed euerisionis Ierusalem.

Ad primum in oppositum dicendum, quod occasio deceptionis eorum, qui putant hæc intelligi de fine sæculi est, quia dicitur, sed nondum statim finis, & tunc non intelligitur de fine mundi, sed de fine malorum Ierusalem, quæ mala finiunt in totali eius desolatione. Ad alias rationes dicendum, quod doctores varie exponunt, & interdum ponunt sub dubio, sed etiam si ipsi assererent intelligi de fine sæculi, non consentit hoc litera, neque est verum.

Quæ sunt ista signa, quæ Christus dedit discipulis de tempore euerisionis Ierusalem. Quæst. XLVI.

Quæretur cum Christus respondeat discipulis, dando eis signa de tempore euerisionis Ierusalem, quæ sunt ista signa.

tuo Christo euerteretur Ierusalem, fuit autem facta F
sufficiens per quadraginta annos, vel quasi, in qui-
bus nutrita, & roborata fuit ecclesia in terra Iudæe, ergo
vique ad tantum tempus non debuit eueri Ierusa-
lem. Et ista est causa præcipua, Sic tangitur infra in
litera, scilicet. Prædicabitur hoc euangelium regni in
vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio, id est fi-
nis malorum Ierusalem, qui finis est totalis deletio.

Tertio, quia licet illa euerio facta fuerit pro pecca-
tis Iudæorum, tamen fieri debebat per exercitum Ro-
manorum rebellantibus eis Iudæis, sed rebellio Iudæo-
rum non facta fuit statim post mortem Christi, ideo
neque euerio statim fieri debuit. Sed dicendum, qd
ista non est causa præcipua, sed ex alijs pendet. Si enim
peccata Iudæorum completa essent in morte Christi, G
& prædicatio, & conuersio fidelium ex Iudæis, statim
sequeretur rebellio, & euerio, sed ideo Deus tandiu
compescuit animam Iudæorum ad non rebellandum, &
Romanos esse mites Iudæis, licet indignis quousque
hæc consummata sunt, & tunc vtrisque Deus laxauit
habenas: Iudæis quidem, vt possent rebellare: Roma-
nis vero, vt indignarentur ad delendum illos.

Quarto ad hoc, quod conuenientius dispergerent
fideles per orbem ad prædicandum, nam si statim post
mortem Christi euerteretur Ierusalem, dispergeren-
tur statim Christo mortuo discipuli de Ierusalem per
orbem ad prædicandum, & tunc pauci essent, & non
sufficerent ad prædicandum vbique, sicut cum multi
iuerunt, & ista multitudo facta est, quia post mortem H
Christi longo tempore facta est prædicatio, & con-
uersio Iudæorum manentibus ibi Apostolis, quod non
fieret si statim post mortem Christi euerteretur Ierusa-
lem, & recederent inde fideles.

Quinto fuit propter necessitatem profectus eccle-
siæ. Christus enim dedit mandata solum generalia nõ
statuens omnia, quæ necesse erant in ecclesia obser-
uari, Vnde necesse erat post mortem eius dari mada-
ta aliqua, & tolli dubia, quæ orirentur circa obseruan-
tias manentium sub fide Christi. Habebant autem po-
restatem ad hoc Apostoli, & prælati ecclesiæ, sicut di-
citur Ioan. 20. Sicut me misit pater, ita ego mitto vos.
Et quia ecclesiæ Dei nihil magis nocet, quã schisma-
ta, & hereses, debuit a principio tota ecclesia Christi
manere in aliquo vno loco, vel regione, vt ibi manen-
tibus omnibus principibus ecclesiæ introducerentur
ijdem mores ecclesiæ, & dubia, quæ orirentur solu-
rentur de communi sententia, & sic tollerentur schis-
mata in principio ecclesiæ, quod optimè factum est ma-
nentibus Apostolis omnibus in Iudæa longo tempore
post mortem Christi, & crescente ibi ecclesia, & tol-
lebantur dubia de communi sententia Apostolorum,
vt quando dubitatum fuit circa obseruationem lega-
lium, scilicet an conuersi de gentilitate tenerentur ad
legalia, & diffinitum est, qd non Actu. 15. c. & sic circa
quædam alia, quæ non potuissent conuenienter diffi-
niri, si statim post mortem Christi euerteretur Ierusa-
lem, & dispergerentur Apostoli per diuersa loca, id
fuit conueniens, qd non euerteretur statim, sed longo
tempore post, & hoc Christus voluit, & expresse ma-
dauit, nam quando ascendit in celum præcepit eis, a
Ierusalem ne discederent, sed expectarent pmissum
parris Spiritum Sanctum, & dixit, accipietis virtutem
Spiritus Sancti superuenientis in vos, & eritis mihi tes-
tes in Ierusalem, & omni Iudæa, & Samaria, & vsque
ad vltimum terræ: Actu. 1. c. & ita iussit manere prius
ad testificandum in Ierusalem, & Iudæa, & Samaria,
quæ pertinent ad eandem prouinciã, quam disper-
gerentur ad alias partes orbis. Ad testificandum autem
in his tempore indignit, ideo non debuit fieri euerio
Ierusalem statim post mortem Christi, sed multo tem-
pore post.

Sexto fuit, quia nõ solum proderat hoc ad
prædicationem, & conuersionem, quæ fiebat in Iudæa,
sed etiam ad prædicationem, quæ facta est per alias par-
tes orbis, prædicatio enim rei nouæ non fit conueni-
enter, nisi ad animum tranquillum, doctrina autem Chri-
sti erat multum noua, quia annunciabat ea, quæ in alijs
doctrinis non habebantur, vnde Paulum prædicatem
doctrinam Christi vocauerunt Philosophi Athenien-
sem, inuenerunt. f. seminatorem verborum, & annun-
ciatorem nouorum demoniorum: Actu. 17. c. Sed quã-
do fuit euerio Ierusalem, fuerunt grauissima bella præ-
cedentia ipsam, per quæ non solum terra Iudæorum
turbabatur, sed & multæ aliæ partes orbis. Et ita diffi-
cile erat ire per varias regiones ad prædicandum, & au-
ditores non erant bene attentæ ad hanc rem nouam,
ideo quousque fieret aliquã denunciatio verbi Dei
per totum orbem, debuerunt bella quiescere. Et ita
factum est, quia illis quadraginta annis, vel quasi, qui
intercederunt inter passionem Christi, & euerio
Ierusalem, facta est prædicatio per totum orbem. Sic
dicitur infra in litera. Et prædicabitur hoc euangelium
regni per totum orbem, & tunc veniet consummatio,
id est euerio Ierusalem. Et ita fuit conueniens nõ
deleteri Ierusalem statim post mortem Christi, sed ex-
pectari per quadraginta annos, vel plus.

*Quare posuit Christus euentura omnia hæc ante euer-
sionem Ierusalem, scilicet bella, fames, pestilen-
tias, & non aliqua alia.*
Quæst. LI.

QV AER ET VR. quomodo posuit Christus euen-
tura omnia hæc ante euerio Ierusalem, f.
bella, fames, pestilentias, terremotus, & quare hæc om-
nia potius, quam aliqua alia. Dicendum, qd Christi di-
scipulis prædicare ea, quæ euentura erant voluit, & quia
secundum Dei prouidentiam ista accedere debebant,
prædixit hæc. Et si aliqua alia accedere deberent, & nõ
hæc, prædiceret illa, & non hæc.

Alia ratio est, quia Christus voluit prænuñciare ma-
la omnia fere euentura esse post mortem suã in Iudæa
ante destructionem Ierusalem, sed sub istis malis
in generali includuntur omnia alia particularia mala,
ideo ista generalia mala posuit. Alij dicunt, quod po-
nuntur ista mala, quia se habent, quasi per consequen-
tiam quandam pendentibus quibusdam ex alijs, nam
volunt, quod tellus ante finem mundi a sua virtute
deficiet, & aer inæqualitatem pateretur, ex inæquali-
tate aeris sequitur pestilentia, ex defectu, vel
infirmis terræ sequitur terremotus, & sterilitas, ex
sterilitate fames, ex fame auaritia, ex auaritia bella, &
seditiones. Sic dicit Origenes super Matthæ. scilicet.
Sicut egrotant corpora ante mortem, sic necesse est
ante corruptionem mundi, vt quasi languens terra
frequentius terremotibus cõquassetur, aer etiam vim
mortiferam concipiens pestilens fiat, & vitalis virtus
terre deficiens suffocet fructus, cõsequens autem est,
vt propter inopiam ciborum in auaritia, & bella ho-
mines excitentur.

Aliam autem causam horum dat idem Origenes
ibidem dicens: Adhuc profundiorẽ dabit aliquis
causam eorum, quæ ante finem mundi sunt euentu-
ra, sicut enim aduentus Christi in pluribus gentibus
diuina virtute fecit pacem, sic consequens est, vt cum
propter abundantiam iniquitatis retriguerit caritas
multorum, & ideo dereliquerit illos Deus, & Christus
eius, iterum fieri bella dũ prohibent a scitate operatio-
nes seminatrices bellorum, sed & aduersarij virtutes, dũ
non vetantur a sanctis, & a Christo absque phibitio-
ne operabuntur in cordibus hominum, vt excitent
gentem

Trifido
Philoso-
phorum
Athenien-
in Paulum
prædican-
tem.

Qsio pesti-
lentia, ter-
remotus,
fames, &
bella cau-
sentur.

gentem aduersus gentem, & regnum aduersus regnũ.
Si autem, sicut quibusdam placet fames, & pestilentia
ab Angelis Satanæ fiunt hæc, & tunc inualescent ab
aduersis virtutibus, quando non fuerint sales terræ,
& lux mundi, Christi discipuli destruetes, quæ ex de-
monum malitia seminantur.

Sed dicendum, quod iste adaptationes ex maiori
parte non tenent, eo quod supponunt ista euentura
circa finem mundi, & tamen Christus non dixit pro
hoc, sed pro malis, quæ euentura erant ante euerio-
nem Ierusalem, vt supra ostensum est. Ideo dicendũ,
quod causa prænuñciandi hæc fuit ea, quæ supra habet.

*Quare Christus non subicit destructionem Ierusalem disci-
pulis suis, & alia mala, quæ prænuñciavit, sicut finem sa-
culi.*
Quæst. LII.

QV AER ET VR. cum Christus discipulis que-
rentibus de aduentu suo, quem illi putabat
esse ad regnandum temporaliter non re-
sponderit aperte, id est dicendo, quod nun-
quam sic regnaturus erat, sed dixit, multi venient in
nomine meo, & seducent multos. Et hoc, quia disci-
puli nondum erant capaces talium, vt dictum est su-
pra, quare dixit eis destructionem Ierusalem, & mala,
quæ præueniunt, quia eodem modo ista non possent
tolerare, & ideo subicere deberent.

Dicendum, quod non fuit simile, nam Ierusalem
destruendam esse futurum erat, & melius erat disci-
pulis scire, quam ignorare, nam sciendo poterant
euitare quædam mala, quæ alijs non possent vitare,
& quod deberet Christus non regnare temporaliter
non erat huiusmodi, quia ex hoc, quod tunc scirent
nulla poterat eis sequi vitilis. Poterat autem eis se-
qui damnum, quia ex hoc infirmarentur in cordibus
iuis, & forte deficerent a doctrina eius, vt dictum est
supra, & ideo hoc pauco tempore, scilicet ab hoc die
vsque ad Pentecostem occultandum eis erat.

Secundo, quia Ierusalem eueri, vel non eueri
nõ pertinebat ad doctrinam Christi, ipsum vero non
regnare temporaliter videbatur contrarium com-
muni doctrinæ, qua tenebant Iudæi Messiam regna-
turũ temporaliter, & ideo si diceret Ierusalem euer-
tendam non scandalizarentur. Dicendo autem, quod
non erat regnaturus temporaliter scandalizarentur,
quia putarent eum nõ esse Messiam, aut falsa dicere,
ideo ista non debuit nunc dici.

Tertio, quia Ierusalem euerendam esse non tolle-
bat finem, quem discipuli intẽdebant, sed qd Christus
non regnaret tempore tollebatur illum finem, nam
intendebant, quod Christus regnans temporaliter
restitueret regnũ Israel, & reduceret omnes Iudæos
in terram suam, & tunc discipuli dominarentur, quia
sederent super duodecim sedes iudicantes Israel sicut
Christus dixerat eis supra 19. c. Et hoc summe desi-
derabant. Si autem diceretur Christum non regnatu-
rum temporaliter tollerentur omnia hæc, cum vero
dicitur, quod Ierusalem euerenda erat, nihil horum
tollitur, quia poterant discipuli regnare cum Christo
ante hoc, & restitui regnũ Israel, & his finitis euer-
teretur Ierusalem. Et sic nihil præiudicaret intentioni
discipulorum. Maxime cum nõ diceret qua die euer-
tenda erat, nam si diceret post mensem, aut annum
delendam esse illam, videretur præiudicare discipulis,
quia nõ possent ita cito fieri, quod restitueretur regnũ
Israel, & regnaret Christus, & cum eo discipuli, vel
parum valde regnarent, quod inutile erat, ideo cum
dixerit euerendam Ierusalem, & non signauerit tem-
pus de propinquo quo istud fieret, & non contra in-
tentionem discipulorum. Et bene illud caperent, sed

non caperent nunc, si eis dicerent, quod nõ erat tem-
poraliter regnaturus propter causas dictas.

*Quid sibi voluit Christus, cum dixit audituri estis prælia &c.
Quæst. LIII.*

QV AER ET VR. quid voluit hic Christus dice-
re, cum ait audituri estis prælia, & opiniones
præliorum. Aliqui exponunt vno modo, qd
discipuli audituri erant quædam prælia, quæ
eis videntibus fierent, & ibi audire prælia erat audire
voces bellantium, auditurique erant enarrationes
quorundam bellorum, quæ non viderent, sed post-
quam gesta essent, audirent illa narrare, & ista non
sunt bella, sed opiniones bellorum, id est annunciationes
rerum facturarum. Sic dicit Origenes super Mar. Qui
audit ipsas voces, quæ fiunt in prælijs, audit prælia, qui
autem de prælijs longe gestis audit, opiniones; vel
rumores audit præliorum.

Secundo potest accipi, quod prælia sunt ea, quæ
vere accidebant, opiniones præliorum erant bella,
de quibus opinabantur homines, quod fierent, &
non fiebant, & est sensus, vos audieris de aliquibus
prælijs, antequam eueniant, & illa euenient, & de alijs
audieris, quod euentura sunt, & non fient. Est autem
iste conueniens sensus, quia Christus volebat inferre,
videre ne turbemini, & tamen, ita turbatur homo,
quando audit pericula verisimiliter futura, sicut cum
audit vere futura, cum res, quando futura est, non sit
nobis nota, & sic tam vera bella, quam opiniones bel-
lorum poterant terrere discipulos, quod Christus no-
lebat, ideo conuenienter dixit, audituri estis prælia, &
opiniones præliorum.

Tertio potest accipi, quod bella vocentur ea, quæ
vere bella sunt, scilicet hostium inter se, opiniones
autem bellorum dicuntur ea, quæ sunt bellis similia,
& non sunt bella, sicut tumultus ciuium inter se. Et
est sensus, vos videbitis bella, & audieris, quæ erunt
hostium, id est Iudæorum quorũdam ad hostes. Alia
vero erunt inter ciues, sicut in Ierusalem fuerunt
multæ turbationes ciuium ad modum hostium, sed
non erant bella, & vocantur opiniones bellorum,
quia sicut opinio distat aliquo modo a veritate, & ta-
men videtur esse veritas, ita tumultus ciuium non
sunt vere bella, sed magna bellorum similitudinem
habent. Et iste sensus conueniens est, quia volebat
Christus ne terrentur discipuli, auditis his, & ta-
men ita terrentur audiendo bella ciuilia, quæ vocan-
tur opiniones bellorum, sicut audiendo fieri, vel futu-
ra esse bella hostilia, immo magis turbant quanto-
magis sunt intestina, & nulla pestis efficacior est ad
nocendum, quam familiaris inimicus, ideo Christus
dixit, audituri estis prælia, & præliorum opiniones.

Dicendum autem, quod ista expositio est verior,
quia Luca 21. c. vbi ponitur ista litera dicitur, cum
audieritis prælia, & seditiones, nolite terri, & tamen
bella sunt hostium, seditiones ciuium. Sic dicit Gre-
go in homilia. Bella quippe ad hostes pertinent, sedi-
tiones ad ciues. Nicolaus vero exponit opiniones
bellorum, id est signa, quæ apparent de celo, & a
quibusdam interpretabantur ad bonum ciuitatis Ierusa-
lem, ab alijs vero ad malum, & inter alia fuit vnũ
signum, quod Iosephus narrat, scilicet qd sidus quod-
dam stetit simile gladio super ciuitatem, quam appa-
ritionem quidam iudicabant in bonum, scilicet auxi-
lium futurum sibi a Deo contra inimicos, alij dice-
bant significare vindictam Dei de peccatis habitan-
tium in ciuitate, & ita erant variaz opiniones de præ-
lio. Sed dicendum, quod ille non est conueniens
sensus. Primo, quia dubitatio de tali signo non voca-
tur

Bella ac se-
ditiones
differunt.

Lib. 7. c. 11.

Prodigiũ
instar gla-
dij.

In q. 31.

In q. 31.

fur opinio bellorū, quia opinio belli est an bellū erit, vel non, illud vero erant in bello eueniret bonum, vel malum. Secundo, quia talia signa non pertinent ad auditionem bellorum, sed ad aliud, scilicet ad terrores de celo, & signa magna. Lucas autem vtrunque poiuit, quia loco huius, quod hic habetur, dixit: Cum audieritis prælia, & seditiones. Postea vero dixit, terrores de celo, & signa magna erunt. Et ideo opiniones præliorum non possunt accipi pro tali signo, sed pro seditionibus, sicut supra dictum est.

Quare Christus dixit videte ne turbemini. Quæst. LIIII.

QVÆRETUR quare Christus dixit videte ne turbemini. Dicendum, quod Christus voluit per hoc auferre eis timorem istorum malorū, scilicet licet videaris prælia hostilia, & domestica, non credatis, quod statim Ierusalem euertenda est, poterant enim hoc verisimiliter cogitare, quia Christus dixerat eis euertendā Ierusalem, & hoc non videbatur futurum, nisi per bellum, ideo si nihil aliud adderetur, poterant putare, quando aliquod bellum insurgere viderent, quod tunc euertēda erat Ierusalem, & ideo admonet, quod licet videant ista accidere nō turbentur, id est non putent statim euertendam Ierusalem. Causa huius est, quia volebat Christus, quod manerent discipuli, & ceteri fideles in Iudæa longo tempore post mortē suam propter multas causas, quæ dicte sunt supra, & tamen si non admonerentur de his, putarent quod quocunque bello imminente statim euertēda esset Ierusalem, ideo dixit eis, videte ne turbemini. Sic dicit Raba. admonet Ierosolymam, Iudæamque deserant, quia non statim, finis, sed in 40. annum desolatio provincie, vltimumque templi, & vrbs sequetur excidium. Et idem dicit Beda.

Causæ assignatio.

Quare dicitur, oportet enim hæc fieri. Quæst. LV.

QVÆRETUR quare dicitur, oportet enim hæc fieri. Dicendum, quod hic importatur necessitas quedam euentus istorum rerum. Et est sensus, quando discipuli audierunt a Christo Ierusalem euertendam esse putauerunt, quod hoc futurum esset post longum tempus, & quod credebant prius regnaturum esse temporaliter Messiam, & restituendum regnum Israel, si autem viderent insurgere aliquod bellum graue, putarent statim Ierusalem euertēdam, & ira Deum mutasse propositum, & quod acciderit citius euerti illam, quam Christus putauerit, quando eis illud prædicebat, ideo ait non credatis, quod ista eueniant a casu, & per hæc acceleretur euersio Ierusalem, sed determinatum est tempus euersionis apud Deum, & nō puenitur, neque acceleratur per ista bella, quia non eueniunt, quasi a casu, & sine ordine, sed omnia secundum sua tempora ordinata sunt, & non impediuntur quedam per alia, sed singula suis temporibus ordinata proueniunt.

Sed obijcietur quomodo dicitur, oportet hæc fieri, quia importatur necessitas, si autem necesse erat ista bella euenire, non peccabant inferentes bella, quæ peccatum non est necessarium, sed voluntarium.

Dicendum, quod verum est, quod bella voluntarie exercentur in quantum in potestate bellatum est mouere partes organicas, & hoc sufficit ad esse actū non violentum, vt dicitur. 3. Ethico. c. 1. de proijciente merces in mare propter periculum naufragij, vel

F submersiois. Et dicitur oportet quantum ad diuinam præscientiam, scilicet licet absolute non erat necesse esse bella, cum illa proueniant a causa voluntaria, tamen quia aliqua ventura sunt, & præscitum est a Deo illa ventura, in quantum præscita sunt, necessaria sunt, & ista est necessitas in sensu composito, quia in sensu diuino non est verum.

Secundo potest accipi necessitas ex parte rerum, sed, quod sit conditionata, scilicet non erat necesse simpliciter bella euenire, & tamen ad hoc, quod Ierusalem euertetur, necesse erat præcedere bella, quia non eueniret tantum malum sine aliqua causa præcedente. Vel potest accipi ista necessitas conditionata ex parte diuinæ ordinationis, vel prouidentie, scilicet non erat necesse euenire ista bella simpliciter, neque etiam euerti Ierusalem, sed quia Deus ordinauit, quod nunquam fieret euersio Ierusalem, nisi præcederent bellis, & opinionibus bellorum, necesse erat ista primum venire, & istum modum tenet Lucas, quia non dixit, oportet hæc fieri, sed oportet primū fieri, id est ante euersionem Ierusalem.

Quare Christus dixit. Sed nondum statim finis. Quæst. LVI.

QVÆRETUR quare dixit: Sed nondum statim finis. Dicendum, quod de fine loquitur, qui est finis malorū, id est terminus malorum Ierusalem, & non de fine seculi, sicut dictum est supra, & dicitur, quod licet ista mala eueniant, non est statim euersio Ierusalem, quæ est finis, id est consummatio malorum illius. Et recte dicitur nondum statim finis, q. d. quia ista eueniunt finis est aliquādo Ierusalem, immo ista signant eam euertendam, quia dicitur in litera: Hæc omnia initia sunt dolorum, sed non statim, quia non statim post ista bella, & præliorum opiniones futura erat euersio, sed differretur satis longo tempore. Et hoc, quia ista statim post mortem Christi acciderūt, vt dicitur infra, & tamen euersio Ierusalem dilata fuit vsq; ad annos quadragintaduos, vel quasi post mortem Christi, vt dicit Rabanus, & Beda, & colligitur ex omnibus historijs, quæ annotationes temporum faciunt. Et ad probandum, quod non esset statim finis, adiungit, quod surgeret regnum contra regnum, & gens contra gentem, & esset fames, & pestilentia, & adhuc ista non erant finis, sed initia dolorum, vt dicitur in litera. Ergo non erat statim finis post præcedentia, sed multo tempore post.

Sed dicendum, quod non refertur ad auditionem bellorum, sed ad euentum ipsorum, nam dicitur: Audieturi estis prælia, & præliorum opiniones. Hoc autem erat audire, quasi de futuro euentura, sicut ante euentum bellorum solet esse rumor quidam de illis propter præparationes, vel occasiones quasdam, quas videret homines præcedere. Et non est sensus, quod post istam auditionem non esset statim finis, sed quod postquam euenirent bella, & seditiones, siue opiniones bellorum, quæ prius audiebantur, adhuc non est finis, quia dicitur: Oportet primum hæc fieri, i. hæc, quæ audiuntur prius accidere, quam sit finis. Sed dicitur, quare dicitur, sed nondum statim finis. Dicendū, quod ad expositionem præcedentiū, dixerat enim Christus, audieturi estis bella videte ne turbemini. q. d. non putetis instare euersionem Ierusalem, non enim statim post ista est, ideo etiā si videaris ista accidere, potestis manere longo tempore in Iudæa, quia non est euersio statim post hæc.

Quid

Quid est, quod dicitur: Surget gens in gentem, & regnum in regnum. Quæst. LVII.

QVÆRETUR quid est, quod dicitur: Surget gēs in gentem, & regnum in regnum. Et quare hoc dicitur.

Dicendum, quod aliqui volunt esse regna gentium, quæ inter se confingerent, & tunc sicut vnum regnum aduersus alterum surgeret, ita & gēs aduersus gentem, sed gens aliquid plus nominat, quam regnū cum sepe eiusdem gentis multa regna sunt, sicut Germanos, siue Alemanos vnam gentem dicimus, & continentē in pluribus regnis, & dominis. Hispanos quoque dicimus vnam gentem, sed multa regna habent. Existentibus autem bellis grauissimis non solum contingeret vnum regnum pugnare aduersus alterum, sed etiam integram gentem in surgere, vt contra aliam pugnaret. Et hæc bella audieturi erant discipuli, & opiniones bellorum. Ista sententia videtur satis consonare litteræ in quantum dicitur. audieturi estis prælia, & opiniones præliorum, quasi dicat non videbitis ista prælia, sed audietis, si tamen ista prælia fierent in Ierusalem, & Iudæa, viderent discipuli aliquid illorum, cum ibi existerent, ergo satis intelligi potest, quod ista prælia erant exterarum gentium.

Sed tunc dicitur, quid attineret ad signa euersionis Ierusalem si ista essent bella exterarum cum magis ostenderent calamitates futuras illarum gentium, quam Ierusalem, aut Iudæorum, & tamen Christus potuit ista hic, vt quedam signa.

Dici potest, quod satis faciebant ista ad propositū, vno modo, scilicet quod cum in alijs gentibus apparerent ista bella grauiora, quam esse consueuerat, signum erat, quod etiam in Ierusalem bella sequerentur per que periret gens Iudæorum.

In q. 22. & 23.

Secundo, quia putabant discipuli, quod statim post euersionem Ierusalem destrueretur totus mundus, & esset consummatio seculi, vt ostensum est supra, sed destructionē aliarum gentium, sicut & euersionem Ierusalem non putabant fieri, nisi per bella. Cum igitur inciperent bella in alijs partibus orbis, per quæ credi poterant delende ille partes putari poterat statim surrectura alia in Ierusalem, per quæ euertetur ciuitas, & ideo cum audirent alibi fieri bella, vellent fugere de Ierusalem ne subito orientibus bellis Ierusalem preoccuparentur, & fugere non possunt. Alij intelligunt de Iudejs, & Romanis. Sic dicit Chrysostomus super Mat. scilicet Hic autem de prælijs loquitur, quæ in Ierusalem erant futura cum dicit audieturi estis prælia, & idem vult Rabanus. dicit, scilicet surget gens in gentem, constat hoc ante acerbissimos dolores, quibus omnis provincia vastata est ad literam contigisse. Teoph. autem apertius hoc dicit, scilicet surget gens contra gentem, id est Romani contra Iudæos, quod Iosephus narrat ante destructionem Ierusalem factum, cum enim gens Iudæorum tributum non redderent, Romani venerunt turbati &c. Sed dicendum, quod ista sententia, licet communior sit, tamen non multum videtur concordare litteræ Christi. Primo, quia ipse vult, quod cum ista euenirent nondum est finis statim, sed initium doloris, vt dicitur in litera, & tamen, quando gens Iudæorum rebellauit Romanis noiēdo reddere tributum Floro prædidi Romanorū in Iudæa propter aspera, quæ ille gerebat contra Iudæos, non erat principium malorum, quia ante hoc multa mala post mortem Christi illis eueniant, vt colligitur per Iosephum li. de Bello Iudaico, & li. antiqui. 18. & 19. & 20. & ex secundo li. Egessippi, qui eadem narrat, quæ Ios. & ita post illam Romanorum, & Iudæorum consurrectionem

A non fuit, nisi continuum bellum vsque ad extremū ciuitatis excidium. Secundo, quia Christus dixit ista euentura, & tamen, quod non turbarentur discipuli, id est quod propter ista non recederent de Iudæa, & Ierusalem, vt dictum est supra, sed manerent ibi exercentes prædicationem quousque roborarentur, & multiplicaretur numerus credentium, & tamen, quando bellum cepit ex rebellionē Iudæorum ad Romanos iussit discipuli fugere, scilicet tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant in montes. Et fuit hoc, quando viderent, circumdari Ierusalem ab exercitu, vt dicitur Lu. 21. c. ergo inter ista bella, in quibus consurgeret gens in gentem, & regnum in regnum, & rebellionum Iudæorum contra Romanos, magna tempora, id est aliquot anni intercederunt.

Si tamen quis teneat istam expositionem dicit, quod surgeret regnum in regnum, id est regnum Romanorum contra regnum Iudæorum, licet neutrum regnum esset proprie: Romani enim regnum non habebant, quia non habebant regnū, sed erat libera ciuitas, & alio principatu liberiore regēbantur, Iudæi autem regnum non erant, quia regem nō habebant, sicut ipsi dixerunt nō habemus regem, nisi Cæsarem Io. 19. sed potest vocari regnum quilibet summus principatus alicuius gentis, eo quod in gente illa, in qua est potestas regnatiua, licet multi alij principatus sint, omnes sunt sub principatu regnatiuo, qui ibi summus est, & ideo in qualibet gente principatus summus potest vocari regnū p quendam adaptationem. Dicitur autem gens contra gentem surgere, & hoc proprie, quia alia erat gens Iudæorum alia gens Romanorum. Alij autē dicunt, quod surgeret gens contra gentem, & regnum contra regnum, sunt totū in terra Iudæorum, & ideo fuit eis conuenienter signum mali futuri. Et dicitur gens contra gentem, quando populi aliqui, vel prouincia parua contra alias surgebant, sicut quando pugnaverunt Samaritani, & Galilei, qui erant in terra Iudæorum, & tamen Samaritani non essent de gente hebræorum, vt colligitur. 4. Regum. 17. c. Galilæi autem Iudæi erant. Et de hoc bello dicitur magis infra, surgebat autem regnum contra regnum, quando quidam reguli Iudæorum, qui melius Tetrachē vocabantur, inter se pugnant, sicut quando erat aliquod bellum Herodis, & Philippi, qui ambo Tetrachē erant, sed verius fuit bellum Herodis regis, & Arethē regis Arabie, & ambo erāt reges, fuitque bellum in terra Iudæorum, vt scribit Ios. li. 18. antiqui. Est autem iste sensus conueniens, quia ista bella, & insurrectiones fuerunt parum post mortem Christi, vt ostendetur infra, & tamen post mortem Christi vsque ad excidium Ierusalem fuerūt anni quadraginta, aut parum minus, ideo de illis intelligitur melius, quam de rebellionē Iudæorum in Romanos. Dicendum autem, quod quelibet harum positionum potest aliquo modo lucipi, sed prima, & tertia sunt verisimiliores, licet prima magis consentit litteræ in quantum dicit gentem contra gentem, & regnum contra regnum, quod nominata proprie inuenitur in Iudæa. Tertia magis videtur conuenire sententiæ, eo quod discipuli magis turbarentur propter bella, quæ viderent accidere in Iudæa, quam in gentibus extraneis.

Ad quid Christus dixit surget gens in gentem, & regnum in regnum. Quæst. LVIII.

QVÆRETUR ad quid dixit Christus surget gēs in gentem, & regnū in regnū. Dicendū, quod dicitur ad expositionē præcedentiū. nā dictū fuerat, audieturi estis prælia, & opiniones præliorū: nec irēt autē disci-

discipuli, quæ essent ista prælia, aut qualia dñ, q̄ sur- geret gens contra gentem, & regnū ð regnum, & hoc modo prælia fierent. Secundo p̄t dici, q̄ positū est significandum magnitudinem rerum. Nam cum dictum erat audituri estis prælia &c. putarent forte discipuli aliquid paruum esse, iō dixit, q̄ surgeret gēs in gentē, & regnū ð regnum, hoc. n. nō poterat esse, nisi magnū, & cōuenit hoc primæ positioni præcedē- tis. q. Tertio p̄t dici, q̄ dictum est ad ostendū, in quibus essent bella ista. Nam cū dictum est, audituri estis prælia nō dictū est vbi vel quorū essent ista prælia, & forte putaretur, q̄ solum essent Iudæorum, iō dñ, q̄ non solum ipsorum, sed et aliorum multorum, q̄ surgeret gens ð gentem, & regnum ð regnum.

Quæ prælia, ac seditiones fuerunt ista, quæ Christus prædixit. Quæst. LIX.

QUÆRETVR autem, quæ prælia fuerunt ista, & seditiones. Dicendum, quod sicut dictum est supra, quidam dicunt ista bella esse Romanorum contra Iudæos. Alij dicunt bella aliarum gentium. Alij vero dicunt esse bella gesta in terra Iudææ ante inchoatum bellū Iudæorum, & Romanorum. Accipiendo primo modo planum est esse bella illa, quæ facta sunt per exercitum Romanorum contra Iudæos anno duodecimo Neronis, & continuata sunt per Vespasianum, & Titum vsque ad deletionem Ierusalem; de quibus non est hic dicendum, quia latissime describit illa Iosephus in libris de Bello Iudaico, & Egesipus in quatuor libris eiusdem historie. Et non sunt ista bella, & opinioniones præriorum, de quibus hic Christus dixit, vt dictum est supra. Accipiendo secundo modo prout sunt bella omnium gentium, quæ fuerunt inter Christi passionem, & euersionem Ierusalem, non est propositi nostri narrare in præsentī exterorum bella, quia ista minus mouerent discipulos Christi existentes in Iudæa. Accipiendo tertio modo, quia leuius est illa narrare tangendo, & etiam verisimilius erat discipulos Christi ista formidare dicemus aliquid leuiter de his. Ante Christi mortem immo circa eius natiuitatem aliqua incentiua fuerunt belli Iudæorum contra Romanos. Nam cum Christus natus est exijt editū a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis Lu. 2. c. Quæ descriptio primo facta est a Cyrino præside Syriæ. Tunc autem aliqui Iudæorum resistebant non fieri debere descriptionem, quoniam dicebant esse hoc veram seruitutem, quorum princeps, & admonitor erat Iudas Galilæus, multitudo autem prona erat Romanis resistere, vt professio nō fieret, & appreciatio facultatum, sed Eleazaro summo sacerdote inuadente tandem multitudo consensit fieri descriptionem, sed Iudas cum quibusdam resistit, quos Iosephus vocat de quarta propheta apud Iudæos. Et hi cum non paterentur fieri professionem, dissipati sunt, & Iudas Galilæus auctor huius presumptionis perijt, vt dicitur Act. 5. c. & Iose. de hoc li. 18. antiqui. fuit autem ista rebellio, & delictio Iudæ Galilæi anno. 43. imperij Octauiani, qui fuit secundus annus vitæ Christi, vt ait Eusebius in lib. Chronicorum. Deinde sub Tyberio Imperatore Pilato gubernante Iudæam, cum iam Christus plusquam. 25. annorum esset conatus est Pilatus ð consuetudinem agere Iudæorum, vt militaria signa in Ierusalē introduceret, in quibus imagines Cæsaris erant, hoc aut nefandum apud Iudæos censebatur. Nam in ceteris Iudææ locis fieri non prohibebant, in Ierusalē vero, quia tēpū domini erat, nulla ratione patiebatur imagines intro- duci, ne simulachra colere viderentur, aut per hoc diu-

ni cultus māieslas offenderet: Pilatus aut per noctem signa illa introduxerat, quæ p̄ tridū nescientibus Iudæis manserūt, quo cognito dolentes nimīū descēderūt ad Pilatum in Cæsareā, vt imagines de vrbe excludi iuberet, cum autem Pilatus auditurus Iudæos tribunali sederet, milites absconditos habuit, quibus signo dato prodierunt, & circumstantibus eis Iudæos cepit Pilatus comminari, nisi statuas in vrbe manere permitterent, illi vero deiectis capitibus simul velut ex communi deliberatione iugulos obrulerunt asserentes se potius mortem, aut quæuis subituros picula, q̄ contra leges paternas statuas in vrbe permitterent: Pilatus vero Iudæorū constantiam circa religionem admiratus statuas, & signa vrbe educi iuber, atque in Cæsaream deducuntur. De hoc Iosephus lib. 18. antiqui. & lib. de bello Iudaico. Sed Eusebius libro Chronicorum dicit factum esse hoc eo anno, quo Christus passus est, inquit eodem anno Pilatus præfes prouinciæ secreto noctis imagines Cæsaris in templo statuit. Hæc prima seditionis, & turbationum Iudæis causa extitit. Cum vero precibus Iudæorum Pilatus de vrbe statuas eduxisset, de Corbona, in qua sacer thesaurus reconditur, accepit pecunias, vt aqueductū in vrbe de torrente duorum millium pedum spatio faceret, quod Iudæi egre ferebant, conueniens autem multitudo ad operantes acclamabat opus debere interdici, & in super ptumelias adiciebant: Pilatus iussit adesse milites, & clamantem multitudinē nō gladijs, sed baculis vii, vt sic eos ab impedimento operatium detererent, ð quos cum Iudæi maledicta proferrent, milites vltra, quam imperatum extiterat exercentes multos occiderunt, alios laucios compulerunt in fugam. Et hoc eodem anno, quo Christus passus est, accidit iuxta assignationem Eusebij, Et de hoc Iosephus libro 18. Antiqui. & Libro de bello Iudaico. Sed verum est, q̄ duobus annis post Christi mortem fuit. Nā Christus mortuus est anno 18. Tyberij Cæsaris: prædicta autem acciderunt anno 20. Tyberij, vt Eusebius dicit. Et in hoc ait, q̄ Pilatus dedit femina secundæ seditionis. Hæc enim sunt, quæ vocant nunc opinioniones præriorum, quia non erant prælia hostilia, sed inter ciues, & rectores ortus tumultus, & quando Iudæi prædicta videbant, deteriora ex his securita iudicabant, ideo discipuli Christi, quibus prænunciata erat euersio Ierusalem, formidarent statim ex his securitā vrbs euersionē, nisi Christus eas admonuisset. Anno tertio post Christi mortem. i. anno 21. Tyberij Cæsaris Seianus præfectus eius, qui apud ipsum plurimum poterat, vehementer apud Tyberium instabat, vt totam gentem Iudæorum deleteret, sed Deus tunc miseratus est, vt in alia tempora iustiorē vindictam seruariet, de quo Philo Iudæus lib. 2. & Euse. lib. Chronicorum, sed cū Synagoga iā cū suis cæmonijs peritura esset, quantum acciderat Iudæis aduersitatis cautus favoris cumulus Christi Ecclesiam sequebatur. Nam anno 23. Tyberij. i. anno 3. post Christi mortem, cum Agrippa Iudæus cum Tyberio de cōuersatione Christianorū loqueretur, retulit Tyberius ad senatū, vt Christus inter Deos a Romanis, & toto orbe susciperetur, quod senatui non placuit, quia prius ad eum delatū non fuerat, vnde iussit Christianos de vrbe expelli: Tyberius è cōtra indignatus omnibus Christianorum accusatoribus mortem comminatus est, quæ ex re multos senatorum, & equitum Romanorum interfecit, vt ait Euse. lib. Chronicorum.

Accidit quasi eo tempore, quæ de Caphedone Samaritano narratur, qui se Messiam, aut prophetam mentitus ascendit in montem Garizim, de quo Ios. li. 18. Antiqui. sed de hoc postea dicitur.

Anno primo Caij Caligule, qui Tyberio successit, id est

id est anno 6. post mortem Christi multæ turbationes in Iudæis habitantibus Alexandria erant. Nam præfectus Romanus Rector prouinciæ suadente populo Alexandino eos valde affligebat, ita vt in eorum Synagogis, aras & idola constitueret, & sacrificia faceret, pro quo Iudæi oratores suos Romam transmittunt, quibus præfuit Philo Iudæus tempore suo inclutus, & in prophetia eruditus, qui librum sapientiæ scripsisse dicitur. Hic cum causam Iudæorum oraret a Caio repulsus est, eique nimium indignatus aliquid mali illaturus videbatur. De quo Ios. lib. 18. antiqui, & Euse. lib. Chronicorum. Ante hoc tempus dum adhuc Tyberius viueret bellum fuit inter Herodem regem, qui Ioan. Bap. occiderat, Et Aretham regem Arabiæ, in quo bello exercitus Herodis perijt, & omnium Iudæorū sententijs erat, ideo hoc accidisse, quia Herodes venerabilem virum sanctum, & Innocentem occiderat, de quo Ios. li. 18. antiqui.

Anno tertio Caij Cæsaris, id est anno octauo post mortem Christi Pilatus, qui Christi mortē adiudicauerat cum in multas calamitates incidisset propria manu se interfecit, vt ait Euse. lib. Chronicorum. Eodē anno Caius Petronium perfectum in Syriam mittens iussit, vt in templo Ierusalem statuam eius sub nomine iouis maximi poneret, in toto enim orbe Romano in Synagogis Iudæorū aræ, & statuae, & imagines Cæsaris consecratae sunt, vt Philo, & Iosephus scribunt, & restat Euse. sed circa Ierusalem aliter se res habuit. Cum enim multitudo sciret hoc esse propositum Petronij, si Caij iussū parageret, accurrat ad eum, & multis falsis precibus tandem impetrauit, vt ad Cæsarem super hæc res scriberetur, Iudæos quidem Cæsari velle obedire, sed potius se mortem, & omnia mala subituros, quam in templo statuam locaretur, & donec Cæsar resciberet super sedendum esse, cum vero ad Cæsam res deducta est, grauitate accepit, sed scripsit si statua quidem erecta est maneat, si vero nōdum nihil innouandum esse. Sed postea Caius, qui malignus erat ab hac sententia permutatus scripsit acerba se in Petronium exerciturum, quæ posteris exemplum præstaret, quia illico madata non egerat, sed Deo prouidente, quem Petronius in hoc honorauerat, prius nunciū de morte Caij, quam præfatam literā accepit. De his Iosephus lib. 18. antiqui.

Anno secūdo Claudij, qui successit Caio, id est anno post mortem Christi decimo, vel vndecimo Petrus Apostolus, qui Antiochiæ præfuerat Romam transiit, & ibi sedes Apostolica esse cepit, & ex tunc fuit illa maxima ecclesiarum, sedit autem Petrus Romæ in Episcopatu ānis. 25. vt ait Eusebius. li. Chronicorum. Quarto anno Claudij explera est propheta Agabi, qui dixerat famem futuram. Act. 11. c. & fuit hoc anno vndecimo, vel duodecimo post mortem Christi, vt ait Eusebius vbi supra.

Circa principium regni Claudij Iudæi Alexandrini aduersus Gentiles eiusdem vrbs seditionem habuerunt, assumpserant quippe audaciam Iudæi ex morte Caij, vt iam non cogerentur contra legem paternam imagines Cæsaris, & aras in Synagogis habere, super quo Claudius, qui natura benignus erat rescripsit nō debere super hoc inquietari Iudæos non solum Alexandrinos, sed etiam omnes Iudæos per totum orbē cōstitutos per mitteri debere, vt libere suis legibus vtatur, & nullam eis inferri molestiam. De quo Ios. li. 19. Antiqui. Sub Claudio missus est in Iudæa præfes nomine Fadus, hic prouinciam illam, quæ tunc a latronibus vastabatur, eripuit. Ptolemeo, qui latronum princeps erat occiso. De quo Ios. Antiqui. li. 20.

Eo tempore dum Fadus Iudæam regeret, accidit quod de Theoda scribitur, de quo infra dicitur, de

quo Ios. 20. Antiqui. Anno autem Claudij septimo, id est anno quintodecimo post mortem Christi magna clades Iudæis in templo Ierusalem inflata est, nā triginta millia perierunt, erat enim Cumanus præfes, & cum esset festum azymorum conueniente tota multitudo Iudæorum in templo, ne qua turbatio sequeretur milites Romani aflare solebant, tūc quarto azymorum die miles quidam toti populo nudata posteriora ostendit, & turpe aliquid iuxta consequentiam habitus dixit, siue vt alibi Iosephus scribit gentalia ostendit, pro quo tota multitudo nimis offensa putans ex hoc Deum contempni Cumanum præfidē obiurgabant, cumque neque ille clamorem populi placare posset, milites ad Antoniam (sic enim turris illa vocabatur) congregari fecit timens populi seditionem, quod multitudo cernens, quasi in eam milites venturi essent, fuga sumpta per angustas portas se conculcabant, ita vt quibusdam super alios ruentibus triginta millia perierunt, & sic versa est eorum tollentia in luctum. De hoc Iose. lib. 20. Antiqui, & libro De Bello Iudaico, & Euse. lib. Chronicorum, factum est autem hoc in ea festiuitate qua ipsi Christus occiderant.

Hoc tempore in Iudæa Samaritanorum, & Galilæorum bellum extitit. Nam cum Galilæi venturi in Ierusalem per Samariam inter faciebant, ibi orta contentione Samaritani multos Galilæorum occiderunt, qui apud Cumanum præsidem conuenerunt, ille vero a Samaritanis acceptis pecunijs noxios non puniuit: Galilæi autem multos Iudæorum ad arma conuocauerunt quibus præfuit Eleazarus, qui multis annis latrocinia faciebat in montibus, & vicis aliquos Samaritanorum incendentes cuncta diripuerunt, contra quos processit Cumanus, fugientibus ergo multis eorum ad montes Iudæa latronibus plena esse cepit. De hoc Iosephus li. 20. antiqui, & li. de Bello Iudaico. Anno vndecimo Claudij, id est post mortem Christi anno decimonono missus est Felix præfectus in Iudæa, sequenti anno accidit purificatio Pauli, & comprehensio eius a Iudæis cum eum traxerunt extra templum volentes occidere obijcientes, quod Gentiles induxisset in templum, & cum vellent eum occidere accurrat tribunus militum, & liberauit eum de manibus Iudæorum Act. 21. & acciderunt omnia, quæ habentur. a. c. 21. vsque ad. 26. & tunc ad Felicem deductus est in Cæsaream, & coram eo Iudæis acculantibus respondit Paulus Act. 24. & tamen ex litera ipsa colligitur nō fuisse hoc anno decimo, aut vndecimo Claudij, sed tertio decimo, vel quarto decimo, quia Act. 24. c. respondens Paulus coram Felice, ait, ex multis annis sciens te iudicem huic genti bono animo pro me sansfaciam. De hoc Eusebius vbi supra. Sub Felice præside Iudææ tempore Claudij multi pseudo prophete surrexerunt, & vir Aegyptus, qui deduxit secum quatuor millia virorum, de quo postea dicitur. De hoc Eusebius, & Iosephus. Erant autem eo tempore in Iudæa multi latrones in montibus principem habentes Eleazarum, quorum multos, vt prouinciam vastantes per dies singulos solitudine sua Felix accipiebat, & morti tradebat, tandem, & Eleazarum principem eorum dolo cepit promittens ei, quod nihil mali inferret, illeque eum Romam ad Cæsarem vincitum misit, de quo Iosephus li. 20. Antiqui.

Erant, & hoc tempore inter Iudæos pontifex nomine Ionathas, qui sepe Felicem præsidem admonebat ad Iudæorum gentem mansuete se habere, quod cum moleste ille ferret, cepit Ionatham odiosum habere, quod eum crebro a proposito malorum faciendorum arceret. Vnde, & in mortem eius cogitans

lib. 21. de Bello. c. 5. & lib. 20. Antiq. ca. 10.

tans cuidam nomine Doras viro diuiti, & amico Ionatham multarum pecuniarum promissione suavit, ut Ionatham superinducendo latrones occideret, illi vero velut adoraturi in templum ascenderunt sub vestibus gladios occultantes, & accedentes ad Ionatham eum occiderunt, & cum mors ista inulta remansisset, latrones cum multa fiducia in templum ascendebant, & gladios habentes abscondos, quos volebant occidebant, non solum in ciuitate, sed & in templo. Nā ubiq; cædes sepe agere præsumperunt nihil se impietatis agere estimantes, quam calamitatem deplorat valde Iosephus, dicens: Ob quam causam arbitrator etiam Deum aduersatum nostram urbem, & templum velut nequaquam suo habitaculo mū dum tradidisse Romanis, & ut purgatio fieret ciuitatis, ignem, & seruitium intulisse, dum veller nos cum vxoribus atque filiis crebris castigare calamitatibus. De his Ios. li. 20. antiqui. & lib. de Bello Iudaico.

Anno primo Neronis, idest annovigesimotertio, aut. 24. post mortem Christi in Cæsarea terre Philistinorum, quæ turris Stratonis prius dicebatur, Iudeorum, & Gentilium magna contentio orta est, in qua multi Iudeorum occisi sunt, & plurimorum diuitie rapte sunt, quam tandem seditionem Felix præses placauit, cuius quidam seditionis origo exiit, quod Iudæi non patiebantur Gentiles habere statuas in eadem vrbe, dicentes ad se pertinere, quia Herodes, qui Iudæa erat, eam munierat vocans eam Cæsareā in honorem Cæsaris, Gentiles vero suam esse dicebant, eo quod ciuitas illa prius condita fuerat, & tunc Stratonis dicebatur. De hoc Iosephus li. 20. antiqui, & lib. de Bello Iudaico.

Anno secundo Neronis, idest anno. 25. post mortem Christi Festus missus est præses in Iudæam reuocato Felice, & cum Felix Paulum vincens dimisisset successor eius Festus voluit causam Pauli audire, & tunc præsentem Agrippa rege, & Berenice audire est cum Iudæis, ut patet Actu. 25. Et hoc anno Paulus missus est vincens Romam, quia Cæsarem appellauit. De hoc Euseb. lib. Chronicorum, & hoc anno completa est historia libri Actuum Apostolorum, qui continet historiam viginquinque annorum, idest a morte Christi, & ascensione vsque ad annum secundum Neronis, quo Paulus Romam viratus deductus est.

Eo tempore multitudo latronū in Iudæa erat, qui sciatij dicebantur, quia gladiolos illos occultos habebant, & potissime in festiuitatibus ascendentes in templum plurimos latenter occidebant, & interdū irruptione facta vicus vastabant, & cuncta diripientes incēdebant, tunc etiā pseudo propheta apparuerunt seducentes multos Iudæorū, quos Festus missus exercitu interfecit, ut ait Iosephus lib. 20. Antiqui. & lib. de bello Iudaico.

Anno septimo Neronis, idest anno tricesimo post mortem Christi Iacobus Alphei Apostolus, qui frater Domini dicitur, Hierosolymis a Iudæis lapidatus est, cuius modus fuit ipso enim anno Festus præses mortuus est, qui Iudæos in pace regebat, cui a Romanis successor missus est Albinus, dum autem ille in itinere esset, nemo regebat provinciam, interim Annas pontifex, quem Iose. Ananiam vocat malorum parandorum tempus adeptus Iacobum fratrem Domini, qui iustus vocabatur, lapidari iussit, is enim ab Apostolis primus Ierusalē episcopus institutus fuerat cui successit Simon Chananeus, qui Simon Zelotes dicitur, & fuit secundus episcopus Ierusalem. De his Iosephus lib. 20. Antiqui. & Eusebius li. Chronicorum.

Mortuo Festo successit ei Albinus vir pessimus, cuius erat intentio per omnia facinora substantias Iudæorum diripere, sed hic paucis tempore mansit,

scilicet ab anno Neronis. 7. vsque ad decimū, huius autem successor Florus exiit famose nequitie vir, cuius tyrannidem cum Iudæi experti essent, laudabant Albinum, ita ut eis non mala irrogasse, sed beneficium præstitisse videretur. Huius administrationis anno secundo, qui fuit duodecimus a Neronis bellum Iudæorum, & Romanorum ortum est, ut dicit Iosephus in fine libri 20. Antiqui. Nam Florus Iudæos ob tyrannidis intolerantiam ad rebellandum compulit, de ceteris autem, quæ ad bellum illud pertinent aliquid postea dicitur, hæc autem sunt, quæ præcesserunt. Nam post mortem Christi: nullo tempore Iudæi, qui fuerunt, quin bella, aut seditiones, aut latrocinia inter eos essent.

Quid erant pestilentia hæc quas Christus prædixit, & ubi. Quæst. LX.

QVAERETUR de istis pestilentijs, quas Christus prædixit, quid erant, vel ubi.

Dicendum, quod pestilentiam vocare solemus morbum epidimic, eo quod subito omnia depascitur, & sit difficile ei remedium adhibere, hunc autem morbum Deus prædicit, quia est velut quidam gladius, aut mors a foris illata, & non est computandus inter alios morbos, quia alij paucos, & tarde interimant.

Est autem dicendum, quod pestes istæ non fuerunt generales, sed per loca, ut in littera dicitur. Et fuerunt non solum in terra Iudæorum, sed etiam in terra Gentilium, & ex his mala futura arguebantur. Fuit autem pestes ex aeris quodam nocumento, & licet naturaliter ista euenire possint, tamen Deus pestes immittit, sicut alias plagas de caelo.

Erant autem quedam pestes rariores, & ideo admiratio magna de eis erat, quando veniebant, & poterant in signum malorum futurorum dari, sed iam ita vehementer, & assidue nos vrgent, quod non, tanquam aliquid rarum, aut contra naturam, sed accidens secundum naturam, & de communi cursu, aut ordinarias eas indicemus.

Sed dicitur ad quid dixit hic Christus de pestilentijs: Dicendum, quod primo fuit, quia voluit ostendere plagas eventuras Iudæis inter mortem, & euersionem Ierusalem, & quia vna de illis erat pestis dicit de pestilentijs. Secundo fuit ad instruendum discipulos, & alios fideles, est enim pestilentia morbus contagiosus, & ideo fugere de locis pestilentibus homines bonum iudicant, quod verum est, & ita verisimile est, quod si pestem aliquam viderent discipuli in terra Iudææ, fugerent inde, ne cum alijs perirent, & ex hoc cessaret prædicatio in Iudæa, quod tamen Christus volebat, cum propter complendam prædicationem hæc, & conversionem tandiu Deus sustineret non desens Ierusalem, ut dicitur supra, ideo dixit eis, quod pestilentie præcederent, & tamen non turbarentur propter hæc, ita ut a Iudæa recederent.

Vbi essent fames istæ de quibus hic dicitur. Quæst. LXI.

QVAERETUR cuni dicatur hic, quod erunt fames, ubi essent fames, & ad quid ponitur hic de hoc.

Dicendum, quod fuerunt fames istæ tam in terra Iudæorum, quam in alijs gentibus, nam in vtrisque erant signum futurorum malorum.

Prima autem fames valida, quæ post mortem Christi legitur accidisse fuit illa, quæ sub Claudio ingruit, longo enim ante tempore, idest non multo tempore post

post Christi mortem Agabus propheta vnus de Ierusalē. de christianis ibi manentibus prædixit eam, & fuit illa per totum orbem. Prædixit autem ad hoc, quod medio tpe possent fideles sibi ipsi providere, & mittere habitatoribus Ierusalē, sic dicit Act. 11. c. in diebus illis superuenerunt propheta a Ierusalē Antiochiam, & surgens vnus ex eis nomine Agabus significabat per Spiritum sanctum magnam famem futuram in vniuerso orbe, quæ facta est sub Claudio: discipuli autem, i. christiani prout quisque habebat, disposuerunt in ministerium mittere fratribus habitantibus in Iudæa, quod fecerunt mittentes per manus Barnabæ, & Pauli. Fuit autem ista fames tertio anno Claudii Cæsaris. i. anno duodecimo post passionem Christi, ut ait Euseb. lib. Chronicorum. De hac etiam fame dicit Iose. li. 20. Antiqui. quod cum hæc fames ciuitatem Ierusalē apprehendisset, Helena regina Hadiabenorū misit quosdam suorum in Alexandriam Aegypti, ut frumenta compararent, alios vero in Cyprum, ut inde et alimēta deferrent, quæ cum delata essent Helena egentibus illa diuisit, filius autem eius Iazates rex valde laudandus audita fama multas pecunias Ierusalem primatibus destinauit. Alia fames legitur anno nono Claudii anno 18. post mortem Christi, sed hæc fuit in Græcia, ita ut modius vnus frumenti, sex dragmis vendideretur, ut ait Euseb. lib. Chronicorum.

Anno decimo Claudii. i. sequenti. i. 19. post mortem Christi fames magna Romæ fuit, ut ait Euseb. li. Chronicorum. De hac fame dicit Paulus Orosius, lib. 7. de Ormesta mundi. Tanta fames Romæ fuit, ut medio foro Imperator correptus a populo conuictus, & fragminibus panis turpissime infestatus, egre per Sendothrum in palatium refugiens furorē excitatē plebis euaserit. Alia autem fames non legimus, nisi eam, quam tolerauerunt Iudæi obiecta vrbe a Romanis, in qua ad infandos cibos coacti sunt, ita ut filios deuorarent: sed hæc fames non pertinet ad ea, quæ dicitur hic, quia ista omnia præcesserunt aliquanto tpe destructione Ierusalem, & bellū illud, sicut Christus in Ierusalem significauit, cum ait, oportet hæc fieri, sed nondum statim finis.

Ad quid de fame hic dicitur est. Quæst. LXII.

QVAERETUR de secundo. i. ad quid de fame hic dicitur est. Dicendum, quod fuit primo ad ostendendum plagas Iudæis inferendas: nā non solum malum illud vitimum. i. euersio nem vrbs, & totius gentis destructionem eis intulit, sed & tempore intermedio, quo misericors Deus eos expectauit, plagas immittere non cessauit, de quibus fuit fames, quæ non est parua plaga, immo magna valde, quia deterior est, quam gladius: sic dicit Threno. 8. c. Melius fuit occisus gladio, quam interfectus fame, quia illi extabuerunt consumpti a sterilitate terræ. Iō inter cetera mala Iudæorum etiam eis hanc plagam prædixit. Secundo fuit, ut instrueret discipulos, nam manentibus in Iudæa missurus erat famem, & illam prædicationem erat tempore suo per prophetas. Nam Agabus illam prædixit, Actu. 11. c. Vt ergo credibilia essent verba propheta, & disponerent se ad paranda necessaria pro fidelibus, qui erant in Ierusalem, sicut fecerunt, eo. c. conueniens fuit, quod Christi famem futuram prædiceret. Tertio fuit, ut discipuli visa hac fame non recederent de Ierusalem, nam licet ista fames non fuerit in toto orbe, ut dicitur Actu. 11. c. tñ quasdam partes orbis magis vrgebat, quam alias. Fuit autem Ierusalem de terris, quæ maxime vrgebatur inedia. Vnde necesse fuit de Alexandria, & Cypro alimenta illuc deferri, ut dicit Ios. 20. li. Antiqui. propter hanc. n. nimiam famem dispergerentur fortassis di-

scipuli de Iudæa per alias partes orbis, ex quo cessaret prædicatio, & conuersio, & hoc Christus volebat, ideo præmonuit famem futuram: dixit tamen, quod neque per eam turbarentur, & ita ipse, qui famem prædixerat prouidit in fame illa. Et hoc dupliciter. Primo certificando tempus per Agabum prophetam, & faciendo, quod alij christiani mitterent pecunias, & cibos habitatoribus Ierusalem Actu. 11. c. Secundo prouidit per Helenam reginam Hadiabenorū, quæ diebus. p. f. ad Christum conuersa erat, & ipsa connectis ab Aegypto frumentis christianis in Ierusalem largissime ministravit, ut ait Paulus Orosius, lib. 7. de Ormesta mundi, licet Iose. 20. lib. Antiqui. dicat Helenam, & filium eius Iazatē regem conuersos ad legem Iudæorum hæc genti suæ. i. Iudæis beneficia præstitisse, sed hoc satis stat. i. quod Helena in terra sua audita doctrina legis Moyse conuersa fuerit ad Deum, sed postea Ierusalē magis profecta cū in diebus illis doctrina Christi non multo prius mortui prædicaretur ad fidem Christi conuersa fuerit, & tunc christianis alimenta in fame tribuerit, sed recte dicit Iosephus genti suæ tributum beneficium, quia christiani, qui tunc Ierusalē erant de gente Iudæorum conuersi erant, cum nondum prædicatum esset euangelium gentibus, immo quæ postea Petro prædicante venit Spiritus sanctus super Gentiles admirati sunt conuersi de Iudæis Act. 11. c. Quarto fuit, ut non putarent discipuli statim futuram desolationem Ierusalem, nam dictum fuerat a Christo, quod deleteretur, & ideo videntes istam famem accidere si nihil eis prædicationem esset putarent hanc duraturam quousque deleteretur Ierusalē, ideo dixit, quod non, sed et si ista eueniant non est statim finis.

Quare dicitur, & terræ motus per loca, & qui terræ motus fuerunt. Quæst. LXIII.

QVAERETUR quare dicitur, & terræ motus per loca, & qui terræ motus fuerunt.

Dicendum, quod inquam dicitur per loca præ esse ista determinatio quantum ad præcedentia. i. fames, & pestilentia, & terræ motus, & quod ista mala non euenirent generaliter per totum orbem, vel in tota aliqua prouincia, sed in quibusdam locis prouinciæ acciderent, & in alijs non, sicut fieri videmus, quando hoc eueniunt. Alio modo potest solum referri ad terræ motus, de quibus immediate dicitur. i. quod terræ motus erunt per loca. i. in quibusdam locis, & non generaliter. Et iste est verior sensus. Nam fames, & pestilentia possunt esse generales in toto orbe, vel in tota aliqua prouincia, sed terræ motus nunquam, immo si in aliqua vrbe sit terræ motus non tota commouetur, sed aliquid eius, & iō de terræ motu proprie dicitur, quod esset per loca. i. non generaliter, sed in locis aliquibus. Est autem dicendum, quod inter mortem Christi, & euersionem Ierusalē fuerunt aliqui terræ motus famosi, inter terræ motus. n. computantur noni ortus in Iudæa, ut quibusdā placet, accidit autem anno quinto Claudii, ut Paulo Orosio placet li. 7. de Ormesta mundi, hoc quod inter Therā, & Therasiam insula de profundo emicuit triginta stadiorum spatium extensa. i. quasi duabus leucis, sed hoc Euseb. dicit præcedente anno. i. quarto Claudii factū, & fuit post mortem Christi annis 14. Anno quoque quarto Neronis. i. post mortem Christi annis 27. Romæ terræ motus grauis extitit. Anno autem 10. Neronis. i. post mortem Christi anno 37. grauisimus terræ motus in Asia fuit. Nam tres ciuitates. i. Laodicea, Hieropolis, & Colasæ eo terræ motu conuerserunt, ut ait Euseb. li. Chronicorum, & Paulus Orosius 7. lib. de Ormesta mundi. In Iudæa quoque terræ motus aliquos hoc tempore accidisse verisimile est, sed ista particularia non scri-

scribuntur per singula. Vnde satis est nobis scire, qd e-

Ad quid Christus dixit hic de tremotu.

Sed queretur ad quid Christus dixit hic de tremotu. Dicendum, qd primo fuit ad ostendendum plagas Iudeorum in generali. Nam hæc omnia pro occasione Christi tolerabant, & id quidquid mali illis futurum erat post mortem suam discipulis enarrauit, inter quæ tremotum posuit. Secundo, quia Christus voluit ostendere, qd omne genus malorum venturum erat super Iudæos, sunt autem mala nostra interdum ab hominibus, interdum ab elementis, interdum a Deo. Mala enim ab hominibus sunt bella, & seditiones, mala ab elementis sunt fames, & pestilentiæ, licet hæc possint dici a Deo esse, a Deo autem est tremotus. Sic dicit Grego. in homilia. Necessè est, vt alia ex cælo, alia ex terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Tremotus autem est de malis, quæ a Deo, vel de cælo proueniunt. i. non sine quodam speciali cæli influxu. Vnde Chry. dicit. Tremotus est respectus iræ desuper. Sed sciendum, qd tremotus dupliciter accipitur, aliquando enim est signum diuinæ iræ, & sic in passione Christi accidit tremotus magnus in Ierusalem, ita vt per hoc innueretur Deum offensum valde ex Christi morte. Secundo accipitur tremotus in bonum. sicut signum exauditionis orationis factæ. Sic fuit, quando orantibus discipulis in Ierusalem motus est locus, in quo erant Actu. 4. c. 1. Et cum orassent motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Dei cum omni fiducia.

De his dicit Chry. Tremotus, n. qn que iræ signum est. Nam & qn crucifixus est Dñs mota est terra, quâdoque vero prouisionis iudicij, sicut orantibus Apostolis commotus est locus, in quo erant congregati, tremotus autem isti, de quibus nunc Christus prædicit signum iræ diuinæ erant, quia pro peccato Iudeorum prædicebantur. Tertio fuit hoc dictum, & præcipue ad hoc, qd non terrentur discipuli Christi, quâdo viderent tremotus in Iudæa. Nam graue periculum est tremotus, & quod nullis viribus nulla arte vitari potest, nisi quis fugiat loca illa, in quibus fit tremotus. videntes igitur in Iudæa tremotus, fugerent inde ad alia loca, quod tamen Christus volebat, vt non cessaret prædicatio in Iudæa, ideo prædixit de tremotibus, vt eis visis nō turbarentur. Quarto fuit, & etiam principaliter, ad tollendum errorem. Nam dixerat Christus euertendam Ierusalem, & templū, ita qd non maneret lapis super lapidem, hoc autē non poterat melius, aut facilius fieri, quam per tremotum. Nam si bello fieret subiceretur quidem ciuitas in seruitutem, & fortassis diruerentur aliqua ædificia, non tamen erat verisimile, qd ita dissiparetur templū, & ciuitas, qd non maneret lapis super lapidem: per tremotum autem poterat hoc facilius fieri, cū interdum in regnā ciuitates, vel ædificia euertantur, & nusquam comparent, sed lacus fiant, vbi prius fuerunt magnæ vrbes, sicut refert Seneca lib. de questionibus naturalibus, & aliquid simile nostris diebus visum est: Vnde qn primum viderent discipuli aliquos tremotus in Iudæa fieri, putarent hoc peruenturum esse ad hoc, qd Ierusalem tremotu subuerteretur, & id statim fugerent de Iudæa, quasi euersione iam p̄p̄inqua,

ideo ait, qd Et si tremotus acciderent non ob hoc statim fugiendum esset. quia nō appropinquabat euersio vr̄bis, sed multa præcedere deberent. Et in hoc tolebat eis errorem quantum ad euersionē Ierusalē. sicut non crederent statim illā securam, & metū quātū ad ipsos auferebat. sicut licet videret tremotus in Iudæa, non putarent eos sibi periculosos ad hoc, qd ipsi submergerentur, & ideo qd nō fugerent inde, sed manerent prædicantes ad faciendum conuersionē corū, quos Deus elegerat ad se conuertendi.

Quare Christus dixit hic de tremotu, cum illi non fuerint in Iudæa. Quæst. LXV.

Sed dicitur dato, qd tremotus aliquid faceret ad hoc, cum tñ isti non acciderent in Iudæa, sed in alijs regionibus, vt dictum est supra, quare Christus dixit hic de tremotu. Dicit potest vno modo, qd falsum præsupponit. Nam in Iudæa tremotus euenierunt. Et hoc patet primo, quia licet neque sacra scriptura, neque historiographi hoc scripserint, acciderunt illi, cum multa acciderint, quæ non scripta sunt, sicut dicitur Ioann. vigesimo capitulo, quod multa alia fecit Iesus, q̄ in illo libro scripta non sunt, a fortiori autē de illis, quæ prædixit aliqua erūt, quæ in libro illo scripta nō sunt, & sic erit de tremotu. Secundo patet, quia non est necesse dari, qd acciderint, satis est. n. dare quæ prænunciata sunt accidere. Nam certum est nobis, qd oia verba Christi fuerunt vera, sicut ipse dixit infra in litera. s. Cælum & terra transibunt, verba autē mea non transigent. Et tñ ipse prædixit, qd euenirent tremotus ante euersionem Ierusalem, ideo necesse est dici, qd euenierint cum iam Ierusalē destructa fuerit. Tertio patet, quia vere acciderunt tremotus in Iudæa: nā ea die, qua Christus mortuus est, factus est tremotus magnus in Ierusalem, ita qd lapides non solum mouerentur, sed etiam scinderentur, vt dicitur infra 27. ca. s. Et terra mota est, & petre scisse sunt, & monumenta aperta sunt. Et non solum in Ierusalem, sed etiam per totum orbem. Sic dicit Paulus Orosius 7. lib. de Or̄mesta mundi. Anno eiusdem 17. cō Dñs Iesus Christus voluntariē se tradidit passioni, sed impie a Iudæis apprehensus, & patibulo affixus est: maximo tremotu per orbem facta in mōtibus scissa maximamq; vr̄bium partes plus solita concussione ceciderunt. Vnde & si nullus alius tremotus futurus esset ante euersionem Ierusalē præter hūc debuit Christus prædicere de tremotu. Nam cum dixisset euertendum templum si de tremotu nihil dixisset, cum viderent in passione Christi factū tremotum fugerent de Ierusalem, quia licet ipso die cessaret crederent, qd in breui pro eadem causa superuenirent alij tremotus quousq; ipsa ciuitas euerteteret. Aliter potest dici, qd et si tremotus non accideret in Iudæa, sed in alijs gentibus, erat cōueniēs de illis dici, quia putabant Iudæi, qd Ierusalē non euerteteretur, nisi in fine sæculi, & tñ qn tremotus per alia loca videbant, putabant instare euersionem illorum locorum, & consequenter Ierusalem, cum Ierusalem periturā tunc crederent, quando alia loca perirent.

Quare dicitur: Hæc autem initia sunt dolorum. Quæst. LXVI.

Quare dicitur: Hæc autem initia sunt dolorum. Dicit potest vno modo, qd ponitur hoc ad innuendā magnitudinē malorū, quæ Iudæis euentura erāt. Vñ dicit: Hæc autē oia initia sunt dolorū. i. ista licet mala, & graua sint, nō credatis, qd sunt totū malum,

malum, quod inferendum est Iudæis, quia ista sint initia quædam, id est parua partes in respectu totius mali, quod inferendum est.

Secundò potest intelligi, qd post ista mala credit aliquis nulla alia maiora neque minora inferenda Iudæis quasi ista sufficerent. Christus verò ait qd adhuc alia inferentur, quia ista adhuc non sunt finis, sed initia malorum.

Tertiò potest intelligi dictū hoc ad significandum qd non deberent fugere discipuli de Iudæa, quâdo ista viderent. Nam quando Ierusalem euertenda esset, nō conueniebat fidelib. Christi manere in Ierusalē neq; in Iudæa, ne periret cum Iudæis, & ideo si statim post hæc futura esset consummatio, non manerent Iudæi in Iudæa cum hæc fierent. Ostendit autem Christus, qd debeant manere, quia non erant ista in consummatione malorum Ierusalē, sed in principio cum dicitur hæc autem initia sunt dolorum. Sed inter principium, & finem multum intererat, ideo cū ista fiebant adhuc poterant manere aliquanto tempore discipuli in Iudæa. Quarto potest intelligi, qd sunt initia dolorum, id est signa malorum, scilicet ista non solum inferebantur in quantum ex se mala erāt, sed in quantum erant futurorum malorum signa, inter signum autē & significatū sic est, qd signū est quasi principium quoddam, vel pars significati, quia est ad illud, ideo poterunt ista vocari initia dolorū, i. signa malorū futurorū & ideo ista, quæ Christus hic prænuñciauit, qd Iudæos, i. pestes fames, & tremotus nō eueniebant s̄m cōsuetum modum, quia sic non sunt signa, sed s̄m speciale modum quasi specialiter à Deo sint, & ideo tãto grauiora erant quanto magis a Deo illa esse cōstabat. Sic dicit Chry. s. Deinde, vt ostendat quia ipse prælabitur contra Iudæos non solum bella prænuñciat, sed & plagas diuinitus illatas vnde subdit. Erunt pestilentia & fames, & tremotus. Et nō simpliciter hæc sunt s̄m cōsuetudinē in hominib. existentē, sed ex ira quæ erit desuper, & propter hoc non simpliciter illa dixit esse ventura neque repēte, sed cum quadam significatione. Sic et dicit Greg. in Homilia. s. pestilentia, ecce inæqualitas corporum, & fames, ecce inæqualitas terræ, terroresq; de cælo, & signa magna erūt, ecce inæqualitas aeris. Quo ad eas tempestates referendū est, quæ nequaquam ordinem tēporum seruant, quæ. n. ordinatē veniunt signum non sunt: omnia autem, quæ ad vitæ vsum accipiuntur ad vsum conuertamus culpæ, sed omnia, quæ ad vsum prænitatis infleximus, ad vsum nobis vertuntur vltionis.

Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudo propheta surgent, & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.

Tunc tradent. Supra prænuñciauit Christus discipulis ea, quæ pertinebant ad Iudæos in generali, hic autem ponuntur ea, quæ ad discipulos pertinebant in specia-

li. Et ponuntur quatuor s̄m quosdam. s. magnitudo tribulationis, multitudo deceptionis ibi. Et multi pseudo propheta. Tertiò facilitas pernicationis ibi. Et quoniam abundabit. Quarto adiunctio cuiusdā consolationis ibi. Et prædicabitur. Circaprimū dicitur. Tunc tradent vos. s. quando acciderint ista supra dicta. i. bella, pestilentia, fames, & tremotus. In tribulatione. s. quia magnā tribulationem passa est ecclesia fidelium in Ierusalem, & Iudæa, & vbicunq; erat hoc medio tempore, quod fuit inter Christi mortem & euersionem Ierusalem. Et occident vos. Omnes. n. Apostoli Christi fuerunt occisi præter Ioannē, & de discipulis plurimi, sed quidā ante euersionem Ierusalem, alij vero postea. Et eritis odio omnibus hominibus. s. oēs oderunt vos, & persequentur, & ideo non speretis in hominib. aliquam releuationē mali huius. Propter nomen meum. s. non erit istud odium propter scelera vestra, vel propter personas vestras: sed propter nomen meum, s. quia prædicatis nomen meum. Et tunc. s. quando intirexerit ista tribulatio in ecclesia. Scandalizabuntur multi. s. multi fideles, q̄ prius crediderant, cadent a fide, quod est scandalizari. Et inuicem tradent. i. quidam de fidelib. prauī effecti tradēt alios fideles ad mortem dicentes eos tenere Christi doctrinam. Et odio habebunt inuicem. i. quidam de fidelib. cum deprauati fuerint, oderunt bonos, qui in fide manent, & ex hoc tradent eos ad mortem. Et multi pseudo propheta. Istud est s̄m. s. de multitudine deceptionis. Nam venient eo tpe multi seductores, qui prophetas se nominabunt, sed non erunt. Surgent. i. de nouo apparebunt quasi prius non fuerint, vel non auditi fuerint. Et seducent multos. s. multos tã de fidelib. quã de infidelibus. Et quoniam. Hic ponitur tertium. s. praua pernicationis facilitas, & dicitur. Quoniam abundabit iniquitas. ista ponitur vt causa diminutionis charitatis. s. multitudo iniquitatis, nam iniquitas repugnat charitati. Refrigescet charitas. i. minuetur vel peribit. Multorum. s. quorundam fidelium nō autem omnium, quia multi perseuerabunt vsque ad finem, & in illis non refrigescet charitas. Qui autem perseuerauerit. Instruit discipulos, & alios fideles, quō se deberent habere tempore illius tribulationis. s. qd maneat semper firmi, nō obstantib. tribulationibus: quia alias parum proderat a principio credere, & etiam charitatem habere, si non permanerent in tribulatione. vsque in finem. s. finem tribulationis, vel finem uitæ: quia semper manēdum est in charitate, cum sine charitate nemo possit saluari. Hic saluus erit. i. saluabit animam suam. q. d. qui non pseuerauerit vsq; in finē, licet à principio fecerit aliqua bona opera, nō saluabitur: sed mortificabuntur illa bona opera, & ipse peribit eternaliter. Et prædicabitur. Hic ponitur quartum. s. consolatio. Nam cætera supra dicta pertinebant ad aduersitatem & tristitiam discipulorum, hic autē ponitur consolatio quædā ipsorum. s. qd prædicaretur euāgelium & per vniuersum mundum, & ita multi crederent, & dī. Et prædicabitur. s. per vos & alios discipulos. Hoc Euangelium. s. hoc quod ego euāgelizo vobis, & vsq; nunc euāgelizauit. Regni. i. qd deducit ad vitam eternā. In vniuerso orbe. s. per totum mundum processit prædicatio Apostolorum & discipulorum. In testimonium omnibus gentibus. i. vt ista prædicatio sit eis in testimonium, ut nō possint negare dicētes, iō se nō credidisse, quia nemo illis annunciauert sicut illi, qd dixerit nemo nos conduxit. sup. 20. c. Et tunc veniet cōsummatio. i. facta p̄dicatione euāgelij p̄ totū orbē, veniet euersio Ierusalē, & nō prius, q̄ vocat cōsummatio, quia oia mala Ierusalē cōsummata fuerūt ibi. i. finita.

Quid est quod Christus hic dicit. Quæst. LXVII.

Quare dicitur: Hæc autem initia sunt dolorum. Quæst. LXVIII.

Luc. 21. Ioan. 15. & 16. sup. 10.

I. qu. 3. c. saluator sup. 10. Mar. 13. Ro. 10.

In q. 63.

M m Iudæis

Iudeis accidere debebant, scilicet, fame, pestilentia, bello, terremotu, hic ponitur quare ista mala euenirent, scilicet, quod propter hoc, quia persecuturi essent ecclesiam Christi occidendo multos. Sic dicit Rabanus, f. quo merito Ierosolymis ac prouincia vniuersa Iudæorum tot irroganda fuerint aduersa Dominus manifestat subdens. Tunc tradent vos. Sed dicendum, qd non stat. Primo quia non erat ista causa malorum, que Iudæi passi sunt, fuit enim causa p̄cipua occisio Christi, & ideo si causam intenderet ponere malorū, quæ Iudæi passi sunt, potius poneretur hic mors Christi quàm tribulatio discipulorum. Secundo quia poena non inferitur alicui a Deo ante culpam, & tamen bella famas pestilentie, & terremotus ceperunt ante tribulationem ortam contra discipulos, cum saltem terremotus ceperit ipsa die mortis Christi, ergo non ponitur istud, vt causa malorū supra nunciatorum. Tertio quia tunc rota, aut maior pars literę huius pertinet ad hoc, & tamen solum principium literę dicit de hac tribulatione inferēda a Iudæis, cetera autem magis pertinent ad alias admonitiones, vt ex litera patet. Dicendum ergo, quod non intendit hic ponere Christus causam præcedentium, sed cum supra posuerit ista generalia mala, quæ Iudæis euentura erant ponit hic in speciali ea, q̄ ad solos discipulos, & fideles Christi pertinebant, vt ipsi quoque de suis instruantur.

Quæ sunt, quæ Christus dixit hic discipulis de pertinentibus ad eos in speciali. Quæst. LXXIII.

Quæ sunt, quæ Christus dixit hic discipulis de pertinentibus ad eos in speciali. Dicendum, quod primum fuit tribulatio, quæ eis euentura erat post mortem Christi in Iudæa: nam multum affligentur erant propter prædicationē nominis Christi. Secundum erat defectio quedam, & turbatio aliquorum ad Christū conuersorum, qui videntes istas tribulationes in ecclesia caderent a fide, & multum contristarent eos, qui manebant. Tertium erat apparitio falsorum Prophetarum. Nam post mortē Christi multi huiusmodi apparituri erant, & seducerēt aliquos bonos. Quartū erat refrigerere charitatē quibus Christianis, & infirmari constantiā, & hoc propter multitudinem iniquitatis, & isti non perseuerarent in fide, sed caderent. Quintum erat denunciatio prædicationis Euangelicæ, quia dixit, qd prædicaretur euangelium per vniuersum orbem. Sextum fuit determinatio quæstionis principaliter posite, s. de euerfione Ierusalem quando esset, & dicitur, qd erit quando facta fuerint omnia hæc, specialiter autem quando Euangelium prædicatum fuerit per vniuersum orbem. Dicendum autē, qd maxima harum pars pertinet ad tribulationem discipulorū, & ecclesie Christi: erat enim quedam tribulatio, quæ ab extraneis inferenda erat, iā Iudæis, & gentibus, ita qd occiderentur multi Christianorum. Secundum quoque erat tribulatio, & grauiissima quidem, quia magis affligebantur Christiani manētes in fide de illis, qui adueniente tribulatione cadebant a fide, & infirmabantur, vel scandalizabatur quàm de malis ab extra inflictis. Tertio quoque erat afferens magnam angustiam, quia per falsos Prophetas multi mouebantur ad cadendum a fide, & aliqui erant, qd tribulationi non cederent, & credebatur seductioni falsorū Prophetarum, & ita Christus dixit esse magnā aduersitatem, in tantū, qd per signa eorū, & prodigia deciperentur si fieri poterat et electi, vt dicit infra in litera. Quartū et inducebat tristitiā, s. quorūdam in constantiā, qd non perseuerarent. Nā de eorum casu affligerentur, qui manebant, cetera vero non pertinent ad tristitiā, sed ad alias instructiones discipulorum.

Ad quid Christus prædixit discipulis ista de tribulationibus ipsorum. Quæst. LXXI.

Quæretur ad quid Christus prædixit discipulis ista de tribulationibus ipsorum. Aliqui volūt, qd ideo prænunciata sunt, quia supra dixerat de malis Iudæorum, & non posuerat causam, hic autem ponitur causa, s. occisio, & tribulatio credentium illata a Iudæis. Sic dicit Rabanus, f. Quo merito Ierosolymis ac prouincia Iudæorum vniuersa tot irrogata fuerint aduersa Dominus manifestat subdens. Tunc tradent vos. Et Beda dicit idem, & addit. Ea quippe Iudæicæ genti maxima causa erat excidij; qd post occisionem Saluatoris nominis quoque atque fidei eius præcones impia crudelitate vexabant. Sed dictum est supra, qd non erat istud, quod hic intendit Christus. Nam non ponitur poena ante peccatum, sed mala illa Iudæis illata prius venerunt quàm ipsi facerent tribulationes istas discipulis: ideo non ponitur istud hic pro causa, & alia etiam pro hoc ibidem dicta sunt. Sed aliquis dicit, qd illud semper stat, eo qd prius discipuli sustinuerunt tribulationem, & occisi sunt quàm fierent ista, quæ prænunciata sunt Iudæis euentura. Sic patet Luc. 21. ca. vbi cum dictum esset, fame, pestilentiam, & terrores de caelo venturos subditur, sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas persequentes, & trahentes vos in synagogas. Dicendum, qd prius acciderunt ea, quæ ponuntur supra. Nam saltem terremotus, quæ Christus prædixerat discipulis euenturum, fuit ipsa die passionis eius, & tñ nondū fuit persecutio Iudæorū contra Ecclesiam, sed debet intelligi verbū Lucę, s. ante hæc omnia, i. antequā cōpleantur omnia, & verū est, qd ante illorū cōpletionē fuit tribulatio ista discipulorū, qd iniicerent eis manus. Et fuit iste ordo, qd non acciderunt omnia, qd habetur supra totaliter antequā euenirent ista, qd dicitur hic discipulis, neq; ista acciderūt totaliter ante illa, sed currebāt simul nisi, qd illa prius inceperūt quā hæc, & postea simul cucurrerunt vsq; ad euerfionē Ierusalē. Nā saltē prædicatio Euangelij durauit vsq; ad deletionē Ierusalē, vt in litera dicit, & erit tribulatio discipulorū Christi, quia non fuit libera ecclesia a persecutionibus in euerfione Ierusalē, sed adhuc postea a gētilibus multas aduersitates sustinuerunt, & erit a Iudæis per alias partes orbis. Sed tunc dicitur si ita est, qd tūc ista simul currebant, quia totaliter preponuntur ea, quæ habentur supra ad hæc. Dicendū, qd ordo narrationis est duplex, s. naturalis, i. eo mō, quo cōuenit ad doctrinā, & eruditionē, multa aut sunt, in quibus non potest seruari ordo narrationis naturalis, quia cū sepe multa coincidāt in tpe, non p̄nt simul narrari, & oportet aliqd p̄mitti in ordine narrationis, quod in ordine t̄pis non p̄cessit, quia aliās tota narratio cōfunderet, & nihil fieret intelligibile: ita in p̄nti ista, qd habentur supra, qd cōueniebant oībus Iudæis in generali, & ista, qd dicta fuerūt hic, qd pertinebant ad discipulos, & ecclesiam Christi in sp̄ali acciderunt simul pro maiori parte, quia a morte Ch̄i vsq; ad euerfionē Ierusalē quasi simul cucurrerunt, vt supra dictū est, iō si teneret ordo naturalis in narratione, oportebat simul dici, qd erat impossibile, vel permisceri particulas rerū diuersarū in narratione, & fieret res non intelligibilis: iō fuit necessaria narratio s̄m ordinē artificialē. Et hūc ordinē tenuit Ch̄sus, & quia præcedētia tota pertinebant ad Iudæos in generali, ista vero tota p̄nebāt ad discipulos Ch̄i vt in sp̄ali, debuerunt illa totaliter narrari ante hæc, vel hæc narrari totaliter ante illa, fuit autē conueniens illa narrari totaliter ante hæc, tñ quia illa inceperūt aliquo tpe ante hæc, licet postea simul cucurrerint, vt dictum est, tum quia illa pertinebant generaliter ad oēs Iudæos, ista vero specialiter ad discipulos Christi,

Christi, qui erant quedam pars terre Iudæorū, & gentis, & iō fuit datus talis ordo, & ita non fuerunt ista dicta tanquā causa præcedentium, quia non fuerūt ante illa sed simul. Sed dicendum, qd dixit Ch̄s ista. Primo, (vt aliqui dicunt) quia dixerat ea, in quibus tribularetur Iudæi, ne ipsi alijs dolentibus viderentur gaudere prædixit eis quoq; tribulationes suas. Sic dicit Chry. in homilia, s. qd discipuli audientes ea, quæ de Ierosolyma prædicabatur, sic dispositi erant, vt extra turbationem essent quasi de aliena pena audientes, sibi vero prospera superuentura sperabant, quæ aduenire valde desiderabāt, propter hoc eis grauius prænunciatur in solitudine eos ita uens. Secundo fuit conueniens hic poni, quia Christus prædicere volebat discipulis angustias, quæ ad eos pertinebant propter rationes sequentes, & quia supra dixerat mala grauius euentura toti populo Iudæorum, posuit hic mala euentura discipulis, quia minus moleste tolerarent propter communem angustiam. Sic dicit Chryso. in homilia, & Theoph. s. oportune autem eorum mala interposuit mitigationem habentia a communibus malis. Tertio fuit hoc, quia voluit Christus hæc mala facere tolerabilia discipulis. Nam hæc illis euentura erant, & si non præviderentur valde affligerent ipsos, cum autem præviderentur tolerabilia efficiuntur. Minus enim iacula ferunt, quæ prævidentur, vt ait Gregorius in homilia: ideo fuit conueniens prædici. Quarto fuit, quia si ista euenirent, & non fuissent prænunciata, quando euenirent putarent discipuli, qd non præuidisset illa Christus, quia aliās prædixisset eis, & ex hoc valde turbarentur, & dubitarent de doctrina Christi, & statu Ecclesie eius quasi ipse nesciuisset quid euenturum esset. Et hoc erat maximum inconueniens: ideo debuit prædicere. Quinto fuit ad ostendendam sapientiam suam, quia quanto plura prædiceret, & particularius, tanto amplius cognosceretur sapientia eius, & ideo prædixit specialiter illa, quæ ad discipulos pertinebant, quia nihil poterat vtilius prædici, & nulli erant, coram quibus potius se deberet Christus ostendere sapientissimum quàm coram discipulis.

Quando acciderunt hæc, quæ hic a Christo discipulis prænunciata sunt. Quæst. LXX.

Quæretur quando acciderunt ea, quæ hic a Christo prænunciata sunt. Aliqui dicunt, qd intelligitur de fine sæculi, siue de tēpore antichristo, & dicunt istas tribulationes ibi futuras, tunc enim fideles tradentur ad mortem, tunc et multi a fide cadent, & refrigeret charitas multorū, tunc quoque surgent pseudo Prophete, cum venerit Antichristus, qui est caput omnium falsorum Prophetarū. Sed dicendum, qd non stat, quia ista necesse est intelligi de discipulis, & facta esse ante euerfionē Ierusalē. Primo quia ista facta sunt, quando facta sunt præcedentia, cū dicitur hic, tūc tradent. Et refertur ad proxime dicta, & tamen illa facta sunt post mortē Christi ante euerfionem Ierusalē, vt ostensum est supra, ergo et ista tūc facta sunt. Secundo quia manifestum est hæc de Apostolis intelligi, quantum ad seipos, cū dicitur, tunc tradent vos in tribulatione, & occident vos, & tamē occisio illorū, & tribulatio iā transijt, ergo fuit ante euerfionem Ierusalem. Tertio & apertius quia Mar. 13. c. vbi ponuntur ista dicitur videte vosmet ipsos: tradent enim vos. Ergo non poterat intelligi de alijs, sed de ipsim et personis discipulorum, ad quos Christus loquebatur. Quarto, quia dicitur Mar. 13. & Luc. 21. ca. vbi ponuntur ista. Tradent enim vos in consilijs, & synagogis, & ante reges, & tamen non potest hoc intelligi Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

de fine mundi, vel de tēpore Antichristi, quia tunc non ducerentur Christiani ad synagogas, quia non erunt Iudæi potētes, ita vt ad synagogas trahantur Christiani sicut neq; nunc sunt: iō oportet intelligi de tpe illo, in quo Christiani erāt minores Iudæis, & tūc eorū p̄tate temporalis, sic erat tpe discipulorū post mortē Ch̄i ante euerfionē Ierusalē quādiu manebāt Christiani in Iudæa. Quinto patet, quia cū Ch̄sus ista diceret aduixit, qd cum traherentur ante reges, & præfides non cogitaret quō traherent, vt patet Mar. 13. c. & Luc. 21. ca. Et tñ istud est priuilegiū Ap̄torū, & aliorū discipulorū, quos Ch̄sus misit ad prædicandū, & non aliorū, quia ceteros posuit in angustia Deus erudit, & tñ non est eis vititū cogitare qd tñdeant, sed potius laudabile est, iō non intelligitur nisi de tpe, quo viuebāt discipuli, & de ipsim et. Dicendū igitur, qd vere intelligitur de discipulis Ch̄i litera ista, & de statu Ecclesie eius a morte sua vsq; ad euerfionē Ierusalē p̄ rōnes suprapositas. Itē quia aliās non traheret Ch̄sus ad quæstionē de determinatione tēporis euerfionis Ierusalē. Nā intelligēdo hoc de diebus Antichristi non declararet aliquid de Ierusalē. Et tñ ad illud Christus trahere debuit: iō de illo intelligitur. Itē patet, quia ordo narrationis, declarat, qd intelligitur de illo, quia ponuntur multa, & postea dicit, & tunc veniet cōsummatio. Et est sensus, qd post oīa illa veniret euerfio Ierusalē, quæ erat consummatio malorū eius. Ad rōnem in tritūm dicendū, qd non stat. Primo, quia non potest tota ista applicari ad illū sensum, vt supra ostensum est. Secundo, quia dato, qd posset applicari non sufficit illud cū Christus non intenderit hoc, & in exponēdo non debuit istam trahere ad intentionē nostrā, sed nos applicare ad intentionē sc̄e, sed quia litera, potest extorri trahi ad sensum de tpe Antichristi, quā sic exponit. Vnde dicit Remigius. Potest autē totus iste locutus trahi ad cōsummatioē sc̄culi, tunc n. plurimi sc̄d alizabitur recedentes a fide, videntes multitudinē, & diuitias malorū, & miracula Antichristi, & cōfocios persequetur, & Antichristus mittet Prophetas, qd seducunt multos, & abundabit iniquitas, qm̄ numerus malorū augetur, & refrigeret charitas qm̄ numerus bonorū minuetur, & tñ neq; Remigius putat esse illū sensum verū, sed posse adaptari. Et hoc nihil est, cum satis sit nobis scire ad quam intentionem Christus hoc dixerit.

Quomodo fuit impletum, quod Christus dixit, scilicet. Tunc tradent vos, &c. Quæst. LXXI.

Quæretur quando, aut quō fuit hoc impletum, tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos. Dicendū, qd intelligitur de tribulationibus, quas intulerunt Iudæi discipulis Christi in Iudæa constitutis inter mortē Christi, & euerfionem Ierusalem. Nam pauco tēpore post mortē Christi, s. in anno iplo, vel sequenti (vt alijs placet) Stephanus a Iudæis lapidatus est, & tūc facta est persecutio magna Christianorum, ita vt fideles omnes fugerent de Ierusalē præter Apostolos, & dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samariæ Actu. 8. ante hoc etiam persequebatur eos. Nā quando Petrus, & Ioā. sanauerunt claudum ab utero matris Actu. 3. c. Tenuerunt eos sacerdotes, & posuerunt in vinculis, & cōminati sunt, ne in nomine Christi prædicarent. Act. 4. ca. Iterum etiā cū Christū prædicarent Apostoli princeps sacerdotū posuit eos in vinculis, & ipsa nocte soluit eos Deus, & exierunt clauso manēte cubiculo, & iuerunt in templum, & tunc vocauerunt eos principes sacerdotum, & iusserunt eis non prædicare in nomine Christi Act. 5. ca. Itē persequebantur illos, quando eiecerunt eos de regione Iudææ non recipiendo verbum ipsorum Actu. 13. & non solū in Iudæa, & Ierusalē persequebatur eos Iudæi, sed

Quo tpe Stephanus lapidatus fuit.

Persecutione Apostolorū hic narratur.

etiam in alijs locis ubique essent Iudæi dispersi inter gentiles. Nam in urbe Damasci, quæ est extra Iudæam, in Syria erant Iudæi, qui insidiabantur Paulo iam conuerso ad occidendum ipsum, ita ut oportuerit ipsum per noctem transire per muum in sporta Act. 9. & 2. Corin. 11. c. Et iterum cum essent Paulus, & Barnabas in Pamphilia in ciuitate, quæ dicit Pergè, concitauerunt Iudæi contra eos potentiores ciuitatis, & expulerunt eos de finibus suis: Actu. 13. ca. Iterum etiam in Pamphilia in ciuitate Iconio Iudæi concitauerunt Gentiles contra Paulum, & Barnabam, & uoluerunt eos lapidare, illi uero abierunt in alias ciuitates: Actu. 14. cap. Item in ciuitate, quæ dicitur Lystris, cum prædicarent, & sanassent claudum, uolebat populus eis immolare, superuenientes autem Iudæi de Antiochia, susceperunt populo, ut lapidarent eos, & lapidantes Paulum traxerunt eum extra ciuitatem quasi mortuum relinquentes Actu. 14. cap. Et postea cum ueniret Paulus Thessalonicam in Græciâ, & proficeret uerbum eius, trahebant eum ad iudicem, ut occiderent illum, & ita inde egressus est Act. 17. c. Et hoc bis fecerunt eo. cap. postea uero cum esset in Corintho, & prædicabat repugnabat ei Iudæi, ut non prædicaret, & tunc Paulus dixit eis, Sanguis uester super caput uestrum, mundus ego uadam Actu. 18. cap. Et cum rursus prædicaret Paulus in Achaia Iudæi uero animo concitati duxerunt eum ad tribunal ante Gallionem accusantes illum, quia Christus prædicabat, sed Gallio præfectus absoluit Paulum nolens audire questionem hanc Actu. 18. Rursus uero cum Paulus rediret Ierosolymam, & uellet se purificare intrante eo in templum Iudæi tenuerunt eum, & trahebant ad occidendum, & percutiebant eum, sed cum uenisset tribunus Romanorum cessauerunt Iudæi percutere Paulum Actu. 21. cap. & postea multi Iudæorum deuouerant se non manducare, neque bibere, quousque occiderent Paulum, qui producendus erant coram eis, ut rationem de se redderet Actu. 23. cap. Quod cum tribunus agnouisset misit eum in Cæsaream ad Felicem præconulem, & ibi fuit in uinculis, & accusabant eum Iudæi coram Felice, & eo amoto coram Festo præconule quousque ille appellauit ad Cæsarem: Actu. 24. & 25. & 26. De Petro quoque, & alijs idem erat, quia Iudæi persequerentur illos ualde, ne prædicarent in nomine Iesu, unde Herodes rex uident, quod placeret Iudæis apprehendi Petrum, & cum producturus esset eum sequenti die ad populum, liberauit eum de carcere Angelus Domini per noctem: Actu. 12. cap. Et idem de ceteris Christianis illius temporis intelligendum est maxime de prædicantibus, quod Iudæi persequerentur illos propter nomen Christi, licet non sint omnia scripta. Unde & Paulus antequam conuerteretur, erat persecutor Christianorum, consensit enim in morte Stephani: Actu. 7. ca. Et occiso Stephano ibat Paulus per domos Christianorum, & trahebat in carcerem viros, & mulieres quoscumque inueniebat: Act. 8. ca. & putans partem agere si solos Christianos in Iudæa existentes persequeretur, petijt epistolas in Damascum a summo sacerdote, ut oēs viros, & feminas uicij huius, quos inueniret, duceret uinctos in Ierusalèm Act. 9. cap. Et tunc apparente sibi Christo conuersus est, eo. cap.

Quomodo est verum, quod Iudæi Christi discipulos occiderunt. Quæst. LXXII.

QUARETVR cum dicatur hic, & occident vos, quomodo est verum, quod Iudæi occiderunt discipulos Christi. Dicendum, quod aliquos de Christi discipulis occiderunt. Nam primo occiderunt Stephanum

F lapidantes ipso anno, quo Christus mortuus est, uel sequenti Actu. 7. cap. & ideo hunc prothomartyrem uocamus, i. primum martyrem, quia ante eum post Christi mortem nemo pro nomine Christi mortuus est. Postea uero misit Herodes rex, ut affligeret quosdam de ecclesia, & occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio, id est, Iacobum Zebedæi: Actu. 12. Et iste fuit primus, qui de Apostolis pro Christo mortuus est, postea uero Iacobus Alphai, i. Iacobus minor Episcopus Ierusalèm lapidatus, & occisus est a Iudæis, faciente hac Anna principe sacerdotum, & fuit hoc anno septimo Neronis, i. anno tricesimo post mortem Christi, ut ostensum est supra. Deinde Simoan Chananeus Apostolus Christi, qui in Episcopatu Ierusalèm substitutus fuit Iacobo, occisus fuit in Ierusalèm accusantibus eum infidelibus, ut ait Hiero. in lib. de Illustribus uiris. Alios autem Apostolos non occiderunt Iudæi, sed apud gentiles occisi sunt. Sicut Petrus, & Paulus occisi sunt Romæ a Nerone anno tricesimo sexto post mortem Christi. Bartholomæum barbari occiderunt. Thomam, Indi. Matthæum Aethiopes. Nemo enim Apostolorum præter Ioannem gladium euasit. Sed dicitur, quomodo Christus dixit tunc tradent vos, & occident? Quod uidetur intelligi faciendum a Iudæis cum Iudæi non occiderent, nisi tres Apostolos. Dicitur potest uero modo, quod uerum est dictum esse de Iudæis, quod persequerentur, & occiderent discipulos Christi, non tamen ipse dixit, quod omnes illos occiderent, & ita satis fuit, quod tres occiderent ad hoc, quod sermo uerus esset. Nam de persecutione, & tribulatione a Iudæis illata satis dictum est præcedenti q. Secundo potest dici, quod Christus dicebat discipulos occidendos omnes quidem, aut maiorem partem eorum, & tamen non assignauit a quibus istud fieret, an a Iudæis, uel a gentilibus, cum nihil diceret, nisi tunc tradent vos in tribulationem, & occident. Et ratio est, quia Christus uolebat hic prænuunciare Apostolis, quid passuri essent post mortem eius uique ad euerisionem Ierusalèm, & erant ista, quæ habentur hic, & tamen, quod a Iudæis, uel gentibus paterentur parum differerebat, maxime quia satis potest colligi, quod etiam a gentibus paterentur aliquid horum, cum dicat Christus, quod prædicaretur Euangelium in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & hoc per discipulos Christi fieri debebat, sed sup. prædicatione Christi erat tota persecutio ipsorum: ideo innuitur, quod etiam a gentilibus paterentur tribulationem, & occiderentur. Maxime, quia Mat. 23. & Luc. 21. ubi ponuntur ista dicitur, quod ante reges, & præfides ducerentur, & tamen reges, & præfides non erant Iudæorum, sed gentilium: ideo etiam gentiles facturi erant istam tribulationem, & occisionem discipulorum.

Quomodo est verum, quod dicitur: Eritis odio omnibus hominibus. Quæst. LXXIII.

QUARETVR quomodo est uerum, quod dicitur eritis odio omnibus hominibus. Nam non oderant eos omnes homines, ad hoc autem, quod eos odissent, oportebat, quod eos agnoscerent, sed multi erant in orbe, qui non noverunt, neque uiderant, aut audierant nominari Apostolos Christi, ergo non poterant eos omnes homines odisse. Dicitur potest uero modo, quod dictum est hoc per Hyperbolè, omnibus hominibus, i. multis, sicut consuetum est in uulgari locutione, & in sacra scriptura, sicut dicitur. Omnes prouincias ueniebant in Aegyptum, ut emerent escas Genes. 41. ca. Et tamè certum erat, quod non ibant illuc omnes prouincias, sed aliquæ. Sic dicit Origenes super Mat. 1. Sed quomodo hominibus in ultimis partibus terre commorantibus odio habetur populus Christi? Et respondit, dicens, nisi forte, & hoc

Iacobus Zebedæi primus Apostolorum pro Christo mortuus est.

Romæ Petrus, & Paulus a Nerone occisi sunt.

hoc aliquis dicat propter exaggerationem positum omnibus pro multis. Secundo potest dici, quod uerum est, quod odio habebantur omnibus hominibus, scilicet illis, inter quos conuersabantur, & quibus repugnabant in fide, & ritui uiuendi, & quia repugnabant in fide, & cultu Dei omnibus gentibus, oēs erant eis infestæ, sed de Apostolis, & omnibus discipulis Christi quare odio haberentur ab omnibus hominibus, posuimus quatuor causas supra 10. c. q. 109. & ibi uide.

Quare Christus dixit, eritis odio propter nomen meum. Quæst. LXXIII.

QUARETVR quare Christus dixit, propter nomen meum. Dicitur, quod ponit eam immediata huius odij: nam qui odit alium, non odit nisi, quod reputat illum esse malum, uel habere aliquid malum. Nam bonum semper rationem boni non potest odio haberi, cum bonum sit, quod oia appetunt, sic autem erat in discipulis Christi, quod non erat eis aliquid malum, quod uerum malum esset, & et nihil quod aliquis malum posset putare nisi quantum ad prædicationem, & cultum Christi: nam in ceteris erant meliores omnibus hominibus non solum quantum ad Deum, sed et quantum ad iudiciu aliorum hominum, id enim in quo unus homo alteri uidet malum est, quia habet aliqua uitia, quæ repugnant cõicationi, per quæ repugnant bono alterius priuati, uel bono publico. Quod autem ista repugnantia fieri: id est, quia quisque uult pro se plus de bono, i. de uitili, & delectabili, & minus de malo, & ex hoc catur omnis iniustitia in commutatione, ut patet 5. Eth. In Apostolis autem, & omnibus discipulis Christi nihil istorum erat, quia ipsi sequentes doctrinam Christi, contempserant omnia mundana, & id nulla occasio eis erat offendendi aliquem, uel contendendi cum aliquo, & sic ad cõicationem politicam nulli esse poterant meliores. Et ista bonitas eorum erat in duobus, scilicet in abstinentia ab offensa omnium, & in benefaciendo omnibus. Primum habebant, ut dictum est, quia omnia mundana despexerant, & nihil cupiebant. Secundum erat, quia sciebant nihil magis placitum esse quam opera charitatis Deo, & hoc maxime ipsum admonuisse, cum ait. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Io. 25. ca. Et propter hoc discipuli Christi contempserunt priuatis bonis cupiebant alijs ex charitate prodesse: ceteri uero homines inclinantur ad propria, & id minus profunt proximo, & reipublice, unde ex his duobus necesse est, quod ualde diligerentur discipuli Christi ab omnibus hominibus: id restat, quod si aliquid erat propter quod odio haberentur ab alijs hominibus, non esset nisi Christus siue nomen Christi. Sed cum dicitur, propter nomen meum, potest intelligi, uero modo, i. quia prædicatis nomen meum, scilicet dicitis me esse Deum, uel Messiam. Et hæc erat causa prior, & præcipua. Nam si aliqui uellent credere in ipsum, & colere eum non prædicando eum publicè ad conuertendum ceteros ad illum, & in opprobrium omnium Deorum, quos Christiani asserunt non esse Deos, non esset tanta indignatio omnium contra ipsos. Secundo dicitur propter nomen meum, i. quia a me nominamini. Nam a Christo uocantur Christiani, & ita uocari ceperunt Antiochiæ credentes in Christum, cum prius discipuli uocarentur Act. 11. ca. & hoc nomen erat odiosum, & turbabantur potissime Iudæi audito illo 1. Cor. 1. c. f. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.

Quare Christus dixit specialiter, propter nomen meum. Quæst. LXXV.

SED quæretur ad quid dixit eis Christus, propter nomen meum, i. quod odium specialiter haberetur eis Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

A propter nomen Christi, quia uideretur sufficere, quod diceretur, quod odio haberentur. Dicendum, quod fuit istud specialiter dictum, & cõuenienter. Primo ad consolationem ipsorum, scilicet patiemini, & odiosi hominibus eritis, sed non propter aliqua scelera uestra, sed propter me solum. Sic dicit Chry. in homilia, f. Hic rursus cõsolatur eos causam tribulationis ostendens adiungendo, quod propter nomen eius erant passuri. Secundo ad dandum eis bonam spem de se: nam cum diceret eis, quod propter ipsum hæc passuri essent, & non propter se ipsos, ostendit, quod Christus multa eis deberet, uel saltem multa eis propter hoc bona esset daturus. Tertio quia in hoc ostendebat eos gloriosos toti mundo, scilicet quia penam non pro aliquo scelere tolerarent, sed pro optimis uirtutibus, i. professione nominis Christi. Et hoc erat ad tollendum opinionem quorundam de persecutione, & angustia discipulorum præterita, putaret enim, quod propter aliqua scelera hæc passi fuissent, Christus autem prænunciat, quod non sed propter nomen suum: id quod quid audiamus passos esse Christi discipulos, necesse est dici, quod pro solo Christi nomine passi fuerint. Hoc autem cedebat eis ad gloriam, scilicet sine crimine inuenirentur. Nam cum odiosi essent alijs hominibus, si illi possent inuenire alias causas persequerentur eos, & ad mortem damnarent propter illas, si nunquam aliquam causam exprimebant, nisi quod tenebant superstitionem Christi: id uidetur, quod nullum crimen in eis inueniebant. Sic dicit 1. Pe. 4. c. nemo uestrum patiat, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem, ut Christianus non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Quarto fuit ad tollendum de cordibus eorum suspicionem: nam cum penam non inferantur ordinate nisi pro malis, & Deus permitteret affligi discipulos, putarent ipsi, quod Deus habebat eos exosos, & quod propter aliqua ipsorum crimina, quæ forte ipsi ignorabant permittebat eos hoc pati, & hæc suspitio esset eis causa afflictionis: id abstulit hæc suspitio, dicens, quod non paterentur nisi pro nomine eius. Quinto fuit ad ostendendum sapientiam suam, scilicet ut non solum prædicaret eis suam afflictionem, sed et afflictionis causam, i. quod propter nomen suum. Sexto, ut non haberent occasionem dubitandi de statu Ecclesie, & fidei Christi. Nam si diceret eis Christus, quod paterentur tribulationem, & non diceret, quod propter nomen eius, non putarent hoc euenturum propter eius nomen, & cum postea eam acciderent uiderent turbarentur, & putarent Christum de hoc non cogitasset, & turbatio ista infirmaret fidem in cordibus eorum: id prædixit, quod propter nomen eius affligerentur.

Qui erunt isti, qui scandalizabuntur, de quibus Christus hic dicit. Quæst. LXXVI.

QUARETVR quid est hoc, quod dicitur. Et scandalizabuntur multi. Et qui erunt isti, qui scandalizabuntur. Dicendum, quod hic ponit Christus secundum malum, quod futurum erat post mortem suam, & Ierusalèm euerisionem, & est tribulatio ab intra. Nam posita fuerat supra tribulatio ab extra, scilicet ab his, qui non credebant, a quibus discipuli erant affligendi, & occidendi, ista autem erat tribulatio ab intra, scilicet a credentibus. Et ideo dicendum, quod isti multi erant Christiani, qui scandalizarentur. Et est sensus, quod quando quidam Christianorum uiderent persecutionem Ecclesie, & occisionem credentium, scandalizarentur, i. turbarentur in corde suo, & a fide caderent. Et non potest intelligi hoc de infidelibus, primo, quia dicitur, & scandalizabuntur, & tamen infideles non poterant scandalizari, quia scandalizari est offensam pati, sed infideles uidentes affligi credentes in Christum non offendebantur, neque mouebantur ad aliquid, cum de Christo nihil curarent, M m 3 illi

Galilæus in diebus professionis, & auertit populū post se, & perijt ipse, & omnes quotquot conserunt ei dissipati sunt.

Post hoc mortuo Christo uiuente adhuc Tyberio surrexit alius vir Samaritanus, qui se Christum appellabat, & occultatorum a Moysē se declaratorum, de quo Ioseph. lib. 18. antiqui. ait. Sed neq; Samaritanorum gens a turbis fuit expers, hos enim peruertit vir quidam, mentiri pro nihilo ducens nomine Caphedon, qui omnem plebem suasionibus artificiosis induxerat, ut in montem Garizim omnes concurrerent, quæ eum sanctum haberent atque venerabilem, pollicebatur enim se ascendentibus ostensurū vniuersa quæ ibidem à Moysē fuerant obruta, at illi persuasi verbis illius armantur, & confidunt in quodam vico, atque hinc & inde plurimos congregabant, ut cum magna multitudine montē ascenderēt, sed hos in ipso ascensu Pilatus occupat omnem equitatum præcedere iubens, & alios obruncant, alios in fugam vertunt, maximam partem capiunt, cuius seditionis Principem Pilatus interfecit.

Alius verò, ut videtur, fuit Theodas post mortem Christi pluribus, quam quindecim annis sub Claudio Imperatore de quo Ioseph. lib. 20. Anqui. ait quidam vir magnus nomine Theodas populo multo suafit, ut fumentes secum substantias suas sequerentur eum ad Iordanem fluiuium, semetipsum asserens esse prophetam, & præcepto fluiuium diuidere, ut eis facilem transitum præberet. Hoc dicēs, seduxit multos: sed non permisit Fadus eos ad insipientiæ suæ experimentum peruenire, sed repente misit super eos cohortem equestrum, quæ inopinabiliter multos peremit, plurimos autem viuos cepit, ipsumque Theodam comprehendentes capitis sectione multatum in Ierosolymam deduxerunt.

Quintus vir Aegypti de diebus se esse Messiam Cap. 17.

Anno autem 13. Claudij. i. 22. post mortem Christi fuit alius vir Aegyptius, qui se aut prophetam, aut Messiam esse diceret, de quo ait Iosephus lib. 20. Antiqui. Hoc tpe venit aliquis ex Aegypto, dicens se esse prophetam, & populari multitudini suafit, ut eum ad montem, qui dicitur Oliuarum positum ex diuersa ciuitatis procil stadijs quinque, conscenderēt, vel se dicens eis, exinde monstrare, quia eo iubente Ierosolymorum muri corruerent, vnde ingressum eis faciendum esse promittebat. Felix autem dum hoc audisset, iussit militibus, ut arma sumerent, quo facto irruiit super eos, & quadringentos eorum gladijs interemit, ducentos vero viuos cepit. Aegyptius vero fuga lapsus disparuit. Erat autem, ut innuebatur illius Aegyptij intentio liberare Iudæos de manu Romanorum excludendo Felicem, & milites Romanos de Ierusalem. Et ad hoc dicebat, quod eo iubente murus corrueret. De quo idē Iosephus lib. de Bello Iudaico ait. Maiore quippe plaga afflixit Iudæos Aegyptius quidam pseudo propheta, adueniens quippe in prouincia magus cum esset propheta sibi opinionem arrogans, triginta ferme millia hominum sibi congregauit, quos varia seductione deceperat, & circumducens eos de solitudine in montē, qui dicitur Oliuarum inde Ierosolymam nitebatur ascendere, depressoque Romanorum præsidio in populares exercere dominationem conabatur. Et quia ipse Aegyptius tunc fuga lapsus euasit, querebatur postea à Romanis, & ideo quando Iudæi Festus multitudinē Paulum se purificantem, in templo, & trahebant eum foras ad occidendum, & tribunus plebis occurrit, ne turbaretur ciuitas, dixit ad Paulum: nonne tu es vir Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in deserto quatuor millia virorum sicariorum?

Cap. 11.

Cap. 11. Sed obiicietur, quod non sit ille idem Aegyptius, quia de isto dicitur, quod eduxit quatuor millia virorum. Iosephus autem lib. de bello Iudaico dixit ferme triginta millia. Dicendum, quod idem vir fuit, quia vtrouque vocatur Aegyptius, & vtrouque ponitur accidisse illud præfide Felice in Iudæa. Sed quod dicitur de multitudine, dicendum quod de sicarijs solum erant quatuor millia virorum, de cetera autem multitudine rusticana erant vsque ad triginta millia. Sed tribunus ille solum de sicarijs locutus fuit, eo quod illi erant terribiles in tota regione Iudæorum, & ab omnibus timebantur, & odio habebantur, quia per insidias multos occidebant etiam in templo Dei, & nemo de eis poterat esse securus. De cetera multitudine, quæ nihil mali inferre solebat, sed nunc opinione prophetæ seducta ascenderat cum eo, nihil tribunus dicere voluit. Item patet sic debere intelligi. Nam & Eusebius libro Chronicorum dicit ista concordare, scilicet, sub Felice procuratore extiterunt multi, qui populum sua persuasione deciperent, in quo, & Aegyptius propheta pseudo fuit, qui plurimos sibi associatis in ipso magnarum rerum conatu per exercitū Felicis opprimitur. Scribit Iosephus contentaneus Apostolorum actibus, in quibus Paulo dicitur à tribuno. Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? Eo etiam tempore, id est sub Felice præfide ad finem regni Claudij, & in principio regni Neronis, & consequenter vsque ad captiuitatem Ierusalē multi surrexerunt pseudo prophete, & pseudo Christi, & omnes hi suadebant contra Romanos rebellare. De hoc Iosephus lib. 20. Antiqui. ait. magi vero & seductore populo suadebant, ut eos in eorum sequerentur dicentes se Dei prouidentia signa, & prodigia monstraturos, multi quia in hac insipientia supplicia pertulerunt, qui dum ad hoc accessissent puniti sunt. Et in libro de Bello Iudaico dicit: seductores quoque homines, & circumuentores sub specie religionis nouandis rebus studentes vulgum insanire fecerunt. Nam egrediebantur in solitudines promittentes Deum signa libertatis eis ostensurum, contra quos Felix, quia videbantur semina defectionis esse mittens equites atque pedites armatos magnam multitudinem interfecit.

Sed obiicietur, quod non sit ille idem Aegyptius, quia de isto dicitur, quod eduxit quatuor millia virorum. Iosephus autem lib. de bello Iudaico dixit ferme triginta millia.

Dicendum, quod idem vir fuit, quia vtrouque vocatur Aegyptius, & vtrouque ponitur accidisse illud præfide Felice in Iudæa. Sed quod dicitur de multitudine, dicendum quod de sicarijs solum erant quatuor millia virorum, de cetera autem multitudine rusticana erant vsque ad triginta millia. Sed tribunus ille solum de sicarijs locutus fuit, eo quod illi erant terribiles in tota regione Iudæorum, & ab omnibus timebantur, & odio habebantur, quia per insidias multos occidebant etiam in templo Dei, & nemo de eis poterat esse securus. De cetera multitudine, quæ nihil mali inferre solebat, sed nunc opinione prophetæ seducta ascenderat cum eo, nihil tribunus dicere voluit. Item patet sic debere intelligi. Nam & Eusebius libro Chronicorum dicit ista concordare, scilicet, sub Felice procuratore extiterunt multi, qui populum sua persuasione deciperent, in quo, & Aegyptius propheta pseudo fuit, qui plurimos sibi associatis in ipso magnarum rerum conatu per exercitū Felicis opprimitur. Scribit Iosephus contentaneus Apostolorum actibus, in quibus Paulo dicitur à tribuno. Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? Eo etiam tempore, id est sub Felice præfide ad finem regni Claudij, & in principio regni Neronis, & consequenter vsque ad captiuitatem Ierusalē multi surrexerunt pseudo prophete, & pseudo Christi, & omnes hi suadebant contra Romanos rebellare. De hoc Iosephus lib. 20. Antiqui. ait. magi vero & seductore populo suadebant, ut eos in eorum sequerentur dicentes se Dei prouidentia signa, & prodigia monstraturos, multi quia in hac insipientia supplicia pertulerunt, qui dum ad hoc accessissent puniti sunt. Et in libro de Bello Iudaico dicit: seductores quoque homines, & circumuentores sub specie religionis nouandis rebus studentes vulgum insanire fecerunt. Nam egrediebantur in solitudines promittentes Deum signa libertatis eis ostensurum, contra quos Felix, quia videbantur semina defectionis esse mittens equites atque pedites armatos magnam multitudinem interfecit.

Alij erant qui se prophetas dicerēt cum essent magi, & eos, qui Romanis obedire volebant de Iudæis occidebant, vel eorum diripiebant substantias, ut sic ad rebellandum cogerent. Sic dicit Iosephus libro de Bello Iudaico, scilicet magi enim quidam, & latrones collectis multis afflictionem inducebāt, & quasi ad libertatem vocabant mortem apertissimā comminantes his, qui Romanorum principatui obedire voluissent, ut vel reluctantes auerterent eos, qui ferrent spontaneam seruitutem dispersi bipertitam regionem diripiebant quorumcunque potentum domos, eosque insuper trucidabant, inflammabant etiam agros, ita ut desperatione eorum tota Iudæa protinus impleretur. Hæc autem sub Felice præfide acciderunt, sed postea sub regno Neronis Festo præfide Iudæi quidam alij magi extiterunt, qui se prophetas dicerent, & illos Festus occidit. Sic dicit Iosephus libro vigesimo Antiqui. scilicet interea diuersis rebus turbata prouincia Festus multitudinem destinauit equestrum atque pedestrium super plures, qui seducti fuerant à quodam Mago salutem eis, & malorum requiem promittente, si eum sequi in deserto contenderent. quo facto, & ipsum seductorem, & seductos irruentes qui missi fuerant occiderunt.

Cap. 17.

Sed

Sed ante omnes hos in principio ecclesiæ fuit quidam Samaritanus nomine Simon Magus, qui, & se Messiam iactabat. Nam populus eum vocabat virtutem Dei magnam. Act. 8. c. & Hier. super Mat. dicens de hoc vnus eorum, de quibus loquitur, fuit Simon Samaritanus, quem in actibus Apostolorum legimus, qui se magnam dicebat habere Dei virtutem. Hic quoque inter cetera in suis voluminibus scripta dimittens, ego sum sermo Dei, ego omnipotens, ego omnia Dei. Ille tamen videns, quod omnes sequaces eius prædicante Philippo conuerterent ad Christum, ipse quoque baptizatus est, sed cum videret per impositionem manuum Apostolorum dari spiritum sanctum, oblata eis pecunia multa petiuit ab eis hanc potestatem, sed Petrus dixit ei. Pecunia tua tecum sit in perditione. Act. octauo, capitu. Sed iste Simon Magus, ut ferunt, postea sub Nerone Petrum, & Paulum, Romæ falsis prodigijs impugnabat.

Quomodo pseudo propheta poterant aliquos seducere. Quæst. LXXXI.

Quæretur de istis pseudo prophetis, quomodo poterant seducere aliquos. Dicendum, quod pseudo propheta, & pseudo Christi simul erant, ut colligitur, infra in litera. Et intendebant pseudo Christi facere, ut crederetur quiseque horum esse Messias, ad hoc autem tem prophetæ pseudo adiuuabant quasi testificantes hoc verum esse ex parte Dei. Sed tam prophetæ falsi, quam falsi Christi seducebant populum promittentes eis liberationem de Iugo Romanorum, quo valde premebantur diebus illis, & ita sollicitabant eos ad rebellandum. Tanto autem desiderio huius liberationis tenebatur populus, quod cuique se asserenti liberatorem facile credebant, sicut colligitur ex dictis præcedenti. q. & per Iosephum lib. decimo octauo, & 20. Antiqui. & lib. secundo, & tertio de Bello Iudaico.

Aliud quoque erat, quod rem verisimilem reddebat, quia omnes isti falsi Christi, & falsi prophetæ magi erant, ut eos Iosephus appellat, vbi supra, & ideo per artem Magicam faciebāt aliqua prodigia, ex quibus populus decipi posset, & non solum plebs indocta, sed etiam viri prudentes, ut Christus dixit, infra in litera, scilicet surgent pseudo propheta, & pseudo Christi, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi. Talia enim prodigia Simon Magus faciebat, ita ut admirarentur omnes, & extra mentem fierent, ut dicitur Act. octauo capitu. Vir quidam fuerat in ciuitate Magus nomine Simon seducens gentem Samaritanæ dicens se esse aliquem magnum, cui auscultabant omnes a minimo vsque ad maximum, dicentes, hic est virtus Dei, quæ dicitur magna. Attendebant autem eum propter ea, quod multo tempore magicis suis dementasset eos.

Sed dicitur, quomodo poterant Iudæi aliquē istorum putare esse Christum, cum non veniret cum potestate temporali ad liberandum eos de manu Romanorum, & aliarum gentium? Nam omnes Iudæi credebant Messiam regnaturum temporaliter, ut declaratum est, supra q. 21. & ista fuit causa, quare plurimi Iudæorum non crediderunt Iesum esse Christum, i. Messiam, quia non venit cum potestate temporali, ut regnare posset temporaliter, neque liberabat Iudæos de manu opprimentium. A fortiori ergo neminē alium crederent de his esse Messiam, cum nullus horum talē haberet potestatem.

Dicendum, quod poterant credere eis propter duo. Primò quia licet statim in sua prima nominatione non venirent in tali potestate, ut subicerent hostes, conabantur tamen aggregare sibi multitudinem ad pugnandum contra hostes, ut apparet in omnibus, de quibus dictum est præced. q. omnes quippe illi aggregabant sibi multitudinem, & suadebant rebellare contra Romanos, & sic etiam fecerant illi, qui ante Christum venerant, scilicet Theodas & Iudas Galilæus, ut colligitur Act. 5. c. & magis præced. q. Christus autem nunquam hoc fecit, quia nunquam voluit congregare sibi multitudinem aliquam armatorum, neque suafit rebellare contra Romanos, sed in paupertate, & pace venit. Sic propheta dixit, dicite filiæ syon ecce rex tuus venit tibi pauper, & māfuetus, & ipse sedens super Asinam Zacha. 9. & sup. 21. c. & ideo non ita facilliter credebatur Iesum esse Messiam.

Secundò fuit, quia illi pseudo Christi licet veniret sine illa multitudine armatorum a principio, & nondum regnarent temporaliter, poterant suadere populo esse Messiam dicentes nondum cōpletum esse tempus, sed statim complebitur, & tunc erit liberatio ab hostibus & regnum temporale Irael, & interim populus poterat credere de illis. Et istam argumentationem Christus soluit nunc, quando loquebatur discipulis de hoc. Sed Matthæus illud non expressit. Habetur autem Luc. 21. c. scilicet multi venient in nomine meo, dicentes: ego sum, & tempus appropinquabit, i. illi, qui se vocabunt Christum, dicent nondum tempus completum est, ad ostendendam temporalem dominationem, & destruendum hostes, sed statim veniet. Et sub hac spe populus deceptus manebat, Christus autem Iesus, neque istud dicebat: ideo plebs indocta facillius assentiebat his falsis Christi.

Quid est, quod dicitur, quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quæst. LXXXII.

Quæretur quid est hoc, quod dicitur, quia abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum. Dicendum, quod aliqui putant accipi pro diminutione charitatis in quibusdam ex malitia aliorum, sicut erunt quidam Christiani ita mali tempore tribulationis, quod considerata illorum iniquitate alij, qui boni erant refrigescerent. Et ita exponit Nico. Alij accipiūt de homine ad seipsum, sicut in quibusdam hominibus abundabit iniquitas, & ideo necessario in ipsis charitas refrigescet, cum tollatur vnus per alterum. Sic dicit Remigius. Refrigescet charitas, i. vera dilectio Dei & proximi. Nam quanto magis ab vnoquoque iniquitas suscipitur, tanto amplius in corde ipsius ardor charitatis extinguitur.

Sed dicendum quod secundus sensus non bene stat. s. quod referatur totum ad eundem hominem, sed ad diuersos, ita quod in vno abundet iniquitas, & in alio refrigescat charitas. Primò patet, quia aliàs poneretur vtrūque cum determinatione, ut diceretur, quod abundabit iniquitas multorum, refrigescet charitas eorum, vel multorum, & tamē ponitur primum sine determinatione, cum dicatur absolute. Abundabit iniquitas. Et sequitur, refrigescet charitas multorum, ideo vtrūque ex modo loquendi, quod non sit eorundem iniquitatis abundantia & refrigescere charitatem. Secundò quia si ad eundem referretur, esset inconueniēter dictū, quia quando in aliquo abundat iniquitas, non solum refrigescit, immo non est charitas in eo, & non solum, quoniam abundat iniquitas, sed etiam quacumque iniquitate existente non manet charitas aliqua in homine, ideo debet referri hoc ad diuersos homines, ita quod in quibusdam abundabat iniquitas, & in alijs charitas refrigescerat.

Qua.

Quomodo refrigerabat ista charitas in quibusdam propter aliorum iniquitatem. Quæst. LXXXIII.

Sed quæretur quomodo refrigerabat ista charitas in quibusdam propter aliorum iniquitatem. Dicitur potest vno modo, quod intelligitur quantum ad aliquos cadentes a fide propter perfectionem. Et est sensus, quod tanta esset afflictio credentium illo tempore, quod multi, ut non cogentur sustinere mala illa, abijciebant fidem, aut saltem fidei professionem, & profitebantur aliam doctrinam, & conuenit hoc literæ. Nam qui credebant in Christum erant in charitate, & quando fidem acceperunt simul acceperunt charitatem, & illa manebat. Nam ex eo, quod Christum diligebant volebant manere in doctrina eius, licet obseruatio esset difficilis, istorum charitas refriguit, quoniam timentes tormenta, & alia mala cessabant a professione, sed isti non caderent a professione fidei, nisi per magnitudinem persecutionis. Si nemo enim persecueretur, nemo caderet, etiam si persecutio leuis esset, pauci aut nulli caderent, & tamen, quia gravis erat persecutio multi cadebant a fide, sed magna persecutio non est, nisi ex magna iniquitate inferentium eam cum illa iniusta sit, ideo verum est, quod ex abundantia iniquitatis quorundam refrigerabat charitas aliorum. Aliter potest intelligi de diminutione charitatis sine perditione eius. Nam in casu precedenti charitas non solum minuitur, sed etiam perit, quia qui cadit a fide, cadit a charitate. Et dicitur, quod aliqui erant a principio conuersionis sue feruentes in charitate, postea vero videntes iniquitatem aliorum abundantem fiebant tepidi, & hoc erat refrigerare. Et tunc intelligitur de Christianis ad inuicem, scilicet quidam quando conuersi sunt videbant miracula fieri, & bona opera Christianorum, & ideo feruenter acceperant fidem, postea vero cum conuersarentur cum alijs Christianis videbant eorum iniquam conuersationem; & sic refrigerabat in eis ardor charitatis, ut non essent tam prompti ad bona opera, sicut prius. Nam sicut habens partem charitatem per imitationem bonorum virorum proficit in seruire, & ab habendo maiorem charitatem, ita habens charitatem magnam, aut mediocrem, si conuersatur inter malos, aut exemplo eorum ad malum trahitur, aut tepescit feror eius. Nam etiam paruam charitatem habens iudicat se iustum collatum ad eos, qui mali sunt. Qui autem mediocriter bonus est, si ad bonos comparatur, iudicat se malum, quia ab eis longe est, ideo valde nocet bonis, & maxime parum, aut mediocriter bonis conuersari inter malos, vel eorum mala scire, & tunc quanto quis conuersatur cum deterioribus, tanto fit tepidior, & refrigerat magis charitas. Sed dicitur quis istorum sententia est verior? Aliqui dicunt, quod secundus, quia primus non coaptatur literæ. Nam dicitur, refrigerat charitas, & tamen primo modo non refrigerat, sed cessat, quia qui propter tormenta cessabat a fide, vel a professione fidei, non refrigerabat in charitate, sed peribat charitas in eo. Dicendum tamen videtur, quod primus sensus sit melior. Patet primo, quia statim dicitur. Qui perseverauerit usque in finem saluus erit. Et est expositiuum precedentium, quasi dicat, illi quorum, refrigerat charitas, non saluantur, sed illi, qui permanent usque in finem: ergo videtur, quod illi, quorum charitas refrigerat non permanent, sed qui non permanent cadunt a charitate. Loquitur igitur de cadentibus a charitate. Secundo quia Christus arguit istos, quorum charitas refrigerat, sed si charitas non periret, non erant arguendi, quia quoad manet quis in charitate, est bonus, & dignus vita æterna, & non potest iuste redargui, sed redarguuntur, ergo cadebant isti a charitate.

Valde nocet bonis conuersari inter malos.

Tertio patet, quia sicut hic post illud dictum, scilicet refrigeret charitas multorum, ponitur velut expositiuum illud, scilicet qui perseverauerit usque in finem, ita Mar. 13. c. ubi ponitur ista variatio, dicitur, quod parentes traderent filios in mortem, & filij consurgerent in parentes. Et sequitur: qui autem sustinuerit usque in finem, saluus erit. Et sic videtur, quod de perfectione intelligatur, & de casu a fide propter perfectionem. scilicet quod propter abundantiam iniquitatis multi perderent fidem. Et ista est veritas: erat enim magnitudo iniquitatis, & perfectionis quoniam pariter accusabant filios ad mortem, & filij parentes, & trahebant eos ad hoc, quod occiderentur. Pauci enim poterant talem perfectionem sustinere, in qua nullum erat refugium ad amicum, neque cognatum, & ideo refrigerabat charitas, id est cadebant ab illa iam cessantes a professione nominis Christi. Ad rationem in contrarium potest dici vno modo, quod qui cadebant a professione fidei non solum refrigerabant in charitate, sed etiam cadebant ab illa, & tamen erat ordo iste, quod primo refrigerabant: deinde cadebant cum non perderent eam subito. Posuit autem Christus primum, scilicet refrigerare, quia erat principium, & non cadere. Secundo potest dici, quod refrigerari, vel refrigerare charitatem accipitur large non pro remissione ardoris, sed pro perditione eius, ut dicatur refrigerat charitas, id est peribit effectus frigiditatis his, qui prius secundum charitatem ardebant. Et potest accipi refrigerare in malum, quia refrigerare dicitur motum a calido ad frigidum, & ideo nominat medium inter utrumque, & illud vocatur tepidum, & accipitur in mala significatione in scriptura. Sic dicitur Apocalyp. tertio capitulo. Vinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. Sed refrigerare dicitur illum tepidum, quod malum est, ideo refrigerare charitatem accipitur in malo. Et sic accipitur pro casu a charitate, quia quantum quis non cadit ab illa, bonus est. Quod autem dicitur refrigerare, etiam si accipitur pro diminutione non est intelligendum, quod charitas minuatur secundum essentiam, licet augeatur secundum essentiam, sed solum minuitur quantum ad feruorem. De quo dicitur magis. 1. Cor. 13. c. ubi plene agitur de charitate.

Quare dixit refrigeret charitas multorum, &c. Quæst. LXXXIII.

Quare dixit refrigeret charitas multorum, & quare. Dicendum quod hoc dictum est, quia non refrigeret in omnibus. Quidam enim fuerunt, in quibus nunquam refriguit, siue accipiat pro cadere, siue pro diminui. Sic fuit de apostolis. Erant enim in illis semper charitas maior, quanto continue per bona opera magna merebantur augmentum charitatis, sicut & augmentum præmij substantialis. Sic enim erant in charitate confirmati, ut ab ea nullo modo caderent. Sic dicitur ad Ro. 8. c. quis nos separabit a charitate Christi? Et iterum, certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque alia creatura poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo. Sed alij erant, qui non existentes confirmati propter iniquitatem persecutionis cadebant a fide, & isti erant, qui vocantur magis multi. Sic dicit Hieron. Considerandum tamen, quod non negauit omnium casuram esse charitatem, sed multorum. Nam in Apostolis & eorum similibus permanentia est charitas, de qua Paulus. Quis nos separabit a charitate Christi?

Tepidi facris literis in mala partem sumuntur.

Ad

Ad quid voluit predicere, quod multorum charitas refrigeret. Quæst. LXXXV.

Sed quæretur ad quid Christus voluit predicere, quod multorum charitas refrigeret. Dicendum, quod primo fuit ad consolationem permanentium: nam cum manentes in fide viderent aliquos ab illa cadere, putarent per hoc periculum aliquod esse doctrinæ Christi, & ecclesiæ eius, & tristarentur nimium. Ut autem non affligantur ex hoc nimis, ut nihil mali suspicarentur, sed putent ecclesiam Christi nihilominus mansuram quibusdam cadentibus, prædixit illis quosdam a fide casuros. Secundo fuit ad ostendendum se omnia scire, cum etiam minuta qualibet prædiceret, & ut viderent, quod nihil in ecclesia sua accideret eo ignorante, & ita posset providere, si vellet. Et non dixit absolute, quod refrigeret charitas, sed multorum, ut innueretur per hoc, quod non omnium charitas peritura esset, sed aliquorum, quia aliam cum quidam viderent alios a fide cadentes, putarent quod omnes essent a fide perituri, per hoc autem eos certificat, quod non omnes, sed aliqui essent a fide perituri, & sic cadentibus quibusdam, non adhuc timeretur periculum ecclesiæ. Tertio fuit ad cauitores eos reddendū: nam si Christus hoc non prædiceret, multi non aduerterent, & facilius laberentur, cum verò hoc prædixit quilibet sciret se posse cadere, & cauitos se haberet, ut non caderet: nam istud erat quasi quoddam præceptum, vel admonitio ad fortiter standum.

Quare Christus dixit, qui autem perseverauerit usque in finem, saluus erit. Quæst. LXXXVI.

Quare Christus dixit, qui autem perseverauerit usque in finem saluus erit. Dicendum, quod perseverare vique in finem debet accipi de fine vitæ, quia non vocatur alius finis noster absolute. Et etiam usque ad mortem est nobis laborandum in bono, postea vero quiescendum Apoc. 14. c. f. Amodo dicit spiritus, ut requiescat a laboribus suis. Et vique illuc est necessaria perseverantia, in morte autem confirmatur homo in bono, vel in malo: non ergo requiritur maior perseverantia in fide Christi, quam vique ad mortem, neque sufficit minor, quia quæcumque minor non sufficit ad vitam æternam habendam. Sic dicit Remigius, usque ad finem vocat usque ad terminum vitæ: qui enim usque ad terminum vitæ suæ in confessione nominis Christi perseverauerit, & in charitate, saluus factus est. Dixit autem hoc Christus primo ad tollendum errorem: aliqui forte putarent, quod licet caderent a fide, si aliquando in illa mansissent proderat eis ad vitam æternam. Dixit Christus, quod non, quia non poterat saluus fieri, nisi qui perseveraret usque in finem. Secundo, & præcipue ponitur ad admonitionem, ut fideles fortiter manerent in aduersitatibus, ut saltem non perderent præteritos labores. Nam omnes nostri labores sunt ut saluemur, qui autem non saluatur nullum fructum habet de laboribus suis, & ideo qui multo tempore mansit in fide, & toleravit difficultates in ea, non debet cessare ab ea propter subuenientes angustias, quia sic perdet fructum omnium operum suorum, & ideo est magna admonitio hæc ad perseverandum in fide, & consonat hoc literæ precedenti: dixerat enim refrigeret charitas multorum, id est cadent multi a charitate, & fide, sicut expositum est. Hic autem dicit, quod nemo permittat refrigerare charitatem in se, sed perseveret, & ita saluabitur.

Quid erat saluum esse. Quæst. LXXXVII.

Sed quæretur quid erat saluum esse. Dicendum, quod saluare proprie est a malo liberare, & saluus dicitur, qui a malo liber est, & quia malum est multiplex, est etiam multiplex liberatio. Dicitur saluari hominibus, sic dicitur Psal. 33. Ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Et hoc modo liberatores a periculis bellorum vocamus saluatores. Sic dicitur Iudi. 3. Suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos. Et iterum eod. c. suscitauit eis saluatorem nomine Aod. Et tamen dicendum, quod secundum differentiam malorum, ita vocatur saluatio, vel liberatio. Quædam enim mala sunt, sed non summa, vel per excellentiam, ideo in illis competit saluatio, sed cum connotatione, ut dicatur saluatio a tali, vel tali malo, saluati a tribulatione, vel ab incommodo. Malum autem per excellentiam vnum est in hominibus, scilicet perdere animam, vel condemnari ad gehennam, & ideo liberari ab isto malo per excellentiam est saluari. Et hoc dicitur simpliciter, & sine connotatione aliqua saluari, & ob hoc illum simpliciter saluum dicimus, qui iam liber est a damnatione æterna. Et ista distinguimus saluos contra damnatos. Sic accipitur hic: saluus erit, id est liberabitur a gehenna. Nam qui usque ad mortem manet in charitate, necesse est, quod liberet ab inferis. Et ob hoc etiam saluare dicimus simpliciter, id est liberare a morte æterna, vel a penis gehennæ. Et consequenter saluatorem absolute vocamus illum solum, qui a morte æterna liberat. Solus autem Christus per mortem suam nos ab hac morte liberauit, ideo eum solum vocamus saluatorem. Nam cum absolute saluatorem dixerimus, nullum nisi ipsum intelligimus, & in reuerentiam ipsius hoc nomen ei soli referuamus.

Quare Christus dixit, quod predicabitur hoc Euangelium in toto orbe. Quæst. LXXXVIII.

Quare Christus dixit, quod predicabitur hoc Euangelium in toto orbe. Dicendum, quod putant quidam positum hoc esse ad tollendam suspicionem, & timorem. Nam cum tot mala afflictionum prædixisset Christus circa discipulos euentura diceret aliquis eorum, quomodo poterimus inter tot mala viuere? respondet quod non solum poterunt viuere, sed etiam docere. Sic dicit Chrysostomus in homilia. deinde ne diceret: qualiter enim inter tot mala viuemus? quod plus est promittit, quod non solum viuere, sed ubique docerent. Secundo potest accipi ad tollendum suspicionem de statu fidei, & ecclesiæ Christi. Nam dixerat supra, quod refrigeret charitas multorum, id est caderent a charitate, & professione fidei propter tormenta. Putaretur ergo, quod iam nemo auderet prædicare doctrinam Christi propter tantas tribulationes: ipse tollit hanc suspicionem dicens, quod non, sed etiam si omnia hæc mala eueniant, prædicabitur Euangelium, & non solum prædicabitur, sed et per totum orbem. Tertio potest accipi istud esse positum ad consolationem discipulorum. Erant enim tristes de euerfione Ierusalem prænunciata eis, & de tribulationibus, quæ eis superuenirent. ne autem tristitia affligerentur, nunc est antequam mala ipsa venirent prænunciat eis quid gratum, scilicet quod Euangelium per totum orbem prædicaretur. Sic dicit Remigius, quia enim nouerat dominus corda discipulorum contristata esse de exicidio Ierusalem, & perditione gentis suæ, hoc solatio consolatur eos, quod multo plures credituri erant de gentibus, quam de Iudeis perituri. Quarto fit hoc, & principaliter ad ostendendum statum ecclesiæ suæ. Nam ad roborandam fidem

Saluari hoc multipliciter dicitur.

Quid saluator absolute.

fidem discipulorum, & aliorum credentium in ecclesia primitiua voluit totum statum illius tēporis prænunciare, & ita cum iam dixisset qualiter tribulationes magnæ tunc venturæ essent, & à quibus, s. ab inuicem, id est à parentibus in filios, & è contrario, & q̄ in illis tribulationibus aliqui deficerent, voluit dicere aliud circa statum illum, s. q̄ tunc prædicaretur Euangelium per totum orbem. Et vere fuit dignum hoc prænunciatione, quia inter omnia, quæ illius temporis erant, nihil tam magnum, & admirandum erat, q̄ q̄ inter tot tribulationes Euangelium posset prædicari per totum orbem. Quinto fuit ad dādum animum discipulis circa ardua. Nam Euangelium per eos prædicandum erat: cum autem sciebant, q̄ etiam aduentibus magnis angustijs per eos erat prædicandū euangelium, quando euenirent istæ tribulationes retrahentes à prædicatione, tolerarent eas fortiori animo: cum iam ex Christi prænunciatione certi essent, q̄ non obstantibus omnibus afflictionibus prædicaretur Euangelium in toto orbe. Sexto fuit, & adhuc principalius ad rīden dum ad quæst. principalem, quæ erat de Ierusalem euersione, q̄ fieret. Voluit autē Christus respondere ad illam non designando numerum annorum, vel mensium, sed referendo omnia notabilia, quæ acciderent inter hoc tempus quo loquebatur vsque ad euersionem, ita vt ex decursu harum rerum possent cognoscere, quando Ierusalem euertetur. Dixit autem multa ante hoc accidere, s. bella, fames, pestilentias, terremotus, & interim tribulationes fierent discipulis, & occiderentur multi eorum, & aliqui credentes caderent à fide, & tunc prædicaretur Euangelium in toto orbe. Et hæc omnia euenirent ante euersionem Ierusalem, & post hoc sequeretur euersio. Et apparet, q̄ ista sit causa præcipua ponendi hoc, quia dicitur in litera. Et prædicabitur Euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, s. malorū Ierusalem, id est statim, vt fuerit completa prædicatione per totum orbem. Et iste est sensus verus.

Quomodo potuit in tempore Ecclesie primitiue prædicari Euangelium per totum orbem obstantibus tot tribulationibus. Quest. LXXXIX.

QUARE TVR, quō potuit in tempore Ecclesie primitiue prædicari Euangelium per totum orbem obstantibus tot tribulationibus, & maxime cum multi de credentibus propter tormenta deficerent, & a fide caderent, sicut Christus prænunciavit. Dicendum, q̄ vere fuerunt multa impedientia in ecclesia primitiua, ad hoc, q̄ non prædicaretur per totum orbem Euangelium, s. odium omnium hominum. nam reputabāt omnes homines eos qui istam doctrinam a principio prædicabant, esse hostes humani generis, cum omnes Deos, in quorum cultu cōsensu erant homines, & omnem ritum colendi tollere vellent, & dicerent omnia execrabilia esse, quæ apud gentiles agebantur. Secundum erat generalitas persecutionis: sicut enim in toto orbe odio habebātur, ita vbique affligebantur. Iudei enim persequebantur illos ex principali odio, quasi destruerent legem Moyfi cum ipsi prius Iudæi fuissent natione, & ritu. gentiles vero, quia ipsorum Deos condemnabant, & ideo in nullo habebant requiem. Tertium erat immanitas tribulationis, quia oīa genera tormentorum non solum quæ ante hoc fuerant, sed etiam quæ excogitari poterant exercebantur in eos. Quartum erat priuatio totius humani auxilij, & solatij, quod erat cōsuetudinē aliarum tribulationum, & persecutionum. Nam in alijs si hostis aliquem persequeretur adiuuat eum, vel sa-

uet ei amicus, & cognatus, & alij. Hic autē nemo in nullo potius parētes tradebat filios ad mortē, & filij parētes, vt dicitur sup. 10. c. & Mar. 13. & Lu. 21. & istud erat, q̄ valde contristabat cor. Sed dicendum, q̄ sicut dicitur ad Ro. 5. c. q̄ vbi superabundauit delictum, superabundabit, & gratia, s. vt maior sit gratia delicto, & tollat illud, ita vt superabundauit multitudo tribulationum superexcreuit magnitudo gratiarum Christi, & consolationum eius, ita vt non solum hæc mala patienter tolerarent, sed etiam libenter, & gaudenter quasi ad epulas inuitarentur, sicut dicitur Act. 5. c. ibāt Apostoli gaudentes a conspectu consilij, quia digni habitus sunt pro noie Iesu cōtumeliam pati. Erat autē primum magnitudo, & certitudo premij, sciebat enim id, q̄d reseruabatur eis pro hac momentanea tribulatione maius esse quam cogitari posset ab aliquo mortali. 1. Cor. 2. c. s. oculus non vidit, auris non audiuit, neque in corde hoīs ascendit quæ præparauit Deus illis, qui diligunt illum. Et cum Deus ostendisset eis magnitudinē huius premij per fidem, & certi essent de illo, non dubitabant quæcumq; mala pro illo subire. Secundum, & præcipuum erat magnitudo, & feruor charitatis. Nā tanta charitate perfuderat Deus corda illorū principum nostrorum, qui fuerunt in ecclesia primitiua, q̄ omnia seculi blandimēta respuebant, & omnia aduersa cōtemnebant, neque erat aliquid, quod posset eos diuellere ab eo, quod tam firmiter, & tam tenaciter diligebant. Sic enim dixit Apostolus ad Ro. 8. Quis nos separabit a charitate Christi tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculi, an gladius? Et ideo postea addit. Certus sum, q̄ neque mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; aliqua creatura poterit nos separare a charitate Dei, q̄ est in Christo. Et ita cum sancti illius tēporis tantam charitatem haberent, perseuerabant in omnibus tribulationibus. Sic dicitur eod. c. pp te mortificamur tota die, & estimati sumus, sicut oves occisionis, sed in his omnibus superamus pp eum qui dilexit nos. Et istud erat præcipuum, quod faciebat perseuerare oīa aduersa. nam primum, s. magnitudinem, & certitudinē premij nos habemus, sed quia paruam, aut nullā charitatem habemus statim superamus non solum a persecutionibus, sed etiam a paruīs tentationibus. Tertium erat magnitudo consolationum spiritualium, quas Christus eis dabat, licet in rebus corporalibus nō consolarentur, quia omnia hæc contempserant pp Deū, tñ in interioribus, in quibus est verū bonum, magnā consolationem recipiebant interdum. De qua consolatione nos, qui carnales sumus, & ista non experimur, iudicare non possumus, nisi in quantum credimus eis, qui in Christo perfectionem aliquam habentes asserunt se recipere consolationes inenarrabiles, quas et parui in Christo pro captu recipiūt. Vnde nō iniuste Apostolus vocat Deum patrem totius consolationis. Est autē consolatio Dei tanta, vt non solum p eam homo in seipso consolationem accipiat, sed etiā possit alios consolari, q̄ in consolationibus humanis non inuenitur, cum vix per eas in seipso quis solatus esse possit. Sic dicitur 2. Cor. 1. c. f. Benedictus Deus, & pater Dñi nri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni consolatione nra. Et sequitur. Vt possimus, & ipsi consolari eos, qui in oī pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur, & ipsi a Deo. Et ita significatur, q̄ magnitudo consolationum tollit magnitudinem angustiarum, quas tolerant homines: proxime cum sequitur, qm sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra, id est, sicut passiones, quas p Christo suscipimus sunt

Sancti Christi tēporis estimati sumus, sicut oves occisionis, sed in his omnibus superamus pp eum qui dilexit nos.

valde

valde multe, ita & consolationes, quas ab eo habemus ad tolerandum has passiones, sunt multo plures: vnde superantur passiones a consolationibus. Quartum erat, sapientia affluentia, quia illi, qui pro Christo patiebantur saltem discipuli, qui cum eo fuerunt, & super quos Spiritus sanctus venit: erant tanti priuilegij, q̄ licet rudes essent poterant rīdere, immo rōne superare omnes homines, sic q̄ dū ducebātur ante viros magnos ad reddendum rōnem de dictis suis nō oportebat eos cogitare, quid dicerent: immo peccatum eis esset, si vellent cogitare quid dicerēt. Et hoc posuit hic Christus eis pro remedio, vel cōsolatione, licet hic. Mat. illud tacuit. sed exprimit Mar. 13. & Lu. 21. vbi ponitur ista narratio. Nam dicitur. Ponite in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum rīdeatis: ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui nō poterit resistere omnes aduersarij vestri. Et dicit Mar. 13. ca. Non enim vos estis loquētes, sed Spiritus sanctus. Quātum enim hoc esset remedium & cōsolatio, nemo sufficienter considerat. Nam cum essent discipuli Christi rudes apud humanam sapientiam, & parui status apud magnates huius seculi, poterant rōnabiliter timere proponere in publico, et si non dubitarent mori præ amore Christi, quia fortē crederent, cū essent insipientes, q̄ caperētur in verbo indisciplinato, & iriderentur, sicut bestiales, & inscij. Christus autē dedit eis hanc securitatem, q̄ semper loquerētur prudenter, quia non erant ipsi qui loquebantur, sed Spiritus sanctus in eis. Quintum erat magnitudo, & promptitudo miraculorum: quantum enim consolarentur animi illorum sanctorum virorum, qui licet à toto populo spernerent, & odiosi haberentur, in promptum habebāt talia miracula facere qualia totus mūdus non capiebat. Nihil enim erat, q̄d facere vellent, quod statim non facerent si credentes peterēt supra 17. & 21. c. & hæc non solum concessa erant discipulis Christi, qui cum eo fuerant, & super quos descendit Spiritus sanctus, sed et omnibus credētibus in ipsum, vt patet Mar. 16. c. f. Signa autem eos, qui crederint, hæc sequentur, id est qui crederint in me, facient omnia signa, quæ sequuntur eo. c. hæc enim erant adiutoria ab intra ad hoc, q̄ credentes in Christum sē omnia aduersa aliquam haberent cōsolationem. Sed ab extra erāt quoq; aliqua auxilia. Primum, quod est sextum in ordine, quia Deus faciebat, q̄ audientes facilliter crederent. puiderat. n. Deus, qui ad illum pertinere, & illi statim ad paucas voces prædicationis credebant inspirante Deo: corda eorū. Sic patet Act. 2. c. in prima prædicatione Petri die Pentecostes, vbi erat dīctio ad Apostolos ab oībus Iudæis, qui erant de toto orbe, & tñ ipsa prima voce eius conuersi sunt quasi tria millia eo. c. & in alia vice duo millia: immo & q̄d plures interdum tam facilis erat conuersio, q̄ et illi ad quos non dirigebatur sermo, conuertebantur, audita doctrina Christi benedictissimi. Sic patet Act. 10. vbi Petrus loquebatur ad Centurionem, & non erat intentio sua dirigere verbum, nisi ad Centurionem, & tñ tanta fuit dignatio Spiritus sancti, q̄ omnes audientes verbum statim conuersi sunt compuncti corde, & ipse Petrus admiratus est, quō illi conuersi fuerint, & Spiritus sanctus loqueretur p eos, ita vt postea arguentibus eum conuersis ex Iudaismo quare locutus fuerit ad Gentiles dixerit, q̄ non fuit ex intentione eius, nec in potestate eius, sed Spiritus sanctus voluit sic facere Act. 1. c. Septimum erāt sollicitudo Dei circa conuertendos. Nam Deus in principio ecclesie primitiue, vt statim sibi ecclesiam aggregaret, voluit homines, ita promptos reddere, q̄ pauco labore exterius adhibito à prædicantibus multi conuerterentur. vnde ipse videbatur ipsos deducere ad fi-

dem, sine prædicatore, sicut dicitur Act. 2. c. s. dñs autē agebat, qui salui fierent quotidie in idipsum. Et isti quos Deus volebat ad se vocare nullo mō impediabantur conuerti, quia licet prædicatoribus multæ fierēt molestiæ, & non bene audirentur, sed expellerentur de regionibus, adhuc illi, qui à Deo erant designati ad credendum, conuertebantur. Sic patet Act. 13. c. vbi Paulus, & Barnabas fugati sunt de ciuitate Pergen regionis Pamphiliæ. Et sic videbatur impeditus profectus prædicationis, & tñ dicitur ibi. Audientes autem gentes gauise sunt, & glorificabant verbum Dñi, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam eternam. Et propter istam facilitatem conuersionis nihil nocebat casus quorundam a fide, quia cum vnus moriebatur pro fide, conuertebantur innumerabiles sicut lo alio prædicante. Octauum remedium erat perseuerantia: nam admirabantur, q̄ Christiani tanta tolerarent quanta nullus hō pro Deo suo toleraret, sicut locutus est Traianus Imperator, vt patet in historia Iognati martyris, quem varijs tormentis cruciauit. Nonum erat duratio huius ritus: nam putabant hoīes, q̄ superstitio professionis Christi, tanquam ficta pauco tpe duraret, cum autem viderunt eam multo tpe manere crediderunt ex Deo esse. Sic enim dixit Gamaliel Phariseus legis doctor cum Iudæi vellent persequi discipulos Christi in Ierusalem statim post mortem eius: discite ab hoībus, & finit illos, qm si est ex hoībus consilium hoc, aut opus, dissipabitur: si vero ex Deo est, non poteritis dissoluerē illud, ne forte, & Deo repugnare inueniamini. Act. 5. c. Et ibi deduxit conuenientia exempla, quia multi alij inchoauerunt nouos ritus, & nouas de se opiniones facere voluerunt, sed quia res ipsa ficta erat, in ipsis exordijs corruit, & defecit, vt dicitur ibi de Iuda Galilæo, & Theodo, quorum quilibet se Messia esse voluit: aliqui eum secuti sunt, sed statim ipsi cum sequacibus perierunt. Decimum erat, q̄ prædicantes tunc doctrinam Christi in nullo errore deprehendi poterant, neq; ratione superari, de quo totus mundus admirabatur. Nam ceteri, qui aliquas nouas sectas confinxerant, non poterant dare rationem omnium, quæ asserabant, & cum venirent in conuentū aliorum hoīum a sapientibus redarguebantur, neq; manebat quid pro se dicerent. discipuli autē Christi à nullo hoīe rōne poterant superari, & licet inbūto eos inopinante argueretur rīdebant mirabiliter, ita vt hoīes extra mentem fierent talia audientes, quia vt dicitur Mar. 13. c. non erant ipsi loquētes, sed Spiritus sanctus. Expresse autem hoc promiserat eis Christus, dicens. Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt dīdicere, neq; resistere oēs aduersarij vestri. Vndecimum erat puritas vitæ, & doctrinæ Christi: nam prædicantes doctrinam Christi in ecclesia primitiua erant sanctissimi viri, in quibus non posset quisquam inuenire aliquid reprehensibile, ita vt non viderentur homines, sed Angeli Dei. Doctrina quoque ipsa erat, ita munda, q̄ nihil immundum permittit, & omni impuritati morum resistit, & sequentes eam seruabant illam, & abstinebant ab omnibus immunditijs, potissime à sordibus carnis. De quo admirabantur Gentiles nimis, cum ipsi non possent tantam puritatem sectari. Sic dicitur 1. Pe. 4. c. f. sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, quæ ambulauerunt in luxurijs, defiderijs, vinolentijs, & illicitis idolorū cultibus, in quo admirantur non concurrentibus vobis in eandē luxurie confusionem. Alij vero qui alias doctrinas viuendi confingere voluerunt, non tradiderunt hanc puritatem viuendi, sed quidam omnem turpitudinem, sicut Mahometus. Alij verò, & si bona dicerent, bona non faciebant, & ita fuit de omnibus, q̄ sibi ipsi Messie no-

Paulus, & Barnabas fugati sunt de ciuitate Pergen.

Mahometi turpitudinem.

si vocata est. Ex loco autem illo Sanctus Saunianus socios suos ad alias partes Gallie misit ad predicandum. Ex quo apparet, quod viuentem Petro fidei predicatio peruenit versus mare occidentis, ubi terminatur vltimum clima nra terre habitabilis, & quod ultra illud ponit finem astrologos extra climata Ierusalem, de qua exierunt Apostoli, & alij Christi discipuli ad predicandum, est in medio terre habitabilis, quia est in quarto climate, ubi primo predicata est fides catholica. Et ideo, sicut a Ierusalem, usque ad fines terre habitabilis ex parte Gallie ubique predicata est fides per sanctum Saunianum, & socios eius: similiter ex parte Hispanie ubi Paulus predicauit, ita verisimile est, quod a Ierusalem usque ad alios terminos terre habitabilis peruenit predicatio fidei per alios Apostolos, & discipulos ad hoc missos eodem tempore. Et sic patet, quod viuentem Petro fides predicata est in vniuerso mundo, quia cognitio Christi peruenit ad omnes partes orbis. Petrus autem martyrizatus est sub Nerone. Post imperium autem Neronis euersa est Ierusalem, scilicet anno 2. imperij Vespasiani, ut habet lib. 7. de bello Iudaico: ergo ante euersionem Ierusalem predicatum fuit Euangelium per totum orbem. Sed quoniam Augustinus & alij quidam in hoc repugnant est respondendum illis. Nam et Origenes super Mat. tenet non cōsummari predicationem usque ad finem seculi, cum ait. Cū ergo omnis gens audierit Euangelij predicationem tūc erit finis seculi: multum non solum barbarorum, sed et nra gentium nondum audierunt Christianitatis verbū. Dicendum igitur, quod predicari Euangelium per totum orbem potest dupliciter accipi. Vno modo quantum ad hoc, quod in singulis regnis, aut prouincijs aliqui predicauerunt nomen Christi. Alio modo, quod ita predicatum fuerit, quod fundata sit ecclesia catholicorum in quacumque parte, & perueniat tota utilitas ex predicatione, quod peruenit ad. Accipiendo primo modo predicatum fuit Euangelium per totum orbem. Nam non erat necesse, quod in qualibet vrbe, aut loco fuerit aliquis predicans, sed satis est, quod in qualibet prouincia, aut regno aliqui predicauerunt, ita ut fama predicationis ad alios perueniret, qui predicantem non audierant: immo & si aliqua prouincia esset, in qua nemo predicaret: dū tamen de finitimis prouincijs ad illam veniret fama predicationis, diceretur tōto orbe predicatum Euangelium. Et ita fiebat, quod predicantibus aliquibus discipulis Christi in aliquo loco, illi quod conuertebantur ibi, diuulgabant statim alibi, & sic facile erat et paucis existentibus predicatoribus predicari Euangelium per totum orbem in paucis tempore. Cū autem, & modus ad hoc, quod fama predicationis perueniret statim ad loca, in quibus et non fuerat predicatum: erat, quia miracula erant stupēda, & inaudita, quod faciebant predicantes, & quicunque conuersi, ideo non poterant ista latere, sed statim fama currebat per multas prouincias de doctrina, & operationibus miraculorum, et si in paucis solum prouincijs predicaret. Accipiendo secundo modo nondum completa est predicatio per totum orbem, immo fortassis nulla pars orbis est, in qua cōpleta sit, quia in qualibet parte orbis inter Christianos, vel sine illis sunt Pagani aliqui, aut Iudei quorum multi adhuc per Euangelij predicationem conuertendi sunt. Hoc autem non complebitur usque ad finem seculi, quia semper proficiet verbum Christi usque illuc, ideo usque ad finem seculi non complebitur predicatio Euangelij. Cum autem Origenes dicit multas gentes non solum barbarorum, sed et nostras esse, quæ non audierunt nomen Christianitatis, non est intelligendum, quod nunquam predicauit aliquis inter illas, vel quod non peruenit fama predicationis doctrinæ Christi ad illas, sed quod inter illas nemo sit Christianus, neque aliqua ecclesia maneat fundata, aut aliquod vestigium Christianitatis, & tamen a principio audierunt isti fortassis aliquem de discipulis Christi predicantem, vel fama predicationis de prouincijs alijs ad has gentes peruenit. Et hoc sufficiebat. Nam hoc Apostolus dixit, quod in omnem terram exiuit sonus eorum. Quod autem nemo ibi conuersus fuerit non erat mirandum, quod fortassis neminem Deus iudicabat eo tempore ibi ad se pertinere, & quia nemo conuersus est, non habuerunt posteri unde scirent, an predicata fuerit ibi fides Christi. Et tamen dicere, quod sint aliquæ gentes, in quibus nullus vnquam Christi discipulus predicauit, vel ad quas non peruenit tunc fama predicationis doctrinæ Christi nemo sapiens audebit asserere, quia ista negatiua non habet, unde probetur. Et eodem modo videtur ad id, quod Augustinus dicit ad Hesyrium esse gentes barbaras in Africa, ad quas non peruenit predicatio, ut addiscitur ex his, qui inde captiui ducuntur. Dicendum enim quod est possibile, quod aliqui barbari sunt, qui nunc fortassis per aliquam accidentalem separationem commercij ab alijs gentibus non audiant nomen Christianitatis, & nesciant doctrinam Christi, & tamen in prioribus temporibus, scilicet post Christi mortem predicatum est ibi aliquid, vel in prouincijs finitimis, ita ut fama nominis Christiani, aut doctrinæ Christi perueniret, quæ predicabatur ad eos, & tamen qui nunc supersunt apud barbaros, nesciunt an aliquid tale temporibus suis, id est predecessorum suorum a tanto tempore acciderit: potissime cum barbari multum insipientes sint quales sunt apud Aethiopes valde meridianos, neque literis quidem vtuntur, ut preterita gesta valeant memoria commendare, & ideo licet illi, qui de Africa ducebant captiui dicerent apud se non esse nomen Christianitatis, neque predicationem auditam: non sequitur, quod nunquam ibi fuerit predicata doctrina Christi, vel audita fama illius: cum hi, qui nunc sunt, non vident sufficiens testimonium reddere de his per causam dictam. Unde isti non probant, nisi quod apud eos nunc Christianus nullus sit, sed non, quod nunquam ibi predicata fuerit doctrina Christi, & tamen ad hoc, quod predicatum fuerit Euangelium per totum orbem ante euersionem Ierusalem satis est, quod aliqui predicatum ibi fuerit, vel illuc fama perueniret, cum predicaretur. Et hoc est, quod dicitur apud totum orbem factum. Dicendum igitur, quod isto modo concordari possunt opiniones diuersæ, scilicet vt Augustinus & Origenes intelligant de predicatione quantum ad totalem fructum. littera autem ista, & cōior positio intelligatur de publicatione facta et si nemo conuerteretur, vel maneret conuersus. Sic enim dicit Glossa. vt vtrunque autem dictorum teneri potest, si tamen diuerso modo diffusio predicationis Euangelij intelligatur. Si enim intelligatur quantum ad fructum predicationis, qui est, vt in singulis gentibus fundetur ecclesia credentium in Christum, vt Augustinus exponit, est signum, quod oportet precedere ante finem mundi: non autem precessit ante destructionem Ierosolymæ: si autem intelligatur quantum ad famam predicationis sic ante euersionem Ierosolymæ fuit completum discipulis Christi per quatuor mundi partes diffusis. Unde Hieronymus dicit. Non D Hiero puto aliquam mansisse gentem, quæ Christi nomen nym o ignoret: & quamquam non habuit predicatorem, tamen Pin. ex vicinis gentibus opinionem fidei non potest ignorare. Ad rationem Augustini de illo dicto, scilicet in omnem terram exiuit sonus eorum. posset dici, sicut supra, id est, quod nondum exiuerat sonus predicationis per omnem terram quantum ad utilitatem predicationis, quod in qualibet parte terre esset facta aliqua conuersio, & fundatio Ecclesiarum tempore Apostolorum, exiuit tamen quantum ad publicationem Euangelij, scilicet quod nulla gens fuit, quæ viuētiū Apostolis non audierit nomen Christi, & doctrinam eius per aliquem predicatorem, aut per famam finitimarum gentium. Si autem dicas, quod Augustinus non sensit hoc, & ideo rēdet ad auctoritatem Apostoli. Dicendum, quod necesse est ex illa colligi, quod

Viuentem Petro fides predicata est in vniuerso mundo.

Predicari Euangelium per totum orbem dupliciter accipitur.

G

H

I

K

quod ex tempore suo, quando illud verbum dixit, erat predicatum euangelium per totum orbem. Et patet, quia ut supra dictum est, Apostolus intendebat ibi accusare eos, qui non recipiebant doctrinam Christi, dicens: Non omnes credunt Euangelio. Et quia ad hoc poterat esse excusatio, si non audierant, ait: Nunquid non audierunt? Et obiicit, quod non est verum, immo quod audierunt, addens, etenim in omnem terram exiuit sonus eorum, ergo necesse est, quod Apostolus intellexerit iam exiuisse sonum predicationis in omnem terram, quia alias probatio sua non sufficeret, neque esset ad propositum. Nam si nondum exierat vox predicationis per omnem terram, non erant increpabiles illi, qui non obediebant Euangelio, eo quod non audierant illud. Quod autem Augustinus dicere debere intelligi de futuro, eo quod sic propheta accepit, non valet dictum sum. Nam cum Paulus induxerit ad præteritam rem probandam, oportet quod intelligatur de præterito, sicut Paulus accipit, etiam si propheta accepit præteritum pro futuro, licet adhuc illud non constet. Unde nemo potest satis rationabiliter dubitare Paulum in verbis illis sensisse predicatum esse euangelium per totum orbem tempore suo. Antamen accipiat orbis totus stricte, vel large per maiori parte orbis, sicut interdum similia inueniuntur in scripturis, esset magis calumniabile, sed etiam de hoc non est dubitandum, sed sicut Hieronymus ait quolibet regio habuit proprium predicatorem, vel per famam C audiuit euangelium.

Quare dicitur, quod predicabitur Euangelium in testimonium omnibus gentibus. Quæst. XCIII.

Quare dicitur, quod predicabitur Euangelium in testimonium omnibus gentibus.

Quare dicitur, quod predicabitur Euangelium in testimonium omnibus gentibus. Dicendum, quod potest accipi vno modo, id est ad testimonium perhibendum veritati omnibus gentibus, quasi dicat gentes erudiende sunt de veritate Messie, non possunt autem erudiri, nisi quis illis predicauerit, ideo predicandum est Euangelium per totum orbem in testimonium omnibus gentibus, id est vt omnibus testificemini vos veritatem, & illam addiscant. Et dicitur propter hoc, quia forte Apostoli putarent, quod verbum Christi non esset predicandum, nisi Iudæis, eo quod Messias erat natus de Iudæis, & non de Gentilibus. Etiam & præcipue, quia Christus non predicauerat Gentilibus, sed solis Iudæis. Etiam & efficacius, quia ille dixerat, non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel supra 15. ca. ideo putarent discipuli, quod ipsi non deberent testificari, nisi solis Iudæis, dixit ergo, quod omnibus gentibus predicaturi essent, & ita ait, quod per totum orbem erat predicandum Euangelium. Et adiecit, in testimonium omnibus gentibus, id est vt testificemini hoc omnibus gentibus, & ipsa a vobis addiscant. Et ita dicit Act. 1. c. eritis mihi testes in Ierusalem, & Samaria, & usque ad vltimum terræ. sed officium testis est perhibere testimonium, ideo recte dicitur hic, quod Euangelium predicabitur in testimonium, id est ad testificandum, vel docendum.

Sed tunc dicitur, ad quid appositum fuit vtriusque? nam cum diceretur predicabitur Euangelium per totum orbem sufficiebat, cum predicari per totum orbem sit predicari omnibus.

Dicendum, quod non est superuacuum, sed dicto, quod per totum orbem predicabitur, debuit addi, quod omnibus gentibus predicaretur, quia poterat predicari per totum orbem, & quod non predicaretur omnibus gentibus, sed solis Iudæis existentibus per totum orbem.

Alph. Toft. in Matth. Pars V.

Nam ante euersionem Ierusalem per totum orbem dispersi fuerunt, sicut & nunc sunt, & de toto orbe veniebant aliqui in Ierusalem in templum, sicut innuitur Act. 2. c. scilicet. Erant in Ierusalem viri religiosi Iudæi habitantes ex omni natione, quæ sub cælo est. Et patet etiam ex eis, quæ ibi expresse nominantur. Etiam patet hoc ex epistola Claudij Imperatoris, qui fuit post mortem Christi ante euersionem Ierusalem, & habetur eius tenor per Iosephum lib. 19. Antiqui. & ait: Optimum est, ergo etiam Iudæos in omni mundo sub nobis constitutos paterna solennitate sine prohibitione celebrare. Et ita Iudæis istis per totum mundum constitutis poterant predicare non predicando Gentilibus. Voluit autem Christus, quod omnibus predicaretur Euangelium, ideo non solum dixit predicandum per totum orbem, sed etiam in testimonium omnibus gentibus. Sic enim dixit Christus Mar. 16. c. Ire per vniuersum orbem, & predicare Euangelium omni creature. Non enim fuit sufficiens dici, ite per vniuersum mundum, & predicare Euangelium, sed addidit, omni creature.

Secundo quantum ad principale potest dici in testimonium omnibus gentibus, id est in testimonium contra non credentes, ne forte in die iudicii velint allegare, quod nemo eis predicauit veritatem, & ideo non crediderunt. Simile patet in facta 25. c. quando Christus loquitur in iudicio contra damnandos, dicens: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Et illi dicunt: Quando te vidimus esuriem, &c. Vt ergo nulla gens neget in die iudicii predicatam esse sibi veritatem, inuocat predicatores in testes contra omnes gentes. Sic dicit Chryso. in homilia. Qui crediderunt testabuntur aduersus eos, qui non crediderunt, & cōdemnabunt eos. Sic etiam Theophyl. dicit in testimonium, id est in præiudicium intelligitur eorum, scilicet vt essent inexcusabiles, quod Apostolis laborantibus illi non potuerunt veritati coniungi.

Quid est, quod dixit Christus. Et tunc veniet consummatio. Quæst. XCIII.

Quid est, quod dixit Christus: Et tunc veniet consummatio.

Quid est, quod dixit Christus: Et tunc veniet consummatio. Dicendum, quod hoc pendet ex eo, quod dictum est supra. Nam consummationem quidam accipiunt pro fine seculi, alij vero pro euersione Ierusalem. Et hoc pendet ex littera sequenti inquam dicitur, predicabitur Euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio. Et tunc necesse est, ita dici, quod finita predicatione per totum orbem veniet cōsummatio. Quidam autem dicunt predicationem consummatam fuisse post mortem Christi in 30. vel 40. annis, & tunc debet dici, quod consummatio est euersio Ierusalem, quæ veniet statim. Anno 40. post mortem Christi. Alij, vt Augustinus & Origenes dicit predicationem euangelij per totum orbem non fuisse cōsummatam tempore Apostolorum, & ideo vocant consummationem finem seculi, quæ dicit venturum, quæ finita fuerit predicatio euangelij.

Sed dicendum, quod predicatio vere finita est tempore Apostolorum, vt ostensum est supra, & ideo vocat consummatio ipsa euersio Ierusalem, quia fuit finis omnium malorum Ierusalem. Nam multa ante illam precesserant. Et patet primo, quia hic questum fuerat a discipulis de euersione Ierusalem tempore. Et ideo oportet, quod ponatur istud ad hoc, sed non erit hoc, nisi accipiat consummatio pro euersione Ierusalem, ergo pro ipsa accipitur.

Secundo patet, quia supra posuerat Christus alia signa precedentia euersionis Ierusalem, & dixit, sed nondum statim finis, sed hæc initia sunt dolorum. Positis vero alijs, quæ postea epetura erant, adiunxit, tunc veniet

Na con.

consummatio, scilicet omnibus illis factis, & ita ista dictio consummatio responderet ad ea, quæ supra dicebantur, sed nondum statim finis, & ad illud, hæc initia sunt dolorum. Tertio patet, quia dato isto sensu coaptatur tota litera inter se, & est ordo in omnibus tribus questionibus factis Christo. Nam prima questio fuit de tempore euerfionis Ierusalem, & ad istam cepit respondere supra ibi, scilicet audituri enim estis prælia, & opiniones præriorum, & continuatur vsque huc, scilicet ut ponantur omnia, quæ euentura erant inter mortem Christi, & euerfionem Ierusalem, & narrando peruenit quousque diceret, prædicabitur euangelium in vniuerso orbe, & tunc venit consummatio, idest euerfio Ierusalem. Et ita dabat Apostolis certitudinem per quandam coniecturam de tempore euerfionis Ierusalem, scilicet quando ipsi scirent se diuulgasse euangelium per totum orbem. Si autem acciperetur pro fine sæculi, nihil esset ad propositum, neque etiam per hoc daretur aliqua certitudo, quia nemo sit, quando finitur prædicatio per totum orbem eo modo, quo Augu. accipit, ideo debet intelligi de consummatione malorum Ierusalem, quæ fuerunt terminata in euerfione.

Quare dicitur, tunc veniet consummatio, idest Ierusalem euerfio. Quæst. XC.

Sed queretur quare dicitur, quod cum prædicatum fuerit euangelium per totum orbem, tunc veniet consummatio, idest euerfio Ierusalem.

Aliqui dicunt, quod ponitur hoc tanquam causa euerfionis, quia scilicet prædicato euangelio per totum orbem doctrina Christi fuit per omnes dispersa, & tamen in his omnibus manserunt increduli Iudæi, ideo tunc eorum ciuitas debuit euerri. Sic dicit Chry. in homilia, scilicet conuenienter autem postquam prædicatum est euangelium per orbem terrarum, tunc Ierusalem perijt, qui enim viderunt Christi virtutem vbique resurgentem, & in breui tempore orbem terrarum supergressam, quam veniam habere debuerunt in ingratitude permanentes.

Sed dicendum, quod non fuit ista causa, quia quod euangelium per totum orbem prædicatum esset, vel non faciebat aliquid ad malum, vel ingratitude Iudæorum, cum prædicatio illa non fieret inter eos. Sed si debuit Ierusalem destrui propter ingratitude visis virtutibus discipulorum Christi, tunc debuit euerri, quando Iudæi expulerunt discipulos Christi de terra sua, non solum non recipientes illam doctrinam, sed persequentes eos, qui illam debebant, tunc enim totaliter se indignos fecerunt omni bono, ut dicitur Actu. 13. indignos vos fecistis verbo vite, ecce conuertimur ad gentes, & tamen non fuit statim euerfio: ergo quod compleretur prædicatio per totum orbem, nullam causam præstabat ad euerfionem Ierusalem.

Sed dicendum, quod hoc ponitur, quia sic futurum Deus esse volebat, voluerat enim Deus, quod Ierusalem non euerteretur vsque ad 40. annos post mortem Christi, quæ autem causa fuerit huius rei, non apparet nobis determinata, satis enim est, quod Deus tandiu expectare voluit, licet videatur causa potissima, ut ecclesia sua in Iudæa roboraretur, & propagaretur. De quo latius dictum est supra, & ideo finis his 40. annis euerteretur Ierusalem, siue euangelium prædicatum esset per totum orbem, siue nondum esset inchoata prædicatio. Accidit autem, quod ante finem quadraginta annorum pauco tempore post mortem Christi fuit completa prædicatio euangelij per totum orbem, ideo accidit, quod finita prædicazione hæc euerteretur Ierusalem. Ita tamen licet inter se

per accidens se habeant, tamen Deus sciebat, quod ea simul futura erant, ideo cum voluit notificare euerfionem Ierusalem per signa proxima, & quæ ad Apostolos pertinerent, dixit quod prædicato euangelio veniret consummatio.

Cum vero videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus, & nutriendis in illis diebus. Orate autem, ut non fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.

Cum ergo videritis. In præcedentibus descriptum est de euerfione Ierusalem quantum ad eius principium. Hic agitur de ea, quantum ad suum terminum. Et dicitur.

Cum ergo videritis. Datur signum proximum ad sciendum euerfionem Ierusalem, scilicet quando videretur istud signum, quod in litera ponitur. *Abominationem.* Idest idolum, ut infra declarabitur. *Desolationis.* scilicet quia ista abominatio signat venturam desolationem.

Quæ dicta est a Daniele. Prænuñciauit enim de hac abominatione, Daniel 9. c. *Stantem in loco sancto.* Idest in sanctuario, vel in Ierusalem, scilicet quod ponatur ibi idolum. *Qui legit intelligat.* Idest qui legerit Danielis scripturam, intelligat eam de hoc debere exponi.

Tunc qui in Iudæa sunt. Admoner enim Christus fugere Christianos de Iudæa, & Ierusalem tempore euerfionis, ut nihil mali ibi patiantur. Nam ista est causa, quare omnia hæc signa posita fuerunt, scilicet ut Christiani fugerent tempore conuenienti, & ideo ait tunc fugiendum esse de Iudæa, quando appareret istud signum. *Fugiant ad montes.* Scilicet ad terram montuosam, in qua non sit exercitus Romanorum vastans prouinciam, ille enim in locis planis castrametabatur, & pugnabat. *Et qui in tecto, in superiori parte domus.* Loquitur ad modum terre Chanaan, quia tecta domorum erant ibi plana, & in illis manebant homines ad multa facienda. *Non descendat tollere aliquid de domo sua.* Idest non moretur, ut accipiat aliquid de rebus possessis, quia posset esse, quod si in his aliquantulum occuparetur superueniret exercitus Romanorum, & esset periculum vite, & possessarum rerum. *Orate autem.* Aliqui diuidunt istam literam a præcedenti, sicut Nicolaus dicens, quod præcedentia pertinerunt ad euerfionem Ierusalem, de qua fuit prima questio. hic autem soluitur alia questio, quæ est de aduentu Christi, & consummatione sæculi. Et sic est diuidit in tria, quia circa consummationem sæculi primo ostendit tribulationis magnitudinem. Secundo tunc incertitudinem ibi. *De die autem, & hora.* Tertio excitat nostram sollicitudinem ibi. *Vigilate itaque.* Prima in duas, quia primo ponitur tribulatio futura tpe antichristi. Secundo de aduentu ipsius Christi ad iudicium ibi. *Statim autem.* Secunda in duas sic, quod tribulationem futuram tpe antichristi describit ex duobus.

Primo

Actu. 2.
Marc. 13.
Daniel. 9.
Marc. 13.
Luc. 21.
Marc. 13.
Luc. 17 & 21.
Mar. 13.
Luc. 21.
Mar. 13.
Luc. 17.
Mar. 13.

Ierusalem desolationis signum.

Primo ex violentia afflictionis. Secundo ex vehementia seductionis ibi.

Tunc si quis vobis dixerit. Ista diuisio procedit secundum intentionem Nicolai, & quorundam aliorum: an tamen conueniat in aliquo, an repugnet intentioni nostræ declarabitur in prosecutione literæ, & questionum.

Circa primum dicitur. *Orate autem, ne fiat fuga vestra.* Dicit Nicolaus, quod prædixerat Christus discipulis tribulationem Iudæorum in destructione ciuitatis Ierusalem, & quia tribulatio fidelium futura sub antichristo erat valde maior, voluit eam describere, & id sub nomine Apostolorum, & discipulorum loquitur ad fideles illos, qui tempore antichristi erunt, & admonet eos orare, ut non occurrat eis impedimentum in fugiendo ab his malis. *Hyeme, vel sabbato.* Per hyemem dicit significari incommodum fugæ ex parte temporis, quod non est aptum ad itinerandum. Per sabbatum dicit significare impedimentum fugiendi ex quacunque alia causa, quia sabbatum non erit tunc obseruandum. *Erit enim tunc tribulatio magna.* Scilicet tempore antichristi. *Qualis nunquam fuit ab initio mundi, vsque modo, neque fiet.* In hoc putant tribulationem istam esse sub tempore antichristi, quia illam credunt esse maximam. *Et nisi breuiati fuissent dies illi.* Idest pauci effecti essent dies, in quibus durabat illa tribulatio. *Non fieret salua omnis caro.* Idest multi essent, qui perirent præ magnitudine tribulationis. *Sed propter electos breuiabuntur dies illi.* scilicet non eueniant eis magna mala ex tribulationibus antichristi.

Tribulationis magnitudo.

Accipiendum autem in alio sensu, qui magis nobis placet, exponetur de euerfione Ierusalem, sicut litera tota præcedens. Et tunc dirigitur verbum ad eos, quibus Christus loquebatur, & ad alios fideles contemporaneos, qui viuerent tempore illarum tribulationum, & dicitur. *Orate autem ne fiat fuga vestra.* Scilicet ad hoc, quod euadatis mala illius temporis debetis fugere, sicut dictum est supra, scilicet tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & tamen quia fuga debet esse subitanea orate, ut non accidat vobis impedimentum fugiendi pro illo tempore. *Hyeme, vel sabbato.* Ista duobus impedimenta accidere poterant ad fugiendum, scilicet ex parte viæ, aliud ex parte temporis. Ex parte viæ, ut si esset lutosa, & aquis operta, ita ut difficulter per eam ambularetur. Ex parte temporis, ut si esset dies festus, in qua non liceret ambulare, sicut erat sabbatum, quia tunc impediti fugere præuenirentur ab hostibus. *Erit enim tunc.* Scilicet diebus euerfionis Ierusalem, & ante illam aliquanto tempore, scilicet quando exercetur vindicta contra Iudæos. *Tribulatio magna.* Hoc ponitur ad significandum, quod diligenter fugiendum esset, ne præueniatur quis a tanta tribulatione, & ideo orare debet quilibet, ne eo tempore occurrat sibi impedimenta fugæ. sicut fit fuga hyeme, vel sabbato, quæ erant impedimenta. *Qualis nunquam fuit ab initio mundi.* Designatur magnitudo tribulationis in bello, quo euerfa est Ierusalem. Et dicitur, quod nunquam talis tribulatio fuerit. sicut sola. *Neque fiet.* Idest, & post illam non erit alia æqualis. Hoc Christus scire poterat, qui Deus erat. *Et nisi breuiati fuissent dies illi.* Idest nisi essent pauci dies, in quibus duraret tribulatio. *Non salua fieret omnis caro.* Idest multi perirent de electis, vel paterentur incommoda. *Sed propter electos.* Scilicet illos, quos Christus elegerat, ut pertinerent ad ecclesiam suam. *Breuiabuntur dies illi.* Idest pauci erunt, ut non pereant tunc aliqui electi, aut non patiantur mala, quod tamen fieret si multo tempore duraret illa tribulatio.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

Quid Christus voluit designare per hoc, scilicet. Cum videritis abominationem desolationis.

Quæst. XCVI.

Quæretur de hoc, quod dicitur: Cum videritis abominationem desolationis, quid Christus voluit per hoc designare.

Aliqui dicunt de antichristo intelligi hoc, & Christum voluisse nobis in his ostendere aduentum antichristi. Et dicitur, cum videritis abominationem, idest antichristum, qui abominabilis est. Stantem in loco sancto, idest in templo Ierusalem, quia (ut dicitur) ibi se faciet coli, & vocari Deum. Sic etiam dicit Beda exponens hæc, scilicet potest accipi simpliciter de antichristo. Sed dicendum, quod non potest accipi de antichristo, siue aduentu eius, sed necesse est accipi pro destructione Ierusalem, & signis immediate præcedentibus eam. Et patet primo, quia antichristus non est signum alicuius mali futuri, sed ipse est maximum malum, quod expectat ecclesia, & tamen ista abominatio ponitur hic pro signo alicuius mali, quia dicitur: Cum videritis abominationem, &c. & sequitur, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Et ita non ponitur abominatio visa, nisi ut signum, quod fugiendum sit, ergo non est antichristus.

Secundo patet, quia data ista abominatione dicit Christus fugiendum esse, scilicet fugiant ad montes, & tamen in tempore antichristi non proderit fugere, quia vbique erit tribulatio, neque suademur illo tempore fugere, sed sustinere, ideo non intelligitur de antichristo, sed de alio malo.

Tertio, quia dicitur: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & ita istud malum non erat futurum, nisi in Iudæa, & tamen tribulatio sub antichristo erit vbique fuerit ecclesia Christi, ergo non intelligitur de tempore antichristi.

Quarto, quia accipiendum de tempore antichristi non coaptatur litera. Nam dicitur: Qui in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo sua. Quia istud non significat, nisi velocem fugam, quæ non proderit tempore antichristi.

Dicendum igitur, quod accipitur de signis præcedentibus euerfionem Ierusalem. Et patet primo, quia dat hic signa fugiendi instante tribulatione, scilicet. Tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & tamen de illa euerfione accipitur, tempore cuius si manerent discipuli, aut fideles in Ierusalem, perirent, & id fugiendum erat. Secundo, quia specialiter ponitur ibi de Iudæa. Non enim erat istud periculum, nisi in Iudæa, quia bellum Romanorum erat in Ierusalem, & ideo dixit solū fugere debere manentes in Iudæa. Quod aperte ostendit esse malum, quod solum accideret in Iudæa.

Tertio patet ex litera, cum dicitur: Orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato. Dato autem, quod tpe antichristi fugiendum esset, nihil impediēbat fugam accidere sabbato, quia tunc sabbatum non coleretur, cum cessasset lex Moyfi. Debet ergo intelligi de tpe euerfionis, quæ credentes manebant in Iudæa, qui erant ex Iudaismo conuersi, & hi adhuc seruabāt ceremonialia, id non potest de tpe antichristi accipi, sed de tpe euerfionis Ierusalem. Quarto patet, quia Lucas ista aperius dixit. Nam ubi Matthæ. & Mar. dicit, cum videritis abominationem, dixit Luc. cum videritis exercitum circumdari Ierusalem, tunc scitote, quia appropinquat desolatio eius, tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes, & qui in medio eius sunt, discedant, quia dies vltimorum hi sunt.

Quinto patet, quia dicit Glo. super hoc verbo, & super Marc. 13. cap. præmissis his, quæ ante excidium ciuitatis erant futura, nunc dñs prædicat ea, quæ circa

N n 2 ipsam

ipsam ciuitatis destructionem contigerunt, ergo videtur, quod hoc, quod dicitur de visione abominationis, ponitur ad declarandum signa euerfionis Ierusalem. Sexto patet, quia dicit Aug. ad Hefychium Lucas vero, vt ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis, quando expugnata est Ierusalem, hæc eodem loco verba commemorat, scilicet cum videritis circumdari ab exercitu Ierusalem.

Septimo patet, quia Beda super Lucam in loco hoc ait: Hactenus ea, quæ per 40. annos nedum sine adueniente futura erant, dicta sunt, hic ipse finis desolationis, quæ ab exercitu Romano facta est, verbis domini exprimitur. Ita hoc patet, quia tam Hiero. quàm Aug. Theoph. Beda, & ceteri dicunt hoc de Ierusalem euerfione ad literam intelligi debere.

Quare Christus prænuñciauit hæc, quæ habentur hic.
Quæst. XC VII.

QUÆRITUR quare Christus prænuñciauit ista hic, scilicet. Cum videritis abominationem desolationis, &c. Dicendum, quod fuit primo, vt responderet quaestioni præpositæ a discipulis, nam inter alias quaestiones, fuit prima de tempore euerfionis Ierusalem, scilicet dic nobis, quando hæc erunt. Et ob hoc voluit eis seriose enarrare omnia notabilia, quæ euentura erant a morte sua, vsque ad euerfionem Ierusalem, & prius narrauit ea, quæ fuerunt prius, & non fuerunt pars ipsius euerfionis, hic autem ponit signa proxima ipsius euerfionis, & ipsam euerfionem, scilicet tribulationem, quam tolerauerunt Iudei, dñi euerfio fieret, & quia hoc, quod dicitur de abominatione, erat signum, ad hoc posuit Christus istud.

Secundo fuit ad vtilitatem, & liberationem credentium. Nam si tempore huius euerfionis, & belli præcedentis ad eam inuenirentur aliqui de credentibus, in Christum inter Iudæos in Ierusalem, & Iudæa paterentur mala cum alijs Iudæis, quod Christus auertere voluit ab eis, ne sancti cum impijs punirentur. Ad hoc igitur voluit dare signa certa, quando fugere deberet credentes de Iudæa, & Ierusalem, & istud fuit cum viderent abominationem in loco sancto, ideo conueniens fuit hoc dici.

Quid fuit ista abominatio desolationis, quam visuri erant discipuli, antequam fugerent de Iudæa.
Quæst. XC VIII.

QUÆRITUR quid fuit ista abominatio desolationis, quam visuri erant, antequam fugerent de Iudæa.

En q. 96. Dicendum, quod iam constat ex dictis supra, quod non erat antichristus, vt Beda dixit, quia non fuit illa sententia sua determinata, sed posuit multas & inter illas dixit, quod poterat accipi de antichristo, ipse tamen dicit postea hæc omnia accidisse ad literam in euerfione Ierusalem.

Aliqui ergo dicunt abominationem desolationis esse exercitum Romanum a quo destructa est Ierusalem. Sic dicit Chrysostomus in homilia. scilicet quia occulte insinuauit Ierusalem finem, conuenienter idem manifeste ostendit prophetiam inducens, quæ hoc credere facit. Et sequitur, vnde abominationem desolationis videtur mihi exercitum dicere, quo. scilicet desolata est ciuitas sancta Ierusalem.

Secundo, quia idem videtur sentire Augustinus ad Hefychium dicens: Lucas quidem, vt ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis, quæ a Daniele prædicta est, quæ expugnata est Ierusalem eodem loco, hæc domini verba commemorat. scilicet cum videritis

circundari Ierusalem ab exercitu.

Tertio patet, quia hoc videtur sentiri ex verbis Lucæ. Nam Lucæ vigesimo primo capitulo, vbi ponitur ista narratio, loco huius, quod dicitur: cum videritis abominationem. dicitur: cum videritis Ierusalem circumdari ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius, ergo abominationem vocauit exercitum desolantem. Et patet, quia ista sententia, & illa sit eadē, quia ibi sequitur, quod tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes, & idem dicitur hic.

Alii dicunt abominationem vocari idolum, quia secundum conditionem veteris testamenti sic vocatur. Et istud posuit in templo Ierusalem. Et dicunt quidam intelligi de statua Cæsaris Tyberii, quæ Pilatus posuit in templo. Sic ait Hieron. super Matt. scilicet, aut potest intelligi de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo, & idem dicit Beda.

Alii dicunt abominationem istam esse idolum Adriani, quod posuit in templo post destructionem templi in loco, vbi stetit domus Sancti sanctorum, & manebat ibi longo tempore. Sic dicit Hieronymus. vbi supra, scilicet, aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso Sancti sanctorum loco stetit, vsque in presentē diem. Abominatio enim secundum veterem scripturam idolum nuncupatur, & idcirco additur desolationis, quod in desolato templo, atque deserto idolum posuit sit. Et idem dicit Beda.

Alii dicunt abominationem fuisse caput porci, quod a Gentilibus in templum electum est ad opprobrium. Sic dicit Ambrosius super Lucam. Iudæi putauerunt abominationem desolationis tunc factam, eo quod caput porci in templo eiecissent illudentes Romani Iudaicę ritum obseruantię.

Sed dicendum, quod licet istæ positiones sint tolerabiles, tamen non stant: multam. calumniam sustinet. De prima patet, quia exercitus Romanorum non potest vocari abominatio. Nam non est aliquid, propter quod ille dicatur abominatio.

Secundo, quia dicitur: Videritis abominationem stantē in loco sancto, & tamen Romani non fuerunt in loco sancto, quousque irrupta, captaque esset Ierusalem, & occisis Iudæis, incensoque templo introierunt milites in loca sancta, sed de hoc tempore non potest intelligi, quia istud ponitur hic, vt signum fugiendi, cum dicatur, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes, sed fugiendum non fuit delecta vrbe, sed antequam bella intestina, & hostilia inciperent.

Item patet, quia Luc. 21. c. dicitur: cum videritis Ierusalem circumdari ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius. Et sequitur, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: ergo ante bellorum principia fugiendum erat.

Quarto, quia non congruit prophetię Danielis allegari a Christo de ista abominatione, quod vocet exercitum abominatum, vt declaratur hic.

Secunda positio, scilicet quod abominatio sit idolum, aliquammodo conuenit ex nomine, & sic solet communiter accipi, sed non stat, quia aut accipietur de statua Tyberii, quam posuit Pilatus, aut de statua Caii Caligulae Imperatoris, aut de statua equestri Adriani Cæsaris, sed de nulla potest stare.

De prima patet primo, quia illa posita fuit a Pilato eodem anno, quo Christus mortuus est, vt patet per Eusebium libro Chronicorum, & colligitur per Iosephum, libro decimo octauo Antiquitatum. Nam Eusebius ait Iosephum scribere, quod eodem anno, quo Christus passus est, Pilatus per noctem posuerit in templo statuas Cæsaris, & tamen Christus dicit, quod quando viderint abominationem illam fugiant in montes, sed non erat fugiendū anno, quo Christus passus est, neque fugerunt,

runt, sed multis annis mansit ecclesia credentium in Iudæa, vt colligitur ex Actibus Apostolorum. Et fuit ibi quousque cepit bellum Romanorum, immo & Christus valde cauebat, ne statim fugerent credentes de Ierusalem, sed manerent ibi, quando sine periculo manere possent, propter quod narrauerat omnia præcedentia. scilicet audituri estis praelia, & opinionones praeliorum: videte ne turbemini, oportet hæc fieri, sed non statim finis, ergo non fuit ista abominatio in anno illo, quo Christus mortuus est, sed quæ cepit bellum, quæ euerfa est Ierusalem, & ideo illa statua Tyberii Cæsaris non vocatur hic abominatio.

Secundo patet, quia illa statua non mansit in templo, sed posita fuit in templo nescientibus Iudæis, & per tres dies occultum fuit, vt per Iosephum lib. 18. Antiquita. & lib. 2. de bello Iudaico, petentibus autem Iudæis Pilatus abstulit statuam. Et tamen hic signatur, quod viderint illam stantem in templo, & quæ ibi maneret & quod maius est, quia prophetia Danie. 9. c. significat abominationem istam permanuram, vsque ad desolationem templi.

De secunda. scilicet statua Caii Caligulae planū est, quod accipi non possit, quoniam licet ille multum conatus fuerit, vt eius statua erigeretur in templo Ierusalem, tamen non factum est, quia cum hoc executurus eēt Petronius Prefectus Syriae, & Iudæę, Iudæi interfecerunt rogando, ne fieret, & destinata est legatio ad Cæsarem, & ab hoc cessatum est, vt patet per Iosephum lib. 18. Antiquita.

Tertia positio erat, quod esset statua Adriani, & non stat. Primo, quia statua Adriani posita fuit post euerfionem Ierusalem, cum Adrianus Imperator longo tempore postea fuerit, & anno 19. eius videtur constituta statua eius in Ierusalem, vt innuitur per Eusebium lib. Chronicorum, & fuit hoc post Christi mortem, quasi 110. annis, vt colligitur per eundem Eusebium ibi. Et conuenienter fuit post euerfionem Ierusalem annis 70. vel quasi, & tunc non est ad propositum, quia ista abominatio ponitur, vt signum fugiendi de Ierusalem, & Iudæa. tunc qui in Iudæa sunt fugiāt ad montes, ergo non potest intelligi de illa statua, sed de aliqua alia abominatione, quæ fuerit ante euerfionem Ierusalem.

Secundo patet, quia dicitur hic, & Mar. 13. cum videritis abominationem, & ita innuitur, quod isti ad quos Christus loquebatur, viderint eam, sed nemo istorum vidit illam, quia posita fuit post Christi mortem, quasi 110. annis ad quam ætatē nemo de eis, ad quos Christus loquebatur peruenit, ideo non intelligitur de illa.

Tertio, quia dicitur abominationem stantē in loco sancto, & tamen statua Adriani non erat in loco sancto, eo quod non erat ibi iam sanctuarium, neque manserat lapis super lapidem.

Sed dicitur, quod forte fuit aliqua alia statua, vel idolum, quod eo tempore in templo posuit fuerit, & hoc fuerit signum fugiendi de Iudæa. Dicendum, quod non stat. Primo, quia post mortem Christi non legitur aliquam statuam in templo, aut in Ierusalem positam fuisse. Nam neque Iosephus in lib. Antiqui. aut in lib. de bello Iud. neque Egesippus, qui eundem temporis diligentissime gesta narrarunt, aliquid tale scripserunt. Vnde cum cetera, quæ quantum ad imagines statuas in Ierusalem pertinent, per istos plene descripta fuerint, & nihil aliud addatur, verisimile est nihil tale accidisse.

Secundo ex conditione Iudæorum, quia quantumcunque mali, & seditiosi essent, nunquam hoc permiserunt, sed nihil plus abominabantur, quam statuas in vrbe poni, quod satis ex scriptura Iosephi, & Egesippi colligi potest, immo & Deus specialiter hoc voluit Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

vt videretur, quare euerfio Ierusalem, & templi accederet. Nam nullum vitium Deus magis detestabatur quam idolatriam, & pro hac valde affligebat Iudæos. Si autem nunc idola colerent, aut ea in templo, vel in Ierusalem reciperent, iam putarent ideo deletam esse Ierusalem. Deus autem noluit hoc, sed voluit, quod intelligi posset deletam esse, quia ibi sanguis Christi, & sanctorum suorum fusus erat, ideo nulla statua eo tpe in templo posita est, quæ posset vocari abominatio.

Quarta positio erat abominationem esse caput porci, sed non stat. Primo, quia aut istud caput porci iactum est in templum, postquam Romani ceperunt Ierusalem, aut ante, si postea, non potest vocari hic abominatio, cum ponatur ista abominatio, vt signum fugiendi de Ierusalem, & Iudæa, & tamen signū debuit esse ante inchoata bella: si vero ante inchoata bella non poterat esse ista abominatio, quia dicitur hic, cum videritis abominationem stantem in loco sancto, & tunc illud caput porci non staret ibi, sed mox, vt introductum esset eiceretur, abominatio autem illa longo tempore stetit, maxime, quia Dan. 9. c. signatur, quod manebit ista abominatio, vsque ad desolationem, & ideo non stat ista positio.

Sed dicendum, quod ista abominatio fuit habitatio hominum impiorum in templo, & profanatio eius. Nam Deus valde honorari iubebat templum suum, nihil autem magis abominabantur, quam illud profanari, sed isti seditiosi, qui confugerunt ad templum illud profanauerunt, vt Iosephus in lib. de bello Iuda. Nam seditiosi, & zelote de templo exeuntes totam urbem flagitijs innumeris polluebant. Ait enim, quod zelote Ioannem ad potentiam prouexerant, ipse autem eis vicē pro hac tributa potentia referens omnia, quæ desiderabant, vt facerent, permittebat, in seditiosos autem rapinarum cupiditas erat, domorumque perscrutatio locupletum, cedes autem virorum, & mulierum iniurię pro ludo habebantur, prædamque cum sanguine deuorantes sine aliquo metu post fatieratam muliebris libidine calecebat, cōptique crines, atque feminarū veste induti, lotique vnguentis, & vt forma placeret oculos illiti, non solum ornati, sed impudicitiā mulierū imitabantur. ecce quid agebant, qui in templo morabantur, vnde est abundantissime profanati, sic vt Deus iam illud abominaretur, erat etiam amplius, quia intra templum bella fiebant cum sanguine multo, & cruor pro loco sancto decurrebat, ita vt saepe accedentes quidam ad sacrificandum super ipsum altare occiderent, & sanguine proprio sanctū Dñi altare sedabant, quo nihil abominabilibus conspici, aut cogitari poterat. Nam & sacre vestes, quas non licebat, nisi cum summo honore contingi, & ad sola sacra mysteria accipi, ad terrenda turpissima vlcera, & fluentem sanguinem de vulneribus sumebantur. Sic dicit Egesippus libro 4. f.

At primo in ipso vestibulo siti, & ante fores templi prælabantur, si quis vulneratus fuerat interiora templi petebat, illic sanguinem suum infundens interno limini saniosiora detergens vlcera febremque patientis vulneris vestibus his, quas non liceret illis contingere fouebant. Deteriora enim his narrat Iosephus lib. quinto de bello Iudaico, propter quod dicit templum profanatum, & abominabile effectum, ita vt iam templum Dei non esset, cum ait: Misilia namque machinarum ad aram, vsque templum delata in sacerdotibus, & sacra celebrantes cadebant, ac multi, qui properantes ab vltimis terre finibus ad sanctissimum locum venissent, ante ipsas hostias percubuerunt, aramque vniuersis Græcis, & Barbaris adorandam suo sanguine imbuerunt, indigenas autem mortuis alienigenis, & profanis sacerdotibus commiscebantur, perque atria diuina flagnum fecerat diuersorum cadaverum

fanguis. Quid tantum passa es, o miserima ciuitas a Romanis, qui tua intestina scelerata purgaturi flammis introierunt? lam enim Dei locus non eras, neque manere poteris domesticorum funerum facta sepulchrum, & que Fanum confutueras ciuili bello tumulum poteris denuo placere, si nunquam uisitatorem Dei placaueris. Hac autem erant abominatio coram Deo & faciebant templum abominabile. Et ideo quandiu ista manserunt in templo, mansit ibi abominatio. Et hoc magis cononat, quam precedentes positiones. Primo, quia hoc recte vocabatur abominatio.

Abominatio coram Deo.

Secundo, quia fuit illo tempore, quo poterat esse signum fugiendi credentibus de Iudæa, scilicet, non statim post mortem Christi, neque post desolationem ciuitatis, sed tunc, quando ceperunt esse pericula graua habitatoribus Iudææ. Nam hoc fuit circa finem regni Neronis.

Tertio, quia ista abominatio erat in templo, & manebat in eo.

Quarto, quia poterant credentes videre, & sic ex illa addicerent tempus fugiendi, & quantum ad hoc non est aliqua calumnia.

Ad primam rationem factam pro prima positione dicendum, quod non est abominatio desolationis ipse exercitus, quia circumdans urbem, licet ille urbem desolauerit, sed abominatio, quod in templo fiebat, ut supra dictum est, sed quia tunc fuit abominatio, quod exercitus circumdabat urbem, potest large vocari abominatio exercitus. Si tamen obijcias, quod Chrysostr. & Theoph. & alij expresse volunt, quod exercitus fuerit abominatio, dicendum, quod potius est illis obuiandum quam ueritati: cum potissime in hoc scriptores uariè sentiant, & non dicunt omnia asserendo, sed alia & alia tangunt.

Ad secundum dicendum, quod August. non contradicit huic positioni, quia non asserit exercitum fuisse abominationem, sed tunc factam esse abominationem cum Ierusalem circumdabatur ab exercitu, & hoc uerum est.

Ad tertium dicendum, quod ista est ratio fortior. Nam eadem sententia uidetur utraque, sed dici potest uero modo, quod non sunt eadem uerba, que ponit Lucas, & que ponit Matthæus, & Marcus circa hoc, sed quod utraque Christus dixerit nunc. Et fuit iste modus, sicut ait: Cum uideritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Et aduixit: Cui uideritis circumdari Ierusalem ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius. & dicta sunt ista hæc modo, quia prius erat esse abominationem in loco sancto, quod circumdari Ierusalem ab exercitu Romanorum.

Aliter potest accipi, quod sit eadem sententia, & simul ista acciderint, sed non referuntur ad exercitum Romanorum, sed ad alios bellatores, ut dicitur infra q. 102.

Quare Christus dixit, Cum uideritis abominationem desolationis, quia sufficiebat dicere abominationem. Quest. XCIX.

Quare Christus dixit hic, Cui uideritis abominationem desolationis, quia sufficiebat dicere, Cum uideritis abominationem. Dicendum, quod Christus fecit hoc, quia uidebatur modo loquendi Danielis: nam eius allegauit prophetiam, sed Daniel uocauit eam sic, Dan. 9. cap. 1. Et in templo erit abominatio desolationis. Sed dicitur, quare uocauit eam Daniel abominationem desolationis? Dicendum, quod fuit ad differentiã aliarum abominationum, quia multe alie abominationes erant, & fuerant inter Iudæos, sed illæ non fuerunt ad desolationem, cui non perierit propter quilibet illarum, sed propter istam perijt, ideo uocatur abominatio desola-

tionis. Hoc patet, quia quodcumque peccatum est abominabile Deo, quia Deus odit omnes operantes iniquitatem. Psal. 5. Iudæi autem sepe peccabant, ideo sepe erant abominationes inter eos. Et istæ abominationes sepe erant in templo, ut quando peccabant in eo, quod pertinebat ad diuinum cultum, sicut quando offerebant res contemptibiles, uel non bono animo: nam dicebatur contemnere nomen Domini, & ideo Deus dixit: Non est mihi uoluntas in uobis, Malac. 1. cap. Sed hoc est abominari aliquid, non habere uoluntatem ad illud, ideo Deus abominabatur ista. Sic etiam indignabatur de solennitatibus, tanquam de inmundis, Mala. 2. cap. 1. Projiciam super uultum uestrum sterces solennitatum uestrarum. & expressius ponitur Isa. 1. cap. 1. Incensum abominatio est mihi: neomeniam, & sabbatum, & solennitates alias non feram, iniqui sunt ceteri uestri: calendas uestras, & solennitates uestras odiuit anima mea, & facta sunt mihi molestia, & laboraui sustinens. Sicigitur sepe fiebat in templo Dei abominationes, & tunc Deus non euertebat templum pro illis. Nunc uero pro illa abominatione graui, uolebat Deus templum desolatum manere, ideo uocauit illam abominationem desolationis, & quia Christus de illa loquebatur uocauit eam abominationem desolationis.

Quare Christus allegat hic Danielelem. Quest. C.

Quare Christus allegat hic Danielelem. Dicendum, quod primo fuit ad hoc quod uerbum suum redderet credibilis. Nam Iudæi ualde credebant scripturis suis, & ideo potius suadebantur, inducendo testimonia ex eorum scriptura, quam per alium modum, & quia Daniel de ista desolatione loquebatur, induxit eius auctoritatem. Sic dicit Chrysostr. in homilia, quia supra occultè insinuauit Ierosolymam finem conuenienter idem ostendit manifeste prophetiam inducens, quæ destructionem Iudæorum credere facit.

Secundo fuit, quia illa tota prophetia Danielis erat dicta solum ad ostendendum conditionem huius temporis, de quo Christus loquebatur, ideo nunquam potuit conuenientius allegari, quam nunquam.

Tertio, quia ex allegatione illius prophetiæ non solum Christus certificat, quantum ad istum factum, sed etiam quantum ad multa alia, quæ ad se pertinebant, scilicet, quod ipse Messias esset, & negaturus esset eum populus eius, & quando hebdomada una fieret prædicatio nominis eius inter Iudæos, & multi conuerterentur ad eum, sicut magis declarabitur sequen. quest. & ideo conueniens fuit, quod ipse de se illam prophetiam allegaret.

Quarto fuit ad magis certificandum de tempore euerisionis Ierusalem. Nam licet de die, & hora, aut tempore paruo non colligeretur ex scriptura, quia Deus ista sibi reseruat, tamen de tempore satis propinquo sciri poterat ex illa auctoritate simul cum ista litera, quia ibi dicitur, quod pactum confirmabitur multis hebdomada una, sed post prædicationem fuit euersio Ierusalem, cum dicitur hic quod prædicabitur Euangelium in uniuerso orbe, & tunc ueniet desolatio, uel consummatio, sed hebdomada, in qua confirmandum erat pactum, certum tempus erat, ideo colligi post quantum tempus euerteretur Ierusalem poterat.

Quinto fuit conueniens, ut nobis intelligentiam scripturæ daret. Nam cum Christus allegauit auctoritatem illam, ostendit quod intelligebatur de hoc: forrè autem si ipse nunc non allegasset, non putaremus de hoc intelligi. Et cum impleta esset res, apparuit qualiter deberet accipi scriptura, & qualiter hebdomadas uocaremus.

Quomodo

Quomodo intelligatur auctoritas Danielis, quam Christus attulit. Quest. C1.

Quare Christus allegat hic Danielelem. Dicendum, quod illa est de septuaginta hebdomadibus Danielis, quæ in se multas habent difficultates, de quibus non agitur hic, sed in loco suo, Dan. 9. cap. & tamen dicitur ibi, quod occiderit Christus post hebdomadas sexagintaduas, quod intelligunt addendo et alias hebdomadas, ut sint septuaginta, & tunc ueniet populus cum ducem futuro, scilicet, populus Romanus cum Vespasiano duce, uel cum Tito, qui dissipauit ciuitatem, & Sanctuarium, & dicitur quod post finem belli esset desolatio, scilicet, quod post bellum illud euerteretur templum, & non reedificaretur, sed maneret perpetua desolatio. Et dicitur, quod esset in templo abominatio desolationis, & illa mansura esset usque in finem. Nam desolatio mansit in sempiternum, & manet: abominatio autem mansit usque ad consummationem belli, quia postquam cepit esse abominatio in templo, nunquam inde ablata est tunc in templo manerent illi, qui faciebant hanc abominationem quousque ipsi cum templo, & ciuitate perierunt.

Quomodo concordant Matthæus, & Marcus, & Lucas in superioribus. Quest. C11.

Quomodo concordant Matthæus, & Marcus, & Lucas in hoc. Nam Matthæus dicit hic: Cum uideritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, quæ dicta est a Daniele. Mar. 13. cap. dicitur: Cum uideritis abominationem desolationis stantem, ubi non debet, & nihil dicitur de Daniele, sed Luca 21. cap. dicitur: Cum uideritis circumdari Ierusalem ab exercitu, scitote quia appropinquat desolatio eius.

Dicendum, quod Matthæus, & Marcus concordant inter se magis, quam cum Luca, sed in duobus discordant. Vnum est, quod non facit Marcus mentionem de Daniele. Secundum, quia Matthæus dicit stantem in loco sancto, Marcus dicit stantem ubi non debet.

De primo dicendum, quod aliqui libri habent etiam in Marco illud, scilicet, Cum uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele stantem ubi non debet, sed non sunt ueraces libri, quia Marcus non expressit, sed illud aliqui scribunt ex similitudine huius, quod Matthæus hic dixit, licet si esset, bene esset, & tunc non quaereretur de dubitate, propter quod aliqui dicunt non dictum esse a Christo hoc, sed a Mattheo additum, qui solet allegare auctoritates, potius quam alij Euangelistæ. Et ita Christus diceret: Cui uideritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, & addiderit illud Matthæus, scilicet, quæ dicta est a Daniele.

Sed dicendum, quod non stat, sed Christus fecit mentionem, quod a Daniele de hoc dictum esset, & apparet, quia non tacuit totaliter hoc Marcus. Nam licet non dixit quæ dicta est a Daniele: dixit tamen, qui legit intelligat, & tamen non diceretur hoc, nisi allegaretur aliqua scriptura difficilis, ad quam aduertendum esset. Ideo dicendum, quod Christus allegauit dictum Danielis, sed Marcus hoc subtrahit, quantum ad aliquid, quia aliqua sunt, quæ unus Euangelista exprimit, & alius tacer.

De secundo dicendum, quod idem est locus sanctus, & ubi non debet, nam in loco sancto, i. templo erat abominatio, sicut dixit Matthæus, & quia in loco illo nihil tale esse licebat, quousque in profanis esse posset recte dixit.

Alph. Tostan Matth. Pars VI.

quod erat ista abominatio, ubi non debebat esse.

De Luca dicendum, quod magis discordat, quia ait: Cui uideritis circumdari Ierusalem ab exercitu. Sed dicitur deus, quod eadem sententia est, & debet referri ad idem ipsi. Putant enim aliqui esse diuersas sententias, & a Domino dictas, & Marcum, & Matthæum expressisse uerba, Lucam uero altera. Sed non stat, quia necesse est, ut ponatur eadem signum eiusdem rei. Et referantur ad idem tempus: nam hic & Mar. 13. cap. dicitur: Cum uideritis abominationem, & c. tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. & Luca 21. cap. dicitur: Cum uideritis Ierusalem circumdari ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius. Et sequitur: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: ergo idem signum est, & eiusdem temporis in utroque.

Sed tunc dicitur, quod eorum ergo Christus dixit utrum id quod Matthæus, uel id quod Lucas? Dicendum, quod utrinque dixit. Nam aliam non auderet aliquis Euangelista dicere, quod ipse non dixerat in sententia. Est ergo modus, quod Christus dixit sic: Cum uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele stantem in loco sancto, & uideritis circumdari Ierusalem ab exercitu, scitote quod prope est desolatio eius, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.

Sed dicitur, quomodo stat hoc, quia antequam Ierusalem ab exercitu Romano circumdaretur, fugiendum erat. Nam ante hoc multas strages, & prædas egerant Romani in terra Iudæorum: nam cum Iudæi ceperunt rebellare Romanis, propter Flori tyrannidem, qui erat præses prouincie, misit uero Imperator exercitum in Iudæam, & iunxit illuc Vespasianus cum filio suo Tito, & antequam oppugnarent Ierusalem, expugnauerunt ceteras urbes, & oppida Iudææ, & Galilææ, & post conuerterunt se contra Ierusalem, ut patet ex Iose. lib. de Bel. Iudæi. & ex 4. lib. Egesippi. Et in his multa passi sunt Iudæi, per singulas ciuitates tam bellicas strages, quam famem, & bonorum rapinas, a quibus omnibus liberare uolebat Christus credentes: ergo antequam obsideretur Ierusalem a Romanis, debuerunt fugere credentes.

Secundo, quia Christus non solum iubet fugiendum de Ierusalem, immo de Iudæa, quoniam de Ierusalem non expressit fugiendum, sed de Iudæa: ergo liberare uolebat credentes a malis, quæ per Iudæam acciderent, sed ista acciderunt antequam obsideretur Ierusalem, tam ab exercitu Romano uastante plus Iudæam, ut dictum est, quam etiam a bellis intestinis Iudæorum, ut dicitur infra quest. 105. Ergo fuit fugiendum antequam obsideretur Ierusalem ab exercitu Romano.

Dicendum ergo, quod uerum est, quod quando Ierusalem cepit obsideri Romano exercitu, appropinquabat eius desolatio, sicut Lucas dicit, & tamen ipse ad hoc, quod concordet cum eis, quæ postea addit, scilicet, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant: non accepit de obfessione facta a Romano exercitu, sed de obfessione facta ab exercitu Agrippæ regis. Ille enim duo millia equitum miserat contra Zelotas, qui se in templo incluserant, ut Iose. & Egesipp. dicunt, & dicitur magis infra. Et tunc aperte ceperunt esse prædæ, & strages bellorum, & apparuit abominatio Zelotarum in templo, & iam non debuerunt manere credentes in Iudæa, sed fugere, & sic simul fuit uideri abominationem in templo, & circumdari Ierusalem ab exercitu. Licet si uis poteris intelligere de obfessione facta ab exercitu Romano. Non quidem ab illo, quem Vespasianus, & Titus ducebant sequi ab eo, quem Florus præses prouincie habebat, & illi fuerunt cum exercitu Agrippæ in obfessione, quæ dicta est, & sic simul fuit abominatio in templo, & circumdari Ierusalem ab exercitu.

Agrippa rex duo millia equitum miserat contra Zelotas. In q. 112.

Quare Christus dixit: Qui legit intelligat. Quæst. CIII.

QVAERETVR quare Christus dixit: Qui legit intelligat. Aliqui dicunt hoc dictum esse, vt per hoc sciamus hic esse sensum spiritualem. Sic ait Hierony. super Matth. scilicet, Hoc autem quod dictum est, qui legit intelligat, ponitur vt ad intelligentiam mysticam prouocemur.

Sed dicendum, quod non debet accipi in sensu mystico, vt distinguitur contra literalem. Nam necesse est, quod qualibet scriptura habeat sensum historicum, & in illo intelligenda est. Ceteri autem sensus non sunt sensus, quos scriptura facit, sed quos nos circa illam facimus, & illos recipit, licet non ostendat, & ideo litera ista in sensu literali, quem Daniel intendebat, accipiendus erat, & non in spiritali, neque etiam Hierony. vult, quod in sensu mystico, id est, spiritali allegorico, vel tropologico accipiatur, sed vocauit mysticam intelligentiam, id est, occultam, quia mysticus signat occultum diuinum figuratum, & verum est, quod erat ille sensus occultus.

Dicendum igitur, quod dixit, qui legit intelligat, vt innuat difficilem intelligentiam esse in verbis Danielis, sunt enim tantæ difficultates, vt vix vique hodie super expositione verborum Danielis inter se Doctores concordent. Est autem modus Christi circa rem difficilem habere modum loquendi specialem. Nam vbi est difficultas in operando dicit; Non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est, sicut dixit supra 19. ca. cum dixerunt discipuli Christi, Melius esse non habere vxorem, si non poterat repudiari, & Christus ait: Non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est, tantam perfectionem habere, quod sine vxore, aut venereis viuere possit, non est datum cuiilibet, sed aliquibus specialiter a Deo, & ideo conclusit; Qui potest capere capiat, quasi dicat, res difficilis est, & non poteritis omnes operari eam, sed qui potuerit capere eam, capiat, id est, qui potuerit sic viuere viuat. Quando autem est difficultas ad intelligendum solet dicere, qui habet aures audiendi, audiat, sicut supra 11. cap. quando dixit de Ioanne Baptistâ, quod ipse erat Elias, qui venturus est. Et quia hoc difficile videbatur ad intelligendum, ait, qui habet aures audiendi, audiat, id est, qui potest intelligere verbum auditum, intelligat illud. Et idem supra 13. cap. & Lucæ 8. vbi ponuntur parabole, dicitur, quod hæc dicens clamabat; Qui habet aures audiendi, audiat, quasi dicat, difficile erat intelligere illas, nunc vero cum esset difficile intelligere verba Danielis incitans nos ad diligenter aduertendum, ait, Qui legit, intelligat, id est, non transeat faciliter, sed conetur intelligere, quia plus signat, quam apparet.

Secundo dixit hoc, quia ante Christi aduentum aliter illa Propheria intelligebatur propter suam difficultatem, & ideo vt nunc verus eius sensus tenetur, inuitat ad sanum intellectum, scilicet, vt plus insistent intelligenda Prophetia illi, quam prius, & non eundem sensum concipiant de illa, quem prius.

Quare Christus dixit: Tunc qui in Iudæa sunt fugiant. Quæst. CIII.

QVAERETVR quare Christus dixit. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant.

Dicendum, quod loquitur Christus hic ad istos discipulos, & nomine eorum ad omnes credentes, qui illo tempore fugituri essent de Iudæa, & Ierusalem, vt liberarentur de periculis. Nam duo intendit

F Christus in tota ista prænunciatione malorum de Ierusalem, & Iudæis, primum erat, vt credentes eriperent se de periculis fugiendo. Secundo, vt non fugerent ante tempus, ne cessaret prædicatio in Iudæa, & conuerterentur omnes, quos Deus elegerat, vt unum autem fuit necessarium. Primum quidem, quia si non prædiceret Christus istas afflictiones, & fugiendum esse; manerent semper Christiani inter Iudæos in Iudæa, & Ierusalem, & paterentur mala cum eis. Secundum etiam necessarium erat, quia si scirent credentes futura esse pericula manentibus in Iudæa, & Ierusalem, & nescirent quando determinate, vel per aliquas coniecturas, statim recederent, & non prædicarent in Iudæa, quod erat inconueniens, quia nullo prædicante, nullus conuerteretur, & ideo prænucauit Christus mala euentura Iudæis, & fugiendum esse inde ostendit etiam, quæ mala futura essent pro quibus non debebant terri, neque fugere, alia vero esse, quibus aduenientibus statim fugere deberent, prima enim posuit Christus supra, scilicet, audiri enim essis prælia, & opinionones præliorum, videte ne turbemini. Et durat vtique ad hunc locum, scilicet, cum videritis abominacionem desolationis. Ab isto autem loco ventura erant mala, quæ non erant expectanda, & ideo præmisit signum ad cognoscendam ea, dicens, cum videritis abominacionem &c. tunc, qui in Iudæa sunt fugiant.

Quare Christus voluit, quod isti credentes fugerent. Quæst. CV.

QVAERETVR quare Christus voluit, quod isti credentes fugerent, & non sustinerent mala cum alijs Iudæis. Nam a malo culpæ seruat Christus cultores suos, ne in illud incidant, aut liberat, si incidunt, sed a malo poenæ non, immo permittit eos affligi varijs cruciatibus potissime tempore illo, quando nomen Christi, & Christianorum omnibus hominibus erat odiosum.

Dicendum, quod Christus voluit credentes in se liberare ab his malis, quia ipse homines liberat quædiu liberantur, quia diligit eos iuxta illud Sap. 11. ca. diligis omnia, quoniam tua sunt, qui saluas animas, specialius autem diligit credentes in se: ideo illos potius liberat.

Secundo & principalius, quia ista mala, quæ nunc Iudæis euentura erant, infligebantur propter peccata illorum, scilicet, quia Christum occiderant, & aliquos discipulorum eius, alios vero persecuti fuerant, & eiecercant de regione sua, & quod deterius erat, quia cū quotidie eis prædicaretur, quod poenitentiam agerent de peccatis præteritis, & crederent in Christum, noluerunt conuerri, sed & ipsum Iacobum fratrem Domini, qui hoc illis prædicabat propter testimonium, quod dedit de Iesu, occiderunt, vt dixit Egeppus, & Iosephus, & 2. libro Ecclesiasticæ historie, hi autem, qui credebant in Christum, vel non peccauerant in hoc, vel si peccauerant sicut Paulus, qui erat consentiens morti Stephani, & trahebatur Christianos in custodias ad occidendum Actu. 7. 8. & 9. iam conuersti poenitentiam egerant, & doluerant de hoc, vnde eis remissum fuerat, ideo non erat dignum hanc poenam exerceri in eos, sed in illos, qui temper increduli, & rebelles extiterant, ideo debuerunt ijdem liberari.

Ad rationem in contrarium dicendum, quod Christus liberat suos non solum a malo culpæ, & eterne poenæ, quod maximum est, sed etiam a malo temporalis poenæ, cum multis angustias equadamus

Credentes non debuerunt pati cum Iudæis in euersione Ierusalem.

mus quotidie ipso liberante, immo & quocumque vrgentibus pressuris eum inuocamus, scilicet, cum fide petimus liberat nos alijs manentibus in aduersitate. Cum vero dicitur, quod permittebat credentes affici diuersis generibus tormentorum, & maxime tempore illo: dicendum, quod hoc erat, quando passionem credentium redundabant in gloriam nominis Christi, & in augmentum fidei eius, vt si pro confessione nominis eius paterentur, quia tunc non erat conueniens eos eripi, sed ipsi se sponte offerebant, nunc autem non erat sic ideo non debuerunt permitti pati cum Iudæis. Et hoc propter duo. Primo quia ista poena non erat pro confessione nominis Christi, sed pro crimine, & non solum pro crimine manifesto Deo, scilicet, occisione Christi, & discipulorum, sed etiam pro crimine manifesto hominibus, id est, pro iniusta rebellione contra Romanos, qui tunc orbem terrarum regebant. Et tamen Christiani ad seruandum honorem Christi valde debebant cauere, ne pro aliquo delicto occiderentur, aut paterentur, sed solum pro confessione nominis Christi, sic dicitur 1. Pe. 4. cap. nemo aures vestrum patiat quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem, vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. Ideo non fuit conueniens, quod nunc paterentur.

Secundo, quia isti, qui patiebantur in Ierusalem, & Iudæa non solum patiebantur, sed etiam agebant: nam ipsi rebellauerunt contra Romanos, & postea superueniente exercitu Romanorum ipsi defendebant se, & pugnant contra Romanos. Qui autem pro nomine Christi patiebantur, solum patiebantur, & non agebant. In patiendo autem nullum peccatum est, si passio sit solum passio, id est, inuoluntaria, peccatum autem omne voluntarium est, & consistit in aliqua actione: ideo in passione martyrum non poterat esse peccatum, in pugna autem Iudæorum contra Romanos, & afflictionibus ipsorum, quia erat aliquid agere, poterat esse peccatum ali- quod: ideo licet permitteret Christus suos pati in confessione sui nominis, non tamen fuit conueniens, quod permitteret pati a Romanis.

Ad quid voluit Christus, quod discipuli fugerent. Quæst. CVI.

SEB queretur dato, quod nollet Christus, quod paterentur in illis tribulationibus, ad quid voluit, quod fugerent? Nam potuerat Christus eos liberare non fugiendo.

Dicendum, quod verum est, quia nihil est impossibile apud Deum, & tamen non fuit conueniens, quod liberaret eos manentes inter peccatores, quia omnis operatio Dei ordinata est, & sicut quando homo potest liberare se de periculo sine aliqua speciali Dei operatione, peccat si expectet diuinam operationem, & nolitaliter se liberare, & vocatur diuina tentatio. Ita cum Deus potest aliquem eripere solum admonendo ipsum, non expedit, quod circa ipsum exerceat aliqua miracula, sed ita erat in presenti, quod iubendo Christianis, quod recederent poterant sufficienter liberari, si autem non recederent inde, oporteret eos affligi cum alijs, alias circa quemlibet eorum oporteret multa miracula fieri liberando eum a Romanis, & a Iudæis seditionis, ergo magis rationabile fuit, quod admonerentur fugere.

Alia ratio est, quia credentes si manerent inter Iudæos, ex societate ipsorum incitarentur ad rebellan-

adum Romanis, quia ipsi erant de progenie illorum Iudæorum, contra quos erat bellum Romanorum, & tamen Christus volebat, quod credentes in eum non rebellarent Romano Imperio; ipse enim illud constituerat, & conueniens fuit Ecclesiæ Christi plantandæ, quod monarchia resideret penes aliquam gentem, quæ teneret totum orbem in pace, & esset comatus liber de vna gente in aliam, quia alias non posset fieri prædicatio nominis Christi per totum orbem, non esset autem talis pax, si quodlibet regnum haberet per se vnum dominum, & non subderentur omnia regna vni Principi, ideo fuit conueniens, quod ad fidem publicandam per totum orbem daretur vniens principatus, & actualis pax. Et ideo fuit conueniens, quod daretur ista monarchia populo Romano, vel alteri genti. Placuit autem Deo dare istam Romanis, ideo conueniens fuit manere tunc totum orbem sub principatu Romano, vt sic pax daretur ad extendendam prædicationem Euangelij. Et sic non solum fecit Christus manere apud Romanos monarchiam, sed etiam statim post mortem suam cum debuit Euangelium publicari, fecit pacem esse in Iudæa, in qua cepit esse Ecclesia, & per totum orbem quousque prædicatum est. Postea vero triginta sex annis expletis a morte Christi completa prædicatione Euangelij in toto orbe, & principaliter in Iudæa ceperunt bella Iudæorum, & Romanorum. Hæc autem pax venit ex vnitrate principatus, ideo non erat conueniens rebellare Christianos tunc monarchiæ Romanorum, propter quod Christus viuens semper fauit principati Romanorum. Nam cum peteretur ab eo tributum pro Cæsare soluit illud, supra 17. cap. Et cum postea peteretur, an esset dandus census Cæsari, dixit dandum esse, supra 22. cap. Cum è contrario multi Iudæorum, qui se Messiam dicebant, veterunt solui censum, sicut fuit de Iuda Galilæo, qui se Messiam esse dixit, vt colligitur Actuum 5. & tamen professionem fieri desuadebat, & appreciationem substantiarum, & cum aliquibus coniurauit contra Romanos, vt colligitur per Ioseph. lib. 18. Antiquitatum, ideo & Christiani imitari Christum, nunquam debuerunt contra Romanum Imperium agere, sed aliquid agerent, aut agere putarentur, si manerent cum Iudæis, contra quos bella ista erant, ideo non debuerunt manere cum eis, sed fugere.

Quare dictum est, qui in Iudæa sunt, fugiant. Quæst. CVII.

QVAERETVR, dato quod fugiendum esset, quare dictum est; Qui in Iudæa sunt, fugiant?

Dicendum, quod dictum est ad inuendū, quod non solum, qui erant in Ierusalem, sed etiam qui erant in Iudæa; fugituri essent. Circa hoc sciendum, quod Iudæa accipitur multipliciter. Vno modo stricte, scilicet, pro illa terra sola, quæ erat tribus Iuda. Nam terra Chanaan, quæ data est Iudæis in possessione, diuisa fuit in duodecim sortes, per duodecim tribus, & quia vna fuit tribus Iuda, data est ei vna fors, quæ habetur Iosue decimo quinto cap. Et illa potest vocari stricte Iudæa a tribu Iuda. Et hoc modo Ierusalem non erat in Iudæa, quia erat in tribu Benjamin, Iosue decimo octavo ca. & ita interdum dicunt Prophetæ Iudæa, & Ierusalem. Sed iste modus rarus est in scriptura.

Secundo accipitur Iudæa pro tota illa terra, in qua erat regnum Iuda, cum essent duo regna inter Hebræos, scilicet, regnum Iuda, & Israel, & tamen istud regnum erat solum super duas tribus, scilicet, Iuda, & Benjamin, ideo hoc modo Iudæa vocaretur regio

Conueniens fuisse dari monarchiam populo Romano de toto orbe.

regio continens terram harum duarum trium, & iste modus etiam rarus est accipiendi in scriptura.

Tertio modo accipitur Iudæa pro tota regione, in qua habitabant Hebræi excepta Galilæa, & Samaria. Et iste est modus proprius. Sic enim accipit Ioseph. lib. 3. de Bel. Iuda. & describit istas terras ponendo limites earum, & diuidit Galilæam in duas, scilicet, in superiorem, & inferiorem. De quo late ibi. Et ratio huius est, quia gens, quæ olim vocabatur Hebræorum, fuit vocata Iudæorum post reditum de Babilone, & ideo a Iudæis tota regio, in qua illi habitabant debebat vocari Iudæa, & ita vocatur, nisi ubi inueniuntur omnia specialia aliquarum partium terre, inueniuntur autem duo, scilicet, Galilæa, & Samaria. Nam nomine Galilæe sepe in Euangelio inuenitur, & etiam apud Prophetas, nomen verò Samariæ sepe in veteri testamento, & ideo de tota terra Iudæorum quidquid non est Galilæa, neque Samaria vocatur Iudæa nomine generali, licet Iosephus diuidat Iudæam in decem toparchias, id est, principatus, sed hoc magis pertinet ad historiographos quàm ad sacram scripturam, quæ prior est, & ista non ita accurate distinxit, & hoc modo accipitur Iudæa, ut communiter in Euangelij, ut supra 3. cap. scilicet, egrediebatur a Iohannem omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Vocauit autem regionem circa Iordanem Galilæam, quia circa Iordanem est. Et tamen dicendum, quod hic non accipitur sic Iudæa, sed oportet etiam accipi simul Galilæam. Nam bellum Romanorum non solum fuit in Iudæa, sed etiam in Galilæa, & Samaria, ut patet per Ioseph. lib. 4. & 3. de Bel. Iuda. Et per Egesippum lib. 3. & 4. Chronicorum. Nam Vespasianus prius pugnavit contra vrbes Galilæe quàm Iudæe: nam pugnavit contra Iotapatam, in qua fuit dux ipse Iosephus, ut patet ex suo lib. 4. de Bel. Iuda. etiam contra Tyberiadem, & alias vrbes Galilæe pugnavit Vespasianus, & Titus, ut patet eodem lib. & ibi multa pericula fuerunt, ita viderentur vrbes integre. Cum ergo Christus voluerit, quod discipuli fugerent de Ierusalem propter pericula bellorum, etiam fugere deberent de Galilæa, & Samaria, in qua tunc pericula, & bella fuerunt, ut apparet per Iosephum, & Egesippum ubi supra.

Et sciendum, quod licet precipuum bellum fuit contra Ierusalem, tamen etiam contra totam aliam terram Iudæorum fuit bellum: ideo dixit de Iudæa fugiendum, id est, de tota Iudæa, Galilæa, & Samaria, quod verum est nisi de regno Agrippæ ipse enim aliquam partem Iudæorum habebat in terra sua, immo & pars terræ sue est pars Iudæe proprie dicte, ut refert Ioseph. lib. 4. de Bel. Iuda. & in hac terra non fuit bellum Romanorum, sed in ceteris terris, ubi erant Iudæi, bella fuerunt, nisi essent loca asperissima, ad quæ non posset peruenire exercitus.

Quare dicitur, Fugiant ad montes. Quest. CVIII.

Quare dicitur, fugiant ad montes. Aliqui dicunt, quod intelligitur de Iudæis non credentibus in Christum, qui post euerisionem Ierusalem non habitauerunt in ea, licet postea edificata fuerit per Helium Hadrianum. Nam ille vetuit Iudæis introire Ierusalem. Et sic legitur per irrisionem, scilicet, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, id est, Iudæi non poterunt habitare in Ierusalem, ideo fugiant ad montes. Et hanc expositionem tenet Nico. licet postea ponat aliam non ex intentione sua, sed aliorum.

Sed dicendum, quod non stat. Primo quia dicitur, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant. Et sic refertur ad te-

pus precederunt, quæ ponuntur, ut signum, scilicet, cum videritis abominationem &c. sed illud fuit ante aduentum Vespasiani in Iudæam, ut declaratum est supra q. 99. ergo a fortiori ante Helium Hadrianum, ut ibi ostensum est. Nam fuit ille post mortem Christi annis quasi centum, & decem reedificans Ierusalem.

Secundo quia istud poterat precedere contra eos, qui habitabant in Ierusalem, scilicet, quod non essent ultra ibi habitaturi interdicens Helio Hadriano, sed quantum ad habitantes in alijs locis non precebebat, & tamen dixit Christus. Tunc qui in Iudæa sunt, & non dixit, qui in Ierusalem sunt, ergo non intelligitur de hoc.

Tertio quia etiam non procedit quantum ad aliquos Iudæos, siue habitantes prius in Ierusalem siue alibi, quia Helius Hadrianus non interdixit Iudæis habitationem nisi in Ierusalem, sed non in alijs partibus Iudæe, & ideo deberet dicere, qui in Ierusalem sunt, fugiant, id est, non redeant in eam, & tamen dixit, fugiant ad montes, ergo etiam in Iudæa manere non licebat, sed in solis montibus.

Quarto quia ex modo loquendi literæ, & ex eis, quæ sequuntur, apparet, quod accipitur, ut admonitio ad fugiendum, cum dicitur. Et qui in agro est, non reuertatur tollere tunicam suam, & qui in lecto est non descendat aliquid tollere de domo sua, quasi dicat, velociter fugiendum est.

Quinto apparet, quia Luc. 21. cap. euidentius ponitur istud pertinere ad admonitionem fugæ, scilicet, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in medio eius discedant, & qui in regionibus non intrent in eam, quia dies ultionis sunt, ut impleantur omnia, quæ scripta sunt.

Dicendum ergo, quod non intelligitur de hoc, sed de fuga credentium de Ierusalem, & tota Iudæa, Samaria, & Galilæa, per quas exercitus Romanorum discurrat. Dicitur autem, quod fugerent ad montes, ut per hoc innueretur, quod non fugerent in Ierusalem. Nam si hoc Christus non exprimeret videntes fideles imminere bellum Romanorum confugerent in Ierusalem, quia videbatur esse ibi locus munitissimus, & tunc incurrerent maiora mala quàm si in provincia Iudæe starêt, & sic accidit alijs Iudæis, qui se in Ierusalem recluserunt. Nam ibi perierunt omnes. Sic dicit Euseb. Dominus autem futuram in ciuitate præuidens famem monebat discipulos ne in futura obliuione in ciuitatem confugerent tanquam in locum tutum, & a Deo protectum, sed magis inde discederent, & ad montes confugerent.

Qui sunt isti montes, ad quos fugituri erant credentes. Quest. CIX.

Qui sunt isti montes, ad quos fugituri erant credentes. Aliqui putant, quod erant loca excelsa in Iudæa, ad quæ non perueniret exercitus, & ibi tuti manerent.

Sed dicendum, quod hoc posset aliquo modo sustineri si fugientes pauci essent, & paucis diebus manendum esset: nam tunc in desertis locis, & montuosis possent quomodolibet latere. Sed non stat, quia multi erant, qui fugere deberent, scilicet, omnes credentes, qui erant in Iudæa. Et quod plus est, quia multo tempore manere debebant, scilicet, a principio belli Romanorum vsque ad euerisionem Ierusalem, & fuerunt quasi quinque anni, ut infra dicitur: ideo necesse erat, quod irent ad aliquam terram habitam, ubi haberent aliorum hominum commercia,

mercia, & sic viuere possent. Dicendum igitur, quod vocantur hic montes terra montuosa, quæ erat habitata extra Iudæam, tamen & ista fuit terra regis Agrippæ ultra Iordanem ad orientem, quæ est magis orientalis quàm Ierusalem, & est terra montuosa. Nam terra Iudæe planior est, & ibi habitauerunt in ciuitate, quæ dicitur Pella sub dominio regis Agrippæ, qui Iudæus quoque erat, & magnam partem Iudæorum in subditos habebat, ipse autem erat confederatus Romanis, immo prestabat auxilia Vespasiano contra Iudæos, ut dicit Ioseph. lib. 4. de Bel. Iuda. ideo tota terra eius secuta mansit a tumultu, & incommodis belli, & sic Christiani ibi tunc tuti manserunt. Sic dicitur 3. lib. Ecclesiasticæ historie. Sic etiam dicit Chrysofost. in homilia, & Beda, scilicet, Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant. Constat hæc omnia imminente Ierusalem desolatione fuisse completa, appropinquante namque Romano exercitu omnes Christiani, qui in provincia erant, sicut historia Ecclesiastica refert, diuino oraculo moniti longius recesserunt, & transeuntes Iordanem venerunt in Pellam ciuitatem, & ibi sub tutela Agrippæ regis, cuius mentio in actibus Apostolorum fit, aliquanto tempore manserunt. ipse autem Agrippa cum parte Iudæorum, quæ sibi obtemperabat, Romano subditus erat imperio.

Quare Christus non direxit sermonem nunc ad discipulos in secunda persona loquendo. Quest. CX.

Sequeretur cum supra omnia Christus diceret istis discipulis dirigendo sermonem ad eos in secunda persona, quare non direxit nunc. Nam ibi dicebat auditori estis prelia, & opinioniones prætorum, videte ne turbemini, & postea dixit, tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, hic autem dicitur in tertia persona, scilicet, Qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, cum videretur debere dicere, fugite ad montes.

Dicendum, quod fuit hoc, quia sciebat Christus, quod quando illa euenirent, non essent in Iudæa isti quibus nunc loquebatur. Nam Christus nunc solis quatuor loquebatur, id est, Petro, Iohanni, Iacobo, & Andrea, ut patet Mar. 13. cap. Nullus autem horum erat in Iudæa hoc tempore. Nam Petrus occisus erat, quia anno 36. post Christi passionem Romæ a Nerone occisus est, & ante hoc per viginquinque annos Romæ manserat, Iacobus verò occisus fuerat ab Herode multo tempore ante hoc, Actuum 12. c. Andreas autem erat in Achaia iam occisus. Iohannes solus superuiebat de his, sed ipse tunc manebat in Asia minore, scilicet, in Epheso, & alijs vrbibus, & aliquando Romæ erat. Ideo nullus istorum fugiturus erat de Iudæa propter hæc pericula. De ceteris etiam Apostolis idem dicendum est. Nisi forte de Simone, qui constitutus fuerat Episcopus Ierosolymorum occiso Iacobo Alphei, quia ille forte maneret cum grege suo: ideo Christus dixit in tertia persona, ut intelligeretur istud verbum magis pertinere ad alios credentes quàm ad eos. Et ait, Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, id est, illi fideles, qui eo tempore inueniti fuerunt in Iudæa, & Galilæa, & Samaria, fugiant inde ad montes, id est, ad terram montuosam Agrippæ regis. Sic dicit Theophi. scilicet, bene autem dixit, qui in Iudæa sunt, quia Apostoli adhuc in Iudæa non erant, sed ante prælium fugati sunt a Ierusalem. Vel magis, ut dicit Glo. ipsi exierunt diuino spiritu ducti.

Anno 36. post Christi mortem Petrus a Nerone occisus est Romæ.

An sufficit credentibus ista admonitio Christi, vel habuerunt aliquam aliam specialem. Quest. CXI.

Quare dicitur, quando credentes fugere debuerunt, an sufficit eis ista admonitio Christi multo tempore ante facta, vel habuerunt aliquam specialem admonitionem.

Dicendum, quod per hanc Christi admonitionem poterant regi ad recedendum tempore conuenienti, scilicet, quando viderent abominationem in loco sancto, & tamen dicendum, quod verisimile est eos admonitos fuisse tunc, cum recedendum erat. Et patet primo, quia licet istud signum de abominatione, quæ stare in templo, certificaret, sed non ad diem determinatum, tamen cum ista abominatio, ut dictum est supra q. 99. consisteret in profanatione templi, quam faciebant, qui intus manebat a principio non cognosceretur distincte, an esset abominatio, vel non, & ideo quidam putarent tardius, alij citius fugiendum, sed ista fuga repentina esse debebat, sicut dicitur in litera, scilicet, qui in agro est, non reuertatur in domum, ut tollat tunicam, & qui est in lecto non descendat tollere quid de dono suo: ideo fuit conuenientius, ut instante tempore fieret aliqua determinatio temporis fugiendi ad vnam diem, vel hebdomadam, & tunc non esset periculum alicui ex hoc, quod tarde fugerent.

Secundo patet, quia ita asserit ecclesiastica historia, & Chrysofost. in homilia, & Beda, & omnes sancti doctores, scilicet, quod appropinquante Romano exercitu omnes Christiani, qui in provincia erant, diuino oraculo admoniti longius recesserunt. Sed dicitur, quomodo facta fuit ista admonitio, vel reuelatio?

Dicendum, quod verisimile est per aliquem Prophetam Christianum factam. Erant enim tunc multi Prophetæ in ecclesia tam Ierosolymis quàm Antiochia, & in alijs ecclesijs: Actuum 11. cap. Erant illi multa prophetabant tam de statu aliquorum priuatorum, quàm de statu totius orbis, sicut fuit de Agabo Propheta, qui prænucciavit famem futuram in toto orbe, quæ accidit sub Claudio Imperatore: Actuum 11. c. Etiam prænucciavit Paulo, quod alligandus esset in Ierusalem: Actuum 20. cap. Poterat ergo iste, vel similes prænucciare tempus, quo ista mala euentura essent, vel quando fugerent.

Quando fuit hoc, scilicet, qui in Iudæa sunt, fugiant. Quest. CXII.

Quare dicitur, quando fuit istud tunc, in quo dixit Christus fugiendum esse, scilicet. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant.

Dicendum, quod litera hoc dicit, scilicet, Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. Et ideo de hoc non quærimus, sed quærimus magis determinate quod tempus illud fuerit.

Aliqui dicunt, quod fuit hoc quando exercitus circumdedit Ierusalem, scilicet, Vespasianus, & Titus, & hoc, quia Luc. 21. cap. dicitur. Cum videritis circumdari Ierusalem ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius.

Sed dicendum, quod hoc non stat. Primo quia quando Ierusalem circumdata est ab exercitu non erat iam tempus fugiendi. Nam clausi erant Iudæi intra muros, & fugere non poterant, Christus autem non diceret fugiendum nisi quando sine periculo fugere poterant, & proderat illa fuga, ergo non intelligitur de obsessione quam fecit Titus.

Secundo quia non solum de Ierusalem fugituri erant

erant credentes, sed etiam de Iudæa cum dicat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & tamen quando obiecta sunt Ierusalem iam fuerat tota provincia vastata hostili cede, & direptione, quia contra vrbes terre Galileæ, Samariæ, & Iudææ prius pugnavit Vespasianus, quam veniret in Ierusalem exercitus, vt colligitur ex lib. 3. 4. & 5. Iose. de Bel. Iudæ. & ex 3. & 4. lib. Egesippi, ergo antequam Vespasianus vastaret Galileam, & Iudæam, fugere debuerunt credentes, & ideo a fortiori antequam obsideretur Ierusalem a Tito.

Dicendum tamen, quod signum positum a Luca est idem, quod positum hic a Matthæo, scilicet. Cum videritis abominationem, &c. & illud cum videritis Ierusalem circumdari ab exercitu. Nam vtrouque dicitur statim, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, ergo idem signum est, vel saltem eiusdem temporis, quia per vtrunque designabatur res vnus temporis, scilicet fugiendum esse tunc.

Sed tunc aliqui dicunt, quod quando viderent credentes circumdari Ierusalem ab exercitu, non quidem Romano, sed regis Agrippæ fugiendum erat. Et hoc verum est, sicut dictum est supra. Nam Agrippa rex misit duo milia equitum contra seditiosos, qui se in templo incluserant, & illi circumdederunt Ierusalem, vt patet per Iosephum quarto lib. de bello Iudaico.

Aliter potest dici licet est idem quantum ad sententiam, scilicet quod intelligitur de exercitu Romano obsidente vrbem, non tamen de exercitu Titi, & Vespasiani, sed est exercitus Cestij, vel Flori ducum Romanorum.

Circa, quod sciendum, quod causa belli Iudæorum contra Romanos, aut rebellionis contra eos, siue defectionis ab eis ex multo tempore ceperat ante euerisionem Ierusalem, sicut deducit Iose. in lib. de bello Iudæ. nam ex Christi natiuitate, & prius ceperunt: Iudas enim Galileus, qui suavit rebellare amore libertatis non permittens fieri professionem in Iudæa iubente Octauiano, neque facultatum appreciationes, & ipse cum multis perijt, fuit in diebus professionis Actu. 5. c. & suadebat populo rebellare, vt Iose. dicit li. 8. Antiqui. & tamen professio ista facta est, quando Christus natus est, vt colligitur Luc. 2. c. f. Exijt edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniversus orbis. Et tunc cum Iosephus in Bethlehem, vt ibi describeretur, quia erat de domo David cum Maria coniuge eius, accidit eam parere in Bethlehem eodem cap. & ita etiam ante Christi natiuitatem incipiebant semina belli Iudaici, istæ tamen erant cause remotæ.

Causæ autem immedie rebellionis fuerunt oppressiones magnæ, & tyrannides, quas exercebat præfides prouinciæ Iudææ dati a Romanis. & præcipue duo, scilicet, Albinus, & Florus. Albinus quidem vir pessimus erat, & qui nullum facinus indignum putaret auaritiæ causa. Vnde vt Iudæorum substantias diriperet, multa in eos iniusta perpetravit, sed superuenit eis Florus præfides incomparabiliter deterior, qui Albinum scelera velut beneficia Iudæis præstata iudicari faciebat (suorum facinorum) inimantate, vt dicitur lib. 20. Antiqui. Fuerunt autem hi duo sub Nerone præfides Iudææ, sed adhuc sub Albino nihil Iudæi moliti sunt aperte contra Romanos. Florus autem intolerabiliter Iudæos non iam rapinis (quod leue erat) sed magnis cladibus vexans compulit eos ad rebellandû, ipse enim Florus occasione habita contra Iudæos, quasi aliqui maledixissent ei iussit omnes, qui in eum maledicta cõgesserant sibi tradi ad penam. Populus autem veniam petebat excusans factum, & nõ posse dicebat in tanta plebe distinctionem istorum ab alijs fieri. Vnde indignatus Florus præcepit militibus, vt feruim venalium forum diriperent, & quoscunque

ibi obuios trucidarent, milites præ cupiditate mandatum supergressi intrabant in domos diuitum, & vnuerfa diripientes quonisque obuios lacerabant. Et sic occiderunt die illa 630. & quod grauius fuit, quia aliquos nobiles, & equestris ordinis coram se tractos Florus in crucem egit. Fuerunt autem hæc facta die 16. Maij anno 12. Neronis. Sed post hoc multitudinem, quæ contra Florum indignabatur placata est venerentia maiorum precantium sperans, quod vltra Florus eis non inferret molestias. Florus autem cum intendere semper mouere Iudæos ad rebellionem, vt sic maiores possent rapinas exercere, & grauiora illis mala inferre, dolebat quod populi turbatio compressa esset, excogitauit aliud nequam consilium, quo Iudæos in maiorem mouereturbationem, scilicet vocatis maioribus, & nobilibus Iudæorum dixit, quod per hoc ipse scire possent, an multitudo ei reconciliata eæt, si scilicet exercitui Flori venienti de Cæsarea occurreret salutates milites: Florus autem secreta militibus imperauit, ne cui Iudæorum salutanti rñderent, vt sic Iudæi se contemni videntes clamaret Flori. Adiecitque, quod si quis contra eum aliquid diceret, statim in eum vterent armis, quod cum multitudo obuiam exisset militibus, & salutantibus eis nihil equites responderent, indignati Iudæi clamauerunt illa Flori argumeta esse, equites autem illos cedere sustibus ceperunt, & in fugam versos conculcabant. Iudæi vero fugam maturantes seipfos magis conculcabant, vt sic plurimi disperirerit, ob quod indignati valde Iudæi, & potissime, qui seditiosi erant, rebellionem cogitabant, sed Agrippa Rex his diebus superueniens longa, & accurata oratione animos aliquantum multitudinis inflexit, vt a Romanis non deficerent, sed cum adiecesset Flori sustinendum esse quousque ei a Romanis daretur successor accensa multitudo ira, neque a cõtumelijs abstinerunt, sed & saxa in Agrippam iacentes eum in fugam cõpulerunt. Tunc vero, & aliud malum superuenit, quæ quidam de Iudæis, qui bella cupiebant venientes in quoddam castellum, quod Malada appellatur, omnes Romanos ibi inuenios occiderunt, & custodes de suis ibi posuerunt. Accidit aliud grauius, nam tunc Eleazarus filius Ananæ pontificis iuuenis audacissimus cum alijs seditiosis hostias, quæ pro salute Imperatoris offerri solebant, respuerunt edicentes, ne munus alicuius si non esset de gente Iudæorum reciperetur. Quod videntes ceteri pontifices, & nobiles, orauerunt, ne id fieret, quoniam hoc erat Cæsarem contemnere, & locum fortassis perderent, in quo pro Romanis hostias offerre volebant, sed neque preces, aut suasiones vlle eos ab inceptis compescuerunt, quin potius iam non ad sacrificia, sed ad bellum ministri altaris accingebantur. Videntes igitur pontifices, & ceteri nobiles seditionem, iam eorum auctoritate non posse compesci ad Agrippam, & Florum nuncios destinant orantes vtrunque, vt cum exercitibus ciuitatem ascenderent antequam seditio intolerabilis fieret. Florus vero, vt maior fieret seditio, neque respondere voluit: Agrippa vero misit duo milia equitum, qui venientes cum his, qui in ciuitate pacem optabant ascenderunt superiorem partem ciuitatis, & inde contra seditiosos, qui templum cum inferiori parte ciuitatis tenebant per septem dies pugnaverunt. Et grauis cedes ex vtraque parte facta est, scilicet a die septimo vsque ad quartumdecimum menses Augusti anno duodecimo Neronis, vt dicit Iose. 4. lib. de Bello Iudaico, tunc vero Eleazarus cum seditiosis Matulium capiunt duces Romani exercitus, qui in vrbe erat, & in bello illo inferior seditiosis inuentus fuerat, datis armis, & omnibus, qua possidebat exercitus solas animas petebat. Quod & sic iuramento vtriusque firmatum est. Cum vero

vero Romani arma deposuissent, seditiosi omnes illos inermes trucidauerunt, præter Mutillum ducem, qui se Iudæum fieri, & circūcidi, vt viueret passus est. Eodem die apud Cæsaream viginti millia Iudæorum vna die ab incolis occisa sunt, & per idem tempus apud Alexandriam quinquaginta millia Iudæorum occiduntur. Cæpit autem tunc tota Iudæa a seditiosis turbari, & fere in omni loco cedes agabantur. Tunc Cestius princeps Romani exercitus cõgregatis magnis copijs Iudæos in seditionem versos, & iam aperte Romanis rebellantes aggreditur, & multos occidit, tandem venit in Ierusalem. Erat autem ibi tunc congregata multitudo, quoniam festiuitas Scenophægiæ, id est. Tabernaculorum erat, quæ obseruabatur in Septembri. Egressi igitur Iudæi contra Cestium impetu facti occiderunt De Romanis 515. de Iudæis vero soli 22. perierunt.

Cestius post hæc die 30. Octobris anno 12. Neronis videns Iudæorum discordiam ordinato exercitu introiuit in Ierusalem. Nam Iudæi videntes ordinem exercitus timuerunt, & non audentes manere in exteriori ciuitatis muro, ad interiorē partem, & templum se collegerunt. Statim vero si Cestius voluisset interiorē ciuitatem volenter irrumperē seditio finita esset, & bellum consummatum, neque Iudæa postea, & Ierusalem desolatetur, vt ait Iose. li. 4. de Bello Iudæ. postea vero Cestius opportunitate perdita pugnandi infeliciter se habuit. Nam egressus de Ierusalem seditiosos iam ex hoc audaciores effectos, quæ exercitus Romanus non voluisset templum capere a tergo persequentes habuit, & in viarum difficultatibus eum capientes magnam partem exercitus deleuerunt, ipsumque turpiter per tenebras fugere compulerunt. Facta sunt hæc die octauo mensis Nouembris anno Neronis 12. vt ait Iose. lib. 4. de Bello Iudæ. Ecce igitur bis hoc tempore Ierusalem ab exercitu obsessa est. Primo quidem in mense Augu. ab equitibus, & exercitu Agrippæ cum quibus Romani aliqui erant. Secundo in anno eodem mense Nouembra Cestio, & solo exercitu Romano. Et hæc ambo anno 12. Neronis facta sunt. Sed post hæc rebus infeliciter gestis per Cestium in Iudæa nuncijs ad Nerone veniunt, qui incipiente anno 13. imperij sui Vespasiano, qui tunc in Græcia erat summam belli Iudaici commisit, cum quo, & filius eius Titus profectus est. Interim vero Iudæi scientes Romanos directuros esse exercitum, se ad rebellandum, & pugnandum contra illos parauerunt, diuisa primum tota regione Iudææ, & Galileæ per multos duces, qui belli, & tuendorum locorum curam agerent, contigit tunc Iosephum vtriusque Galileæ ducem constitui, cumque Vespasianus in Iudæa quædam loca expugnaret, venit Iosephus de Tyberiadem in Iotapam vrbe Galileæ die vicesimo primo mensis Maij anno 13. Neronis. Tunc autem famosa pugna Romanorum contra Iotapam Galileæ fuit, in qua vrbe Iosephus dux erat, finitum fuit bellum die vicesimo septimo mensis iunij anno 13. Neronis, vt dicit Iose. lib. 4. de Bello Iudaico.

Post hoc Vespasianus ad alia loca Iudææ expugnanda se conuertit, vnde & Galileam totam, & Iudæam pariter expugnauit, volebat enim postremum esse bellum contra Ierusalem, vt cum omnia vndique loca, & regio omnis in manu Romanorum esset, nullum auxilium, aut solatium Ierosolymitis expectari possent. Dum autem ista fierent, cum nondum ad pugnandum contra Ierusalem se Vespasianus conuertisset mors Neronis nunciatur, qui annis 13. & mensibus septem, diebus vero viginti nouem, vt Euse. in li. Chronicorum testatur, imperauerat. Et sic prima obsidione Ierusalem per milites Agrippæ vsque ad

Tempus imperij Neronis.

A mortem Neronis, quasi duo anni fluxerant, & nondum obsessa erat Ierusalem a Vespasiano, & Tito. Sed cum audisset Vespasianus mortem Neronis paulisper a bello se continuit cogitatione sollicitus quid circa imperium ageretur, interim apud Hispaniam Galba princeps exercitus ab ipso exercitu Imperator declaratur, quod cum Vespasianus accepisset nihil de bello agere voluit, sed filium suum Titum ad illum scribens misit, interim occidi Galbam contigit cum imperasset mensibus septem, & diebus totidem, quod cum Titus agnouisset, qui tunc in itinere morabatur ad patrem in Iudæam redijt, successit autem in imperio Ottho, qui tribus mensibus, & diebus duobus imperauit. Is enim contra Vitellium pugnavit, qui ab exercitu in Alemania Imperator extiterat declaratus.

Cum vero Vespasianus audiret imperare Vitellium indignabatur nimium, condolebat periter afflicte rei publicæ, sed cum lōge abesset præcipue h'emali asperitate impediēte progressum venire non potuit. Interim autem Imperator ipse ab exercitu suo prænunciatus est, quod cum non sponte acceptasset, tandem tamen assensit, & ordinatis rebus in Aegyptum perrexit. Et disposita prouincia redijt in Iudæam ad Titum filium suum, quo ibi relicto, & data cura Iudaici belli Vespasianus in Italiã nauigauit: Titus autem Ierosolymã in festo azymorum subito inuasit, ad quam innumerablem pene Iudæorum multitudo conuenerat, quia omni tempore omne masculinum iubeatur ascendere in templum de stirpe Iudæorum. Et satis patet hoc specialiter Deum intendisse. Nam si alio tempore obsessa fuisset Ierusalem a Tito pauci inuenirentur in ea, sed tunc cum tota gens in vrbe velut in carcere se inclusissent festiuitatis desiderio: Titus superueniens omnes obsidione cixit. Et digne actum est, vt sicut in festo azymorum Christum crucifixierant, ita in eodem omnes collecti ad occisionem clauderentur, vt ait Euse. li. Chronicorum. Cæpit autem obsidio Ierusalem in festo azymorum, quod tunc in Aprilis fuit, vel iuxta Aprilem, & durauit non plenis mensibus sex, scilicet cæpit in Aprilis fuit, & capta est ciuitas iam nullo resistere die octauo Septembris, vt scribit Iosephus 7. li. de Bello Iudaico. Et fuit euerfio, & inflamatio hæc anno secundo imperij Vespasiani, vt ait Iosephus, vbi supra, & Eusebius lib. Chronicorum. Et ita apparet, quod a tempore, quo bellum Iudaicum aperte commissum est vsque ad euerisionem Ierusalem fuerunt anni, quasi septem. Nam in anno 12. Neronis cæpit, & finitum est anno secundo Vespasiani. Sed Nero tredecim annis, & mensibus septem, & diebus 29. imperauit, vt Euse. scribit, post eum vero Galba, Ottho, & Vitellius vno anno, & mensibus sex, & diebus septem, vt dicit idem Euse. Sed anno 2. Vespasiani euerfio ciuitatis consummata est, ideo colliguntur, quasi anni 7. a principio belli Iudaici vsque ad finem, sed statim in primo anno in mense Augu. obsessa est Ierusalem ab exercitu Agrippæ, & eodem anno mense Nouemb. rursus obsessa est ab exercitu Romano duce Cestio, ideo antequam a Tito obsideretur, plusquam per quinque annos obsessa fuerat ciuitas a Romanis.

Vespasianus Imperator ab exercitu declaratus.

Et sic dicendum, quod id, quod Lucas dixit, scilicet cum videritis Ierusalem circumdari ab exercitu scitote, quæ appropinquat desolatio eius, licet verum sit de obsidione Titi tamen intelligitur de obsidione facta a Romano sub Cestio, & tunc idem est, quod Lucas, & Matthæus dicunt. Nam dicit Matthæus. hic cum videritis abominationem desolationis in templo, tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes. Lucas dicit, cum videritis circumdari Ierusalem ab exercitu, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Et vere quidem ista simul facta sunt, & vnum, & idem signum fuerunt, quia abominationis, & idem signum fuerunt, quia abominatio,

minatio, sicut dictum est supra q. 99. erat profanatio templi exercendo ibi cedes, & alia indecentia, quæ inciperent statim, vt seditiosi incluserunt se in templo sub Eleazaro Simone, & Ioanne. Obfessio autem ab exercitu Agrippæ tunc facta est, quando isti aperte ceperunt rebellare, & se in templo clauerunt, vt patet per Iose. li. 4. de Bello Iudaico. Et statim non post tres menses plenos facta est obfessio vrbis ab exercitu Romano sub Cestio duce, vt supra dictum est, & tunc erat signum credentibus in Christum, quod fugere deberent de Ierusalem, & Iudæa, & sic non paterentur istas calamitates bellorum cum alijs Iudæis. Et hoc verisimile valde fuit. Nam non solum credentes, qui iam per Christum erant admoniti, fugerent his visis, sed etiã (vt Iose. ait li. 4. de Bello Iudaico) multi nobilium, & prudentium colligentes ex hoc regionem, & vrbem a Romanis desolandam, cum semel exercitus Romanus obsideret Ierusalem, & multa a seditiosis Romani passi essent, exierunt de vrbe alias sibi tutiores querentes sedes. Tunc igitur credentes recedentes de Ierusalem, & tota Iudæa, idest Iudæa, Galilæa, & Samaria, irent in regionem trans Iordanem in vrbem peliam quæ erat regis Agrippæ, qui Romanis confederatus erat, & ita nihil mali paterentur ex bellis, idest neque cedes, aut vulnera, neque bonorum suorum dirptiones.

Quare Christus dixit. Qui in agro est, non reuertatur tollere tunicam suam, &c. Quæst. CXIII.

QVAERITUR quare Christus dixit: Qui in agro est non reuertatur tollere tunicam suam, & qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua.

Dicendum, quod Christus in his voluit designare velocitatem in fugiendo, quam habere deberent credentes viso signo fugiendi, scilicet abominationem in loco sancto. Nam forte putarent, quod licebat eis manere aliquanto tempore, & non incurrerent aliquod periculum, & ita morarentur disponendo tardius de rebus suis, vt sic transirent in regionem Agrippæ. Nam in talibus mutationibus solet homo magnum detrimentum rerum suarum pati, scilicet vt cito recedat velociter disponens de illis, maxime circa eas, quæ asportari non possunt, sed vendi oportet. Vnde vt commode de rebus suis isti disponerent, vellent longius manere in Ierusalem, vel in alijs locis Iudææ, & sic superuenirent eis subitanea pericula.

Alia causa esse poterat, quia cum isti viderent abominationem in templo, licet ex verbis Christi scirent illud esse signum certissimum euerfionis Ierusalem, si nihil tamen plus adderetur, putarent non statim illam futuram, quia si quis rebus illis a principio rebellionis assistisset eo modo, quo Egesippus in quinque libris, & Iose. in septem lib. de Bello Iudaico narrat. Non putaret tam subito tantas clades vrbis, & toti provincie aduenturas, & ideo moraretur aliquantulum, sed quia res a Deo fiebant, qui ultionem pro scelere Iudæorum exigebat, sicut dicitur Luc. 21. c. quod dies ultionis isti sunt adueniebant res subito, & vltra hominum spem. Vt igitur his verisimilitudinibus tenti non morarentur, & interim superuenirent pericula, admonuit eos valde fugam properare. Et in hoc, quod dixit: Qui in agro est, &c. intendit, quod tanta deberet esse festinatio fugiendi, quod si quis esset in agro faciens opus suum, quando audiret de illa abominatione, siue de exercitu circumdante Ierusalem, aut de illa admonitione speciali Dei ad fugiendum non rediret in domum suam ad capiendum vestimentum, ne in hoc moratus preoccuparetur a periculis, & hoc ve-

rum est si ager, in quo erat nimis distaret a regione Agrippæ, ad quam fugiendum erat, quam domus, ubi erat vestimentum, quia alius poterat ire ad domum. Sic dicitur Mar. 12. c. scilicet. Et qui in agro erit non reuertatur retro tollere vestimentum suum.

Sed non est intelligendum, quod ista sic ad literam accipi debeant. Nam nulla tanta necessitas fugiendi erat, qua vetaret redire de agro in domum pro veste. Et patet, quia vel attenderet credentes ad signum, quod Christus dederat, scilicet abominationem in templo stantem, vel admonitionem specialem, quam eis fecit adueniente tempore, sicut dictum est supra q. 111. Si primo modo non fuerunt tam graua pericula statim, vt seditiosi se incluserunt in templo. Etiam quia istud signum erat tale, quod non poterat sentiri ipsa hora, vel die, qua esse inciperet, cum non solo sensu, sed & ratione iudicandum erat an esset abominatio illa, quam Christus dixerat, & sic aliqui ante alios hoc scirent, & fugerent, & tamen si posteriori fugientibus esset periculum, rari euaderent periculum. Dicendum igitur, quod potius fuit eis determinatum tempus fugiendi admonitio specialiter facta tpe, quo istud signum superuenit. Non est igitur verisimile, quod Deus, qui oia ordinate, & clementer circa fideles agebat, arctaret eos ad tantam velocitatem fugiendi, quod non liceret eis accipere vestimentum de domo, aut descendere de tecto, sed tali tempore eis diceret, vt liceret ipsis accipere bona sua, & tollere secum in regionem Agrippæ, vt ex his viuerent, quia alijs iam erant credentes participes Iudæorum in penis cum cogerebantur omnia bona sua perdere, satis enim constabat illum omnia deserere, & perdere, cui existenti in agro non licebat redire in domum ad tollendum vestimentum. Necessarium enim erat omnia relinquere, quæ in domo erant, si in domum pro vestimento redire non licebat. Hoc autem multum repugnare videtur intentioni Christi, quia volebat, quod isti fugerent ne inciderent in mala, in quibus alij Iudæi futuri erant, & tamen satis erat magna aduersitas, quod omnia perderent nihil secum asportantes, & ita oporteret mendicare in terra aliena, ideo non est hoc verisimile, sed quod Christus tali tempore eos admoneret de fuga, quod liceret ipsis, idest possibile esset tollere secum res, & disponere de eis saltem non omnino perdendo.

Sed dicendum, quod ista accipienda sunt magis ad modum loquendi, quam ad corticem verborum. Sic enim assueti sumus dicere, cum alicui dicimus festinandum esse, scilicet vade ad talem locum, ita velociter, quod neque ponas pedes in terra. Manifestum est tamen hoc esse impossibile, sic enim Christus volebat magnam celeritatem in hac fuga tenendam esse ostendere, ideo dixit: Qui fuerit in agro, non reuertatur in domum ad tollendum tunicam, & qui fuerit in tecto, non descendat in domum. Manifestum tamen est, quod nolebat ipse tantam celeritatem teneri, quantum in verbis ostendebat, quia istud esset inconueniens, vt dictum est. Non debuit tamen minus dicere, quia si solum diceret tantam celeritatem, quanta erat tenenda teneretur maiori mora, quam opus esset affectione rerum familiarium disponendarum, ideo sic locutus est.

Quare specialiter Christus dixit de illo, qui erat in agro, & in tecto, &c. Quæst. CXIII.

SED quæretur quare specialiter dixit de his duobus, scilicet de eo, qui erat in agro, quod non rediret pro vestimento, & de illo, qui erat in tecto, quod non descenderet in domum tollere aliquid de domo sua.

Dicendum videtur, quod hoc fuit propter duo. Primo,

Primo, quia ista erant propter quæ homines tunc magis morarentur ne fugerent, scilicet vestimenta, & ceteræ res possessæ, quæ leuiter possunt auferri. Nam de rebus immobilibus non dixit, scilicet quod morarentur vendendo immobilia, vt pecuniam de eis reciperent, in quorum venditione, vt bene venderent multum morari poterant, sed de mobilibus, idest veste, & alijs, quæ asportari possunt, aut facilius vendi, & tamen, quia in his poterat aliquis vltra modum morari, dixit non esse propter hoc cessandum.

Secundo dixit, quia nihil videbatur posse facilius, quam hæc fieri. Nam, quod qui erat in agro rediret in domum pro vestimento facile erat, quod autem existens in tecto descenderet in domum, erat multo facilius. Si ergo hæc non licebat fieri, vt non tardaretur cursum, a fortiori nulla alia fieri liceret.

Dixit autem de existente in agro, quod non reuertatur, vt tolleret vestimentum, quia hoc videtur, quod maxime accipere vellet ad fugiendum ille, qui in agro est. Nam in agrorum procedi homo ad labores aliquos in cultura terræ, & in his laboribus grosso vestimento homo induitur, ne exercitatione agresti facile atteratur, qui autem extra regionem suam profecturus esset ad manendum aliquanto tempore, vel decentia vestimenta portare, ideo qui in agro esset, cum hæc audiret, vellet reuerti in domum, vt acciperet vestimentum, & hoc vetatur. Non quidem, vt non redeat, vt litera in cortice dicit, sed vt non moretur propter dispositionem de vestibus portandis. Cum autem dicitur de eo, qui est in tecto, quod non descendat tollere aliquid de domo. Dicendum, quod loquitur ad modum terræ ipsius Chanaan, de qua loquebatur. Est enim conuulgata ibi, quod tecta domorum plana sint, & illuc ascendant homines ad exercendas aliquas occupationes, sicut est in domo. Et maxime videtur prodesse propter aurarum refrigerium in terra calida, qualis est terra Chanaan, & in hac regione Hispaniæ in multis locis talium tectorum conuulgatio est. Iubeat autem Deus, quod talia tecta non fierent plana, sed in circuitu tectorum, idest in extremitatibus per totum gyrum fieret quidam murus cingens tectum, vt a montibus super tecta non laberentur inferius. Sic dicitur Deuter. 22. c. scilicet cum edificaueris domum nouam facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis innoxius in domo tua, & si reus labente alio, & in præceps ruente. Conueniebant enim homines ad solatia super ista tecta, & ideo cum multi essent in eodem tecto, ne aliquis laberetur, iubeat Deus murum tecti fieri. Et etiam propter multitudinem ibi conuenientem, solebant enim multi ibi publicari, sicut in locis publicis, vt foro, theatro, platea. Et sic dixit Christus supra 10. c. quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et tamen prædicatio nunquam fiebat, nisi in locis publicis, ad quæ multi conueniunt, ideo tecta erant loca, in quæ conueniebant multi, siue ad solatia, siue ad tractandum de rebus seculis. Dicitur autem de eo, qui erat in tecto, quod non descenderet tollere aliquid de domo, idest non occuparetur in accipiendo aliquid de rebus domesticis ad fugiendum, sed statim fugiat. Ex hoc autem apparet, quod non debet intelligi istud secundum corticem literæ. Nam non erat possibile, quia si quis existens in tecto domus audiret de illo signo recedendi, scilicet de abominatione existente in templo, vel de speciali admonitione ad hoc, quod recederet, oportebat, quod descenderet de tecto in domum, quia per domos erat descensus de tectis. Et ideo necesse est accipere secundum alium sensum, quam litera facit, scilicet cum descenderit de tecto ad fugiendum non mo-

retur nimis in domo circa dispositionem rerum, quæ secum in fuga tollere vult. De his dicit Chrysostomus prima homilia, scilicet. Deinde ostendens in neuitabilia mala futura esse in Iudæis, & infinitam calamitatem, subdit, qui in tecto est non descendat aliquid tollere, de domo, eligibilis enim erat nudo corpore saluari, quam intrare in domum, vt tolleretur vestimentum. Propter quod, & de eo, qui est in agro subdit, & qui in agro est, non reuertatur tollere tunicam, si enim, qui in ciuitate sunt fugiunt, multo magis, qui foris sunt, non oportet ad ciuitatem refugere.

Quare Christus dixit: Vt autem pregnantibus, & nutrientibus diebus illis. Quæst. CXV.

QVAERITUR quare dixit: Vt autem pregnantibus, & nutrientibus diebus illis.

Aliqui dicunt intelligi de calamitate summa Iudæorum, nam conuulsorum Iudæorum in Ierusalem tanta fuit fames, quod etiam filios deuorabant mulieres, vt Iosephus scribit. 5. li. de Bello Iudaico. Sic exponit Theodoretus: Mihi autem videtur, quod filiorum esum in hoc ostendat. Nam fames, & pestilentia afflicti manus filios iniecerunt. Et idem videtur sentire Rufinus in ecclesiastica historia li. 3. vbi enarrata fame, & clade Iudæorum secundum Iosephum, addit impletas fuisse ibi dominicas voces, scilicet: Vt autem pregnantibus, & nutrientibus in diebus illis &c.

Sed dicendum, quod non statim primo quia ista omnia accipiuntur de credentibus, quos admonet Christus celeriter fugere, & non passi sunt isti mala, quæ tolerauerunt Iudæi clausi in vrbe, & ideo non erat ad propositum hoc inferere. Nam etiam post hoc de recedentibus de Iudæa agitur cum dicitur: Orate ne fuga vestra fiat hyeme, vel sabbato.

Secundo patet, quia si pro esu filiorum diceretur, non diceretur solis pregnantibus, & nutrientibus, sed etiam alijs habentibus filios iam nutritos, idest ab lactatos, & qui per se cibum sumere poterant, vt quadriennes, vel quinquennes. Nam circa tales paruulos periculum erat, ne deuorarentur a maribus, aut patribus, & tamen dicitur de his solis, ideo non intelligitur de hoc.

Tertio patet, quia si pro hoc diceretur, de solis nutrientibus poneretur. Nam nutrientium filij poterant deuorari, pregnantium autem quandiu pregnantes sunt, non possunt filij deuorari, sed postquam iam pepererunt, & nutriunt, & ideo solis nutrientibus hoc malum eueniret.

Quarto, quia si hoc Christus designare vellet omnibus mulieribus, quæ aliquando pepererunt, & filios habent, hoc diceret, sicut Christus dixit Luca 21. mulieribus lugentibus, scilicet filie Ierusalem, nolite super me flere, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros, quia ecce dies venient, in quibus dicent, beate steriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. Et tunc incipietis dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Sed non dixit sic, ergo non dixit de calamitate Iudæorum, sed de fidelibus fugitiuis.

Dicendum autem, quod de fuga credentium dicitur, scilicet quod pregnantibus, & nutrientibus esset angustia in fugiendo, quia pregnantibus propter onus vteri esset difficile fugere, nutrientibus vero propter onus natorum ambulare impotentium, quasi dicat ceteri poterunt fugere velociter, sed isti non. Et ideo dicitur: Vt autem pregnantibus, quasi dicat alij, qui onerati sunt, poterunt onera relinquere, vt fugiant, quia sunt accidentalia, & extrinseca, sed pregnantibus

Ignantes non possunt deponere onera sua, quia sunt eis naturalia, id est intra vterum, nutrientes vero filios paruulos dimittere non possunt, ideo virisque angustia erit. Sic dicit Chryso. in homilia. c. Et quidem pecunias contemnere facile est, & providere sibi in vestimentis non difficile, quæ autem a natura sunt, qualiter aliquis fugiet? Qualiter enim prægnans fiet leuis ad fugam, aut lactans poterit eum, quæ peperit, deserere? Propter quod dicitur, vae autem prægnantibus, & nutrientibus in diebus illis. His quidem, quia pigriores sunt, & quia facile fugere non possunt onere conceptionis grauatæ. His autem, quia detinentur vinculo compassionis filiorum, & non possunt simul saluare eos, quos lactant. Idem dicit Beda, scilicet. Vae prægnantibus, & nutrientibus, quarum, scilicet vel manus, vel vteri filiorum sarcina prægrauati fugæ necessitate non minimum impediunt. Et non est sensus, quod iste perirent, aut filij, vel fetus earum, quia hoc non esset liberare credentes de calamitatibus, sed inducere in eas, & tñ Christus intendebat liberare, & ideo præmonebat fugiendum. Sed, quod esset magna afflictio prægnantibus, & nutrientibus, quia vellent fugere celeriter, sicut ceteri instante necessitate fugæ, & non possent, & in hoc angustiarentur timentes superuentura pericula propter tardam fugam, & dicit hoc etiam Christus ad incitandum istas ad citiorem fugam, scilicet quia non poterant iste fugere quæ velociter, vt alij, debebant præuenire tempus fugiendi.

De quo tempore intelligitur, quando dicitur: Orate, ne fiat vobis fuga vestra hyeme, vel sabbatho, & an impletum sit.
Quæst. CXVI.

QVAERETVR de hoc, quod dicitur: Orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, de quo intelligitur, & quo tempore impletum, vel an implebitur.

Aliqui dicunt, quod intelligitur de temporibus antichristi. Ita dicit Nico. scilicet designatur hic magna tribulatio futura sub antichristo, & dicit, quod ratio huius est, quia Christus dixerat iam magnam tribulationem, quæ futura erat tempore euerfionis Ierusalem, & ante illam, & quia sub antichristo futura erat maior, cõuertit se ad illam enarrandum, & dicit, quæ habentur hic. Est autem motiuum Nico. quia dicitur in litera, erit enim sic tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet, & tamen erit tribulationem sub antichristo futuram maiorem omnibus tribulationibus, quæ antehoc fuerunt, ideo cum nulla sit futura maior hac, dicit istam esse tribulationem futuram sub antichristo, & non eam, quam Iudei pertulerunt.

Motiuum Nicolai in diuersum

Sed dicendum, quod non stat, immo oportet accipi de fuga credentium ante euerfionem Ierusalem de Iudæa. Primo, quia manifesta extorsio esse videtur, si trahatur litera ista ad alium sensum, quam ad illum, qui supra ponebatur, id est quem facit litera præcedens, quia apparet manifesta continuatio sententiæ, nam supra dicebatur: Tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Hic vero continuatur eadem materia de fuga, scilicet orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho.

Secundo, & efficacius, quia adhuc litera immediata magis continuatur huic, dicebatur enim de celeritate fugæ, scilicet qui in agro est, non reuertatur in domum tollere tunicam, & qui in tecto est, non descendat in domum tollere aliquid de illa, quia ista erant impedimenta celeritatis fugæ, & adiecit aliud de prægnantibus, & nutrientibus, scilicet quia illæ impedi-

rentur propter onera filiorum fugere velociter. Hic autem addit alia impedimenta fugiendi, scilicet si accideret fugam fieri in hyeme, vel in sabbatho, quia tunc non possent progredi, & ideo necesse est accipi de fuga credentium de terra Iudææ.

Tertio patet, quia manifestum est, quod ista complenda essent in tempore illorum, ad quos loquebatur, quia dicebat, orate, ne fiat fuga vestra, scilicet vos fugietis, vel saltem illi, quibus vos hoc predicabitis.

Quarto patet, quia cum dicitur, vt non fiat fuga vestra hyeme, admonet fugiendum esse, & tamen ab antichristo non admonemur fugere, vt putatur, neque fugere poterimus, neque proderit fugere, quia vbique dominium suum extendetur, ergo intelligitur de tempore euerfionis Ierusalem, & fuga credentium præcedente ne inciderent in pericula tempore belli. Et ita exponunt sacri doctores.

Ad motiuum Nicolai facile est respondere, ipse quippe non mouetur ad sic exponendum, quasi sic litera videtur exigere, cum porius sit distortus sensus, sed quia non videt, quomodo dicat tribulationem illam maximam futuram, & quod in toto orbe nunquam alia sit futura equalis, cum tribulationem sub antichristo putet esse maiorem. Dicit autem potest vno modo, quod non conitat nobis an tribulatio sub antichristo sit futura maior, de quo postea magis dicitur, & ideo non arguit.

Secundo, quod dato, quod maior sit futura tribulatio sub antichristo, non intelligitur de illa, & cum dicitur, quod nõ erat futura maior, potest dici, quod verum est quantum ad populum Iudæorum, cui ista aduenerat, quod non erat futura maior, & tamen quantum ad alias gentes, vel ad credentes alia futura erit maior, scilicet sub antichristo, & tamen, neque istud nunc asserimus.

Quomodo faciat ad propositum hoc exponendo de fuga credentium de Iudæa. Quæst. CXVII.

QVAERETVR autem quomodo facit ad propositum istud exponendo de fuga credentium de Iudæa.

Dicendum, quod multum conuenit, quia dixerat Christus celeriter fugiendum esse, ad quod tolli oportebat quantum poterat impedimenta velocis fugæ, posuerat autem supra Christus quædam, hic ponit alia, & colliguntur sic impedimenta, quia eorum quædam sunt ex parte hominis, alia ex extrinseco homine nõ cooperante. De primis, quædam, sunt naturalia, & quæ non possunt euitari, alia vero accidentalialia, quæ sponte accepimus. Prima sunt in prægnantibus, & nutrientibus, quæ non possunt deponere onera filiorum. Secunda sunt quantum ad portationem rerum, scilicet quod si fugituri vellēt prius de rebus suis disponere valde morarentur, aut si vellent eas secum portare, non possent, quia pigriores essent in præcedendo, ideo hæc primo Christus vetuit, dicens: Qui in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo sua, & qui in agro est, nõ reuertatur tollere tunicam suam. Alia vero sunt impedimenta omnino ab exteriora, quæ nobis nolentibus eueniunt, & ista sunt duo, scilicet vnus est ex conditione naturalis temporis, in quo nemo commode itinerat, aliud est ex institutione voluntaria, scilicet vt ambulare non liceat. Primum est hyems, secundum est sabbathum. Nam in hyeme ex luto, pluuia, frigore, & alijs in cõmodis nemo cõuenienter itinerat, in sabbatho autem non licebat repugnante lege. Sic dicit Glo. Postquam autem fecerat mentionem de duplici impedimento fugæ, quod scilicet posset esse, vel ex cupiditate rerum appor-

darum

darum, vel ex natorum deportatione, tangit tertium A impedimentum, quod est ex parte temporis. Et de hoc Hieronymus super Matthæum ait. Ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, quia in altero duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, & in montibus desertisque latitare, in altero autem transgressio legis est si fugere voluerint, aut mors imminens si remanserint.

Quomodo tanta necessitas fugæ in velocitate erat, quod sabbathum impediret. Quæst. CXVIII.

SED quæretur quomodo tanta necessitas fugæ in velocitate, & celeritate erat, quod sabbathum impediret. Nam hyems quidem multum impeditur si accideret tempore hyemis, vt si quis tota hyeme expectare vellet, vsque ad ver, vt esset apertum ipsius itinerationis, sed de sabbatho videtur eẽ dubium. Nam vnus dies erat, q̄ ergo sequenti die post sabbathum esset fuga, non videbatur impedimentum afferre, quia erat mora parui temporis.

Dicunt quidam vno modo, quod accipitur hic sabbathum nõ solum pro sabbato, id est die septimo, sed etiam pro quacunque festiuitate. Erant autem quædam festiuitates multorum dierum, sicut festum azymorum per septem dies. Exo. 12. capitulo, & Leuitici. 23. capitulo. Et si aliquid istorum tunc accideret, impedirentur multis diebus.

Sed dicendum, quod hoc non stat, quia ista nõ vocantur sabbatha, sed nomina propria habent festiuitates istæ, vt patet Leuit. 23. & Num. 28. & 29. licet verũ est, quod quicumque dies vacationis ab opere seruilii præstabat idem impedimentum, vt non itinerarent, licet non intelligeretur nomine sabbati. Secundo, quæ etiam si festiuitas multorum dierum esset non impediebatur in omnibus illis itinerans, quia in festo azymorum erant septem dies, & in solo primo, & septimo abstinebatur ab opere seruilii Leuit. 23. cap. in festo tabernaculorum erant septem dies, & addebatur octauus, qui vocatur Cetus, atque Collecta. Et in primo, & octauo abstinebatur a seruilii opere. Leuiti. 23. c. Et ideo quasi nihil plus impediebant dies isti, quam sabbatha, quæ sola sunt.

Dici potest vno modo, quod de sabbatho intelligitur, quod illud præstaret impedimentum, & non obstat, quod paruum tempus erat, cum posset sequenti die iter confici, quia tanta erat necessitas properare fugæ, quæ etiam mora parui temporis valde noceret. Hoc patet ex modo loquendi Christi, cum dixit, q̄ qui esset in agro, non reuertetur, vt tolleret tunicam suam, & qui esset in tecto non descenderet in domum, vt tolleretur aliquid inde. Ad tantam enim celeritatem noceret mora vnus integri diei. Alio modo posset dici, quod mora vnus solius diei non noceret, sed loquitur Christus iuxta conuenientiam præcedētis locutionis suæ. Nam admonuerat celeriter fugiendum, & ad hoc amouerat omnia impedimenta, quæ poterant amoueri. Credere in domum de agro pro tunica, & descendere in domum pro aliquibus rebus, & quia si ista obstabant ad celeritatem illam fugæ a fortiori obstarer obseruatio sabbathi, dixit orandũ, ne fieret fuga hyeme, vel sabbatho, & tamen vna dies non obstat. Si autem tenere quis vellet, quod tanta esset celeritas fugæ post admonitionem, quod etiam mora vnus diei noceret non resisto, quia satis conuenit hoc literæ, & tamen mihi videtur verisimilius, quod sit dictum ad valde incurrendum ad celerem fugam, ne quis promittens sibi ipsi longiora spatia incideret in pericula propter tarditatem.

Quare non dictum est de alijs festiuitatibus, vt Azymorum & Scenophægiæ, quod impedirent.
Quæst. CXIX.

QVAERETVR adhuc cum sabbathum non impediret itinerationem, nisi quia Deus vetuerat in illo abstineri ab opere seruilii, & essent etiam aliæ festiuitates, in quibus abstinebatur ab opere seruilii, sicut in festo Azymorum, & Scenophægiæ, Leuit. 23. Et dictum est præced. q. quare non dictum est de alijs festiuitatibus.

Dicunt quidam per sabbathum significari non solum diem septimum, sed etiam omnem festiuitatem, sed non stat, vt dictum est præced. q. Solum enim diem septimum signat sabbathum hic. Est tamẽ dicendum, quod quæcunque alia festiuitas, in qua abstinendum esset ab opere seruilii, præstabat istud impedimentum, & tamen Christus non locutus fuit hic expresse, nisi de sabbatho. Et primo fuit propter rationis identitatem, quia sicut in sabbatho non licebat itinerari, ita neque in festiuitatibus, in quibus abstinebatur ab opere seruilii. Secundo, & præcipue, quia sabbathum frequens erat. Nam in qualibet hebdomada sabbathum euenit, & ideo satis verisimile erat, quod dies fugiendi poterat esse sabbathum. De alijs festiuitatibus non erat sic, quia erant pauca, & quælibet eueniebat semel tantum in anno, scilicet festum Azymorum, Tabernaculorum: Propitiationis: Clangoris: Pentecostes, præter festũ Calendarum, quod erat prima die cuiuslibet mensis, & vocatur Neomenia, & ideo de alijs non erat sic verisimile, quod acciderent tempore illius fugæ, sicut de sabbatho.

Tertio, quia sabbathum erat maioris obseruationis, quam ceteræ festiuitates. Nam in ceteris quidam erant dies, qui non colebantur, dies autẽ celebriores erant illi, in quibus abstinebatur ab opere seruilii. In sabbatho autem non solum abstinebatur ab opere seruilii, sed etiam ab omni opera. Ista differentia patet Exod. 35. & Leuit. 23. cap. Nam de sabbatho dicitur semper, nullum opus facietis in eo. De alijs festiuitatibus dicitur ibidem, quod nullum opus seruilie facietis in eis. Differentia autem inter nullum opus facere, & non facere opus seruilie erat, quia quando prohibebantur opera seruilia, licebat facere omnem operationem ciborum. Exo. 12. c. vbi dicitur, quod primo, & septimo die Azymorum nullum opus fieret, exceptis his, quæ pertinent ad cibos. Et tamen Leuit. 23. cap. dicitur de illis duobus diebus, quod nullum opus seruilie fieret in eis, in sabbatho autẽ, quia verabatur omne opus, non licebat parari cibos. Aliud erat, quia in sabbatho non licebat succendere ignem in cunctis tabernaculis. Exod. 35. cap. & tamen in omnibus alijs festiuitatibus, licebat ignem succendere, cum liceret cibos cõqui, qui sine igne non coquuntur, & omnia, quæ ad cibos pertinent, licebat fieri illis diebus. Exo. 12. cap. & ideo de sabbatho potius quam de alijs festiuitatibus Christus dixit.

Quomodo Christus dixit hic credentibus: Ne fiat fuga vestra sabbatho, cum ad sabbathi obseruantiam non reuertatur. Quæst. CXX.

QVAERETVR quomodo Christus dixit hic: Ne fiat fuga vestra sabbatho. Nam hyeme fieri nocebat, sed non sabbatho, eo quod isti ad quos Christus loquebatur, erant credentes in eum, qui ad sabbathi obseruantiam non tenebantur. Aliqui dicunt, quod verũ est, quod sabbathum non obstat, sed sola hyems, & ideo Mar. 13. c. solum ponitur de hyeme cum dicitur: orate ergo, vt hyeme non fiant.

Dicendum, quod isti errant, quia licet Marcus non expresserit de sabbatho cum Matthæus expresserit, istud est illi. Nam qui tacet non probat non fuisse, sed qui asserit probat fuisse, alioquin diceremus nihil dictum esse, id est neque de hyeme, neque de sabbatho cum Lucas hæc narrans nihil de sabbatho, aut hyeme dixerit. Dicendum igitur, quod tam sabbathum, quam hyemem Christus asseruit, sicut Matthæus expressit. Alij ergo dicunt hoc dictum esse ad Hebræos, qui sabbathum seruabant, & impedirentur fugere propter sabbathum, & non fuerit dictum ad Christianos. Sic dicit Chryso. in homilia, scilicet. Vide autem, quoniam aduersus Iudæos est hic sermo, non enim Apostoli sabbathum erant obseruaturi, neque ibi mansuri, cum Vespasianus hæc egit. Etenim plures eorum iam præmortui erant, si autem aliquis remanserat, in alijs partibus orbis tunc conuertebatur.

Sed dicendum, quod hoc non stat. Primo, quia ut dictum est supra q. 116. ista littera habet eandem sententiam cum præcedente, & intelligitur de credentibus, quos admonerat ipse fugere, ideo non de Iudæis, quia de illis non fuerat locutus nunc.

Secundo, quia loquitur in secunda persona, sicut fiat fuga vestra, ergo illi, ad quos loquebatur Christus, vel alij credentes, qui cum istis essent, fugituri erant, & non Iudæi non credentes, de quibus nihil atinebat ad Christum dicere.

Tertio, & præcipue, quia Christus admonet, & instruit istos, quibus loquitur, vel de quibus loquitur, dicens, quod orent ne fuga fiat hyeme, vel sabbatho, & tamen Iudæos perfidos non instruebat Christus, quod fugerent, immo potius fecit, quod nescirent mala sibi superuentura. Et sic congregarentur omnes in Ierosolymis, ut perirent, sicut factum est, quia omnes venerunt in Ierusalem in festo azymorum, & dum ibi manerent subito obsedit eos Titus cum exercitu Romano, ut ait Iosephus libro 5. de Bello Iudaico, ergo non intelligitur de Iudæis.

Quarto patet, quia dicit orate, & sic admonet eos orare, & tamen Iudæos perfidos non admoneret orare, quos sciebat non exaudire, quia peccatores erant, & quia Deus disposuerat eos perdere.

Quinto, quia dicitur, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, & sic præsupponitur, quod isti, ad quos, vel de quibus loquebatur fugituri erant, & tamen nulli erant fugituri, nisi credentes, quia Iudæos ceteros inueniunt Romani, vel in Ierusalem, vel in prouincia, & multiplici clade deleuerunt, ergo non intelligitur de Iudæis, sed de credentibus. Et ex hoc sumitur argumentum efficax, quod non intelligatur ista littera de tempore antichristi, quod Nico. dicebat, quia tunc si qui fugiunt Christiani sunt, & apud eos nullum dubium erit de obseruatione sabbathi, sicut neque est nunc apud nos. Dicendum autem, quod intelligitur de credentibus in Christum, qui essent tempore euerisionis Ierusalem, & conuenerunt dicitur ad illos de sabbatho, quia omnes illi erant conuersi de Iudæis, cum hoc non dicatur ad omnes credentes, sed ad eos solos, qui de Iudæa, & Ierusalem fugituri erant, & isti erant Iudæi, sed Iudæi seruabant sabbathum, ideo occurreret eis difficultas, si in sabbatho accideret fuga.

Sed obijcietur, quod neque etiam illos impediret sabbathum, quia tunc Christiani non seruabant sabbathum, neque alias ceremonias legales, cum hoc diffinitum esset per Apostolos, & ecclesiam, ideo non esset eis sabbathum impedimentum.

Dicendum est, quod verum est, quod quando fuga facta est, scilicet quasi anno tricesimo quinto, aut tricesimo sexto post mortem Christi nulla iam de hoc dubitatio erat in ecclesia, fuit autem a principio. Nam

mox, ut Christus passus est, conuersi ad eum de Iudæis seruabant omnes ceremonias legis Moyfi, postquam uero Petro prædicante conuersi sunt aliqui Gentiles. Act. 10. & 11. c. uolebant conuersi ex Iudæis cogere conuersos ex Gentilibus ad obseruationem legalium specialiter circa discretionem ciborum, de quo cum dubitatum esset aliqui tandem congregata ecclesia, & Apostolis, & omnibus senioribus, placuit Spiritui Sancto, & eis non arctari credentes in Christum ad legalia. Act. 15. ca. Et licet adhuc conuersi ex Iudæis seruarent ceremonias, quia tamen sciebant se non obligatos ad eas non multum attendebant, maxime, quia postea adhuc institutum est neque ab ipsis conuersis de Iudæis debere seruari ceremonias, & alia legalia: Et hoc iam factum erat tempore euerisionis Ierusalem. Satis tamen credendum est, quod quoad manserunt conuersi de Iudæis in terra Iudæorum, & sub potestate eorum seruarent sabbathum, & ceremonialia omnia, ne scandalizarent Iudæos, & ut non mouerentur contra eos ad penam. Dicit ergo potest uno modo, quod licet credentes ex Iudæis tempore huius fugæ non obligarentur seruare sabbathum, tamen Christus locutus est iuxta conuenientiam sui temporis, ipse enim seruabat sabbathum, & omnia legalia, & quando cum eo discipuli manserunt seruabant illa, & non dixit eis, quod aliquo tempore cessaturi essent ab hac obseruatione, ideo iuxta conditionem huius status satis poterat credi, quod sabbathum impediret fugam, & quia Christus uoluit nunc loqui de omnibus, quæ uerisimiliter poterant impedire, sicut diximus supra q. 114. dixit etiam de sabbatho, licet forte non impediret eos, ut si ipsi non seruabant sabbathum illo tempore. Aliter potest dici, quod præfaret impedimentum aliquod, quia etiam tempore illo sabbathum seruabant, & ceremonialia. Nam licet scirent omnes credentes in Christum se non obligari ad legalia, ut dicitur Act. 15. tamen conuersi de Iudæis illa seruabant, non tanquam necessaria, sed uelut intendentes tollere scandalum. Effet autem scandalum grauissimum, si conuersi de Iudæis non seruarent legalia. Et patet, quia isti erant filij Iudæorum, & in nullo se ostendebant de alijs differre, nisi quia uerum Messiam acceperant, quæ reliqua Iudæorum multitudo non agnouerat, & tamen apud Iudæos nondum erat creditum, quod Messias mutaret legem Moyfi, immo potius credebatur, quod solus Iudæi pertinerent ad Messiam, & non debere prædicari doctrinam eius, nisi Iudæis. Quod patet, quia ob hoc indignati sunt ualde fideles, qui erant ex circumcissione contra Petrum quando eo prædicante conuersi sunt quidam Gentiles, & baptizauit eos. Actuum 10. & 11. c. & ob hoc postquam aliqui homines conuertebantur ad Christum, dicebant conuersi ex Iudæis debere eos circumcidi, & seruare legem Moyfi. Act. 15. c. ideo si alij Iudæi, qui nondum credebant in Christum uiderent credentes, qui Iudæi erant non seruare legalia statim punirent eos, sicut transgressores legis, & tamen non seruans sabbathum lapidabatur, ut patet Num. 15. cap. de illo, qui colligebat ligna in sabbatho, ergo omnes conuersos de Iudæis occiderent, si uiderent eos non seruare sabbathum.

Item hoc patet, quia Iudæi querebant multas occasiones contra istos credentes, ut eos disperderent, & ut cessaret nomen Christi, & extingueretur doctrina eius, & persequerentur eos Act. 3. & 4. & 5. si igitur inuenirent, quod non obseruabant sabbathum, & alia ceremonialia, quasi habentes ueram causam, immo necessariam puniendi eos neminem relinquerent, ideo manifestum est, quod omnia hæc seruabant.

Item patet, quia hæc fuit occasio colorata occidendi Stephanum, quia Act. 6. dicitur, statuerunt falsos testes in consilio, dicentes: homo iste non cessat loqui uerba aduersus

locum sanctum, & legem, audiui enim eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet hunc locum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. Et tamen isti falsi testes non deponerent ista contra Stephanum, si non putarent hæc efficacia esse ad illum condemnationem, si uera putarentur, ideo credebant ea sufficere ad damnationem illius.

Etiam, quia additur statim, quia princeps sacerdotum quaesuit a Stephano, an ita se haberent, & tamen si ista non facerent ad condemnationem non quaereret de illis an uera essent, quia frustra esset quaerere, quod erat impertinens, ergo ad condemnationem sufficere putabatur. Item, quia statim Act. 7. c. Stephanus purgauit se de his, quæ obiecta erant a falsis testibus, tamen non oporteret de illis purgare, si non facerent ad condemnationem, ergo ipse uidebat sufficere illa ad mortem, secundum Iudæorum opinionem. Ideo dicendum, quod sine dubio si conuersi ad Christum de Iudæis quando manebant in terra Iudæorum præuariarentur sabbathum, uel aliquid aliud legale lapidarentur, aut occiderentur a Iudæis, sicut quilibet pure Iudæus, qui hæc præuaricaret. Et ob hoc licet sciret post determinationem Apostolorum, & totius ecclesie in lege Christi non manere obligationem ad obseruandum legem Moyfi. Act. 15. c. tamen quando manebant in terra Iudæorum, obseruabant totam legem Moyfi, ne scandalizarent Iudæos, & ponerent se in periculo mortis. Hoc autem durauit solū, usque ad euerisionem Ierusalem, quia tunc mansit gens Iudæorum in regione illa, & christiani conuersi inter illos, & quoniam potestas temporalis erat penes Iudæos, non poterant euadere christiani penas, quas illi inferre uellent, sicut & pro alijs causis eos occidebant, & persequerentur, ut Stephanum prædicta calumnia Act. 7. c. Iacobum pro confessione nominis Christi Act. 12. c. Alium Iacobum postea pro eadem causa, ut Iosephus, & Egesippus, & ecclesiastica historia tradunt. Post euerisionem autem Ierusalem dispersa est gens Iudæorum, & pro maiori parte perierit, & saltem non mansit ei principatus aliquis in terra Ierusalem, & Iudæa, ideo conuersi de Iudæis poterant tunc libere uiuere non obseruantes legem Moyfi, & nullam penam formidabant, sicut neque nunc, quia non residet aliquis temporalis principatus penes Iudæos, & tamen quando manserunt in Iudæa, usque ad euerisionem Ierusalem, manebant sub potestate temporalis, ideo seruabant legem Moyfi propter causam dictam. Et hoc satis apparet, quia quoniam Act. 15. c. diffinitum est super legalibus, quod non obligarent, non dictum est, quod Iudæi non seruarent illa, sed quod conuersi de Gentilitate non cogentur ad illa præter abstinentiam a sanguine, & suffocato, & immolatis idolis. Ex quo innuitur, quod conuersi de Iudæis omnia obseruabant cum quantum ad illos nihil inuolutum fuerit, & ipsi uellent cogere Gentiles ad obseruandum legem Moyfi. eod. c. & ita cum tempore fugæ adhuc manerent christiani conuersi de Iudæis in potestate Iudæorum, in Iudæa obseruabant sabbathum, & non audebant illud violare, ideo obstaret eis ad fugam. Sed obijcietur, quod non obseruarent tunc sabbathum, quia potestatem erat illud obseruare, ut dicitur Gal. 4. c. dies obseruatis mensibus temporibus, & annis: timeo, ne forte sine causa laborauerim in uobis. Et accipitur de obseruatione festorum apud Iudæos, & ibi dicitur, quod qui obseruabant legem euacuati erant a Christo, & Christus eis nihil prodebat. Hoc tamen fuit antequam fugerent christiani de Iudæa propter bellum, quia Paulus scripsit illud, & tamen ante euerisionem Ierusalem occisus est Paulus a Nerone. Anno quasi tricesimo post mortem Christi. Et euerisio fuit anno quadagesimo post passionem Christi, ut ait Eusebius libro Chronicon, & ita tempore fugæ Ierusalem iam non obseruaretur sabbathum a christianis, quia peccatum erat. Aliquis dicit, quod non

Alph. Toit. in Matth. Pars VI.

procedit, quia ibi Paulus locutus est Gentilibus conuersis. Secus autem erat de conuersis de Iudæis, ut dictum est. Sed dicendum, quod non stat, quia loquebatur conuersis de Iudæis, quia cum ad Gala. 4. c. dixerit ista Paulus subdit Gal. 5. c. state, & nolite iterum sub iugo contineri seruitutis, ergo iam fuerant sub lege Moyfi antequam essent sub lege Christi, & ita erant conuersi de Iudæis. Dicendum igitur, quod illi, ad quos loquebatur Paulus, peccarent si seruarent tunc legem Moyfi, eo quod nemo cogebat eos seruare, neque periculum aliquod incurrerent, si non seruarent, quia licet Iudæi essent, erant in Galatia in regione Græcorum, ubi non erat principatus Iudæorum temporalis, sed Gentilium. Secus in Iudæa, ubi Iudæi dominabantur temporaliter, licet haberent super se Romanos, & ideo etiam tunc conuersis de Iudæismo, licebat in Iudæa seruare legem Moyfi propter causam dictam. Istud patet etiam in ipso Paulo, quia dum ipse esset inter Gentiles non obseruabat sabbathum, & cetera legalia. Dum autem manebat in Iudæa non solum sabbathum, & legalia necessaria obseruabat, sed etiam uoluntarias ceremonias, & quæ pertinent ad uotum. Nam purificatio Nazæorum non erat necessaria apud Iudæos, sed uotum Num. 6. c. & tamen quando Paulus uenit in Ierusalem purificauit se secundum ritum Nazæorum. Et hoc propter tollere scandalum. Et ibi manifeste apparet, quod Iudæi, & etiam credentes in Christum de Iudæis obseruabant legem Moyfi, & zelabant aliqui illorum obseruationem eius. Unde dicitur, quod seniores qui credebant in Christum collecti dixerunt Paulo, uide frater, quod multi sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes emulatores sunt legis. Audiuerunt autem de te, quia discessionem doceas a Moyse eorum, qui parentes sunt Iudæorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est oportet conuenire multitudinem, audiunt enim te superuenisse. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus, sunt nobis uiri quatuor uotum habentes super te, his assumptis sanctifica te cum illis, & impende cum illis, ut radant capita sua, & sciant omnes, quia quæ de te audierunt falsa sunt, sed ambula, & ipse custodiens legem. Et sequitur, tunc Paulus assumptis uiris postera die purificatus, cum illis intrauit in templum annūcians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro uoquoque eorum oblatio. Ergo apparet, quod non solum Iudæi conuersi manentes in Iudæa seruabant legem Moyfi, sed etiam apud multos eorum scandalum erat, si quis non obseruaret quod Iudæus extitisset, & tamen istud non fuit statim post mortem Christi, sed multo tempore post. Sannis uiginti tribus. scilicet anno quartodecimo Claudii Imperatoris. Et patet, quia quando Paulus intrauit in templum purificatus rapuerunt eum Iudæi, & percutiebant, sed tribunus plebis liberauit eum. Actuum uigesimo primo capitulo, & ductus est ad Fœlicem Proconsulem, qui tunc gubernabat Iudæam. Actuum uigesimo quarto capitulo. Sed hoc anno uirum Claudii fuit, ut ait Eusebius libro Chronicon. Sed tunc fluxerant anni 23. a morte Christi, scilicet quinque anni Tyberii, & quatuor Gaii, & quatuordecim Claudii. Sed hoc tempore manebat tam firma intentio seruandi legem Moyfi apud conuersos de Iudæis in Iudæa, ideo non mirum, quod tempore fugæ maneret eadem, & ita quidam forte putarent obseruari debere, alij propter scandalum obseruabant. Unde conuenienter Christus dixit, ne fiat fuga uestra sabbatho.

Quomodo poterat sabbatum Iudæis obſtare ad fugam. Quæſt. CXXI.

SEd quæretur dato, q̄ sabbatum obſervarent Iudæi conuerſi, quomodo poterat eis obſtare ad fugam, quia ad agendū ea, quæ non ſunt neceſſaria ſimpliciter ad conſervationem vitæ obſtabat ſabbathū, ſed ad ea, quæ ſunt neceſſaria non obſtabat. Sic patet de Machabæis, qui in diebus ſabbathorum pugnant ſe defendendo. Machab. 1. c. immo, & quæ minora erant, dum tamen eſſent neceſſaria fiebant in ſabbatho, ſicut ſoluere pecora, & ducere ad aquas, & cuſto dire ea in agris. Sic Chriſtus dixit Luc. 13. c. & hoc Iudæi non poterunt negare, ſed tunc imminere neceſſitas fugæ, ita q̄ non fugientes occiderentur ab exercitu, vel raperentur omnia ſua, immo & de vita erat certum periculum, ideo non obſtabat ſabbatum ad fugiendum.

Aliqui dicunt, q̄ forte de iſta tanta neceſſitate dubitarēt cum non appareret, & ideo non auderēt violare ſabbatum. Sed dicendum, q̄ non ſtat, quia manifeſta erat chriſtianiſ neceſſitas cum Chriſtus diceret iſtam tribulationem, quam fugiebant maiorem eſſe omnibus præteritis, & nullam maiorem futurā. Et dicebat oportere fugere velociter, ideo non poterant de hoc dubitare.

Alii dicunt, q̄ licet ſciant talia in ſtate pericula eſſent aliqui ſcrupuloſi, qui putarent non licere violare ſabbatum, ſicut fuerunt illi, contra quos pugnatum eſt diebus ſabbathorum, & non ſe defenderunt, ſed perierunt quaſi mille anima. Mach. 1. c.

Dicendum, q̄ non ſtat, quia illud fecerunt aliqui parum ſciētes, reliqua autem tota multitudo Iudæorum non fecit ſiſ, ſed ſiquis veniret ad eos die ſabbathorum in pugnam defendebant ſe pugnantes, primo Machab. 1. c. & ideo iam apud omnes Iudæos notum erat, q̄ licebat in ſabbatho ſe defendere, ſed euafio a periculo erat neceſſaria deſenſio, ideo licebat fugere in ſabbatho.

Aliter ergo dicendum, q̄ ſabbatum obſtabat ad fugiendum, non quaſi conuerſi ad Chriſtum putarent eſſe peccatum, quia eſt ſi putarent adhuc manere obligationem ſabbathi, ſicut in lege Moyſi, nō erat p̄t̄m in ſabbatho fugere data tali neceſſitate, & tñ licet de hac neceſſitate conſtaret credentibus, non conſtaret Iudæis, inter quos vivebant credentes. Neſciebant. n. illi talia mala inſtare, quia alias fugerent ab eis, & ideo putarent iſtos viola tores ſabbati, quaſi ſine cauſa itinerantes, & ſic lapidarent eos. Oportebat ergo q̄ ceſſarent in ſabbatho, vt non incidere in præſens periculum vitare volendo futura pericula, & ſic ſabbathū impediret eos ne iter agerent.

Quare Chriſtus dixit: Orate, ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbatho. Quæſt. CXXII.

QVARETVR quare Chriſtus dixit: Orate, ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbatho. Nam quantum ad cetera impedimenta non dixit aliquid orandum. Dicendum, q̄ cum iſta fuga deberet eſſe valde feſtinata, vt Chriſtus innuit, & impedimenta tollerēt feſtinationem, admonuit diſcipulos, vt tollerent omnia impedimenta, ſed de impedimentis quædā ſunt, q̄ nos inducimus, alia vero, quæ Deus, illa autem, quæ nos inducimus noſiſpſi tollere poſſumus, quæ autem Deus, non poteſt aliquis tollere, vel facere, q̄ nō accidant, niſi Deus. Prima autem erant ex nobis, ſ. quæ ad cupiditatem rerū poſſeſſarum pertinent, vt q̄ exiſtentes in agro non redirent in domum pro tunica, & exiſtentes in teſto non deſcenderent ad tollendum ali-

quid de domo, & ideo non oportebat pro his orare. Quod vero fuga deberet fieri ſabbato, vel hyeme nō erat in poteſtate fugientium, quia oportebat fugere, quancūque apparerent ſigna fugiendi, vel fieret ſpecialis admonitio ad fugiendum, & quia poterant hæc accidere hyeme, vel ſabbato præſtaretur impedimentum ex illis. Ex hyeme quidem non, q̄ expectandum eſſet vſque ad ver, ſed q̄ etiam, ſi illico fuga caperetur non poterat feſtinata eſſe, ſed tarda propter indiſpoſitionem viarum, & temporis: ex ſabbato autem erat impedimentum, quia nullo modo auderent fugere illa die credentes propter cauſam poſitam præced. q. ſ. ne occiderentur a Iudæis, inter quos vivebant tanquam legis tranſgreſſores.

Quare non dicitur: Orate, ne fiat fuga veſtra parientibus prægnantibus, aut nutriendibus vobis. Quæſt. CXXIII.

SEd quæretur cum impregnationis impedimentum, & nutritionis nō eſſet in poteſtate noſtra tollere, ſicut neque impedimentum ſabbati, vt hyemis, quare non dicitur de hoc, orate, ne tunc fiat fuga. Dicendum, q̄ non ſtat primo, quia iſtud erat aliquo modo in poteſtate humana. Nam ſi ex eo die abſtinerent a coitu omnes credentes, nō timerent periculum eventurum prægnantibus, aut nutriendibus, euenire autē in ſabbato, aut hyeme nullo modo erat in poteſtate humana, ideo pro hoc orandum erat, vt non accideret tunc.

Secundo, quia orare hoc erat orate contra multiplicationem generis humani, ſ. vt non conciperentur illi, qui concipiendi erant tunc, & vt præmorerēt illi, qui paruuli eſſent tempore fugæ, hoc erat valde inconueniens, maxime apud Iudæos, apud quos antiquitas credita eſt felicitas in multitudine prolis, vt Gene. 24. c. dixerunt cognati Rebecca ad illam, ſoror noſtra es, creſcas in millia. Et Gene. 29. dixit Lia: Beata me dicent omnes mulieres, quia peperit ſex filios, & Deus pro magno bono dicebat populo Iudæoſi, q̄ non eſſet in eis ſterilitas vtriuſque ſexus Deuter. 10. 7. c. ſed nunc aliquo modo manebant inſtitutiones veteris teſtamenti, ſ. quando Chriſtus iſta dicebat, ideo nullo modo luaderet orandum cōtra multiplicationem prolis. Tertio, quia omnia iſta dirigebat Chriſtus ad perſonam illorum quatuor diſcipulorum, qui ea audiebant, quaſi iſtis acciderent, & alijs cum eis, & tñ de prægnantibus, & nutriendibus non poterat dici in perſona ipſorum, quia ad ſolas ſc̄m̄as pertinet. Non enim potuit dici, orate, ne fiat fuga veſtra parientibus vobis, aut prægnantibus, vel nutriendibus. Dicendum igitur, q̄ non debuit dicere ſuper hoc orandum eſſe, quia tñ erat afflictio prægnantibus, vel nutriendibus expreſſit eam dicens, v̄ autem prægnantibus & c. Sed dicitur cum Chriſtus voluerit hic omnia impedimenta exprimere, quæ retardant velocem fugam quomodo omiſit alia? Nam languentes, inualidi, ſenes paruuli, & illi, qui derēt ab alijs nō poſſent fugere, retardarentur a fuga.

Dicendum, q̄ ſufficiens Chriſtus expreſſit impedimenta fugæ, artificialiter enim procedit, vt non narraret oēs ſpeciales modos, ſed genera impedimentorum, ad q̄ oīa impedimēta reduci p̄t̄. Nā impedimētōrū, quædam ſunt totaliter ab extra, alia ſunt ab intra. Ex nobis: q̄ ab extra, aut voluntaria, aut ex diuina inſtitutione, & iſta intellexit per ſabbathū, idem. n. eſſet ſi aliqua alia cæremonia legalis obſeruanda accideret, quæ fugam impediret, vt in alijs feſtiuitatibus. Alia ſunt ab extra ex conditione nature, & hæc expreſſa ſunt per hyemem, in qua in cōmode q̄ ſitinerat, & p hoc

hoc omnia huiusmodi intelligimus, vt ſi in æſtate, aut vere acciderent inundationes pluuiarum, & alluiones fluminum, ita vt quis non poſſet flumina tranſuadere, & ad hunc modum (licet remote) poſſunt reduci omnia impedimenta, quæ ab extra ſunt, quibus nos non conferimus vim, vt ſiquis teneatur in vinculis, aut qualitercūque detineatur. Eorum vero, quæ ab intra, id eſt a nobis, quædam ſunt accidentalia, vt ea, quæ proueniūt ex cupiditate rerum, & ita Chriſtus excluſit dicens: Qui in teſto eſt non deſcendat in domum tollere inde aliquid. Qui eſt in agro non reuertatur tollere tunicam. Et poſuit Chriſtus iſtā impediſionem prius, quia licet iſta poterat magis euitari, tamen hæc erat communior, & quæ plures teneret, quia cuiſlibet adueniebat hoc impedimentum, ſ. vt non ſponte res ſuas deſereret, cetera vero non eueniebant omnibus, & ideo de hoc duo exempla poſuit, ſ. qui eſt in teſto non deſcendat in domum, & qui eſt in agro non reuertatur, vt tollat tunicam. Et ad hanc occupationē reducūtur omnes huiusmodi, vt qui litigia exercet, vt res ſuas recuperet, vel negotiationem, vt lucra conquirat, quia omnia hæc relinquenda ſunt. Nam ſi id, quod pacifice tenetur in ſtante tali neceſſitate deſeritur, quanto magis, quod non poſſidetur, vel nondū acquiſitum eſt? Alia vero ſunt ex nobis, & neceſſario incumbunt, & hæc Chriſtus ſignauit per prægnantes, & nutriendes. Nam prægnantes non poſſunt deponere onus vteri, nutriendes non poſſunt licite, quos nutriſſi, deſerere, neque naturalis compaſſio hoc ſinit. Ad hoc autem reducuntur omnia impedimenta, quæ nobis eueniunt ab intrinſeco, & hoc, ſive propter ætatem, ſive indiſpoſitionem. De primo, vt in ſenibus, & paruulis. De ſecundo, vt in languentibus. De ſenibus quidem nihil aliud, quam de prægnantibus eſt, quia ſicut prægnantes propter intrinſecum onus non poſſunt feſtinate moueri, ita & ſenes propter aduenientem eſt virium deſectionē, ſic, & paruuli propter non accedentem virium integritatem, & tamen paruuli reducuntur ad nutriendes. Nam paruulorum aliqui gerit curam, ſcilicet mater, aut alius, & illi incumbit onus deportandorum illorum, & quoniam paruuli per ſe non habent nomen, ſed magis ſunt aliorum, quaſi ipſi ſint aliquod malum, vel bonum eorum, non dicitur eis accidere, ſed illis, quorum oneri incumbunt, & ideo non dicitur v̄ paruulis, ſed v̄ nutriendibus, quia paruuli nutriendum ſunt, & vltra malum, quod paruulo aduenire poteſt, quod eſt malum nutriendi adhuc accidit malum nutriendi, ſcilicet quia a motu retardatur propter paruulum, & conſtituitur in periculo. De languentibus idem, quod de prægnantibus dicendum. Nam languidis aduenit indiſpoſitio, ſecundum quam prope rare non poſſunt, & ideo omnibus his v̄ dicitur: ſcilicet, quia in periculo eſſent pp hanc retardationem.

Quomodo Chriſtus dixit: Orate ne fiat fuga, cum ſine oratione ipſe facere poſſet. Quæſt. CXXIII.

QVARETVR quō Chriſtus dixit: Orate ne fiat fuga & c. quia orandum eſt aliquid, quādo eſt in poteſtate alicuius, qui id fieri nondū cupit, neque cupiet, niſi exoratus, ſ. d hoc, q̄ orandum erat fieri debebat a Chriſto, & ipſe illud fieri volebat ad ſalutem eccleſiæ ſuę, ideo non oportebat orare, ſed q̄ ipſe diceret, ego volo, q̄ ſic fiat. Dicendum, q̄ Deus vult interdum bona nobis accidere, quæ nos optamus, ſed propoſuit non dare, niſi orationibus p̄mereamur, & ob hoc pro eis, q̄ dare vult oportet, q̄ oretur. Nā pro eis, q̄ dare non vult, neque oſo p̄deſt, ſed quia nos neſcimus quid eſt, q̄ vult, aut q̄ nō vult Alph. Toſt. in Matth. Pars VI.

ſemper orandū eſt pro oībus, q̄ optamus ab illo recipere, & ſi ille q̄d dare diſpoſuit, exoratus dabit, ſi vero firmū eſt ſibi non dare, neque multiplicatis p̄cib⁹ dabit. Sed neq; iſtud nobis nocet, ſed potius proſuit, q̄ inſtanter orauimus. q̄ orando ei quædā cultū exhibemus. Hoc autē, quod Chriſtus ſuadet hic orare, intrēdebat dare, ſed non erat daturus, niſi orando, iō admo nuit eos pro hoc orare. Sc̄do, vt non cōtēnerent. Magis n. bonū erat concedendū, & iō nemo talia cōtēneret. Cū autē obicitur, q̄ Chriſtus volebat hoc dare ad q̄d ergo petebat orari? Dicendū, q̄ ipſe vult oīa recte agi, & iō quia Deus erat, volebat ipſa agi qualiter ipſe, vt Deus diſpoſuerat, ſed non aliter, q̄ precibus obtinendū decreuerat, iō p̄candū ſuaſit, & noluit ſic gratis concedere. Sic. n. eſt de oībus alijs actibus Chriſti, poterat. n. nos ſine vlla ſui, & noſtri paſſione redimere. in nullus ei ad hoc obſtaret, & tamen non ſolum in nobis, ſed et in ſeipſo paſſiones acerbiffimas voluit, quia ſic deitas agendum cenſuerat.

Quō dixit Chriſtus: Orate, neſt at fuga veſtra hyeme, vel ſabbatho, cum hoc certum erat, q̄ pro certis non eſt orandum. Quæſt. CXXV.

SEd quæretur quō dixit, orate ne fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbatho, quia pro illo oramus, q̄ fieri aut non fieri dubitamus, cū aut certū eſt quid accidet non eſt orandū, vt ſic, vel ſic fiat, ſed Chriſtus ſciebat deſerminate de fuga an fieret hyeme, vel ſabbato an nō, & hoc ita certiffime euenturū erat, iō v̄, q̄ non deberet ſuadere orandū. Dicendū, q̄ licet quantum ad Deū nihil ſit incertū, tñ loquitur nobis ſm conditionē rerum ipſarū, & ſm modū intell̄s n̄ri, p̄d̄itio autē rerū eſt iſtarū, ad vtrumlibet accidere poſſe. Nam nō erat magis deſerminatū ex conditione rerū futurarū, q̄ fuga iſtorū fieret hyeme, q̄ ætate, & ſabbato, q̄ feria quarta, iō cū iſta res ex ſe haberent ſe ad vtrumlibet, vt innueretur, q̄ non dabat eis Deus aliquid neceſſitate deſerminatā ſic, aut ſic eueniendi, dixit orandū eſſe hyeme, vel ſabbato, quaſi innuat æqualiter ſe h̄re ad eueniendum ſic, vel ſic.

Secundo ſit propter modum intellectus noſtri, qui de his non eſt certus, quādiu futura ſunt, & ideo putat poſſe ſic, aut ſic accidere, ſic licet in veritate res ex ſeipſa non ſit deſerminata ad aliquem euentum, & Deus illam deſerminet (quod nobis non eſt notū) & licet ſciamus, q̄ Deus ſingula futura deſerminat ad aliquē euentum neſcimus ad quem, ideo quādiu res futura eſt, orandum eſt, vt id eueniat, quod nobis bonum eſſe putamus.

De quo tempore accipitur hoc, quod dicitur: erit tunc tribulatio magna, qualis nunquam fuit, neque fiet. Quæſt. CXXVI.

QVARETVR de hoc quod dicitur: erit tunc tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mundi, vſque modo, neque fiet.

Aliqui dicunt accipi de tempore antichriſti, immo & occasione huius totam hanc literam de antichriſto exponunt. Sic Nicolaus tenet, putat enim, quod nulla tribulatio ſit maior, quam ea, quæ erit ſub antichriſto, ideo de illius temporibus dictum putant: vnde & totam literam ex illo loco, ſcilicet cum videritis abominationem deſolationis, exponunt quidam de antichriſto. Sic exponit Hilarius ſuper Mattheum ſcilicet cum videritis abominationem deſolationis de antichriſti temporibus locutus eſt propheta. Abominatione. n. dicta eſt, q̄ aduerſus Deum veniens hæorem Dei ſibi vendicet. Deſolationis autem abominatio.

natio, quia bellis, & cædibus terram desolaturus sit, at- que ob id a Iudæis susceptus loco sanctificationis insti- tuitur, ut ubi sanctorum precibus Deus inuocabatur, hic ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis sit, & quia proprius iste Iudæorum error erit, ut cum veritatem respuerint suscipiant falsitatem, Iudæam deserui monet, & transfugere in montes, ne admixtio- ne plebis illius antichristo credituræ vis, aut contagio afferatur.

Sed dicendum, quod ille sensus non potest esse litera- lis, ut ostensum est supra. Nam tempore antichristi non iubemur fugere, quia non erit quo fugiamus.

Secundo patet, quia dicitur, qui in Iudæa sunt fu- giant ad montes, nam si ab antichristo fugiendū eēt, non solum existentes in Iudæa, sed in omnibus aliis G partibus orbis fugere deberent.

Tertio, quia Hilarius, qui sic exposuit, cum quæsdā partes literaliter sic exponat, transit statim ad exponē- dum alias mystice. Nam dicit, qui in tecto est, non de- scendat aliquid tollere. s. tectus est domus fastigium, & habitationis totius excelsa perfectio, qui ergo in consummatione domus suæ. i. in corporis sui perfe- ctione constitit regeneratione spiritus noui nō de- scendere in humilia rerum secularium cupiditate debet: & qui in agro est, non reuertatur tollere tui- cam suam. i. positus in operatione præcepti, nō ad cur- ras pristinas reuertatur, ob quas veterum exinde pec- caminum, quibus antea contegebatur erit tunica re- laturus, & ita cætera exponit, & ita cæteras partes ap- plicat in sensu mystico. Et manifestum est hunc non esse sensum literæ.

Dicendum igitur, quod exponitur de tribulatio- ne, quæ esset ante euerfionem Ierusalē. Et patet, quia tota litera continua est, & ante hoc dicebatur de isto, & ideo & nunc de eo dicitur.

Secundo patet ex modo literæ, nam cum dictum fuerit supra: Orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sab- batho, sequitur: Et enim erit tribulatio magna. Et ta- men, etenim, ponitur ut reddituum causæ. s. quod fugien- dum est, quia erit tunc magna tribulatio, & Marc. 13. c. magis aperitur. Serunt enim dies illi tribulationis, quales non fuerunt, ergo de illo tempore, in quo dice- bat fugiendum esse, dixit, quod erunt dies illi tribula- tionis.

Tertio patet, quia Luc. 21. c. magis istud aperitur. Cum enim dicitur: v. q. autem pregnantibus, & nutriē- ribus in diebus illis, sequitur: Erunt enim pressura ma- gna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusa- lem calcabitur a gentibus. Manifestum est igit de ma- lis euenturis Iudæis tpe euerfionis Ierusalē hæc dici, & non de antichristo, neque de malis alterius gentis. Et hoc etiam Aug. allegat in epist. ad Hesychiū, ostē- dens quod intelligatur de euerfione Ierusalem.

Est autem dicendum, quod Christus dixit hoc ad ostē- dendum causam præcedentium, nam iusserat cū ma- gna celeritate fugere, & admonuerat orandū, ne hyeme, vel sabbatho fuga ista accideret, ne impediretur, & quia hoc non poterat, aut esse non debebat, nisi ad euitandum magnum periculum, ostendit grauiā pe- ricula. Etiam quia cum Christus ista admonuisset nō facerent illa credentes cum tanta festinatione, nisi vi- derent causam, quæ vrgeret eos, ideo ostendit eam, & dixit, quod futura erat tunc tanta tribulatio, quanta nun- quam fuerat, neque futura erat. Et ista erat causa suffi- ciens ad taliter fugiendum, qualiter Christus admo- nebat. Sic dicit Theoph. Causam autem tantæ necessi- tatis ad fugiendum consequenter assignat cum dicit: erit enim tunc tribulatio.

Quomodo est verum, quod tribulatio illa futura erat ma- ior omnibus præteritis, & futuris.

Quæst. CXXVII.

Q V A E R E T U R quomodo est verum, quod illa tribu- latio futura erat maior omnibus præteritis, & quæ futura erant.

Dicendum, quod commensurare tribulatio- nem illam omnibus præteritis difficile erat, cum non possimus cuiuslibet determinatam scire quantitatem; quæ ad hoc requiritur, ut commensurentur, & tñ generaliter loquendo si quis historias gentiū legat non inueniet aliquam in qua tantæ calamitates enarrētur, quantas Iosephus refert in li. de Bello Iudaico, & Ege- sippus. De futuris autem, quod nulla ei æquanda sit hoc multo incertius erat, quod nemo asserere audeat, nisi qui Deus erat, aut spiritum Dei habens. Satis autē nobis est, quod Christus hoc assererit, & constat ex præ- cedent. quæst. quod intelligitur de tribulatione euerfio- nis Ierusalē. Apparet ergo, quod nulla vnquam tā- ta fuit tribulatio, neque futura est. Et non fuit hoc in- conueniens. Nam pro magno peccato grauiissima poena danda erat, & tamen nullum fuit peccatū gra- uius, quam occisio Christi, & discipulorum eius, & p- secutio credentium, ideo dignum fuit, quod pro illis peccatis daretur huic genti maxima omnium poena- rum, quæ vnquam data sunt, & quam dabuntur, cum maiora peccata non sint futura alicuius gentis. Sic di- cit Chrysostomus in homilia. s. interrogo autem Iu- dæos, vnde tam intolerabilis res diuinitus venit super eos omnibus, quæ ante factæ sunt difficilior, nonne manifestum, quoniam propter crucis manifestatio- nem? Sola autem difficultas, quantum ad futuras tri- bulationes, inter quas ventura est tribulatio anti- christi. Nam illa putatur maior omnibus tribula- tionibus.

Dici potest vno modo, quod tribulatio antichristi erit valde magna, sicut putatur, sed non erit tanta, quā- ta illa, quæ fuit Iudæorum in euerfione Ierusalē. Et hoc non est inconueniens, quia de illa non constat nobis quanta futura est, quia nulla scriptura exprimit, tribulationem autem Iudæorum, quanta fuerit sci- mus ex scripturis Iosephi, & Egesippi. Etiam quod plus est, quia Christus dixit illam maiorem omnibus futuris nullam excipiendo.

Aliter potest dici, quod tribulatio sub antichristo erit maior, quam tribulatio euerfionis Ierusalē, & tamē Christus, quā hic locutus est, dixit solum de tribulatio- nibus gentis Iudæorum. s. quod nunquam eis talis tribula- tio acciderat, neque euentura erat, tribulatio autē sub antichristo non erit Iudæorum, sed Christianorum, ideo bene stat, quod sit maior.

De hoc Augustin, ad Hesychiū dicit: Apud Lu- cam autem sic legitur, erit pressura magna super ter- ram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & cap- tiui ducentur in omnes gētes: qui Iudaicam scripsit historiam talia mala dicit illi populo tunc accidisse, ut vix credibilia videantur, vnde non immerito dictum est talem tribulationem, neque fuisse a creaturæ ini- tio, neque futuram, sed si tempore antichristi talis, aut maior forsitan erit, intelligendum est, de illo po- pulo dictum, quod eis amplius non erit talis. Si enim antichristus illi præmitus, & præcipue recepturi sunt, facturus est tunc idem populus tribulationem po- tius, quam passurus.

Sed dicendum, quod absolute dicēda est maior tribu- latio, quæ fuit tpe Iudæorum in Ierusalem, & Iudæa, quæ futura erit sub antichristo, eo quod Christus nō determinauit se specialiter ad tribulationes Iudæorū sed absolute dixit, quod erit tribulatio magna, qualis nun-

nunquam fuit ab initio mundi, neque fiet, id est in A nulla gente tanta tribulatio accidit vnquam, neque eueniet. Et aliquo modo aperitur Mar. 13. c. dicitur hoc, scilicet. Erunt dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus vs- que nunc, neque fient. Etiam Augustinus magis hoc sentie- re vult, quam tribulationem sub antichristo fore ma- iorem, sed illud dicit si quis contenderit, quod possit sibi sic responderi, maxime, quia nullum motiuum est quare debeamus dicere tribulationem sub anti- christo maiorem tribulatione in euerfione Ierusalē.

Quando fuit hoc, scilicet Breuiati sunt dies illi etc.

Quæst. CXXVII.

Q V A E R E T U R de hoc, quod dicitur: Et nisi breuiati essent dies illi. Quid sit esse dies breuiatos, & quando hoc fuit.

Dicendum quantum ad tempus, quod aliqui putant hoc dictū de tpe antichristi, quādo bi- uia buntur dies, ut mala tolerabilia sint. Dicunt. n. quod pauco tempore durabit antichristi persecutio. s. tri- bus annis, & dimidio iuxta dictum Dani. 12. c. s. per tri- bus, & tempora, & dimidium temporis, ut dicitur tē- pus vnus annus, tempora duo anni, dimidium tempo- ris dimidius annus. Et ita tenet Nico. Sed hoc iam eū- velle necesse est, cum ab illo loco. s. Orate, ne fuga ve- stra, dixerit accipiendū de antichristo. Et hoc aliqua- liter Beda tenuit, ait. n. hoc, quod dicit ab illo loco. erunt dies tribulationis, temporibus antichristi proprie cō- gruit, quā non solum tormenta crebriora, & acerbiora quam prius consueuerant ingerenda sunt fidelibus, sed quod grauius est, signorum quoque operatio eos, qui tormenta ingerunt, comitabitur. Hæc autē tribu- latio quanto cæteris, quæ præcessere, pressuram pon- dere grauior, tanto est tēporis breuitate moderatior. Nam que tribus annis, & dimidio, quantum de pro- pheta Dan. & Apocalypsis Ioannis conuici potest, ec- clesia per orbem impugnanda esse creditur.

Sed dicendum, quod non stat, nam cum ista litera pti- neat ad eundem contextum, ad quem præcedens acci- pietur de eodem, sed præcedens accipitur de euerfio- nis Ierusalē, ut ostensum est præce. q. ergo & ista de abbreviatione dierum, nam cum dicatur. Et nisi ab- breuiati fuissent dies illi, necesse est, quod referatur ad præcedentia, & illi sunt dies, in quibus magna tribula- tio acciderit, ut dicitur Marc. 13. capit. Erunt dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio crea- turæ, & nisi breuiasset dominus dies. Et ponitur hic causa. Nam dictum est, quod tribulatio futura erat talis qualis nunquam acciderat, ideo sequebatur, quod non possent homines illam tolerare, sed omnia deleret. Hic dicitur, quia abbreviabantur dies, quia si non ab- breuiarentur nemo posset saluari, i. liberari a morte.

Quid sit abbreviatio ista dierum.

Quæst. CXXIX.

Q V A E R E T U R de alio. s. quid sit ista abbreviatio dierum. Aliqui dicunt, quod cum Deus vellet tribulationes minores efficere, i. ut minor tēpore dura- rent faciebat dies, quibus illa tribulatio durabat mi- nores solito. Sic dicit Augustinus ad Hesychiū, scilicet non autem defunt, qui existiment, ita dies illos futu- ros breuios, quod cursu solis celeriori breuientur, sicut fuit longior dies orante Iosue.

Sed dicendum, quod non stat. Primo quia non est verisimile. Nam si accidissent enarrarent illud histo- riæ gentiliū. Esset enim celebre valde miraculum, quod singuli dierum, quibus illa durabat tribulatio

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

minores solito essent, neque istud tacerent historiae gentium. Hoc enim tempore erant elegantissimi historiographi, & auctores, qui rem tam miran- dam nequaquam prætermitterent, præsertim Iose- phus, & Egesippus, qui res illius belli diligenti- sime enarrandas susceperunt, & tamen neuter hoc tetigit, neque aliquis sanctorum doctorum, quos illorum temporum acta non latent.

Secundo, quia hoc erat miraculum, & valde ma- gnum, & nunquā Deus miracula facit sine necessita- te, id est nisi quando non potest fieri sine miraculo il- lud, quod per miraculum fit, & tamen si ad tolerabi- liores facienda ista mala volebat Deus breuiare tem- pus, melius erat facere, quod pauci essent (quod fie- ret sine miraculo) quam quod essent parui, quod nō fieret sine inuitato, & grandi miraculo, & ideo ne- mo sanctorum doctorum hoc tenet. Sic dicit Hiero- nymus super Matthæum. s. neque recordantur illius scripturæ: Ordinatione tua perseuerat dies. q. d. non mutatur dies, quārum ad magnum, & paruum ab eo, quod consuetum est.

Alii ergo dicunt dies abbreviatis, id est mala, quæ in diebus siebant abbreviata, quia accipitur dies pro eo, quod sit in die. Sic dicit Augustinus ad Hesychiū, scilicet quidam autem conuenienter mihi intellexis- se videntur mala ipsa significata nomine dierum, si- cut dicti sunt dies mali in aliis diuinæ scripturæ locis. Non enim dies mali sunt, sed ea, quæ fiunt in eis. Ipsa enim dicta sunt breuiati, ut Deo donante toleratiam minus sentirentur, ac sic quæ magna essent fieret bre- uia. Sed hoc potest accipi dupliciter. Vno modo, quod tribulationes ipse in se parue fierent, & hoc esset eas breuiari. Alio modo, quod manentes graues minus sentirentur. Primus modus non conuenit, quia tunc tribulatio esset facta parua, & non conueniret præce- dentibus, scilicet erit talis tribulatio, qualis nunquam fuit, neque fiet. Accipiendo modo secundum pr stare aliquid, & tñ non conuenit oīno pp duo. Primo, quia si tribulatio modicum sentitur, modicum affli- git, & si parum affligit, parua est. Nam non sentienti non est tribulatio, ita parum sentienti est parua tribu- latio, & tamen dicitur, quod erit tribulatio, qualis nunquā fuit, ergo multum affliget, & multum sentietur.

Secundo, quia quod id, quod est difficile non mul- tum sentiat fit per miraculum, quia Deus confortat patientes, & tamen ista tribulatio non erat euen- tura fidelibus, quos Deus confortaret, sed infideli- bus, quos punire volebat, ideo non confortaret eos ad hoc, quod modicum sentirent id quod valde affli- ctium erat.

Aliter ergo dicendum, scilicet, quod breuiati fue- runt dies, id est pauci facti, cum enim posset multo tē- pore durare tribulatio hæc fecit, quod pauco tempo- re duraret. Sic dicit Hieronymus super Matthæum. s. Neque recordantur illius scripti: Ordinatione tua p- seuerat dies, sed iuxta temporum qualitatem, id est ab breuiatos non mensura, sed numero, ne mora tempo- rum concutiat credentium fides. Dicit autem Au- gustinus, quod ista abbreviatio temporum non turba- uit hebdomadas Danielis quin complerentur in e- uerfione Ierusalē. Sic dicit in epistola ad Hesychiū. Non putemus hebdomadas Danielis, vel propter dierum breuiationes fuisse turbatas, vel illo iam tem- pore non fuisse completas, sed in fine temporum esse completas. Aperissime enim Lucas testatur Da- nielis prophetiam tunc fuisse completam, quando e- uersa est Ierusalem.

Qui dicitur, quod dicitur: Non salua fiet omnis caro, Quæst. CXXX.

QVARETVR quid est, quod dicitur: Non salua fiet omnis caro.

Dicendum, quod necesse est accipi partem pro toto, id est pro homine. Nam ad carnem solam, neque est saluari, neque damnari, sed homo liberatur, aut perit, sic accipitur Psalmus. 64. Ad te omnis caro veniet, id est omnis homo. Et Ioan. 1. c. Verbum caro factum est, id est filius Dei factus est homo per incarnationem. Et ideo est sensus non salua fiet omnis caro, id est omnis caro non salua fiet, scilicet nulla. Quamuis enim præponatur negatio ad istud signum vniuersale omnis, debet intelligi, quod postponatur. Nam præponendo æquipollet dictio, & ideo est sensus non salua fiet omnis caro, id est aliqui essent, qui non saluarentur, & hoc etiam breuiatis diebus factum est, quod non saluaretur omnis caro cum multi Iudæi perierint. Si postponitur æquipollet contrario, id est vniuersali negatiue, s. omnis caro non salua fiet, nulla saluaretur, & hoc intendit, in quia dies breuiati sunt, saluati fuerunt multi.

Est autem sensus, quod cum Romani pugnarent contra Iudæos, si maiori tempore bellum duraret non maneret aliquis Iudæus in toto orbe, eos enim, quos in Iudæa inuenerunt deleuerunt, occidentes, videntes, & serpiti subijciantes. Si tamē maiori tempore bellum duraret, indignarentur nimis Romani contra Iudæos, & non solum eos, quos in Iudæa inueniret, occiderent, sed etiam eos, quos per totum mundum dispersos inuenirent. Nam vt Iosephus refert lib. de Bello Iudaico, non solum in Iudæa occidebantur, sed alibi plurimi. Vnde in Alexandria eodem tempore vna die quinquaginta millia Iudæorum durabant sunt. Deus igitur breuiavit tempora afflictionis, vt cito caperetur Ierusalem, & deleuerent Iudæi qui erant in prouincia Iudæe, & non esset occasio extendendi se ad Iudæos, qui alibi morarentur. Sic dicit Chryostomus in homilia, sed adhuc ostendit eis grauiori pena fuisse dignos, cum dicit. Nisi breuiati essent dies illi, ac si dicat: Si amplius durasset prælium Romanorum contra ciuitatem vniuersi perissent Iudæi, omnem enim carnem Iudaicam dicit, & qui foris, & qui intus erant. Non enim eos solos, qui in Iudæa erant impugnabant Romani, sed & eos, qui vbiq; dispersi erant persequerentur. Causa autem huius esse poterat, quia Iudæi de omnibus partibus venerant in auxilium Iudæorum Ierusalem, vnde in Ierusalem non solum, qui de Iudæa erant inclusi, & obsessi fuerunt, sed de alijs partibus, vt dicit Iosephus. Et ideo contra Iudæos quorumcunque locorum indignarentur, & desquarent, quasi omnes fauerent huic rebellionem Iudæorum, ideo conueniens fuit abbreviari dies tribulationis.

Qui erant isti electi, propter quos breuiabuntur dies illi. Quæst. CXXXI.

QVARETVR cum dicatur hic, sed propter electos breuiabuntur, qui erant isti electi, propter quos breuiabuntur.

Dicendum, quod illi, qui putant hoc intelligi de tempore Antichristi, dicunt electos esse illos viros bonos prædestinatos, quos illo tempore esse continget, & propter hos dicunt breuiatos dies. In durante tribulatione deficerent aliqui eorum, siue propter impatientiam doloris, siue propter magnitudinem seductionis, quia dicitur infra in litera, quia pseudo prophete dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi,

F & ideo ne hæc mala eis accidant breuiantur dies. Sed dicitur, quod non stat, quia cum litera ista non possit accipi de temporibus antichristi, vt supra ostensum est, neque etiam electi sunt illi, qui erunt tempore antichristi. Dicendum igitur est, quod sunt electi de Iudæis. Nam de illis Christus elegerat aliquos, & propter illos voluit breuiari dies tribulationis. Sed post sunt accipi isti electi dupliciter, scilicet, quia aut pro conuersis, aut pro conuertendis. De conuersis planum est, quia credentes in Christum ex Iudæis vocabantur Iudæi ab omnibus gentibus, quia filij Iudæorum erant, & etiam ritum Iudaicum seruabant. Isti autem electi erant, quia de ceteris Iudæis, qui in sua perfidia, & obstinatione manserunt hos elegit, vt sibi vniret reprobatos alios. Et tunc dicendum, quod propter electos istos Deus abbreviavit dies tripliciter. Primo, quia vt dictum est supra, si bellum Romanorum contra Iudæos maiori tempore durasset, non solum occiderent Iudæos, qui erant in Iudæa, sed etiam per totum orbem, & tamen conuersi de Iudæis vocabantur Iudæi, & Gentiles reputabant eos Iudæos, & si occiderent omnes Iudæos, necesse erat, quod istos quoque occiderent, & non solum eos, qui de Iudæa fugerant nunc in regnum Agrippæ, vt dicit Chryostomus. & historia ecclesiastica, sed etiam omnes alios, qui erant in alijs partibus orbis conuersi, sicut in Grecia, Hispania, Italia, & alijs nationibus, ideo conueniens erat electis, quod breuiarentur dies illi, vt non perirent.

Secundo propter electos credentes, qui de Iudæa in regnum Agrippæ ierant. Nam isti tempore illius tribulationis manebant extra terram suam. Reliquerant autem possessiones suas, signas habebant in Iudæa, & cupiebant regredi ad eas, & ad regionem natalem, impediabantur autem quando durabant dies isti, ideo eis conueniens erat breuiari dies. Tertio tam propter credentes de Iudæis, qui fugerant de Iudæa in regnum Agrippæ, quam propter omnēs alios credentes de Iudæis vbiunque essent, quia quando durabant ista bella, erat animus eorum suspensus quotidie præ timore, ne ipsi quoque perirent: & breuiatis diebus fuit liberare lectos ab hac quotidiana afflictione timoris. Sed primus modus melior est, nam periculum de vita erat, & non de possessionibus, cum Christus dicat, non fiet salua omnis caro, nisi breuiati essent dies illi.

Aliter potest accipi pro electis, id est prædestinatis de Iudæis, qui nondum conuersi erant, nam multi de Iudæis, & stirpe eorum conuertendi erant, qui nondum erant conuersi, quando superuenit tribulatio euerfionis, & licet plurimi Iudæorum non conuersorum perierint in bellis illis, tamen multi superfuerunt, & de illis conuersi fuerunt aliqui, si autem bella illa longo tempore durarent, non maneret aliquis, & sic illi, qui conuertendi erant, non conuertentur, sed perirent in bellis. Et iste modus videtur adhuc fortassis conuenientior, quam præcedens, quia electos, qui crediderant facilius erat saluari cum admoniti fugissent, sed electos nondum conuersos, & qui alijs Iudæis mixti erant, liberari a morte, si bella hæc prolōgarētur esset difficile. De hoc dicit Augustinus ad Hefychium, Non enim debemus ambigere, quando euerfa est Ierusalem, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circuncisione crediderant, siue fuerant credituri electi ante mundi constitutionem, propter quos breuiantur mala illa, vt tolerabilia fiant.

Quare

Quare dicitur, sed propter electos breuiabuntur. Quæst. CXXXII.

QVARETVR quare dicitur, sed propter electos breuiabuntur.

Dicendum, quod hoc Christus dixit. Primo ad consolationem istorum, ad quos loquebatur, & aliorum credentium quibus ista verba Christi prædicanda erant, vt fugerent de Ierusalem adueniente ista tribulatione. Nam dicerent, si tanta erat futura hæc tribulatio, quod nemo posset euadere: Responder Christus, quod nisi breuiaretur verum erat, & tamen ipse breuiabit illam.

Secundo ad ostendendum gratiam, quam eis faciebat. Nam sicut Christus magnam illis gratiam faciebat admonendo, vt fugerent, & dando signum, quando fugere deberent, ita etiam abbreviando dies, ne ipsi mala paterentur, gratia erat, & quia si hoc faceret Christus, & non diceret illis, non putarent sibi gratiam factam, prædixit illis Christus, quod propter illos breuiarentur dies.

Tertio fuit ad respondendum calumnijs quorundam infidelium. Nam cum inuiderent nomini Christiano, dicebant omnia mala euenire Iudæis, quia inter eos ceperat iste ritus colendi Christum, & credendi in eum, & ita magis eos detestarentur. Christus autem dicit, quod non solum non veniebat hæc mala propter eos, sed propter illos potius breuiabunt. Sic enim gentiles dicebant, quando introductus est cultus Christi, & cessauit cultus idolorum, quod propter hoc dixerat omnia mala inferebant, sic dicebat Porphyrius, qui valde fuit inuidus nomini Christiano, vt dicit Augustinus. 19. de Ciuit. Dei, & lib. 1. de Concord. euang.

Porphyrius Christianum nomen admodum odio est habens.

Quarto fuit ad ostendendum Iudæis quanta bona prestarentur a Christo, quem ipsi oderant. Nam cum affigeretur, fecit quod dies afflictionis pauciores essent. Sed aliqui dicerent, quod ipsi hoc non crederent propter Christum factum, & electos suos.

Dicendum, quod poterant hoc coniectare, quia ipse ante tempus illud prædicebat, & ideo cum factum esset, poterat credi, sicut ipse dixit Ioan. 14. hæc dico vobis antequam fiant, vt cum factum fuerit credatis. Et etiam Iudæi aliquomodo illud audierant, scilicet mala futura in Ierusalem, & euerfionem propter Christum, vt dicitur Actu. 6. c. cum falsi testes dixerunt contra Stephanum, audiuimus eum dicentem, quod Iesus Nazarenus destruet locum hunc, & ita licet illud non diceret sic forte Stephanus: tamen ab aliquo alio illud iam audierant, quia alijs nesciret hoc cogitare, & proponere illud in iudicio. Erat igitur res, que a Iudæis iam audita erat, & sic quando eueniret euerfio Ierusalem possent cognoscere Iudæi, quod Christus, qui prædixerat euerfionem Ierusalem, & dies breuiandos propter electos, verum dixerat, cum iam euerfionem viderent. Sic dicit Chryostomus in homilia, ne Iudæi dicerent, quoniam propter prædicationem, & discipulos Christi hæc mala euenerunt, ostendit quod nisi illi essent radicatus perissent.

Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo Christi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducatur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur

Luc. 17.

A exit ab oriente, & paret vsque in occidentem, ita erit, & aduentus filij hominis. Vbi que fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquile.

Luc. 17. 24. q. 1. c. quoniam.

Tunc si quis. Hic secundum diuisionem Nicolai, & multorum expositionem ponitur tribulatio temporis antichristi propter magnitudinem seductionis, quia vltra magnitudinem afflictionis ex tormentis adhuc erit persecutio magna ex seductione, cum multi fideles per sola signa antichristi, & discipulorum eius seducentur, vt illi asserunt. Et secundum hoc exponitur litera sic. Tunc. Id est tempore antichristi. Siquis vobis dixerit, hic est Christus. Id est Christus verus apparuit in mundo. Et dicitur: Vobis dixerit, id est fidelibus hic est Christus. Aut illic. Id est in vno loco, aut in alio designando loca. Nolite credere. Quasi dicat non erit ille Christus, sed antichristus, id est quidquid vobis dicatur, non credatis. Surgent enim pseudo Christi. Ostendit illorum fallaciam, vt ea visa non admitterentur fideles, scilicet quod antichristi, & pseudo prophete signa, & prodigia faciant, & vocantur pseudo Christi, id est falsi Christi, siue antichristi, quasi multi sunt, id est magister, & discipuli. Et pseudo prophete. Qui falsa prophetabant in fauorem antichristi. Et dabunt signa, & prodigia. Scilicet mirabilia facient, que opere demonum proueniunt. Ita vt in errorem inducantur si fieri potest, etiam electi. Id est tanta erit vehementia seductionis ex magnis signis, & prodigijs, quod decipiantur plurimi Christianorum, & non solum mali, sed etiam electi erunt in periculo, licet tandem non decipiantur sic, quod fide deperdita antichristum sequantur.

Tribulatio temporis antichristi propter magnitudinem seductionis.

Ecce prædixi vobis. Id est iam dixi vobis, quod hoc futurum sit, ideo cum eueniret non inueniamini incantati, & decipiamini, sed vigilate. Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est. Id est quia iam instructi estis, quod ille, qui veniet falsus erit, non attendatis ad illum. Nolite exire. Scilicet ad videndum eum, vel ad sciendum quis, aut qualis est, quia non poterit esse, nisi fallax. Ecce in penetralibus. Id est in domo secreta est, quasi dicat, & reuelabitur post hæc. Nolite credere. Quia neque ibi esse potest, cum fallax sit. Sicut enim fugerit exit. Ista litera facit probationem, quod non poterit esse verus Christus ille, qui veniet, quia Christus cum venerit manifestus veniet, & non diceretur, ecce in deserto est, aut in penetralibus est, sed statim de aduentu eius erit notum in toto orbe, neque poterit quis ignorare. Sed quia istud non est de intentione nostra, sicut magis apparebit in questionibus statim, exponendum est de tempore tribulationis euenturæ ante euerfionem Ierusalem. Tunc. Id est tempore huius tribulationis, quando fugiendum est, aut aliquo tempore ante. Siquis vobis dixerit. Id est fidelibus conuersis de Iudæis, qui essent tunc in Iudæa, & fugere deberent.

Ecce hic est Christus, aut illic. Christus, siue Messias veniet nunc, & est in tali vrbe, vel tali loco, & ideo non oportet fugere, quia ipse liberabit nos. Nolite credere. Scilicet quia si nullus est Christus, nisi ego, & ego non veniam illo tempore, quando isti surgent. Surgent enim pseudo Christi. Hoc dicit, quia non venit vnicus, qui vocaretur Christus, sed plurimi post Christi mortem vsque ad euerfionem Ierusalem. Et pseudo prophete. Isti quoque illo tempore venerunt, & differabant a pseudo Christo, quia illi vocabant se Messiam, alij vero non dicebant se Messiam, sed prophetas, & annuntiabant aliqua falsa ex parte Dei, quasi Deus illa dixisset. Et dabunt signa, & prodigia. Scilicet facient miranda ad confirmationem erroris sui.

Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur

Ita

tem illius multe, tanquam si dicamus mendacium nihil differt a mendacio, sicut autem veri Christi fuerunt sancti prophete, sic intellige secundum unumquemque pseudo Christum multos eius famulos prophetas, qui antichristi aliquos falsos sermones predicant, quasi veros. Sed dicendum, quod cum litera precedens non accipiatur de antichristo, neque etiam isti prophete erunt rpe antichristi. Sed est dicendum, quod fuerit ante euerfionem Ierusalem. Sed tunc aliqui dunt pseudo Christos, & pseudo prophetas idem esse, sed vocari duobus nominibus, quia vtrunque sibi ascribebant, si quod Christi essent, & et prophete, sed vtrunque eis false competebar. Dicendum, quod non erant idem, sed alij erant pseudo Christi, alij pseudo prophete. Et poterat hoc dupliciter fieri. Vno modo, quod isti falsi prophete venirent in auxilium, & obsequium pseudo Christorum, ut predicarent eos esse Christos, & id Christus ab his prophetis cauendum docet ne per eos in errorem falsorum Christorum traherentur homines.

Alio modo potest dici, quod isti non veniebant in fauorem falsorum Christorum, sed annunciabant aliqua, que falsa erant, & erat istis eadem causa veniendi, que falsis Christi. Nam sicut falsi Christi videntes populi turbationem, & timorem, & oppressionem, quam a Romanis tolerabant, vsurpabant sibi hoc falsum nomen, ut sic populus adhereret eis, & rebellarent Romanis, quasi per Christum liberandi essent de potestate gentium, ita & prophete, qui se non vocabant Christum fingebant se a Deo missos, & asserabant non esse ciuitatem tradendam in manus Romanorum, sed a seruitute illorum nunc eruendam gentem. Multos horum Iosephus fuisse testatur. Simile quoque fuit alijs temporibus, ut cum Achab voluit ire contra Ramoth Galaad contra Syros, & cum eo Iosaphat rex Iuda, fuerunt prophete multi, qui dicerent, quod iret Achab prospere, & traderet Deus Syros in manus eius, sed falsum fuit, quia Achab periit in bello 3. Regu. 22. & 2. Paralip. 18. cap. Erant namque isti falsi prophete, sic & isti falsi erant, quia cum Deus non mitteret eos, neque loqueretur quidquam ad illos, ipsi confingebant de corde suo falsa, & ita decipiebant illam gentem miserabilem.

Cum dicitur, quod pseudo Christi facient signa magna, & prodigia, quid inter hæc differat. Quæst. CXXXVIIII.

Quæretur cum dicitur, quod pseudo Christi facient signa magna, & prodigia, quid inter hæc differat. Dicendum, quod tam signum, quam prodigium mirandum est. & id mouebat auditores. Sed differunt, quia signa dicuntur illa, que ad significandam inducuntur in significationem, vel ostensionem veritatis aliquarum rerum. Prodigia dicuntur, quia magna sunt, & id non subiunguntur potestati cuiuslibet. Nam interdum faciebant aliqua miracula specialiter ad probationem alicuius rei, & illa vocabantur signa, quia significabant, id est ostendebant verum esse id, quod asseruerat ille, qui hæc signa faciebat, interdum vero faciebant tales aliqua miracula ad ostentationem, vel saltem non ad probationem alicuius rei specialis, & illa non vocabantur signa, quia non erant ad significandum, sed prodigia, quia magna erant, que non subiunguntur potestati hominum, ideo dicuntur prodigia, quasi procul a digito, id est a potestate nostra operantia, que in manu, & digitis est, iuxta illud Psalmus 8. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum, id est egi per digitos Dei facti sunt.

Alij dicunt, quod signa, & prodigia differunt, quia signa sunt miranda, sed minora quidem, prodigia au-

tem sunt maiora. Sed dicendum, quod hoc non multum conuenit, quia dicitur in litera: Signa magna, ergo tam signa, quam prodigia magna erant, sed ex ratione precedenti differabant, & iste modus loquendi est in scriptura de omnibus, qui faciunt miranda, siue vere, siue false. Sic dicitur de Stephano Actu. 9. c. quod faciebat signa magna, & prodigia in populo.

Quomodo isti pseudo Christi, & pseudo prophete faciebant miracula, cum essent falsi. Quæst. CXXXIX.

Quæretur quomodo isti pseudo Christi, & pseudo prophete faciebant miracula, cum falsi essent. Nam miracula Dei sunt, & non pertinent ad eos, qui mentiuntur se esse, quod non sunt. Dicendum, quod faciebant signa, & prodigia, sed non miracula. Nunquam enim concedendum est, quod demones, aut magi miracula faciunt, sed miranda. Nam mirandum est quodlibet, quod admirationem inducit, & illud est quidquid excedit communem potestatem, miraculum autem virtutem diuinam inducit, ideo non fit, nisi per Deum.

Sed quod demones, & falsi prophete, non faciunt miracula, cum miranda faciunt, venit propter duo. Primum est, quia ea, que faciunt, falsa sunt, & si vera essent, miracula dicerentur, sicut suscitare mortuos miraculum est, quod demones, & magi videntur facere, sed non faciunt, ludificant enim oculos nostros, ut videatur nobis esse id, quod non est, & iste est generalior modus operationis demonis, & eorum, quod demones sequuntur. Sic dicit ad Thessa. 2. c. 2. de antichristo, scilicet aduentus erit secundum operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione. Secundum erit, quia aliqua miranda in veritate faciunt demones, vel Magi, sed non sunt miracula, quia non accedunt illa adhuc ad operationem miraculi, cum miraculum sit de illis solis, que in finem potestatem exigunt, & non sufficiunt ad illa minor, quam infinita virtus, sed demones non habent infinitam virtutem, sed solus Deus, id est illi, nunquam miracula faciunt, sed alia minora, sicut mouere homines volantes, quasi per aera, eradicare arbores, diruere edificia, & mouere partes montium, & multo plura facerent, si permitterentur, sed angeli ministri diuine providentiae coercent eos.

De istis autem falsis Christi, & pseudo prophetis dicendum, quod Magi erant, & in virtute demonum faciebant, unde Iosephus li. 18. & 20. Antiqui. & 2. & 3. de Bello Iudaico eos vocat Magos, & seductores, & ideo illud facerent, quod demon non facere poterat, & ita facerent signa magna, & prodigia, ita vt eis crederetur.

Quomodo stat, quod isti pseudo prophete facerent signa ac prodigia, cum hoc sit tantum verorum prophetarum. Quæst. CXL.

Sed quomodo stat, quod isti pseudo prophete facerent signa prodigia, quia per hoc probatur veritas prophetæ in veris prophetis. Si autem falsi prophete, qui a Deo non sunt possunt hæc facere, non est aliqua probatio, qua constet veros esse prophetas, & a Deo missos, & tamen per istum modum probatur veritas prophetæ Deutero. 18. cap. ergo non possunt pseudo prophete signa facere.

Aliqui dicunt, quod per signa non probatur veritas prophetæ affirmatiue, id est quod ita erit qualiter propheta dixit, si præmisit miraculum ad verbum suum, sed solum negatiue, scilicet si propheta præiugauit aliquid, vel dixit aliquid Deum velle, & in illius

pro:

probationem prædixit aliquid futurum esse, quod illo tempore non venit, constabat falsum esse, quod ille dixerit, quia dicitur Deutero. 18. c. Hoc habebis signum quod in nomine propheta ille locutus fuerit, & non euenit. Hoc non est dominus locutus. Et non ponit de affirmatione. Dicendum, quod hoc non stat, sed est valde irrationabiliter dictum. Primo, quia litera illa non potest aliter accipi, nisi pro negatione, & affirmatione simul intelligat. Quod patet, quia Deus locutus fuerat ibi contra falsos prophetas, quod non deberet eis credi, quia de corde suo fingebant, quæ dicebant: & quia nesciretur, quando erat falsus propheta, & quando verus, dat Deus signum, & ait, quod si id, quod propheta prædixit non euenit, non fuit illud Deus locutus, sed propheta illud finxit, si autem non conuerteretur, scilicet, quod quando eueniret id, quod propheta prædixerat, esset verus propheta, non esset signum plenum, quia non possent cognoscere quis esset verus propheta, neque etiam falsus, cum interdum falsi prophete vera signa prædicerent, & hoc est absurdum, scilicet quod Deus daret signum, vel notitiam, per quam non certificaret, ideo dicendum, quod conuerteretur regula. Secundum, quia aliàs non esset aliquis modus probandi veritatem prophetæ, aut dictorum ex parte Dei, sed falsum est, quia Mar. 16. c. dicitur, quod confirmatus est sermo prædicationis Apostolorum sequentibus signis, ergo miracula probant verum esse, quod illi prædicabant, quod non esset, si falsum dices posset facere miracula. Tertio, quia si miracula non sufficiunt ad probandum sufficienter quamcumque veritatem Christi non probasset se esse Messiam, & Deus, & possemus nos esse decepti, quo nihil absurdius est, & tamen sua probatio non fuit, nisi per miracula, ergo sufficienter illa ad probandum quamlibet veritatem. Non enim videbatur aliqua veritas difficilius creditu, quam quod Deus esset homo, vel quod aliquis homo, qui inter mortales conuersabatur, esset Deus.

Quarto, quia sequeretur, quod Christus non conquereretur iuste de Iudæis, aut illis peccatum imponderet, cum dicitur Ioan. 16. c. Si non venissem, & opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, & tamen iuste conqueritur, ergo opera, quæ ille faciebat, probabant eum esse Deum, & Messiam. Et ita ipse dixit Io. 10. c. Operibus credite. Et tamen si opera non essent sufficienter probatio, non esset illis etiam credendum, ideo opera miraculorum sufficienter probant quamlibet veritatem, & sic non est verum, quod falsi prophete possint facere miracula.

Dicendum tamen, quod pseudo prophete interdum faciebant miracula, sicut hic Christus loquitur, & et ponitur Deutero. 13. c. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenit, & dixerit tibi eamus etiam colamus Deos alienos, non audies verba prophetæ illius.

Ad hoc dicendum, quod miracula sunt certissima probatio cuiuslibet veritatis, & tamen interdum falsi prophete faciunt miranda. Sed hoc potest multipliciter stare. Vno modo vt dicatur per distinctionem illam, quæ data fuit Deutero. 13. c. & 18. c. quod ille, qui aliquid asserit, quasi a Deo dictum, & mirabile, & signum facit, aut inducit signum ad confirmationem dictorum suorum, aut non: quando enim non inducit in confirmationem, dicendum quod potest mentiri, & dicta sua poterunt esse falsa, neque confirmantur signo, aut miraculo falso, cum illud signum, vel portentum non inductum fuerit ad confirmationem, vel probationem dictorum: si autem inducatur signum in confirmationem dictorum, aut dicit ille propheta ea, quæ vult asserere antequam præmittat signum,

A aut postea, si verba præcedunt sit sufficienter probatio, & confirmatio per miraculum, vt si ille dicat, dominus mandat vobis facere hoc, aut illud, & in signum huius ecce suscitabitur iste mortuus, vel eueniet talis res, si illud fiat, quod dixit, sufficienter probatur verum esse, quod asseruit, & in hoc casu habet verum regula posita Deutero. 18. c. ad cognoscendum, quando propheta locutus est ex parte Dei, & quando non. Nam si signum, quod prædixit non euenierit planum est, quod Deus non fuit locutus, quod iste asseruit, nec a Deo missus est, sed de corde suo finxit. Si autem euenit signum, quod ille dixit, certum est, quod vera sunt verba, que asseruit, & a Deo missus est propheta, & hoc modo, nunquam pseudo prophete poterant facere miracula, aut signa, quæ probant dicta sua. Si autem prius faciat propheta miraculum, vel signum, & postea dicat, mandat vobis Deus occidere istum hominem, vel facere hoc, aut illud, non confirmatur dictum per signum, licet propheta velit inducere illud in probationem, eo quod iam signum illud factum est, neque potest non esse, & si per illud confirmarentur ea, que postea dicuntur, non possent propheta postea mentiri, quod falsum est. Quod patet, quia aliàs mendacia sua omnia confirmaret illo signo, quod est absurdum, & ideo signum prius factum non probat ea, quæ postea dicuntur vera esse. Ratio huius est, quia Deus non potest esse testis iniquitatis, & mendacij, & cum miraculum per Deum fiat, non faciet illud petente homine, si ad probandum falsum illud perat, quia tunc Deus esset testis, & auctor mendacij: & quia si quis dixit aliquid esse verum, aut a Deo dictum esse, & in huiusmodi probationem addit, quod fiet tale miraculum, aut signum, si illud sequatur Deus illud facit, & attestatur verum esse, quod dictum est, & nunquam falsitati attestatur, ideo sufficienter probatur hoc modo verbum præcedens verum esse, sed quando iam factum est signum, vel miraculum, & sequuntur verba, non potest miraculum illud prodesse in confirmationem futurorum verborum, cum Deus non ostendar aliquid in testimonium illorum, & ideo taliter faciens signa potest mentiri. Et iste est casus Deutero. 13. c. de propheta, qui prædixit signa, & portenta, & euenerunt. Et postea dixit, eamus, & colamus Deos alienos. Iubet enim Deus non audendum talē prophetam, sed occidendum, quia Deus non iussit illud dici eodem cap. & 18.

Alio modo potest dici, quod quando prophete inducunt in probationem dictorum suorum signa aliqua, quod probatio est sufficienter, si sint illa miracula, secus si non sint miracula, sed aliqua miranda, vt dictum est precedenti q. Et ratio est, quia miracula solus Deus facit, & ille non potest esse testis falsitatis, quia fidelis est, & seipsum negare non potest 2. Tim. 2. c. Et tamen seipsum, qui veritas est negaret, si mentiret approbans per miraculum suum aliena mendacia, ergo per miraculum, nunquam approbatur mendacium, & sic pseudo prophetæ miracula non faciunt. De admirandis rebus secus est, quia multe earum licet humanam potentiam excedant, non excedunt potentiam demonum, sed cum magi operentur virtute demonum, immo eis ministrantibus, poterunt facere ista admiranda in confirmationem mendacij. Sed de illis dicendum, quod non faciunt probationem dictorum, & talia erant pseudo Christorum, & pseudo prophetarum prodigia, & signa magna. Aliter adhuc potest dici, quod falsi prophete possunt deducere in probationem suorum dictorum miracula, & tñ illa non confirmant dicta sua, licet fiant post assertionem dictorum suorum, & hoc, quia illa videntur miracula, sed non sunt, eo quod falsa sunt. Nam si essent vera, essent miracula, sicut apparet

parens suscitatio mortuorum. Talia autem faciunt interdum falsi prophete, cum & ipsi videantur mortuos suscitare, & cæcos sanare, & huiusmodi, que non possunt fieri, nisi virtute Dei, & ista non probant dicta illorum esse vera, cum ipsa miracula non sint vera, sed apparentia. Sed obijcietur, quod si demones, & falsi prophete in virtute demonum possunt facere miracula apparentia, poterit quis falli circa ea, que sunt fidei. Nam miraculum est sufficiens probatio eorum, que dicuntur, si autem miraculum false, vel apparenter potest fieri, & non est homo certus, quoniam est verum, & quoniam falsum, poterit aliquis credere se vera miracula videre, & videbit falsa, & tunc dubitare possemus, an ea, que Apostoli fecerunt essent miracula, & consequenter an fides convenientibus probationibus esset introducta, quod absurdum est. Dicendum, quod possunt fieri signa mendacia, que videntur esse miracula, & non sunt, & ista non sequitur ex hoc inconueniens. Primo, quia signa mendacia, licet habeant a principio aliquem colorem, tamen postea deficiunt, sicut falsa suscitatio mortuorum. Nam postea apparet non esse vere suscitatum eum, qui dicitur suscitatus, & ita in alijs. Secundo, quia licet demones possunt fallere oculos nostros, ut aliquid videamur nobis videre, quod non videmus, tamen per hoc non trahuntur boni ad aliquid malum, quia Deus per cuius providentiam arcentur demones a malis, que facere volunt, non permittit illos fallere bonos, aut nullo modo facere talia circa ea, in quibus potest prejudicari salutem humanam, & si aliquid permittit hoc solum est quantum ad eos, qui mali sunt, & perituri. Sic dicitur 2. Thessaloni. 2. c. l. cuius adventus erit secundum operationem Satanæ in omni virtute signis, & prodigijs mendacibus, & omni seductione iniquitatis his, qui pereunt, & tamen dicendum, quod etiam quantum ad perentes, nunquam Deus permittit operari tam efficaciter, ut non possit intelligi an sint opera vera, vel fallacia, unde non est occasio erroris ex parte Dei.

Quomodo potest stare, quod electi in errorem inducantur.
Quæst. CXLII.

QUARETUR de hoc, quod dicitur, ut in errorem ducantur, si fieri potest, et electi, quomodo potest stare, quia electi non possunt errare. Dicunt aliqui, quod in hoc designatur magna seductio, quam faciet antichristus, nam tot homines subijciuntur ei, quod etiam electi videbuntur ei subijci, sed non subijciuntur. De hoc dicit Grego. 15. lib. Mora. cum antichristus coram carnalium oculis miranda prodigia fecerit post se tunc homines trahet, quia qui presentibus bonis delectantur potestati illius se absque retractione subijciunt.

Sed dicendum, quod non accipitur de antichristo, sed de falsis prophetis, qui faciebant signa multa ante eversionem Ierusalem, & isti multos seducebant. Et tunc dicendum, quod ponitur hoc, non ad ostendendum, quod electi aliqui seducerentur, sed ad manifestandum, quod tanta erat vis seductionis, quod non solum mali, sed etiam boni erant in periculo. Sic dicit Origenes super Matthæum, scilicet exaggeratorius sermo est dicens, si possibile est, ut in errorem ducantur etiam electi, non enim pronunciauit, neque ostendere voluit, quod in errorem mittentur electi, sed ostendere vult, quod valde persuasorij sunt sermones hereticorum, & commouere potentes etiam eos, qui prudenter agunt.

Alij dicunt, quod in hoc significatur, quod electi possunt interdum titubare, & parum vacillare, sed non possunt cadere, vel non cadunt. Istam autem titubationem hic designauit. Sic dicit Grego. 3. lib. Mora. Electorum cor trepida cogitatione concutitur, & tamen eorum constantia non mouetur, vtrum-

que autem eadem sententia dominus complexus est, quasi enim iam errare est in cogitatione titubare, sed si fieri potest subiungitur, quia fieri non potest, ut in errorem electi capiantur.

Alij dicunt, quod quidam sunt vere electi, scilicet secundum diuinum iudicium, & hi non cadunt in errorem, alij autem videntur electi in oculis hominum, & non sunt, & isti cadunt in errorem. Sic dicit Rabanus, scilicet non id hoc dicit, quod electio diuina frustratur, sed qui humano iudicio electi videbantur in errorem mittentur.

Dicendum, quod hec difficultas de errore electorum est quantum ad vltimum errorem, scilicet per finalem impenitentiam. Nam in talem errorem, nunquam incidit, qui electus est, quia sic frustraretur diuina electio, sed de errore, dum viuunt, non est dubium, quin electi possint peccare mortaliter, & semper peccent, & sicut peccant in peccatis actionum, ita & in fide possunt peccare, sed ante mortem penitentur, & forietur effectum electio, nunc vero non agitur de errore vltimo electorum, sed de illo, quo errarent, qui crederent falsis Christiis, & pseudo prophetis ante eversionem Ierusalem, & ideo etiam si electi aliqui in his errarent non esset inconueniens, sed non errauerunt, quia Christus non pronunciauit, quod erraturi essent, ut Origenes dicit, & hoc fuit, quia pronunciauit eos cauere ab his, quia aliam etiam aliqui ipsorum errarent.

Sed dicendum, quod electi possunt accipi dupliciter. Vno modo, quod omnes, qui de Iudæis in Christum crediderant vocarentur electi respectu Iudæorum, qui credere noluerant, scilicet quod istos Christus elegerat applicando ad se, ut in ipsum crederent, & alios non elegerat, sed in sua infidelitate reliquerat. Alio modo, quod vocentur electi predestinati ad vitam æternam, non electi autem, qui non predestinati sunt. Accipiendo primo modo est sensus, quod non solum Iudæi deciperentur per illos falsos Christos, ut eis crederent, sed etiam Christiani conuersi de Iudæis in periculo erant ad hoc, quod seducerentur propter magnitudinem signorum.

Accipiendo secundo modo est sensus, quod non solum Iudæi, sed etiam aliqui Christiani conuersi de Iudæis deciperentur per signa illa, sed isti essent non electi, qui fidem infirmiore habebant, electi vero, id est predestinati, qui firmiorem habebant fidem, licet in periculo essent, non erant finaliter seducendi, quia fides in eis preualeret.

Quare Christus dixit, si ergo dixerint vobis, ecce in deserto, &c. Quæst. CXLIII.

QUARETUR quare Christus dixit, si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, in quo presupponitur, quod aliqui dicerent tunc Christum esse in penetralibus, alij eum esse in deserto.

Dicendum putant quidam vocari gentiles desertum, & hereticos penetralia, & hi mentiuntur apud se esse Christum, vel salutem, sed non est. Sic dicit Hiero. super Matthæum, scilicet. Siquis ergo promiserit vobis, quod in deserto Gentilium, & Philosophorum dogmate Christus moretur, aut in hereticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana, nolite credere, sed quod in ecclesijs ab Oriente in Occidentem fides catholica fulget.

Sed manifestum est hoc mysticum esse, quoniam Christus non loquebatur de his, & ideo oportet dare sensum aliquem literæ, qui sit literalis, & quem Christus voluerit.

Alij

Alij dicunt, quod de antichristo intelligitur quem velut Christum verum in varijs locis sui discipuli esse predicabunt. Sic dicit Hilarius super Matthæum. Nam pseudo prophete, de quibus supra dixerat nunc in deserto Christum esse dicent, ut homines errore deprauent, nunc in penetralibus asserent eum esse, ut homines dominantis antichristi potestate concludant.

Sed dicendum, quod ut iam sepe dictum est, non intelligitur de antichristo, sed de falsis Christiis ante eversionem Ierusalem. Ponitur autem, quod esset Christus in deserto, aut in penetralibus propter duo. Primo & precipue ad signandam rem occultam, nam ista duo loca sunt occulta, penetralia, & desertum, penetralia quidem, quia nemo illuc intrat, nisi is, cuius sunt, desertum vero, quia pauci illuc vadunt, cum nemo ibi habitat. Et ponitur de loco occulto, quia si in publico Christus esset, nemo alteri diceret: Ecce illic est, aut illic, quia quilibet illum videret, sed quia est in occultis potest vnus videre eum, & alius non, & vnus diceret alteri, ecce in tali loco est Christus.

Secundo ad tollendum id, quod subditur, nolite exire. Nam Christus dixit discipulis, quod quidquid eis diceretur de Christo non irent ad videndum eum, si autem ipse, qui Christus diceretur esset in publico non oporteret ire ad videndum, quia quisque eum sic videret, cum vero esset in locis occultis, aut semotis, quicunque eum videre vellet, oporteret, quod iret illuc, ideo ut Christus diceret discipulis, quod non irent ad videndum eum, qui Christus diceretur, debuit dicere de locis occultis, & semotis, id est de deserto, & penetralibus.

Quare illi, qui se dicerent Christum essent in deserto, aut in penetralibus. Quæst. CXLIII.

SED QUARETUR quare illi, qui se dicerent Christum essent in deserto, aut in penetralibus.

Dicendum, quod primo erat, quia isti, qui se Christum vocabant, volebant prouocare populum ad rebellandum Romanis, & quod ipsi essent principes populi, sicut Iudæi credebant, quod Messias eos liberaret de potestate Gentilium, & restitueret regnum Ierusalem in antiquam dignitatem, & ad hoc oportebat, quod huiusmodi homines prius facerent allocutionem ad populum, & animarent eos ad se. Hoc autem non audebat facere publicè propter timorem Romanorum, qui dominabantur in terra illa, & ibi multos milites in armis semper habebant, & cum videbant aliquam conspirationem, aut factionem statim soluebant illam, & auctores occidebant, sicut sepe factum narrat Iosephus per Romanos preces in li. Antiqui. & de Bello Iudaico. Et ob hoc isti vocabant in secreto ad se multos, & sic congregabant ad se multitudinem. Et erat ordo procedens, quod primo isti loquebantur in secreto, in penetralibus, & cum ibi animassent aliquos exibat in deserto, & ibi colligebant multitudinem ad se, ut venirent postea contra Romanos, sic n. fecit Theodas, qui vocauit populum, ut sequerentur illum ultra Iordanem, ut colligitur Actu. 5. c. & per Iosephum lib. 20. Antiqui. & de Aegypto viro sic fuit, qui in deserto congregauit ad se licarios ultra tria millia Actu. 21. c. Et iste volebat venire contra Romanos in Ierusalem ex parte montis Oliueti, ibi enim ad se sicarios quosdam, & rusticam multitudinem collegerat, & pollicitus erat, quod eo iubente murus Ierusalem ex illa parte concideret, & sic irruerent in urbem, ut patet per Iosephum 20. lib. Antiqui. & 3. lib. de Bello Iudaico. conuenienter ergo in penetralibus, & deserto erant.

Secundo propter populum, cui suadere volebant. Nam illi credebant, quod Messias regnaturus esset

temporaliter, & ideo si aliquis se Christum publice vocaret, non veniens in potestate magna, non crederetur ei, ob hoc prius in secreto manebant, & aliquos ad se conuocando paulisper suadebant Christum esse, & excubant se, quod non venirent in potestate magna, & cur nondum liberarent populum, & dicebant hoc esse, quia nondum erat tempus, sed statim esset, & tunc ipsi venirent in potestate, & liberarent populum de manu Romanorum, & aliorum Gentilium. Sic innuitur Luc. 21. c. Multi venient in nomine meo dicentes, ego sum, & tempus appropinquabit, id est statim erit tempus ostendendi statum Messie, & liberandi gentem, & restituendi regnum Israel.

Tertio propter Romanos: dominabantur Romani Iudæis, qui non habebant regem, nisi Cæsarem, ut ipsi dixerunt Ioan. 18. c. & pertinebat regnum illud ad domum Dauid, & audierant Romani de Messia quem Iudæi expectabant, & dicebant illum dominaturum in magna potestate. Statim ergo, ut Romani audirent aliquem esse Christum, quod est nomen regis niterentur illum occidere. Sic enim Herodes audito, quod natus esset rex Iudæorum, parauit ei insidias, quasi vellet eum adorare, sicut Magi, cum vellet illum occidere, & occidit pueros supra 2. c. ideo nemo talium audebat publicè se Christum vocare, aut comparare in urbibus, sed in penetralibus erat, aut in deserto quousque aggregaret sibi populum, ita ut non solum non timeret iam Romanos, sed & posset eos inuadere.

Quomodo omnes istos Iudæi esse Messias credere poterant, cum vnicus esset Christus futurus.

Quæst. CXLIII.

QUARETUR quomodo Iudæi poterant credere omnes istos esse Messias, aut Christos, quia Christus vnicus futurus erat.

Dicendum, quod verum est vnicum esse, & ab eis vnicus futurus credebatur, sed ad hoc dici potest vno modo, quod istos esse Christos non credebant Iudæi. Nam neque Iesum, qui verus Christus erat, crediderunt esse Messiam, neque Iudam Galileum, qui ante eum venerat, & dixerat se Messiam, neque etiam Theodam, ut dicit Gamaliel peritus inter Phariseos Actu. 5. c. Sed aliqui de plebe, & pauci secuti fuerant eos. Nam Theodam soli quadringenti viri secuti sunt e. c. Iudam vero Galileum pauci, qui cito dissipati sunt, ita autem quantum ad ceteros, qui hoc nomen usurpabant, erat, quia non sequebatur eos totus populus, sed pauci. vel si velimus dicere multos comparatiue, eo quod Christus dixit, quod isti pseudo prophete multos seducerent, tamen nunquam totus populus aliquem eorum secutus est. Et hoc, quia respiciebant regulam illam, quam dedit Gamaliel de Christi discipulis, quod recederent ab eis, & non persequerentur illos, quia si ex Deo erat res illa, non poterat dissolui. Si autem ex hominibus erat consilium dissolueretur Actu. 5. & quia ita fuit, quod consilium, & apparatus omnium, qui se Christum dixerunt cito dissolutum est, apparuit quod ex Deo non erant, & ita non sequebatur eos populus totus, precipue periti viri, & scientes legem.

Secundo potest dici, quod licet Iudæi crederent esse vnicum Messiam, sequebantur omnes istos, eo quod neminem pro certo tenebant esse Messiam. Nam insurgebat vnus asserens se Messiam, & interim putabatur ab aliquibus esse Messias, sed illo dissoluto nemo credebatur fuisse eum Christum, sed seductorem, sed cum alius venire illum credebatur esse Messiam, quousque similiter dissolueretur, & sic semper vnus esse credebatur, sed ille nunquam inueniebatur.

Sed quid si multos simul esse contingeret, sicut cum quidam

quidam dicerent, ecce Christus est hic, alij dicerent, ecce est illic, quomodo de his crederetur.

Dicendum, quod de neutro eorum credebatur totus populus, quod esset Christus, sed quidam de vno alij de alio, & qui vnum credebant esse Christum, aut nihil de alio audierant, aut non credebant esse Messiam, & ita semper vnus credebatur.

Sed dicitur cum populus videret se toties falli per eos, qui se Christum dicebant, quomodo subsequentes admitterat sub nomine Christi?

Dicendum, quod erat primo ex desiderio libertatis. Romani enim valde premebant Iudeos potissime tempore Albini, & Flori presidum, ita vt propter immanitatem tyrannidis compellerentur Iudei rebellare Romanis, & quia credebant se per Christum liberandos desiderabant illum venire, & tanto desiderio tenebantur, qd facili presumptioni credebant, ideo audiendo, quod aliquis esset Christus, statim dicebant verum esse, aut credebant.

Secundo erat, quia Deus permittebat Iudeos cadere in hunc errorem, eo qd ipsi non receperant eum, qui erat verus Christus, reciperent eos, qui falsi erant. Theſalo. 2. c. scilicet cuius aduentus erit secundum operationem Satane in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his, qui pereunt, eo qd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, & vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

Tertio erat, qd tempus iam erat, vt veniret Messias. Nam iam complete erant hebdomade Danielis, vt veniret Christus, & ideo quotidie populus suspensus erat de aduentu Messie, & quicumque diceretur Messias, facile erat ei credere. Vnde etiam cum aliquis non diceret se Christum, si aliquem modum sanctitatis saltē sicte haberet, putabatur esse Messias. Sic cum Ioannes Baptista videret in deserto putabant eum esse Messiam: Luc. 3. capitulo, immo & miserunt Iudæi nuncios ad Ioannem ad querendum ab eo, an esset Christus Ioan. primo capitulo. Et data qualibet facili suspitione credebant eo tempore de aliquo, qd esset Messias, & quia omnes illi, qui veniebant vsurpantes hæc nomina aliqualem colorem habebant, credebatur ab aliquibus de quolibet eorum, quod Messias esset.

Quare Christus dixit, si dixerint vobis ecce in deserto est, nolite exire. Quest. CXLV.

Quare Christus dixit, si dixerint vobis ecce in deserto est nolite exire, quia satis erat, quod non crederent esse Messiam aliquem venientem.

Dicendum, quod fuit vnum ad hoc, quod aliqui putarent audito, quod Christus veniret, quod esset ipse verus Christus, qui nunc eis loquebatur, & ideo vellent videre an ipse esset, & quia dicebatur, qd erat in deserto, aut in penetralibus volebant videre eum, vt ex vultu agnoscerent an ipse erat, hoc autem rationabile erat, quia putabant, quod venturus esset Christus ad regnandum temporaliter aliquando, & ita post resurrectionem suam, & ascensionem, cum nondum regnasset temporaliter audito, quod aliquis quem non videbant se Christum vocare, crederent, aut suspicarentur apparuisse rursus verum Christum, & vellent ire ad eum videndum. Dicit autem Christus, quod non vadant, quia frustra erit, cum non sit ipse, sed aliquis falsus Christus.

Secundo potest accipi, qd de alio intelligatur, id est

quod credentes cum audirent aliquem vocari Christum non putarent esse eum, in quem crederant, id est Iesum, sed aliquem alium, & tunc non licebat exire ad videndum istos, quia qui videre volebat iam dubitabat de vero Christo, in quem hætenus crederat. Nam si firmiter crederent, non irent ad querendum aliquem alium dubitantes de illo, an esset.

Tertio, quia dato, qd non crederent aliquem horum esse Christum, sed eum, qui verus erat, sed vellent ire ad videndum eos, qui talia nomina vsurpabant solent ex quadam curiositate, erat incontentiens, quia alij credentes, qui minus firmi erant scandalizarentur putantes, quod isti irent ad videndum, quasi dubitarent de Christo, in quem crederant, & monerentur ipsi ad magis dubitandum. Etiam quantum ad non credentes esset occasio contemnendi credentes, quia viderent, aut putarent eos debilitate radicos circa Christum suum, cum de alio Christo cogitare potuerint, cum vero audito de quolibet horum Christorum non mouerentur saltem ad eundem, vt viderent quis erat iste veniens, apparebat eos multum solidatos in fide de Christo, quasi nihil aliud eis in mentem venire posset.

Ad quid Christus dixit, sicut enim fulgur exit ab Oriente vsque in occidentem, ita erit filij hominis aduentus. Quest. CXLVI.

Quare Christus dixit, sicut enim fulgur exit ab Oriente vsque in Occidentem, ita erit aduentus filij hominis.

Dicendum, quod Christus hic voluit dicere de suo aduentu, & posuit conditionem eius. Causa autem prima erat, quia quæsterant discipuli de isto aduentu, & ideo debuit de illo respondere. Secunda fuit, quia in veritate Christus venturus erat, ideo conueniens erat dici, quod veniret. Tertio ad non infringendam opinionem discipulorum pro nunc. Nam illi credebant Christum venturum ad regnandum temporaliter, & si moreretur, sicut statim futurum erat, scilicet post triduum, & non diceret eis de aduentu suo, putarent eum non venturum cum iam mortuus esset. Dixit ergo de aduentu, & de modo aduentus, vt postquam mortuus esset, non disperaretur de suo aduentu. Quarta fuit, quia Christus aliquando venturus erat, & voluit conditionem aduentus designare, vt sciretur in quali modo veniret, cum non esset venturus, sicut prius venerat. Quinta & præcipua fuit, quia voluit ostendere differentiam inter aduentum suum, & eorum, qui hoc nomen Christi sibi vsurpabant, vt non fallerentur credentes circa illos. Nam de illis dicendum erat, ecce Christus est in deserto, ecce est in penetralibus. Et dicit Christus, quod per hoc agnosceretur illos esse falsos Christos. Nam verus Christus, quando veniret non esset in penetralibus, aut in deserto, ita vt opus esset ire ad videndum eum, & dubitari posset de eo, sed ita manifestus erit, quod subito ab omnibus videbitur, & nemo de eo poterit dubitare, an ipse sit.

Et sciendum, qd licet discipuli, quando nunc quærebant de aduentu Christi, acciperent de aduentu eius ad regnandum temporaliter, & nullus talis aduentus futurus erat, tamen respondit de aduentu suo, qui erit ad iudicandum in fine seculi, & discipuli non putabant tunc de tali aduentu, sed de aduentu ad regnandum temporaliter, & Christus noluit eis declarare, qd non esset venturus ad regnandum temporaliter, quia nunc scandalizaret, & quia ipsi aliquando credituri erant, qd Christus veniret ad iudicandum mortuos, & non ad regnandum temporaliter, voluit nunc dicere qualiter veniret

veniret tunc. Est autem modus iste sic in apparitione fulguris. Nam fulgur licet moueatur per aerem, non apparet successiue, i. qd nunc appareat in vna terra, & post aliquantum temporis in alia, sed subito cum gignitur apparet super totum horizontem illius hemispherij, in quo gignitur. Sic Christus, cum venerit ad iudicandum, erit manifestus omnibus hominibus. Et hoc propter duo, primo quia veniet in maiestate, & apparatu magno, sic dicit infra in litera, s. & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa, & maiestate. Et ista fuit causa, quare in primo aduentu non fuit Christus cognitus ab omnibus, scilicet, quia venit pauper, & sine apparatu aliquo, & nisi fuisset propter magnitudinem miraculorum, qualia nemo ante eum egit. Ioan. 1. 5. cap. quæ fecit postquam cepit prædicare, s. in anno tricesimo vitæ eius, Luc. 3. ca. & per sequens triennium vsque ad mortem, nemo eum agnouisset, aut credidisset in eum. Nam in triginta annis præcedentibus a nemine agnitus est, sed vt simplex homo conuersabatur.

Secunda causa est, quia cum apparuerit secunda vice omnes homines erunt coram eo. Nam veniet ad iudicandum, & ideo in circuitu eius erunt omnes homines, quia omnes iudicandi sunt, aut iudicaturi, sic dicitur sequenti cap. Cum venerit filius hominis in maiestate sua congregabuntur ante eum omnes gentes.

Quare Christus fulguri aduentum suum assimilauit. Quest. CXLVII.

Secundo queretur cum Christus voluerit dicere per hoc exemplum de fulgure aduentum suum omnibus hominibus futurum manifestum: quare dixit de fulgure, quia potius poterat notificare per alia, scilicet, per Solem, aut Lunam, vel astra, quia ista manifestiora sunt, quam fulgur propter luminis multitudinem. Secundo, quia quando Christus veniet, erit in maiestate regni sui, & tamen ad ostendendum gloriam regni sui, non assimilatur fulguri, sed soli. Sic patet supra 17. cap. cum supra 16. cap. dixisset quosdam discipulos non morituros quousque viderent eum venientem in regno suo, id est, in gloria regni sui transfigurauit se, vt istam gloriam ostenderet. Et in transfiguratione dicitur, quod fuit vultus eius resplendens sicut Sol, & vestimenta eius sicut nix, & non dicitur de fulgure, ideo hic de Sole potius debuit dici. Nam etiam Sol quando apparet, ostenditur omnibus existentibus in illo hemispherio.

Dicendum, qd posuit Christus similitudinem de fulgure potius qd de Sole, aut Luna. Primo, quia agitur hic de aduentu ad iudicium, qui aduentus erit terribilis. Nam dicitur infra in litera, qd apparebit signum filij hominis, & tunc plangent omnes tribus terræ. Fulgur autem est aliquod exterrens homines, Sol vero & Luna, & cætera astra non exterrunt, sed potius suo lumine valde demulcent, quia dicitur Eccles. 1. r. cap. Dulce lumen, vel delectabile est in oculis hominum videre Solem, ideo magis competit fulguri ad designandum illum aduentum, qd Soli aut astris alijs.

Secundo, & principaliter propter modum apparitionis. Nam Christus vult hic ostendere, quod apparitio sua erit subita, & omnibus manifesta, & ad hoc magis conuenit conditio in fulguris apparitione, quam Solis, quia Sol semper circuit coelum, & per motum suum aliquando est supra horizontem, & aliquando infra: & cum est in vna parte mundi, non videtur ab alijs, quæ sunt in alio horizonte: & ad hoc, quod videatur ab his, a quibus non videbatur, venit ad eos per motum, & ita successiue facit se videri ab hominibus. Fulgur autem non circuit. Tolk. in Matth. Pars VI.

cuic coelum, sed in parte illa caeli, in qua gignitur, apparet, & dum ibi est videtur simul ad Orientem, & Occidentem, id est, super totum horizontem, etiam si non moueatur, ideo apparitio fulguris magis similitur apparitioni Christi ad iudicium venientis, quam apparitioni Solis, aut Stellarum. De hoc dicit Chrysostomus in homilia, scilicet, sicut supra dixit qualiter Antichristus venturus est, ita, & per hoc ostendit qualiter ipse sit venturus, sicut enim fulgur non indiget annunciante, sed in instanti, & momento temporis monstratur secundum vniversum orbem terrarum, & his, qui in thalamis sedent: ita aduentus Christi simul apparebit vbique propter gloriæ fulgorem.

Quare dixit Christus: Vbiunque fuerit corpus ibi congregabuntur Aquilæ. Quest. CXLVIII.

Quare Christus dixit: Vbiunque fuerit corpus ibi congregabuntur, & Aquilæ, quod apparebit subito omnibus hominibus, sicut fulgur apparet.

Dicendum, quod dubitaret aliquis, quomodo hoc poterat esse, ideo hic ostendit qualiter erit, s. per hoc, qd in loco, in quo Christus apparuerit erunt omnes homines simul, ideo videbitur eum, & hoc quia omnes conuenient ad eum, & quia aliquis diceret, quomodo conuenient omnes homines in locum vnum. Dicit Christus, qd erit sicut fit in cadauere, & vulturibus, aut Aquilis. Nam licet sit cadauer ad multam distantiam: istæ aues per odorem sentiunt a remotissimis partibus, & congregantur ad cadauer, vt illud lacerent, & denorent. Sic vbi fuerit Christus apprensus venient omnes homines quantumcumque iude distent. Et hoc est, quod dicitur: Vbiunque fuerit corpus, id est, vbi est cadauer congregantur Aquilæ, id est, aues similes, scilicet, corui, vultures, Aquilæ. Sic dicit Hierony. super Matt. scilicet, de exemplo naturali quod quotidie cernimus instrumur in Christi sacramento. Aquilæ enim, & vultures etiam transmarina dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiusmodi congregari. Si ergo irrationabiles volucres naturali sensu tantis terrarum spatijs separata paruū cadauer sentiunt, vbi iaceat, quomodo magis omnis multitudo credentium debet ad Christum festinare?

Dicitur autem vbiunque fuerit, quia est oratio imperfecta, quantum ad intentionem Christi, s. sicut vbiunque fuerit corpus, i. cadauer, congregantur illuc statim Aquilæ, & vultures: ita vbi fuerit Christus apprensus, congregabuntur illuc omnes homines. Et posuit conueniens exemplum, quia dixit vbi fuerit corpus, s. qd corpus immobilitate stat: Aquilæ vero ad illud mouentur, ita Christus in suo aduentu ad iudicium erit, sicut cadauer illud, s. quia non discurret per mundum ad hoc qd videatur, sed apparebit in loco vno, id est, in loco passionis suæ, siue in valle Iosaphat, aut alicubi, & illuc conuenient omnes homines. Nam resurgent mortui, & deportabuntur ab Angelis ad locum iudicij, & ibi omnes videbunt Christum.

Quare Christus dixit de Aquilis: Illuc congregabuntur, & Aquilæ, cum hoc vultures potius faciant. Quest. CXLIX.

Quare Christus dixit de Aquilis: Illuc congregabuntur, & Aquilæ. Nam hoc vultures faciunt potius.

Aliqui dicunt, qd licet hoc coruis, & vulturibus conueniat, tñ de Aquilis dictum est, qd sanctos significare voluit, qui propter volatum Aquilæ dicuntur. Sic dicit Hila. super Matth. scilicet, Vnde ne loci, in quo fuerit P p ius

Fulgur terret hoies.

Quare dicitur vbiunque fuerit

rus esset, esse ignari, dicit, vbiunque fuerit corpus, &c. sanctos enim de volatu spiritualis corporis Aquilas nuncupavit, quorum congregantibus Angelis conuentum futurum in loco passionis ostendit, & digne illic claritatis aduentus expectabitur, vbi nobis gloriam æternitatis passione corporeæ humilitatis operatus est. Et est sensus literæ secundum Hilarium: Vbiunque fuerit corpus, ibi congregabuntur, & Aquila, idest, in loco, in quo corpus Christi mortuum fletit, quando erat corpus, siue cadaver, & non homo: Illuc congregabuntur Aquilæ, idest, conuenient sancti ad iudicium. Et quasi eundem sensum tenet Orige. super Mat. dicens. & non dixit, vbiunque fuerit corpus, ibi congregabuntur corui, aut vultures, sed Aquilæ, volens ostendere magnificos, & regales omnes, qui in passionem Domini crediderunt. Hierony. quoque super Mat. ait: Aquilæ enim appellantur, quibus renouata est, vt Aquilæ iuuentus, & qui assumunt pennas, vt ad Christi veniant passionem.

Sed dicendum, quod istæ expositiones sunt mysticæ, & non literales, scilicet, quod vocentur iusti Aquilæ propter spirituales volatum, sed necesse est de Aquilis, quæ sunt aues intelligi.

Secundo, quia tunc non probaret Christus conuenienter de aduentu suo, quod tunc videretur ab omnibus hominibus. Nam ipse intendebat ostendere, quod aduentus suus non erit occultus, ita vt de illo dubitari possit, & possit quis dicere, ecce in penetralibus est Christus, aut in deserto, sed quod omnibus hominibus erit manifestus, & tamen si Aquilæ pro iustis accipiantur non significatur ad aduentum Christi conueniunt omnes homines, sed solos iustos, ideo non accipitur sic.

Tertio, quia præter hoc, quod vult probare differentiam inter apparitionem suam, & falsorum Christorum vult adhuc conditionem aduentus sui ostendere. Tunc enim omnes homines conuenient ad ipsum, sicut dicitur seq. cap. quod congregabuntur ad eum omnes gentes, & tamen non significatur ista conditio accipiendo Aquilas pro iustis.

Dicendum igitur, quod non accipiuntur Aquilæ pro iustis, neque pro aliquibus hominibus, sed est comparatio, vt dictum est præced. quæst. f. quod sicut vbiunque est cadaver, statim congregantur Aquilæ, corui, & vultures quantumcumque distent: ita cum Christus venerit ad iudicandum, statim occurrent omnes homines in locum, in quo Christus apparuerit, licet in partibus distantissimis orbis iacuerint, vel sepulti fuerint. Et dicendum, quod poterat illuc dici congregabuntur Aquilæ, uel corui, aut vultures, quia ista solent conuenire de volucris ad deuoranda cadauera. Et ita ponit Orige, de tribus his super Matth. vt dictum est. Et etiam Hiero. Sed dicendum, quod de coruis dici non debuit, quia non conueniebat exemplo Christi. Nam ille volebat innuere, quod quantumlibet distent istæ volucres a caduere statim veniunt, & hoc non possunt facere, nisi per odorem, quia a longinquis regionibus per odorem percipiunt, vbi iaceant cadauera, sed hoc non conuenit coruis: non enim a longinquo per odorem apprehendunt cadauera, sed hoc habent vultures, & Aquilæ. Sic dicit Hiero, super Matth. Aquilæ enim, & vultures etiam transmarina dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiusmodi congregari, ideo non debuit dici de coruis.

De vulturibus quoque non dictum est, licet odoratus eorum perspicacior, aut acutior sit, quæ Aquilæ, & hoc propter duo. primo, quia forte in terra Chanaan, in qua Christus loquebatur, non abundant vultures, & abundant Aquilæ: & quia exempla poni debent per res notas, dixit de Aquilis, quæ congregantur ad cada-

uera, & non de vulturibus. Secundo, & præcipue fuit, quia nominare vulturē non comperebat ad intentionem Christi, sed Aquilam. Et ratio est, quia Christus volebat ponere conditionem sui aduentus, quantum ad modum congregationis Sanctorum, & omnium aliorum hominum. Et ista congregatio duas conditiones habet. Prima est, quod de quacunque parte terrarum, in qua fuerint mortui, resurgent, & conuenient ad locum, in quo Christus fuerit. Secunda est, quod ista congregatio fiet subito, sin momento, & in istu oculi, sicut dixit Apostolus. 1. Corin. 15. cap. Quantum ad primam bene conueniunt vultures, & Aquilæ, immo & fortassis vultures acutiores sunt in odoratu, vt de longinquo vultures moueantur ad veniendum. Secunda tamē conditio etiā, quæ est præcipua deest vulturibus, quæ sunt tardi volatus, & pigre veniunt: & ita non conueniunt ad innuendum subitanam congregationem omnium hominum, quam tamen Christus intendit innuere: Aquila autē valde conuenit ad hoc, quia est impetiosus celeris, & fortis volatus, & subito transuolat magnam regionem. Et ob hoc Deus comparat fortitudinem, quæ ipse dat sanctis volatui Aquilarum, quia fortis est; Ita. 40. cap. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas, vt Aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Et ista est vera causa, quare Aquilas nominari fuit conueniens, & non vultures, neque coruos, licet hi quoque ad cadauera conueniant.

Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & Stellæ cadent de caelo, & virtutes caelorum commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in caelo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa, & maiestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis caeli a fummis caelorum usque ad terminos eorum.

Statim autem. Descripta supra responsione ad vnam questionem discipulorum: ponitur hic responsio ad aliam. Nam quaesierant discipuli tria, de tempore euerisionis Ierusalē, & de aduentu Christi, & consummatione seculi: multi volunt esse vnam questionem, in quo non differt. Nam dixerunt: Dic nobis quando ista fient, & quod est signum aduentus tui, & consummationis seculi. Respondit autem Christus ad primam de euerisione Ierusalē ponendo omnia, quæ præcessura erant, & circa quæ expediebat instrui, & cauere credentes tempore illo, ideo nunc transit ad secundum, scilicet, vt de aduentu suo dicat qui est simul cum seculi consummatione.

Sed in hoc considerandum, quod de aduentu suo loquitur hic Christus dupliciter. Vno modo, vt distinguat illum ab aduentu, vel apparitione falsorum Christorum, qui venturi erant ante euerisionem Ierusalē. Alio modo, vt dicat de vero aduentu suo, qui est futurus ad iudicandum, & de circumstantijs eius. Primo modo dicit de aduentu suo supra eum loquebatur de falsis Christi: ostendens quod illorum aduentus esset occultus: ita vt diceretur de eis, ecce Chrs in deserto est, aut in penetralibus. Inus vero aduentus non sic, sed manifestus, ita vt nemo de illo posset dubitare, sicut est de apparitione fulguris.

Secundo

Congregatio illorum ad iudicium duas conditiones habet.

Ioan. 2. Mar. 13. Luc. 21. Mar. 13.

Mar. 13. Luc. 12.

De Christi aduentu.

Secundo modo agit hic ostendendo de aduentu suo, quas habebit circumstantias, & signa præcedentia. Et iste aduentus est in fine seculi, & ita dicendo de hoc simul responder ad quaestionem de aduentu Christi, & de consummatione seculi. Et diuiditur in duo, quia primo ponuntur signa præcedentia iudicium. Secundo describit iudicium aduentum, ibi.

Signa iudicij præcedentia sunt expositio- ne quorumdam.

Et tunc apparebit. Circa primum dicitur. Statim autem. Putant aliqui accipi continuatue ad tempora Antichristi, quasi in litera præcedenti actum fuerit de apparitione Antichristi. Post tribulationem illorum dierum. Scilicet, dierum, in quibus Antichristus vixit, & turbauit Ecclesiam, sic enim exponunt, qui volunt literam præcedentem accipi de aduentu Antichristi, sed de hoc statim in quaestionibus dicitur quid sentiamus. Sol obscurabitur. Ita sunt signa aliqua præcedentia ad iudicium, vt communiter exponitur, & verum est. Et est vnum signum obscuratio caelestis luminis. Et Luna non dabit lumen suum. Erit defectus in maximis luminaribus, idest, Sole, & Luna. Ambo enim defectum patientur, vt ponetur. Et Stellæ cadent de caelo. Hoc fit, vt nullum luminare maneat, in quo non manifestetur aduentus ad iudicium. Nam cum Luna, & Sol obrebrantur cætera sidera, non solum obscurantur, sed aut de caelo cadunt, aut cadere videntur. alij ad cometas, alij ad viros ecclesiasticos referunt, vt dicitur. Et virtutes caelorum. Angeli sunt, qui vocantur virtutes caelorum, idest, virtutes existentes in caelo, quia non sunt corporalia entia, sed virtutes quædam, idest, spirituales substantiæ, siue intelligentiæ, vt Philosophi dicunt. Mouebuntur. Aliquis motus apparebit tunc in eis, non quod moueantur proprie: quia entia proprie spiritualia, & non alligata materiæ non mouentur, licet moueant, sed moueri dicuntur, quia motus aliquos ostendunt, quos ante non ostenderat. Et tunc. Scilicet, quando ista fient. Apparebit signum filij hominis. Idest, signum Christi, qui de se loquitur quasi de alio: ipse enim filius est hominis, quia est filius Virginis: & istud signum putatur esse crux in caelo, scilicet, in aere. Nam aer vocatur caelum, iuxta illud Lucæ 8. cap. Aues caeli comederunt illud, idest, volucres, quæ sunt in aere, vel in illo volant. Et tunc plangent. Scilicet, quando viderint signum Christi erit plangens iste dolotis quædam significatio, quia vel non crediderunt in Christum, vel quia cum persecuti sunt, & suos. Omnes tribus terra. Quia in omnibus tribus erunt aliqui, ad quos pertineat ista causa dolendi.

De quo tempore intelligitur ista litera. Quæst. C L.

Quæritur de quo tempore intelligitur ista litera. Aliqui volunt, quod intelligatur de his, quæ acciderunt ante euerisionem Ierusalē. Et patet primo, quia tota litera præcedens exposita fuit de eis, quæ euerisionem ante euerisionem Ierusalē, & tamen ista litera continuata videtur ad præcedentem, quia dicitur hic: Statim autem post tribulationem dierum illorum: ergo statim post præcedentia fuit hoc factum. Secundo patet, quia infra in litera narratis his, dicitur: non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant, sed generatio illa vocantur homines, qui tunc quæiebant: ergo omnia, quæ hic dicuntur fuerunt iam tempore illorum, quibus Christus loquebatur, aut statim post.

Dicendum, quod ista, quæ habentur in hac litera Alph. Tostan Matth. Pars VI.

non fuerunt ante euerisionem Ierusalē, sed accipiuntur de tempore aduentus Christi ad iudicium: ita enim exponunt omnes Doctores. Sic dicit Gl. scilicet, postquam Dominus præmonuit fideles contra seductionem Antichristi, & ministrorum eius ostendens se esse manifeste venturum, nunc ordinem, & modum sui aduentus demonstrat, & ita apparet ex tota litera applicando. Nam si quis voluerit singulas partes literæ exponere de tempore ante euerisionem Ierusalē, non patietur illud litera, sicut Remigius dicit.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quod licet dicatur statim non tenerit, quod sit post ea, quæ dicta sunt de falsis Christi apparitionibus ante euerisionem Ierusalē, quia non refertur ad ea, sed ad ea, quæ dicta sunt de apparitione Christi, sicut fulguris. Vel, statim, non signat tempus proximum, vt dicitur seq. quæst.

Ad secundum dicendum, quod non accipitur generatio hæc pro illa ætate hominum, qui tunc erant, sicut communiter accipitur, vel non refertur ad omnia hæc, sicut dicitur infra quæst. 153.

Quomodo potest stare quod dicitur: Statim autem. Quæst. C L I.

Quæritur cum supponatur præcedentem, quod ista dicantur de aduentu ad iudicium, quomodo dicitur: Statim autem.

Solet dici communiter, quod refertur ad præcedentia: dicunt enim, quod dictum fuerat supra de aduentu Antichristi, hic autem dicitur de aduentu Christi, & asserunt, quod verum est, quod post tribulationem dierum Antichristi, in quibus ipse durabit sequentur statim ea, quæ habentur hic: non quidem dies iudicij, qui incertus est, sed signa præcedentia ad iudicium, de quibus agitur inter hæc, & mortem Antichristi non dicunt esse aliquam moram. Ita dicit Nicolaus, quod vt dicunt statim Doctores post tribulationem Antichristi, antequam appareant manifesta signa iudicij erit tempus breue, in quo poterunt illi, qui decepti fuerint per Antichristum poenitere. Et hoc dicit figurari Apocal. 7. cap. Factum est silentium in caelo, quasi media hora. Istud autem tempus, vt dicunt, non durabit, nisi per quadraginta dies, vel circiter, & ideo dicitur statim.

Sed dicendum, quod hoc non est certum propter duo. Primo, quia supponitur, quod hoc quod supra dicebatur, intelligatur de Antichristo: & falsum est, quia, vt supra ostensum est, intelligitur de falsis Prophetis, & Christi, qui apparuerunt ante euerisionem Ierusalē.

Secundo, quia dicitur, quod post mortem Antichristi incipient statim signa aduentus Christi, & post quadraginta quinque dies, aut quadraginta qui dabantur deceptis ab Antichristo ad poenitendum. Nam non cõstat nobis, quod statim post Christi mortem erunt signa iudicij. Nam ista litera non dicit illud aperte.

Item exprimere quadraginta dies datos non videtur habere colorem, quia designare sic tempora non pertinet ad certificationem, quæ nobis datur per scripturam, quantum ad res futuras, quia semper est vniuersalis certificatio, & non per designationem temporum taxatorum.

Item quia non videtur ad quid dentur hi quadraginta dies ad poenitendum. Nam si post istos quadraginta dies esset statim dies iudicij, in quo morituri sunt omnes, qui viui inueniuntur, conueniens esset dari eos, vt in illis possent poenitere seducti per Antichristum, sed non est sic, quia licet incipiant signa præcedentia iudicij non est statim dies iudicij, & id dñ sunt signa illa est locus poenitendi, immo erit magna op-

P p x portu-

portunitas, quia p̄ timore eorum, quæ videbunt e-
uerentur multi, sicut dicitur Luc. 21. cap. Arescenti-
bus hominibus p̄ timore, & expectatione, quæ su-
perueniet vniuerso orbi; ideo non est positio illa soli-
da, sed satis dubia.

Dicendum, quod de aduentu ad iudicium accipitur
statim, scilicet, aliquāto tempore post Antichristi tri-
bulationem, non tamen ob hoc concedimus p̄ce-
dentem literam exponi de Antichristo, sed de falsis
Christis ante euerfionem Ierusalem, & tamen refer-
tur ad id, quod subintelligitur, & illud est de Antichri-
sto. Nam cum dixisset de falsis Christis decipientibus
ante euerfionem Ierusalem, & multum simile est de
Antichristo, voluit Christus subintelligere de illo,
quasi dixisset, & transit ad dicendum sequentia post
mortem Antichristi, quæ sunt signa aduentus Christi,
sicut facimus in relationibus meditatis, quia non re-
fertur ad id, quod expressum est, sed quod cogitatum
est quasi expressum esset.

Alij dicunt, quod refertur hoc ad ea, quæ supra di-
cta sunt de euerfione Ierusalem, scilicet, quod statim
post illam apparitura essent signa iudicij, sed statim
nō dicit hic tempus proximum, sed satis distans. P̄ce-
dentes tamen expositio verisimilior est, licet etiam
hæc non est omnino falsa, sed sustentabilis.

*Quare Christus dicit de signis aduentus sui ad iudicium hic.
Quest. CLII.*

QVAERETUR quare Christus dicit de signis ad-
uentus sui ad iudicium hic. Dicendum, quod
conuenienter factum est primo, quia questum fue-
rat de hoc, cum dixerunt discipuli, quod est signum
aduentus tui, & consummationis seculi? Ideo ali-
quando eis respondendum erat.

Secundo quia cum res ista magna esset, dignum
erat de ea fieri sermonem per Christum: nam omnia,
quæ ad fidem pertinent Christus expressit. Est autem
de p̄cipuis ad fidem pertinentibus iudicium, in quo
retribuetur singulis iuxta opera sua, & ideo nō solum
iudicium, sed etiam ea, quæ circa iudicium notanda
erant, Christus dicere debebat. Sic autem erat de si-
gnis aduentus eius: ideo debuit de his dicere. Tertio
quia pertinet hoc ad literam p̄cedentem. Nam
dictum fuerat supra, quod aduentus Christi non es-
set secretus sicut aduentus falsorum Christorum, de
quibus dicebatur. Ecce Christus in penetralibus est,
aut ecce in deserto est, sed esset cunctis manifestus si-
cut apparitio fulguris, & ideo cum hæc dixit subdi-
dit de illo aduentu ostendendo, quomodo esset ma-
nifestus.

Manifesta-
tio Christi
aduentus est
in duobus.

Est autem manifestatio ista in duobus, primo in si-
gnis, quæ p̄cedunt, secundo in circumstantijs ipsius
aduentus. Primum autem ostendit hic Christus in-
quantum dicit non se venturum quasi non p̄missio
nuncio, aut inopinare, sed multa signa, & notanda
p̄cedent, quæ facient notum esse aduentum ante-
quam sit, & iam expectari antequam videatur, & ista
ponuntur hic.

Secundum verò postea ponit cum dicit Christum
venturum in maiestate in nubibus caeli, & quod An-
geli congregabunt tunc electos ex omnibus parti-
bus terræ.

Qui sunt isti dies, & quæ tribulatio. Quest. CLIII.

QVAERETUR quid est, quod dicitur hic, scilicet,
post tribulationem dierum illorum, qui sunt
isti dies, & quæ est illa tribulatio.

Alij dicunt accipi de diebus ante euerfionem Ie-

rusalem, & tribulationem hanc vocari eam, quæ fuit
in euerfione illa, & aliquantulum ante. Nam fuit tunc
talis tribulatio, qualis nunquam prius fuerat, neque
postea futura erat, vt dictum est supra.

Sed dicendum, quod hoc non conuenit, quia ista
signa, quæ hic dicuntur, scilicet, obtenebrari Solem,
& Lunam non visa sunt ante euerfionem Ierusalem,
& Casus Stellarum, p̄cipue cum manifestum sit
hæc p̄cedere ad Christi aduentum ad iudicium,
cum dicatur. Tunc apparebit signum filij hominis
in caelo.

Alij dicunt, quod non intelligitur hoc de signis p̄ce-
dentibus euerfionem Ierusalem, sed de signis iudi-
cij, & tamen dicitur de tribulationibus, quæ fuerunt
in p̄dicta euerfione, scilicet, quod post ista euentura
erant signa ad iudicium.

Sed dicendum, quod magis conuenit alia positio,
idest, quod de Antichristi tempore intelligatur. Nam
non est satis verisimile, quod intelligatur statim futu-
rum, quod nondū fuit elapsis annis mille, & quadrin-
gentis, sed de tribulatione sub Antichristo accipietur,
illa quippe multum affliget fideles quouque moria-
tur Antichristus, & post mortem eius cessante illa tri-
bulatione dicitur hoc futurum. Sic dicit Chry. in ho-
milia, scilicet. Tribulationem dicit dierum Antichri-
sti, & pseudo Prophetaum: tribulatio enim tunc erit
magna tot existentibus deceptoribus, sed non exten-
detur per temporis longitudinem. Si enim iudaicum
bellum propter electos decurratum est, multo magis
propter eos hæc tribulatio abbreviabitur, & propter
hoc non simpliciter dixit post tribulationem, sed ad-
didit statim, ipse enim confessum aderit.

*Quid est quod dicitur. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lu-
men suum. Quest. CLIIII.*

QVAERETUR quid est hoc, quod dicitur. Sol
obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum.
Alij dicunt accipi pro diabolo, qui iudica-
bitur, & arguetur sicut, & iniqui, ita dicit Orige. su-
per Matth. scilicet, dicit aliquis obscurandum so-
lem esse Diabolum, qui in consummatione est ar-
guendus, cum sit tenebra simulat se solem.

Sed dicendum, quod hoc mystice dicendum est,
litera autem oportet, quod sensum aliquem literalem
habeat, quem Christus intendit in ea, & ideo aliter
accipiendum est.

Secundo quia Christus dat hic signa, quæ erunt
manifesta. Nam ipsa dantur ad manifestandum ad-
uentū Christi, sed non possent ipsa manifestare aliud,
nisi ipsa essent manifestiora: ideo nota erunt, sed Dia-
bolum increpari a Deo non est notum, quia non ap-
paret in sensu: ideo non accipitur de hoc.

Tertio quia ista redargutio, & obscuratio Diaboli
erit post iudicium, quando claudetur in inferno cum
damnatis, vt iam nominem tentare possit, & tamen
ante iudicium non erit, quia tunc potius erit Satanus
solutus, ergo non accipitur de hoc.

Alij dicunt, quod hoc fiet ex fumo surgente de
terra, erit autem tantus fumus ex magno igne, quod
obscurabuntur Sol, & Luna, & cetera astra. Sic di-
cit Orige. ex opinione quorundam super Matth. sci-
licet, dicit autem aliquis sicut in magnis ignibus suc-
cendi incipientibus tenebræ ex fumo plurimo vi-
dentur extolli, sic in consummatione mundi ab igne,
qui succedendus est, obscurabuntur etiam lumina-
ria magna marcescente Stellarum lumine. Sed istud
nō stat, quia iste ignis, qui succedetur magnus in fine
mundi erit ignis conflagrationis, qui erit ad purgan-
dū omnia, & tamen iste nō p̄cedit diē iudicij, sed in
ipso

ipso die erit, & tamen hic innuitur, quod ista obscura-
tio Solis, & Lunæ p̄cedat cetera signa, & post hanc
adhuc erunt alia signa, ergo non erit ista obscuratio
Solis, & Lunæ per illū ignem conflagrationis. Secun-
do quia quādo iste ignis conflagrationis venerit, exu-
ret omnia, & non relinquet aliquid viuens. sed solet
dici, q̄ homines, qui tunc viuui inuenientur peribunt
per illum ignem, & statim resurgent ad iudicium, &
tamen quando ista obscuratio Solis, & Lunæ venerit,
erunt viuētes homines, & videbunt illā, quia aliās nō
esset eis signum ad iudicium, maxime quia dicitur, q̄
plangent se omnes tribus terre, ergo non intelligitur
de illo igne conflagrationis. Alij autem dicunt, quod
fiet ista obscuratio Solis, & Lunæ per defectum Solis,
& Lunæ, quod lumen deficit paulatim subtracto nu-
trimento. Sic enim dicit Orige. scilicet, alius autem
aliter arbitrabitur, quoniam sicut paulatim lucernæ
deficit lumen, sic caelestium luminum deficiente nu-
trimine Sol obscurabitur, & Luna, & Stellarum lu-
men deficiet.

Sed dicendū, quod hoc etiam non stat, primo quia
falsum p̄supponunt, scilicet, corpora caelestia nutri-
ri, & animata esse, vt planta, vel animalia. Sic voluit
Plato, quem Poetę secuti sunt, scilicet, cibari caelestia
corpora de exhalationibus surgentibus de mari. Illa
tamen, neque animata sunt, neque cibantur, sed sim-
plicia, & inanimata sunt.

Secundo quia si hoc verum esset, quod deficiente
nutrimento minuitur lumen non deficeret aliquan-
do, quia semper erit nutrimentum cum semper sint
exhalationes surgentes de aqua, & terra.

Tertio quia si hoc modo possent deficere Sol, &
Luna in lumine, iam aliquādo defecissent ex hac cau-
sa, quia in tanto tēpore quanto durauit mundus, iam
aliquæ tales mutationes factę essent, & tamē nunquā
visum est deficere lumen Solis, & Lunæ ex hac causa,
ergo neque deficere potest sic. Quarto patet, quia
si ex defectu nutrimenti deficeret lumen, sequeretur,
quod quando esset magnum nutrimentum esset ma-
gna lux, & quando paruum, minor lux, & consequen-
ter cum non sit semper æquale nutrimentum, immo
nunquā sed aliquando plus, & aliquando minus, nun-
quam daretur æquale lumen caelestium corporum,
sed vno die maius, alio die minus, & tamen semper vi-
demus æquale lumen, ergo non prouenit obscuratio
aliqua ex defectu alimenti.

Sed obijcietur, quod obiectiones non stent. Nam
licet corpora caelestia non sint animata, possunt dici
nutriri large, sicut oleum, & pinguedo est cibus ignis,
& ita per defectum nutrimenti deficiet lumen, sicut
fit in lucerna.

Dicendum, quod stant, quia licet prima obiectio
militet accipiendū corpora caelestia, vt animata, tamē
ceterę procedunt, etiā si accipiantur nutriri sicut ignis
in pabulo, vel humore.

Quinto adhuc potest dici non stare, quia isti
p̄supponunt circa finem mundi minuendam lu-
cem Solis, & Lunę ex causa dicta, sed falsum est,
quia ibi potius augebitur, quia erit tunc lux Lu-
næ, sicut lux Solis, & lux Solis septemplex, sicut
lux septem dierum Isa. 30. & hoc dicit Orig. vbi supra
scilicet, quod non potest stare ista positio, cum Isaias
dicat circa consummationem mundi profectū lucis
esse futurum.

Alij ergo dicunt, quod intelligitur de quibusdam
eclypsis, qui erunt ante finem mudi, in quibus tam
Sol quam Luna obscurabuntur: nā in qualibet eclip-
si solis cōtingit hoc, scilicet, quod obscureretur aliquid
de Sole, idest, quantum a Luna absconditur, De Luna
quoque aliquid obscuratur, scilicet, quantum subin-
Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

trat tenebras, vel subijcit se illis, & si totus Sol eclip-
setur, & sit aliqua mora, obscuratur vtunque, scilicet
Sol, & Luna.

Sed dicendum, quod nō potest intelligi ista obscu-
ratio de eclypsi, quia ista obscuratio erit vnum de si-
gnis aduentus ad iudicium. Nam Luc. 21. ca. vbi po-
nitur hic, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen
suum, dicitur, erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis.
Et tamen si ista obscuratio esset per eclypsim, non es-
set signum, quia ea, quæ naturaliter eueniunt, nō sunt
signa, nisi naturalij rerum, & communiter accidēt-
tium, eclypsis autem euenit naturaliter, & est deter-
minata ex mensura motus ad certum tempus, quādo
fiat, & ad durationem, & ad locum celi, idest, signum,
& gradum, in quo fiat: ideo non accipimus eum, vt si-
gnum nisi rerum naturalium, & tamen consummatio
seculi, & aduentus ad iudicium sunt pendentia ab
agente pure libero, & super naturam: ideo eclypsis nō
poterit accipi, vt signum huius, & consequenter ista
obscuratio erit aliquid aliud.

Alij ergo dicunt, quod non erit obscuratio aliqua
per defectum luminis, aut eclypsim, quin potius ma-
iorem claritatem quā prius habebūt luminaria, sed
dicentur obtenebrari per comparationem ad minus
lumen superueniens, scilicet, ad Christum venientem
ad iudicium. Sic dicit Hiero. super Matth. scilicet, non
diminutione luminis hæc accident, alioquin solem le-
gimus septuplum habiturum luminis, sed comparatione
veri luminis omnia visu apparebunt tenebrosa,
& idem tangit Beda.

Sed dicendum, quod hoc non stat. Primo quia ista
obscuratio ponitur, vt signum p̄cedens ad iudicij,
& est de primis signis, vt patet ex ordine literæ hic,
& Luc. 21. cap. & tamen lumen Christi, quod possit
comparatiue obscurare corpora caelestia, non videbi-
tur nisi in ipso die iudicij: ideo non potest intelligi
de hoc.

Secundo patet, quia ponitur ista obscuratio tan-
quam signum Luc. 21. cap. scilicet, erunt signa in Lu-
na, & Sole. Et tamen si talis esset obscuratio, non es-
set signum ad iudicium, vel ad Christum venientem,
sed esset accidens consequens aduentum ad iudicij,
ideo non intelligitur de hoc.

Tertio patet, quia omnia hæc, scilicet, Solem, &
Lunam obscurari, & Stellas de caelo cadere pertinet
ad idem signum, & tamen cadere Stellas non pote-
rit intelligi propter apparentiam maioris luminis
Christi venientis, ergo neque obscuratio Solis fiet
ex hoc.

Quarto patet, quia dicitur, quod obscurabitur
Sol, & Luna non dabit lumen, & virtutes celorum
moueantur, & tunc apparebit signum filij homi-
nis. Sed quando apparet signum filij hominis non-
dum ipse venit, sed venturus ipse speratur, ergo ante
aduentum Christi erit solis obscuratio.

Quinto, quia non est conuenienter dictum,
quod tunc dicatur Sol obscurari, quando auge-
tur in lumine, sed in aduentu Christi erit lux Solis
septemplex, sicut lux septem dierum, ergo non
dicitur propter illud obscurari.

Dicendum igitur, quod istud erit signum quod-
dam ante iudicium in Sole, & Luna: ita quod lu-
men eorum minuetur, vel quasi deficiet, non qui-
dem per modum eclypsis, sed per modum mira-
culi Deo subtrahere volente lumen eorum, & tunc
erit proprie signum, quia non eueniet modo naturali
sicut in eclypsis, quia tunc rari admirarentur, sed
modo miraculi ex quo omnes homines non solum
admirabuntur, sed etiam stupebunt, & arescent p̄ tē-
more, & expectatione, quæ superueniet vniuerso or-
P p 3 bi:

bi: Luc. 21. ca. Et ista obtenebratio durabit forte maiori tempore quam soleant durare eclipfes, vt manifeste appareat non factum esse naturaliter, sed ex Dei solius operatione. Et de hoc signo prædixit Iohel. 2. c. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, id est, dies iudicij. Et tunc non procedit inconueniens, quod supra allegabatur de augmentatiõne luminis Solis, & Lunę, quia istud signũ erit ante diem iudicij, & tunc Sol, & Luna ad tempus patientur hanc obscurationem, sed rursus conuersum lumen redibit, sicut fit finitus eclipfis, & in illo manebunt vsque ad diem iudicij, & in eo augebitur lumen, ita vt sit lux Lunę, sicut lux Solis, & lux Solis septemplex. De hoc dicit Rabanus, & Beda. Nihil tamen prohibet intelligi tunc veraciter Solem, & Lunam cum cæteris sideribus suolumine priuari, sicut de Sole factum constat tempore Domine passiois. Vnde & Iohel dicit. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, atque manifestus. Et iterum: Peracto die iudicij, & clarescente future gloria vitę cum fuerit cælum nouum, & terra noua, tunc fiet quod Iſa. dicit. Erit lux Lunę, sicut lux Solis &c.

Quomodo fiet ista obscuro Solis, & Lunę. Quæst. CLV.

QVARETVR quomodo fiet ista obscuro Solis, & Lunę.

Dicendum, quod potest intelligi tripliciter. Vno modo per subtractionem generationis radorũ, ita quod non mittant radios suos ad nos eo tempore corpora cęlestia.

Alio modo per interpositionem alicuius corporis impediens in nos receptionem radorum. Alio modo per hoc, quod illo tempore desinunt esse luminosa, ita vt neque tunc radios gignere possint si permittantur. Alij ponunt quartum modum, scilicet, per modum eclipfis.

Sed dicitur, quod non erit iste quartus modus, scilicet, per eclipſim, sicut dictum est præcedenti. Non enim conuenit signis tunc ostendẽdis cũ eclipſes naturaliter accidant, & signa illa voluntarię, & ab agente spontaneo veniant. Etiam ista signa erunt terribilia, & tamẽ eclipſis nunquam est terribilis saltem omnibus, eo quod est consueta.

De tertio modo etiam dicendum, quod non erit, scilicet, quod desinat Sol esse corpus luminosum, quia tunc desineret Sol esse id, quod est secundum speciem. Nam corpora cęlestia ex specie sua sunt luminosa, & maxime conuenit hoc Soli, qui est alterius speciei quam Luna, & astra alia.

Secundo quia ablata hac conditione Solis, & Lunę tollentur de vniuerso aliqua de precipuis partibus eius, quia tollentur Sol, & Luna, quę inter corpora sunt precipua.

Tertio, quia sicut dare miraculum est peccatum, id est, error secundum intellectum, quando res potest sine miraculo fieri, quia fit per plura, quod poterat fieri per pauciora, ita est peccatum, si dato miraculo quis ponat plura cõcurrere ad illud, cum per pauciora fieri poterat, sed ita est in presenti, quia ad dandum illud signum de obscuratione Solis, & Lunę quilibet alius modus est leuior quam ponere, quod Sol, & Luna desinant esse luminosa corpora, cum per hoc ponatur extra speciem, & non per alios modos, ergo est modus difficilior.

Itẽ quia si ponatur iste modus, necesse esset, quod postea Deus daret esse luminosum Soli, & Lunę cum iam illud non haberent, quia post illud Sol, & Luna

duraturi sunt in æternum, immo habitari sunt maius lumen, quia lux Solis erit septemplex, lux autem Lunę erit sicut lux Solis; ideo non est iste modus verisimilis.

Manent ergo duo alij modi, scilicet, per interpositionem aliquorum corporum, aut per subtractionem generationis radorũ, & quilibet potest stare, sed ita facilius, quod fuerit per interpositionem alicuius corporis. Nam licet nõ sit eclipſis, potest fieri, quod nulla mutatione existente ex parte corporum cęlestium fiat ista obscuro, vt interpositis nubibus, vel alijs corporibus densis, quę Deus voluerit interponere, & tunc cessante illa interpositione erit illuminatio omnium terrarum sicut prius, ita vt Sol, & Luna non videantur obtenebrata. Et ita videtur factum esse in eclipſi Solis, vel obscuratione eius in passione Christi. Nam ab hora sexta vsque ad nonã factę sunt tenebrę per vniuersam terram, & tamen non fuit tunc eclipſis, quia erat dies quintadecima mensis primi Iudæorũ, i. Luna quintadecima, in qua erat primus dies azymorũ, & tunc fuit obscuro illa, sed non poterat esse eclipſis solis, quia eclipſis solũ accidit in coniunctione, ita & tunc non erit coniunctio luminarium, & obtenebrabitur vtrunque immo tam luminaria quam astra.

Ad quid fiet tunc ista Solis ac Lunę obscuro. Quæst. CLVI.

QVARETVR ad quid fiet tunc ista obscuro Solis, & Lunę.

Dicendum, quod conuenienter ista præmittentur, vt signa duarum radorũ, scilicet, aduentus Christi, & consummationis sæculi, hæc enim duo simul erunt. Nam cum Christus ad iudicandum venerit, finietur mundus, non quod mundus esse desinat, quia non desinet cum partes præcipue, id est, cęlum, & elementa manebunt, sed alteratio rerum, & generatio, & corruptio, & ea, quorum esse consistit per gigni, & corrumpi cessabunt. Nam omnia animata præter hominem esse cessabunt. Et ad quodlibet istorum conueniens est præcedere talia signa.

De primo, scilicet, de aduentu Christi patet, quia nihil erit maius, & excellentius quam venire Christũ ad iudicandum: ideo necesse erit præcedere maxima signa. Et patet, quia aduentus Christi in carne fuit minor, quia fuit in humilitate, & obscuritate raris illum scientibus, & tamen ad illum indicandum præcesserunt magna signa: Sic enim dicit Aggei 2. cap. scilicet. Adhuc modicum, & ego mouebo cęlum, & terram dicit Dominus. Et sequitur, & tunc veniet desideratus cunctis gentibus. Etiam præcessit apparitio Angelorum, quia Angelus vnus annunciauit gaudium magnum pastoribus, dicens. Quia natus est hodie saluator mundi, & cum illo facta est multitudo magna Angelorum dicentium: Gloria in excelsis Deo Luc. 2. cap. Etiam præcessit signum Stelle, quę conduxit magos in Bethlehem ad adorandum Christũ supra 2. cap. sed iste aduentus ad iudicandum erit maior, quia futurus est manifestus, sicut dicitur supra in litera, scilicet, quod sicut exit fulgur in Orientem, & apparet vsque in occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Etiam erit in maiestate, & honore magno cum dicatur infra in litera, scilicet, videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli cum virtute multa, & maiestate, ideo ad istum aduentum debent præcedere maiora signa quam ad illum. Sic autem est de obscuratione Solis, & Lunę, quę sunt maxima signa; ideo ista præcedent conuenienter ad iudicium, de alia causa, scilicet, propter finem mundi dicitur infra q. 158. & sequen. q.

Quare

Quare potius in obscuratione Solis, & Lunę apparuerunt hæc signa quam in aliquo alio accidente circa ea. Quæst. CLVII.

SEd dicitur dato, quod in Sole, & Luna apparitura essent signa quare potius in obscuratione eorũ fuit hoc quam in aliquo alio accidente circa ea? Nam poterat augeri lumen in eis sicut dicitur, quod aliquando fiet, vel poterat hoc apparere in motu, scilicet, quod Sol, & Luna starent, vel retrocederent sicut aliquando factum est.

Dicendum, quod nõ fuit alius modus conueniens ad hoc, nisi quod obscurentur. Et primo dicendum est, quod nõ expedit, quod fiat maior lux, primo quia aliud est, quod pertinet ad viam, aliud ad terminum, sed maioratio lucis, aut luminis in Sole, & Luna pertinet ad consummationem sæculi, ergo nõ pertinet ad signa, quę præcedunt, vt via ad illam consummationem.

Secundo quia augmentum luminis in Sole, & Luna est gloriificatio ipsorum cęlestium corporum, quę correspondet eis, sicut respondet gloriificatio corporibus beatorum, & tamen gloriificatio corporum nostrorum non fiet vsque ad resurrectionem, quę est in consummatione sæculi 1. Corin. 15. cap. ergo neque gloriificatio Solis, & Lunę, quę est in augmento luminis erit ante finem sæculi. Tunc enim ipsa corpora immutabuntur, sicut & cętera tam cęlestia quam elementalia, ergo non præcedet augmentum luminis velut signum.

Tertio quia si Deus auget lumen Solis, & Lunę non esset conueniens signum. Nam maneret illa lux aucta sicut erit in die iudicij: nam lux, quę semel ceperit esse in corporibus cęlestibus manebit in æternum in eis. Si autem maneret, non videretur esse data ad significandum, sed ad essendum, vel ad meliorandum ipsa corpora. Nam signa statim, vt significauerint desinunt esse, vt videatur introducta solum ad significandum, & non ad essendum.

Sed diceret aliquis, quod poterat Deus dare maiorem lucem Soli, & Lunę ad tempus, & quod postea esse desineret, & rediret ad priorem statum.

Dicendum, quod poterat fieri, sed non conuenienter dicitur, quod fieret, quia si augetur lumen Solis, aut Lunę esset ista aliqua qualitas, quę vere esset in Sole, & Luna, & postea cum desineret esse tolleretur aliqua perfectio absoluta Soli, & Lunę; & hoc nõ est conuenienter dictum, quia perfectiones, quas semel Deus dat nunquã aufert rebus, sed aut per se pereunt, vel ab alio corruptente, aut semper manent: ideo nõ est iste conueniens modus.

Quarto quia signum debet dari in quantum magis significare potest, & tamen magis sentitur obscuro solis quam augmentum luminis eius. Tanta est enim lux Solis, vt Solem rectis oculis intueri nõ possimus, & si adderetur lumen sine incenderetur, non posset ita facilliter quis discernere augmentatum esse, sed in obscuratione secus est, quia non solum, quando multum obscuro, vel plene, sicut in maximis eclipſibus, sentitur aperte, sed etiam quantumcumque sit parua eclipſis, percipitur defectus luminis: ideo magis in obscuratione quam in augmento dari debuit.

De secundo, scilicet, de motu dicendum, quod nõ fuit conueniens dari signum in aliquo horum. Primo quia iam ista data fuerant aliis in signa, aut remedia. Nam pugnante Iouie contra Chananeos stetit Sol quasi die vno Iosue. 10. cap. & quando infirmatus est Ezechias dedit ei Ilias in signum, quod conualesceret retrocessione Solis. Nam per decem horas rediit in horologio 4. Reg. 20. & Iſa. 38. ergo velut rem veteri Alph. Toſtan Math. Paris VI.

rem non decuit nunc replicari. Secundo quia ista data fuerunt, vt signa rerum paruorum, scilicet, fationis Ezechię, non ergo debuerunt nunc dari, vt signa maxime rei, scilicet, aduentus Christi ad iudicium.

Tertio & principaliter, quia res euentura erat terribilis, & ideo signum debebat esse inducens terrorem, sed statio, aut retrocessio solis non inducit terrorem, sed potius admirationem: ideo nõ debuit hoc dari in signum, & ista eadem causa est de augmento lucis. Nam hoc non inducit terrorem, sed magnam lætitiã, non igitur fuit conueniens signum illud.

Est ergo dicendum, quod fuit conueniens signum obscuro Solis, & Lunę quantum ad aduentum Christi ad iudicandum. Nam aduentus ille erit terribilis, scilicet, quia Christus veniet terribiliter, cum venturus sit in virtute magna, & maiestate, vt dicitur infra in litera. Etiam quia veniet ad faciendum terribilia, id est, iudicandum sæculum per ignem: ideo signum terribile esse debet, & tale quid est obscuro Solis, & Lunę, & hoc apparet ex litera. Nam omnia ponuntur terribilia, scilicet, quod virtutes cęli mouebuntur, & apparebit signum filij hominis, & plangent se super eum omnes gentes.

Quomodo conueniat hoc signum, scilicet, obscuro lucis quantum ad ostendendum finem sæculi. Quæst. CLVIII.

QVARETVR quomodo conueniat istud signum quantum ad secundũ, scilicet, ad ostendendum finem sæculi. Dicendum, quod bene conuenit. Primo in quantum terribile est. Nam nihil terribilius est, quam desinere esse, & ob hoc mors vocatur vltimam terribilium 3. Ethic. scilicet, quia per eam esse desinimus, & tamẽ consummatio sæculi est desinere esse sæculi quantum ad quosdam partes suas, scilicet, quantum ad omnia animata: ideo erit aliquid terribile, & consequenter est conueniens signum obscuro Solis, & Lunę quod terrorem ingerit.

Secundo quia directe correspondet obscuro solis ad desinere esse. Nam sol quodammodo esse desinit cum obscuro, & ita vulgus dicit solem mori cum eclipſatur.

Tertio conuenit ad cõdolendum. Nam sicut cum homo moritur condolemus eia, ita & mundo pereunt condolendum est, sed in cessatione sæculi perit mundus quantum ad totum statum, qui nunc est, & quantum ad omnia animata: ideo a fortiori mundo condolendum est, & ad dolorem istum ostendendum præcedit quasi quidam planctus precipuorum corporum vniuersi, & hoc in obscuratione Solis, & Lunę, sic enim moriente Christo omnia elementa compatiebantur, terremotus quidem factus est, & petra scissæ sunt infra 27. capitu. Et tunc in cęlestibus quoque compassio fuit, quia Sol non dedit lumen, sed tenebrę fuerunt ab hora sexta vsq; ad nonam eodem capitu. ideo conueniens fuit solem obscuro.

Quomodo Luna obscurobitur, & simul Sol cum implicet contradictionem. Quæst. CLIX.

SEd queretur de Luna quomodo obscurobitur. Dicendum, quod poterat quatuor modis fieri, sicut dictum est de Sole supra q. 155. Et tamen dicendum, quod non fiet per tertium, scilicet, ablationem luminis propter eandẽ causam, quę de Sole dicta est. De quarto quoq; t per eclipſim dicẽdũ, q nõ obscurobitur, licet iste modus erat facilis, q Luna intraret in ymbriam Pp 4 ymbriam

Lunæ ob-
scuro.

umbram terræ, & ita obscuraretur, sicut fit in omni eclipsatione Lunæ. Nam ipsa intrat in pyramidem umbræ terræ, vel tangit eam, & sic eclipsatur in totum, vel in partem, & tamen tunc non erit sic, quia tunc naturaliter obscuraretur sicut aliis cum eclipsatur, & non esset signum, & tamen illa obscuratio erit signum, manent ergo alij duo modi, sed conuenientior est ille, qui de sole dicitur, scilicet, per interpositionem alicuius corporis densi, ita ut radij Lunæ non videantur.

Quomodo fiat, quod sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, quia hæc non possunt esse simul. Quest. CLX.

QUÆRETUR quomodo stare potest, quod dicitur, scilicet, quod sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, quia innuitur, quod ista erunt simul, & tamen non potest stare, quia obscuratio solis per diem est, Luna vero non potest obscurari nisi per noctem.

Aliqui dicunt posse simul obscurari, ut in eclipsi. Sed non stat. Primo quia, ut dictum est præceden. q. non fiet ista obscuratio per eclipsim, quia iste modus obscurandi est naturalis, sed obscuratio illa non erit naturalis cum sit data in signum.

Secundo quia etiam per eclipsim non poterat stare. Nam aliud esset in eclipsi Solis aut in eclipsi Lunæ, si in eclipsi Lunæ obscuratur quidem ipsa, quia subintrat umbram, sed non obscuratur sol. Si vero in eclipsi Solis, ipse quidem obscuratur, sed non Luna, quia ipsa non intrat tunc pyramidem umbræ, neque interponitur aliquid inter nos, & ipsam, sed talis apparet qualis ipsa est: ideo non fit in eclipsi ista obscuratio. Dicendum ergo, quod non fiet in eodem tempore præcisio, id est, simul, sed sol obscurabitur per diem Luna vero per noctem, & hoc siue in sequenti nocte, siue aliquanto tempore fiat vnum post alterum.

Quanta erit ista obscuratio solis, & Luna, & quanto tempore durabit. Quest. CLXI.

SEQUÆRETUR quanta erit ista obscuratio solis, & Luna, & quanto tempore durabit.

Ad primum dicendum, quod istud non patet ex sacra scriptura, neque ratio hoc conuincere potest, cum istud non proueniat ex principijs naturalibus, sed ex sola Dei voluntate, & voluntatis ratio dari non potest.

Dicendum tamen, quod Sol, & Luna non obscurabuntur pro parte, sed quodlibet horum luminariū totum obscurabitur, & causa est, ne putetur saltem a rusticis, & indoctis fieri eclipsim, quæ naturaliter accidit. Nam etiam si partim obscurarentur ista corpora sicut in eclipsibus minoribus, petiti scirent non esse eclipsim ex tempore, & loco, scilicet, non potest eclipsis fieri, nisi in coniunctione, & oppositione Solis, & Lunæ. In coniunctione quidem eclipsis Solis, in oppositione vero eclipsis Lunæ. Etiam non in quolibet oppositione, & coniunctione accidit eclipsis, sed solum existente sole in cauda draconis, vel prope, & Luna in capite, aut ex opposito, & ita patuit obscuratorem Solis factam in passione Christi non fuisse eclipsim, scilicet, quia erat tunc quintadecima dies Lunæ, id est, oppositionis tempus ubi accidit eclipsis Lunæ, sed eclipsim Solis accidere tunc est impossibile, & tamen ne imperiti, qui sunt maxima pars hominum, putent esse eclipsim non fiet obscuratio in parte, sed totus Sol obscurabitur, & tota Luna. Item hoc innuitur Ioel. 3. cap. scilicet, Sol conuertetur in tene-

bras, & Luna in sanguinem antequam veniat dies Domini magnus, sed solem conuertit in tenebras est nullam lucem mittere, quia aliis non sunt tenebræ licet aliquid de sole obscuratur.

Amplius dicendum, quod ista obscuratio Solis, & Lunæ accidet in temporibus illis, in quibus nulla eclipsis esse potest. Et hoc valde conuenit, ut non puteatur naturaliter accidere. Nam etiam si obscuraretur totus Sol, & tota Luna, purari posset, quod accidebat naturaliter si in illo tempore accideret, in quo eclipses accidere solent. Hæc autem duo, scilicet, magnitudo obscuratōis, & accidere extra tempora eclipsium ostendit manifeste prædictam obscuratōem Solis, & Luna non accidere naturaliter, hæc duo etiam in obscuratōe solis in passione Christi fuerunt. Nam fuit magna obscuratio, ita ut dicantur tenebræ, scilicet, tenebræ factæ sunt infra 27. c. Etiam fuit extra tempora eclipsium solarium, scilicet, in oppositione, cum esset quintadecima dies mēsis, quæ erat prima dies azymorum.

Quantum ad secundum, scilicet, de duratione istius obscuratōis. Dicendum, quod etiam non constat ex scriptura sacra, aut rōne conuincente cum fiat ab agente voluntario, ut dictum est præcedenti quæstio.

Aliqui autem dicunt, quod non potest dici de duratione aliquid determinatum ad magnum, neque ad paucum, eo quod quantumcunque paruo tempore duret sufficit, quia non ponitur, nisi ut signum supernaturale alicuius magnæ rei, scilicet, aduentus ad iudicium, vel consummationis sæculi. Et ad hoc sufficit, quod sit magna illa obscuratio, id est, quod totus Sol, & tota Luna obscurantur, & quod fiat hoc extra tempora eclipsium, ut dictum est præcedenti q. & ideo etiam si duret quælibet illarum obscuratōnum per mediam horam, sufficit, vel per minorem moram.

Sed dicendum, quod non stat, immo oportet dici, quod quælibet illarum obscuratōnum durabit plus quam tres, vel quatuor horas, quia aliis non sequeretur id, quod Christus per istud signum vult innuere. Nam ad hoc obscurantur Sol, & Luna, ut hominibus sit signum aduentus Christi ad iudicium, & consummationis sæculi. Et hoc non specialiter aliquibus hominibus, ut ipse existentibus Romæ, vel in Hispania, sed omnibus hominibus, eo quod omnibus pertinet: ideo taliter fiet signum, quod ad omnes perueniat eius cognitio. Et patet antecedens, primo quia istud est signum aduentus Christi ad iudicium, sed in illo iudicio omnes homines iudicabuntur, ergo signum istud debet peruenire ad omnes homines.

Secundo quia dicitur dato isto signo, quod plangent omnes tribus terræ, & tamen non plangerent omnes nisi perueniret ad omnes homines notitia huius signi, ergo omnes illud videbunt.

Tertio quia istud signum indicat consummationem sæculi, sed ista consummatio est generalis ad omnes partes terræ, ergo ubique videbitur, aut videri poterit istud signum, sed dato, quod debeat ubique videri, necesse est, quod duret aliquanto tempore, id est, tribus, vel quatuor horis. Nam propter terræ rotunditatem, cum est dies in vna parte terræ, non est dies in alia, & ideo dum est dies apud Indos, & Parthos, poterat accidere ista obscuratio, & non videretur apud Hispanos, & Gallos, ut igitur in omnibus terris videatur, necesse est manere solem obscuratum tribus, aut quatuor horis, & tunc per motum poterit videri in omni regione.

Sed diceret aliquis, quod etiam si per dimidiam horam

horam duret illa obscuratio poterit videri in tota terra, eo quod terra non habitatur tota in circuiu, neque in longitudine, neque in latitudine. De longitudine patet, quia inuenimus Indos esse extremas gentes versus orientem, & Hispanos versus occidentem, & adhuc ista non est medietas terræ secundum longitudinem, quia non est hemisphærium. De latitudine magis notum est, quia versus polum arcticum inuenimus finem habitationis humanæ, & versus austrum eodem modo, licet dubitatio trita sit, an ultra æquinoctialem sit aliqua hominum habitatio. Et ideo hoc dato in eodem puncto cœli Sol stans poterit videri ab omnibus hominibus, qui sunt in toto orbe.

Dicendum, quod ad videndum solem in eodem puncto cœli omnes homines duo obstant, scilicet, rotunditas terræ in longitudinem, & rotunditas in latitudinem, & quodlibet horum facit diuersitatem horizontis, & occultatur quibusdam aliquid quod alijs non occultatur, verum tamen non obstante rotunditate, & distantia secundum longitudinem, de qua magis videtur, poterit Sol in eodem puncto cœli videri ab omnibus hominibus, qui sunt inter orientis extremum, & extremum occidentis, nisi obster accidentaliter prominentia rupium, aut vallium profunditas. Et patet, quia in quocunque puncto cœli super horizontem sit sol, potest eum videre, qui est in illo hemisphærio, vel horizonte, & tamen horizon, cum sit de circulis magnis, diuidit totam spheram, vel cœlum in duo media, & ideo hemisphærii circulus vocatur. Et ob hoc quilibet horizon continet motum solis duodecim horarum existente æquinoctio, cuius est consequens diuidi cœlum per horizontem in duo media, quia totus motus solis de puncto ad punctum est vigintiquatuor horarum, & ideo cum de terra secundum longitudinem non habitetur medietas, necesse est omnes capi homines ubiqueque habitent sub vno horizonte, aut capi posse, licet non sit idem numero horizon omnium hominum, immo nulli duo homines habent eundem penitus horizontem, quia mutato vno puncto, aut diuisibili quolibet versus quancunque partem iam non manet idem horizon. Sed est sensus, quod illi horizon tunc quantum ad totum, vel aliquam partem habebunt omnes homines. Et sit casus: procedatur ab extremo occidentis versus orientem, & stetur in puncto medio secundum æquidistantiam, & capiatur horizon illius puncti, & accipiatur alius horizon super extremum punctum Orientis, & alium super extremum punctum Occidentis, necesse est, quod horizon primus, qui est in medio interfecet alios duos orthogonaliter, id est, ad Angulos rectos sphaerales, ut patet consideranti figuram in coloris circulis sphaeræ materialis. Hoc dato necesse est, quod cum Sol peruenit ad meridiem in horizonte Orientis, sit ortus solis in horizonte mediæ terræ, quia meridiani istorum non distant nisi per sex horas, & cum peruenit ad Occidentis punctum in horizonte Orientis, necesse est, ut sit meridies in horizonte mediæ terræ, & sit ortus solis in horizonte Occidentis, eo quod meridiani istorum horizon tunc distant per duodecim horas præcisie: quo posito, detur Sol in puncto occidentis horizontis Orientis videbitur tunc ab hominibus, qui sunt in tota terra, quia tunc erit finis diei in oriente, & meridies in medio terræ, & ortus solis in extremo occidentis, & ita sufficit solem per quartam partem horæ obscuratum manere, quia poterit tunc videri ab omnibus hominibus, maxime quia casus iste procedit de vero Oriente, & Occidente, qui distant per duodecim horas, siue per medium

Non est vnus horizon numero omnium hominum.

A cœlum, & tamen non inuenitur tantum habitatum de terra: ideo a fortiori simul in aliquo puncto cœli poterit Sol videri ab omnibus hominibus.

Dicendum, quod verum est ponendo totam terram penitus rotundam, ita quod prominentiæ montium, & profunditates vallium nihil obstant, & tamen obstant: ideo dicendum, quod necesse erit, quod illa obscuratio plusquam duabus, aut tribus horis duret.

Primo ut ubique possit videri non obstante inæqualitate terræ, sed super quemlibet horizontem sit Sol aequaliter eleuatus, cum videbitur obscuratus.

Secundo & præcipue, quia ultra hoc, quod est ab omnibus videri oportet, quod diu duret: nam si parum duraret parue rei signum esse videretur, & quia nihil maius erit quam hoc, quod significatur, id est, aduentus Christi ad iudicium, & consummatio sæculi, debet multum durare.

Sed dicendum, quod non est credendum, quod duret per duos, aut tres dies: Nam hoc induceret periculum omnibus viuentibus, & alterarentur dispositio pessima, & non vitali omnia, quæ viuunt, & ex quibus viuimus, sed erit tantum temporis duratio, ut credatur verisimiliter esse signum maxime rei, & tamen, ut non destruat viuentia, hoc enim tempus satis est trium, aut quatuor horarum, quia tunc per omnes terras poterit manifeste videri.

Adhuc istud confirmatur ex obscuratōe facta in passione Christi: nam ex eo, quod illa fiebat in signum, quod Deus nature patiebat pro omnibus hominibus, qui ubique erant, apparuit illa per omnes terras. Sic dicitur infra 27. & tenebræ factæ sunt per omnem terram. Etiam tempus fuit conueniens ad hoc, quod videretur ab omnibus, & videretur multum. Nam per tres horas durauit, scilicet, ab hora sexta usque ad nonam, eo. cap. sed ista obscuratio erit etiam tunc signum maxime rei: ideo decet, quod per tres, aut quatuor horas saltem duret.

Si autem quaratur, quomodo incipiat ista obscuratio, scilicet, an paulatim sicut in eclipsi, an subito totus obscuratur Sol, & quomodo desinat obscuratio, vel simul tota, vel successiue, dicitur infra 27. ca. quando ageatur de illis tenebris, quæ fuerunt in Christi passione.

Ad quid fiet ista obscuratio in Sole, & Luna, & Stellis in die iudicij. Quest. CLXII.

QUÆRETUR ad quid fiet ista obscuratio in Sole, & Stellis, & Luna. Nam videtur, quod ad significandum aduentum Christi satis poterant esse alia magna signa, quæ fierent in aere, vel terra, aut mari.

Dicendum, quod sicut ista magna signa non solum in cœlo, id est, Sole, & Luna, sed etiam in omnibus alijs rebus, in cœlo, terra, mari, & in hominibus. Sic dicitur Luc. 21. cap. erunt signa in Sole, & Stellis, & Luna, & in terris pressura gentium præ cōfusione sonitus maris arescentibus hominibus.

Et ratio prima quare etiam in cœlo fiant signa est, quia ista res, quæ significatur est maxima: ideo debent maxima signa præcedere; si tamen in terra, aut aere ostenderentur solum, & non in cœlo, non essent magna: ideo etiam debuerunt in cœlo ostendi.

Secunda quia hic significatur consummatio sæculi quantum ad modum, & statum, quem nunc habet vniuersum: ideo cum in singulis rebus, & partibus vniuersi aliqua mutatio futura sit, conueniens est, quod in omnibus partibus vniuersi præcedat ad hoc

hoc significatio, & ideo cōuenienter hoc expressum est Luc. 21. cap. serunt signa in Sole, & Luna, & Stellis. Et ista sunt signa, quæ hic ponit Matthæus. Addidit autem signa in terra, cum ait, & in terra pressura gentium. Et ista pressura non solum erit malum, sed etiam mali signum. Admittitur signum in mari, cū dicitur. Pra confusione sonitus maris, & fluctuum. Et ut etiā ista signa in hominibus esse videantur adiunxit, arefcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi. Vnde timor generalis hominum, ita ut arefcent non solum erit malū, quod tolerabunt, sed etiam signum maiorum rerum, quæ superuenient, & quia timor est generalis omnibus hominibus, qualis esse nō consuevit, signū est, quod omnibus hominibus superueniet aliqd, & illud magnum erit, quod præcedens magnus timor ostendit, ita ut arefcent, & ideo ad hoc magnum malum designandum, & vniuersale non sufficiebant quæcunque signa facta in elementis, nisi etiam in cœlo fierent signa.

Tertia & præcipua causa est, quia cum esset istud, quod designabatur commune, id est, consummatio sæculi, & deberet notificari toti orbi, & non poterat omnibus innoscere nisi dato aliquo signo in cœlo, debuerunt in cœlo dari signa. Hoc patet, quia ea, quæ accidunt in terra, & mari, nō sunt generalia, vt pestes, bella, & alię turbationes, aut monstra, & ideo non videtur significare malum aliquod commune toti orbi, sed solum illi genti, in qua talia signa apparent. Si autem dicas poterit esse idem signū in tota terra, aut in toto mari, vt quod sit vbiq; pestis, aut vbiq; bellum, aut alię res in solite.

Dicendum, quod verum est, & tamen etiam si sic accidat nescitur illud signum esse commune, quia Hispani, & Galli, qui nullam cōuersionem habent cum Indorum varijs gentibus, nesciunt quid apud eas accidat, aut agatur, & è contrario. Et ideo accidētia terræ putantur esse particularia, licet idē accidens pro eodem tempore esset in tota terra. Ad hoc igitur, quod aliquid videatur ab omnibus gentibus, & putetur esse commune, necesse est in cœlo accidere, quia illud idem videbitur ab omnibus, sicut omnes vident Solem eundem, & Lunam eandem quotidie. Et ista fuit vera causa, quare oporteret in cœlo dari signa.

Quomodo est verum, quod Stellæ cadent de cœlo.
Quæst. CLXIII.

QUÆRETUR quomodo est verum, quod Stellæ cadent de cœlo.

Aliqui dicunt Stellæ esse illos, qui lumine doctrinæ suæ alios illuminant, aut illuminare debent. Et quando isti reprobī efficiuntur, dicuntur cadere de altitudine celi, id est, de statu suo excelso. Sic dicit Origenes super Matth. scilicet, sed quicūque siue dogmatibus siue virtutibus falsis veritatem hominibus promittēbant, mendacijs autem seducebant, hi cōuenienter dicēdi sunt Stellæ cadentes de cœlo, vt ita dicam suo, vbi erant in altitudine cōstituti extollentes se aduersus scientiam Dei.

Alij dicunt Stellæ istas cadentes iustos esse, qui tempore illo de iustitia sua cadent. Sed dicendum, quod ista non stant. Primo quidem quoniam iste est sensus mysticus, & tamē oportet dare huic literę aliquem literalem, quem Christus intenderit. Nam in sensu mystico non est scriptura vera neque falsa, neque dicitur impleri, aut non impleri, cum non sit ille sensus scripturæ, vt ostensum est supra 13. c. q. 28.

Secundo quia dato, quod quis vellet hunc esse sen-

sum literalem, quem Christus intenderit, non stabit, quia ipse intendit hic ponere signa aduentus sui, & consummationis sæculi, & tamen exponendo modo prædicto, nihil attinet ad illam significationem, quia quotidie istud accidit, scilicet, iustos effici reprobos, & ostēntes falsas virtutes, aut doctrinam cadere ab excellentia, in qua erant, aut esse videbantur. Dicendū igitur, quod necesse est accipi de Stellis ad literam, vt cadant de cœlo, aut cadere videantur.

Aliqui ergo dicunt, quod Stellæ verè cadent de cœlo. Afferunt enim, quod accenditur magnus ignis in terra, quo marcescet lumen Stellarum, & tunc consumptio illo lumine nō erit aliqd, quod possit attollere corpora Stellarum, & cadent sicut fit in scintillis surgētib; de camino. Nā quandiu ignis est eis incorporatus surgunt, cum vero deficit, cadunt corpora illa cinis effecta. Sic dicit Origenes super Matth. scilicet, in cōsummatione mundi ab igne, qui succendendus est obscurabuntur luminaria magna, & marcescente Stellarum lumina, reliquum earum corpus cum exaltari nō valeat sicut primum cum a lumine ipso portatum extollebatur, cadet de cœlo.

Sed dicendum, quod hoc non stat. Primo quia iste ignis, qui succendet omnia erit in vltima die sæculi, & erit simul cum resurrectione, & iudicio, & tamen casus Stellarum erit ante vltimū diem, cum ponatur, vt signum præcedens iudicium, & erunt tunc aliqui homines, quibus ista videantur, & sint eis signa, ergo non accipitur hic de tali casu Stellarum.

Secundo non stat, quia isti decipiuntur circa Stellarum naturam, putant enim, quod sint de materia elementalī, & quod sint cibus ignis, & quandiu materia illa est ignita tenetur violenter in excelsis quasi alleuiante eam igne, cum vero fuerit exusta, & defecerit ignis in ea ex propria terrefrilitate, & pondere cadit, sicut de scintillis dictum est. Sed hæc omnia falsa sunt, quia Stellæ, neque sunt corpora ignita, neque ignis, sunt autem quædam quinta natura aliena a corruptione, & alteratione. Contra hos autem argui non oportet, quoniam notorie errant contra totam Philosophiam. Vnde Stellæ non possunt sic cadere.

Tertio non stat, quoniam neque Origenes istud tenet, sed recitat illud, vt opinionem quorundam, quam confutat, quomodo enim Stella cadere potest, cum ipsa non sit aliquid ponderosum, quod appetat inferiora, & egeat teneri? Etiam quomodo Stellæ cadent, cum quilibet Stella visu notabilis sit maior rota terræ? Non enim cadere potest in terram, quod non capitur super terram.

Est ergo dicendum, quod Stellæ cadent, id est, Stellæ comarę. Vocamus enim cometas Stellas comatas, & vulgus eas absolute Stellæ vocat. Christus autem sequitur modū loquendi vulgariū in plurimis: ideo Stellæ vocauit eas, quæ non sunt Stellæ, sed comarę. Et de illis verum est, quod cadent de cœlo, id est, de ære, quem vulgus, & scriptura sacra cœlum vocat.

Alij autem dicunt, quod Stellæ cadent, id est, obscurabuntur densitate nubium, vel corporum interpositorum, quasi cecidissent. Sic dicit Raba. in Marco scriptum est. Stellæ erunt decedentes, id est, suo lumine carentes.

Sed dicendum, quod præcedens modus melior est, & intelligunt aliij, quod Stellæ operientur nubibus, ita vt nulla videatur, & cadent exhalationes ignitæ in modum Stellarum de cœlo, & cum homines non viderint Stellas in cœlo, putabunt omnes decidisse. Sed neque istud est necessarium. Sufficit enim, quod cadant aliqua comarę de aeris parte superiori versus terram, quia vulgares putabunt eas esse Stellas, licet videant alias Stellas non cadentes. Et hoc verisimilius

similius est, scilicet, quod circa diem iudicij cadent multę de his exhalationibus ignitis, quales & in quāto numero nunquam ante hoc ceciderant, vt non putetur naturaliter hoc euenire, sed ex voluntate Dei ad aliquod magnum significandum.

Ad quid cadent iste Stellæ de cœlo.
Quæst. CLXIII.

QUÆRETUR ad quid cadent iste Stellæ de cœlo. Nam alia signa, quæ præcesserunt sufficienti ad ostendendum, quod Christus vult innui.

Dicendum, quod primo fiet ad cōuenientiam rei significatę. Nam per hæc significatur sæculi consummatio, sed in ipsa cessandum omnes partes orbis a conditione status sui: ideo oportet in omnibus partibus orbis fieri signa, sed est aer quędam pars vniuersi: ideo in illo fient signa, & ista sunt comarę multi, qui cadent ante diem iudicij.

Secundo fiet propter magnitudinem rei significatę. Nam magne rei non competit paruū signum, erit autem ista maxima res, quæ significatur, scilicet, aduentus Christi ad iudicandum omnes homines, & consummatio sæculi: ideo signa debent esse maxima, sed Stellæ cadere facit ad quamdam magnitudinem: ideo fuit cōueniens illas cadere.

Tertio quia Deus vult, quod illa signa non solum sint magna, id est, ostendant rem magnam futuram, sed etiam in se sint terribilia, & inducant hominibus timorem, sed nihil videtur inducere materiale terrorem, quā quod cadentes Stellæ in multitudine, & magnitudine admiranda cadant de cœlo, ergo erit cōueniens, quod cadant.

Quæ sunt virtutes iste, quæ mouebuntur.
Quæst. CLXV.

QUÆRETUR quid erit, quod dicitur, quod virtutes cœlorum mouebuntur, & quæ sunt iste virtutes.

Dicendum, quod virtutes vocantur angelici spiritus, & vocantur virtutes cœlorum, id est, substantia spirituales, quæ non habent molem, sed virtutem, sicut dicimus Angelos esse intelligentias, vel substantias separatas, quoniam non sunt spiritus vniūti materię sicut animæ, sed absoluti. Et hoc apertius dicitur Mar. 13. cap. scilicet, & virtutes, quæ sunt in cœlo mouebuntur. Nam per hoc ostendit illas virtutes non esse aliquas conditiones corporum cœlestium, sed esse per se entia, & substantias separatas, cum dixit eas esse virtutes in cœlo.

Accipi possunt dupliciter virtutes iste. Vno modo, quod omnes Angelici vocentur virtutes in quantum virtus significat substantiam spirituales, quæ condistinguitur contra materialem, vel habentem quantitatem molis, & quia omnes spiritus Angelici sunt substantiæ immateriales possunt vocari omnes virtutes.

Alio modo potest accipi specialiter. Nam virtutes vocamus vnum de nouem ordinibus Angelorum, & quilibet Angelus illius ordinis vocatur virtus, & ad istos Angelos pertinent spiritalia officia, & potest accipi viroque modo, vt dicitur sequen. q.

Dicuntur autem virtutes cœlestes ad differentiam aliarum virtutum, quæ non sunt in cœlo: nam omnis substantia spiritalis virtus vocari potest, quia est potestas non alligata materię, sunt autem infra cœlum aliqua virtutes, scilicet, dæmones, qui sunt substantiæ immateriales, & de istis non loquitur nunc Christus, quod mouebuntur, sed de Angelis, quia de

dæmonibus non attinebat ad presens: ideo dixit virtutes cœlorum, id est, Angeli qui in cœlo sunt mouebuntur.

Quomodo Angeli mouebuntur. *Quæst. CLXVI.*

SED quæretur quomodo isti mouebuntur. Aliqui dicunt, quod intelligitur de motu, id est, cessatione ab operibus suis, scilicet, quod ante hoc Angeli mouebant cœlos, & operabantur circa custodiam hominum, & multa alia, tunc vero cessabunt ab omnibus his, quia amplius non erit necessaria circa hæc operatio, immo nulla erit. Sic dicit Eusebius, virtutes cœlorum sunt, quæ præfunt partibus sensibilibus vniuersi, quæ quidem tunc mouebuntur, vt potiore statum attingant, absoluentur enim in seculo nouo a ministerio, quo Deo seruiunt circa sensibilia corpora secundum corruptionis statum.

Sed dicendum, quod non stat. Primo quia non dicitur cōuenienter moueri virtus aliqua per hoc, quod cessat ab operatione. Nā moueri importat transmutationem, aut actionem, cessare autem ab opere non cōuenienter vocatur moueri.

Secundo quia in ista significatione non agit litera ista ad propositum Christi; nam non est aliquid signū ad iudicium cessare virtutes ab operibus suis. Et etiam non est istud aliquid sensibile, quod homines possint videre.

Tertio quia necesse est, quod ista commotio virtutum sit aliquid ante diem iudicij, cum ponatur inter signa præcedentia iudicium, & post ipsum ponatur aliud, scilicet, tunc apparebit signum filij hominis, & tamen cessatio virtutum cœlestium ab operibus suis non erit ante diem iudicij. Nam postquam illę cessauerint mouere cœlum nullus dies erit, aut nox, sed vsque ad iudicium semper erit dies, & nox, ergo non potest intelligi commotio pro cessatione.

Alij dicunt, quod mouebuntur virtutes quodam timore ne condemnentur ad penam sicut homines. Sic dicit Chrysostomus. Virtutes cœlicę mouebuntur quāuis conscię non sint, vidētes enim infinitas multitudines cōdemnari non intrepide stabunt illic.

Sed dicendum, quod hoc nō stat. Primo quia Angeli non timebunt aliquam condemnationem, sunt enim beati, & beatus non potest timere, quia beatitudo excludit omne malum. Incertitudo tamen, ad quā sequitur timor, est quoddam malum: ideo non poterit esse in Angelis. Nam de beatis animabus resumptis corporibus dicimus, quod gaudebunt cum condemnabuntur iniqui, ergo a fortiori Angeli, quorum maior beatitudo est, non timebunt condemnationē aliquam.

Secundo non stat, quia dato, quod possent timere non potest sic intelligi, quia ille timor de condemnatione erit in die iudicij, quando iudicabuntur homines, & tamen ista commotio virtutum erit ante iudicium, cum ponatur hic inter signa præcedentia iudicium, ergo non intelligeretur de hoc.

Tertio, quia sic exponendo non faceret ad propositum cum Christus agat hic de signis præcedentibus iudicium, & illud non erit signum.

Alij dicunt, quod ista mutatio erit quidam timor Angelis adueniens de rebus illis magnis, quæ ante iudicium euenient. Sic dicit Augustinus in Epistola ad Hefychium, scilicet, Non solum autem mortales fluctuabunt, cum alterabitur mundus, sed & Angeli stutpebunt in tam terribilibus mutationibus vniuersi. Sic etiam Beda dicit. In Iob scriptum est, Columnę cœli pauent, & contremiscunt ad nutum eius. Quia ergo facient tabule, cum tremunt columnę quid vrga defecti patitur, cum cedrus paradisi concutitur?

Sed

Sed dicitur, quod hoc non fiat accipiendo stricte: nam Angeli non possunt aliquid timere, quia timor est de malo, & est propter ignorantiam, aut incertitudinem futurorum, & tamen Angeli, qui beati sunt neutrum habere possunt, quia neque potest eis malum accidere cum beati sint, neque incertitudinem de statu suo habere possunt, quia ut ait Boetius in 2. de Consol. profa 3. non fiat felicitas cum ignorantia cecitate.

Secundo quia etiam si timere possent Angeli, iste timor non facit ad propositum Christi de signis iudicij, de quibus loquebatur.

Dicendum ergo, quod commotio virtutum celestium est aliqua operatio insolita: nam ante hoc operabantur id, quod ordinatum erat, & erat naturale, & non miraculosum, & in ista operatione quasi quieti manebant, velut parvi agentes, tunc veluti maiores, & plures operationes exercituræ dicuntur moveri quasi non maneat in quiete, & ocio sicut prius.

Sed dicendum, quod cum virtutes possint accipi dupliciter, ut dictum est, scilicet, pro omnibus Angelis, aut specialiter pro quodam ordine Angelorum, qui est quintus, scilicet, medius in secunda hierarchia, potest utroque modo hoc accipi.

Accipiendo primo modo est sensus, quod omnes Angeli, ad quos pertinet mouere cælos, & facere cetera, quæ circa cælos fiunt, habebunt tunc speciales operationes maiores quam vnquam habuerant, ita ut in comparatione præcedentium dicantur istæ esse operationes, & ad has moveri Angelos, & prius fuisse in quiete quadam, & ocio, & sic poterit tunc Sol obscurari, & Luna non dare lumen suum, & Stellæ de cælo cadere.

Accipiendo autem secundo modo est sensus, quod ad virtutes, qui sunt spiritus de secunda hierarchia pertinent specialiter cooperari ad miracula, quæ fiunt supra res sensibiles, ut dicit Dionysius in lib. de Angelica hierar. non quidem, quod isti spiritus miracula faciant, quia solus Deus illud potest, quia exigit infinitam potestatem, sed dicuntur operari miracula, id est, res admirandas super materiam istam elementalem, & isti spiritus, qui sunt virtutes circa finem sæculi movebuntur sepe ex divina voluntate ad faciendum res admirandas circa materiam elementalem, ut incutiant terrorem omnibus hominibus, & expressa signa de consummatione sæculi, & hoc est moueri virtutes.

Quare posuit hic Christus, quod virtutes cæli mouerentur.
Quest. CLXVII.

QUÆRITUR quomodo, aut cur posuit hic Christus quod virtutes cæli mouerentur.

Aliqui dicunt, quod posuit Christus illud inter signa præcedentia iudicium, quia etiam erit signum. Sed videtur, quod non fiat, quia omnia signa erunt sensibilia, quia aliis nihil significarent si non sentirentur, & tamen, quod moueantur virtutes non erit aliquid sensibile. Nam virtutes sunt substantiæ spirituales, & inuisibiles, & ideo videri non poterunt, & consequenter non erunt signa.

Aliqui dicunt, quod licet virtutes non sint visibiles erunt res operatæ visibiles, scilicet, commotio cæli, & Stellarum, & cetera, quæ insolite accident, & ista sunt signa ad iudicium.

Sed dicendum, quod hoc non fiat, quia hoc esset si ista operata non essent iam posita, ut signa, & tamen iam posita sunt, quia hæc sunt obscuratio Solis, & Lunæ, & casus Stellarum: ideo si ponatur motus virtutum pro signo præcedente ad iudicium, necesse est, quod distinguatur hoc ab illa, & tamen motus virtutum per se cognosci non po-

test, cum virtutes non sint sensibiles, ergo non ponitur pro signo.

Aliqui ergo dicunt, quod pro signo distincto ponitur, & verum est, quod virtutes videbuntur sensibilibiter ante diem iudicij, & tunc signum erunt nobis aduenire consummationem sæculi. Sic dicit Gregorius in homilia. Quid enim virtutes cælorum nisi Angelos, dominationes, principatus, & potestates appellat, quæ in aduentu districti iudicij nostris tunc oculis visibilibiter nobis apparebunt, ut distincte a nobis tunc exigant hoc, quod nos modo inuisibilis conditor æquanimiter portat.

Sed dicendum quod istud non est multum firmum, scilicet, quod Angeli corporaliter operaturi tunc sint nobis, cum penas quaslibet nobis inferre possint non apparendo nobis.

Secundo quia Gregorius dicit istam apparitionem futuram in aduentu iudicij, id est, tunc cum ipse venerit, & tamen si esset signum, cum ponatur inter signa, necessarium esset, quod præcederet ad iudicium, quia aliis non signaret illud.

Dicendum ergo, quod ista commotio virtutum non ponatur hic pro signo, cum non sint virtutes visibiles, sed ponitur pro causa præcedentium, ut reddantur credibilia ea, quæ dicta sunt. Nam cum Christus dicat, quod tunc Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & cadent Stellæ de cælo, diceret aliquis quomodo talia tunc in cælo fiunt cum nunc nulla horum fiunt? Responderet Christus, quod hoc fiet, quia virtutes cælorum movebuntur tunc, scilicet, modo agunt operationes suas solitas, sed tunc movebuntur ad faciendum operationes maiores, & inconstruetas, & ita poterit obscurari Sol, & Luna, & cadere Stellæ de cælo, & quæcunque alia miranda, quæ Christus prædixit. Et iste est verus sensus. Hoc patet Luc. 21. cap. Nam dicitur, erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, ardescantibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi. Et sequitur: nam virtutes cælorum movebuntur. Et ita ponitur, ut reddituum cause, scilicet, quod omnia hæc fieri poterunt, quia virtutes cælorum movebuntur.

Quid erit istud signum filij hominis in die iudicij.
Quest. CLXVIII.

QUÆRITUR de signo filij hominis, quod videndum dicitur, quid erit illud.

Dicendum, quod signum accipitur pro vexillo. Et verum est, quod erit crux istud vexillum, quia nullum aliud vexillum Christus habet in quo triumphauerit, & gloriatur, & ita ecclesia cantat de cruce, scilicet. Hoc signum crucis erit in cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Et colligitur ex hoc loco, scilicet, apparebit signum filij hominis.

Alij autem putant esse aliquod signum victoriæ, sed quod sit istud signum, non dicunt, & ideo magis dicendum est, quod sit signum, id est, crucis signaculum. Sic dicit Origenes, scilicet, signum hoc, aut crucis intelligamus, ut videant iuxta Zachariam, & Ioannem, in quem compunxerunt, aut signum victoriæ.

Alij dicunt signum filij hominis, id est, signum ostendens eum venturum. Sed dicendum, quod non fiat, quia omnia præcedentia sunt signa Christi venturi ad iudicium, & ideo non vocaretur istud signum Christi venturi, quasi alia non essent signa: ideo dicendum, quod vocatur signum filij hominis non quidem

quidem signum venturi, sed venientis, & tale signum idem est, quod vexillum, quia præcedunt vexilla regem venientem, & istud vexillum est crux, cetera vero erant signa, quia signabant eum venturum, sed non venientem: ideo non vocantur signa filij hominis.

Quare adueniente Christo crux apparebit.
Quest. CLXIX.

QUÆRITUR quare adueniente Christo apparebit crux. Dicendum primo, quod erit propter communem ceremoniam Regum: veniet enim Christus sicut rex cum dicatur hic infra in litera, quod veniet cum virtute multa, & maiestate, & tamen vexilla præcedunt reges: ideo ante Christum venientem apparebit vexillum suum, quod est crux, sic dicitur in hymno.

Vexilla regis prodeunt.
Fulget crucis mysterium.

Secundo fiet hoc ad confusionem Iudæorum, qui in illo iudicio vniuersali iudicabuntur, ipsi enim Christum crucifixerunt quasi eum morti inuisibilem adiudicantes, ipse vero ostendet, quod id, quod illi contumeliam putauerunt verum est in gloriam, & ita confunderentur in desiderijs suis, & cogitationibus. Sic dicit Chrysostomus in homilia, scilicet. Apparebit autem signum crucis, ut Iudæorum inuerecundiam confutet, adueniet enim Christus in iudicio non solum vulnera, sed & mortem exprobratissimam ostendens.

Tertio fiet hoc ad ostendendum frustratam esse intentionem Iudæorum. Nam illi eum cruci affixerunt, ut nomē eius periret, & in dedecus iret. Ante vero Christus in honore maximo apparebit, & crux vexillum regale erit. Sic dicit Chrysostomus in homilia. Visa enim cruce, cōsiderabunt, quod nihil profecerunt, & quoniam crucifixerunt eum, quem adorari oportebat.

Quarto fiet hoc ad redarguendum omnes infideles, & male viuentes post susceptam fidem, scilicet, quod eos ipse sufficienter redemerat in cruce, & ipsi noluerunt gaudere precio redemptionis suæ, immo in quantum in se fuit, mortem Christi inutilem faciebant, quia si ita omnes fecissent, licet Christus pro eis mortuus esset, nemo saluaretur.

Quid discipuli intellexerunt per signum filij hominis.
Quest. CLXX.

QUÆRITUR cum Christus dixit istis discipulis. Tunc apparebit signum filij hominis, quid illi intellexerunt per illud signum.

Aliqui dicunt, quod crucem, quia illa est signum eius. Dicendum, quod non fiat, quia non poterant illi intelligere, quod nondum erat, cum non haberent spiritum prophetiæ, & tamen crux non erat signum crucis, quia nondum passus erat Christus in cruce. Et si dicatur, quod sciebant eum crucifigendum esse. Dicendum, quod non sequitur ex hoc, quod scirent crucem esse signum eius. Nam nondum sciebant an crux aliquando haberetur in honore, quia Christus eis hoc nondum prædixerat, sed factum fuit multo post passionem Christi, quod crux a nobis veneretur, sicut nunc facimus. Dicendum ergo, quod discipuli intellexerunt signum filij hominis, id est, vexillum aliquod præcedens eum, cum veniret. Nam putabant eum venturum ad regnandum. Et verum est, quod tunc ad regnandum veniet: immo traderet regnum Deo patri, quia omnia erunt subiecta pedibus eius 1. Corin. 15. ca. ante reges autem vexilla præcedunt: ideo & ante Christum venientem in maiestate sua putabant vexillum aliquod

A ferendum, & hoc putauerunt esse signa filij hominis, & tamē quid esset illud signum, scilicet, an esset crux, vel aliquid aliud nondum sciebant discipuli, erat tamē vere crux, quia Christus nullam aliud signum, aut vexillum habuit.

Et ista est causa, quare vocauit Christus istud esse signum suum. Nam cetera erant signa aduentus eius, istud autem non erat signum, id est, repræsentatiuum de futuro, sed erat vexillum præcedens eum. Secunda ratio est, quia licet utraque signa essent, & Christum significarent, tamen ea, quæ dicta sunt significabant de futuro, signum autem crucis apparebit Christo præsentem, licet etiam super aliquos dies præcedat ante aduentum Christi non appareat, sed dicitur aliquid sequenti quæst.

Quando erit istud tunc in quo signum filij hominis apparebit.
Quest. CLXXI.

QUÆRITUR cum dicatur, tunc apparebit signum filij hominis, quando erit istud tunc.

Aliqui dicunt, quod erit istud adueniente Christo, & iam præsentem ad iudicium, & hoc, quia crux est vexillum Christi, sed vexillum non præcedit regem tempore, sed loco, scilicet, quia præcedit, ut ab omnibus sciatur regem quidem non venturum esse, sed venire: ideo non apparebit crux ante aduentum Christi aliquo tempore, sed tunc cum ipse venerit.

Alij dicunt, quod veniet prius aliquo tempore, quia dicitur hic, tunc apparebit signum filij hominis, & ita istud aduerbium temporis refert ea, quæ dicta sunt, scilicet, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & Stellæ de cælo cadent, sed ista præcedunt aduentum Christi, ergo & apparitio crucis erit ante aduentum Christi. Dicendum, quod satis stat, quod crux aliquo tempore præcederet aduentum Christi, scilicet, quod in aere appareret, & maneret ibi vsque ad aduentum Christi, vel quod desinat esse, aut apparere, & rursus in aduentu Christi appareat. Cum autem dicitur. Tunc apparebit, non tenetur, tunc, scilicet, quasi in eodem tempore, in quo Sol obscurabitur, appareat crux, sed paulo post, sicut in modo nostro vulgari dicimus aliquid tunc fieri si parum post fiat.

Sed tamen magis videtur dicendum, quod crux appareat ante aduentum Christi, & appareat eo tempore, quo Sol, & Luna obscurabuntur, & cadent Stellæ de cælo, & hoc est valde conueniens, scilicet, quod inductis tenebris in toto orbe, immo horrenda quadam nocte appareat crux in cælo fulgidior Sole. Et hoc modo erit venerabilior, scilicet, quod eo tempore, quo Sol, & Luna lumen suum prædiderunt, ipsa nitidior appareat Sole, & Luna: ideo melior, & venerabilior putabitur, quā Sol, & Luna, & omnia astra, quia ipsa tunc lucent cum cetera deficiunt. Et hoc conueniens est, quia scilicet, sicut Christo in cruce patiente Sol obtenebratus est, ita cum rursus crux apparere debuerit Sol obtenebretur. Sic dicit Origenes super Mat. scilicet, sicut autem in dispensatione crucis Sole deficiente tenebræ factæ sunt super terram, sic & signum filij hominis apparente in cælo deficiet lumina Solis, & Lunæ, & Stellarum.

Sed potest dici, quod tunc appareat crux in cælo, & duret per aliquos dies, & noctes, & desinat apparere, & postea rursus adueniente Christo ad iudicandum, appareat quasi vexillum suum. Vel forte postquam semel cepit crux apparere nunquam desinet esse, & videri quousque Christus veniat, quia paruum tempus inter hæc eueniet.

Qualiter crux apparebit. Et qualis erit fulgor crucis, & magnitudo. Quest. CLXXII.

Quomodo erit verum hoc, scilicet. Tunc plangent omnes tribus terre, & quando erit hoc. Quest. CLXXIII.

QV AER ET VR qualiter crux apparebit. Dicendum, quod illa apparebit in aere supra nos eleuata quasi sit in celo super nos extenta, & ita dicitur in litera. Apparebit signum filij hominis in celo, id est, in aere, quem scriptura sacra celum vocat. Et dicendum, quod ista crux erit valde fulgens, ita vt sit splendor Sole, & cunctis astris ad ostendendum dignitatem eius, & ideo vt dictum est praecedens, quod ista videtur esse causa quare apparebit cum obtenebratus fuerit Sol, & Luna, scilicet, vt lux eius magis conspicui possit nullo alio lumine existente. Et etiam, quia tunc lucere poterit quando omnia luminaria defecerunt, & confundentur tunc omnes emuli crucis, & Christi videntes, quod crux poterit illuminare illam horrendam noctem, in qua luminaria defecerant.

Dicendum etiam, quod erit in loco eminenti, non quidem in aere propinquo terrae, & hoc, vt possit videri ab hominibus omnium terrarum, quod non fieret si esset in loco propinquo terrae, quia propter terrae rotunditatem non possit videri in terris distantibus. Hoc autem verum est supponendo id, quod pro vero supponitur, scilicet, quod ante Christi aduentum appareat crux tunc cum obtenebratus fuerit Sol. Nam cum gentes tunc disperse sint per totum orbem, & quodcunque signum debeat videri ab omnibus, necesse est, quod in alto aere sit crux. Si autem crux non appareret vsq; ad Christi aduentum, scilicet praesente quasi vexillum, non oportebat, quod esset in loco valde excelso, quia omnes homines congregandi sunt tunc in locum vni, vbi iudicabitur, & ibi crux ab omnibus videri poterit, licet sit in aere inferiori. Etiam dicendum, quod illa crux, quae apparebit valde magna esse debet, quia alia non posset videri ex omni parte terrae propter paruitatem terrae, licet sit in loco excelso, & lucida sicut est de multis Stellis quas dicimus non esse visu notabiles. Nam omnes, quae sunt visu notabiles sunt maiores tota terra, multae autem sunt minores, & illas visu non distinguimus, sed multae in vnum collectae reddunt velut vni globum luminis, sicut est in circulo quem galaxiam dicimus, vel circulum lacteum, illae enim propter altitudinem situs sui, licet sint lumine non possunt distincte visu notari nisi sint maiores tota terra crux autem debet ab omnibus partibus terrae videri: ideo oportet, quod sit magna.

Erit autem crux illa de materia aeris condensata, & lucida nimium, quae lux dabitur ex voluntate Dei. Nam non poterat aliqua materia elementalis tantum illustrari quantum crux Christi fulgebit, cum debeat esse Sole splendior.

Sed adhuc non est certum an vna crux, vel plures appareant per diuersas partes caeli, poterunt enim plures apparere, & tunc signum esset, quod vbi que crux potestatem habet, sed si vna crux appareat necesse est illam esse magnam, & apparere in loco eminenti, vt ex toto orbe conspicui possit. Si autem plures fuerint non oportet quamlibet illarum esse ita magnam, neque esse in loco excelso, sed in parte inferiori aeris, cum ex paruo spatio conspicienda sit. Sed verisimilius est vnam apparituram fore, & hoc, quia vnica fuit, qui in cruce passus fuit, qui nunc in honore habetur, & vnica fuit crux eius.

Secundo quia dicitur apparebit signum filij hominis: cum ergo dixerit hoc in singulari, videtur quod vnica crux apparitura sit.

QV AER ET VR quomodo erit verum istud, scilicet, tunc plangent omnes tribus terrae, & quando hoc erit. Ad primum dicunt aliqui, quod non plangent omnes homines, sed aliqui, scilicet, mali. Nam boni non habebunt propter quod lugeant, sed vnde consolentur, quia iudicabitur malos, & erunt iam beati, & ideo dicunt omnes tribus terrae plangent, id est, aliqui de omnibus tribubus, quia nulla tribus terrae erit, in qua non sint aliqui boni, & mali, vel saltem aliqui mali, & illi plangent. Sic exponit Nico.

Alij dicunt, quod omnes tribus terrae plangent, id est, homines terreni, qui in caelis non habent partem, sed solum in terra, qui autem in caelis partem habent non lugebunt. Sic dicit Hiero. super Mat. scilicet, recte autem dicit tribus terrae, hi enim plangent, qui municipatum non habent in caelis, sed scripti sunt in terra.

Sed dicendum, quod modus iste exponendi est mysticus: ideo dicendum, quod ad literam verum erit, quod omnes tribus terrae plangent, quia nulla gens erit, quae non plangat, & fortassis nullus homo, aut pauci. Ad secundum dicendum putant quidam, quod istud erit in generali iudicio: nam tunc mali videntes districtum iudicem super se, & mala, quae eis parata sunt, plangent. Sed dicendum, quod non stat. Primo quia dicitur, quod plangent omnes, sed ante iudicium plangent omnes, in iudicio autem non, sed soli mali, quia alijs non accidet aliquid quare plangent. Secundo quia videtur ex ordine literae, quod debeat intelligi ante iudicium. Nam dicitur hic, & plangent omnes gentes. Et sequitur. Et videbunt filium hominis venientem, ergo prius erit plangere, quam videant filium hominis, & tamen si in iudicio lugerent, diceretur prius, quod videbunt filium hominis venientem, & plangent coram eo tribus terrae: ideo ante iudicium erit iste planctus.

Tertio patet, quia dicitur infra in litera. Et mittet filius hominis Angelos suos cum tuba, & potestate magna, & congregabit electos suos a quatuor ventis caeli. Et tamen prius congregabuntur quam sint in iudicio, & lugeant, ex quo non intelligitur de planctu, quae mali facturi sunt in iudicio.

Dicendum autem, quod d an mali in iudicio praesente iudice ploratu sint, non constat, satis enim verisimile est, quod si iudicium aliquantulum durat, quod mali lugebunt, & tamen nunc non intelligitur de lactu in iudicio. Sed hoc dicitur, quod verisimile erit quantum est ex tristitia, quam mali concipient, & tamen an ex parte corporis respondeat dispositio ad hoc, quod lugere possint dicitur infra sequenti cap. Nunc vero dicitur de planctu, quem habebunt homines ante resurrectionem. Et tunc certum est, quod poterit plangere, quia cum sint corruptibiles potest fieri illa resolutio de capitibus eorum. Etiam competit huic literae sensus, quia dicitur. Plangent omnes tribus terrae. Et ante iudicium omnibus tam bonis quam malis competit causa lugendi, post iudicium vero solis malis. Item & praecipue, quia dicitur, quod plangent omnes tribus terrae. Et ita homines erunt distincti per tribus, quando istum planctum habebunt, & tamen in iudicio non erunt distincti per terras, quia omnes homines congregabuntur in locum vnum, vt dicitur infra in litera. Etiam ibi in loco illo non manebit distinctio eorum secundum locum, sed omnes boni de quacunque gente sint, erunt ad dexteram, mali vero de quacunque gente sint, erunt ad sinistram, vt dicitur sequenti cap. ergo non intelligitur de planctu in iudicio, ante iudicium vero manebunt homines distincti per terras suas, & loco, & gen.

& gente, De vna terra vocat scriptura vnam tribum, & gentem, de alia terra aliam tribum. Et ita erit, quod ante iudicium quaelibet gens erit in regione sua, & ibi lugebit.

Quare plangent omnes terra tribus. Quest. CLXXIII.

QV AER ET VR quare plangent omnes tribus terrae. Dicendum, quod ante iudicium omnes plangent tam boni quam mali. Primo propter praesentiam malorum, quae videbunt. Nam obscurabitur Sol, & Luna, & Stellae cadent, & nemo est, qui hoc visu non timeat, & lugeat.

Secundo propter ea, quae ex his ventura sperabunt. Nam cum haec mala sint, & signa sint, deteriora inde futura sperantur. Hoc enim in magnum timorem deducet omnes homines, ita vt non solum lugeant, sed etiam arescant. Sic dicitur Luc. 21. c. Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terra pressura gentium praesens confusione sonitus maris, & fluctuum arescentibus hominibus praesens timore, & expectatione, quae superueniet vniuerso orbi. Et ita cum arescere sit magis quam plangere, verisimile est, quod plangent illi, qui arescere debent.

Sed dicendum, quod licet omnes homines lugebunt magis tamen infideles quam fideles, quia infideles nihil horum sciunt, aut credunt esse futurum: ideo cum haec venerint accidit inopinata illis, propter quod valde affligentur, fideles vero sciunt haec futura esse, & ideo licet ista praecognitio non tollat eis omnem angustiam, & planctum, quia res quando est in sensu multum urget, tamen multum minuetur de granitate angustiae. Sic enim ait Grego. quod minus iacula ferunt, quae praecedunt, & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, cum contra ea per providentiae clypeum munimur. Secundo quia infideles post haec mala nullum bonum expectant, cum credant mortem esse vltimum malorum, quasi post mortem nullum malum, aut bonum eueniat, & si aliquid post mortem futurum putant, non recte de illo existimant, & ideo affligentur valde cum ista putent ad mortem vsque pertinere, fideles vero sciunt post haec signa iudicium futurum esse, & post iudicium vitam aeternam: ideo habent aliquid quo praesentes angustias alleuent. Sic Apostolus arguit 1. Thessa. 4. cap. dicens, quod non debemus contristari de morientibus, sicut infideles, qui spem non habent, sed debemus consolari, cogitantes, quod eos in beata requie videbimus. Et istum etiam modum ponit hic Christus dicens infra in litera, ita & vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est, & in ianuis. Et Luc. 21. ca. aperit dicitur, scilicet, his fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Et videbunt. Postea fuerunt in praecedenti signa, quae praecedunt iudicium: hic autem ponitur ipsum iudicium. Et dividitur in duas, quia primo ponitur quod dictum est, secundo inducitur exemplum, ibi.

Ab arbore sui. Prima in duas, quia primo ponitur conditio iudicis venientis. Secundo obsequium caelestis exercitus ministrantis, & hoc in congregatione resurgentium ad locum iudicij ibi.

Et mittet Angelos. Circa primum dicitur. Et videbunt filium hominis. Scilicet, Christum, qui est filius virginis. De seipso enim loquitur quasi de alio.

Venientem in nubibus caeli. Scilicet, Non veniet peditudo sicut nunc, neque etiam sedens super asinam, & pauper sicut cum intrauit in Ierusalem, sed potens, vt rex, & excellentior quam humanus rex, scilicet, vt Deus, quia veniet in nubibus caeli, id est, aeris, qui vocatur caelum ad modum loquendi scripturae.

Cum virtute multa. Id est, Cum potestate, vel exercitu, non enim potest esse maior potestas quam ea, quam Christus in iudicio habebit.

Et maiestate. Id est, Magnitudine status, vel apparatus, quia multus apparatus honoris cum eo tunc apparebit. Et mittet Angelos suos. Hic ponitur obsequium Angelorum in congregatione resurgentium. Nam cum Christus veniet ad iudicium oportet praesentari omnes homines sicut dixit Apostolus omnes astabimus ante tribunal Christi, & ad hoc Angeli ministrabunt Christo, scilicet, vt colligant pulueres mortuorum ad formandum corpora, & sic vnjatur anima, & deducantur omnes in locum iudicij. De quo magis dictum est supra 22. cap. vbi de resurrectione, & conditione resurgentium actum est. Et vocatur hic Angelus omnes spiritus angelici de quocunque ordine sint, qui ad istud ministerium deseruient, eo quod mittuntur. Cum tuba, & voce. Ista tuba, & vox erit ad excitandum mortuos. Quid autem sit, & quomodo agatur ad resurrectionem dictum est supra 22. cap. Et congregabunt electos eius. Ista congregatio est ad hoc, quod omnes deducantur ad locum vnum ad hoc, quod iudicentur, & licet dicatur de electis omnes tamen adducuntur.

A quatuor ventis. Id est, a quatuor partibus orbis, quae designantur per quatuor ventos, id est. Subsolanum, Fauonium, Aquilonem, Austrum.

A summis calorum vsque ad terminos eorum. Id est, Ab vna parte caeli vsque ad aliam, scilicet, vbiunque fuerit homo, aut pars eius deducetur ad locum iudicij collectis prius partibus, vt homo resurgat.

Quomodo stat, vt videant filium hominis in nubibus venientem. Quest. CLXXV.

QV AER ET VR quomodo stat, quod videant filium hominis venientem in nubibus.

Nam videtur, quod non possit stare, quia aut hoc videbunt homines ante mortem, & resurrectionem, aut post resurrectionem.

Sed videtur, quod neutro modo, non enim ante mortem, quia Christus non veniet ad iudicandum ante mortem omnium hominum, quia veniet ante tempus. Nam non veniet ad iudicandum nisi cum non erit tempus aliquid agendi, sed solum recipiendi ea, quae egimus bona, aut mala, & tamen ante mortem semper est locus merendi, & demerendi: ideo Christus non videbitur ab hominibus eo tempore, sed postquam mortui fuerint, & surrexerint. Si autem accipiat, quod videbitur post resurrectionem ab hominibus. Videtur, quod non stet, quia prius ipse veniet quam ipsi resurgant: ideo non videbunt eum venientem. Et patet ex litera nostra, quia prius ponitur quomodo Christus veniet in maiestate, deinde subditur, quod mittet Angelos ad congregandum electos.

Dicendum, quod non videbitur ab hominibus ante mortem, sed post resurrectionem propter causam dictam. Etiam quia ante mortem erunt homines dispersi per regiones suas sicut nunc sunt, & non possent omnes videre Christum venientem, etiam si corpus suum valde fulgeret propter magnam distantiam, ex qua non esset visibile corpus humanum ab oculis mortalium, oportet ergo omnes congregatos esse, cum eum viderint, vt de propinquo ab eis videri possit. Cum vero obijcitur, quod si post resurrectionem viderint eum, non videbunt venientem in nubibus. Dicendum, quod potest dupliciter accipi, vno modo, quod prius sit aduentus Christi ad locum iudicij qua suscitatio mortuorum, & tunc videbunt eum venientem, qui venit, s. postquam venit, & nondum venit. Alio

Qualis materia erit ex qua coepta erit crux in die iudicij.

Alio modo potest dici, quod prius sit suscitatio mortuorum quam aduentus, & ideo homines iam suscitati videbunt Christum venientem.

Dicendum, quod prima positio non est ita conueniens, ut secunda. Primo quia litera dicit, videbunt eum venientem. Et est participium præsentis, & est sensus, videbunt eum venire, vel dum venit.

Secundo quia Christus in aduentu ad iudiciū ostēdet omnibus hominibus maiestatem suam, & excellentiam, sed pars apparatus eius erit in veniendo, scilicet, quod videant omnes homines, quod per nubes descendit quasi per terram gradetur: ideo non solum videbunt eum postquam venerit, sed etiā dum venit, & sic non erit aduentus ad locum iudicij ante suscitationem mortuorum.

Sed neque videtur dicendum, quod prius aliquantulum resurgant mortui quam Christus veniat, sed quod utrunque sit simul. Nam suscitatio mortuorum fiet quasi subito. Nam collectio puluerum cadaverū non fiet in instanti, sed imperceptibiliter, vniō animarum ad corpora formata fiet in instanti, translatio resurgentium ad locum iudicij fiet subito, & ita licet Christus ceperit descendere de cælo cum ista fieri incipiunt, prius hæc consummabuntur quam veniat ipse in locum iudicij. Vnde poterunt omnes resurgentes Christum videre venientem. Et ita aliquantulum præcedet aduentus horum in locum iudicij ad aduentum Christi illuc.

Cum autem dicitur, quod litera obstat, quia prius ponitur aduentus Christi quam cōgregatio mortuorum. Dicendum, quod est anticipatio, cum enim illud deberet præcedere ad hoc tenendo ordinem naturalem, factum est è cōtrario per ordinem artificialem, & ista anticipatio necessaria est sepe in scriptura. Nam etiam si ista duo simul sint tempore, cum non possint simul narrari necesse est vnum ante alterum dici, & ita est hic, quia concurrunt tempore quantum ad aliquid, licet prius finiatur congregatio mortuorum quam aduentus Christi ad locum iudicij, sed sequitur hic ordinem artificialem Christus in narrando, ipse enim venturus est ad iudicandum, iudex autem prius venit ad locum iudicij quā aliquid iudicialiter iubeat, sed mittere Angelos ad congregandum est actus Christi iudicantis: ideo prius de aduentu eius dicitur quam de congregatione mortuorum. Secundo fuit hoc, quia resurgentes non congregantur in locum vnum nisi, ut ibi per Christum iudicentur: ideo conueniens fuit præmitti de Christo veniente ad iudicandum, ut inde resulteret ad quid congregari facit omnes homines.

Qualiter Christus veniet ad iudicandum an successiue, vel subito. Quæst. CLXXVI.

QVAERETVR qualiter Christus veniet ad iudicandum, scilicet, an subito descendit de cælo, an successiue.

Aliqui dicunt, quod subito, eo quod potestas eius sufficit ad hoc. Et manifestabit maiorem virtutem faciendo sic quam si successiue veniat.

Dicendum, quod non veniet subito, sed successiue. Et patet primo, quia Actu. 1. ca. quando Christus ascendit in cælum dicitur, quod discipuli intuebantur eum euntem, & ita videbant eum quomodo eleuabatur, & non viderent nisi successiue, & paulatim iret, & tamē Angeli dixerunt ibi, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum sic veniet, ergo veniet descendendo successiue, & paulisper.

Secundo patet, quia dicitur hic in litera. Videbunt filium hominis venientem, id est, videbunt eum venire, vel quando venit, sed non viderent, si non veniret suc-

cessiue, ergo veniet successiue. Tertio patet, quia Christus voluit ostendere maiestatem suam in iudicio, ut manifestetur gloria sua omnibus, sed magna pars gloriae erit, quod videant homines qualiter descendit per aerem, sicut per planam terram, & non possent videre nisi successiue veniret, ergo veniet successiue.

Quarto ad manifestandum locum, de quo venit. Nam si Christus subito veniret, non posset videri, de quo loco veniebat, quia non videretur venire, sed venisse, & ideo nesciretur, an veniret de inferis, vel de cælis, aut de aliqua parte terræ, & tamen hoc est incōueniens, quia ad manifestandum gloriam loci eius necesse est, quod sciatur, quod de cælo venit: ideo debuit videri venire successiue de altitudine cæli, & ita non dubitaretur vnde veniret. Necesse est igitur dici eum successiue venisse.

Dicendum tamen, quod ista successio morosa non erit per totum medium aduentus, sed per aliquam partem: nam Christus sedet nunc a dextris Dei Marci 16. ca. Et est in cælo empyreo, vbi est gloria beatorum, si autem per totum illud medium veniret successione morosa, esset quidem fastidiosum, neque ad aliquid esset vtile, quoniam resurgentes, qui visuri sunt Christum venientem, non possent eum videre venientem per media illa, etiam si successione morosa illa media transiret, sed intelligendum est, quod in regione aeris ab ea parte, qua poterit distincte videri Christus, & eius apparatus a resurgentibus manentibus in terra, incipiet venire successione morosa. Talis autem modus fuit in ascensione: nam dicitur Actuum 1. capitu. quod discipuli intuebantur Christum euntem in cælum, & admirabantur quomodo ascenderet, & sic manserunt admirantes, & intuentes, quousque duo Angeli dixerunt eis quid admirabantur euntem, eodem capitu. talis igitur erit modus descendendi, quia illi Angeli dixerunt. Sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem.

Ad rationem in contrarium respondebitur infra quæst. 178.

Quare Christus dixit, quod viderent eum venientem in nubibus. Quæst. CLXXVII.

QVAERETVR quare Christus dixit, quod viderent eum venientem in nubibus.

Aliqui dicunt, quod quia supra fecerat mentionem de cruce in quantum dixit, tunc apparebit signū filij hominis putarent forte discipuli, quod aliquid malum, & ad humilitatem pertinens adhuc passurus esset, ostendit, quod non, sed in magno statu veniret, scilicet, in nubibus cæli. Sic dicit Chrysosto. in homilia, scilicet, quia crucem audierant ne rursus existimarent aliquid turpe esse futurum, subiungit. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli.

Sed dicendum, quod non est ista causa. Nam discipuli per signum filij hominis non intelligebant nunc crucem, sed quod illud sit signum suum: ideo non poterant ex signo eius aliquid mali cogitare, contra quod istud deberet dici.

Dicendum igitur, quod fuit primo dictum ad ostendendam rem futuram, ita enim futurum erat, quod Christus venturus esset in nubibus cæli: ideo prædixit illud.

Secundo fuit ad ostendendum excellentiam aduentus sui, scilicet, quod non venturus erat in humilitate sicut primo, sed in honore magno: ideo dixit, quod in nubibus cæli veniret.

Quo.

Quomodo Christus veniet in cali nubibus. Quæst. CLXXVIII.

QVAERETVR quomodo Christus veniet in nubibus cæli. Nam videtur, quod non sit venturus in nubibus. Primò quia non indiget nube, quia ipse per se venire potest, ideo non vteretur adminiculis velut indigens. Secundo quia dato quod vellet vti illis non sufficeret nubes ad hoc, quia nubes est corpus rarum valde, quod non potest sustinere pondus aliquod.

Dicendum, quod verè Christus descendet in nubibus cæli, quia ipse illud hic asseruit, ideo necesse est, quod sic eueniat.

Secundo quia ita testati sunt Angeli post ascensionem Christi, dicentes discipulis. Quemadmodum vidistis eum ascendentē in cælum sic veniet, & tamen ascendebat tunc in nube, ideo in nube venturus est.

Causa autem quare in nubibus veniat, non est quasi non possit sine nubibus venire, sed est prima causa ad apparatus. Nam dicitur in litera, quod veniet in maiestate, est autem maiestas apparatus magnus, ideo cum nubes circumstantes faciant ad quendam apparatus veniet in nubibus.

Secunda est ad ostendendum dominium, est enim dominus vniuersalis, ut ergo ostendat, quod etiam nubes obediunt ei vult in nubibus venire.

Tertia est, ut videatur venire quasi iudex. iudices enim sedent cum iudicant, Christus autē ad iudicandum venturus est, ideo secum ducet sedem suam, scilicet sedebit in nube, ita enim in ea inuoluetur quantum ad partem inferiorem corporis, quasi sedeat in sede gestatoria.

Quarta est propter dānatos, ut videatur honestius venire. Nam apud Beatos nullum erit operimentum aliquarum partium corporis, quia omnes decore operientur & non erit vltus aliquarum vestium, & nihil erit turpe in conspectu eorum, sed in damnatis non erit idem, ideo videtur ad quandam honestatem, quod in conspectu eorum nube operiendæ erunt inferiores partes corporis Christi, a quibus partibus eum damnati videbunt, qui tunc sedebunt in terra, & Christus erit in aere. Sic enim cum ascenderet a parte inferiori nubes eum operuit cum videretur a discipulis, qui erant adhuc mortales, coram quibus non decebat nudum apparere, licet poterat habere operimentum de lumine. Sicut dicitur Psalm. 103. Amictus lumine, sicut vestimeto, & iō priores causæ efficaciores sunt.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quod licet per se Christus venire possit, i. non vtiens nube non fuit conueniens, quod sine nube veniret, sed potius in nube propter causas dictas, non enim conuenit quod faciat quidquid potest, sed id, quod ratio exigit. Nam omnia possit per se Deus agere non cooperantibus aliquibus instrumentis, & causis naturalibus, & tamen vtiuntur omnibus his. Sic etiam apud homines est, multa enim per seiplos facere possunt, que non faciunt, quia non decet, sed seruis iniungunt, ita & nunc Christus venit operiens nube inferiora corporis, & in illa sedens, licet sine ea venire possit.

Et hoc modo potest responderi ad rationē factam sup. q. 176. cum dicebatur, quod poterat Christus venire subito. i. sine successione morosa, & manifestabat magis potestatem suam. Dicendum quod verum est, quod poterat venire, sed non decebat, quod sic veniret propter rationes ibi dictas.

Cum autem dicitur, quod manifestaret maiorem potestatem. Dicendum quod non est verum, immo si subito veniret, non videretur vnde veniret, & non agnosceretur gloria sua, ideo deuit, quod sic veniret.

Ad secundum dicendum, quod verum est, quod nubes non

Alph. Toft. in Matth. Pars V.

A poterat sustentare corpus Christi aut alterum corpus neque etiam tunc Christus ideo illa utebatur, quasi deberet sustentare, aut sustentaret, sed propter alias causas supra positas.

Itē nō erat opus, quod nubes sustentaret corpus Christi, quia erat illud glorificatum, & huiusmodi corpora non indigent subleuante, quia nō sunt graua quasi moueantur pondere suo ad centrum sicut corpora nostra, ideo etiam in nube poterat sustineri tunc corpus Christi. Item quia dato, quod nubes non haberet naturaliter, quod posset sustinere corpora aliqua humana daretur ei aliquid super naturaliter, fiebat tunc in illa sicut apparet in motu eius, sicut dicitur in sequenti quæstione.

Quomodo mouebitur Christus in nube, & quomodo mouebitur nubes. Quæst. CLXXIX.

QVAERETVR quomodo mouebitur Christus in nube ista, & quomodo mouebitur nubes.

Ad primum dicendum, quod non mouebatur Christus motu grauitatis, licet moueretur versus centrum, descendebat enim. Christus de cælo in terram, ideo motus eius versus centrum erat, qui est motus grauium, sed non mouebatur hoc motu ipse. Primo quia erat corpus eius gloriosum, & in eis est dos agilitatis, cū qua non stat moueri ad motum prædominantis elementi, quod ab imperfectione venit. Secundo quia si hoc motu moueretur non sisteret in aere, sed ad terram veniret, & quiesceret ibi, & tamen in aere stabit, & iusti cum eo in aere rapiuntur obuiam Christo 1. Thes. 4. c. ergo non erit motus ille a grauitate.

Tertio, quia motus, qui ex grauitate prouenit, cū sit naturalis, est velocior in fine quam in principio, aut medio: sed potius tunc erit e contrario, cū a principio sit subitaneus, postea vero aliquantulum tardus successione morosa, ut videatur a resurgentibus congregatis in loco iudicij, ut dictum est supra, ergo nō mouebitur motu grauitatis. Sed dicendum est, quod motus Christi erit motus voluntarius sine vlla repugnantia ex parte corporis. Et hoc est ex parte agilitatis. I. per aliquid excellētius dote, sed in beatis per dotem agilitatis poterit moueri Beatus quocumque moueri voluerit tam supra, i. ad sursum, vel deorsum, uel quamlibet aliam positionem, & licet corpora in Beatis nō perdidit propriam temperiem compositionis, secundum quā mixturem magis sunt terrena, quam aerea, tamen non erit in eis pondus, quod contra uoluntatem trahat corpus, sicut nūc illud trahit, sed ita facile erit Beato moueri ad sursum, sicut ad deorsum vel ad latera, & in eadem velocitate, & cum æquali conatu, hoc verò erit quia anima dominabitur corpori, quasi iam non sit leuitas, aut grauitas principium motiū ex parte corporis, sed voluntas sit principium motiū, & quia voluntas non magis determinatur ad unam partem positionis quā ad alteram poterit Beatus moueri æqualiter ad quācumque partē.

Quantum ad secundum dicendum de nube, quod illa mouebitur versus deorsum sicut Christus, qui descendit, & quia ipse venit sedens in illa, necesse est, ut ipsa quoque descendat. Sed dicendum, quod iste motus non erit naturalis nubi, quia motus earum non est deorsum, sed potius est ad sursum. Nam ex vaporibus aut exhalationibus surgentibus de terra, & aqua densantur, & efficiuntur nubes, & surgunt vsq; ad illam partem aeris in qua manent. Inde autem non mouentur naturaliter deorsum, neque etiam sursum, sed magis consueverunt moueri in latera a uento percussæ, ad deorsum aut neque venti impellunt, cum venti non causentur ex superioribus, sed ex inferioribus.

Qq Sed

Sed aliquis dicit, quod poterit moueri illa nubes naturaliter ad deorsum, utpote si ingrossata, & condensata fuerit, & tunc pondere suo trahetur ad infra. Dicendum, quod non stabit sic in illa nube. Primo quia si moueretur a propria gravitate non posset bene coaptari corpori Christi, sed moueretur tardius; aut velocius quam deceret iuxta exigentiam suæ gravitatis. Secundo & efficacius, quia nubes nunquam descendunt pondere suo, sed quando densatæ sunt solvantur in aquas, quæ cadunt, & tamen illa erit nubes, & non pluvia, in qua Christus descendet, ideo non mouebitur naturali motu. Tertio quia si posset esse, quod nubes non soluta in pluuias tantum densaretur, quod oportet descendere ex propria gravitate, necesse esset motum suum esse velociorem circa finem, & non cessaret usque ad terram, & tamen nubes illa non descendet usque ad terram, sed manebit eleuata in aliqua parte aeris, in qua Christus manebit, ergo non descendet naturaliter.

Dicendum etiam, quod non descendet ex aliquo principio intrinseco dato ei a Deo, quia illud esset mouens voluntarie, scilicet quia cessaret ubi vellet, sicut est de agilitate, secundum quam mouentur Beati, quod volunt, & in qua velocitate volunt, ut dictum est preced. q. Nam tale principium motuum, vel qualitas non est nisi corporum glorificatorum, & tamen nubes non sunt corpora glorificata, neque erunt unquam, maxime quia talis perfectio non potest dari nisi enti rationabili, ideo non mouebitur a principio intrinseco.

Dicendum ergo quod mouebitur illa nubes a principio extrinseco mouente voluntarie. Nam ab extrinseco mouente naturaliter non poterit moueri, utpote si diceremus eam a vento moueri. Nam si contingeret ventum mouere nubem versus terram, non cessaret motus usquequo nubes alideretur ad terram, & tamen illa nubes in aere manebit ubi Christus manebit, ergo neque a vento mouebitur, sed mouens est extrinsecum & voluntarium, scilicet Angeli qui obsequentes Christo mouebunt nubem illam in ea velocitate, aut tarditate, qua Christus volet & usque ad illum locum, quem ipse volet, & cum Angeli cessauerint eam mouere stabit illa, neque oportet ipsam teneri cum non inclinatur ad eundem deorsum, & tamen, quia Angeli mouentes eam cum sint substantiæ spirituales, non videbuntur, putabitur ipsa per se moueri.

Quomodo dicitur hic quod videbunt eum venientem in nubibus in numero plurali. Quæst. CLXXX.

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quod videbunt eum venientem in nubibus. Nam videtur, quod in vnica nube veniet. Secundo quia Christus sic venturus est, sicut ascendit, sic enim dixerunt Angeli discipulis: Act. 1. c. *Quemadmodum vidistis eum ascendentem, sic veniet, & tamen in vna nube ascendit, ideo in vna nube descendet.*

Dicendum, quod concedendum est vtrique. scilicet quod Christus descendet in nubibus, & quod descendet in nube vna. Nam Christus dicit hic quod videbunt eum venientem in nubibus, & Mat. 13. c. etiam dicitur, venientem in nubibus, & tamen manifestum est, quod vna erat nubes, quæ corpori eius appropinquabit, & aptabitur ei, & in illa proprie venire dicetur.

Sed dicendum, quod causa quare dicatur venire in nubibus coeli est, quia inter illas descendet, & desuper illas, & tamen coelum, de quo Christus descendet super nubes est, ideo in nubibus veniet, i. inter nubes, vel

desuper nubes. Secunda causa est, quia volunt quidam quod in aduentu Christi non solum descendet una nubes, sed pedibus eius, sed multæ, ut maior honor sit descendenti quam fuerit ascendenti, eo quod nunc omnibus hominibus manifestandus, tunc vero a solis discipulis, qui cum eo erant in monte Oliueti, & quibusdam aliis credentibus visus est. De his dicit Orig. super Mattheum. Videbunt ergo oculis corporalibus filium in humana specie venientem in nubibus coeli, id est superius, sic enim quando transformatus, est, vox venit de nube, sic cum veniet iterum in specie transformatus gloriosam, non super vnica nubem, sed super multas veniet, quæ erunt vehiculum eius.

G Ad primum in contrarium dicendum, quod verum est quod in vnica veniet. scilicet quæ immediate tangat corpus eius, & aptetur ei, & tamen veniet in multis nubibus, quia multæ erunt sub pedibus eius licet vnica sit, quæ immediate eum tangat.

Ad secundum dicendum quod sic veniet sicut ascendit, & tamen ly sicut determinat actum descendendi & ascendendi, non autem habitum aut ceteras dispositiones descendenti, & ideo sicut tunc ascendit visibiliter, & successione morosa, ita descendens est. Non tamen sequitur, quod si tunc vnica nubem habuit, quod etiam nunc habeat vnica, cum descendet. Et ratio quare in descensu debuit vti pluribus nubibus, aut quare scriptura debuit nunc dicere de pluribus quam in ascensione, fuit, quia quando Christus ascendit ibat de loco, in quo nulla nubes erat, & oportuit, quod descenderet de loco nubium aliqua nubes in qua iret, & quia sufficiebat una, fuit vnica, cum vero descendet, veniet de loco nubium, & necesse erit quod veniente eo essent nubes sub pedibus eius, ideo dicitur, quod in nubibus descendet.

Secunda erat ad ostendum maiorem honorem in descendendo quam in ascendendo. Nam maior esse debebat, quia tunc ascendit coram paucis, nunc vero descendet coram toto mundo. Nam nunquam erit totus mundus congregatus nisi tunc.

Qua nubes erit illa, in qua Christus descendet. Quæst. CLXXXI.

QVAERETVR quæ nubes erit illa, in qua Christus descendet, scilicet quæ erit corpus eius coniuncta.

Aliqui dicunt, quod erit illa eadem nubes, in qua ascendit. Et hoc videtur velle Aug. in Epistola ad Hefychium cum ait. Et sicut in actibus Apostolorum legitur nubes suscepit eum ab oculis eorum, & quia illic dictum est ab Angelis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in coelum, merito credendum est non solum in eodem verum etiam in nube venturus, scilicet non solum in eodem corpore, sed etiam in eadem nube, quia alias non potest bene intelligi illa litera, quia si intelligantur, quod venturus est in nube, non tamen in eadem, nulla dubitatio tollebat, quia manifestum erat, quod in nube venturus erat, cum dicitur hic, quod veniet in nubibus coeli. Et tamen ponit illud Augustinus ad tollendum aliquam dubitationem cum dicat, merito credendus est non solum in eodem corpore, & c. ergo intelligendum est, quod Augustinus voluerit de eadem nube.

Dicendum, quod non poterit esse penitus eadem nubes. Nam nubes est ens imperfectum cum non pertineat ad determinatam speciem in quantum huiusmodi. Nam nubes est ens Meteorologicum & inter omnia entia Meteorologica non est aliqd ens pertinens ad spem per-

perfectam, id est, quod secundum illud esse, quod habet, sit in specie determinata, nisi pluvia, quæ est aqua, ideo talia entia sunt parue durationis, & statim transeunt ad aliam speciem, sicut nubes soluitur in aliquid subtilius, vel condensatur in pluuias. Cum igitur nubes illa fuerit a tot annis non est verisimile, quod maneat eadem numero nunc, sed iam soluta fuerit in aliquid aliud.

Sed est dicendum, quod non differt eandem nubem, aut aliam esse, dum tamen nubes sit, quia non sumitur nubes illa, nisi ad operiendum, quod potest facere quæcumque nubes, ideo siue illa, siue altera fuerit non differt. si autem in aliquo differret potuisset Deus miraculose illam eandem conseruare, sicut miraculose aliquid fecit in motu eius quando ascendit, & aliquid miraculose faciet in motu illarum, in quibus descendurus est, ut dictum est supra.

Vnde dicendum, quod non erit eadem nubes numero quasi ab illo tempore usque nunc manserit nunc soluta, neque in aliud transmutata, sed poterat esse eadem secundum materiam, scilicet quod materia, quæ fuit illius nubis sit materia eius nubis, in qua Christus descendens est ad iudicandum, sed non est necessarium.

Quid sint istæ nubes coeli. Quæst. CLXXXII.

QVAERETVR quomodo dicitur, quod videbunt eum venientem in nubibus coeli, & quomodo sunt istæ nubes coeli.

Aliqui dicunt, quod sunt nubes coeli, id est de substantia celesti, scilicet quod ad excellentiam corporis Christi fecit Deus, quod in nubes illa quæ tangerent corpus eius, essent de substantia coeli. Sic tenet Orig. super Mattheum. siquidem ne calcaret filius Dei Ierosolymam ascendens, diligentes eum strauerunt vestimenta sua in via, neque a sellam, qui portabat eum volentes terram calcare: quid mirum si pater, & Deus omnium nubes sternat celestes sub corpore filij descendenti ad opus consummationis? Dicit autem aliquis quoniam, sicut in factone hominis accepit limbum de terra, & finxit hominem, sic ut appareat gloria Christi accipiens Deus de celo, & de celesti corpore corporauit primum quidem in transfiguratione in nubem lucidam, in consummatione in nubes lucidas, propter quod nubes coeli dicitur, propter quod & limus terræ est dictus, & decet patri talia miranda dare filio, qui se humiliavit, & propterea exaltauit illum non solum secundum spiritum, sed secundum corpus.

Sed dicendum, quod non fiat, quia nubes non possunt esse de substantia celesti, quia substantia illa non scinditur, neque diuiditur, neque permiscetur, ut possent nubes aliquæ fieri, & iste error prouenit ex suppositione eorum, qui errant secundum prophetiam sequentes Platonem. Putant enim corpora celestia de natura quatuor elementorum esse, & tunc verum est, quod de celo poterant fieri nubes cum materia quatuor elementorum sit apta mixtioni, alterationi, & corruptioni, sunt tamen coeli de quinta essentia, id est de quadam natura, quæ non est quatuor elementorum, sed distans ab eis, & in illa non recipitur alteratio, generatio, & corruptio.

Dicendum ergo, quod non vocantur nubes coeli quasi de substantia coeli sint, id est aeris, quia in regione aeris sunt nubes, & ita accipit scriptura celum, ut Luc. c. 8. Aues coeli comederunt illud, id est aues, quæ sunt in aere, & Psal. 8. dicitur. Volucres coeli, & pisces maris, id est volucres, quæ sunt in aere. Vel dicuntur nubes coeli, quia iuxta coelum sunt. Nam licet inter nubes, & coelum mediet regio ignis: nos tamen Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

In quæst. 179.

non videmus eum mediare, & ideo putamus conuictas esse nubes celo, sed non sunt, scriptura autem tenet modum loquendi vulgare, ideo vocat nubes coeli quasi sint iuxta celum sicut vulgus putat. Et hoc colligitur, quia neque Marcus, neque Lucas de hoc dixerunt. Nam Mar. 13. c. dicitur videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute. & Luc. 21. cap. dicitur venientem in nube, & neuter addit coeli. Et tamen si de substantia coeli esset nubes illa, esset aliquid mirandum, & non tacerent illud Euangelistæ.

Quomodo est verum, quod apparebit Christus cum virtute multa. Quæst. CLXXXIII.

QVAERETVR quomodo est verum, quod apparebit Christus cum virtute multa.

Dicendum, quod virtus potestatem signat hic. accipitur interdum potestas pro multitudine famulantium, quia in multitudine subditorum consistit potestas principis, & ita dicitur magnam virtutem habere illum principem qui magnum exercitum habet. sic Christus veniet cum virtute magna, id est cum multo exercitu Angelorum. nam multi Angeli venient cum Christo ad iudicium. sic dicitur supra 16. ca. filius hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique iuxta opera sua, hoc autem in iudicio fit, vbi cuique datur iuxta opera sua, & sic cum Angelis venturus est ad iudicandum. Et sequenti c. magis hoc declaratur, scum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, & tamen Angeli vocantur exercitus Dei, vel castra eius. Sic patet Gen. 32. vbi multitudo Angelorum vocata fuit castra Dei, & Deus vocatur dominus exercituum, & milites eius vocantur Angeli, Job. 25. c. Nunquid est numerus militum eius? Cum ergo deduxerit secum multos Angelos dicitur multam virtutem habere, aut venire cum multa virtute. Alio modo accipitur pro virtute, i. potestate ad aliquid faciendum, & ita dicitur multa virtus, cum qua Christus nunc veniet, quia habebit potestatem iudicandi totum mundum, & exequendi sententiam suam sine vlla contradictione, & ista potestas est quam Christus sibi dicit datam post resurrectionem infra vigesimo octauo capitulo. scilicet data est mihi omnis potestas in coelo, & in terra, & vere maior erit tunc potestas Christi hominis quam ante passionem. Nam ante passionem non erant omnia ei subiecta, in iudicio autem omnia erunt subiecta pedibus eius primo Corinth. decimo quinto cap. Nam, & mors tunc sibi subijciatur, ideo potestas eius magna erit.

Alio modo dicitur potestas, vel virtus Christi tunc magna, quia maior erit quam ea, quam hic habuit. Nam quantacunque esset quam hic habuit, erat in statu humili, & in corpore passibili, tunc vero erit in statu excellentiori, & impassibili corpore, ideo erit maior. Sic dicit Orig. super Matth. scilicet. Primum quidem venit Iesus cum virtute, ex qua faciebat signa, & prodigia magna in populo: omnis autem illa virtus in comparatione virtutis multæ cum qua in fine venturus est, modica erat: virtus enim erat exinanientis seipsum, consequens est etiam, ut in maiorem gloriam reformetur, quam fuit transformatus in monte: tunc enim propter tres tantummodo transformatus est, in consummatione eundem mundi totius apparebit in gloria multa, ut videant eum omnes in gloria.

Dicendum autem, quod licet vtroque modo possit hic accipi virtus, magis accipitur secundo quod primo, quia primo modo magis pertinet ad apparatus, id est maiestatem

Virtus tripliciter sumitur.

Omnia in iudicio subiecta erunt pedibus Christi.

tem quam ad virtutem. Hoc autem supposito dicens, quod maior virtus Christi erit in aduentu ad iudicium quam fuit, dum viveret inter nos, quia tunc ei secundum quod homo non erat data potestas iudicandi mundum, & subiiciendi omnia sibi.

Cum autem dicitur, quod erit maior virtus in aduentu ad iudicium quam fuit, dum viveret. Verum est, quia cum transfiguratus est adhuc non habebat potestatem iudicandi, & subiiciendi sibi omnia, neque erat adhuc corpus eius glorificatum, quia non erat impassibile. Et etiam verum est, quod in maiori honore, & apparatu erit in iudicio quam in transfiguratione, quia in transfiguratione coram tribus transfiguratus est, in iudicio autem apparebit coram toto mundo, & tamen istud non pertinet ad virtutem, sed ad maiestatem.

Quid sit ista maiestas Christi, in qua ad iudicandum veniet. Quæst. CLXXXIII.

Quæretur cum dicitur, quod veniet Christus in maiestate, quid sit ista maiestas.

Dicendum, quod maiestas ad apparatus venientis pertinet: dicit enim maiestas quasi maior status: unde apparatus magnus, secundum quem cognoscitur status excelsus, vocatur maiestas, & non quilibet apparatus magnus vocatur maiestas, sed solum maximus, & ideo maiestatem non damus, nisi regi, & Imperatori, qui sunt summi principes terreni. Sed Christus veniet cum maximo apparatu, qui ostendat maiorem statum, & excellentiam eius quam sit omnium regum terræ, ideo dicitur venire in maiestate. Ad istum enim apparatus pertinet, quod veniet de celo successione morosa, ita ut omnes homines eum videant venientem, & tremant. Etiam pertinet, quod venient nubes sub pedibus eius, ut dixit Origenes, licet vna erit, quæ tanget corpus eius immediate, & in qua ipse venire dicitur. Unde Luc. 21. dicitur venientem in nube, & non in nubibus. Etiam ad maiestatem istam pertinebit multitudo Angelorum: nam cum eo venient omnes Angeli eius, ut dicitur sequenti cap. & supra 16. ca. & isti faciunt magnum apparatus.

Item erit apparatus ex eis, qui rapiuntur, & occurrunt ei in aera. Nam iusti non sedebunt, aut stabunt in terra, sed rapiuntur obviam Domino in aera, & ibi cum eo erunt 1. Thess. 4. c.

Item multitudo manens in terra ad magnum apparatus pertinebit: erit enim ibi totus mundus congregatus: quotquot enim nati sunt ab origine mundi, & nascuntur usque ad diem illum, erunt ibi congregati, & omnes, qui in seculo fuerunt potentes Christum tanquam Deum, & dominum suum ibi inveni cognoscent, & contremiscent coram eo illius sententiam expectantes: hæc est enim magnitudo apparatus qualis non solum nunquam esse potest, sed neque quæquam alia excogitari potest, ideo cum in isto apparatu Christus venerit, dicitur venire in maiestate.

Dicitur autem tunc Christus venturus in maiestate ad differentiam primi adventus. Venit enim tunc Christus ignotus quasi, & in humilitate status, & carnis infirmitate: persecutionem, & adversitatem sustinens, & pauper peditans. Et quando maioris apparatus fuit, sedit super asinum ad intrandum in Ierusalem. Ut ergo cum diceret se rursum venturum, discipuli, quibus loquebatur, non putarent eum venturum in humilitate, sicut prius, & aliqua passurum, dixit, quod non veniret sic, sed in maiestate, & satis erat maiestas, & apparatus, quia non solum magna cum eo apparuerunt, aut apparitura sunt, sed ad hoc, quod ipse appareat

Totus mundus in iudicio erit congregatus.

In maiestate quæ dicitur Christus venire.

Magna signa ventura, & præcessura sunt, scilicet quod sol, & luna obscurabuntur, & cetera, quæ supra dicta sunt.

Ad quid mittet filius hominis Angelos, & qui erunt Angeli illi. Quæst. CLXXXV.

Quæretur ad quid mittet filius hominis Angelos suos, & qui erunt Angeli, qui mittuntur.

Dicendum, quod erit ista missio ad congregandum electos, ut dicitur in litera. Christus enim ad iudicandum venturus est, & ideo oportet, quod iudicandi præsentem ei sint secundum præsentiam corporalem, in qua iudicabit. Nam Christus in quantum Deus omnibus rebus præsens est, quia ubique est, & omnia ei præsentia sunt, & tamen non est præsens omnibus secundum, quod homo, neque omnia sunt ei præsentia, quia corpus suum est finitum secundum determinatam quantitatem, ipse tamen Christus in humana substantia iudicaturus est, ut ab omnibus videatur, ideo oportet, quod ante eum omnes homines congregentur in locum unum in terra, in qua ipse iudicare voluerit. Erunt autem ista congregatio post resurrectionem ipsorum. Nam prius morientur omnes homines quam ad iudicium veniant. Per ignem enim conflagrationis omnes, qui residui fuerint morientur, & statim resurgent, hos autem congregari oportebit.

Est autem duplex istorum congregatio, vna antequam resurgant, alia postquam surrexerint. Nam necesse est omnes resurgere, & in eisdem corporibus numero: non sunt autem eadem corpora, nisi sit eadem materia, & ideo singulæ partes corporum illorum colligentur, & quia per multas transmutationes factas in elementa non erunt omnes partes materiales cuiuslibet corporis in eodem loco: oportebit, quod etiam si in extremo terræ sit vna pars, & alia in alio extremo inde colligantur ad hoc, quod inde formetur corpus idem, quod prius.

Alia congregatio erit post resurrectionem. Nam collectis pulueribus ad locum ubi præcipua pars eorum est, reformabitur corpus ex eis, & reuincetur anima à Deo illis membris, & tunc viuet, & erit idem homo numero, qui prius, & iste debet deduci in locum communem iudicij, quia ibi omnes futuri sunt. Sunt autem Angeli necessarii pro his actibus, sunt enim hic quatuor actus, & illorum tres ad Angelos pertinent. Vnus autem primus est congregare pulveres in locum unum, scilicet ubi fuerit præcipua portio eorum. Secundus est illos rotos collectos in corpus formare tale, quale deceat secundum conditionem resurgentium. Tertius est animam rationalem, quæ præfuerat reunire illi corpori. Quartus est hominem sic resultantem de loco resurrectionis in locum iudicij deducere. Tertium actum solus Deus faciet, quia est infinitæ potentia per illum modum reunire animam: alios facient Angeli, qui ministrant Deo quantum ad ea, quæ non sunt infinitæ potentia, ideo mittet Christus Angelos.

Quantum ad secundum dicendum, quod Angelus accipitur dupliciter. Vno modo pro quolibet spiritu bono, celesti, & ita vocamus novem ordines Angelorum quasi omnes sint Angeli, qui in illis ordinibus sunt. Alio modo Angelus accipitur specialiter pro spiritibus primis, & in summi ordinis.

Dicendum autem, quod in præsentem vocantur Angeli ab officio, scilicet quia mittuntur. Nam Angelus nuncius est, quicunque ergo mittitur à Deo ad aliquid faciendum, Angelus vocatur. Unde & homines vocantur Angeli Dei, quia Deus comittit eis verba sua, ut alijs nuncient. Sic dicitur Mala. 2. capitu. de sacerdotibus, I. Labia

Christus, ut homo est iudicaturus.

Angeli congregantes mortuorum corpora quatuor actus faciunt.

Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius exquient quoniam Angelus Domini exercituum est. Quotquot ergo nunc mittentur ad istud ministerium congregationis Angeli vocari debent, siue sint solum de ordine inferiori, siue etiam de alijs.

Est tamen dicendum, quod an soli Angeli inferiores missi fuerint, vel etiam quidam alij de alijs ordinibus non apparet manifeste, satis tamen potest dici, quod præter inferiores fuerint alij de illis ordinibus quorum Angeli mittuntur. Nam ut dicitur Dan. 7. ca. Et ponit illud Dionysius lib. de Angelica Hierarchia. quidam spiritus assistunt, alij ministrant. assistentes autem non mittuntur, ministrantes vero mittuntur, quia hoc est ministerium eorum, scilicet mittantur ad faciendum aliqua, quæ pertinent ad nostram salutem ad Hebræ. 1. c. 1. sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.

Et videtur dicendum, quod non soli Angeli inferiores mittantur, quia cum ad multos ordines pertineat mitti: verisimile est, quod etiam de alijs ordinibus missi fuerint aliqui.

Secundo, quia istud erat magnum mysterium, & quod cito fieri debebat. Nam congregandi erant pulveres omnium corporum singuli in locum unum, ut formarer corpus, & formati illis homines iam viuentes deducendi erant in unum locum. Hoc vero, ut cito fieret cum in istu oculi fieri debeat 1. Corint. 15. cap. magna multitudo ministrantium indiget, ideo verisimile est, quod non de solo ordine inferiori, sed etiam de alijs mittentur aliqui.

Tertio quia Archangeli sunt de secundo ordine, & tamē aliqui Archangeli in isto ministerio veteri sunt cum dicitur hic, quod mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & 1. Thess. 4. c. dicitur. ipse dominus in iussu. Et voce Archangeli, & tuba Dei descendet de celo. Et ita illi, qui vocantur hic Angeli vocantur apud Paulum Archangeli. Et non differt, quod dicitur in singulari Archangeli, quia multi venturi sunt, eum hic dicitur, quod mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna. Et sic vocavit hic Angelos ipsos, qui sunt Archangeli, ex quo hic constat saltem, quod de duobus ordinibus, id est Angelis, & Archangelis venient multi. & idem intelligendum est de omnibus illis ordinibus, quorum spiritus solent mitti.

Quid Angeli in hac congregatione facient. Quæst. CLXXXVI.

Quæretur de congregatione ista cum dicitur, quod congregabunt. quid facient in hac congregatione.

Dicendum, quod quatuor actus erunt circa eos qui congregantur, ut dictum est supra: quorum tres ad Angelos pertinent, & hic non ponitur, nisi congregare, quod est quartus actus. Nam postquam resurrexerint, congregabuntur in locum iudicij.

Sed dicitur, quare non agit hic Christus mentionem de alijs actibus, qui præcipui sunt? Nam pulveres congregare, & formare in corpus est præcipuus actus quem congregare iam viuentes in locum unum, & adhuc magis est animam reunire, quod est proprie suscitare.

Aliqui dicunt, quod non sit mentio de alijs actibus, quia ista congregatio non exercebitur circa mortuos, sed circa eos qui tunc vivi manebunt, & circa illos nihil est, nisi congregare, ideo non potuit de aliquo alio actu fieri mentio, quia nullus alius erit. Sed dicendum, quod falsum est, quia etiam mortui congregabuntur, ut dicitur sequenti quæst. Dicit ergo potest vno modo, quod de sola congregatione sit mentio, quia est

Alpha. Tosi. in Matth. Pars V.

quartus actus, & ultimus, & ideo cum præsupponat alios dicto hoc intelligitur de omnibus præcedentibus. Nam non poterunt congregari, nisi facti fuerint alij tres actus, ideo in isto intelliguntur alij.

Secundo potest dici, quod per istam congregationem intelliguntur omnes actus pertinentes ad Angelos: sunt enim tres congregationes. Vna est, ut pulveres eiusdem cadaveris de diversis locis ducantur, ut sint in vno. Secunda est, ut ipsi pulveres congregentur inter se, & compingantur, ita quod reddant corpus unum. Tertia est, ut corporibus resulantibus, & viuificatis per Dei operationem deducantur omnia in locum unum, iudicij, & omnes isti actus sunt congregatio quædam, alius vero actus, qui est animas reunire est præcipuus, sed iste non est Angelorum in modo solius Dei, & ideo de eo non debuit fieri mentio. & sic sufficienter nomine congregationis intelliguntur omnes actus Angelorum circa resurgentes.

Tres congregationes Angelorum faciunt in iudicio.

Cum dicitur. Congregabunt omnes electos eius qui sunt isti electi. Quæst. CLXXXVII.

Quæretur quomodo dicitur, congregabunt omnes electos eius. Nam in resurrectione non congregabuntur soli electi, sed etiam reprobi.

Alii dicunt, quod congregabuntur soli viuentes, qui eo tempore inuenti fuerint viuentes, & hos vocat electos Christus. Sed dicendum, quod non stat. Primo quia non est verum, quod in die iudicij inueniantur aliqui viui, sed omnes iam erant mortui præcedente igne conflagrationis, sic tenetur ab omnibus, & declarat Magist. 4. Sentent. dist. 43. Secundo, quia aliis daretur, quod multi essent, qui nunquam morerentur. Nam post diem iudicij nemo morietur, quia nullissima omniū destruetur mors 1. Cor. 15. ca. destrui mortem est, quod nulla res sit iam mortalis, aut aliquando mortura: ergo si die iudicij inuenirentur aliqui viuentes, sequitur, quod aliqui erunt, qui nunquam mortui sunt neque morientur. Hoc falsum est, quia statutum est vnumquemque hominem semel mori ad Hebræ. 8. cap. Tertio quia sequeretur, quod non esset resurrectio generalis. Nam si aliqui essent, qui nunquam morerentur illi nunquam resurgerent, & sic non esset resurrectio generalis, & tamen ponitur resurrectio generalis: ergo omnes morientur. Quarto quia dato, quod aliqui viuentes inuenirentur illo tpe, tamē plures essent mortui quam viuentes, ad iudicium tamē omnes veteri sunt, quia in simbolo dicitur, quod Christus iudicabit viuos, & mortuos. Et Act. 10. c. dicitur, quod est constitutus Christus à Deo iudex viuorum, & mortuorum, ergo non congregabuntur soli viui, sed et mortui. Quinto patet, quia Origenes super Mat. dicit istam fuisse opinionem simplicium, scilicet simpliciores quidē opinantur eos tantū, qui tunc inuenti fuerint in corpore, aggregandos, sed melius est dicere congregandos esse ab Angelis Christi omnes usque ad consummationem. Sexto patet, quia si de solis viuentibus diceretur, non haberent locū ea, quæ dicuntur, scilicet summo celorum usque ad terminos eorum, quia usque ad loca ista non possunt esse aliqui viuentes, & tamē accipitur de mortuis, quorum partes solutæ sunt in auras, aut in alia elementa, & possunt esse in his locis. Septimo patet, quia etiam si omnia hæc vera sint non satisfecit literæ: nam si soli viuentes congregarentur adhuc manifestum est, quod non essent omnes illi boni, & aliqui mali, & ideo non congregarentur soli electi. Alii dicunt, quod omnes homines congregabuntur per Angelos, & omnes vocantur hic electi, quia electi sunt, ut omnes resurgant, licet non omnes sint electi, ut regnent.

Qq 3 Sed

Sed dicendū, quod non stat. Primo quia repugnat modo accipiendi electos. Nunquam enim sic accipitur in scriptura. Secundo, & efficacius, quia impossibile est vocari omnes electos, quia electio est alicuius de multis, si autem idem omnibus conveniat, nemo electus dicitur ad id, quod omnibus convenit, & tamen omnibus hominibus convenit resurrectio, & non quasi per accidens, sed magis secundum rationē communem, in quantum sunt capaces boni, aut mali æterni per merita, vel demerita. Et iste est modus loquendi scripturæ supra. 1.9. & 2.21. Multi sunt vocati pauci verò electi.

Tertio quia non solum dixit electos, sed ad significandum aliquid maius dixit electos suos, ut patet hic, & Mar. 1.3. c. ergo non accipitur de omnibus hominibus respectu resurrectionis, quia secundum hoc non pertinet specialiter ad Deum.

Quarto, quia si omnes homines vocarentur electi ad resurrectionem, aut vocarentur electi respectu ipsorum hominum, aut respectu aliarum rerum. Non quidem respectu hominum, cum omnibus competat, & ideo in hoc nemo electus sit, non etiam respectu aliarum rerum, quia electio fit de illis rebus, quibus competere potest assumptum ad id, ad quod assumitur illa, quæ eligitur, & tamen resurgere nulli alteri competit, quia non angelis cum non moriantur, non brutis, quia neque possunt resurgere, neque est aliqd ad quod resurgant, ideo non possunt dici homines electi respectu resurrectionis. Dicendum igitur, quod electi proprie vocantur hic illi, qui prædestinati sunt ad vitam æternam, siue ante diem iudicii mortui fuerint, siue tunc moriantur, & isti congregabuntur ab Angelis ad locum iudicii. De alijs etiam dicendum est, quod congregabuntur ad iudicium, Christus tamen non fecit tunc mentionem, nisi de electis.

Quare de solis electis dicitur, quod congregabuntur, & non de reprobis. Quæst. CLXXXVIII.

Quare dicitur, quod congregabuntur, ergo cum tam electi quam reprobis venturi sint ad iudicium, quare de solis electis dicitur, quod congregabuntur. Aliqui dicunt, quod fuit quia omnes venturi sunt, & tamen electi portabuntur ab Angelis, mali autem non portabuntur, & ideo non dicuntur ab eis congregari.

Sed dicendum, quod non stat, quia cum mali mortui fuerint ad hoc, quod resurgant oportet, quod pulveres eorum per Angelos colligantur, & hoc est congregari, ideo etiam ipsi per Angelos congregabuntur. Secundo, quia etiam oportet ipsos portare ad locum iudicii. Nam postquam resurrexerint non poterunt per se venire ad locum iudicii, quia forte nescient, & dato, quod sciunt, non poterunt venire, ut si in extremitate orbis resurrexerint, & tamen subito venturi sunt cum Christus non sit moraturus diu in loco iudicii; ergo non veniunt per se ipsos, sed portabuntur subito ab Angelis, qui eos transferent de loco ad locum. Sed alii dicunt, quod non portabuntur ab Angelis, neque per se veniunt, sed portabuntur a demonibus. Dicendum, quod istud non stat, quia istud ministerium tantæ dignitatis non committitur demonibus, sed aliquid agant ad resurrectionem corporum, & tamen illi, qui portant resurgentes congregaverunt pulveres eorum, ut formarentur corpora, & illa formarentur ad hoc, quod formarentur, vel reuniretur anima, quæ præfuerat: ergo demones non faciunt hoc. Secundo, quia neque portare damnatos ad gehennam pertinet ad demones, sed ad Angelos bonos, ut afferuntur, & dicitur sequen. c. ergo a fortiori deducere eos ad iudicium non pertinet ad demones. Tertio quia ad demones non pertinet mini-

Oib' ho- minibus resurre- ctio con- uenit.

Cito Christus iudica- bit.

Demones.

strare Deo, nisi in malis, sicut in penalibus, cum ipsi inclinentur ad penas infligendas, & Deus illis permittit eas aliquando dare, sed non mandat eis ex imperio aliquid bonum facere. Et tamen hoc erat de bonis: ergo non ministrantur sunt demones in hoc. Quarto quia cum dicat hic Christus electos portandos per Angelos suos, id est bonos, qui specialiter dicitur sui, & ei ministrant, & constat, quod mali per aliquem portandi sunt, cum per se ire non possint, oportet quod per istos eisdem Angelos bonos portentur, quia alias mentio fieret de eis, a quo portentur si ab alijs portentur. Dicendum igitur, quod de electis facta est specialis mentio ad ostendendum honorem eorum, sicut tanti honoris apud Deum erunt, quod faciet eos ab Angelis deduci, sed in illo honore nullo modo communicant mali, ideo non fit mentio de eorum congregatione, & portatione ab Angelis. Et dicendum, quod ista est propria causa ad id, quod quærebatur supra quæst. 186. scilicet quare fiat mentio de sola congregatione cum alijs tres actus præcedant quæritur ad resurgentes. Et dicendum, quod causa est hæc, quia Christus voluit hic tangere id quod specialiter pertinebat ad electos, & tam omnes alij tres actus sunt communes tam quantum ad electos quam quantum ad malos, ideo de sola congregatione dictum est. Et patet, quia omnes pulveres colligentur ubicunque fuerint, & illi compingentur in corpus, & reunietur anima illis corporibus, neque circa hoc aliqua differentia erit, ideo non potuit de his mentio fieri, nisi simul diceretur de bonis, & malis. Sed Christus de solis electis dicere specialiter volebat, ideo non debuit facere mentionem de primis tribus, in quarto autem differentia est, quia electi portabuntur honorabiliter ad locum iudicii, mali vero non, ideo de congregatione dixit, & solos electos nominavit.

Quare dicitur, quod electi ab Angelis congregabuntur. Et quod omnes corporis dotes in resurrectione electis dabuntur. Quæst. CLXXXIX.

Sed quare dicitur, quod electi congregabuntur ab Angelis. Nam de eis non deberet dici, quod congregandi sunt, quia per se venire possent. De malis autem esset dicendum, quod congregarentur, quia per se non possent venire.

Et patet de bonis, quod poterunt per se venire, & etiam volent, ideo non egebut portatore, aut vehiculo. Primo patet, quia habebunt dotem agilitatis, secundum quam poterunt ubicunque statim esse nullum impedimentum ad hoc præstante corpore: dabitur autem ista dos, antequam veniant ad locum iudicii, quia omnes dotes corporis electis dabuntur in ipsa reunionem animæ ad corpus, quæ est resurrectio, sed resurrectio fiet antequam deducantur resurgentes in locum iudicii, ut declaratum est supra 22. cap. q. 227, ergo prius habebunt dotem agilitatis, & alias, & per illam poterunt quasi in momento ire quo voluerint. Secundum patet, si volunt ire, scilicet ad locum iudicii, quia nemo recusat ire ad aliquem locum, nisi quia putat ibi futurum esse malum, vel saltem minus bonum, aut non maius quam ubi est, & tamen resurgentes boni sciunt, quod in loco iudicii acquirunt summum bonum, quia incipient ibi vniti esse Christo etiam secundum presentiam corporalem, & ideo non solum volent ire illuc, sed etiam nihil magis cupient quam ire. Unde etiam si non portarentur ab Angelis, cum ipsi possent ire, & vellet statim irent. Secundum principale de malis patet, quia ipsi non poterunt illuc ire, & etiam nolent. De primo patet, quia licet sint immortales effecti per resurrectionem, nullam dotem corporis, aut animæ habebunt, quia dotes solum sunt beatorum, & ideo sicut nunc graues existentes non possent ire de

nes q'io Deo ministrant.

extremo

extremo terræ ad locum iudicii, nisi in longo tempore, & forte de quibusdam locis ire non possent propter impedimenta media, ut marium, aut aliorum incommodorum: ergo indigent portatore. Etiam non scirent, quia nemo determinate nouit locum iudicii, & ideo mali nescirent illum a fortiori, & ita si non portarentur, etiam si ire possent, nescirent quo ituri essent, & per quæ media.

Item dato, quod scirent, & possent, non est ire, quia nemo sponte vadit ad eum locum, in quo sibi deterius affuturum credit, sed mali in loco iudicii ultra condensationem ad mortem æternam adhuc incurrent confusionem coram Christo, & Angelis, & toto orbe: ergo ire nolent. Et ita indigent Angelis portitoribus.

Dicendum est, quod verum est, quod electi per se venire possunt, sicut dictum est, & tamen ponitur, quod Angeli congregabunt ad ostendendum honorem eorum, sicut est in dominis habentibus familiam: multa enim per se ipsos facere possunt, sed non faciunt: immo volunt, quod alij eis in hoc seruiant: sic enim Christus sine nube ascendere potuit, & tamē voluit in nube sedens ascendere, & ita etiam descendet, sicut in littera dicitur, sic licet beati per se ipsos moueri poterunt, portabuntur ab Angelis, ut videatur quantus honor eis exhibetur, quod etiam Angeli ministrant illis portando eos, & hunc modum loquendi Paulus tenuit dicens 1. Thess. 4. c. Rapiemur obuuiam Christo in aera, & ita cum domino erimus. Rapi autem ab alijs portari est. Sic dicit Chrysostomus, quod per angelos dominus electos vocat ad electorum honorem pertinet. Nam & Paulus dicit, quod rapiuntur in nubibus, quia eos quidem, qui resurrexerunt, congregabunt Angeli: congregatos autem rapiunt nubes.

De malis dicendum, quod verum est, quod ab Angelis congregabuntur, & tamen Christus non posuit de hac congregatione, quia posuit istam congregationem tanquam honorem, sed honor non communicabitur malis, ideo non dixit, quod ipsi congregarentur, & si de malis diceret, quod congregarentur ab Angelis, non poneretur aliquid pertinens ad honorem bonorum, quod tamen Christus intendebat, ideo debuit dicere, quod boni congregarentur ab Angelis, & de malis tacere, licet verum esset, quod congregarentur ab eis.

Quare Christus dixit electos a quatuor ventis congregandos. Quæst. CXC.

Quare dicitur, quod dixit electos congregandos a quatuor ventis.

Dicendum, quod Christus voluit dicere congregandos electos ex omnibus partibus mundi: solemus autem illas partes a quatuor punctis præcipuis mundi nominare, illæ autem sunt origines quatuor ventorum, ideo dixit a quatuor ventis. Sic dicit Remigius, & Beda, scilicet a quatuor ventis, a quatuor mundi partibus dicit, Oriente, Occidente, Aquilone, & Austro.

Sciendum autem, quod iste modus loquendi a vulgo accipitur: per res enim notiores loquuntur. Et quia nomina punctorum cardinalium non sunt eis nota, supplent ea per quatuor nomina ventorum, qui flant ab eisdem punctis, quoniam venti isti notissimi sunt.

Etiam videtur Christus hoc modo, quia est Hebraicus. Nam in veteri testamento cum scriptura vult designare quatuor partes orbis quatuor ventos nominat. Sic dicitur 1. Paral. 9. c. f. per quatuor ventos erant ostiarii, id est ad Orientem, & Occidentem, & Aquilonem, & Austrum. Et licet dicat de his quatuor ventis intelligendum est etiam de partibus, a quibus alij venti flant. Nam collaterales duos singuli habent, & Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

fic sunt duodecim, & etiam si plures ponantur a partibus omnium congregandi erant resurgentes.

Quare dicitur a summis celorum vsque ad eorum terminos. Quæst. CXCI.

Quare dicitur a summis celorum vsque ad terminos eorum. Dicendum, quod iste modus loquendi venit ad suppletionem credentis. Dixerat enim congregandos a quatuor ventis, & videbatur, quod ex his solum. Quod in duobus deficiebat. Primo quia ista quatuor puncta sunt extrema in orbe, & ita significarentur, quod de medio nulli mortui congregandi essent, & tamen plures congregabuntur de medio, quam de extremis: immo accipiendo strictè illa quatuor puncta ventorum forte nullus de eis congregabitur. Secundo deficit etiam quantum ad extremitates mundi, quia ista quatuor puncta mundi sunt opposita, & distantia valde, & inter ea sunt multa alia, de quibus videtur, quod nulli congregabuntur, quod inconuenienter dictum est, ideo Christus addidit hunc modum loquendi, per quem innuit, quod resurgentes congregabuntur de toto mundo, scilicet de toto medio quod de omnibus extremitatibus. Vocatur enim hic summum celi tota terra, quæ est intra extremitates mundi, terminus celorum vocatur ipsa extremitas terræ in rotundum. Et ratio huius locutionis est, quia describitur hic terra secundum habitudinem celi: summum enim celi vocatur quidquid supra nos est. Est igitur sensus, quod omnes mortui congregabuntur: tam illi, qui fuerint per totam terram mediam, quam qui fuerint in extremitatibus terræ, ubi dicitur terminari celum. Sic dicit Remigius. Ne forte aliquis putaret, quod solum a quatuor partibus mundi non a Mediterraneis regionibus, & locis addidit: a summis celorum vsque ad terminos eorum. Per summum enim celi medium orbis intelligitur, quia medio orbis summum celi præfideat: per terminos autem celorum fines terre signat, ubi longe distantibus circulis celi terræ insidere videtur, & non differt, quod ponatur in plura, scilicet a summis celorum, quia idem est ac si dicatur, a summo celi vsque ad terminum eius, quia licet plures celi sunt, & consequenter plures summitates, tamen omnes illi directe, & sub eadem habitudine respiciunt terram, & ita multi celi habent multos terminos, sed omnes illos tangit vnus Horizon qui scilicet aetate omnes celos, & ita vnus summus, & vnus terminus. Sed Mar. 1.3. c. dicitur. A summo terræ vsque ad summum celi, & est eadem sententia: oportet enim ibi accipi summam terræ, id est extremitatem, & est sensus, quod extremitas celi est extremitas terræ: videntur enim coniungi celi, & terra in extremo, & ibi ambo videntur finire, & ideo est extremitas vtrorumque, & vult dicere, quod ab extremo terræ vsque ad extremum terræ colligentur omnes mortui, & quia omnes sunt in terra signat, quod omnes colligentur. Quod vero dicitur a summo terræ vsque ad summum celi idem est ac si dicat ab extremo terræ vsque ad extremum terræ, vel ab extremo celi vsque ad extremum celi, cum idem sit celi, & terræ. Sic dicit Beda addit a summo terræ vsque ad summum celi, id est ab extremis terræ finibus per directum vsque ad vltimos terminos eius. Alio modo potest intelligi de congregatione partium cadaverum, quæ non inueniuntur solum in terra habitabili, in qua homines fuerunt, sed aliquæ inueniuntur in mari: alia in distantissimis partibus terræ: alia vero versæ fuerunt in aerem, & ventos, & ignem, & transferunt ad loca ipsorum elementorum, & ita possunt esse aliqui iam iuxta celum, scilicet in regione ignis, & aeris, quoniam celo coniuncti vulgus putat, sed præcedens modus melior est.

Quid sum- mum ce- li, q' ve- luti n- terminus.

Qq 4 Ab

Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata scitis quia prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est, & inianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiât. Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

Mat. 2. Luc. 13

Exemplum ad iudicium declaradû.

Ab arbore autem. Dixerat supra Christus de iudicio, & precedentibus iudiciis, hic autem ponit similitudinem ad illud declarandum, s. Ab arbore fici discite parabolam. Est scilicet, scitote quod precedentia sunt signum iudicii, & etiam scire debetis, qd non de longinquo illud signat, sed de propinquo, & ad hoc ponit parabolam de ficu, & dicitur ab arbore fici, idest ab arbore, quæ est ficus. Nam ponitur intransitive. Marcus vero dixit a ficu discite parabolam, idest a ficulnea, licet hic declinavit per secundam, & in Marco per quartam, & ita nos declinamus. Parabolica similitudo est, s. qd sicut se habet ficulnea mittens grossos ad æstatem, ita se habent signa hæc ad iudicium. Cum iam ramus eius tener fuerit. Hæc accidit ficulneæ, & oibus arboribus cum germinare volunt. Nam in hyeme non est tener ramus ficulneæ, & id ipsa non est tunc apta ad germinandum: cum vero pullulare debent folia, & fructus tenerificatur ramus. Et folia nata. Ista se consequuntur. Nam postquam fuerunt teneri rami generat de se folia. Scitis, quia prope est æstas. Hoc omnis homo scit. Nâ tunc incipit æstas cum ista fiunt. Ita & vos. Applicat parabolam ad propositum de adventu ad iudicium, & de signis precedentibus euerfionem Ierusalem. Cum videritis hæc omnia fieri. Scilicet quæ prænnunciata sunt. Nam omnia signa iudicii ventura sunt ante iudicium, & omnia signa euerfionis ventura sunt ante euerfionem Ierusalem. Scitote quia prope est. Scilicet adventus Christi ad iudicium: non enim multum tarda bit post signa ipse aduentus. Et in ianuis. Idest iam presens est. Modus loquendi est ad significandum magnam propinquitatem, & est exemplum: cum quis vult in aliquam domum venire, non potest esse propinquior quam cum in ianuis domus fuerit, quia iam nihil deest ad veniendum, immo est in termino aduentus. Amen dico vobis. Idest in veritate, vel secundum certitudinẽ. Et est modus affirmandi, vel iurandi. Quia non præteribit generatio hæc. Hic notat istam summam breuitatem, s. quia omnia illa, quæ prædicta erant ventura erant, dum viveret ista generatio, s. quæ tunc erat, cum demonstraretur: vna autem generatio pauco tempore durat. Donec omnia hæc fiant. Idest completur omnia, quæ prædicta sunt. Ad quid autem referat istud statim dicitur Cælum, & terra transibunt. Hic ponitur certitudo huius rei prænnunciatę. erat enim magna, ideo vt firmiter illam discipuli crederent posuit confirmationem: dicens qd necesse est euenire hæc, & potius posunt perire cælum, & terra, quam qd non eueniat id, qd ab ipso prænnunciatum est. Verba autem mea non præteribunt. Idest non poterunt transire sine effectu: tunc enim verbum transit cum postquam dictum est nihil relinquit in re. Si autem post verbum manet res significata non transiit verbum, & sic omnia verba falsa transeunt, quia post se nihil relinquunt, verba autem Christi vera sunt quia ipse est veritas, ideo non possunt transire verba sua. Simile dicitur supra 3. c. Donec trãseat cælum, & terra, jota aut apex vnus non præteribit a lege, donec omnia fiant, idest poterit cælum trãsire, sed non lex donec impleatur.

Ad quid Christus posuit nunc hoc de arbore fici. Quest. CXCII.

Quæretur ad quid posuit Christus nunc istud de arbore fici. Dicendum, quod voluit tollere dubium, & describere conditionem signorum. Fuerant enim posita signa euerfionis Ierusalem, & postea signa aduentus ad iudicium, nesciretur autem, an pauco tempore, vel multo post ista sequeretur res signata. Et dicitur, qd non diu, sed in breui, & ad hoc ponit similitudinem de ficulnea. Nam cum illa mittit folia, prope est æstas, quia statim sequitur, ita factis signis precedentibus in breui, sequitur quod significatum est. Sed dicendum, qd Christus non solum dixit de ficulnea, immo etiam de omnibus arboribus. Sic dicitur Luc. 21. c. videte ficulneam, & ceteras arbores: cum producant de se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Matthæus tamen, & Marcus de sola ficulnea dixerunt. Verum est tamen, sicut Christus dixit, quod non solum ficulnea, sed etiam omnes arbores ante æstatem producant folia, & fructus, licet fructus ante æstatem non est maturus, vt communiter, sed æstas omnia maturat. Matthæus autem, & Marcus de sola ficulnea dixerunt propter duo. Primo cum ponatur istud, vt exemplum, iustificit vnum. Secundo, quia ficulnea magis coniuncta est æstati quam ceteræ arbores secundum folia, & fructus.

Quomodo Matthæus, & Marcus & Lucas concordant in hoc loco. Quest. CXCIII.

Quæretur quomodo potest stare, quia Matthæus, & Marcus dixerunt, cum ramus ficulneæ tener est, & folia nata, scitis quia prope est æstas, & Lucas dixit. Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producant ex se fructum: non enim videtur posse stare vtrunque.

Dicendum, quod quandoque diuersi Euangelistæ idem narrant, stãdum est ei, qui plus narrat, quia aliàs diceremus eum mentiri, & quia Lucas dixit de omnibus arboribus, & ficulnea, Marcus autem, & Matthæus de sola ficulnea, stãdum est in hoc Luca, s. quod aliquid Christus dixerit, quod Matthæus, & Marcus tacerunt, Lucas verò illud expressit.

Sed adhuc remanet diuersitas, quia Matthæus, & Marcus dixerunt, cum ramus eius tener est, & folia nata, Lucas vero dixit, cum ex se producit fructum: quomodo ergo stabit hoc?

Dicendum, quod vtrunque stat, quia ramos teneros esse, & folia nata, & fructum ex se producere quasi in eodem tempore competunt, licet parum ante folia quam fructus, vt communiter producantur, vtrunque tamen ante æstatem producitur.

Sed dicit quid istorum Christus dixit, an id quod Matthæus dicit, vel id, quod Lucas: cum non poterit simul eadem conceptio esse? Dicendum, quod verum est, qd Christus istam sententiam semel dixit, & sub vna prolatione non potuit concipere dupliciter eam, & sic non tenuit modum dicendi, siue concipiendi amborum euangelistarum, sed alterius ipsorum, vel forte neutrius: non est enim inconueniens, quod nullus Euangelistarum securus fuerit verba Christi ad vnguem. Et ita certum est, quod omnes tres Euangelistæ sententiam Christi tenuerunt hic, quæ erat, qd per ortum foliorum, & fructuum de arboribus agnouit, scitur æstas propinqua. Quod tamẽ aliquis eorum sub eisdem verbis sententiam hanc conciperet, sub qua Christus, non differt, & ideo forte neuter illud concipit, sic & si aliquis eorum posuit ad punctum in hoc verba

verba Christi, non differt quis ille fuerit, cum sensus non verbum quaratur, & constet, quod quilibet Euangelistarum sententiam Christi certissime tenuit.

Quomodo applicatur parabola ista de ficulnea ad propositum. Quest. CXCIII.

Quæretur, quomodo applicatur parabola ista de ficulnea ad propositum.

Dicendum, qd sicut dictum est supra quæst. 192. Christus applicat eam in litera, & ostendere vult, qd res significata hic non lôge veniet post signa. Sic dicit Hierony. super Matthæi. Sicut quando teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem, cortexque florem parturit, intelligis æstatis aduentum & Fauonij ac veris introitum, ita cum omnia, quæ scripta sunt videritis, nolite putare iam adesse consummationem mundi, sed quasi præuia, & præcursores quosdam venire, vt ostendant, quod prope sit, & in ianuis.

Intelligendum autem, qd non multum erit inter signa, & signatũ. Sic dicit Chryl. super Mat. s. per quod ostenditur, qd non multum temporis erit medium, sed statim aduentus Christi occurrerit. Alij autem intelligunt de æstate spiritali, s. qd sicut quando ficulnea producit folia est prope æstas, ita post labores precedentis appropinquat iustus felicitas. Sic dicit Chryl. s. per hoc, & aliud quiddam prænnunciat æstatem spiritualem, & tranquillitatem iustis post hyemem esse futuram, peccatoribus autem de cõtrario hyemẽ post æstatem. Dicit autem Orige. super Mathe. Sicut enim ficus in tempore hyemis vitalem virtutem habet in se absconditam, postmodum autẽ cum virtus ipsa prodire ceperit ad manifestationem prætereunte hyeme ex ipsa valetudine ipsius ramus efficitur tener, & folia producit, sic & iustus, & vnusquisque eorum, qui saluantur ante Christi aduentum quasi in hyeme in se absconditam habent vitalem virtutem, Christo autem inspirante fiunt teneri, & non duri cordis rami, & quæ abscondita erant in eis progreduntur in folia, & manifestos fructus ostendant, talibus autem prope est æstas, & aduentus gloriæ verbi Dei.

Sed dicendum, qd ista ad mythicum intellectũ pertinent, & nihil innuitur in verbis his, nisi propinquitas signatorum post aduentum signorum, quod & Christus expressit.

Alij dicunt, qd ideo posuit exemplum de ficulnea, vt signet istam rem necessario esse venturam, quia fructus naturales necessario eueniunt, & non ex arbitrio ipsarum, neque ex aliqua contingencia ad vtilitatem, ita ea quorum signatiua ponuntur naturalia exempla necessario, & immutabiliter venient. Sic dicit Chryl. in Homilia, s. propter hoc, & istud posuit, s. de ficulnea, vt credere faciat hunc sermonem omnino esse venturum: vbicumque enim quod omnino venturum est dicit, naturales necessitates in exemplum inducit.

Quæ sit illa res significata hic per tot signa. Quest. CXCIV.

Quæretur cum dicatur hic scitote, qd prope est & in ianuis, & loquitur de re significata, quæ statim post signa ventura est, quæ sit illa res significata. Dicendum, qd non potest dubitari, nisi de eis, quæ Christus hic tetigit. Et sunt duo, s. euerfio Ierusalem, & aduentus ad iudicium, & pro quolibet posuit signa precedentia. est ergo dubium de quo illarum dicat, vel an de vtroque. Aliqui volũt, qd intelligatur de euerfione Ierusalem solum: alij verò, qd de solo aduentu

ad iudicium. Primi dicunt causam esse, quia dirigitur hic sermo ad Apostolos illos, quibus loquebatur, & tamen illi non vixerunt vsque ad signa aduentus ad iudicium, vixerunt autem vsque ad signa euerfionis, & ipsam euerfionem Ierusalem, ideo de euerfione illa intelligitur. Secundo, quia dicitur non præteribit generatio hæc donec omnia fiant, sed illa generatio non durauit vsque nunc, & multo minus vsque ad cõsummationem seculi: ergo non intelligitur de aduentu ad iudicium, sed de euerfione Ierusalem, quam generatio illa vidit. Alij dicunt, qd intelligatur de aduentu ad iudicium. Primo quia dicitur scitote, quia prope est, & in ianuis, s. Christus de cuius aduentu ante hoc dicebatur.

Secundo, quia dicitur cum videritis hæc omnia, s. omnia signa præcedentia, & tamen omnia signa supraposita non precedent, nisi ad diem iudicii: ergo intelligitur de aduentu ad iudicium.

Tertio quia Luc. 21. c. istud magis declarat, s. his autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra, & tamen euerfio Ierusalem non poterat vocari redemptio Apostolorum, aut discipulorum. Nam non quantum ad animam, quia nullum bonum spirituale per hoc eis adueniebat, sed potius turbatio, & amaritudo animi pro tribulibus suis, & natali solo perditio. Non solum ad corpus, quia ante illud tempus omnes Apostoli occisi erant præter Ioannem, & Simonem Chananaeum, & illis non fuit reliqua releuatio a laboribus suis euerfio Ierusalem: cum Simõ postea occisus fuerit, & Ioannes in feruētis olei dolium missus tempore Domitiani post euerfiam Ierusalem, quæ sub Tito euerfita est, ideo non poterat appropinquare redemptio, nisi per aduentum ad iudicium, & sic de illo intelligitur. Quarto quia dicitur eod. c. videte ficulneam & c. & sequitur. ita & vos cum videritis hæc fieri scitote quoniam prope est regnum Dei, sed in euerfione Ierusalem non videbatur esse regnum Dei, neque appropinquare, quia non pertinebat illa aliquo modo ad regnum Dei, cum esset res purè temporalis, ideo accipietur de aduentu ad iudicium. Nam ibi est regnum Dei, quia ex tunc regnabunt omnes sancti cum Christo, & quando signa aduentus apparebunt, erit prope regnum Dei, quia post signa illa non multum tardabit aduentus ad iudicium.

Dicendum, quod vere de aduentu ad iudicium loquitur hic Christus, & ad hoc ponitur parabola de ficulnea, sicut signant præcedentes rationes, licet non est inconueniens, qd de vtroque intelligatur referendo singula singulis, s. qd sicut se habet signa iudicii ad iudicium, ita se habent signa euerfionis ad euerfionem, s. qd sicut post signa iudicii cito erit aduentus ad iudicium, ita post signa euerfionis cito veniet euerfio, & tamen dicendum, qd proprie hic Christus voluit de aduentu ad iudicium dicere, & non de euerfione Ierusalem, & ad hoc fuit data parabola de ficulnea.

Ad rationem primam dicendum, qd non stat. Primo quia licet Christus dirigit sermonem suum hic ad Apostolos, eo qd illi soli præsentis erant, tamen non dirigit ad illos solos, sed potius ad alios, quorum tempore hæc euentura erant. Sic dicitur Mar. 13. cap. vbi finitur ista narratio. Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate.

Secundo, quia si ex hoc arguitur, qd non intelligitur de euerfione Ierusalem, quia etiã vsque ad illud tempus non vixerunt, sed præmortui sunt omnes præter Ioannem, & Simonem Chananaeum, ideo ratio ista non concludit, quod non intelligatur de die iudicii. Ad secundum dicendum, quod generatio hæc multipliciter intelligi potest, & etiam dato, qd accipiat

piatur pro illa, quæ erat tempore Christi, & non vixit ultra euerfionem Ierusalem, non sequitur, q̄ non accipiatur parabola ista de ficulnea pro aduentu ad iudicium. De quo magis dicitur. inf. q. 197.

Quæ sunt hæc omnia, cum dicitur, cum hæc omnia videritis. Quæst. CXCVI.

QVAERETVR cum dicitur cum videritis hæc omnia, quæ sunt hæc omnia.

Aliqui dicunt, q̄ intelligitur de omnibus, quæ præcesserunt a principio huius. c. ex quo Christus cepit ponere signa, & volunt quod omnia ista sunt signa euerfionis Ierusalem, & q̄ de nullo alio Christus vsq; nunc locutus fuerit.

Sed dicendum, q̄ non stat, quia manifestum est, q̄ non possunt exponi omnia a principio. c. vsq; ad finem de euerfione Ierusalem, vt declaratum est supra. Nam ab illo loco. s. Statim autem post tribulationem illorum dierum, necesse est exponi de signis præcedentibus ad iudicium, sicut exposuimus. Item autem dicit Remigius, s. & quidem simpliciores ad euerfionem Ierusalem referunt verba: nescio autem si uerbum ex verbo possunt exponere ab eo, quod ait. Non relinquatur lapis super lapidem, vsque ad id, quod ait. Prope est & in Ianuis.

lib. q. 150.

Alij dicunt q̄ refertur ad ea, quæ de euerfione Ierusalem dicta sunt omittendo in medio omnia, quæ dixit de aduentu ad iudicium, vt sit sensus, q̄ cum viderint omnia signa, quæ dicta sunt de euerfione Ierusalem sciant illam prope esse, & in Ianuis.

Sed dicendum, q̄ non stat: quia præcedenti. q. dictum est, q̄ de aduentu ad iudicium dictum est, maxime quia istud est applicatio parabolæ de ficulnea, & ideo si de euerfione Ierusalem diceretur, necesse esset, q̄ parabola illa intelligeretur de eadem euerfione, ita q̄ non intelligeretur de aduentu ad iudicium, quod falsum est, vt dictum est eadem. q.

Alij dicunt, quod intelligitur de vtrisque, scilicet de præcedentibus ad euerfionem, & præcedentibus ad iudicium, vt respondeant singula singulis, scilicet cum videritis hæc omnia fieri, i. omnia præcedentia ad euerfionem, scitote quia prope est & in Ianuis prædicta euerfio: aut cum videritis hæc omnia, s. omnia signa præcedentia iudicium, scitote quia prope est. s. aduentus Christi ad iudicium.

Dicendum, quod licet hoc possit stare, tamen proprie Christus non locutus est de signis euerfionis, neque de ipsa euerfione in his verbis: sed solum de aduentu ad iudicium, & ideo hæc omnia intelliguntur, idest omnia, quæ immediate dicta sunt de signis præcedentibus ad iudicium. Et ita exponitur litera sequens: scitote, quia prope est, scilicet aduentus ad iudicium.

Alij verò dicunt de aduentu ad iudicium intelligi litera, & tamen per hæc omnia intelliguntur omnia, quæ dicta sunt a principio. c. quia dicunt, q̄ tã ea, quæ præcesserunt euerfionem Ierusalem, quam quæ præcedent iudicium omnia præcedent aduentum. Sic dicit Chryf. in Homelia. s. Hæc omnia dicit, quæ de fine Ierosolymorum dicta sunt, & quæ de pseudo prophetis, & pseudo Christi, & alia omnia, quæ diximus vsq; ad antichristi aduentum futura.

Sed dicendum, q̄ licet verum est, q̄ omnia illa præcesserunt ad iudicium, sicut & ea, quæ nos nunc agimus præcedunt, tamen hoc est per accidens, in quantum, si iudicium est vltimum, ideo Christus non accipit nisi de illis omnibus, quæ statim ante hoc dicta erant, quæ sunt signa præcedentia ad iudicium. Nam post omnia illa statim est aduentus Christi.

Quomodo verum sit illud. Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. & de qua generatione accipitur. Quæst. CXCVII.

QVAERETVR quomodo sit verum illud, scilicet non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Et de qua generatione accipitur.

Dicendum autem, q̄ cum in litera non agatur nisi de euerfione Ierusalem, & de aduentu ad iudicium, necesse est, q̄ de altero hoc accipitur.

Aliqui dicunt, q̄ accipitur de aduentu ad iudicium sicut immediatè præcedentia exposuimus. Sed tunc obstat: quia illa generatio, quæ erat cum Christus loquebatur, iam transiit, & nondum vidit aliqua de signis iudicij.

Dicunt ergo quidam de aduentu iudicij accipiendum: sed vocant generationem hanc, i. gentem Iudæorum, quæ est vna generatio: quia ex vno patre idest Iacob descenderunt.

Alij dicunt generationem hanc, i. omnium hominum, s. antiquam homines desinant vivere ista venient. Sic dicit Hiero. super Matthæum & Beda, s. per generationem omnium hominum signat genus, aut specialiter Iudæorum.

Alij dicunt generationem esse cõmunitatem omnium fidelium, i. ecclesia. s. vocant ecclesia esse quousque ista fiant, i. vsque ad finem sæculi. Sic dicit Chryf. in Homelia, q̄ dicit generationem hanc non de ea, quæ tunc erat dixit: sed de ea, quæ est fidelium. Constat enim scriptura non solum a tempore designare, sed a loco, & cultu & conuersatione. Sicut cum dicitur, hæc est generatio quaerentium dominum. Ex hoc autem ostendit, q̄ Ierusalem peribit, & maxima pars Iudæorum destruetur, generationem autem fidelium nulla superabit tentatio.

Sed dicendum, q̄ istæ positiones non stant saltem alia earum. De prima patet, quia sic non esset ad propositum. Nam designauit supra cito euentum hoc esse quod prænuñciabatur. Hic verò adhuc magis cito prænuñciatur, & ideo dicitur, nõ præteribit generatio hæc &c. Et tamen si intelligatur de generatione Iudæorum nullam breuitatem temporis designat, quia illi duraturi sunt vsq; ad finem sæculi, ideo non intelligitur de hoc.

Secundò quia ponitur hic istud ad designandum breuitatem temporis, quod apparet ex modo loquendi, scilicet non transibit generatio hæc, donec omnia fiant: notificatio autem debet fieri per id, quod notius est, & tamen non erat notum discipulis, quantum duraret generatio Iudæorum, ideo non notificaretur conuenienter per hoc de breuitate euentus huius.

Tertiò quia semper est accipiendus terminus in significatione propria quandiu accipi potest, & tamen cum dicimus generationem hanc absolute demonstramus eam, quæ tunc est, idest homines, qui tunc viuunt, & tandiu durat generatio vna quãdiu viuunt omnes, qui sunt in tempore, in quo generationem illam assignamus, sicut omnes homines paruuli, & magni, qui nunc sunt, faciunt vnam generationem, & vsque quo nemo maneat de eis, qui hodie viuunt durat generatio ista, tanta est autem duratio vnus generationis, quanta est vita vnus hominis, & ita cum Christus dixerit, non transibit generatio hæc, videtur q̄ acciperet de hominibus, qui tunc vivebant, idest q̄ antequam morerentur omnes, qui tunc vivebãt finiretur illud, accipere autem generationem aliud est extorquere a propria significatione, & sine causa, ideo est improprie dictum.

Secunda positio non tenet. s. q̄ sit generatio quoniam

Duratio vnus generationis:

nitum hominum, quia contra eam militat omnia inconuenientia supra posita, & insuper quia minus certificatur hic quam in præcedenti positione. Nam citius transibit generatio Iudæorum quam omnium hominum, & ideo minus scire quis potest de duratione generationis humane quam Iudæorum.

Secundò quia dicitur non transibit generatio hæc: & ita fit demonstratio, & demonstratio facit distinctionem, & tamen generatio humana à nullo distincta est: quia ipsa includit omnes generationes. Nam durationem pecorum generationem non vocamus, sed solum durationem hominum, ideo non potest accipi pro humana, idest omnium hominum generatione.

Tertiò quia hoc nihil esset dicere: nam manifestum est, q̄ omnia supra posita fiant antequam moriantur omnes homines. Nam supra de signis ad iudicium actum est, & tamen certum est, q̄ quãdiu signa aliqua ad iudicium erunt, homines erunt, quia si homines tunc non uiuerent, nulli prodesse signa, cum signa sint ad aliquid innotescendum. Vnde etiam si Christus hoc non diceret, manifestum erat, immo necessarium, & ita nulli seruiret uerbum Christi, sed hoc falsum est, cum potius videatur magnum mysterium reuelasse, ergo non intelligitur de illa generatione.

Tertia quoque positio aliqua conuenientia habet: nam primo videtur inconueniens, quia non ponitur breuitas temporis ad aduentum rei, quia duratio Ecclesiæ erit vsque ad finem sæculi. Secundò quia discipulis non erat nota determinate duratio Ecclesiæ: s. quot annorum esset, & sic non notificaretur, per hoc aliqua duratio postquam ista, quæ hic dicuntur, venient. Tertiò quia nihil in hoc notificabatur. Nam ecclesia vsque ad finem sæculi durabit, & ideo nihil esset hoc dicere nisi, q̄ hæc omnia acciderent ante finem mundi, & tamen hoc notum erat, quia post finem sæculi nulla signa erant, ergo nihil esset hoc dicere, & sic de nullo seruiret uerbum Christi. Quartò patet, quia cum Christus dixit non transibit generatio hæc, donec omnia fiant, vult designare Christum aliquam durationem postquam duratio sit, & tamen ante illam secundam durationem sunt omnia, quæ hic dicuntur: sed duratio generationis ecclesiæ est vsque ad finem sæculi, post quã durationem nulla alia temporis duratio est, de qua apud nos sermo esse possit, ideo necesse est intelligi de alia generatione, cuius duratio sit minor quam duratio ecclesiæ.

Dicendum ergo videtur, quod ista litera intelligitur de euerfione Ierusalem, & de generatione illa hominum, quæ erat, quando Christus ista loquebatur. Et verum est, quod non transiit generatio illa hominum antequam fierent omnia, quia tam signa præcedentia euerfionem, quam ipsa euerfio fuerunt ante præteritionem generationis illius. Nam euerfio Ierusalem fuit quadraginta annis post mortem domini, quando ista verba dicta sunt: sed manifestum est, q̄ plurimi de illis, qui vivebant, quando ista dicta sunt, vixerunt vsque post euerfionem Ierusalem. Nam & Ioannes Apostolus fuit vnus de quatuor Apostolis, quibus Christus dixit hac Marc. 13. c. & ipse vixit multo tempore post euerfionem Ierusalem. Nam tempore Domitiani vivebat, & missus est in dolium olei feruentis, & post mortem Domitiani de exilio reuocatus est & tamen Ierusalem ante tempora Domitiani, & Titij, qui præcessit Domitiano sub imperio Vespasiani euerfa est, & tunc stat litera sine vlla calumnia. Nam accipitur proprie generatio hæc, scilicet pro illa, quæ tunc erat, & etiam notificatur tempus, & ostenditur breuitas temporis, vsque ad complementum rei huius.

A Sed contra hoc obijcitur. Primò quia præcedentia non concordant, nam præcedentia erant de aduentu ad iudicium, cum ergo sit hic sermo continuatus, videtur, q̄ de eodem aduentu & præcedentibus aduentum intelligatur.

Secundò quia dicitur, donec omnia fiant, & tamen non fuerunt facta omnia, quæ supra posita sunt antequam præteriret generatio illa. Nam & multa sunt, quæ nondum facta sunt vsque hodie. s. signa aduentus ad iudicium, quæ posita sunt supra.

Dicendum quod vere intelligitur de euerfione Ierusalem litera ista, licet præcedens intelligatur de aduentu ad iudicium, & non est inconueniens, quod fiat iste transitus. Supra enim dixerat de signis præcedentibus euerfionem Ierusalem, & postea de signis præcedentibus aduentum ad iudicium, & iam non erat plura de his disturus: sed quoniam euerfio Ierusalem erat propinquior quam aduentus ad iudicium redijt ad dicendum de illa, vt ostenderet quam breue tempus restabat vsque ad illam. Et ait, non præteribit generatio hæc, idest antequam moriantur omnes, qui nunc viuunt, euerteretur Ierusalem. Et multi de viventibus nunc videbunt eam euerfam, immo & qui nunc viuunt euerteret eam. Nam Vespasianus, qui fuit primus princeps Romanorum in Bello Iudaico senex erat, quando pugnabat, vt ait Iosephus. 4. lib. de Bello Iudaico, & ita necesse esset eum natum esse, cum ista Christus dixit, quæ dicta sunt quadraginta annis solum ante euerfionem Ierusalem. Et verum est, q̄ immediate præcedentia non dicebantur de euerfione Ierusalem: sed de aduentu ad iudicium, & tamen Christus hic transiit ad dicendum de euerfione Ierusalem: quia de illa poterat magis certificari tempus, quam de aduentu ad iudicium, & quia illud propinquum erat, & iudicium multum distabat.

Ad secundum dicendum, q̄ cum dicitur, donec omnia fiant, non intelligitur de omnibus, quæ supra dicta erant: sed de omnibus illis, quæ erant signa euerfionis Ierusalem, & dicta fuerant supra, & hæc omnia acciderunt antequam generatio illa fineretur. Si quis tamen tenere voluerit, quod intelligitur de signis præcedentibus iudicium, & q̄ generatio ista, quæ non transitura est, sit Ecclesia, quæ est generatio fidelium non resistimus. Et tunc poterit dici, quod ideo Christus dixit hoc, vt confortaret discipulos. Timebant enim illi, quod doctrina, quam Christus dederat, pauco tempore duraret, eo q̄ multi aduersabantur ei, ipse verò ostendit, quod multum durabit: quia prius accidit omnia, quæ dicta sunt supra tam de euerfione Ierusalem quam de aduentu ad iudicium, quam desinat esse gens, quæ Christum colat, & teneat doctrinam eius, & ad hoc proderat ista designatio temporis incerti. Sic dicit Chrysof. in Homilia, scilicet ex hoc autem ostendit, quod Ierusalem peribit, & amplior pars Iudæorum destruetur, generationem autem fidelium nulla superabit tentatio. Sic etiam Theophylactus dicit. Non transibit generatio hæc, scilicet Christianorum, donec omnia fiant, quæ circa Ierusalem, & aduentum antichristi dicta sunt. Non enim dicit generationem Apostolorum, quia maior pars eorum non peruenit vsque ad consummationem Ierusalem. Dicit autem de generatione Christianorum volens discipulos consolari ne crederent q̄ in illis temporibus fides defecerit, prius enim elementa immobilia deficient quam verba Christi. Veruntamen litera magis cõuenit ad euerfionem Ierusalem sicut exposuimus. Et ita tenendum est.

Quare

Quare Christus dixit: Amen dico vobis non preteribit generatio hęc &c. Quęst. CXCIII.

Quare Christus hic dixit: Amen dico vobis non preteribit generatio hęc, donec omnia fiant.

Dicendum quod sicut apparet ex precedenti. quod potest exponi litera hęc de euerfione Ierusalem, & de aduentu ad iudicium.

Accipiendum autem de euerfione Ierusalem dicendum, quod fuit hoc dictum conuenienter ad certificandum de breuitate temporis usque ad euerfionem Ierusalem. Nam supra posita fuerant signa, que precedere debebant euerfionem illam. Etiam ex precedentibus immediatè colligi potest, quod statim post signa euerfio secutura erat, sicut aduentus ad iudicium statim erat post signa ad istud, & tamen non apparebat an omnia illa signa, que Christus predixit de euerfione Ierusalem ventura essent in breui, vel post multos annos: ideo certificauit hic quasi de tempore, ne animos discipulorum suspētos teneret, cum ait. Non preteribit generatio hęc, id est antequam moriantur omnes, qui nunc viuunt, venient omnia signa euerfionis, & etiam ipsa euerfio Ierusalem, & ad hoc fuit multum conueniens istud dici.

Si autem accipiatur de signis precedentibus iudicium prodest ad hoc, quia tunc generatio accipitur pro ecclesia fidelium, & dat Christus securitatē, quod illa non deficiet usque ad finem mundi, nam completis signis precedentibus iudicium, statim erit iudicium, ut dicitur supra, scilicet cum videritis hęc omnia, scitote quia prope est & in Ianuis, & tamē aduentus ad iudicium est finis seculi, ideo cum ecclesia non sit cessatura usque post omnia hęc non cessabit usque ad finem seculi.

Dixit autem Christus, Amen dico vobis, quod est modus iurandi, & affirmandi ad confirmandum id, quod dicebat, quia quomodocūque intelligatur hoc, magnum erat, & res magna exēbat confirmatione, ut credibilior esset. Sic dicit Beda, scilicet multum commendat, quod ita pronunciat, & si dicere fas est iuratio eius est quod dicit: Amen dico vobis, aliquando quippe interpretatur verum, igitur veritas dicit verum dico vobis, quod si non diceret mentiri omnino non posset.

Quomodo est verum, quod cælum & terra transibunt, verba autem mea non preteribunt. Quęst. CXCIX.

Quomodo est verum, quod cælum & terra transibunt, id est verum quod dicitur: cælum & terra transibunt verba autem mea non preteribunt.

Dicendum, quod quantum ad verba Christi veram est, quod verba eius non transeunt. Transire autem verba dicuntur ad similitudinem rerum. Nam res quando transeunt desinunt esse, ita quando verba desinunt esse dicuntur transire, verba autē non considerantur quantum ad se: quia non accipiuntur ut sunt, nisi ut significatiua, & ideo manere vel transire dicuntur quantum ad suum significatum. Si enim verbis correspondit aliquid in re, licet verba transeant quantum ad substantiam in quantum desinunt esse, cum proferuntur, tamen manere dicuntur in quantum manet id, quod significat pro quo sunt, & ita omnia vera manent: cum vero orationi prolata nihil tale responderit in re, quale illa signat non manet, quia nihil habet, in quo maneat, & sic falsa verba transeunt: & quoniam omnia verba Christi vera sunt, dicuntur omnia manere, aut non transire.

Sed considerandum, quod verba Christi dicuntur simpliciter non transire, verba autem legis & prophetarum dicuntur non transire, donec omnia fiant. Sic n. dicitur supra ca. 5. donec cælum & terra transeat Iota vnum aut apex vnus non preteribit a lege, donec omnia fiant.

Et ratio differentie est, quia lex Moyfi & dicta prophetarum non fuerunt dicta ad semper manendum, sed ad imponendum aliquid quod aliquando agi necesse esset, & postea cessaret obligatio ad illud, & ad significandum aliquid, quod semel fieri, & iam non vltra. Ista ergo, quę de lege Moyfi erant manebant quantum diu obligatio erat ad obseruandum mandata illa, postquam verò cessauit illa obligatio, non manserunt precepta, eo quod iam facta erant omnia, quę fieri oportebat secundum illam legem, quę autem continebant significationem futurorum manebant quantum diu significatum futurum erat, postquam verò implebatur id, quod designabatur, cessabat esse figura id, quod prius figura fuerat, & ideo tunc cessabant partes legis & prophetarum, quę erant figurales, & ideo recte dicitur, donec omnia fiant, i. impleantur, quia postea non manebat figura, cum aduenerat figurarum, sed antequam implerentur semper manebant.

De verbis autem Christi secus est, quia illa non dicta fuerunt ad figurandum aliquid futurum, quia nullus alius status speratur. Etiam precepta sua non obligant ad tempus, sicut lex Moyfi, sed vig. ad finem seculi, ideo non dicitur de eis, quod non transeunt, donec omnia fiant, sed quod nullo modo transeunt.

De cælo autem, & terra quomodo transibunt, dubium est.

Aliqui dicunt, quod non intelligitur de cælo aethereo i. corpore cælesti, sed de cælo aereo, i. elemento aeris, qui vocatur cælum Luc. 8. ca. Anes coeli comederunt illud, & Psal. 8. Volucres cæli, id est aeris.

Sed dicendum, quod non fit, quia non solum non transibit cælum, sed neq; aer, quia omnia elementa manebunt. Deputabuntur quidem per ignem conflagrationis, sed non peribunt. Etiam terra non transibit, sed manebit Eccl. 1. c. terra in æternum manet.

Aliter dicitur, quod cælum & terra transibunt, non quidem quantum ad substantiam, sed quantum ad imaginem, quia non erit idem status cæli, & terra post iudicium, qui nunc est, sicut dicitur, ecce ego creo cælos novos & terram nouam. Sic dicit Beda, cælum, quod transibit, non aethereum, siue sidereum, sed aereum intelligitur. Quocirca enim peruenire potuit aqua diluuii eo iuxta beati Petri sententiā ignis iudicij perueniet. Et sequitur. Si autem terra transibit, quomodo Eccl. dicit terra in æternum manet? sed aperta ratione cælum, & terra per eam, quam nunc habent imaginem transeunt, & tamen per essentiam sine fine subsistunt.

Sed dicendū, quod licet hoc verum sit non est iste sensus Christi, quia non intendebat hic dicere aliquid de conditione cæli & transitu, cum non agat hic de immutatione rerum, quę fiet die iudicij. Dicendū ergo, quod est sensus, quod licet cælum, & terra nunquam transibunt, tamen verba Christi habent maiorem firmitatem ex se ipsis ad manendum, quam cælum, & terra. Nam cælū & terra ex sua natura non subsistunt in æternum, sed ex Deo, verba autem Christi in quantum Christi necesse est vera esse. Sic dicit Hilarius super Matthe. cælum & terra ex conditione suę creationis nihil habent necessitatis in se ut non sint, verba autem Christi ex æternitate deducta id in se continent uirtutis ut maneant. Et Gregor. in Homelia ait, cælum & terra transibunt. quod omne, quod apud vos durabile est, sine mutatione durabile ad æternitatem non est, & omne, quod

Christi uerba quę fuerint prolata.

quod apud me transire cernitur fixum, & sine transitu tenetur, quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit sermo meus qui transit.

Sed dicendum, quod adhuc alius, & planior est sensus. scilicet cælum & terra non transeant, facilius tamen est eos transire, & corrumpi quam verbum meum transire, id est falsum esse. Sic dicit Hieron. super Matthæum, scilicet cælum & terra &c. ac si dicat: Facilius est fixa, & immobilia destrui, quam sermonum meorum aliquid decidere. Sic etiam dicit quod d. & si cuncta commoueantur, fides tamen mea non deficiet, & iste est verus sensus. Sic enim dixit Christus Luc. 15. ca. facilius est cælū & terram transire, quam de lege vnum apicem cadere.

Ad quid Christus dixit, cælum & terra transibunt. Quęst. CC.

Quare Christus dixit, cælum & terra transibunt.

Dicendum, quod dixerat Christus supra res magnas, scilicet de euerfione Ierusalem, & de signis iudicij, & dixerat breuitatem euentus, scilicet non preteriret generatio illa donec omnia fierent, hęc multum dubia erant, aut de quibus discipuli multum dubitare possent, adiunxit confirmationem, & dixit, cælum & terra transibunt, i. transire poterunt facilius quam verba mea, & tamen ita est, quod cælum, & terra non transibunt, ergo a fortiori non poterunt falsa esse verba Christi.

Sed dicitur, quare dixit de cælo & terra potius quā de alijs rebus. Dicendū, quod apud vulgares, & modum loquendi scripturę tria ponimus in rebus, siue partes precipuas vniuersi, i. cælum terram & mare, ignem vero & aerem non nominat scriptura neque vulgus: quia ignem non vident nisi eum, qui apud nos ex lapidum aut rerum durarum collisione excutitur, & patet hoc, quia Gen. 1. capitul. in creatione mundi non ponuntur nisi cælum, & terra, & mare, ignis autem non, neque aer.

Hunc modum loquendi Christus secutus tria nominatus erat, & tamen maria non nominauit, sed duas alias partes firmiores vniuersi, id est cælum, & terram, cælum enim firmissimum est, perire non potest, quia ab omni corruptione alienum est, & ideo Salomon vocat cælum firmissimum habitaculum Dei 3. Reg. 8. c. & Iob 37. ca. dicitur: Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fundati sunt. De terra autem patet, quod non corrumpatur Eccl. primo capitulo, scilicet generatio transibit terra autem in æternum manet. De mari non est sic, quia aqua est facilis passionis alterationis, et corruptionis, ideo non debuit mare nominare, sed solum terram, & cælum, quę sunt firmissima, & de quibus nullus credit quod aliquando peritura sint.

Sed Chrysol. dicit elementa mundi in medium adducit, ostendens quoniam preciosior est ecclesia cælo & terra, simul etiam & hinc conditorem omnium se nominat, & tamen non est illa causa, cū non agat hic de preciositate, sed de immobilitate. Sic dicit Hiero. facilius est fixa & immobilia destrui quam sermonum meorum aliquid decidere.

De die autem illa, & hora nemo scit: neque Angeli cælorum nisi pater solus. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes,

Luc. 7. Gen. 7.

res, & nuptui tradentes: usque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit, & aduentus filij hominis.

Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus, relinquetur. Duę erunt molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. Et duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur.

Mar. 13. Luc. 12.

De die autem illa. In precedentibus positum est, de signis precedentibus iudicium, hic agitur de ipsa die, in qua erit iudicium. Et dicitur. De die autem illa, scilicet in qua fiet iudicium, quia non fiet in multis diebus, sed in vno, immo in parua parte vnus diei. Nemo scit, i. nullus homo scit: neque sciet. Neque Angeli cælorum. Verisimilius erat quod Angeli scirent quam homines: sed asserit quod neque angeli sciunt de hoc. Nisi pater solus, id est nemo habet notitiā de die illo, nisi pater, qui Deus est, & tota trinitas, quę est vnus Deus, nulla autem creatura aliquid de hoc nouit. Sicut enim erant. Ostendit, quod dies iudicij veniet inopinatus ad omnes homines, quia omnes erunt securi quando veniet dies illa, & ponitur exemplum de periculo diluuii. In diebus Noe, scilicet quando ipse vivebat. Ita erit aduentus filij hominis, id est sicut tunc venit dies diluuii inopinatus hominibus, ita & Christus ad iudicium veniet tunc, quando non sperabitur. Sicut enim erant in diebus ante diluuium, scilicet in proximis diebus ante illud, scilicet quia homines securi erant. Comedentes & bibentes, id est gaudebant, & vacabant omni voluptati velut nullum malum timentes, aut suspicantes. Et nuptui tradentes, id est filias dantes ad nuptias: sed Luc. decimosextimo capitulo, ponitur vtrumque, scilicet vxores ducebant, & dabant ad nuptias. Usque ad eum diem, qui introiit Noe in arcam, scilicet illo die cessauerunt comedere & bibere & voluptati vacare. Nam ea die venit aqua, & perierunt omnes. Vel saltem ab illo die fuerunt solliciti cessantes a voluptatibus. Et non cognouerunt, scilicet, quod diluuium venturum esset. Donec venit diluuium, id est illa aquarum excessiua abundantia. Et tulit omnes, scilicet perierunt omnes, qui non erant in arca. Ita erit & aduentus filij hominis, scilicet omnibus inopinatus, & multi peribunt vacantes iniquitatibus suis. Tunc, scilicet in illo die iudicij. Duo erunt in agro. Ponitur quomodo ex eo quod dies illa eueniet subito, & inopinatus hominibus multi peribunt, & licet homines sint simul, non erit eis idem exitus, sed aliqui malum aliqui bonum habebunt, & ita erit de duobus existentibus, in agro: quia non erit idem exitus amborum. Vnus assumetur, scilicet ad vitam æternam. Et vnus relinquetur, id est & alius relinquetur ad poenam. Duę autem molentes in mola. Ponuntur alia exempla similia quantum ad omnes occupationes, in quibus tam viri quam femina vacabunt, & est una molere ad molam, scilicet quę manu mouetur, & erunt ibi duę mulieres, & non habebunt eundem, sed disparem exitum, licet simul sint. Vna assumetur, scilicet ad gloriam de illis. Et alia relinquetur, scilicet ad poenam. Duo in lecto, i. accidet, quod illo tempore erunt duo homines in lecto dormientes, diuerfium finem habebunt. Vnus assumetur, scilicet ad beatitudinem. Alius relinquetur, scilicet ad gehennam.

In qua die iudicij erit.

Dies iudicij ex iu pũso ueniet.

De quo intelligitur ista litera, an de euerfione Ierusalem uel die iudicij. Quæst. CCI.

QVAERETVR de quo intelligatur, ista litera.

Aliqui dicunt, quòd de euerfione Ierusalem, alii uerò quòd de die iudicij. Et ratio est, quia de solis duob. his dictum erat supra, ideo oportet intelligi de altero istorum. Dicunt autem intelligi de euerfione Ierusalem, illa enim destruenda erat, & signa præcedere debebant ad euerfionem, per que de euerfione posset cogitari, dies tamē certa euerfionis sciri non poterat.

Alij autem dicunt, quòd intelligitur de die iudicij, ad quam etiam signa præcedere debebant: sed non erat certum, qua die illud iudicij fieret. Et de hoc potius exponendum est quam de euerfione Ierusalem. Et patet de primò, quia omnes exponunt de hoc, & nemo de euerfione Ierusalem.

Secundò quia dicit, nemo scit neque Angeli cœlorum nisi pater solus, & sic uidetur facere istam rem valde charam, ut omnes timeant, tamen quantum ad euerfionem Ierusalem, non erat periculum ex euerfione nisi eis, qui in urbe erant: ideo de iudicio intelligitur, in quo omnibus periculum esse potest.

Tertiò quia dicitur, quòd erit de die illa sicut in diebus Noe, quia non cognouerunt homines aliquid usque ad diem, qua intrauit Noe in arcam, & diluuium uenit, & perdidit omnes, & usque ad diem illam nemo aliquid mali suspicabatur, sed de euerfione Ierusalem non fuit sic, quia postquam in clusi cæperunt pati famem, & pestem, quotidie moriebantur innum erabiles, uiderunt non posse defendi urbem, & petiuerunt ueniam à Romanis, sed non obtinuerunt, ut ait Iosephus libro sexto de Bello Iudaico, & Egesippus libro quarto, Chronicorum suorum. Et occultrauerunt principes in cloacis, & introierunt Romani in interiora templi, & ceperunt eos, quos uiuos inuenerunt. I. duos duces Ioannem & Simonem, & ita ibi nō erant inopinati de euerfione, sed iam timebant eam, immo quasi certam habebant.

Quartò quia dicitur, quòd sicut in diebus Noe erant homines comedentes & bibentes & nuptui dantes: ita esset tunc, sed manifestum est, quòd non fuit sic ante euerfionem Ierusalem, quia non comedebant tunc, & bibebant, sed potius fame moriebantur. Nam plura, quam cœtum millia hominum fame in Ierusalem consumpta sunt, ut Iose. tradit libro sexto de Bello Iudaico. Etiam non dabant filias nuptui, quia nulla uoluptas tunc erat, sed summa tristitia. De die autem iudicij ista uera sunt, quia inopinatus adueniet omnibus hominibus, & ideo ante illum erunt homines comedentes, & bibentes quasi nullum malum expectent.

Quintò quia dicitur, sic erit aduentus filij hominis. Sed aduentus Christi non dicitur proprie euerfio Ierusalem, sed magis aduentus ad iudicium, quando uerè, & corporaliter ueniet, ergo de illo intelligit, licet si nihil aliud obstaret posset istud exponi de euerfione Ierusalem, quia Christus uenire dicitur quando aliquid circa nos facit, & quia euerfio Ierusalem erat aliquid quod ab ipso fieri deberet in vindictam scelerum gentis illius, diceretur uenire quando euerteretur Ierusalem.

Sextò quia dicitur tunc duo erunt in agro, tempore tamen quo Ierusalem euerfa est, nemo de pereuntibus fuit in agro, sed omnes a multo tempore erant clausi intra muros.

Septimò, quia dicitur vnus assumetur, & vnus relinquetur, in quo innuitur, quòd aliqui liberarentur

à malo, alij uero in malum inciderent, & ita de morientibus ad molam, & iacentibus in lecto, & tamen in euerfione Ierusalem nemo euasit de eis, qui intus capti sunt, quia uel in mortem, uel in seruitutem traditi sunt, ut Iosephus ait sexto, & septimo libro, de Bello Iudaico, ergo non potest intelligi de die euerfionis. De die autem iudicij, utrumque intelligi potest.

Primum de agro, quia per totum mundum illa die aliqui erunt in urbibus alij in agro.

Secundum de euasione, & periculo, quia certum est, quòd morientes omnes in die iudicij non habebunt eundem exitum, quia nec habebunt idem meritum: ideo neque omnes saluabuntur, neque omnes condemnabuntur, & ita vnus assumetur, & alius relinquetur.

Octauò patet, quia infra in litera suadet Christus uigilandum propter incertitudinem huius temporis, quod magis aperitur Marc. decimotertio, capitulo, scilicet uidete, uigilate, & orate nescitis enim quando tempus sit. Et istud uigilare ad omnes dicit. eodem capitulo, scilicet, quod autem uobis dico, omnibus dico, uigilate, & tamen pro euerfione Ierusalem non erat omnibus uigilandum, sed illis solis ad quos pertinebat, ergo non intelligitur de illa euerfione.

Nonò quia nō solum omnibus non suaderet Christus uigilare pro euerfione Ierusalem, sed etiam nulli. Nam solis bonis, uel qui ad eum pertinere possunt ista suadet, in Ierusalem tamen nemo periit de eis qui ad Christum pertinebat, sed ipse admonuit eos recedere tam de Ierusalem quam de tota regione dato signo, scilicet tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, ideo necesse est de aduentu ad iudicium accipi, quando oportebit homines uigilare, ne in mala subito incidant.

Ad quid Christus dixit de die autem illa nemo scit. Quæst. CCI.

QVAERETVR ad quid Christus dixit de die autem illa nemo scit.

Dici potest vno modo, quòd fuit ad tollendum dubium, quod oritur ex præcedentibus. Nam supra posita fuerant signa aduentus ad iudicium, & insuper dictum est, quòd illis uisus iam Christus prope esset in Ianuis, ideo cum uideret quis illa signa putaret se scire diem illam iudicij determinate. Christus autem tollit hunc errorem dicens, quòd de die illo nemo scit, & ideo licet cætera scient non putent se scire illum diem, maxime quia ipse uult diem illum sicut est ignotus omnibus hominibus, ita ab omnibus putari ignotum, ut omnes timeant & de eo solliciti sint.

Secundò dicendum, quòd fuit hoc quædam excusatio Christi, iam enim ex ordine narrationis deuenit ad hoc, ut dicere deberet, quando esset dies iudicij, sed hoc dicere non uolebat, ideo posuit hoc in excusationem. Et patet hoc, nam duo posuerat hic, de quibus quæsitum erat, scilicet euerfionem Ierusalem, & aduentum ad iudicium, & pro utroque posuerat signa præcedentia, ex quibus aliquo modo colligeretur, quando utrumque venturum esset. Et insuper quia poterat quis putare, quòd longo tempore post signa eueniret res signata tam de euerfione Ierusalem quam de aduentu ad iudicium dixit, quòd statim uel cito post signa euenirent signata ponens ad hoc parabolam de ficulnea, ut supra apparet. Et insuper de Ierusalem euerfione multum certificaueram tam quantum ad signum quam significatum dicēs, quòd

antequam transiret generatio illa euerteretur Ierusalem: supererat ergo nunc quantum ad aduentum ad iudicium sic certificare.

Et poterant superesse duo dubia. Vnum erat dato quòd post signa aduentus cito esset aduentus ad iudicium nesciebatur, istud tamen cito quantum tempus comprehenderet, & ideo de die illa determinationem scire opus erat, quantum distaret a signis præcedentibus. Secundum dubium erat, dato quòd sciretur quot diebus esset futura dies iudicij post finem signorum, tamen nesciebatur, quando inciperent signa illa apparere, quia nondum apparent, & postquam apparere ceperint quantum erit inter vnum, & alterum, ideo oportebat ad plenam notitiam ad huc dici de illa die, & quia Christus hoc euitare uolebat, quando ordo narrationis ad hunc locum uenerat, excusauit se dici determinatione, dicens, de die autem illa nemo scit. Sic dicit Chysofost. scilicet cum dixisset dominus omnia, quæ præcedunt Christi aduentum, & ad ipsas ianuas narrationem deduxisset, diem tacere uoluit: unde dixit. De die autem illa nemo scit.

Tertiò fuit ad effugiendam importunam interrogationem discipulorum. Nam cum Christus iam dixisset discipulis omnia signa iam præcedentia aduentum suum, & quòd post illa cito esset aduentus, restabat diem diffinire, unde dato quòd ipse taceret nihil ultra dicens, discipuli ipsi quærent ab eo determinationem diei. Ut autem non quærent de eo, quòd ipse respondere non intendebat, ne forte per hoc contristarentur, quasi non exauditi, abstulit eis occasionem quærendi, dicens, de die illa nemo scit. Sic dicit Theophylactus, scilicet uolens autem dominus discipulos impedire ab interrogatione illius diei dixit. De die autem illa nemo scit. Si enim dixisset, scio & tamen nolo uobis reuelare, ipsos non modicum contristasset.

Quomodo Christus si uellet de iudicij die certitudinem daret. Quæst. CCIII.

QVAERETVR si de illa die certitudinem aliquam Christus dare uellet, quomodo daret. Dicendum quòd ista certificatio dari poterat iuxta exigentiam, supra ab eo dictorum. Nam ut dictum est præcedenti, quòd poterat tripliciter dubitari ad ea, quæ dixerat Christus, dixerat enim quòd præcederent signa, & adiunxit quòd statim, uel pauco tempore post signa sequeretur aduentus. Dubium ergo primum esset quantum tempus esset illud, quod inter ultimum signum ad iudicium, & ipsum diem iudicij intenderet.

Secundum dubium, dato quòd sciretur quantum tempus esset inter finem signorum præcedentium, & diem iudicij, quando inciperent illa signa, quia nesciebant an inciperent usque ad duos annos, uel usque ad quinque millia.

Tertium dubium erat, dato quòd utrumque sciretur, quantum distaret vnum signum ab alio. Ideo iuxta has dubitationes erat modus certificandi, licet certificatio ad quamlibet non erat certificatio simpliciter.

Erat autem primus modus certificandi, ut si diceretur, quòd post ultimum signum uique ad duos, uel certos annos esset dies iudicij. Nam tunc non erat certitudo pro Apostolis, quibus Christus loquebatur: tamen pro illis quorum tempore fierent signa esset aliqua certitudo, quia cum uiderent ultimum signum iam scirent, quantum inde distabat dies iudicij.

A Secundus modus certificandi erat dicere quantum tempus erat usquequo inciperet signa illa, ut si Christus diceret signa præcedentia iudicium incipient usque ad mille uel quingentos annos, nam ex hoc non colligebatur certitudo apud homines alicuius temporis de die iudicij, erat tamen aliqualis suspitio, quia postquam signa inciperent, non erat uerisimile, quòd longo tempore non tardaret dies iudicij, & ita erat iste aliquis gradus cognitionis pro quolibet tempore, licet pro nullo tempore erat integra cognitio.

Tertius modus erat, quòd diceretur quot anni, aut dies inter signum, & signum interciderent, & iste erat aliquis gradus cognitionis, sed minor ceteris: quia pauca suspitio de tempore iudicij inde colligebatur.

B Quartus modus certificandi erat determinare simpliciter tempus a die, quo Christus loquebatur, usque ad diem iudicij, ut si diceret ab isto die usque ad diem iudicij erunt tot anni, & istud penitus certificabat, sed neque istud penitus uoluit Christus illis dicere, unde non solum istum modum, qui totaliter certificabat, sed neque alios modos minores Christus uoluit dare hominibus, ut semper eos sollicitos redderet & suspectos propter incertitudinem.

Quid uoluit Christus innuere, cum dixit, de die illa nemo scit. Quæst. CCIII.

QVAERETVR quid uoluit Christus innuere cum dixit, de die illa nemo scit.

Dicendum quòd Christus ponit hic excusationem ad hoc, quòd non dicat discipulis determinate diem iudicij, & ad hoc dicit, quòd nemo scit, & quòd Angeli etiam nesciunt, & quòd solus pater scit.

Et dicendum quòd prodest dupliciter ad excusationem. Primo ostendendo quòd nemo scit, ideo nemo potest declarare, & nō solum homines, sed etiam Angeli nō possunt reuelare hominibus sicut alia reuelare solent, eo quòd ipsi nesciunt hoc.

D Secundò ostendendo, quòd non debent grauari discipuli etiam si eis non reuelatur determinate dies iudicij. Nam si esset alicui alteri reuelati, possent ipsi conueniri, quòd eis non reuelaretur, sed nemini reuelatum erat, neque etiam Angelis reuelatum, ideo non habebant causam quærelæ.

Dicendum, quòd accipitur hic nemo, id est nullus homo. Intelligitur de puris hominibus. Christus enim homo erat, & illud sciebat, se tamen licet filium hominis uocat, hominem non uocat, homo tamen est. Etiam dicendum, quòd non solum nemo nesciebat diem iudicij determinate, quando Christus hoc loquebatur, sed etiam nemo sciturus erat, quia si alicui hoc aliquando reuelandum erat, dignum erat nunc Apostolis reuelari, & tamen non reuelatur, ideo præsupponitur, quòd neque aliquando sciturus erat illud quis, antequam fieret.

Quare Christus dixit neque Angeli sciunt. Quæst. CCI.

QVAERETVR quare dixit, neque Angeli, scilicet sciunt.

Dicendum, quòd propter id, quòd de hominibus dictum est præcedenti. Primo quia si diceretur solum quòd nemo illud scit diceretur quòd Angeli nō ignorabunt illud licet homines nescirent, & ideo Angeli poterant istud reuelare, licet homines non docerent eos, sic enim multa alia Angeli docent nos, quæ nullus hominum scit.

Secun-

Secundò quia vult ostendere, quod non debeant conqueri, q̄ eis non reueletur hoc, quia poterant dicere, licet hominibus alijs, numquam fuerit reuelatum, nobis deberet reuelari, cum nos simus discipuli Messiā quod non habet alii homines, & ideo nos debemus habere plus quam homines, vnde licet nemo sciat nos scire deberemus. Respondet q̄ non solum nemo scit, sed etiam Angeli, qui sunt maioris dignitatis secundum naturam istud nesciebant. Non erat igitur mirum, si ipsi, qui minores Angelis erant istud nescirent.

Tertio quia Christus volebat aliquomodo dicere se nescire, sicut habetur Marc. 13. c. Et ideo quod non reuelabat, sed dicerent discipuli, licet nemo sciat tu, qui maior hominibus es, scire deberes. Respondet, q̄ nesciat, quia etiam Angeli nesciunt, & ideo possibile est, q̄ ipse nesciat.

Quomodo poterat stare, quod Angeli nescirent diem iudicij. Quæst. CCVI.

QUÆRITUR quomodo poterat stare q̄ Angeli nescirent, Nam Angeli cœlorum Beati sunt, Beati autem vident Deum & clare, ideo omnia in ipso vident, sicut dixit Gregorius in quarto dialogorum. Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident?

Dicendum, q̄ cum beatitudine stat inæqualitas visionis. Nam licet omnes videntes Deum Beati sint, tamen alij alijs beatiore sunt secundum q̄ Deum magis aut minus capiunt, & ideo non videtur mirum esse, q̄ aliquid sit quod Beatus ignoret. Sed in hoc dicendum, vt declaratum est supra. c. 5. q. 43. & 44. q̄ quicunque Beatus, eo q̄ videt Deum cognoscit clare in ipso omnia, quæ esse habet aliquo modo. i. presentia præterita & futura, & non habent aliquem errorem circa ista, licet quidam clarius Deum quàm alij nouerint. Et hoc quidem erit post diem iudicij, quoad consummata erit sêlicitas cuiuslibet Beati, & nihil ei addetur. Nam cum cognitio ad beatitudinẽ pertineat, & illa post iudicium non crescat, non crescet beatitudo, & tamen non esset consummata beatitudo si aliquid cognoscibile esset, quod nõ cognoscerent, ideo necesse est, quod post iudicium quilibet Beatus sciat presentia, præterita, & futura, ante diem verò iudicij potest semper augeri beatitudo, ideo non est inconueniens, quod aliqua sint futura, quæ ignorent Beati, & quidam plura, quam alij ignorabunt, secundum, quod minus Beati sunt. Sic de Angelis dicendum est, quod post diẽ iudicij omnia scient, sed nunc aliqua ignorant, quæ postea scient, & inter illa est vnum ipsa dies iudicij.

Quare dicitur. Neque Angeli cœlorum, Quæst. CCVII.

QUÆRITUR quare dicitur, Neque Angeli cœlorum. Dicit potest vno modo, quod non ponitur ad aliquid agendum siue determinandum, quia non ponimus Angelos nisi in cœlo, sed dixit cœlorum ad ostendendum, quod illa sit eorum mansio.

Secundo potest, & melius dici, quod dicitur ad differentiã aliorum Angelorum. Nã sunt aliqui Angeli, qui non sunt in cœlo sicut Angeli Satanæ, Dæmones enim Angeli sunt, vt dicitur sequenti, cap. scilicet, cum Diabolo & Angelis eius. Sic etiam dicitur Psal. 77. Misit in eos iram suam immisiones per Angelos malos. Et etiam hoc modo distinguimus An-

gelos lucis, & Angelos tenebrarum. Nam Satan vocamus Angelum tenebrarum. Bonos verò vocamus Angelos lucis, secunda, Corinth. vndecimo, c. Angeli autem mali non sciunt nisi ea, quæ ex naturali perfectione habent: Angeli autem boni præter ea, quæ ex perfectione sua naturali sciunt, secundum quam dicuntur scire res in proprio genere, adhuc habent visionem in verbo, in quo multo plura cognoscunt, quam naturaliter. Nam Angeli mali futura contingentia libere nesciunt, Angeli autem boni sciunt futura, licet nõ omnia, vt dictum est precedenti, quæst. ideo quod Angeli mali, qui nihil nouerunt in visione in verbo, non sciunt de illa die cum etiam nulla alia futura eis reuelentur non erat mirandum, neque etiam si illi nesciebant, ideo nescituri erant discipuli, quia discipulis & viris sanctis multa a Deo reuelantur, Dæmonibus autem non dixit, igitur quod non solum illi, sed etiam neque Angeli boni, qui sunt Angeli cœlorum, sciunt ista. Et sic non est mirum, si uos nesciatis.

Tertio potest dici ad ostendendam verisimilitudinem, quasi dicat quomodo homines, qui secundum conditionem nature a Deo elongati sunt, ista sciunt, cū & Angeli qui Deo propinquissimi sunt ista nesciant, quasi arguat sic, quod cognitio istorum futurorum ad Deum pertinet, ideo de alijs creaturis nulla magis intelligit de his quam ea, quæ illi magis appropinquat, cum per eum, & ab eo cognitionem istorum habere possimus, & non ab alio, & tamen nulla creatura est Deo propinquior, quam Angeli, quia Deus in cœlo habitat, sicut Christus dicit, Pater noster, qui es in cœlis. supra sexto capitulo, & Angeli habitant in cœlo, ideo ipsi melius possunt scire futura, quam aliqui alij, Et ideo dixit eos cœlorum Angelos.

Quartò potest hoc dici ad differentiam Angelorum inter se. Sunt enim quidam Angeli Deo assistentes & alij ministrantes. Assistentes non mittuntur ad nos, sed manent in conspectu Dei. Alij verò mittuntur ad nos, ideo primi sunt magis conscii diuinorum secretorum, quia semper sunt presentes per specialem modum presentialitatis, hos enim vocare possumus Angelos cœlorum specialiter, quia in cœlis semper manent: alios autem, quia mittuntur, non vocamus ita specialiter Angelos cœlorum. Est ergo sensus quod non solum Angeli boni nesciunt, sed etiam Angeli cœlorum, qui sunt Deo assistentes, ignorant illud, sed secundus & tertius modus magis conuenit ad propositum.

Quomodo est verum quod pater solus sciat diem iudicij. Quæst. CCVIII.

QUÆRITUR quomodo est verum, quod dicitur nisi pater solus, i. nullus nouit diem iudicij, nisi solus pater, quia hoc videtur esse falsum, Nã tunc filius non sciret, neque Spiritus sanctus.

Dicendum, quod pater scit, & etiam filius, & Spiritus sanctus, quia in diuinis omnia essentialia sunt communia tribus personis, & cum per solas relationes distinguantur personæ, & tamen scientia est de essentialibus, ideo non poterit una persona scire, quod alia nesciat.

Ad hoc solet responderi, q̄ hic nõ ponitur aliquid inconueniens, quia per hoc, q̄ dicitur solus pater non excluditur filius, quia, ut dicunt dictio exclusiva in diuinis addita vni personæ respectu termini, vel prædicati essentialis nõ excludit aliam personam, & ideo excludet solam creaturam, quæ non est Deus, & non communicat cum aliqua diuina persona in essentialibus,

Sed

Sed dicendum, q̄ hoc non est proprie dictum. Nã retinet illa exclusiua vim suam, & ideo oportet, q̄ excludat omnia alia a supposito illo, sed Filius, & Spiritus Sanctus distinguuntur supposito a patre, ideo excluduntur de virtute sermonis in ista propositione.

Sed est sensus, quod ad hoc, quod oratio exclusiua sit vera, in qua additur termino personali dictio exclusiua respectu prædicati essentialis, non debet excludere personam aliquam diuinam, sed solam creaturam, tenendo namque in viribus suis erit falsa propositio si excludat personas respectu tuis prædicati. Mortuū autem eorum fundatur in hoc loco. Nam certū est istam orationem esse veram, quia est dicta a Christo, & tamen si illa dictio exclusiua solum excludat Filium, & Spiritum Sanctum, est falsa propositio, ideo dicitur, quod non excludit. Sed dicendum, quod falsum est, immo, solus, tenetur hic exclusiua, quia excludit omnem aliud, non solum aliud in natura, immo aliud in supposito ab eo, quod significatur per hoc nomen pater. Et patet, quia Christus excludere se voluit. Et si dicas non exclusum filium, non concordas intentioni Christi, quia ipse dixit Mar. 13. capit. De die illa nemo scit, neque angeli cœlorum, neque Filius, nisi Pater. Constat autem Christum dixisse illud nunc, quando Christus ista loquebatur, licet istud tacuerit Mattheus, ergo expresse seipsum excludit, & consequenter exclusio sit etiam respectu prædicati essentialis, & stat proprie dictio exclusiua.

Sed tunc dicitur, quomodo est verum, q̄ solus pater nouit hoc? Dicendum, q̄ filius, & Spiritus Sanctus istud sciunt, neque excludit Christus suppositum aliquod diuinum, eo q̄ terminus ille Pater non tenetur personaliter, sed essentialiter, & tunc potest stare pro tota essentia diuina. Sic accepit Christus supra 6. c. cum dixit: Pater noster, qui est in cœlis. Nam manifestum est, q̄ ibi non accepit pro sola persona patris. Nam nõ oramus ad eum solum, sed ad omnes tres personas, qui sunt vnus Deus. Etiam aliquando, & hoc modo accipitur interdum Pater pro aliqua vna persona in diuinis, quæ non est Pater, ita enim canamus in ecclesia: O Pater sanctissime, qui mundum redemisti tuo suo sanguine. Manifestum est, q̄ hic est pro sola persona filij, quia solus filius redemur fundendo sanguinem, & tñ vocatur pater eo modo, quo omnes personæ simul vocantur pater noster. Et tunc verum est, q̄ quidquid sit, q̄ non est pater, qui hic significatur excluditur, sed sola creatura est, qui est non pater, si autem aliquo modo hoc intelligi potest, dicitur sequentibus questionibus.

Quomodo potest stare, quod dicitur Mar. 13. c. cum hoc, quod hic Matth. Quæst. CCIX.

QUÆRITUR cum Mar. 13. c. dicitur, q̄ de illa die nemo scit, neque angeli cœlorum, neque filius, nisi pater, quomodo possit hoc stare.

Dicit potest vno modo, q̄ istud nõ habet littera euangelica, sed per errorem a quibusdam introductum est, & tunc non oportet responderi ad illud. Sic dicit Hieronymus. In quibusdam autem Latinis codicibus additum est, neque filius, cum in Græcis, & maxime Pierij, & Aquamanij exemplaribus hoc non habeatur scriptum. Sed dicendum est sic tenendum dictum esse a Christo, quia Latini codices sic illud habent, & omnes doctores sancti, vt Hiero. & Augusti. litteram illam exponunt. Secundo, quia per hoc non effugimus inconueniens. Nam cum dicitur hic, nisi solus pater exepit omnia alia supposita a patre, ideo eo modo, quo filius distinctus dicitur, videtur exclusus. Dicendum ergo, quod illa littera tenenda est, & Alph. 1. ost. in Matth. Pars VI.

tenendum, quod Christus scit diem iudicij, & Spiritus Sanctus. Sic dicit Hiero. In quo gaudet Arrius, & Eunomius. Dicunt enim non potest equalis esse, qui no. ait, & qui ignorat, contra quos ista dicenda sunt, cum omnia tempora fecerit Iesus, hoc est verbum Dei, omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. In omnibus autem temporibus cum dies iudicij sit, qua consequentia potest eius ignorare partem, cuius totum nouit? hoc quoque dicendum est, quid est maius notitia patris, an iudicij? si maius nouit, quomodo ignorat, quod minus est?

Et Hilarius quoque multis rationibus idẽ probat, dicens: Ignoratio autem diei atque horæ obijcitur vni-genito Deo, vt Deus ex Deo natus non sit in ea nature perfectione, qua Deus est, sed primum sensus communis iudicij sentendum est, an credibile esse possit, vt aliquid ex omnibus nesciat, qui omnibus ad id, quod sunt atque erunt auctor est, quomodo enim extra eius nature scientiam est, per quam, & in qua id, quod faciendum est continetur? Hinc autem diem ille ignorat, qui aduentus sui dies est humane nature, quod agere diffiniunt quantum in se est, præscit, & sequitur gerendorum cognitio voluntatem agendi. Quomodo ergo dominus gloriæ aduentum sui ignorata die, nature imperfecte esse credit, & necessitate habeat adueniendi, & scientiam aduentus sui non adepta sit, iam vero quanta impietatis geminatur occasio si Deo patri deputabitur malignitatis effectus, si ei ademerit beatitudinis cognitionem, cui mortis induxerit præscientiam, quod si in eo omnes scientie thesauri sunt diem hunc non ignorat, sed meminisse nos conuenit occultos in eo scientie thesauros esse.

Nunc ergo dicendum est, quomodo Christus dicit se nescire diem illum. Aliqui dicunt, q̄ cum dicit, q̄ neque filius nouit non accipitur de filio Dei naturali, sed de filio adoptiuo, filius autem adoptiuus ignorat cum nos simus adoptiuui. Sic dicit Basilus: Legi quoque in quodam libro filium hunc non vaigenitum, sed adoptiuum debere intelligi, non enim vni-genito filio angelos præposuisset. Sic enim ait: neque angeli cœlorum, neque filius.

Sed dicendum, q̄ non stat, primo quia Christus dicit de seipso, q̄ nesciat, quia per hunc modum excusat se ad reuelandum, & tamen si de adoptiuo filio diceret nihil faceret ad propositum eius, quia ipse non est adoptiuus, sed naturalis, & vni-genitus Deo patri. Neque valet si humanitate obiciat, quia licet caro Christi non sit genita a Deo patre, tamen hõ Christi a Deo patre natus est, & genitus æternaliter, eo q̄ homo Christus non est aliud suppositum, neque alius filius, quam verbum diuinum, sed eadẽ numero psona, & eiuẽ substantia, sed verbũ diuinũ est filius vni-genitus patris Dei, ergo Christus homo est filius vni-genitus, & æternus Dei patris, & sic non potest dici adoptiuus. Vnde non faciet ad propositum, quia seipsum non excusabit ab hoc.

Secundo, quia si de filio adoptiuo loqueretur, non diceret, neque filius singulariter, sed neque filii, quoniam multi filij adoptiuui sunt. i. omnes nos, quibus dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. loa. 1. c. & tamen dixit singulariter, neque filius, ergo de illo, qui est vnicus, intellexit, & ille est vni-genitus, & non adoptiuus.

Tertio, quia si de adoptiuo acciperetur, intelligeretur de nobis credentibus, qui sumus filij Dei, quia dedit nobis spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater, ad Roman. 8. c. Et tunc superuacuum esset, quia dixerat, de die illa nemo scit, ideo non oportebat addi filios adoptiuos, cum sub nemine intelligantur omnes illi.

Rr Quarto,

Quarto, quia causa, quam reddit est inconueniens, scilicet quod si intelligeret de vnigenito non preponeret ei angelos. Sed non stat, quia a fortiori arguetur, quod angeli sunt prepositi Deo patri. Nam de patre dicitur post angelos, & post filium.

Quinto, quia potius totus ordo conuersus est hic. Nam homines primo ponuntur, & sequuntur angeli, & tamen angeli celorum maioris dignitatis sunt, quam homines, & tamen post angelos ponitur filius, post filium pater. Et ratio est, quia negatio, & affirmatio habent vias oppositas, vnde terminus, qui affirmatus est superior addita negatione efficitur inferior, & è contrario, & ea, que affirmatiuè perfectionem important negatiue sumpta dicunt imperfectionem. Sic est de scientia, quia scire affirmatum dicit perfectionem, negatum vero dicit imperfectionem. Et est ordo, quod sicut melioribus damus magis de perfectione, ita damus minus de imperfectione, quia plus de lucro, minus de damno idem sunt. Ethicorum, sed hic ponitur nescire diem iudicii, quod est imperfectio, & in hoc comparantur homines angelis, & filius, ideo ignorantia ista magis debet competere hominibus, minus vero angelis, & adhuc minus filio. Et sic dicitur de die illa, nemo scit, id est nullus homo, neque angeli celorum, neque filius. Pater autem ponitur vltimo non, quasi adiungatur eis in hac ignorantia, sed quia excipitur ab ea, cum dicatur, nisi solus pater, & ita postmo ista non stat.

Alij dicunt, quod filius scire non dicitur pro membris suis, id est ecclesia, vnde quando ecclesia nescit, dicit ipse nescire. Sic ait Origenes super Matthæum, f. Donec ecclesia est corpus Christi nescit diem, & horam tandiu, neque filius dicitur diem illum, & horam scire. Dicitur autem scire secundum propriam significationem, sicut est in consuetudine scripturarum. Apostolus enim Saluatorem dicit nescientem peccatum, quia non peccauit. Preparat autem filius scientiam diem illius, & horam heredes sue promissionis, vt omnes simul sciant, id est re ipsa experiantur in illa hora, & die, quæ preparauit Deus diligentibus se, quasi dicat, sicut dicitur nescire peccatum, quia peccatum non fecit, ita nescire dicitur diem illum, quia non facit illum scire ecclesie sue, sed omnibus dabit simul experientiam illius.

Sed dicendum, quod non stat. Primo, quia si acciperetur hic filius pro membris suis, non poneret illa primo, sed postmo, cum dixit, de die illa nemo scit. Et sub nomine includuntur omnes de ecclesia, & postea de filio addidit, ergo non intelligitur de ecclesia.

Secundo, quia ex modo loquendi apparet, quod filius pro persona sua accipitur, cum dixerit, nemo scit, neque angeli celorum, neque filius, nisi solus pater. Et sic post filium non inuenitur est aliquis, qui posset dici nescire, aut scire, nisi pater.

Tertio, quia si filius preponeretur scire non esset excusatio ad hoc, quod non diceret Apostolis, quam tamen excusationem ille intendebat, ideo de seipso accipitur, & non de ecclesia.

Alij dicunt, quod filius nescit quantum ad humanitatem, licet quantum ad deitatem sciat. Sed dicendum, quod non stat, quia sicut scit quantum ad deitatem, ita, & quantum ad humanitatem, sed in hoc differt, quia quantum ad deitatem naturaliter scit, quia scientia est eius essentia, & natura. Quantum ad humanitatem scit ex communicatione, nam per vnionem anime Christi ad verbum diuinum communicata est ei omnis scientia. Vnde omnia presentia preterita, & futura, ita cognoscit certissime, sicut verbum diuinum, aut pater, diem igitur iudicii ignorare non potest. Procederet enim argumentum Hilarij contra hoc, si im-

perfectio esset in Christo, si ipse venturus esset ad iudicandum, & nesciret, quando cum homines, qui aliquid facturi sunt, pronouerunt omnes circumstantias rerum faciendarum. Item videretur Deus pater inuidus, qui ei mortem cognoscendam ante dedit, diem vero aduentus, in quo glorificaturus esset recognoscendam non dedit.

Alij autem dicunt, quod filius non scit diem iudicii non solum quantum ad humanitatem, sed neque etiam quantum ad deitatem a seipso, sed quidquid nouit a patre nouit, quia & ab ipso essentiam habet. Et hunc modum Christus loquendi habet, vt Ioan. 7. ca. Meo dicitur non est mea, sed eius, qui misit me. Et ideo cognitio non est eius, sed patris.

Sed dicendum, quod non stat, primo quia tunc non esset speciale in hoc, sed in omnibus, quæ filius scit accepit notitiam a patre, a quo essentiam habet, & tamē hic ipse loquitur specialiter de die iudicii, quod illam nesciat cum cætera dicat se scire, & reuelat illa discipulis, ergo non intelligitur sic. Et pater, quia dicitur, de die autem illa nemo scit. q. d. de alijs bene scit filius, sed non de die iudicii.

Secundo, quia non esset ratio ista conueniens ad propositum, Christus enim volebat se hic excusare, quod non reuelaret discipulis diem iudicii, & ad hoc dixit, quod nesciebat, si tamen intelligeret ipse, quod sciebat, & tamen non a seipso, sed a patre non differere, quia vndeunque proveniret, dum tamen sciret poterat satisfacere desiderio eorum reuelando.

Aliter ergo dicendum, quod Christus vere hoc sciebat, sicut cætera futura, dixit tamē se nescire, quia ad reuelandum non sciebat, scilicet quia ita taceret verbū illud, ac si nesciret, & ideo reuelare non posset. Sic dicit Hilarius, ignorantia ergo eius est, secundum quod thesauri in eo latent, in omnibus enim, quæ Deus ignorare se loquitur, ignorantia non detinetur, sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio est non agendi, sic autem tunc cognouit Deus dicitur, quod Abraham eum amauerit, cum hoc non celauit Abraham. Sic etiā dicit Hieronymus, Igitur, quia probauimus non ignorare filium Dei confirmationis diem, causa reddenda est, cur ignorare dicatur. Post resurrectionem, quidē interrogatus ab Apostolis de hac die, manifestius respondit, non est vestrum scire tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate. In quo ostenditur, quod ipse sciat, sed non expediat nosse Apostolis, vt semper incerti de aduentu iudicii sic quotidie viuant, quasi die alia iudicandi sint. Sic etiam dicit Aug. primo libro de Trinitate, quod dicit, nescit, intelligendum est nescientes facit, id est, quod non ait sciebat, vt tunc discipulis indicaret, sicut dictum est ad Abraham: Nunc cognoui, quia times Deum. i. nunc feci quod cognosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione innotuit, & ita Christus sciebat quidem non tamē ad reuelandum, & quia discipuli non quærebant scientiam eius de illa die, nisi ad hoc, quod eis reuelaret, dixit se nesciret, quia vere ad illud nesciebat, i. ita se habebat, ac si nesciret.

Quid per hoc, scilicet neque filius scit, sed solus pater discipuli intellexerunt. Quæst. CCX.

Quæretur cum Christus dixit discipulis, quod ipse nesciebat, id est neque filius scit, sed solus Pater, quid per hoc ipsi intellexerunt.

Aliqui dicunt, quod intellexerunt, quod Christus illud ad reuelandum nesciebat, & tñ simpliciter illud sciebat.

Dicendum, quod Christus hoc modo intellexit, quando dixit, quia ipse non intendebat negare veritatem, & tamē illi non intellexerunt sic, sed quod vere Christus nesciebat nunc illud, sed apud solum patrem erat notitia

notitia huius, & licet Christus illud, quod dictum est intendere, volebat tamen quod discipuli pro nunc aliter acciperent verbum, quia ita expediebat.

Et pater primo, quia si hoc Christus innuere vellet apertius eis diceret, scilicet scio quidem illud, sed non expedit vobis nunc reuelari, & tamen non dixit, sed posuit verbum, quod expresse contrarium significabat, ideo noluit, quod illud intelligerent discipuli nunc.

Secundo, quia hoc modo non satisfaceret desiderio ipsorum. Nam cum hoc diceret statim quærent. Et cum adiungeret, quod non expediebat eis reuelari, magis illud cuperent, quam aliàs, quasi esset aliquid magnum, & ita inquietarent Christum, vt diceret, vel tristarentur nimis, si non diceret, ideo non erat conueniens, quod illi se intelligerent, sed neque amplius quæsierunt de hoc, neque tristati sunt, ideo oportet, quod intellexerint, quod Christus nesciebat simpliciter.

Sed obijciunt, quod istud erat inconueniens. Primo, quia tunc Apostoli male de Christo crederent, erat autem iste error in fide, quod non crederent eum omnia scientem. Secundo, quia ipse Christus dabat eis occasionem ad se errandum, si vellet, quod ita intelligerent dictum eius, & tamen Deo auctore nemo deterior efficitur, sed deterior est, qui errat in fide, ideo non daret ipse ad hoc occasionem. Dicendum, quod ita intellexerunt, & verum est, quod errabant, & tamen non erat hoc inconueniens, vel saltem non erat mirum, quia multa huiusmodi errabant non intelligentes. Sic patet Ioan. 2. c. cum dixit Christus: Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud, dicebat autem hoc de templo corporis sui, & tamen discipuli non intellexerunt hoc, nisi post resurrectionem. Nam dicitur: Cum autem surrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ. Sic etiam, quando dixit eis cauete a fermento Phariseorum, & Sadduceorum, & illi cogitauerunt, quod hoc dixisset, quia oblit fuerant sumere panes, ipse autem redarguit eorum ignorantiam, quia non dixerat de hoc, sed de hypocrisi. Supra 16. c. Etiam, quando de passione eis loquebatur, & non intellegebant: Luc. 18. c. scilicet. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intellegebant, quæ dicebantur. Sic etiam, quando dixit eis modicum, & non videbitis me, non intellexerunt, & dicebant ad inuicem nescimus quid loquatur. Et non solū ea, quæ loquebatur non intellegebant, sed etiam circa ipsum errabant, quia non cognoscebant eum. Sic patet Ioan. 14. c. quando Philippus petiuit a Christo, quod ostenderet eis patrem, & Christus dixit, tanto tempore vobiscū sum, & non me cognouistis: Philippe, qui videt me, videt, & patrem meum. Sicut enim non credebant eum consubstantialē patri, quia aliàs scirent eum esse in Patre, & Patrem in eo, ita nesciebant eum scire omnia, quæ pater sciebat, & sic poterant credere, quod Christus nesciebat de die iudicii, pater autem sciebat.

Cum vero obijciatur, quod iste error in fide, dicendum quod error erat, si ita teneretur, sed in Apostolis eo tempore nondū erat error, quia nondum edocti fuerant a Christo circa hoc, neque fuerat tota prædicatio, & doctrina fidei divulgata. Ad secundum dicendum, quod verum est, quod Christus in hoc dabat eis occasionem sic intelligendi, in qua intellectu errabant, & tñ non errabant damnabiliter, quod non peccabant in isto errore, cum non esset adhuc eis plene declarata veritas fidei, & sic quid intelligerent dum tñ non pertinaciter, sed subicientes se emendationi Christi non erat peccatum. Et ideo dicendum, quod interdum Deus est auctor erroris, sed non erroris, in quo quis peccat, sicut ipse facit aliquos errare in via pedum, sed nempe.

Alph. Post. in Math. Pars VI.

nem in via morum, & quia hic non peccabant errando, non est inconueniens, quod huius erroris occasionem Christus daret.

An Christus Spiritum Sanctum a diei iudicii cognitione exclusit. Quæst. CCXI.

Quæretur cum Christus ab ista cognitione exclusit homines, & angelos, & seipsum, quare non exclusit Spiritum Sanctum, & an exclusit eum, quia dicitur hic, de die illa nemo scit, neque angeli, nisi solus pater, ergo Spiritus Sanctus nescit, quia non est suppositum patris, neque pater.

Aliqui dicunt, quod exclusit Spiritum Sanctum, quia dicitur hic. De die illa nemo scit, neque angeli, nisi solus pater, ergo etiam Spiritus Sanctus nescit, quia non est suppositum patris, neque pater. Alij dicunt, quod non excludit, quia si excluderetur, exprimeretur, sicut filius, qui exprimitur Marc. 13. c. f. neque filius, & tñ non exprimit Spiritus Sanctus apud Matthæum, neque apud Marcum, ergo non excluditur. Dicendum, quod vere Spiritus Sanctus excluditur ex rigore sermonis, & etiam quantum ad intentionem Christi, voluit. n. eum sic exclusum esse, sicut seipsum exclusit. Et patet, quia dicitur. Nemo nouit, nisi solus pater, sed Spiritus Sanctus non est pater, ergo innuitur, quod ipse nesciebat hoc.

Est etiam dicendum, quod debet excludi, nā si non excluderetur cum excludatur filius, significaretur, quod erat Spiritus Sanctus maior filio, quod est inconueniens, nam Christus, qui a patre procedebat signabat, se esse minorem patre cum ait, vado ad patrem, & pater maior me est Ioan. 14. c. & iō poterat attribueret aliquid perfectionē patri, si non attribueret sibi. Vñ posset innui, quod pater aliqua sciebat, quæ non sciebat filius, licet verū est, quod illa minoritas erat quantum ad humanitatem, & non quantum ad deitatem, & sic pater non poterat aliquid scire, quod filius nesciret, tñ eo modo, quo intelligebat Apostoli illo tempore, cum audirent, quod Christus erat minor Patre, poterant credere aliquam esse perfectionem patris, quæ non esset filij, sed de Spiritu Sancto non erat sic, quia non dicebat Christus se minorem Spiritu Sancto, immo Spiritum Sanctum ab ipso procedere Ioan. 16. c. in quo potius poterat credi Spiritus Sanctus est minor Christo, potissime quia dicitur ibi, quod Spiritus Sanctus accipiet a Christo id, quod est, & iō clarificabit eum, iō non debet manere Spiritus Sanctus inclusus, sed exclusus ne putaretur maior esse Christo, quod ipse non concedebat.

Quare Spiritus Sanctus non fuit expresse exclusus ab ista cognitione iudicii, sicut filius. Quæst. CCXII.

Quæretur cum Spiritus Sanctus fuerit exclusus, quare non fuit expresse exclusus, sicut filius, de quo dicitur Marc. 13. capit. Neque filius, scilicet scit.

Aliqui dicunt, quod non fuit conueniens, quia nondum Apostoli habebant notitiam de Spiritu Sancto, quia nondum eis fuerat prædicatus, & sic non oportebat excludi id, quod ipsi nesciebant. Et satis hoc colligitur, quia ante tempus istud non videtur Christus tradidisse discipulis doctrinam aliquam de Spiritu Sancto, sed post hoc. Nam istud fuit die martis post dominicam in ramis palmarum, vt sepe ostensum est supra, & sermo ille, qui habetur Ioan. 13. cap. vsque ad 18. fuit in die Iouis cęnę post cęnam, & ibi de processione Spiritus Sancti a patre, & filio, & de missione eius temporalī multa dixit Christus Ioan. 14. & 16. c. Et ita fuit post istud, quod dicitur hic de die iudicii.

R r 2 Etiam

Etiam post resurrectionem insulavit in Apostolos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum: loā 20. c. Et post resurrectionem locutus est de tribus personis diuinis tradens formam baptizandi: In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti, infra 28. & Mar. 16. capit. Et post resurrectionem dixit eis de missione Spiritus Sancti in eos: Luc. 24. & Acta. 1. c. Ideo poterant isti ignorare Spiritum Sanctum hoc tempore, cum videatur vsque huc nihil de illo sibi esse dictum.

Sed obijciatur, quia supra 3. c. & Luc. 3. dicitur, quod Spiritus Sanctus descendit corporali specie super Christum baptizatum, ergo iam sciebant de Spiritu Sancto.

Secundo, quia Ioan. 7. c. dicitur, hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus, quia non fuerat adhuc Iesus glorificatus.

Dicendum, quod ista non obstant. Ad primum dicendum, quod illud non est verbum Christi, sed est narratio Evangeliste, quæ fuit facta post Christi ascensionem in celos, & ita ex illa nihil arguitur, quando autem Christus baptizatus est nondum habebat discipulos, sed tunc accepit aliquos, & sic quædo ipse baptizatus est, non viderunt discipuli descendentem Spiritum Sanctum super eum. Et dato, quod videret, nescirent an esset Spiritus Sanctus, quia nondum aliquid tale esse audierant, ideo hinc nihil colligitur.

Ad secundum etiam dicendum, quod est narratio Evangeliste. Scripsit enim illud Ioannes multo tempore post Christi mortem, ideo ex illa narratione nihil sequitur.

Sed dicendum, quod licet prædicta non probent, tamen discipuli iam audierant de Spiritu Sancto. Nam discipuli statim, ut venerunt ad Christum, baptizabant, ut dicitur Ioan. 3. c. & 4. c. & tamen certum est, quod non baptizabantur nisi in nomine Christi, & tamen forma baptismi Christi: In nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti, infra 28. & Mar. 16. ergo iam habebant notitiam de Spiritu Sancto, id est aliquid de ipso audierant.

Sed obijciatur, quod forma ista iam est, sed tunc non erat, & fuit data post resurrectionem, quia non legitur, nisi infra 28. & Mar. 16. Dicendum, quod prius fuit, quia certum est, quod cum baptizarentur baptismum Christi tenerent formam eius, sed ibi est recapitulatio, scilicet id, quod prius factum est, posuit Evangelista postea secutus ordinem artificialem. Nam non fuit convenientior locus ad dicendum de forma baptismi, quam cum Christus mittit discipulos ad baptizandum, & hoc fuit post resurrectionem suam. Item patet expressus, quod dictum est, quia Ioan. 3. c. dixit Christus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum Dei. Et ibi multa dicit de Spiritu Sancto, id dicens, quod non stat ista ratio, quia iam audierant aliquid de Spiritu Sancto. Aliter ergo dicens, quod non expressus fuit Spiritus Sanctus, quod non fuit necesse exprimi, & tamen sine necessitate exprimens non erat, sicut in locutionibus dicimus, quod figuratæ locutiones sunt improprie, & ideo evitandæ sunt, nisi ex necessitate, ita dicere Filium nescire, & Spiritum Sanctum diem iudicii falsum erat, nisi sub aliquo sensu occulto, & quasi extorto. De filio autem necesse erat dici, id toleratur. De Spiritu Sancto non erat aliqua necessitas hoc dicendi, id non dictum est de filio, causa est, quia si non diceret se nescire, semper peterent ab eo discipuli de die illo. Et si diceret eis, quod non expediebat eis scire, tanto magis cuperent scire, quasi aliquid valde magnum esset. Unde si non diceret eis tristarentur, quod non decuit nunc, quando Christus corporaliter resurrexerat ab eis per mortem, ne super afflictionem futuram aliam nunc præmitteret, potissime, quæ animos eorum alienaret ab illo, quasi nollet eis revelare, quæ petebant, ideo convenientius fuit, quod diceret se nescire eo

modo, quo expositum est supra, quam quod diceret se scire, & non revelaret. De Spiritu Sancto non erat eadem causa, quia siue sciret, siue nesciret, non pertinebat ad discipulos, quia non erat presens cum eis, ut ab eo possent querere, sicut a Christo quærebant. Nam pater scire dicebatur, sed quia non erat presens in corporalibus partibus, non quærebant ab eo, sed potius petebant a Christo, quod illum eis ostenderet, sicut Philippus petiuit. Io. 14. ca. ideo non oportuit exprimi, quod etiam nesciret Spiritus Sanctus.

Quare Christus de se expressit, quod nesciebat diem iudicii. Quæst. CCXIII.

Quare expressit Christus de se, quod nesciebat, quia potuisset alio modo se excusare, quod non diceret discipulis.

Cum autem dicebatur præcedenti quod supra 208. & 209. quod discipuli sollicitarent semper eum, ut diceret. Non videtur verum, quia poterat dicere: Non expecto vobis scire, vel non decet revelari vobis. Sic Christus dixit discipulis: Ioan. 16. c. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis modo portare, & non doluerunt, quamquam ipsa non diceret.

Dicendum, quod non stat, immo si dixisset se scire, semper inquietasset illum, & aut diceret, aut contristaret eos. Sic dicit Theop. Volens dominus discipulos impedire ab interrogatione illius diei, & horum dixit, de die illa, & hora nemo scit, neque angeli celorum, neque filius hominis. Si enim dixisset, quia scio tamen nolo vobis revelare, ipsos non modicum contristasset, nunc vero sapientius egit, & ipsos excludit ab ea interrogatione, ne ei molesti fierent in hoc, quod dixit, neque angeli celorum, neque ego.

Causa autem diversitas inter hoc, & id, quod dicitur Ioan. 16. est prima, quia ibi non quærebant Christum, sed audiebant illum proponentem, ideo non essent tam affecti ad sciendum veritatem illarum rerum, quas non quærebant, sicut ad sciendum veritatem huius, de quo quæsierant.

Secunda, quia nesciebant, quæ erant illa, quæ Christus eis diciturus erat, quia nondum illa proposuerat, & ideo non afficerentur multum ad sciendum ea, quia forte talia esse possent, de quibus non multum curarent, sed potius tristes eos redderent audiendo. Istud vero, de quo est sermo, iam sciebant discipuli quid esset, quia ipsi proposuerant quæstionem, & sciebant, quod responsio non poterat esse, nisi delectabilis, scilicet determinate scire finem sæculi.

Tertia, quia ea, quæ Christus diciturus erat multa erant, ita ut non possent audire illa tunc discipuli cum dixit, adhuc habeo vobis multa dicere, sed non potestis modo portare. Et ista esset causa præcipua quare non dolerent etiam si eis non dicerent, quia tanta esse poterant, quod attererentur audiendo, & hoc maxime, quando ea, quæ dicuntur sunt supra capacitate audientis, quia tunc audire potius molestum, & triste, quam letum reddit, sed istud, quod nunc dicitur, quod ad tot annos, vel menses erit finis sæculi, id licet pro illo non dolerent, tamen pro hoc valde molesti essent.

Quarta est, quia ibi dedit spem de sciendo omnia illa immediate, scilicet in adventu Spiritus Sancti, cum ait, multa habeo vobis dicere, quæ non potestis modo portare, cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, & istud in brevi futurum erat, quia post ascensionem Christi expletis decem diebus venit Spiritus Sanctus, & ita ipse dixit, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post hos multos dies

Actu.

Actu. 1. c. Et ita cum hac spe non tristarent licet statim eis non diceret, sed ad hoc de die iudicii, neque respondit, neque dedit aliquam spem de sciendo adveniente Spiritu sancto: ergo valde tristarentur, si putaret Christum illud scire, & non diceret eis, & sic non est sile.

Quare dixit Christus, quod pater iudicij diem sciebat. Quæst. CCXIII.

Quare cum diceret Christus se nescire diem iudicii, dixit, quod pater illum sciebat. Dicendum, quod fuit primo ad tollendum inconueniens. Nam si ipse nesciret, & pater nesciret, poneretur aliquid scibile, quod Deus nesciret, & hoc est magna absurditas.

Secundo, quia si pater nesciret non solum non sciretur nunc dies iudicii, sed etiam nunquam sciri posset. Nam dato, quod filius nesciret nunc, poterat postea a patre scire iuxta modum loquendi sui. Nam dicit, doctrina mea non est mea, sed eius, qui misit me. Ioā. 7. c. & Ioann. 5. c. dicitur: filius non potest aliquid facere, nisi quod viderit patrem facientem, pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, & maiora his non strabit, & opera, ita ut vos miremini, & de Spiritu sancto similiter Io. 16. c. cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: id est loquetur a semetipso, sed quæcumque audierit loquetur, & ita si Spiritus sanctus poneretur nescire, posset audire a patre, & filio iuxta modum loquendi Christi, & intelligendi Apostolorum, sed si pater ignoraret non erat a quo acciperet doctrinam, quia ipse a nullo est, ideo debuit poni, quod pater illud sciebat.

Tertio necesse fuit hoc poni propter revelationem aliquando futuram. Nam Christus erat venturus in die illa ad iudicandum in potestate magna, & maiestate, ut dicitur supra in lra, & ideo oportebat, quod antequam veniret ad iudicandum, sciret in qua die venturus esset, & si nunquam sciret nunquam veniret, sed venturus erat, ergo oportebat, quod sciret, sed non sciebat, ut ipse dixit, ergo oportebat, quod aliquid sciret, & sic oportebat aliquid esse a quo sciret, ille autem non erat homo, neque angelus, quia nesciebant, ut in lra dicitur, ergo Deus sciebat, & ita nullus, nisi pater, nisi a solo patre est filius, id ab eo solo scire poterat, & sic oportuit expresse poni, quod pater illud sciret. Quarto fuit ad salvandum, quod dixit, scilicet filium nescire. Nam hoc falsum erat, nisi intelligendo, quod nesciebat ad revelandum, ut expositum est supra licet sic non intellexerint Apostoli e. q. Cum autem dicit, quod pater sciebat, & scimus, quod pater, & filius sunt eiusdem substantiæ, necesse est, quod id, quod scit pater, sciat filius, & ita, quod filius dixerit se nescire, id ad revelandum. Si autem diceretur, quod etiam pater nesciebat, aut non exprimeretur, quod sciebat, putaretur, quod vere hoc erat ab eis nescitum, & ita iam non inveniretur medium ad probandum, quod filius illud sciebat.

Quinto fuit, quia nulla necessitas erat dicendi contrarium, nam dicendo, quod pater sciebat non erat inconueniens, sicut dicendo, quod filius sciebat, Nam si filius diceret se scire, quærerent ab eo, & contristarentur, nisi responderet, ut dictum est præcedenti quod tamen dato, quod pater sciret non erat inconueniens, quia ab eo non poterant querere, cum non viderent illum, sed pererent illud sibi ostendi.

Sexto dictum est ad tacite ostendendum, quomodo intelligitur, quod filius nescit. Nam non intelligitur, quod nullo modo scit, sed quod non scit ad revelandum. Pater autem scire dicitur, quia & absolute scit, & etiam ad revelandum scit non alijs, sed filio. Sic dicit Hilarus: Necesse est, & ut pater diem ob id scire dicatur, quia non celauerit filio, si itaque diem filius nescit factum.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

amentum est, ut taceat, e contrario pater solus ostenditur scire, quia non taceat. Sed Augustinus dicit patrem dici scire, ut per hoc ostendatur filius scire, qui est in patre, cum ait in libro de verbis Domini, scilicet. Quod autem dicit patrem scire, ideo dixit, quia in patre, & filius scit, quid enim est in die, quod non in verbo factum sit, per quod factus est dies?

Quare dicitur, quod solus pater scit de die iudicij. Quæst. CCXV.

Quare dicitur, quod solus pater scit de die illo.

Dicendum, quod sicut fuit conveniens dici, quod pater sciret, ut ostensum fuit præcedenti quæst. ita fuit conveniens, quod dicitur solus pater scire. Et hoc, quia dixit Christus, quod ipse nesciebat. Marc. 13. capitulo, si autem aliquis alius scire diceretur ostenderetur, quod ille maior esset Christo, sed hoc ipse volebat credi. De patre quidem ipse dixerat, pater maior me est. Ioan. 14. c. Sed de nullo alio hoc concessit, immo dixit se esse maiorem omnibus alijs præter patrem, cum dicitur Ioan. 10. c. quod mihi dedit pater maius omnibus est, ideo non debuit dici, quod alius alius sciret, immo expresse debuerunt omnes alij excludi per hoc, quod diceretur solus pater scire, ut apparet manifeste, quod nullus erat maior filio præter patrem. Secundo, ut non declinarent Apostoli a Christo putantes alium esse maiorem, aut meliorem, & a quo dubitationis huius solutionem habere possent, nunc vero cum nullum meliorem invenirent ad nullum ibant. Sic dicit Ioan. 6. c. Cum quidam discipuli recesserunt a Christo, & ipse dixit ad duodecim, nunquid & vos vultis abire? & dixit Petrus nomine omnium: Domine ad quem ibimus? verba enim vitæ æternæ habes.

Sed dicitur, cum Christus patrem diceret se maiorem, & illum scire, se vero non, cur non relinquere, ut patrem quærerent, & ab illo hoc scirent?

Dicendum, quod verum est, quod illi desiderabant patrem videre propter excellentias multas, quas Christus de eo prædicabat dicens, quod ipse non poterat quidquam a se loqui, aut facere, nisi quod videret patrem facientem, & loquentem, & quod adhuc multa magna ei daturus erat: Ioā. 5. Et quod doctrina sua non erat sua, sed patris sui, qui eum miserat Ioan. septimo. Et quod ipse non quærebat gloriam suam, sed patris; Ioan. 8. Et quod id quod ei pater dederat, maius omnibus erat Ioan. decimo cap. Et cum Lazarum suscitavit ad patrem oraverit, ut eum clarificaret, & exaudiret Ioan. 11. etiam dixit patrem esse maiorem Ioan. decimo quarto capitulo, propter hæc autem, & similia discipuli desiderabant valde videre hunc patrem, ita ut diceret Philippus Christo. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis; Ioan. decimo quarto ex quo apparet, quod si ipsi scirent ire ad patrem, iussent, sed nesciebant, quia ille erat invisibilis, & ideo a Christo petebant, ut eum illis ostenderet.

Secundo, quia Christus non concederet quemquam alium se maiorem, quia esset inconueniens. Dicere autem patrem se maiorem eo modo, quo ipse discipulis loquebatur, non erat inconueniens. Nam cum quæsiuit Philippus, ut ostenderetur ei pater, ait Christus. Philippe, qui videt me, videt, & patrem meum, quia ego in patre, & pater in me est. Et ita tacite innotuit eiusdem nature numero esse patrem, & filium, cum is, qui videt unum, videret alium, & ita eiusdem vere perfectionis esse, licet in aliquo sensu diceret Christus se maiorem patre, quantum ad humanitatem. Etiam dicebat, quod oia, quæ patris erant, sua erant, immo quod ipse, & pater unum erant. Ioan. 10. ca. & quæcumque pater

R. f. 3 fecerit,

fecerit, filius similiter facit; Ioan. 5. c. Ideo etiam si filius non sciret nunc, poterat statim scire a patre. Et sic non putarent inconueniens esse discipulo pro nunc, q̄ pater esset maior Christo, quia q̄ ipse veniret in gloria regni sui poterat esse equalis patri, sicut ipse dixit, filius hominis venturus est in gloria patris sui supra 16. c. Si autē aliquis alius sciret, & non Christus ille appareret maior, & ab illo Christus nō sciret, neque esset aliquis modus, quo veniret Christus ad equalitatem illius, sicut ad equalitatem patris, ideo nō concessit de aliquo, q̄ sciret diem illum, nisi pater.

Tertio non concessit hoc, id est scire diem iudicii de aliquo alio, licet de Spiritu Sancto cōcedi poterat, quia vere sciebat, quia de seipso dixerat, q̄ nesciebat diem illum, ideo nullum ponere deberet, qui sciret, vt nemo videretur maior eo, nisi necesse est remanere scientiam huius in aliquo, vt dictum est supra p̄cedenti q̄. Et quia satis erat ponere vnum, in quo maneret scientia ista, nō debuit ponere, q̄ sciret de hoc, nisi pater. Sed dicitur, cum sufficeret ponere vnum, in quo maneret scientia ista, quare pater potius posuit fuit, quam Spiritus Sanctus.

Dicendum, q̄ filius non potuit poni scire propter causas positas supra. Nam non sineret eum quietū quousque reuelaret, si diceret se scire. Ipse ergo debuit dicere, q̄ nesciebat, sed de patre, aut Spiritu Sancto poterat dici, q̄ sciebat, quia neutrum eorum poterant discipuli consulere super hac re, cum essent inuisibiles. Est tamen dicendum, q̄ non debuit dici, q̄ solus Spiritus Sanctus sciebat. Primo, quia tunc poneretur filius minor Spiritu Sancto quārum ad id, quod videbatur discipulis. Et hoc erat inconueniens. Nam filium esse minorem patre non videbatur inconueniens, quia hoc Christus confitebatur Ioan. 14. c. sed filium esse minorem Spiritu Sancto nō confitebatur, sed potius videretur, q̄ esset filius maior Spiritu Sancto, in quantum Spiritus Sanctus a filio procedit.

Secundo, quia si Spiritus Sanctus poneretur solus scire cum filius nesciret, oportebat, quod filius acciperet a Spiritu Sancto, sed hoc non stat, quia potius accipit Spiritus Sanctus a filio cū procedat ab eo, sic dicitur Ioan. 16. c. non enim a seipso loquetur, s. Spiritus Sanctus, sed quęcunque audiet loquetur, omnia quęcunque pater habet mea sunt, propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, & annūciabit vobis. Et ideo non poterat ipse dare filio hanc cognitionem, sed potius filius ei.

Tertio, quia non solum Spiritus Sanctus esset maior filio, sed etiam esset maior patre cum ipse sciret, & non pater, hoc autem absurdius est. Nam cum pater a nullo sit, & filius, & Spiritus Sanctus sint a patre, facilius erat concedi filium esse minorem Spiritu Sancto, quā patrem minorem Spiritu Sancto.

Quarto, quia cum pater non sciret, nunquam posset scire, quia non accipit aliquid a Spiritu Sancto, sed potius e contrario, sed iste perfectiones communicantur personis per hoc, quod vna est ab altera, ergo pater, nunquam scire posset, quia non accipit ab alia persona, ideo non erat dicendum, quod solus Spiritus Sanctus sciret. Cum autem dicatur, quod solus pater sciret, quasi nesciret Spiritus Sanctus, non videbatur sequi aliquid inconuenientium horum. Primo, quia si non sciret poterat a patre scire, quia ab eo procedit, & ita dicitur Ioan. 16. Non enim a seipso loquitur, sed quęcunque audiet, loquitur, sicut filius, licet nesciret a patre poterat accipere. Secundo, quia licet in hoc Spiritus Sanctus patre minor esse videretur, quia sicut filius a patre natus se minorem patre dicit, ita Spiritus Sanctus a patre procedens poterit dici minor patre, & non erat inconueniens in

conspetu discipulorum, licet in veritate non firmiter, conuenienter ergo dictum est, quod solus pater hoc sciebat, & non debuit dici de Spiritu Sancto.

Quomodo ista ad Christi propositum faciebant. Quęst. CCXVI.

QVAERETVR quomodo ista faciebant ad propositum Christi. Dicendum, q̄ Christus cum dixisset aliqua signa p̄cedentia ad diem iudicii, & ordo poscebat, vt diem ipsum iudicii designaret, quod non decebat voluit se excusare, & quia non poterat alio modo, nisi dicendo se nescire, vt dictum est supra q. 2. 14. dixit se nescire, vt non molesti essent ei discipuli querendo ab eo semper, ad hoc tamē, vt Deus non videretur omnino istud ignorans, & vt esset aliquis, qui filio reuelaret, & per quem scire posset, cum oporteret illud scire antequam veniret ad iudicandum debuit dici, q̄ aliquis illud sciebat, & dixit, q̄ illud sciebat pater solus, & tunc non sequebatur inconueniens, quia a patre non poterant discipuli querere cū esset inuisibilis, & sic cessarent statim querere. Modum. n. istum habet Christus, quando vult aliquid occultare. Dicit enim illud a solo patre sciri, sic cum Christo ascendere volente in celum quidam quererent ab eo, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel, dixit Christus, non est vestrum nosse tempora, & momenta, quę pater posuit in sua potestate. i. ad patrem solum hoc pertinet, quia ille sibi hoc reseruauit, ideo non potest filius vobis reuelare Actu. 1. c. Et ita Hieronymus vult istud, & illud esse similia cum ait, quia probauimus non ignorare filium Dei consummationis diem, causa reddenda est cur ignorare dicat, post resurrectionem quidem interrogatus ab Apostolis de hac die manifestus respondit, non est vestrum scire tempora, & momenta, quę pater posuit in sua potestate, in quo ostendit, quod ipse sciat, sed non expectat nosse Apostolis.

Quare Christus affert similitudinem Noe. Quęst. CCXVII.

QVAERETVR cum dicatur hic, sicut autem in diebus Noe, ita erit, & aduentus filij hominis, quare hoc dicitur. Dicendum, q̄ dicitur primo ad ostendendum tacite, q̄ ipse non ignorat diem iudicii, licet dicat se ignorare. Nam cū dicat, q̄ q̄n venit dies iudicii, erunt homines comedentes, & bibentes, & vacantes voluptatibus, ostendit se scire, q̄n erit dies illa. Nam si nesciret, quando esset, nesciret conditionem temporis propinqui, immo conditionē ipsius diei. Nam non solū in temporibus propinquis, sed et in ipso die erunt homines vacantes cibis, & potibus, & voluptatibus, & tñ si nesciret diē nesciret an in tempore illo essent homines solliciti per timorem propter aliqua horrenda signa, quę illis diebus acciderent. Determinat autem, quod erunt tunc sine villo timore, & solitudine vacantes voluptatibus, is aperte ostendit, q̄ sit tempus diei illius. Et non solum de proximo tempore, sed etiam de die ipso dicendū, quod ostendit se scire, quia dat signa ipsius diei, scilicet tunc erunt duo in agro, vnus assumetur, & alius relinquetur, & duę molentes in mola, vna assumetur, & alia relinquetur. Manifestum est tamē, q̄ istud fiet in die iudicii, quia tunc erit assumere, & relinquere, & non in diebus p̄cedentibus, ergo et diei illius sciebat conditionem, s. q̄ tam in temporibus p̄cedentibus, quam in ipso die erunt homines, ita securi, q̄ sine villo timore, & solitudine voluptatibus vacent, & ita dixit hoc ad ostendendum se scire diem iudicii,

dicij, quando erit. Sic dicit Chryso. in homilia: Vt autem addiscas, quod non ignorantie sue est, quod de die, & hora iudicii tacet, aliud signum inducit, cum subdit, sicut autem in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis. Dicendum autem, q̄ conuenienter hoc adiunctum est. Nam ex p̄cedentibus apparebat, q̄ Christus nesciebat diem iudicii, sed solus pater scit. Si autem nihil adderetur, putaretur, q̄ absolute verum erat, q̄ filius hoc ignorabat. Quod falsum est, ideo addidit ea, per quę sciri posset, quod non ignorabat.

Secundo fuit ad reddendum homines semper sollicitos, & timidos de illa die. Nam sicut, ideo non fuit designata dies illa, vt vsq̄ ad diem non vacarent homines voluptatibus, & tunc vellent in paruo tempore penitere, sed semper sic viuerent, quasi die crastina iudicandi essent, vt dicit Hieronymus, ita & p̄nunciari, quod dies iudicii veniret hominibus inopinatis, & nihil tale cogitantibus fuit valde conueniens ad eos sollicitos semper reddendos. Nam dato, quod homines nescirent determinate diem iudicii, verisimiliter, quod cum dies iudicii esset vltimus dies seculi, in quo omnia mutanda erant, quod ad ea p̄cederent magne mutationes, & quod quanto vicinior esset dies ille, tanto essent maiores mutationes, & signa, ex quibus homines, qui eo tempore viuerent verisimiliter putarent aliquid magnum instare, & sic timidi, & solliciti redderentur. Et dato, quod toto tempore priori voluptatibus vacarent nō obesser eis, cum possent illo tempore penitere. Christus vero dicit, quod non erit sic, sed potius, quod erunt tempora illa placida, & vacabunt homines voluptatibus. Vnde nihil erit tunc, per quod scire, aut cogitare possint quantum distet dies iudicii, propter quod quia ex tempore nulla colligitur suspitio, oportet homines ex seipsis semper sollicitos esse.

Tertio fuit ad tollendum occasionem querelę eis, qui tunc deprehensi in peccatis damnabuntur. Nam possent dicere, quod ideo tales erant, quia nunquam circa hanc rem instructi, aut admoniti erant. Hic vero admonentur in quantum dicitur, quod non habebunt signa, per quę ipsi sciant diem iudicii, & ideo debeant esse semper solliciti.

Quarto potest dici, quod etiam sit istud probatio dicti p̄cedentis Christi, scilicet de die illa nemo scit. Putaret enim aliquis, quod etiam si non diceretur, quando esset dies iudicii, posset scire ex magnis mutationibus, quę quotidie fierent vsq̄ ad diem iudicii. Dicit autem Christus, quod non poterit sic sciri, quia in temporibus illis propinquis non fient alię mutationes notabiles, ex quibus homines reddantur solliciti ad cogitandum de die iudicii, & ita manebit dies illa ignorata quousque subito veniat.

Quid profuit Christum dicere se diem iudicii ignorare, cum in his, quę dixit innuat se scire. Quęst. CCXVIII.

QVAERETVR quid proderat dici supra, quod Christus nesciebat diem iudicii, sicut aperte dicitur Marc. 13. c. sed solus pater, vt dicitur hic in litera, cum per ista, quę statim subiuncta sunt apparet, quod Christus illum sciebat. Vel si dicatur, quod per hoc non innuitur, quod sciebat diem iudicii, quid profuit hoc dici.

Dicendum, quod sicut dictum est p̄cedenti questione per hęc, quę dicuntur hic colligitur, q̄ Christus sciebat diem iudicii, sed occultabat eum, & tamē dicendum, quod Apostoli non collegerunt ex hoc, quod Christus illū sciret, & ita satisfaciebat vtriusque, scilicet discipulis, vt non putarent Christum scire, eo Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

quod ille dixerat nemo scit, neque filius, & sic cessarent inquirere Christum pro hac re, nobis vero satisfuit, quia ex hoc colligitur, q̄ ipse sciebat, & sic non erit minor patre.

Sed dicitur, quomodo stat, quod Apostoli non cognoscerēt hoc ex verbis Christi, quod nos cognoscere possumus.

Dicendum, quod fuit primo, quia Apostoli putabant Christum plane hic loqui, & in verbis eius nullam latere dubitationem, & ideo cum dixerit, nemo scit, neque filius, sed solus pater, non curauerunt amplius cōsiderare quid colligeretur ex sequentibus verbis. Nos vero cum habeamus magnam causam dubitandi, quia hęc verba, scilicet Christum nescire diem iudicii repugnant alijs verbis eius Ioan. 16. capitulo, cum dixit, omnia quęcunque habet pater mea sunt, sed sapientiam omnium rerum habet pater, ergo sapientia illa Christi est, sed secundum sapientiam, aut scientiam dicitur aliquis sciens, ergo cum Christus habet omnium sapientiam sciet diem iudicii. Etiam quia ipse dixit, ego & pater vnus sumus Ioan. 10. ca. Et iterum, ego in patre, & pater in me est. Io. 14. ergo cum substantia, & scientia in diuinis sint idem, necesse est esse eandem scientiam patris, & filij, quorum est eadem substantia, vt ergo non repugnemus verbis Christi, oportet dari, q̄ ipse sciret diem iudicii, sicut pater. Quod ergo dixerit ipse se nescire diem iudicii, necesse erat intelligi in quodam sensu secreto, quādo verba non faciunt aperte, & iō cum hęc sciremus apertius colligere poteram⁹ ex verbis, q̄ hic Christus subiunxit, per quę dubitantibus de hac re satis innuitur, q̄ Christus hunc diem sciebat. Secundo fuit, quia discipuli Christi ante passionem eius, immo etiam post resurrectionē ante aduentum Spiritus Sancti erant satis rudes, & multa eis Christus dicebat, quę non intelligebant, sicut de multis ostensum est supra q. 2. 17. & sic post resurrectionem fuit, quando Christus dixit Petro sequere me, & ille videns discipulum, quem diligebat Christus ait: Domine hic autē quid? Et Christus ait: Sic eū volo manere, donec veniā, quid ad te? tu me sequere: Ioan. 21. Nam tunc crediderunt Apostoli, quod Ioannes non mortuus erat cum dicitur ibi, exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur, & tamen non erat iste sensus Christi, quem ostendit ibi euangelista dicens. Et non dixit Iesus, quia non moritur, sed sic eum volo manere. Ideo sicut circa illa errabant, non intelligentes verbum Christi, ita & hic a fortiori errarent, cum esset occasio non intelligēdi, quia dixerat prius, q̄ de die illa nemo sciebat, neque filius. Nostri autem doctores tam ex illuminatione per gratiam, quā ex studio sacre Scripture quā Christus tradidit illis exponendam ad vtilitatem ecclesie sue, inuenerunt dubitationes, & solutiones, & ideo nos per illos iam scimus, q̄ ex verbis istis colligatur, quod Christus sciebat diem iudicii, & quod cū dixit se nescire diem illum, non dixit, quasi simpliciter nesciret, sed quia nesciebat ad innotescendum discipulis.

Quomodo potest esse verum, quod aduentus filij hominis erit, sicut in diebus Noe. Quęst. CCXIX.

QVAERETVR quomodo potest esse verū, quod aduentus filij hominis erit, sicut in diebus Noe. Nā innuitur, q̄ in diebus Noe erant hoīes manducantes, & bibentes vsq̄ ad diem quo introiuit Noe in arcā, & non cognouerunt, neque suspicabantur quidquam, & venit diluuium, & tulit omnes, & quod ita erit in die iudicii. Sed videtur, quod non fter, quia ante iudicium

Christus iudicij die sciebat.

magna signa ventura sunt, vt habetur supra in litera, & in super paruo tempore ante iudiciū ventura sunt, vt ostendit Christus in parabola de ficulnea, scilicet quod cum ea fieri viderimus, sciamus q̄ prope est, & in ianuis, ergo ex his, & si non sciamus determinatē illum diem, tamen per ista præcedentia signa erunt homines solliciti, & timentes, & non poterit superuenire eis securis, & inopinatis dies iudicij manducantibus, & bibentibus.

Dicendum, quod verum est, quod dies iudicij veniet existētibus hominibus securis, sicut Christus dicit hic. Ita etiam dicit Chryso. in homilia, sicut in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis. Hoc autē dixit ostendens, quod repente venit, & inopinatis, & pluribus lasciuientibus. Hoc enim, & Paulus dixit, cum dixerint pax, & securitas, repentinus veniet interitus.

Et tamen dicunt quidam ad hoc, quod verū est, q̄ signa præcedentia in breui ad diem iudicij dabunt timorem, & sollicitudinem de die iudicij. Et tamen mali, qui seipso desperant, voluptatibus tunc vacabunt, boni autem non, & fideles. Sic dicit Chrysostomus in homilia, scilicet. Lasciuia erit, & pax his, q̄ in sensibilibus dispositi sunt, propter quod non dicit Apostolus cum fuerit pax, sed cum dixerint pax, & securitas, insensibilitatem eorum ostendens, sicut illorum, qui fuerunt in diebus Noe, quando mali lasciuiebant, nō autem iusti, sed in tristitia, & tribulatione pertransiebant. Hic autem ostendit, quod cum antichristus venerit indecentes voluptates assumentur apud eos, qui iniqui erunt, & de propria desperabunt salute, & ideo exemplum posuit huic rei conueniens. Cum enim arca fabricaretur, præiacebat quidem in medio futura prædicans mala, mali autem non credentes, ac si nullum fuisset futurum malū, lasciuiebant, & quia futura apud multos non creduntur, ex præteritis credibilia facit, quæ prædicat.

Sed dicendum, q̄ non soli mali erunt quieti, sed et boni, & colligitur ex litera, quia dicitur ante hoc. De die illa nemo scit. Et sequitur statim, q̄ erit, sicut in diebus Noe, ideo videtur, quod ex ignorantia illa prouenit, quod fruantur voluptatibus.

Secundo, quia dicitur, quod in diebus Noe erant comedentes, & bibentes quousque intrauit Noe in arcam, & non cognouerūt donec venit diluuium, & tulit omnes. Et sic dicitur futurum in diebus aduentus Christi: ergo videtur, quod tunc non cognoscent quousque veniat, & propter istam ignorantiam vacabunt voluptatibus.

Aliter ergo dicendum, quod tam boni, quam mali pro maiori parte vacabunt his, immo omnes erunt manducantes, & bibentes, & vxores accipientes, quasi nihil timeant de præsentī malum. Causa erit, quia licet præcesserunt signa ad iudicium, non veniet statim dies iudicij, sed aliquod tempus mediū erit quietis, & tamen illo tempore iam homines non timebunt, neque erunt solliciti de die iudicij, quia nesciūt, quando veniet, & tunc veniet subito. Sic dicit Hiero. super Matthæum. Queritur autem, quomodo supra scriptum sit, surgat gens contra gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentie famæ, & terrores, & nunc ea memorentur, quæ pacis accidit sunt, sed estimandum, quod post pugnas, & cetera, quibus vastatur humanum genus, breuis subsecutura pax sit, quæ quæta omnia repromittat, vt fides credentium comprobetur.

Sed dicitur, cum dicatur supra in litera, quod visis his signis iudicij statim Christus est in ianuis, quomodo in tam pauco tempore poterunt homines esse securi? Dicendum quod illud non erit valde longum tempus, & tamen quantum sit non est certū, ita vt illa

incertitudo possit deducere quandam quietē animi, & dissolutionem ad voluptates. De hoc dicit August. in epistola ad Hefychium, scilicet sic autem Euangelium dicit: De die illa, & hora nemo scit, tu autē dicis, ego autem dico, neque mensuram, neque annum aduentus ipsius sciri posse, ita enim hoc videtur sonare, tanquā non possit sciri quo anno venturus, sed possit sciri, quæ hebdomada annorum, vel quæ decade, tanquam dici possit atque diffiniri inter illos septē annos aut decem, aut centum, vel quodlibet seu maioris, seu minoris numeri. Si autem hoc te non comprehendisse præsumis, hoc sentis, quod ego, & tamen de hoc magis dicitur sequenti c. 7. 34. vique ad 344.

Ad quid Christus voluit introducere exemplum de diebus Noe. Quest. CCXX.

QUÆRITUR ad quid Christus voluit introducere exemplum istud de diebus Noe. Nam si dicas, quod fuerit ad reddendum homines sollicitos, aut ad ostendendum, q̄ Christus sciebat diem aduentus sui ad iudicium, vt dictum est supra q. 12. dicitur, quod poterat hoc fieri non posito hoc exēplo, vt si diceret Christus, quod cum erit aduentus filij hominis, id est suus, erunt homines māducantes, & bibentes, quasi ignorent diem illum.

Dicendum, quod pro fuit exemplum ad reddendū homines certiores, quia quidā sunt, qui non credunt bene futura, & certificātur per præterita. Sic dicit Chry. in homilia, scilicet. Et quia futura apud multos non creduntur, certificantur homines ex præteritis, quæ futura credibilia reddūt. Et fuit hoc valde conueniēs exemplum, quia sicut in die iudicij mundus peribit p̄ ignem, ita & in diluuium mundus perijt per aquam, i. omnia viuētia, & illud subito venit, ita vt nemo sciuerit, nisi Noe, qui introiuit in arcam cū suis. Ita nunc veniet subito cum a nullo speratur.

Et ob hoc non solum istud exemplū Christus posuit, sed et aliud de subuersione Sodomorū Luc. 17. f. Similiter factum est, sicut in diebus Loth, edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, & edificabant, quæ die autē exijt Loth a Sodomis pluit ignē, & sulphur de celo, & omnes perdidit, secundum hoc erit quæ die filij hominis reuelabitur. Et et illud est ad propositum, quia ibi fuit perditio multorum (subitanea a Deo facta, & a nemine scita est, nisi a Loth, & vxore, & filiabus eius: Gen. 19. c. Sed Matthæus tacuit de subuersione Sodomorum, quia satis erat dixisse de diluuium.

Quare dicitur, sicut in diebus Noe. Quest. CCXXI.

QUÆRITUR quare dicitur sicut in diebus Noe. Dicendum, q̄ Christus vult nominare dies diluuij, & ante diluuium non fuit aliquod nomen conuenientius, quam dicere in diebus Noe. Primo, quia res denominantur a digniori, sicut solemus gratias, & tempora describere per reges, & summos pontifices, vt dicamus tali anno talis regis accidit hoc, sed tempore illo non fuit aliquis excellentior Noe, ideo ab illo debuerunt designari tempora. Nam Gen. 6. c. dicitur. Noe vir iustus atque perfectus in generationibus suis, & inuenit gratiam coram Domino.

Secundo, quia Christus vult nominare tempora illa propter diluuium, & tñ diluuium ad nullū magis pertinuit, quam ad Noe, eo q̄ ipse fuit, cui Deus prædixit diluuium, & ipse illud prædicauit, & arcam fabricauit, & saluauit ibi genus humanū. Vñ nō solum tunc

tunc famosus fuit, quia tempora illa ad ipsum præcipue pertinuerunt, sed etiam nunc velut alter Adam est pater totius humani generis, quia sicut genus humanū fuit ab Adam, ita totum saluatum fuit in Noe, & tribus filiis suis, quos in arca secum clausit, & illi propter eum saluati sunt, ita dies illi ab eo nominari debuerūt maxime, quia non solum hoc beneficium Deus illi præstitit, sed etiam dedit securitatem omnibus futuris, ne vltra deleteretur omne genus humanum paquā, & Gen. 8. c. De hoc Ecclesia. 44. c. f. Noe inuentus est reconciliatio, ideo dimissum est reliquum terræ, cū factum est diluuium, testamenta sæculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuium omnis caro. Sic et tempus euerfionis Sodomorum vocatur dies Loth. Luc. 17. cap. f. similiter factum est in diebus Loth. Et hoc, quia ipse fuit qui liberatus est de Sodomis, & propter quem angeli venerunt illuc, & propter eum libere volebant alios cognatos, & generos suos Gene. 16. capitulo.

Quare hic ista ponuntur scilicet, quod in aduentu filij hominis erunt homines comedentes, & bibentes. Quest. CCXXII.

QUÆRITUR cū dicitur hic, quod in diebus Noe erant homines comedentes, & bibentes, & nuptii tradentes, & dicitur, q̄ sic erit in aduentu filij hominis, quare ista ponuntur.

Aliqui dicunt, quod ponuntur ad redarguendum hæc, quasi mala essent, immo ex hoc loco firmare volunt errorem suum quidam hæretici, qui nuptias damnant. Qui autem rectius sentiunt, dicunt non damnum hic ista, quæ bona, & necessaria sunt, sed abusus eorum. Sic dicit Basilius. Non hic iuxta Marcionis, & Manichæi errorem coniugia, vel alimenta damnantur, cum in his successione, in illis naturæ sint posita subsidia.

Sed dicendum, quod non stat, quia si ad arguendū hæc diceret, poneret nomina vitiorum. f. scrupulam ebrietatem adulteriam, & alios abusus, posuit tamen legitima nomina. f. comedere, bibere, quæ vsū, & non abusum notat. Etiam dixit tradere nuptii, quod semper est licitum. i. Corinthiorum 7. capitulo. f. Qui virginem suam tradit. f. ad nuptias bene facit, qui non tradit, melius facit: ergo non intendebat hic arguere ista.

Secundo, quia si arguere intendebat satis erat illa femel dicere, sed ait. Sicut erant in diebus Noe comedentes, & bibentes, ita erit aduentus filij hominis, scilicet comedentes, & bibentes.

Tertio, quia non est hoc ad propositū, nam cōparat hic tempus ante diluuium, & tempus ante iudicium in hoc, quod erant homines comedentes, & bibentes, sed ad comparandum hæc duo tempora non faciebat ad propositum redarguere comedentes, & bibentes, ideo non dictum est ad hunc finem.

Alij dicunt, quod dicitur hoc, quia istud fuit causa diluuij, quia his voluptatibus homines vacabant, & ideo cum ponitur pena, scilicet diluuium, conueniēs fuit poni peccatum propter, quod irrogabatur. Sic dicit Ambrosius super Lucam. cum de diluuium ibi dicitur, scilicet bene causam diluuij ex nostris asserit prodisse peccatis. Deus enim malum non creauit, sed nostra sibi merita repererunt, nō quia coniugia damnantur, neque enim alimenta damnantur, cum in istis successione, in illis naturæ sint posita subsidia, sed in omnibus modis quæritur, quidquid abundantius est a malo est. Sed dicendum, quod non stat primo,

quia ista non ponuntur hic, vt mala, quæ redarguantur, sicut supra dictum est, ergo non, vt causa diluuij.

Secundo, quia si ponerentur, vt cause diluuij ponerentur sub nominibus peccatorum, & tamen ponuntur sub nominibus vsuum licitorum, id est comedere bibere vxores accipere, & non sub nomine abusu suum, ergo non ponuntur, vt causa diluuij.

Tertio, quia cibis, & potus etiam immoderatus non ponuntur causa diluuij, sed abusus circa venerea, vt colligitur Gene. 6. c. ergo non ponuntur ista hic, vt causa diluuij.

Quarto, quia dato, quod ponerentur causa diluuij, tamen non possent poni causa iudicij, hic tamen ponitur similitudo, scilicet quod, sicut in diebus Noe erant homines comedentes, & bibentes vsque ad diem, quæ intrauit Noe in arcam, ita erit in aduentu filij hominis, quod erunt comedentes, & bibentes: si igitur comedere, & bibere ponitur, vt causa diluuij ponetur idem, vt causa iudicij, vel aduentus Christi ad iudicium, cum in hoc ponatur similitudo. Sed istud est falsum, quia comedere, & bibere, & quæcunque peccata hominum illius temporis non erit causa aduentus ad iudicium. Nam etiam si homines omnes illius temporis essent sanctissimi Christus veniret ad iudicium, ideo ista non ponuntur, vt causa. & ista est ratio efficacior.

Quinto, quia ex alio exemplo, quod nūc Christus posuit, & nō habetur hic, sed Luc. 17. c. apparet istud. Nam dicitur de euerfione Sodomorum, & certū est, quod illi perierunt propter abusum venereum Gene. 19. c. Et tamen non ponitur ibi aliquid de hoc, sed q̄ edebant, & bibebant, ideo non ponuntur ista, vt causa euerfionis, quia tunc poneretur id, quod erat peccatum, & causa, & tamen ponitur id, quod neque in se erat peccatum, neque erat causa ipsius euerfionis.

Sexto, quia ponitur ibi aliqua, quæ nullo modo erant peccatum. f. emebant, & vendebant, plantabant, & edificabant, sed hæc licita sunt. Et sequitur, quod secundum hoc erit, cum dies filij hominis reuelabitur, ergo nec erunt tempore illo, quæ non sunt peccata, neque possunt esse causa iudicij, sicut neque potuerunt esse causa euerfionis Sodomorum. Ita igitur dicendum, q̄ non possunt poni hic ista, vt cā diluuij.

Dicendum, quod ista ponuntur ad ostendendam securitatem hominum. f. quod de nullo solliciti erant quando diluuium venit quousque aquæ ceperunt, & ideo ponuntur illa, quæ homines agerent quando securi sunt, & de longa vita sperant. f. comedere, & bibere, & accipere vxores, & ad nuptias tradere, plantare, edificare, talia autem inueniuntur homines facientes in die iudicij, in quo innuitur, quod securi erunt nullum malum timeantes. Item apparet, quod ista sit intentio, scilicet quia dicitur, quod erant comedentes, & bibentes vsque ad diem, quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes, & non cognouerunt. Et sic videtur, quod ex eo, quod non cognoscebant venturum esse diluuium, non sollicitabatur, sed vacabant voluptatibus.

Quomodo, qui ante diluuium fuerunt, securi esse poterant ne venire diluuium predicante illud Noe. Quest. CCXXIII.

SED QUÆRITUR quomodo poterant illi, qui ante diluuium fuerunt, securi esse, ne veniret diluuium, sed potius videtur, quod timerent, quia Noe illis prædicabat venturum esse diluuium, nisi peniterent. Etiam videbant, quod Noe construebat arcam ad euadendum in ea aquas diluuij, ideo non poterant esse securi.

Dicen-

Dicendum, quod verum est, quod omnes ignora-

Cum autem obiicitur, quod predicauit Noe gen-

Dicendum tamen in veritate, quod ipse annuncia-

Aliter, ergo dicendum, scilicet quod predicatum

Dicendum, quod viderunt contemporanei Noe

Quomodo ista ponuntur ad ostendendam securitatem

Quod autem ponuntur ista ad notandum securitatem,

pora vita. Alia vero non signant longum tempus,

Quid voluit Christus significare per illud tunc cum ait,

Quod autem ponuntur ista ad ostendendam securitatem,

Dicendum necesse esse intelligi de die iudicii.

Ad id vere, quod dicitur Lucæ 17. scilicet in illa

de Ierusalem, & Iudæa ante aduentum exercitus.

Quid Christus per duos in agro existentes significauit.

Quod autem ponuntur ista ad ostendendam securitatem,

Alii dicunt duos in agro esse homines, qui habent,

Alii dicunt per duos in agro signari pauperes huius

Ambrosius autem super Lucam dicit esse duos in

Sed dicendum, quod ista magis pertinent ad sensum

De secunda apparet, quia si in agro laborant cum

De tertia dicendum, quod licet magis videatur

Nicolaus autem dicit, per duos in agro intelligi

Quomodo per duos voluerit eos designare.

Et si dicas accepit per vnum omnes prelatos bene

Quid Christus per hoc, scilicet. Erunt due molentes in mola,

Quod autem ponuntur ista ad ostendendam securitatem,

Alii dicunt ecclesiam, & synagogam, vel ecclesiam,

Alii dicunt per duos in agro signari pauperes huius

Sed Nicolaus dicit per molentes in mola vbi est

Dicendum, quod omnia hæc ad mysticum sensum

Quid Christus per hoc, scilicet. Quod erunt duo in lecto,

Quod autem ponuntur ista ad ostendendam securitatem,

Quod autem ponuntur ista ad ostendendam securitatem,

Tempora Noe peccantes non crediderunt futurum diluuium.

G

H

I

K

ticorum. & catholicorum eadem confessio est, sed F quia unitatem diuinitatis patris, & filij catholicorum fides prædicabit, & hæreticorum falsitas impugnet fidem confessionis, vtriusque diuinitatis iudicium comprobabit vnum assumendo, alterum relinquendo. Alij dicunt per duos in lecto designari bonos, & malos diuites. Sic dicit Cyrillus: Per duos enim existentes in eodem lecto videtur designare diuites quiescentes in mundanis diuitijs, lectulus namque signum quietis est, non autem quiescentibus affluunt sunt impij, sed aliquis est probus, & in fide electus. Hic igitur assumetur, alius vero, qui non talis extiterit, relinquetur.

Nicolaus dicit per existentes in lecto contemplatiuos signari, quia lectus locus quietis est, contemplatio autem locus quietus.

Sed manifestum est, quod ista, sicut, & præcedentia pertinent ad mysticum sensum, & maxime, quia primum de prædicatoribus fidelibus, & hæreticis non conuenit. Nam licet omnes hæretici prædicatores relinquuntur, non tamen omnes fideles prædicatores assumuntur, quia aliqui bene prædicant, & male viuunt. Alij autem exponunt omnia tria simul. Sic dicit Remigius his verbis tres ordines ecclesiæ demonstrantur, per duos in agro ordo prædicatorum, quibus commixtus est ager ecclesiæ: per duos in mola ordo conjugatorum quidam per diuersas curas nunc ad hæc nunc ad alia flectentur, quasi molam in circuitu trahunt: per duos in lecto ordo continentium, quorum, requies nomine lecti designatur, in his autem ordinibus sunt boni, & mali, iusti, & iniusti, & ideo ex eis quidam relinquuntur, quidam assumuntur.

Alij volunt per hæc tria corpus, & animam, & sensum significari. Sic dicit Origenes super Mat. scilicet corpus quidem, quasi infirmum in lecto est carnalis passionum, anima autem molit in graui mola mundi, & corporis, sensus autem in agro mundi operatur.

Aliter ait Augustinus in libro de quaestionibus Euangelij. Tria genera hominum videntur hic designari: vnum eorum, qui otium, & quietem eligunt, neque negocijs secularibus, neque ecclesiasticis occupati, quæ illorum quies nomine lecti designata est. Alterum eorum, qui in plebibus constituti leguntur a doctoribus agentes ea, quæ sunt huius seculi, quos, & feminarum nomine significauit, quia consilij prelatorum expedit his regi, & molentes dixit, quia temporalium orbem negociorum, atque circuitum vertunt, quas tamen in vnum molentes dixit in quantum de istis rebus, & negocijs suis præbent vsibus ecclesiæ. Tertium genus est eorum, qui operantur in ecclesiæ mysterio velut in agro Dei. In his ergo tribus generibus binas sunt rursus genera hominum in singulis, quorum aliqui in ecclesia permanent, qui assumuntur, aliqui cadunt, qui relinquuntur.

Sed dicendum, quod etiam in his omnibus modis exponendi est sensus mysticus, cum trahatur litera extra proprium sensum.

Quid per quæstia præcedentia Christus voluit designare. Quæst. CCXXIX.

QVAERETUR igitur quid per hoc Christus voluit designare. Dicendum, quod voluit ostendere rem subitanam fieri in die iudicij, & est addere exemplum ad præcedentes. Nam dixerat supra, quod sicut in diebus Noe erant homines inopinati, & nihil timentes, comedentes, & bibentes, quousque venit aqua diluuij, & tulit omnes, ita in aduentu Christi futurum, Rursus autem exemplum aliud ponitur, si

quod tanta erit huius rei subita velocitas, quod duo erunt simul, & vnus tolleretur, & alius dimittetur, & ponit Christus exemplum de illis, qui communicant in eodem officio. Nam, quod vnus homo, qui in vna parte orbis est assumatur ad vnum, & alius, qui est alibi ad aliud relinquatur, non videbatur esse subitanea operatio, sed quod manentibus aliquibus duobus simul vnus tollatur, & alius dimittatur, & quod non sit vni tempus recedendi ab altero, sed antequam recedat, compleatur separatio illa iudicialis videtur esse res multum subitanea.

Secundo dicitur hoc ad incutiendum magnum timorem, & sollicitudinem cuilibet pro seipso, scilicet quod non eo, quod communicant bonis, accipiantur in partem bonorum, non enim, sic fiet, sed tanta erit iudicij discernēdo sapientia, quod etiam si subito fiat de duobus, qui simul sunt, & eundem modum vite gerunt, non idem iudicium dabitur, sed vnus ad bonum assumetur, alius vero relinquetur ad malum, vt sic quilibet seipsum expurgare debeat, vt talis inueniatur, qui assumi possit.

Quare Christus rursus per aliud exemplum suum inopinatum aduentum ostendit. Quæst. CCXXX.

SED quæretur cum Christus per exemplum supra positum de diebus Noe ostenderit futurum iudicium inopinatum aduenire, quare rursus hic per aliud exemplum illam securitatem, & inopinatum aduentum ostendit.

Aliqui dicunt, quod multiplicatio exemplorum prodest, quanto enim plura fuerint plus mouent, vnde non solum hæc, sed etiam aliud de diebus euerfionis Sodomorum Christus posuit ad idem ostendendum, vt patet Luca. 17. c. licet illud hic Mar. omiserit.

Sed dicendum, quod non ponuntur ista multa exempla ad idem ostendendum, sed pertinent ad diuersa. Nam prima duo, scilicet de diluuiio, & subuersione Sodomorum pertinent ad idem, alia vero, quæ ponuntur nunc, id est de duobus in agro, & duobus in mola, & duobus in lecto ad aliud pertinent. Et patet, quia post prima duo, dicitur, sic erit aduentus filij hominis, post secunda autem nihil ponitur.

Item magis apparet ex ordine, quem Lucas posuit. Nam prius dixit de diebus Noe, & post de diebus Loth in subuersione Sodomorum, & conclusit: Tunc secundum hoc erit qua die reuelabitur filius hominis, & postea interpositis quibusdam, scilicet in illa hora, qui fuerit in lecto &c. transiit ad ista, quæ dicuntur nunc, scilicet. Dico autem vobis, duo erunt in lecto &c. Et sic manifestam distinctionem inter hæc signauit, & non pertinere ad idem.

Dicendum ergo, quod ista dicuntur. Primo, quia illa signa, scilicet de diebus Noe, & Loth pertinent ad ostendendum conditionem temporis ante diem iudicij, ista autem de agro, lecto, & mola ponuntur ad ostendendum conditionem ipsius diei iudicij, cum dicatur hic, tunc, id est in die aduentus Christi. Et Luca. 17. c. dicatur: Dico autem vobis in nocte illa erunt duo in lecto &c.

Secundo differunt, quia prima signa ponuntur ad ostendendum securitatem, secunda ponuntur ad ostendendum velocitatem. Et ista est bona differentia. Nam, quod dicitur de diluuiio, & euerfione Sodomorum non ostendit aliquam velocitatem actus, sed solum securitatem, scilicet quod ante diem iudicij erunt homines securi nullum malum timentes, quasi nullum malum futurum sit, & tamen superuentura est eis dies iudicij, sicut ante diluuium, & euerfionem Sodo-

Sodomorum nullum malum timebant homines illius temporis, quia illud ignorabant: in secundis signis significatur velocitas discretionis iudicialis, scilicet, quod tam velociter fiat hoc, quod duo erunt simul, & antequam vnus possit se ab alio separare, separabuntur per superuentum iudicium.

Sed adhuc dicitur, quod in his quædam præcedentis temporis securitas ostenditur. Nam si illo die saltem, quo Christus veniet ad iudicandum, aliquid mali suspicarentur homines, non inueniretur vbi inuenientur, scilicet in agro laborantes, & in mola molentes, & quod peius est in lecto iacentes, sed in orationibus, & fletu expectarent terribilem suum superuenturum iudicium, & tamen inueniretur in his, ergo nihil timebunt, aut suspicabuntur, etiam ea die iudicij quousque iudex subito veniat, & tunc non timebunt malū, sed tolerabunt illud, qui indigni inuenti fuerint

Quare dixit: Duo erunt in agro. Quæst. CCXXXI.

SED quæretur quare dixit, duo erunt in agro. Dicendum, vt dictum est supra, & præcedentibus, quod voluit ostendere subitanam discretionem iudicij separando homines ab iniuicem: Nam ante iudicium manent mixti, post iudicium vero distincti locis erunt, sicut, & meritis fuerunt, & ista discretio fiet in ipso iudicio, fiet autem subito, scilicet, quod homines simul existentibus non sit locus ab iniuicem recedendi antequam iudex eos discernat, & quia multa erunt, in quibus homines communicant ad hoc, quod simul sint, de illis posuit exemplum, primum est de duobus in agro. Accidit enim duos homines simul in agro manere colendo terram, & non erit idem exitus duorum, sed vnus ad bonum assumetur, alius vero relinquetur ad malum, & quod dicit de duobus idem de multis intelligendum est, quia quidam de simul stantibus habebunt sortem vnam, alij vero aliam.

Dicitur etiam, quod erunt duæ ad molam, id est ea die accidet mulieres esse ad molam, vt terant frumentum ad farinam habendam, & inde conficiendos panes, & hoc in ipso die iudicij erit, quia nihil mali superueniet iudex de celo, & cum fuerint molendo superueniet iudex de celo, & assumet vnam, & dimittet aliam. Dicitur etiam de manentibus in lecto, quia aliqui erunt tunc in lecto, aut dormientes, aut quiescentes, quos mors ibi, & iudex inueniet, & adhuc de illis aliqui assumuntur alij relinquuntur. Et sicut de istis dicitur, ita de alijs omnibus intelligendum est, qui habent aliquam communicationem, & erunt simul cum venient ignis ille, & iudex insperatus. Nam non erit omnium idem exitus, licet conuersatio sit vna.

Quare dicitur: Erunt duo, & non plures ponuntur. Quæst. CCXXXII.

QVAERETUR quare dicitur erunt duo, & non ponuntur plures. Dicendum, quod non ponitur hic vnicus. Nam volebat agere de discretionem bonorum, & malorum ad diuersa premia, & penas, in vno autem nulla est discretio, ideo debuit ponere multos saltem duos. Et patet hoc, dum enim hic viuimus, simul sunt boni, & mali non distincti meritis, post iudicium autem distincti erunt locis, sicut, & hoc significatur hic, cum dicitur, quod erunt duo in agro. Causa autem prima quare ponuntur duo est, quia non ponitur hoc ad notandum, quod ita erit, sed ad causam faciendum,

& ad casum quicumque numerus sufficeret, ideo minimum accepit. Et patet, quia non est sensus, quod de aliquibus duobus, qui erunt in agro, vnus assumetur alius relinquetur, quia forte nulli duo simul inueniretur in agro, quorum vnus assumatur alius relinquatur, sed forte ambo assumantur, aut ambo relinquuntur, sed est sensus, quod poterit esse, quod de duobus inuentis tunc in agro vnus assumatur, & vnus relinquatur, & sicut est de duobus ita de pluribus, scilicet, quod quidam illorum assumantur, & quidam relinquuntur, neque loci similitas, & operationis similitudo eos adiuvabit, quin quidam relinquuntur.

Secunda est ad ostendendam magnam vim discretionis illius. Nam non solum de multis aliquis accipietur, vel aliquis relinquetur, sed etiam cum soli duo fuerint de illis aliquis assumetur, & alius relinquetur:

Quare Christus dixit duos in agro existere, duos ad molam, & duos in lecto. Quæst. CCXXXIII.

QVAERETUR quare de existentibus in agro dixit, quod erant duo: De stantibus ad molam dixit duæ molentes: De iacentibus in lecto dixit duo.

Dicendum, quod dicit hoc iuxta conuenientiam operis ad sexum, in agro enim exercetur opera rusticana, & dura, & pertinent ad viros, femine autem vix solent ista opera exercere, ideo dixit duo, licet autem femine interdum hoc faciant, sed rarum istud est, ideo sexus vitilis ponitur.

De molentibus dixit Augustinus, quod ponuntur sub nomine femine, quia significantur illi, qui negotia ecclesiastica, & secularia habent, & oportet eos regi a doctoribus, & prelatibus. Sed dicendum, quod iste sensus mysticus est, vt dictum est supra quæstione 227.

Est ergo dictum, quod ponuntur duæ molentes, quia molere ad molam manualemente erat opus feminarum, quæ parum de tritico molebant, vt statim inde panes formarent, & quia panes conficere mulierum est, etiam panes parare triticum molendo pertinebat ad illas. Et talis erat consuetudo in terra Chanaan, & in terra Aegypti, & maxime mulierum captiuarum officium erat molere ad molam manualemente, ideo duæ molentes dixit, & non duos iuxta consuetudinem terræ suæ Chanaan. Et patet hoc Exo. 11. c. scilicet. Morietur omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito Pharaonis, qui sederit in solio eius, vt que ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam, id est quæ est ad molendum triticum: ancillarum ergo dixit esse hoc officium. Est ergo terra Aegypti iuxta terram Chanaan, & sic esset eadem consuetudo molendi, vt femine molant.

De existentibus in lecto diceret aliquis, quod non deberet dicere duo, quia non solum sunt viri, sed etiam vir, & femina; maritus, & vxor.

Dicendum, quod proprie dixit duo, quia aut erunt soli masculi in lecto, aut masculus, & femina, aut femina, & femina. Si soli masculi proprie dicitur duo. Si autem vir, & femina etiam dicitur duo, quia masculinum genus concipit femininum, si autem femina, & femina debere dici duo, & tamē, quia communius est esse solos masculos, id est viros, aut masculos, & feminas, quam solas feminas esse, dicitur, quod erunt duo, quia duo ita comprehendit feminam, quam masculum per conceptionem, vel quando non est determinatus sexus femininus.

Quid Christus significauit, cum dixit: Vnus assumetur, & vnus F relinquetur. Quest. CCXXXIII.

QVARETVR quid significauit Christus, cum dixit: Vnus assumetur, & vnus relinquetur.

Dicendum, quod discretionem bonorum significauit, & malorum secundum loca, quia post iudicium erit locus accipiendi pnam pro demeritis, & premium pro meritis, & quia non inferetur in eodem loco pna, & letitia discernentur locis, & hoc est assumi, & relinqui.

Aliqui autem dicunt, quod assumuntur illi, qui ad bonum, id est felicitatem perducuntur, relinquuntur autem quibus nullum bonum datur, sed ad infelicitatem manent. Secundo dicunt alij, quod assumuntur boni de terra, ne ignis conflagrationis veniens exurat eos, mali enim relinquantur, id est non liberantur, sed permittuntur, vt ignis exurat eos. Sic dicit Hilarius super Mat. separabuntur tamē relicto alio, & assumpto alio, in quo fidelium, & infidelium discretio docetur. De enim ira ingruiscente sancti in promptuario recondentur, perfidi vero ad celestis ignis materiam relinquentur. Tertio autem dicendum, & melius, quod agitur de separatione bonorum, & malorum quantum ad tempus iudicij. Nam adueniente illo igne conflagrationis omnia peribunt, & omnes homines morientur, & qui viuentes inuenti fuerint subito morientur, & subito resurgent, sed boni ab angelis rapientur, & in ipso raptu suo dicuntur morituri, & simul resursecturi, quod incredibile non est, & deducuntur tunc ad aerem altum, vt ibi sint simul cum Christo iudicantes, vel saltem audientes: mali vero non rapientur, sed manebunt in terra, & ibi iudicabuntur, & hoc est, quod dicitur assumetur vnus, scilicet ab angelis, & eleuabitur in aera, alius vero relinquetur, scilicet malus in terra, vt sit vbi semper fuerat. Et patet hoc, quia prima Thes. 4. ca. dicitur: Nos qui viuimus, & residui sumus, rapiemur obuiam Christo in aera, scilicet Christo ad iudicium venienti obuiam rapiemur, vt in aere maneamus cum eo, & postea inde surgamus in celum. Sic dicit Cyrillus: Descendens enim Dominus ad iudicium mittet angelos suos, qui ceteris in terra detestis pnam passuris, sanctos, & iustos ei adducent secundum illud Apostoli: Rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera.

Item patet hoc apertius, quia Luc. 17. c. ponitur id, quod hic, & dicitur duo erunt in lecto vno, vnus assumetur alius relinquetur. Et sequitur, quod Apostoli quæsiuerunt: Vbi domine? id est ad quem locum assumentur? Et ait, vbiunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquile, scilicet in loco, in quo ego fuero, venient, vt sint mecum, & ad illum assumuntur electi, istum enim modum loquendi supra in litera ponit loquens de aduentu, id est quod, sicut aquile, & vultures vadunt, & congregantur ad locum vbiunque corpus fuerit, id est cadaver, ita vbiunque fuerit Christus electi erunt, sed ipse in aere stabit, id est sedebit iudicans, sicut dicitur supra in litera, quod veniet in nubibus celi, & sequenti ergo illuc assumuntur omnes electi.

Quare Christus de his tribus modis dixit, scilicet de stantibus in agro, & mola, & lecto, quod vnus assumetur, & alius relinquetur. Quest. CCXXXV.

SEd quæretur quare Christus de his tribus modis dixit, scilicet de stantibus in agro, & mola, & lecto, quod vnus assumetur, & vnus relinquetur. Dicendum, quod fuit ad significandum, quod de omni-

bus statibus, aut modis viuendi saluantur aliqui, & pereunt aliqui, & per istos tres modos signat alios omnes modos. Nam hominum quidam sunt ociosi, & inueniuntur ociosi in die iudicij, alij sunt occupati, Ociosos enim significauit p eos, qui in lecto sunt, quia lectus est locus quietis. Occupati autem sunt dupliciter quidam in rebus domesticis, alij in rebus, quæ foris sunt, primos occupatos per molentes significauit, quia molere ad molam manualem intra domum est, secundos significauit per existentes in agro. Secundo potest dici, quod non intelliguntur per hos omnes, quasi a sufficiencia status, sed posuit hos gratia exempli, scilicet quod sicut de istis statibus, vel modis viuendi non habebunt omnes conuerfantes in eodem eundem exitum, ita & de omnibus alijs statibus.

Et intelligendum, quod aliqui de agricolis saluantur, aliqui pereunt, & non solum nunc, quando homines moriuntur prouidentes mortem suam, sed etiã tunc, quando subito moriuntur inuadente eos igne conflagrationis. Molentes quoque in mola non idem habebunt, sed quædam harum mulierum in hoc actu inuentæ saluabuntur, aliæ autem peribunt, eo, quod quædam erunt in bono statu, quando superueniet ille ignis, aliæ non. Sed maius dubium erat de iacentibus in lecto. Nam inueniuntur aliqui dormientes, & sic moriuntur subito ab illo igne exusti, & tamen non oberit eis ad vitam æternam, quia qui in charitate erunt, etiam si in somno erunt saluabuntur, immo, & quod plus est, si vir, & vxor inueniantur in lecto, in ipso actu coniugali saluari poterunt, quia ipse actus potest fieri sine peccato mortali, sed quidquid est sine peccato stat cum charitate, & non excludit a vita æterna, vnde vir, & vxor in illo actu poterunt inueniri, & vnus saluabitur, & alius condemnabitur secundum, quod vnus stat in charitate, alius vero in mortali culpa, vel secundum quod ille actus, in vno erit sine culpa, in alio vero erit mortalis culpa.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum suam. Ideoque, & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem, cum venerit Dominus eius, inuenit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & ceperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis, veniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus, & stridor dentium.

Vigilate. Posuit in præcedentibus Christus de die iudicij admonitionem, hic autem ex præcedentibus excitat

De Pe. di. si iacer. dos. Luc. 12.

Luc. 12. Apo. 16. 2. Cor. 5.

excitat nostram sollicitudinem, & ait: Vigilate, & ponit circa hoc duo exempla, vnum de patrefamilias, & vigilare debeat. Aliud de seruo patrefamilias ibi.

Quis putas est. Circa primum dicit. Vigilate ergo. Consequentiã facit, id est quia ita est, quod incertus est dies iudicij vigilandum est, vt quando venerit, parati simus etiam si nulla signa tunc videamus.

Quia nescitis. Causa exprimitur, quasi dicat si sciretis, quando venturus esset dominus, videretur satis esse, quod tunc vos pararetis, & non prius, & tamen, quia nescitis oportet vos omni hora vigilare paratos existentes. Qua hora. Non dixit qua die, sed adhuc rem breuiorem designauit, vt magis vigilemus.

Dominus vester. Christus erat, & de se velut de alio loquebatur. Venturus sit. Scilicet ad iudicandum, vel ad mortem singulorum. Illud autem scitote. Declarat magis causam vigilie, scilicet ignorantiam de tempore aduentus. Et ponit exemplum de fure veniente in domum alicuius, cuius aduentus hora si sciretur, vigilaret paterfamilias illa hora, & non permetteret diripi domum suam, sed quia nescit horam, oportet semper vigilare, vt ita nunquam possit fur venire, quin patrem familias inueniat vigilantem, & dicitur illud, scitote, id est aduertite ad hoc exemplum.

Quoniam si sciret paterfamilias. Dicitur paterfamilias dominus domus cuius est familia. Et iste est, qui preest in communicatione œconomica, quam Aristoteles primo Politicorum 2. vocat dominum, & patrem, & maritum, eo quod œconomia constat ex his personis, scilicet viro, & vxore, domino, & seruo, patre, & filijs, & eadem persona est, quia tria nomina habet, quoniam ad vxorem dicitur vir, vel maritus, ad filios dicitur pater, ad seruum dicitur dominus. Hic autem vocat eum patrem familias, & hoc nomen tam respectu filiorum, quam seruorum, quam omnium de œconomia competit ei.

Qua hora fur venturus esset. Determinauit horam, non solum tamen si horam, immo si diem sciret, & ignoraret horam, & ignorata die hebdomadam sciret, vigilaret, immo & si sciret aliquando furem venturum, licet illud quando nesciret vigilaret cautius, sed quidam sunt, qui nesciunt an aliquando venturus sit fur in domum eorum. Vigilate vtique. Id est certe tunc vigilaret, vt non perderet rem suam.

Et non fineret perfodi domum suam. Id est non permetteret, quod fur rumpere parietem, aut locum aliquem domus, per quem faceret sibi introitum. Ideoque. Reducit exemplum ad discipulos, quibus loquebatur.

Vos estote parati. Scilicet vigilantes, & taliter dispositi, quod quacunque hora moriamini, bonum vobis sit, & saluetis animas vestras. Quia nescitis qua hora. Tota causa est ignorantia de tempore determinato, immo de tempore aliquanto.

Filius hominis venturus sit. Quem supra vocauit dominum, vocat hic filium hominis, id est seipsum, quia vere ille erat dominus eorum, & hora aduentus eius est tam ad iudicium, quam ad mortem ignoratur.

Alterum autem exemplum subditur de seruo patrisfamilias, in quo etiam ad vigilandum admonemur. Et dicitur. Quis putas est. Id est quis est, quia quisputas vna dictio est, sed ponitur semper interrogatiue.

Fidelis seruus, & prudens. Ista duo in seruo requiruntur, scilicet in illo cui paterfamilias commisit aliquam administrationem domus sue, fidelis quidem esse debet, vt nihil domino subtrahat, & rem domini perire non sinat, prudens dicitur, quia prouidere sciat quomodo hoc fiat, quia non sufficit bene velle, nisi illud efficiat, sed efficere non poterit, nisi prudentiam habeat. Quem constituit dominus super familiam suam. Ista sunt dispensatores. Nam de alijs seruis non intelligitur, in

eo enim cui nulla ministratio commissã est, satis est obedientiam esse, & non requiritur fidelitas aliqua, de qua hic dicitur. Virtus igitur seruorum in quantum serui est esse obedientes, ceteræ autem virtutes possunt requiri in eis secundum quod varieg administrationes committuntur eis.

Vt det illis. Scilicet familie toti. Cibum in tempore. Id est prouideat de cibo toti familie in temporibus suis, quia ista est maxima necessitas, & quotidiana, sub qua, & aliæ intelliguntur, scilicet vestimentorum. Sed fortassis huic seruo dispensatori, de quo Christus loquitur nihil erat commissum, nisi prouidere familie quantum ad cibum, vt infra dicitur.

Beatus ille seruus. Id est talis seruus, scilicet apud dominum suum, quia benefaciet ei. Quem cum venerit dominus. Subintelligendum est, quod dominus ad tempus aliquod recesserat a familia sua, & curam illius commiserat alicui seruo dispensatori quantum ad prouisionem quotidianorum ciborum. Inuenit sic facientem. Id est bene prouidentem familie de cibis in tempore opporuno. Amen dico vobis. Id est in veritate dico. Et est modus iurandi, vel affirmandi.

Quoniam super omnia bona sua constituet eum. Scilicet cum ex tempore paruo, in quo administrat familiam domino absente, acceperit dominus experientiam, quod prudenter, & fideliter administrasset rem istam paruum, quam ei commiserat, committet de cetero ei omnia bona sua administranda.

Si autem dixerit malus seruus ille. Dixerat de bono seruo administrante fideliter, & eius premio. Ponitur hic de malo seruo, & eius pna. Et dicitur.

Si dixerit malus seruus ille. Scilicet dixerit in corde suo hoc, quia hæc cogitatio est, & ad nullum loquitur.

Moram facit dominus meus venire. Hæc enim sunt, que seruum mouere possunt ad male tractandum familiam, scilicet quia videt, quod dominus moratur venire. Nam forte ex diuturna mora desperat de aduentu, aut fingit, quod nunquam veniet, & videt per hoc sibi ipsi opportunitatem ad diu gaudendum de bonis domini sui. Et ceperit percutere conseruos suos. Istud non pertinet ad infidelitatem administrationem, ita quod defraudet bona domini, sed ad superbiam dominari volentis, & vocauit alios conseruos, quia dñs ille multos seruos habet, & iste erat vnus, quem familie præposuit, nunc vero, quia se præpositum sensit, non tractat alios, vt conseruos, sed vt seruos.

Manducet autem, & bibat cum ebriosis. Hic ponitur infidelitas administrationis dilapidando bona domini sui comedendo, & bibendo, & quia comedere, & bibere dicunt vsum, & necessitatem, & ideo non erat vitium, posuit id, quod ad vitium pertinet. scilicet ebriosis, id est qui ad ebrietatem assueti sunt. Nam conuersari cum his in cibo, & potu est vastare substantiam. Et recte dixit cum ebriosis, & non cum ebriis, quia ebrii sunt, qui aliquando extra mensuram sunt, ebriosis sunt, qui assueti sunt extra mensuram bibere, & comedere, semel autem manducare, & bibere vltra modum non est dilapidatio substantiæ, sed ad hoc assueti fieri vniuersam substantiam destruit. Veniet dominus serui illius. Iam seruus putabar dominum non venturum, quia tarde veniebat, tamen veniet. In die qua non sperat. Id est illo non cogitante de aduentu, quia si cogitaret potius ordinaret rationes suas ad reddendum domino, & ordinaret vitam suam, quam superbiat, & vacaret cibis, & potibus. Et hora qua ignorat. Necessario sequitur, quod si dies aduentus ignorat, etiã horam ignoret, & ad exaggerationem ponitur. Vel potest poni ad signandum partes diei, quia in quibusdã homo est magis paratus, quam in alijs, sicut magis p diem, quam per noctem.

Et

Et diuidet eum i. a domo sua separabitur, ne vltra mi- nistrer. Et partem eius ponet. Pars hois vocatur id, quod ei prouenit, siue de bono, siue de malo: nã totũ bonũ & totum malũ, sunt quædã communicabilia omni- bus hominibus, & nemo habet totum bonum, ne- que totum malum, sed cuiuslibet prouenit pars de bo- no, aut de malo, & de illo, de quo magis prouenit si- bi, dicitur esse pars eius.

Cum hypocritis. Cum his, qui videbantur esse boni, & erant mali, & pars horum est in carcere, ibi autem ponetur seruus iste.

Ibi erit fletus, & stridor dentium. Scilicet in carcere pessimo est magna frigus, & ideo seruus malus ibi positus dentibus stridebit, nam ex frigore stridor prouenit.

Quare Christus dixit nunc ista. f. Vigilate ergo. Quæst. CCXXXVI.

QVAERETVR quare Christus dixit nunc ista. f. Vigilate ergo.

Dicendum, quod est admonitio quædam, cuius causa ex præcedentibus resultat, innuit enim Chri- stus periculum magnum de aduentu ad iudiciũ, quia qualis tunc quisque inuentus fuerit talis iudicabitur, & habebit præmium æternum, aut penam æternam. Et ideo cum totum bonum, aut malum hominis pẽ- deat ex illo tempore, scilicet qualis tunc inuenietur, oportet magnam operam dare ad hoc, quod illo tẽ- pore homo inueniatur paratus, tempus tamen illud incertum est nobis, & subitaneum venit, vt patet ex exemplis supra positis, ideo nullum aliud remedium est, nisi vt semper parati simus, cum nesciamus specia- liter illam horam, qua paratos nos necesse est esse, & hoc bene apparet, quia dicitur in litera. Vigilate ergo per modum consequentiæ, id est quia sic est, quod nescimus tempus aduentus vigilandum est. Sic dicit Hieronymus super Matthæum. Perspicue autem ostendit dominus, quia supra dixerit, de die autem illa nemo nouit, nisi pater solus, quia scilicet non expediebat Apostolos scire, vt pendula expectacionis incerto semper credant eum venturum, quoniam ignorant, quando venturus sit. Et ideo quali ex superioribus cõ- cludens dicit: Vigilate ergo.

Est autem vigilare semper attentum esse ne in ali- quo labamur, per quod parati nõ simus ad iudicis ad- uentum, quia vigilia opponitur somno, qui enim som- no tenetur nihil cogitat, neque seipsum circumspicit, immo promptum est ei nocere, quia in nullo de se considerat, aut seipsum defendit. Vigilia oppositum facit, ideo vigilare dicitur, qui sic seipsum circumspicit, vt nihil ei noceat, quando semper paratus existit ad hoc, quod iudex veniat, vnde qui vigilas est, sed ista non considerat, aut non efficit, nõ vigilat, sed profun- do sopore tenetur. Vnde Gregorius dicit: Vigilat qui ad aspectum veri luminis oculos apertos tenet, vigi- lat, qui seruat operãdo quod credit, vigilat quia se tor- poris, & negligentie tenebras repellit.

Quibus dicebat Christus hanc parabolam. Quæst. CCXXXVII.

QVAERETVR quibus dicebat Christus pa- rabolam istam, & admonitionem de vigi- lando.

Aliqui dicunt planum esse, quod ad Apo- stolos dicitur, quia illis loquebatur Christus omnia verba hæc ex principio huius capituli. Sed obicitur, quod dicitur futuris, & non illis, quia dies iudicii nõ ven- nit diebus Apostolorum, sed adhuc ventura est.

F Dicendum, quod de hoc non solum est nobis du- bium, sed etiam Apostoli dubitauerunt. Nam Lucae duodecimo capitulo, ponitur istud, & cum postquam est de patrefamilias nesciente, quando fur venturus esset dixit Petrus: Domine dicis nobis parabolã hanc, an ad omnes? Et ita dubium erat.

Sed dicendum, quod ex verbis, quæ ibi Christus sub- iunxit, colligitur, quod tam ad discipulos, quam ad omnes posteros diceretur. Et patet hoc apertius Mar. 13. c. vbi ponuntur hæc, & dicitur: Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Sic etiam dicit Augusti- nus in epistola ad Hefychium: Non solum autem illis dixit vigilate, quibus audientibus loquebatur, sed etiam illis, qui fuerunt post illos annos, & ad nos ipsos, & qui erunt post nos vsque ad nouissimum eius ad- uentum, quia ad omnes pertinet quodam modo.

Ad primam rationem dicendum, quod verum est, quod Apostolis loquebatur, sed non eis solis, sed etiã nobis dictum est, vt dicitur Mar. 13. c.

Ad secundam dicendum, quod nõ solum Apo- stolis, sed futuris etiam, & tamẽ bene conueniebat Apo- stolis, nam licet dies iudicii nõ venerit tempore Apo- stolorum, tamen illis non erat certum an tempore eorum veniret. Hoc enim fuit, quod Christus occultum esse voluit, vt quolibet die suspecti esse, quia aliã etiã diceretur, quod neque dictum fuerit istud patribus nostris cum constet, quod temporibus eorum non eueniret dies iudicii, cum igitur Christus etiam pro tempore Apostolorum incertum fecerit iudicii diem, etiam pro illo tempore vigilandum erat.

An conueniens causa vigilandi ponatur, cum dicitur, quia nescitis &c. Quæst. CCXXXVIII.

QVAERETVR cum dicitur: Vigilate, quia nesci- tis qua hora Dominus vester venturus sit, an conueniens causa vigilandi ponatur.

Dicendum, quod sic, quia si hora certa esset, non oporteret vigilare, sed satis esset illo tempore parati esse, quia tamen ignoratur tempus illud oportet om- ni tempore cauere, quasi omni tempore euenturum sit, quod omni tempore euenire potest.

Sed adhuc dicendum, quod maior causa nobis est vigilandi, quam hominibus ante diluuium, & ante euerfionem Sodomorum, quia nos licet nesciamus, quando venturus sit, scimus tamen, quod venturus sit, illi vero non solum nesciebant, quando diluuium futurum esset, sed etiam nesciebant, an aliquando fu- turum esset. Et ideo necesse erat illis inopinatis super- uenire diluuium, quia nihil de illo pro aliquo tempo- re cogitabant, nos autem Christus admonuit, quia licet non sit paruum omni tempore vigilare, est tamen possibile, & nobis necessarium, & ideo illud suasit, il- lis vero non prænnunciatum est, scilicet, Sodomitis. Non enim prædixit illud Loth, nisi generis suis, ceteri autem merebãtur subuerfionem, & Deus volebat, quod illam paterentur, ideo noluit, quod illis prænnun- ciaretur, generi autem Loth merebantur mortem cum ceteris, & ideo licet Deus voluerit, quod eis præ- nunciaretur propter honorem Loth, vt in hoc ei de- ferretur, tamen non dedit eis cor, vt crederent sic fu- turum esse, sed visus est eis Loth ludens loqui Gene. 19. c. Et sic perierunt cum ciuitate. De hominibus an- te diluuium dicendum, quod Deus voluit, quod eis prænnunciaretur, vt a peccatis suis desisterent, cum tamen noluerint cessare, non dedit eis Deus spiritum, vt crederent, & ita perierunt, nobis vero, quia Chri- stum credimus, datus est spiritus, vt credamus vera esse hæc dicta Christi, & ideo sollicitos nos manere oportet expectantes illum diem.

Dicitur

Dicitur autem nescitis qua hora, & non dixit qua die, quia noluit Christus nobis dare securitatem saltẽ de vna hora, nõ nõ solũ de vna die non sumus securi, sed et de vna hora. Considerandũ autem, quod dixit nescitis qua hora, & aliqui dicunt, quod videtur, quod Christus debuisset dicere nescimus qua hora. Nam sic dixerat supra de die autem illo nemo scit, neque filius hominis.

Dicendum, quod non dixit hic nescimus, sed nesci- tis. Primo ad ostendendum racite, quod ille sciebat, & posset hoc colligi ex verbis Christi si quis conside- ret, licet supra dixerit, quod nescit filius hominis.

Secundo, quia Christus semel dixerat se nescire, & hoc sufficiebat, vt discipuli non quærerent ab eo de hoc. Nunc igitur non debebat ostendere se ignorare, sed illos, & ita dixit nescitis.

Tertio, & præcipue, quia ista ignorantia non poterat nocere Christo, etiam si ipse nunc ignoraret, ne- que tangebatur eum, sed discipulos, & omnes alios ho- mines. Nam ignorantia ista ponitur pro causa ad vigi- landum, sed Christo non erat opus vigilare, cum ip- se erat, qui venturus erat, ad cuius aduentum alij de- bebant vigilare, ideo debuit dicere nescitis.

Quarto, quia licet tunc Christus illam horam, & diem ignoraret (quod tamen falsum erat) poterat sci- re postea, immo sciturus esset, cum ipse venturus erat ad iudicandum, nos vero, nec scimus nunc, neque pos- tea scituri sumus eũ Christus venerit quousq; Chri- stus veniat, ergo debuit dicere nescitis qua hora.

Quinto, quia hic non solum agitur de die iudicii, sed etiam de die mortis nostrę, hunc autem diem, licet de se nemo sciat, Christus tñ scit, & non dixit se ignorare istum, sicut dixit se ignorare diem iudicii, iõ nõ debuit dicere nescimus, sed nescitis. Ad rationem in contrarium patet ex dictis, scilicet tunc Christus con- uenienter dixit se nescire diem iudicii ne importune a discipulis super hoc quæreretur, nunc vero non sta- bat eadem causa, ideo nõ debuit hic dicere se nescire.

Quis sit iste aduentus. Quæst. CCXXXIX.

QVAERETVR cum dicitur: Dominus vř ven- turus sit. Quis sit iste aduentus. Aliqui dicunt, quod est aduentus ad iudicandum, de quo in omni- bus præcedentibus dictum est. Sed obicitur, quod non intelligitur de hoc, quia dies iudicii non est ventura tpe cuiuslibet hois, ergo non debet quilibet hõ vigi- lare. Secundo, quia inuitur, quod debeat hõ vigi- lare, & tñ dato, quod in tpe cuiuslibet posset euenire, nõ esset vigilandum, & tunc quilibet die, quia añ iudiciũ necesse est signa præcedere, & post illa signa non est statim iudicium, sed illa signa nondum appa- ruerunt, iõ non est timendũ quon die. Tertio, quia vř, quod potius debuisset dicere de morte, illa. n. valde timẽ- da est, & ad illam est vigilandũ, cũ ibi recipiat quisque terminum malorũ, vel bonorũ, & qui tñ bonus fue- rit semper erit bonus, qui autem ibi fuerit malus, semper erit malus, & in pẽna. Dicendum, quod hic dñs nobis vigi- landum esse tam ad diem iudicii, q̃ ad diem mortis. In quo sciendum, quod hic non dñs, vigilate, quia nescitis, qñ erit dies iudicii, sed qñ dñs vester venturus sit. Et iste aduentus pot accipi dupliciter, s. pro aduentu ad iudi- cium, & pro aduentu ad mortẽ nostrã. Ad iudicium quidem venturus est, quia apparebit nobis visibilis, vt iudicet. In morte quoque nostrã dñs aduentus eius, quia circa nos aliquẽ actũ exercet. Nam sicut ad iudi- cium vniuersale Christus venire dñs, ita & ad mortem nostrã venire dñs, quia illũ iudicat, & iste actus speciali- ter vř esse Christi, nam ipse dixit, pñ nõ iudicat quem- quam, sed omne iudicium dedit filio: Ioan. 5. cap. Siue ergo absoluat hominem, siue condemnet ad iudicã-

Alph. T. ost. in Matth. Pars VI.

A dum eum, recte venire dicitur. Et vere quidem iudi- cantur tunc homines potius, quam in vniuersali iudi- cio, nam in illo nemo absoluetur, qui non in morte absolutus fuerit, & nemo condemnabitur, qui nõ in morte condemnatus fuerit, ante mortem autem nemo condemnatur, neque absoluitur, eo quod merita in vita mutabilia sunt quoridie. In morte igitur est vera condemnatio, & absolutio, & verior, quam in iudicio generali, quia ibi non erit, nisi quædam publicatio sen- tentiæ de quolibet homine, sed pp illam publica- tionem dicitur Christus venire ad iudicandum, ergo potius dicitur venire in morte cuiuslibet hominis, & ita mors cuiuslibet est aduentus Christi.

Et patet iste modus loquendi Ioã. 14. c. f. Si abiero, & preparauero vobis locum, iterum veniam, & acci- piam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, vos sitis. Et ma- nifestum est, quod loquitur Christus de morte sua, per quam recedebat ab eis, & parabat eis locum in vita æterna, & venturus erat, scilicet in morte ipsorum, vt acciperet eos ad se, scilicet vt ex tunc essent cum eo in vita æterna. Etiam patet, quia Ioan. 2. r. c. dñs. Sicut volo manere, donec veniam. i. volo eum manere siue martyrio vsque ad mortem, quando ego veniam ad accipiendum ipsum ad me.


De isto autem aduentu Christi ad iudicandum in morte loquitur hic Christus præcipue, & quod non erit homini periculum vllum in die iudicii, nisi peri- culum fuerit in die mortis, & ad hoc vigilandum est homini cuiuslibet, & omni hora. Sic dicit Augustin. in epistola ad Hefychium. Non solum autem illis dixit, vigilate, quibus tunc aduentibus loquebatur, sed & illis, qui fuerunt post illos annos, & ad nos ipsos, & qui erunt post nos vsque ad nouissimum eius aduentum, quia ad omnes pertinet quodam modo. Tunc enim vnicuique venit dies ille cum venerit eius dies, vt talis hinc exeat, qualis iudicandus est illo die. Ac p hoc vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum eũ inueniat domini aduentus, imparatum enim inueniet ille dies, quem imparatum inueniet suę vitę huius vl- timus dies.

De die autem iudicii dicendum, quod vigilanter expe- ctandus est, quia quibusdam immo plurimis erit ille dies mortis dies, & sicut quilibet se debet vigilanter circumspicere ante diem mortis, ita debet vigilare ad illum diem, qui forte erit sibi dies mortis.

Secundo, quia licet dies iudicii non sit venturus in tempore cuiuslibet hominis, nemo est certus, quod in diebus eius non sit venturus, ideo cuiuslibet est causa vigilandi ad illum diem. Ad primum dicendum, sicut dictum est immediate, quod verum est non esse tem- pore cuiuslibet euenturam diem iudicii, nemo tamẽ est, cui constet non esse venturam eius tempore, ideo propter istam ignorantiam est causa vigilandi, & quia semper habemus istam ignorantiam, semper habemus necessitatem vigilandi ad hoc.

Ad secundum dicendum, quod verum est ante iudiciũ ventura esse signa, & tamen, quia illa sunt eque nota ad alia, quæ non sunt signa, vt obscuraciones so- lis, & lune, quas sepe videmus, poterit quis dubitare an iam venerint. Sicut Gregorius in homilia videtur dicere, quod illa signa iudicii, quæ ponuntur Luc. 21. ca. f. Erunt signa in sole, iam venerint saltem pro ma- gna parte. Ad tertium concedendum est simpliciter, scilicet quod non solum Christus dixerit vigilandum, quia nescimus diem iudicii, sed potius, quia non sci- mus diem mortis nostrę. Nam vtrunque intelligitur, cum dicitur: Nescitis, quando filius hominis ventu- rus est, & fuit iam expositum, & tamen pro vtroque aduentu accipitur.

Si An



An hoc, scilicet. Illud autem scitote, sit parabola, vel literalis F sensus. Quest. CCL.

QVAERETVR cum dicitur hic: Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias, &c. an sit parabola, vel sit sensus literalis.

Dupliciter parabola sumitur:

Dicendum, quod parabola potest dupliciter accipi. Vno modo pro narratione facta sub tali cortice verborum, que non faciunt illum sensum, quem intendit proferens, sicut est sepe in prophetis, ut cum dicitur, quod bos, ut leo paleas comedit, & qui ablatatus fuerit, mittit manum suam in foramen aspidis Isa. 1. 1. capit. Alio modo accipitur parabola pro similitudine qualibet, & tunc aliquę parabolę sunt, quę tenentur in sensu, quem faciunt in cortice, & tales magis inducuntur, ut probationes, quam ut similitudines, vel parabolę.

Quantum ad primum modum dicendum, quod non est ista narratio parabolica, quia tunc non posset stare in sensu, quę facit cortex literę, sed oporteret alium accipi, & tamen hic accipitur sensus literę, & infertur ex illo, cum dicitur: Ideoque vos estote parati. Et tamen idem non infertur ex seipso, si tamen esset ibi sensus parabolici, idem significaretur sub parabola illa, quod dicitur hic, scilicet ideoque vos estote parati, & tamen si ibi intelligeretur non repeteretur hic maxime, ut inferendo ex illo, ideo non accipitur in sensu parabolico. Accipiendo secundo modo dicendum, quod est parabola, id est similitudo quędam de patrefamilias ad nos, & ita vocatur parabola ista narratio, Lucę 12. c. nam ibi ponuntur hęc, & dixit tunc Petrus ad Christum. Domine ad nos dicit hanc parabolam an ad omnes? ideo eo modo, quo Petrus vocavit illam darabolam possumus nos vocare.

Quomodo exponetur parabola de patrefamilias. Quest. CCL I.

QVAERETVR dato, quod velimus eandem narrationem exponere in sensu parabolico, quomodo exponetur. Dicendum, quod potest vno modo exponi, quod sit ratio nostra patrefamilias, & domus sit corpus, & familia tota, que in hac domo regenda est ipsa pluralitas potentiarum animę, que regimine rationis gubernari debent. Fur autem, qui suffodit domum, diabolus est, qui varijs suggestionibus bonam habitudinem animę nostrę, & potentiarum, quę intra corpus sunt, destruere vult.

Ratio autem nostra non attendit, quando dæmon suggerit, & fallit, quia sepe Satanas transfiguratur se in angelum lucis 2. Corin. 1. 1. c. Si autem ratio sciret, quando Satanas suggesturus esset mala, non assentiret, & ideo vigilandum est quando aliqua cogitatio insurgit, ne statim assentiamus ei, sed discutamus, an ex Deo sit: Ioan. 4. cap. Nolite adhuc credere omni spiritui, sed probate an ex Deo sit. Et sic non poterit Satanas suffodere domum nostram.

De hoc Origenes aliquantulum concordat super Matthęum, scilicet pater familias domus est sensus hominis, domus est anima, fur est diabolus, est autem omnis sermo contrarius, qui non per naturalem introitum intrat ad animam negligens, sed quasi qui foderit domum primum destruens quędam naturalis edificia animę, id est naturales intellectus, & per ipsam diruionem ingressus spoliatur animam, aliquoties inuenit quis furem in ipsa perfossione, & comprehendens eum percussorem sermonem immitens interficit ipsum, non autem in die fur venit, quando illuminata est a sole iustitię anima hominis, sed in nocte, id est in tempore malitię adhuc permanentis, in qua

cum fuerit aliquis possibile est, & si non habuerit virtutem solis, quod tamen illustreret ex aliquo splendore verbi, quod est lucerna adhuc quidem manens in malitia, sed tamen propositum habens bonorum, & vigilantiam ne perfodiatur hoc eius propositum, vel in tempore tentationum, vel quarumcunque calamitatum maxime fur solet venire volens perfodere animę domum.

Aliter potest accipi, quod pater familias sit anima nostra, aut ratio, domus eius sit corpus, quia in corpore habitat, fur autem est mors, que furtim venit, & si anima non prouiderit sibi, ut sit parata, quando latro iste venerit, suffodit domum, id est destruit corpus, & condemnat animam ad eternam mortem. Si vero vigilaret anima nostra, & si mors, ut fur veniat, poterit quidem tangere corpus nostrum, sed animam nihil ledit. Et iste est sensus conueniens, quia hic de aduentu Christi ad nos per mortem est sermo, & ita dicitur prima The. quinto capitulo, dies domini, sicut fur in nocte, ita veniet. De hoc Gregorius ait: Nesciente patrefamilias fur domum perfodit, quia dum a sui custodia (spiritus dormit, improuisa mors veniens carnis nostrę habitaculum irruit, & cum quem dominum domus dormientem inuenit, necat, quia dum ventura damnat (spiritus, minime prouiderit, hunc mors ad supplicium nescientem rapit, furi autem resisteret si vigilaret, quia aduentum iudicis, qui animas occulte rapit, pręcauens ei penitendo occurreret ne H impenitens periret.

Quare Christus comparauit patrefamilias nescienti aduentum furis hominem non prouidentem diem iudicij, & mortis. Quest. CCL I.

SEd queretur, quare patrefamilias nescienti aduentum furis comparauit hominem non prouidentem aduentum dici mortis aut iudicij.

Dicendum, quod fuit ad redargutionem nostram, nam ex eo, quod patrefamilias nescit, qua hora fur venturus est ad perfodiendum domum, & furandum, vigilat semper, ne fur auferat pecuniam, quam ipse possidet, & nos scientes, quod aliquando mors ventura est non vigilamus, ut thesaurum animę nostrę non perdamus. Sic dicit Chrysostomus, hinc videtur confundere eos, qui non tantum studium faciunt animę suę, quantum student circa pecunias, qui furem expectent.

Sciendum autem, quod vtile fuit dari nobis ignorantiam diei mortis nostrę, scilicet ut ex ignorantia hac sit nobis occasio semper expectandi, & vigilandi ad illum diem. Sic dicit Gregorius. Horam vltimam dominus noster, idcirco voluit esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam prouidere minime possumus, ad illam sine intermissione prepareremur, & quia magnum studium adhibendum erat, cum non possumus scire horam illam, admonuit dominus magnam vigilantiam, unde non solum dixit vigilate, sicut hic Matthęus expressit, sed etiam, ut Marc. decimo tertio capitulo dicitur, ait: Vigilate, videte, & orate.

Et ponuntur hęc tria, que circa nos sunt necessaria. Dixit videte, id est circumspicite vobis, & facit per hoc attentos ad id, quod dixit, ut non contemnatis illud vigilate, id est omne studium vestrum adhibite, ne aliquid in vobis sit, per quod non parati inueniamini ad illum diem mortis, aut iudicij. Addidit autem orate. Nam etiam si homo vigilet quantum posset interdum cogitur dormire prementibus delicijs, & diuitijs, & occupationibus, & calamitatibus huius seculi. Ad hoc autem ne his pręueniamur, ut vigilare non possimus

Mors furtim venit.

possimus, petendum est a domino, ut ipse, qui vigilare precepit fructuosarum vigiliarum nobis gratiam concedat, & quod hęc, que a domino petimus, orationibus impetramus, orandum suadet, dicens: orate.

Et istud quoque aperit Lucas dixit 21. capitulo, vigilantiam ponens, & orationem, vigilantiam quidem, ut caueamus ab eis, quę in hoc seculo delectant, & faciunt obliuisci diem mortis. Orare autem, scilicet ut assidue, & deuote poscimus ab eo, ut nobis concedat taliter vigilare, ut eruamur ab omnibus malis preceßibus diem mortis, aut iudicij, & inueniamur digni ad standum coram Christo, quando veniet, siue ad iudicandum in particulari iudicio, siue in vniuersali. De primo dicitur, attendite autem vobis, ne forte grauetur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vite, quasi dicat hęc faciunt non vigilare. Et sequitur: Et superueniat in vos repentina dies illa, scilicet dies iudicij, aut mortis. De secundo dicitur: Vigilate itaque omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere ista omnia, que futura sunt, & stare ante filium hominis. Nam non possumus effici digni ad fugiendum omnia, que preceßent mortem, & iudicium, nisi nos Christus dignos fecerit, quod ab eo non possumus obtinere, nisi orando.

Quid Christus intellexerit, cum dixit, quis putas est fidelis seruus. Quest. CCL III.

QVAERETVR quid intellexerit Christus, cum dixit: Quis putas est fidelis seruus, de quo accipitur dictum.

Dicendum, quod agitur hic de seruo patrisfamilias dispensante bona domini, & per hoc agitur de quolibet homine in quantum est aliquo modo dispensator bonorum Dei, & redditurus est rationem de illis, & si bonam rationem reddit accipit a Deo premium, si malam punitur. Et pertinet ad preceßentiam, quia dicebatur vigilandum esse, quia nescimus diem aduentum Christi, ita & nunc agitur de bono ministratore, qui semper ministrat bene vsque ad mortem, & ideo in die mortis inuenit Christus hominem sic facientem, & ille semper vigilat. Alius est, qui non vigilat, sed putans se non redditurum rationem de actibus suis, vel saltem non cogitans de reddendo, neque putans se moriturum inordinate omnia agit, sicut seruus manducans, & bibens cum ebriosis, & venit mors isto non cogitante, & damnatur cum nihil boni egerit, sicut seruus, quo non cogitante venit dominus eius, & ponit eum vbi est stridor dentium.

Considerandum autem, quod in ista parabola agitur de seruo, & non de quolibet, sed de eo, qui preceßent alicui familie constitutus super eam a domino, & ideo cum applicatur ad nos, necesse est accipi de eis, qui preceßent. Hoc autem potest accipi tripliciter. Vno modo specialiter pro preceßent ecclesię, de quibus Christus magis agit. Secundo de principibus temporalibus, quia etiam illi acceperunt a Deo potestatem ad vindicanda malefactorum crimina, & laudem bonorum ad Roma. 1. 3. & 1. Petri 2. cap. Tertio potest accipi pro quolibet homine, qui aliquibus preceßent est, ut dicitur infra q. 249.

Ad quid posita fuit hic parabola, & in quo differt a preceßenti. Quest. CCL III.

QVAERETVR ad quid posita fuit ista parabola hic, & in quo differt a preceßenti.

Dicendum, quod ponitur ad exhortandum nos Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

ad vigilantiam, sicut & preceßentia dicta. Et differt a preceßenti, primo quidem, quia preceßent agit de patrefamilias, qui sollicitus est circa domum suam ne veniat fur, & perfodiat eam, hic vero agitur de seruo patrisfamilias: aliter autem se habet patrefamilias ad rem suam sollicitate curandam, aliter seruus ad reddendam rationem domino de administratione.

Secundo, quia in preceßenti non agebatur de aliqua administratione, sed solum de cura rei proprię, hic vero agitur de preceßentione, & constitutione super alios ad reddendum rationem de eis.

Tertio, quia in preceßenti agebatur de eo, qui custodit domum suam, & ponitur exhortatio ad vigilandum, hic autem ponitur de eo, qui bene administrat commissam sibi, deinde de eo, qui male administrat.

Quarto, quia in preceßenti non ponebatur premium, aut pena vigilantis, & non vigilantis, hic autem ponitur beatitudo bene administrantis, & malum, siue pena male administrantis, ideo fuit conueniens addi istam parabolam post preceßentem.

Quomodo Matthæus Marcus, & Lucas consonant inter se penes hanc parabolam, cum varie eam ponant. Quest. CCL V.

QVAERETVR cum Matthæus Marcus, & Lucas varie ponant istam parabolam, quomodo consonant inter se. Nam hic ponitur primo de patrefamilias, qui vigilat, ut fur non perfodiat domum eius. Et postea ponitur de seruo constituto super familiam domini. Sed Marcus dixit, sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & inanitori preceßent, ut vigilet, vigilate ergo, quia nescitis, quando dominus domus veniet, an sero, an in media nocte, an in galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Lucas vero dicit 12. cap. Sint lumbi vestri preceßenti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & multa alia, que neque omnino consonant Marco, neque Matthęo, scilicet de eo, qui ad nuptias iuit.

Dici potest vno modo, quod diuersę parabolę sunt, quas ponunt hi tres Euangelistę, & ideo non consonant, fuerunt autem posite diuersis temporibus a Christo, & ideo non concordant. Et istud satis verisimile est, primo quia talia, que ad vigilantiam pertinent, sepe dici debebant, ut imprimerentur in animo auditorum. Secundo, quia in eis videtur tanta varietas, quod sit difficile deduci ad unitatem.

Tertio, & precipue, quia non posite fuerunt in eodem loco. Nam Matthęus posuit ista nunc dicta cum de iudicio loqueretur: Lucas vero posuit ea 12. ca. & tamen de iudicio habetur Luc. 21. cap.

Aliter potest dici, & melius, quod ista fuerit vera narratio, & vna vice dicta, licet non repugnet idem dictum esse sepe a Christo, cum multo tempore preceßent, & diuersis hominibus, & ea, que quibusdam semel dixerat, erant postea necessaria alijs. Et patet, quia hic ponit Matthęus illa, vbi Marcus, scilicet cum de die iudicij agit.

Sed dicendum est, quod ista fuit vna narratio parabolica posita a Christo admonens ad vigilandum, & a nullo euangelista plene posita, sed ex dictis omnium trium colligitur plena narratio, quilibet tamen posuit partem illius, quantum indicauit satis esse ad propositum suum. Incipit autem narratio, sicut narratur Lucę duodecimo, cum dixit Christus discipulis, sint lumbi vestri preceßenti, & lucernę ardentes in manibus vestris. Si 2 bus

bus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei, beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit sic facientes, amen dico vobis, quia precinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis, & si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote. Vtque ad locum istum est vnus punctus narrationis illius.

Deinde sequitur. Hoc autem scitote, quia si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam, & vos estote parati, quia qua hora non puratis, filius hominis veniet. Et hic est secundus punctus.

Deinde sequitur: Ait ei Petrus, domine si ad nos dicis parabolam hanc an ad oēs? dixit autem dominus: Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quē constituit dominus super familiam suam? Et tota litera Luc. 12. vsque ad illum locum, scilicet partem eius cum infidelibus ponat. Et iste est tertius punctus.

De primo puncto dicendum, quod nihil posuit hic Matthæus, sed Lucas, & Marcus posuerunt illum. De secundo, & tertio nihil posuit Marcus, sed Matthæus, & Lucas ponunt illa, & ita nihil ponit Marcus de eo, quod ponit hic Matthæus, quia Marcus solum primum ponit, Matthæus vero solum secundum, & tertium, & ideo Matthæus, & Marcus hic in nullo concordant.

Dixi etiam, quod nemo trium plenam narrationem facit, sed ex omnibus vna plena resultat narratio, quod falsum esse videtur, cum Lucas omnia tria puncta ponat.

Dicendum, quod verum est, quod patet, quia in primo puncto aliquid ponit Marcus, quod non ponit Lucas, in secundo, & tertio aliquid ponit Matthæus abundantius, quam Lucas, vt ex litera colligitur, & dicitur postea in applicationibus.

Sed quantum ad primum punctum, qui est Marci, & Lucæ, videtur quod non sit eadem narratio, quia dixit Lucas. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs; Marcus autem dixit, quod homo peregre profectus reliquit domum suam, & tradidit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori precepit, vt vigilaret.

Dicendum, quod idem est, & potuit esse, quod Christus vtrunque exprimeret, scilicet quod paterfamilias ibat peregre in regionem aliquam, vel ibat ad nuptias extra regionem, quia vtroque modo dimittit domum suam in potestate seruorum suorum.

Aliter potest dici, quod alterum eorum solum Christus dixit, scilicet vel de peregre profecto, vel de eunte ad nuptias, & tamen vnus euangelista concepit sic, alter sic, eo quod in hoc nihil differt. Nam intentio solum est in vigilando, quod serui vigilēt absente domino vsque ad aduentum eius, maxime quia verum est, quod ille, qui iuit ad nuptias profectus est peregre, scilicet quia extra urbem suam iuit ad nuptias. Et loquitur hic Christus iuxta consuetudinem Iudeorum, que semper fuit & vsque hodie durat saltem in Hispania, quod ad loca remota Iudei pergant ad solennitates nuptiarum cognatorum suorum, & gens ista in hoc specialiter occupatur.

Marcus quoque in hoc expressit, quod dominus constituit seruos super singula opera, ianitori autem precepit, vt vigilaret. De cæteris operibus nihil expressit, sed tetigit rem verisimilem, quia certum erat, quod dominus recedens omnia opera, & administrationes domus sue committeret seruis suis, sed quid alijs mandauerit, aut quid alijs egerint, non expressit;

nisi de ianitore. Et ratio est, quia huic preceptum est vt vigilaret, & quia intentio Marci erat dicere de diligenti vigilantia, ad quam Christus hortabatur, non dixit de operibus aliorum, sed satis fuit dicere de opere ianitoris: Lucas autem istud non expressit solum dicens, quod nos sumus similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur. Ratio autem quare Lucas tacuit, fuit omnino, quod pauciora dicat, quam Marcus, quia nemo breuior est Marco, sed quia Lucas diffusius illud narraturus erat. Nam de domino constituyente seruos super familiam suam in tertio puncto Lucas narrat. Addidit Marcus, vigilate, quia nescitis, quando dominus vester veniet an in sero, an in media nocte: Lucas non dixit vigilate, sed dixit beati sunt serui illi, si in secunda, & in tertia vigilia venerit, & inuenerit, ita id est vigilantes, & in hoc posuit Marcus quatuor vigilias, licet non nominibus vigilare, scilicet sero, media nocte, mane, galli cantu: Lucas vero secundam, & tertia vigiliam posuit, quia in prima, & quarta non est difficile vigilare, quia omnis homo vigilat, sed in secunda, & tertia, & ita istas expressit.

De Euangelistis nemo breuior est Marco.

an in media nocte: Lucas non dixit vigilate, sed dixit beati sunt serui illi, si in secunda, & in tertia vigilia venerit, & inuenerit, ita id est vigilantes, & in hoc posuit Marcus quatuor vigilias, licet non nominibus vigilare, scilicet sero, media nocte, mane, galli cantu: Lucas vero secundam, & tertia vigiliam posuit, quia in prima, & quarta non est difficile vigilare, quia omnis homo vigilat, sed in secunda, & tertia, & ita istas expressit.

Marc. quatuor vigilias posuit.

Quare Marcus non posuit secundum, & tertium punctum huius parabolę. Quest. CCXLVI.

Si queretur quare Marcus non posuit secundum, & tertium punctum huius parabolę, vt dictum est precedenti q.

Dicendum, quod Marcus breuitati studuit, & ideo studiose omnia decurrit, sed cum istud artificiose agat in paucis verbis facit magnas narrationes, vnde in hoc vno puncto ponit virtutem trium punctorum, omnium enim trium est admonere ad vigilandum, sed in primo secundum Lucam ponitur, de seruis vigilantibus absente domino, non distinctis tamen operibus, sed omnibus incumbente vigilia. In secundo ponitur de patre familias vigilante, ne perfodiatur domus sua. In tertio ponitur de seruo constituto a domino super familiam ad regendum eam: Marcus autem non distinguendo hæc ponit virtutem illorum. Nam cum dicit seruis data esse opera, & preceptum esse ianitori, vt vigilaret, posuit virtutem primi puncti, in quo admonentur serui vigilare. De secundo puncto posuit etiam virtutem. Nam ponitur ibi exemplum de patrefamilias, qui non sinit perfodi domum suam. Et concluditur secundum Lucam, & vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Et idem concluditur secundum Matthæum hic, scilicet vigilate ergo, quia nescitis, quando dominus domus veniet. De tertio puncto ponit virtutem, quia in illo dicitur de seruo constituto super familiam, & bene, aut male ministrante, & loco huius dicit Marcus, quod paterfamilias peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, id est cuique super vnam administrationem iuxta conditionem domus, & familie, quod autem serui illi administrationis bonę præmium, aut malę penam recipiant, tacuit ibi Marcus breuitati studens.

Quomodo Mattheus tacuit hic primum punctum de dictis supra q. 245. Quest. CCXLVII.

Quare Marcus non posuit secundum, & tertium punctum huius parabolę. Quest. CCXLVI.

Dicendum, quod Matthæus nihil in virtute tacuit de

de illis tribus punctis. Nam secundum & tertium expresse posuit, in primo autem nihil ponitur, nisi vigilia seruorum, & innuitur, quod dominus iusserit seruis vigilare, vt quacumq; hora veniret aperirent ei, & quantum ad hoc exprimitur in virtute in secundo, & tertio puncto hic vbi vigilare hortatur. Quod vero beatos seruos esse illos addidit Lucas vigilantes expressit hic Mattheus in tertio puncto, cum dixit beatum esse seruum, qui præfuerit bene familie, & illum constituentem super omnia bona domini.

Aliter potest dici, & melius hunc punctum tacuisse hic Matthæus, quia sequens cap. intendebat ponere illum, cum posuit de patrefamilias peregre profecto, qui seruis suis omnia bona sua tradidit varie distribuendo, scilicet vni, talentum vnum, alii duo, alii quinque, & veniens retribuit illis, qui bene operati sunt, & hoc Marcus expressit, dicens patremfamilias peregre profectam constituisse seruos suos super omnia opera domus suę, singulos sup singula, & quia ibi late Matthæus dicitur erat de seruis illis, quod etiam ponitur ad narrationem istam de exhortatione ad vigilantiam, non egit hic de illo primo puncto.

Quare Christus dixit: quis putas est fidelis seruis, &c. Quest. CCXLVIII.

Quare Christus dixit: quis putas est fidelis seruis, quem constituit dominus super familiam suam.

Dicendum, quod ista est causa, quare ponatur ista parabola vltra precedentem, vtraque enim ostendit vigilandum esse pro salute anime nostre, ne dies mortis inueniat nos inopinatos, & nihil curantes. Et tamen homo se habet ad animam suam dupliciter, scilicet vno modo, vt ad rem suam preciosissimam. Alio modo, vt ad rem ab alio ei commendatam, & de qua rationem redditurus est. Quantum ad primum, quia est res preciosissima, & nostra, debemus eam diligentissime custodire ne pereat, quia perderemus maximum bonum nostrum. Quia vero est aliquid nobis commissum a Deo debemus taliter ministrare regendo, vt cum ipse petierit rationem inueniamur parati ad reddendum illam, quod in morte fit. Propter primum ponitur prima parabola, in qua dicitur de patrefamilias, qui vigilat, ne fur perfodiatur domum eius, hoc autem non, quasi alicui redditurus sit rationem de rebus suis si furto eas perdidit, sed quia illas amat & perdere nollit, ideo cum animam, vt preciosissimam rem nostram diligamus, sollicitam operam impendere debemus, vt illa non pereat, licet rationem de illa non essemus reddituri.

Quantum ad secundum ponitur hæc secunda parabola, in qua nobis tanquam prælati, & quibus aliquid commissum est iniungitur vigilare, vt reddam⁹ diligentem rationem de commissis, & tunc pro bona ratione reddita præmium accipiamus.

Et facit hoc Christus tenens modum oratorium ad efficacius suadendum. Nam idem in vtraque parabola intenditur, scilicet admonitio ad vigilandum, & ad eosdem dirigitur, scilicet ad nos ipsos, sed vt idem posset sepe dici, vt sic magis moueat, dicit illud per alium colorem dicens, sicut qui exaggeratione vtuntur apud oratores. Et sic fuit conueniens modus, vt primo hoc per modum patrefamilias poneret, deinde per modum serui constituti sup bona domini, quia ad vtrunque pertinet vigilare, licet diuersa ratione.

Secunda huius causa est, quia Christus voluit hortari ad vigilantiam omnes homines in ecclesia sua. Dupliciter autem se habent homines, quidam enim de se solis ratione redditori sunt, quia de se solis curant.

Alph. Toft. in Matth. Pars VI.

ram habent, & hos admonet vigilare sub exemplo patrefamilias, ne rem suam perdant. Alii habent curam commissarum plebium, vel subditorum aliquorum a quibus non solum Christus rationem petiturus est de seipsis, sed etiam de subiectis, in qua ratione si deficiunt ita peribunt, sicut si de seipsis rationem ineptam, & infidelem redderent, & ad hoc posuit parabolam hanc de seruo patrefamilias constituto supra bona, aut familiam domini.

Tertia causa est, quia Christus vult ostendere quoddam male vigilare, & ideo inconuenientem ratione reddere, hoc vero non potuit ostendi sub nomine patrefamilias, quia paterfamilias vnus est vnus domus, serui autem eiusdem domini multi sunt, ideo vltra parabolam de patrefamilias fuit conueniens poni istam de seruis eiusdem constitutis super bona eius.

Quarta fuit, & præcipue ad ostendendum præmiū vigilantium, & bonā reddentium rationem, siue de seipsis, siue de commissis eis, & contrario facientium poenam, quia Deus poenam, & præmium dat sic aut sic facientibus, sed non poterat hoc introduci in parabola patrefamilias, quia poenam, aut præmium alteri tribuit, qui ei præest, sed paterfamilias, vt huiusmodi nulli subest, & nulli ratione redditurus est, ideo non potest ei sub hoc nomine dari ab aliquo poena, aut præmium, seruis autem subditus est domino, quoniam dominus ad nutum punire potest, aut ei benefacere, ideo debuit introduci parabola de seruis a domino constitutis super familiam, vt bonam reddentibus rationem dñs bonum tribuat, & exaltationem, male autē administrantes merita poena pleat.

Aliter autem Lucas videtur introducere, nam posuerat Lucæ duodecimo capitulo, de patrefamilias vigilante, ne fur suffodiat domum eius. Et sequitur ibi: Ait illi Petrus, domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Et ait dominus, quis putas est fidelis dispensator, & prudens, &c. & ita posuit hanc parabolam, quasi reipsonem ad questionem Petri. Et est sensus, quod parabola patrefamilias, de qua quarebatur intelligebatur non de solis Apostolis, sed de omnibus hominibus, quia dicitur: Quis putas est fidelis dispensator, &c. Quasi dicat, quicunque talis fuerit exaltabitur a domino, qui autem malus punietur. Et ideo non vos soli, sed omnes, qui serui sunt Dei, & aliquid acceperunt ministrandum, siue bene, siue male ministrent, rationem reddent, & inde retributionem accipient, & tamen illa continuatio Lucæ non repugnat causis supra positis. Nam si solum respondere vellet, Christus ad questionem Petri diceret, pertinet ad omnes; & non subiungeret aliam parabolam, sed addidit illam, ideo propter causas præcedentes posita est.

Quomodo conuenit nobis hæc parabola de seruo, & an omnibus, vel aliquibus. Quest. CCXLIX.

Quare Marcus non posuit secundum, & tertium punctum huius parabolę. Quest. CCXLVI.

Quare Marcus non posuit secundum, & tertium punctum huius parabolę. Quest. CCXLVI.

De

Christus hic loquitur imitatoris Iudeorum.

In q. 243

De primo patet, quia quicumque gerit curam de alio quodam modo est constitutus super eum, sed unusquisque horum habet curam de alio, quia unicuique mandauit Deus de proximo suo Ecclesiasti. decimo tertio capitulo, & tenetur quilibet corrigere alterum correctione fraterna. Nam quilibet hac correctione est corrigendus etiam Papa, ut ostensum est supra decimo octauo capitulo, quæstione octuagesima septima, & cuiuslibet competit ista correctio contra quemlibet, eodem capitulo, quæstione octuagesimanona, & tamen correctio est quodam modo maioris, ideo cum quilibet habeat onus corrigendi alterum fraternaliter, quilibet est constitutus super alterum, & hoc modo cuiuslibet homini competit, quod sit iste seruus, qui constitutus est super familiam Dei.

Secundo modo quantum ad idem quilibet constituitur supra familiam, quæ intra se est, quia quilibet homo est quædam vniuersitas, & non solum vna domus, immo etiam vnus mundus dicitur homo. Vnde microcosmum eum vocant. i. minorem mundum. Est autem multitudo potentiarum, & virium, & affectionum in homine, omnia hæc regenda sunt per hominem, qui omnibus his præest, & cum secundum rationem omnia hæc gubernauerit, bene regit familiam cui præest.

Secundo quantum ad principale potest intelligi de principibus secularibus, nam his comissa est familia, vere enim hi a patrefamilias, idest Deo constituti sunt super familiam suam, idest super populos, quibus præsent, quia potestas ista temporalis a Deo est. Sic enim dicitur ad Roma. decimo tertio capitulo, omnis potestas a Deo est: reges enim per Deum regnant. Prouerbiorum octauo capitulo, & non solum boni reges, sed etiam mali. Iob trigesimo quarto capitulo, scilicet. Qui facit regnare hypocritam propter peccata populi. Est enim regnum, & omnis principatus terra in manu Dei. Daniel. quarto capitulo, donec scias, quod altissimus dominatur in regno hominum, & cuiuscunque voluerit dabit illud, & ita omnes principes seculares a Deo constituuntur super populos, sicut seruus super familiam domini.

Tertio potest accipi de prælati ecclesiæ, quia cum ceteræ potestates a Deo sint, a fortiori erit ecclesiastica, quæ est spiritualis, & per quam magis homines diriguntur in Deum, quam per secularem. constituit ergo Christus, qui est paterfamilias prælatos super familiam suam, idest super populum Christianum, & licet in quolibet istorum modorum possit accipi, tamen hoc tertio modo maxime accipitur. Sic dicit Hilarius super Mat. scilicet quamuis dominus supra in communi ad indefessam vigilantie curam fuerit adhortatus, specialem tamen populi principibus, idest episcopis in expectatione aduentusque suo sollicitudinem mandat. Hunc enim seruum fidelem atque prudentem præpositum familie signat commoda atque utilitates commissi sibi populi curantem.

Quare Christus dixit: Quis putas est fidelis seruus &c.

QUAREBTVR quare dixit Christus: Quis putas est fidelis seruus &c. Dicendum, quod quisputas vna dictio est, & non duæ partes, quia aliàs locutio esset ad vnum, quem Christus specialiter interrogaret, quod litera non permittit. Nam ad discipulos plures loquitur, idest ad quatuor, quibus incepit istum sermonem Christus a principio huius. c. & durat vsque ad. 26. vt patet Mar. 13. c. licet poterat dici, quod ad vnum loquebatur, quia cum Christus dixisset supra parabolam de patre-

Familias vigilante, dixit Petrus, domine ad nos dicitur parabolam istam, an ad omnes? Lucæ. 12. ca. Et tunc Christus dixit: Quis putas est fidelis seruus &c. & tamen dicendum, quod est vna dictio, scilicet quisputas, idest quis, sicut quispiam, vel quisnam, sed quisputas semper ponitur interrogatiue.

Sed tunc dicitur, quare Christus hoc interrogauit, & quid interrogauit? Dicendum, quod interrogat quis est ille seruus, qui erit fidelis, & prudens ad hoc, quod dominus suus constituat eum super familiam suam. Est autem dicendum, quod Christus non interrogat, quasi nesciat, sed modus est loquendi. Nam etiam Deus aliquando inuenitur interrogare, sicut cum dixit: Adam vbi es? Gene. 3. c. Sic dicit Chrysostomus in homilia, scilicet quod autem dicit, quisputas non est ignorantis, inuenitur enim, & pater interrogando loquens: Adam vbi es?

Sed dicendum, quod ponitur ad signandum difficultatem, quia difficile est inuenire dispensatorem fidelem, & prudentem, quem constituitur possit super familiam suam, & tamen licet sit difficile, non est impossibile. Sic dicit Remigius, scilicet. Neque signat hæc interrogatio impossibilitatem perficiendæ virtutis, sed difficultatem.

Est autem difficultas ista inueniendi propter raritatem, & raritas ista prouenit ex conditionibus duabus, quas ponit. i. fidelis, & prudens. Sic dicit Chrysostomus: Fidelis seruus domino pp dominum seruans oues Christi non ad lucrum, sed pro amore Christi pacens. Et istam raritatem signauit Apostolus. 1. Corin. 4. c. f. hic querit inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Ostenditur quoque ista difficultas, & quasi admiratio ex eis, quæ sequuntur. i. beatus ille seruus, quæ cū venerit dominus, inuenient sic faciendæ. i. si aliquis talis fuerit beatus erit, quia dignus est beatitudine.

Quare Christus dixit fidelis, & prudens. Quæst. CCL I.

QUAREBTVR quare dixit fidelis, & prudens. Dicendum, quod ista duo requiruntur ad seruum, quæ hic dicitur, nam iste non est seruus simpliciter, sed seruus constitutus super familiam, & est, qui vocatur dispensator. Sic patet Lucæ. 12. c. vbi non dicitur fidelis seruus, sed fidelis dispensator. Ad seruum autem simpliciter, vt sit bonus seruus non requiritur, nisi virtus boni viri, & alii boni serui, vt vult Aristoteles primo Politicorum. Et de ista virtute non dicitur hic, quia iste non est seruus simpliciter: ad seruum autem, qui est dispensator in quantum est seruus requiritur obedientia, sed in quantum est dispensator non requiritur obedientia, quia potius habet administrationem super alios, licet in quantum seruus manet obedientia requiritur. Sed duo ad dispensatorem bonum requiruntur, scilicet fidelitas, & prudentia. Fidelitas est, vt res domini non defraudet, vt illius commoda procuret, sicut enim infidelis dispensator est, qui bona domini clam tollit, & decipit, ita qui cum possit res domini meliores efficere non efficit, aut cum possit illas saluare, perire sinit, iam enim fidei illius creditæ sunt non solum, vt seruet, sed vt meliores efficiat, sicut dominus efficere curaret, si per ipsum rem propriam administraret.

Etiam prudentia requiritur, quæ est ratio agendorum sexto Ethicorum capitulo. de prudentia. Hæc quoque necessaria est, quia aliqui sunt fideles, qui domino nihil tollunt, sed quia insipientes sunt rem dominorum tractare commode nesciunt, & ideo perijt substantia eorum non infideliter, sed imprudenter administrata. Ad hoc autem, quod pereat nihil differt, quod infidelitate an imprudentia pereat, cū dominus æqualiter iacturam patitur,

fiatur, licet non est peccatum administrantis vtrouique æquale, ideo vtrique Christus posuit, & ob hoc est difficultas talem inuenire dispensatorem. Facilius autem esset si altera tantum conditio quæreretur, sed licet difficile sit vtrouque haberi difficilius est fidelis, quam prudentem inueniri. Vnde Apostolus non dixit ratam esse prudentiam in dispensatoribus, sed fidelitatem, cum ait: Hic iam quæratur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.

Sciendum etiam, quod dispensatorem fidelem vocamus non a fide, sed a fidelitate, fides. n. est theologica virtus, de qua. 1. Co. 13. maneat autem in vobis spes, fides, charitas, tria hæc: Est & aliquando fides donum, quo miracula fiunt, & fieri impetrantur, iuxta illud: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, supra 17. & 21. & Luc. 17. ca. & vtrouque modo fides est a Deo, & ad Deum. Fidelitas autem est hominis ad hominem, & Dei ad hominem. De homine ad hominem, vt quod alteri seruiat, quæ promissis vocatur fidelis, & in omnibus inuenitur fidelitas, & infidelitas, tam in maioribus respectu minorum, quam in contrario. De Deo ad hominem patet Iaco. 1. c. fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari vltra id quod potestis. q. d. Deus promissis, quod adiuuare vos, & non permitteret vos in manu aduersariorum, quos superare non poteritis, & tamen si permitteret incidere tales tentationes, quas vos non possitis superare, permitteret vos in manu fortioris potestatis, & iam non diceret verum, sed Deus fidelis est. i. promissis seruans, ergo non permittet vos tentari vltra id, quod potestis. Sic etiam dicitur 1. Timothe. 2. cap. i. Fidelis est Deus, & seipsum negare non potest, idest Deus fidelis est complens omnia, quæ promissis, quia non potest seipsum negare. Et tñ negaret seipsum si verba sua negaret. Et Psalm. 144. dicitur: fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, idest omnia verba sua, quibus aliquid promittit vera sunt. Hic autem accipitur fidelis a fidelitate, quam dispensator tenetur seruare domino, licet etiam fidelis interdum a fide dicatur. Sicut omnes nos fideles vocamur, qui in Christum credimus. Et sic accipitur Ioann. vigesimo capitulo, noli esse incredulus, sed fidelis. i. credens veritatem resurrectionis.

Quomodo dicitur seruus iste constitutus super familiam. Quæst. CCL I.

QUAREBTVR quomodo dicitur seruus iste constitutus super familiam. Dicendum, quod potest intelligi dupliciter: vno modo, quia præsentate domino esset constitutus iste seruus super familiam. Alio modo, quod absente domino. De primo satis patet, quia dominus magnæ domus non potest per seipsum omnia ministrare, & rerum suarum curam agere, & interdum si possit, non expedit facere, propter dignitatem domini, & ideo ista alius commendat, pp quod dispensatorem domus suæ, quilibet dominus constituit, & in isto requiritur fidelitas, & prudentia, sicut dictum est.

De secundo, quia si dominus absens sit oportet, quod rerum, & familie suæ dispositionem alicui comederet, & ille est seruus constitutus a domino super familiam, & licet vterque modus conuenire possit, secundus tamen verus. Et patet, quia dicitur in litera: Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenierit sic facientem, ergo absens erat, dum seruus præerat familie.

Secundo, quia dicitur, si autem dixerit seruus ille malus in corde suo, moram facit dominus meus venire, ergo absens erat. Etiam dicitur, veniet dominus Alph. Tost. in Matth. Pars VI.

A illius serui hora qua ignorat, & die qua nescit, & eadē ponuntur Luc. 12. c.

Tertio, quia alias non conueniret ad intentionem Christi, ipse enim incitat in omnibus his ad vigilantiam, & tamen si domino præsentate constitueretur, & ministraret seruus, non esset vigilantia aliqua in expectatione domini, quia illum haberet præsentem. ideo oportet, quod dominus absens sit, quando seruus ministrat.

Quarto, quia fecit magnam difficultatem circa fidelem, & prudentem seruum, & tamen licet præsentate domino in seruo ministrante ista requirantur parum est, quia si infidelis est, potest dominus videre, & amouebit eum ab administratione, vel seruus non audebit infideliter agere sciens, quod quotidie dominus poterit videre. De prudentia idem est, quia si imprudens fuerit, dominus præsentem dabit modum agendi, & instruet imprudentem, si absens dominus est multum nocet infidelitas dispensatoris, quia resisti ei non potest. Etiam ille non timet deprehendi, quia dominus absens est, imprudentia quoque eius non potest adiuuari ex domini præsentia, ideo in absentia domini maxime requiritur dispensator fidelis, & prudens. Quinto, quia ita conuenit ad intentionem parabole, scilicet pro prælati ecclesiæ, quod sit absens dominus, nam quoad Christus, quasi absens est, committit illis ecclesiam regendam, & postea rationem petet de administratione.

Sed de isto patrefamilias absente, dicendum quod se absentauit iurus ad nuptias velut peregrinatur in aliqua regione.

Primum enim ponit Lucas in ista narratione dicens: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis.

Secundum autem ponit Mat. 13. cap. dicens, quod homo iste peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit, vt vigilaret.

Quid in hoc significatur. s. vt det illis cibum in tempore. Quæst. CCL III.

QUAREBTVR cum dicatur: vt det illis cibum in tempore, quid significatur in hoc. Dicendum, quod significatur administratio quantum ad quotidianos cibos. Et dicitur, vt illis, idest toti familie det cibum, & nomine cibi intelligitur cibum, & potus, quia etiam potus cum nutriat est quidam cibus, & Lucæ duodecimo capitulo, dicitur aperius, vt det illis in tempore tritici mensuram. i. familie det triticum, quia triticum est de quo panis conficitur, qui est præcipuus cibus.

Sed aliqui dicunt, quod licet de cibo dicatur, quod non solum erat prepositus ad cibum, sed etiam ad omnia, quæ ministrantur familie, scilicet vestes, & calceos, nam secundum iura humana nomine alimentorum etiam vestimenta continentur. Potissime, quia dominus iste dimisit domum suam in manu serui, eo quod ipse abiit, ideo etiam istam administrationem circa ministranda indumenta, & cætera necessaria familie daret seruo huic.

Dicendum, quod non dedit illi potestatem, nisi circa quotidianos cibos, nam si constituisset eum super omnia bona domus suæ, non haberet locum litera sequens. Nam dicitur, beatus ille seruus, quem cum venerit dominus inuenierit sic facientem: Amen dico vobis, quod super omnia bona constituet eum, ergo non erat constitutus super omnem domum, sed solum super id, quod expressum erat. Et idem dicitur Luc. 12. cap.

Secundo patet, quia litera hic exprimit ita. Nam si diceret, quem constituit dominus super familiam suam, & nihil ultra adderetur, posset intelligi, quod super totam domum, & omnem administrationem constitutus erat, sed dicitur constituit super familiam suam, ut det illis cibum. Et Luca. 12. c. idem expressum est. ut det illi in tempore tritici mensuram.

Ad rationem primam in contrarium dicendum vno modo, quod nomine alimentorum intelliguntur vestes, ut quando dicimus alimenta legata, & tamen hic non ponitur alimentum, sed cibus, qui minus signat, nam & potus manet exclusus ex rigore significationis, potissime cum Luca. 12. c. magis istud declaretur, quia dicitur, ut det tritici mensuram, & tritici signat partem cibi. Secundo potest dici ad idem, quod etiam si poneretur nomine alimenti non, posset intelligi cetera necessaria, eo quod expressum est, non posse intelligi, quia cetera bona domini manent esclusa, super qua postea constituitur seruus bonus.

Ad confirmationem dicendum, quod licet dominus peregre profectus est, non dimisit dispensatori, quem constituit super familiam curam omnium rerum domesticarum, sed solum ciborum quotidianorum. Et ratio est, quia quedam sunt familie necessaria quotidie, quedam vero ad aliquantum tempus: quotidie necessarius est cibus, ideo dixit Christus in oratione: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, id est panem, qui necessarius est quotidie supra 6. & Lu. 11. c. Alia non sunt quotidie necessaria, ut vestimenta, & calcei, dominus autem peregre profectus constituit seruum super prima, & non super secunda, eo, quod absentia domini erat ad paruum tempus, in quo non erat necessaria ministratio aliqua circa illa. Et patet, quod fuerit pauci temporis mora, quia dominus solus iuraturat nuptias Lu. 12. c. & vos similes expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs.

Quare expressum fuit: In tempore.
Quæst. CCLIII.

QUARE DICITUR, ut det illis cibum in tempore, & quare expressum fuit in tempore. Dicendum, quod voluit Christus, quod dominus constitutus seruum super familiam voluit non solum, quod ille ministraret familie necessaria, sed etiam, quod debite, & ordinate. Et ad hoc dixit in tempore.

Circa, quod sciendum, quod seruus ille, qui bene administraturus erat, debebat familie providere ad medium, scilicet non delicate, neque famelicæ, utriusque enim domino inconueniens est. Primum est domino inconueniens, nam si delicate pascenda sit familia nullius domini facultas sufficit, & si facultas deficeret iam defineret esse familia domino subdita. Nihil enim preposterum est, ut familia deliciose viuat, sed ut grossis cibis ad sufficientiam pascatur.

Secundum etiam est inconueniens, quia si quis famelicam teneat familiam clamabit Psal. 58. si non fuerint saturati, murmurabunt: & domino non conuenit, quia infamatur dominus, & etiã, quia nemo eum sustinebit. Ad medium ergo veniendum est, scilicet ut familia ad sufficientiam pascatur, sed grossis cibis, qui sustentant, & non mollescant.

Ad hoc autem duo requiruntur, scilicet qualitas cibi, & numerus cibrationis, qualitas, ut dictum est, quod non sit cibus delicatus, neque preciosus, cum quo & quantitas iungitur, ut etiam de grosso illo non quantumcumque detur, sed ad placitum, sed ad determinatã quantitatem, quæ sufficiens sit, numerus autem cibrationis est, ut non in quacumque hora comedat, & ita sepius comedat, sed solum quantum homines consueverunt, & quoties libet. De secundo dicitur hic: Ut det illis cibum in tempore, id est in debito tempore ad cibum, & quacumque hora, neque quotiens quis voluerit. De primo dicitur Luca. 12. c. ut det illis in tempore tritici mensuram, & omnia hæc simul expressit Lucas qualitate. scilicet cibi, quia solum panem posuit cum dixit tritici. Et per hoc exclusit delicata, & pingua, & vinum non dixit, quasi non sit necessarium, panis autem necessarius est, Eccl. 29. c. In initium vite hominis panis, & aqua, & vestimentum. Vinum autem saltem secundum antiquos non pertinebat ad familiam, sed ad delicias Proverb. 21. c. Qui amat vinum, & pingua non ditabitur. Quantitatem expressit in quantum dixit mensuram, nam licet grossa sunt, quæ familie dantur in mensa, cetera danda sunt, numerum cibrationis posuit in quantum dixit in tempore, nam tempus comedendi quotidie est bis. Conueniens autem fuit hoc dicere, quia ex precedentibus sequitur. Nam dictum erat: Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam; non frustra tamen dispensator fidelis, & prudens queritur, qui cum tanto labore inuenitur, & ideo ad hoc queritur, ut per fidelitatem substantiam domini sui non dilapidet familiam delicate, aut superuacue pascendo. Etiam prudentia tenenda est, ne dispensator ita vellet parcere rebus domini, quod familiam famelicam reddat. Fidelitas igitur, & prudentia simul temperavit hæc reducendo ad medium. scilicet ut detur quantum oportet, & quale oportet, & quando oportet. Et hoc est dare ei cibum in tempore, vel ut dicitur Luca. 12. c. dare mensuram tritici in tempore.

QUARE DICITUR, ut det illis cibum in tempore, id est in debito tempore ad cibum, & quacumque hora, neque quotiens quis voluerit. De primo dicitur Luca. 12. c. ut det illis in tempore tritici mensuram, & omnia hæc simul expressit Lucas qualitate. scilicet cibi, quia solum panem posuit cum dixit tritici. Et per hoc exclusit delicata, & pingua, & vinum non dixit, quasi non sit necessarium, panis autem necessarius est, Eccl. 29. c. In initium vite hominis panis, & aqua, & vestimentum. Vinum autem saltem secundum antiquos non pertinebat ad familiam, sed ad delicias Proverb. 21. c. Qui amat vinum, & pingua non ditabitur. Quantitatem expressit in quantum dixit mensuram, nam licet grossa sunt, quæ familie dantur in mensa, cetera danda sunt, numerum cibrationis posuit in quantum dixit in tempore, nam tempus comedendi quotidie est bis. Conueniens autem fuit hoc dicere, quia ex precedentibus sequitur. Nam dictum erat: Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam; non frustra tamen dispensator fidelis, & prudens queritur, qui cum tanto labore inuenitur, & ideo ad hoc queritur, ut per fidelitatem substantiam domini sui non dilapidet familiam delicate, aut superuacue pascendo. Etiam prudentia tenenda est, ne dispensator ita vellet parcere rebus domini, quod familiam famelicam reddat. Fidelitas igitur, & prudentia simul temperavit hæc reducendo ad medium. scilicet ut detur quantum oportet, & quale oportet, & quando oportet. Et hoc est dare ei cibum in tempore, vel ut dicitur Luca. 12. c. dare mensuram tritici in tempore.

Quare dicitur: Beatus ille seruus, & quomodo ille est beatus.
Quæst. CCLV.

QUARE DICITUR, quare dicitur, beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius inuenierit sic facientem, & quomodo ille est beatus.

Dicendum, quod ista litera potest accipi dupliciter. scilicet quantum ad corticem parabolæ, & quantum ad intentionem Christi, ad quam inducit parabolam. De secundo patet, quia de prelatibus ecclesiæ accipitur, qui curam habent populorum commissorum eis, & si isti fideliter administraverint, & dominus eorum. scilicet Christus veniens ad mortem inuenierit eos sic facientes. id est perseverantes in hac fidelis administratione usque ad mortem, certum est, quod illi beati erunt, quia vitam eternam acquirunt, & in magno gradu excellentie.

Accipiendo primo modo, scilicet quantum ad seruos, qui dispensant res dominorum, verum est, quia beati sunt accipiendo beatitudinem, ut homines beatitudinem vulgariter vocant. Beatos enim populos vocat eos, qui assequuntur quod valde cupiunt, & ob hoc quia mulieres valde cupiunt habere filios, quia hoc est earum naturale desiderium. scilicet verbum liberis replere, ut patet. ff. soluto matrimo. l. i. vocatur beatæ mulieres illæ, quæ multos filios pariunt. Sic dixit Lia Gene. 30. Beatam quippe me dicent mulieres, quia pepererunt sex filios. Eos quoque, quod abundantiam temporalium bonorum habent, beatos vocat vulgus, ut Psal. 143. beati dixerunt populo, cui hæc sunt. id est hæc talia bona. Et sunt illa bona temporalia, quæ ibi narrata fuerant, sed seruis taliter agentibus multa bona dantur, ideo apud vulgus beati sunt serui illi.

Aliter etiam potest induci, quia Aristoteles primo. Etichorum dicit singulis hominibus videri beatitudinem esse in eo, quo ipsi maxime indigent, & quod maxime optant, & ideo egrum beatitudinem putant sanitatem, qui pauca sapiunt admirantur eos, qui supra se magna dicunt, & eos beatos dicunt. Seruus autem nullo magis indiget, quam libertate, ideo liberum effici

Effici est illi beatus esse, & tamen seruus, qui sic faciens inuenatus fuerit a domino manumittetur, ut liber sit, ideo beatus erit seruus ille.

Amplius quia ut Aristoteles dicit primo Ethicorum capitulo, mendicus putat beatitudinem esse diuitias, sed nullus est magis mendicus, quam seruus, qui nihil habet, neque acquirere potest, sed quicquid acquirit domino acquirit, quoniam neque ipse sui iuris est, sed est homo alterius existens. 1. Politicor. 2. c. ideo diuitias habere, aut potestatem aliquam est seruo beatitudinem, sed seruus sic faciens a domino suo exaltabitur, quia dicitur in litera: Amen dico vobis, quia super omnia bona constituet eum: ergo seruus ille beatus est.

An iste malus seruus sit idem, qui supra ponebatur.
Quæst. CCLVI.

QUARE DICITUR, quantum ad hoc quod dicitur de malo seruo, scilicet. Si autem dixerit malus seruus ille, & est dubium, an sit idem seruus, qui supra ponebatur. Aliquis dicit, quod erat idem seruus, eo quod dicitur ille, & oportet, quod domesticus, aut referat, & quomodocumque accipitur refertur ad precedentia, & tamen supra non est dictum, nisi de bono seruo.

Dicendum, quod non dicitur de illo, quia ille bonus erat: iste autem, de quo hic dicitur, est malus seruus.

Sed obiicitur, quia idem erit. Nam qui prius erat bonus, poterat postea esse malus. Facile est enim de bono in malum mutari potius, quam de contrario, quia ut ait Virg. 6. Aeneid. facilis est descensus auernæ, sed reuocare gradum difficile est.

Dicendum, quod non stat, quia ille quando fuit dominus absens, semper fuit bonus, & ita dominus inuenit eum facientem, & ob hoc constituet eum super omnia bona sua, & ideo non fuit versus de bono in malum.

Sed adhuc obiicitur, quod cum prius fuisset bonus, & ob hoc dominus constituisset eum super omnia bona sua, felicitate illa inflatus effectus est malus, & fecit quod hic dicitur.

Dicendum, quod non stat, quia iste seruus malus, de quo hic dicitur, erat malus, dum dominus absens erat, immo absentia domini fuit ei occasio mali, ut in litera dicitur, & tamen seruus, de quo supra dictum est fuit bonus, quando dominus absens fuit, & quando dominus venit, inuenit eum sic facientem.

Secundo, quia iste seruus malus non considerat quod veniet dominus, & ille subito venit, & ponit seruum in loco, ubi est frigus, & stridor dentium, ut dicitur in litera, seruus tamen bonus supra positus cum semper bene administraverit quousque venit dominus, efficitur ab eo beatus, quia constituitur super omnia bona, quæ habet dominus.

Ideo dicendum, quod non potest esse idem seruus, nisi quis diceret, quod ille seruus precedens fuit bonus, quousque venit dominus, & constitutus est super omnia bona eius, & postea iterum absente domino effectus est malus, & rediens dominus posuit eum in loco stridoris dentium. Sed hoc non stat, primo quia hoc non vult litera, quia non ponit dominum absentem, nisi semel, & cum rediit, dedit poenam, aut præmium seruo, & non est aliquid addendum sine necessitate.

Secundo, & præcipue, quia hoc non conuenit intentioni Christi secundum applicationem parabolæ, nam ad seruos suos semel tantum venit ipse dans præmium, aut poenam, & si semel Christo bonam rationem. Test. in Marth. Pars VI.

Nem reddiderint, non possunt de cætero malum reddere, immo nullam reddiderint sunt. Hæc enim ratio in morte redditur, ideo ad seruos istos semel venit dominus, & sic non est idem seruus, qui supra dicebatur bonus, & iste, qui malus dicitur.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quod ad superiora refertur cum dicitur ille, & tamen supra tamen de bono, quam de malo seruo innuitur, cum dicitur: Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quasi dicat aliquis est, qui non est talis, & iste est hic malus seruus, de quo hic dicitur.

Sed dicitur quomodo potest hic poni de malo seruo, quia ista narratio debet esse iuxta consequentiam principii, & tamen in principio solum est dictum de fideli seruo, & prudente.

Dicendum, quod expresse de bono seruo dictum est, & tamen ex modo locutionis de malis etiam seruis intelligitur, nam dicitur: Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quasi dicat rarum est inuenire bonum seruum, & difficile est, ideo ubi est talis raritas, & difficultas, plures sunt mali serui, quam boni, & in illis cum posuerit Christus unum seruum bonum, potuit faciliter inuenire alium malum, quem poneret.

Quomodo ista, quæ cogitat seruus mouent ad hoc, quod ipse male administrat.
Quæst. CCLVII.

QUARE DICITUR, cum dicatur in litera: Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus venire. Et quomodo ista mouent ad hoc, quod ille male administrat.

Dicendum, quod seruus iste volens deliciose, & ad nutum viuere omnia fidelis administratione, cogitavit quomodo hoc facere posset, & ad hoc dicit, quod in corde suo ista dicit seruus, id est in tra se cogitat, & innuitur ex hoc, quod iste non cepit male administrare statim, ut dominus commisit ei familiam, & recessit, sed aliquanto tempore postquam recessit, cum iam dominus moram faceret.

Et dicendum, quod ista mora fecit cogitare hæc. Primo, quia propter moram poterat cogitare, quod forte dominus nunquam rediret, sed moreretur in regione, ad quam peregrinatus fuerat. Et ita nemo pereret rationem ab eo de mala administratione, neque puniretur pro illa, & ideo iam familiam magis, ut dominus, quam ut conseruus tractabat percussitudo pueros, & ancillas. Audaciam enim magnam præstat seruis non solum ad male ministrandum, sed etiam ad habendam spem successionis absentia longa dominorum. Sic patet supra 21. c. in parabola de hoie, qui plantauit vineam, & locauit eam agricolis, & profectus est in aliam regionem: nam cum mitteret seruos tempore fructuum ad colonos occiderunt seruos, & postea cum ille mitteret filium suum, & illi cum vidissent, dixerunt, hic est heres, venite occidamus eum, & nostra erit vinea. & tunc certum est, quod non succedebant illi in vinea.

Secunda causa erat, quia cum videret seruus longam moram, sciebat quod non poterat peti ab eo de administratione, usque post multa tempora. Quod vero distat, parum timetur, malum autem quod presens est multum timetur, ideo paruitas timoris faceret, ut non dubitaret male administrare. Si autem statim veterus esset, cum malum esset, quasi præsens, quod inferendum erat, retraheret eum, ne male administraret.

Tertia erat, quia in multa absentia domini poterat seruus diu gaudere, & delectari, & aliqui sunt ita seruilis animi, quod sponte tolerabunt aliquas poenas, ut ad tempus permittantur potius desiderijs suis.

quis, si autem statim dominus venturus esset paruum tempus haberent ad gaudendum, & illico paterentur penam, pro paruo autem gaudio nolent sustinere cruciatus, ideo in paruo tempore absentie nolent serui male administrare.

Quarta, & præcipua est, quia in longa absentia est locus fructuoni delectationum, & spei impunitatis, nam, si comedendo, & bibendo cum ebriosis dilapidaret seruus aliquid de substantia domini per multum tempus, erat locus recuperandi perditam administrationem, quando post longum tempus de administrationis ratio redditur. Si autem post paruum tempus repetenda est ratio administrationis non est locus delicti, quin constet de mala administratione, & dispensatione substantie, ideo diuturna absentia, domini fuit occasio seruo, vt male administraret.

Quare hoc ponitur, scilicet quod seruus malus capit percutere seruos etc. Quæst. CCLVIII.

QVAERETVR cum dicitur hic, quod seruus iste malus cepit percutere seruos, & manducet, & bibat cum ebriosis, quare ponitur hoc.

Dicendum, quod ponitur ad notandam malam administrationem, nam ad hoc dicebatur, quod dicebat iste seruus, moram facit dominus meus, vt male administraret, & ideo ponuntur ea, in quibus male administrabat, scilicet percutere seruos, & manducare cum ebriosis. De primo dicendum, quod pertinet ad malam administrationem dupliciter, Primo, quia dissipat rem domini, nam accipitur hic percutere indebite, quia percutere debite non est vitium eis, qui præsumunt corrigendo, & ideo cum seruus iste præsumptus haberet ceteros seruos, & ancillas sub se, & correctio illorum ad eum spectabat, quando non gubernarentur conuenienter ad imperium eius. Ponitur ergo hic percutere indebite, & vltra modum. Et manifestum est, quod istud repugnat statui domus, & est dilapidare eam. Turbabitur enim pax domus cum indebite percuteret seruos iste, qui præsidet, sublara autem pace, necesse est multa opera omitti, & multa inconuenienter agi, per quæ minuitur facultas domini. Etiam quia iniuste percussit fugientem iniustam dominationem, potissime cum seruus super seruos tyrannidem agit, quia in tolerabilius videtur quanto quis a minori, & indigniori patitur, fugientibus autem seruis propter tyrannidem conserui perit res domini, quia seruus est res possessa Domini, quinto Ethicorum cap. vel pecunia domini sui Exo. vigesimo primo capitulo.

Secundo quantum ad idem, quia cum seruus percutit conseruos agit ex superbia, & iam exiit conditionem serui, quia debet seruus in humilitate subditus esse, & cum præsidet non debet efferri, quasi dominus, sed sollicite curare rem domini, vt seruus, & ideo mala administratio est, quia iam non administrat, vt seruus.

De secundo, scilicet quod cum ebriosis vastat rem domini, quia ipse deliciose viuendo exhaurit facultates, & non solum ipse, sed alij partes facit, scilicet quod alij ebriosis cum eo bibant, & comedant de rebus domini sui. Et hoc est contra id, quod dicitur Lucæ 12. c. quod iste seruus constitutus est, vt det familiæ in tempore tritici mensuram, & tamen iste non dat ad mensuram, sed vltra mensuram biberunt, aut comederunt. Et sciendum, quod vt poterit magna dilapidatio substantie domini, si quod manducabat cum ebriosis, in quo duo mala erant. Vnum, quod ipse deliciose vivebat, & ita plus de bonis domini consumebat, quam satis esset, nam

F cum seruus esset parcere cibis deberet, & sollicitudini inuigilare, vt rem domini augetet. Secundum erat, quia alios secum adiungebat ad comedendum, & bibendum delectabiliter, vt cum maiori gaudio perciperet hanc refectionem, & laudaretur ab eis, quos festiue poscebat, & hoc notatur, cum dicitur. Cum ebriosis, scilicet quod alij inebriabantur, sicut & ipse, & tamē de bonis domini illius. Tertium malum poterat addi, scilicet quia per accidens peribat res domini ex defectu sollicitudinis, nam magna domus multa sollicitudine indiget, vt gubernetur. Qui autem delicti, & ebrietati vacat, non potest sollicitudinem agere circa rem familiarem, quanta est necessaria, quia turbarentur per hoc delicti, maxime, qui inebriatur, quia ille, neque potest vllam tunc agere.

Sed obijciatur, quia Lucæ 12. cap. dicitur. Ceperit edere, & bibere, & inebriari.

Dicendum, quod idem est, quod hic Matthæus dixit. Nam licet solum dixit manducet, quia tamen addidit cum ebriosis, certum est etiam, quod bibere inclauditur, quia ebrius ad potum pertinet, potius quam ad cibum, sed Lucas non solum dixit manducare, & bibere, sed etiam inebriari, quia manducare, & bibere dicunt vltim, & non vitium, inebriari autem dicit excessum, ideo addidit illud. Matthæus quoque posuit ebriosis, ideo intelligitur, quod manducatio, & potus ad excessum pertinebant tam in qualitate, quam in quantitate, sed addidit hoc Matthæus, quod dixit eum ebriosis. In quo innuit, quod non solum seruus ille res domini dilapidabat extra mensuram edendo, & bibendo, sed & alius in hoc vsu communicando. Et dicuntur hic ebriosis non solum vltra modum bibentes, sed etiam manducantes, quia ebrius dicitur extrabram. i. mensuram, & tamen mensura in vtroque est necessaria, ideo ebrietas in vtroque erit, sed magis sollemus ebrietatem dicere circa potum, crapulam vero circa cibum.

An seruus iste peccabat infidelitate, vel imprudentia? Quæst. CCLIX.

QVAERETVR cum dicitur supra, quod seruus quarebatur fidelis, & prudens ad constituendum super familiam, in quo horum peccabat seruus iste, an in infidelitate, vel imprudentia.

Dicendum, quod in vtroque peccabat, quia necesse est. Non enim potest aliquis peccare contra prudentiam, quin peccet contra virtutem moralem, neque contra virtutem moralem, quin peccet contra prudentiam, vt colligitur 6. Ethicorum, & ideo in continentem non vocat. ibidem Aristotel. malum; egrefsius tamen est ab opinione, & sic contra regulam prudentie agit. Malum tamen seruum vocat hic Christus istum, ideo necesse est, quod contra virtutem ageret, & tamen non ponitur hic, nisi fidelitas, & ita contra illam ageret.

Dicendum autem de prudentia, quod contra illam egit. Primo, quia non habuit conuenientem occasionem male administrandi ex mora domini, nam ipse finxit legem moram domini, cum non esset certus, quando veniret, & ita venit hora, qua ille non sperabat.

Item imprudens erat male administrando, quia omnis malus est ignorans, tertio Ethicorum. Et ita est imprudens, cum illa ignorantia non consideretur circa speculabilia, sed circa operationes, nam indecens erat male administrare, ergo imprudentia erat iudicare sic faciendum.

De infidelitate planius est, nam percutere seruos ad

ad infidelem ministrationem pertinebat, tñ quia tollebat pax domestica, & sic inuuebantur opera, tñ quia fugerent serui percussis, & periret res domini, vt dictum est præced. q.

Etiam quantum ad manducare cum ebriosis erat infidelitas, quia dissipabatur res domini directe, & indirecte. Directe tamen, quia tam ipse, quam alij delicate, & opulenter vivebant de rebus domini. Indirecte autem, quia cum ebrietati, & deliciis vacaret seruus iste, non poterat curare rem domini, & ita periret.

Quare dicitur veniet die, qua non sperat, & hora qua ignorat cum alterum sufficeret. Quæst. CCLX.

QVAERETVR quare dicitur: Veniet dominus serui illius die, qua non sperat, & hora qua ignorat, cum videatur sufficere alterum eorum.

Dicendum vno modo, quod ponitur ad exaggerationem. Sæpe enim sic facimus, quando ad multum imprimendum non contenti sumus eandem rem semel dicere, sed volumus sæpe dicere, & quia repetere idem per eadem verba vitium est, repetitur per alia verba. Sic autem cum vellet Christus valde admonere vigilantiam, & hanc suadet ex ignorantia aduersus domini hoc repetit, dicens: Veniet die, qua non sperat, & hora, qua ignorat.

Secundo potest dici hoc dictum esse ad diuersam significationem, quia aliud est ignorare diem, & scire horam, id est qualitatem temporis, vel è contrario. Si autem accipiatur pro determinata hora diei potest igno- rari hora scita die, & addit grauitatem quandam, & duritiam hora aduentus, quia quædam horæ sunt, in quibus, quis est magis indispotus ad recipiendum dominum, quam alia, sicut in nocte magis indisponimur, quam in die, potissime dicitur hoc propter vigilantiam, quia iubentur serui isti vigilare. Lucæ duodecimo capitulo, scilicet: Vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis. Et ponitur de secunda, & tertia vigilia noctis, scilicet, quod in quacunque venerit, recipiant eum parati exidentes, nam si sciremus, quod non esset venturus dominus per noctem, magnam partem securitatis haberemus etiam si nesciremus, quando venturus esset, quia tamen neque scimus, neque horam augetur nobis timor, & maior necessitas vigilandi.

Quare dicitur diuidetque eum. Quæst. CCLXI.

QVAERETVR quare dicitur, diuidetque eum, scilicet seruum.

Dicendum, quod potest multipliciter intelligi: vno modo diuidetur occidit lacerando corpus eius. Simile dicitur Dan. 13. c. Ecce angelus domini accepta sententia incidit te medium. Et alia litera habet, diuidet te. Et fuit diuisio illa per mortem, quia occisi fuerunt illi duo seniores.

Secundo modo potest dici per mortem, quod diuidet eum. i. separabit ab hominibus, nam qui occidit se paratur in perpetuum a communiione viuentium.

Tertio modo potest accipi, diuidet eum, id est a domo sua separabit, sed non est sensus conueniens, quia iste seruus est, & dominus separando seruum de domo sua non punit seruum, sed seipsum, quia liberat eum a seruitute, vel si alteri eum vendat nullam ei poenam irrogat, cum etiam si non peccaret, posset eum vendere, quia cum seruus sit, possessio domini est. 5. Ethicorum.

Quarto potest accipi pro separatione a communi. Alph. Totum in Matth. Pars VI.

nonne, scilicet, quod dominus incarcerabit eum, sicut iussit incarcerari seruum malum supra decimo octauo capitulo. Et incarceratus non communicat cum aliis.

Quinto dicendum, quod accipitur diuidere. i. amouere, & iste est proprius sensus. t. quod dominus cum venerit, & inuenerit male administrasse, amouebit ei administrationem illam. Et est iste processus contrarius, quam in seruo bono, quia in bono, cui commissa erat administratio super cibum familiæ, cum dominus venit inueniens eum bene administrantem, non solum non auferit ei illam administrationem, sed etiam maiorem tribuit, quia super omnia bona sua constituit eum. In malo igitur cum venerit dominus auferit administrationem. Et hoc propter duo. Primo, vt amplius non noceat dissipando bona dñi. Secundo, vt confundatur ille ablata administratione, quia propter delictum ei ablata est. Hæc. n. est poena male administrantis. i. vt ei auferatur administratio. Luc. 16. c. de villico, qui dissipatus est apud dominum suum, quod dissipasset bona illius, & ait illi: redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare.

Sciendum autem, quod duas penas dat hic dominus huic malo seruo. Primam, quia ei amouet administrationem, & pena est. Nam gloriabatur, & honorabatur in ea, & iam non poterit gloriari. Etiam quia inducitur ei confusio, quia propter delictum priuatur administratione. Secundum quia ponitur in loco, vbi erit fletus, & stridor dentium.

Quid significauit dicens, partemque eius ponet cum hypocritis. Quæst. CCLXII.

QVAERETVR quid voluit significare, dicens: partemque eius ponet cum hypocritis.

Dicendum, quod per hoc significatur poena, quæ datur malo seruo. Et dicitur poni pars eius cum hypocritis, id est illam partem habet quam hypocritæ habent: dicitur autem pars hominis id, de quo homo magis accipit. Sunt autem bonum, & malum etiam communia omnibus hominibus. Nemo enim est, qui non de bono, & malo aliquid gustet, nam nemo tam felix est, qui non aliqua aduersa patiatur, & nemo tam miser, qui aliquid iocundum interdum non senserit. Sic enim Homel. dixit: & illud Boet. refert. 2. de consolatio. profa 2. f. Inde tuo Iouis in limine duo dolia iacere vnum mellis aliud fellis, & quemlibet de vtroque gustare, quia tamen nemo de ambobus æqualiter gustat, sed plus de vno, quam de alio, dicitur pars eius illud, de quo magis accipit. Sic accipitur Ecclesi. 5. cap. hoc itaque mihi visum est bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, & hæc est pars illius.

Est autem tunc sensus, hypocritis debitum est pars hypocritarum, eis vero pro peccato pena debita est, ideo pars hypocritarum est pena. Et horum pars ponitur cum hypocritis, quia talem penam isti tolerabunt qualem hypocritæ.

Sed obijciatur, quia Luc. 12. cap. dicitur, ponet partem eius cum infidelibus. Et hic dicitur cum hypocritis. Dicendum, quod idem est, quia infideles, & hypocritæ idem sunt, non autem ponuntur hic hypocritæ pro eis, qui circa diuina se sanctos simulat, cum non sint, sed pro quocunque qui aliud foris præterdit, quam intus gerat, nam nomen hypocritæ ab origine sua illis competit, qui ad tragediarum, aut comediarum actus effigandos alienas representabant personas, & quia hoc conuenienter non fiebat, nisi supducendo alienas facies, quod imponebant, vel proprias vario fuso laniendo fiebat illa mutatio, & istos vocamus

hypocritas, id est subrus secretos, vel latentes ab hypocrisis, quod est subrus, & crisis, quod est secretum. q. secreti lateant sub alienis faciebus illi, qui sunt, & non videntur esse. Ab hoc autem vocamus omnes illos homines hypocritas, qui foris speciem boni circa quemcunque modum bonitatis ostendunt, intus autem in veritate bonitatem illam non habent. Et, quia sic est, quod aliquis seruus videbatur domino fidelis, & diligens, qui tamen talis non erat, vt postea probauit veritas rei, & seruus ille ex industria talem se ostendebat, quia aliàs dominus non commisisset ei dispositionem familiæ suæ, vocabitur talis seruos hypocrita, & pars eius cum hypocritis ponitur. Et iste seruus in veritate infidelis erat, quia bona domini dissipauit, & pro hac infidelitate punitur a domino. Et ideo recte dixit Lucas partem eius ponendam cum infidelibus, & Matthæus, & Lucas eandem rem notauerunt, nam Lucas cum infidelibus partem eius poni dixit, quia infidelis erat in administratione, & pro infidelitate penas tolerat, Matthæus autem tetigit id, quod erat, & quod non erat, sed apparebat, & ideo hypocritam dixit, scilicet, quod infidelis non erat, sed se fidelem ante hoc simulauerat.

Sciendum autem, quod Matthæus hoc posuit ad ostendendam maiorem penam serui, nam si seruus iste nunquam ostendisset speciem bonitatis ex intentione ad captandum, sed placuisset domino committere administrationem familiæ, non esset tam grauius arguendus de mala administratione, sicut cum se simulauerat fidelem sedulum, & diligentem, & per hoc dominus deceptus commisit ei administrationem, in qua deceptus fuit dissipata substantia eius. Et ob hoc igitur, quia propter hanc simulationem maior pena inferenda est cum dicatur, q. simulata sanctitas duplex est iniquitas, dicitur q. partem eius ponet cum hypocritis. i. puniet velut malum, & infidelem dispensatorem, qui se tamen bonum simulauerat.

Quare dicitur illic erit fletus, & stridor dentium.
Quæst. CCLXIII.

QUÆRETUR quare dicitur, illic erit fletus, & stridor dentium.
Dicendum, quod significatur in hoc conditio poenæ: nam dominus præter amotionem ab administratione vult infligere aliam penam corporalem seruo, & ista non est mors, quia occidendo seruum seipsum puniet, quia seruus est possessio domini sui. s. Ethi. Et occidendo seruum possessionem suam destrueret, sed dabit dominus tali seruo penam carceris, vbi non moriatur, sed affligatur nimis ad tēpus, & tamen ob hoc non cesset ab operibus præstantis domino, & signatur, q. ille carcer erit locus pessimus subterraneus, & magni frigoris, & ideo seruus propter magna mala, quæ patietur, flebit illic, & quia magnus rigor est ibi, erit ibi stridor dentium, quia ex frigore concutiuntur, & alliduntur dentes. Et talia loca erant communiter in quæ mittebantur illi, quos punire quis desiderabat. Sic dicitur supra 22. c. de illo, qui non habuit vestem nuptialem, & introiit in nuptias, & rex mandauit illum ligatis manibus, & pedibus mitti in tenebras exteriores, & ibi erit fletus, & stridor dentium. Et hoc dicitur, quia loca carceris erant tenebrosa subterranea profunda, & frigida. Et ibi serui illi mittendi erant, qui male ministrarent. Et sic loquitur Christus, quia talis erat cōsuetudo terræ Chanaan, in qua Christus loquebatur nunc. De hoc dictū est magis supra 22. c.

De applicatione istius parabole ad intentionem Christi, qui sunt serui illi, quibus res domini committitur administranda. Quæst. CCLXIII.

QUÆRETUR nunc quantum ad applicationem parabole istius ad intentionem Christi, nam licet de seruo constituto a patre familias, hic dicatur, non dixit Christus, nisi vt per hoc signaret seruos, quos ipse præficit in ecclesia sua. Et poterat tripliciter accipi. Vno modo, q. iste seruus sit quilibet homo, quia quilibet constituitur a Deo super omnes homines, cum debeat habere curam de omnibus, quia vnicuique mandauit Deus de proximo suo Eccl. 13, & declaratum est supra.

Aliter de prælati temporalibus accipi potest, quia illos constituit Deus super populum suum, vt. e. q. dictum est, & ab eis petitur tota ista ratio, quæ habet hic, si male administrauerit commissos sibi populos. Sic dicit Chryso. in homilia, scilicet. Adaptatur etiam ad principes seculares hæc parabola, vnum quemque enim his, quæ habet ad communem utilitatem vti oportet, non ad nocumentum seruorum, aut ad perditionem sui ipsius, siue habeat sapientiam, siue principatum, siue aliquid aliud.

Sed dicendum, quod circa seruos, qui constituuntur in ecclesia præcipue accipiuntur, vt eadem. q. dictum est, vt episcopi, & ceteri prælati ecclesiæ maiores, & minores sint isti serui.

Et tunc dicendum, quod dicitur, quis putas est fidelis seruus, & prudens, non ad significandam impossibilitatem, quia aliqui sunt boni episcopi, & prælati, sed rarum est tales inuenire, & difficile, sicut dictum est supra q. 250.

Etiam non ponitur hic, quis putas, quæ est dictio interrogatiua, ad ostendendum se nescire, cum nihil nesciat, qui hoc quæsiuit, sed ad ostendendum conditionem rei, de qua sermo est, scilicet quod talis est de qua merito dubitari possit, & quæri, & hoc propter raritatem bonorum prælatorum.

Quis sit seruus iste fidelis, & prudens.
Quæst. CCLXV.

QUÆRETUR cum dicatur seruus iste fidelis, & prudens, quid hoc sit.
Dicendum, quod ista necessaria sunt, nā dominus serui huius absens est, vel esse putatur, quia Christus licet semper nobiscum sit, vique ad consummationem sæculi, infra vigesimo octauo capitul. s. in adiutorio, quia non permittet ecclesiam suam perire, tamen quantum ad præsentiam corporalem non est nobiscum, ita vt ei colloqui possimus, & quærere de eo, de quo dubitauerimus, ideo oportet in omnibus ipsos ministros præsidere, si enim Christus, qui dominus ecclesie est nobis præsens esset nō possent serui infideliter agere, quia ipse eos argueret deprehendens in eo, in quo peccarent, & si aliquid nescirent, possent quærere ab illo. Vnde non multa prudentia esset illis necessaria. Nunc vero, quia non est præsens, est magna fidelitas necessaria, quia nemo rationem exigit, quandiu hæc vita durat. Etiam multa prudentia, quia in omnibus oportet, vt prælatus a seipso agat, cum non possit dominum consulere.

Sunt autem ista duo, ita necessaria, quia altero deficiente minister malus erit, nam infideliter agit ipse bona domini destruit si imprudenter ipse non agente, sed agere nesciente illa pereunt. Sed quid est agere infideliter, aut fideliter, & quid prudenter, & imprudenter?

Dicendum circa fidelitatem, q. fideliter agit, qui

bona domini non fraudauit. s. non appropriando sibi quod domini erat, aliud eest, vt rem domini diligenter procuraret sic, vt nihil pereat illo negligenter agente, nam non minoris culpæ est bona domini negligere, ita vt pereant, quam illa sibi appropriando domino subtrahere, cum vtroque modo dominus rem perdat. Ad spiritualium autem ministracionem trāsferendo accipit quis rem domini, quando honorem domini vsurpat, vt si quis in ecclesia presit, vt honoretur, & vt dominationem exerceat: Christus enim totum honorem voluit sibi, & ideo nobis solum manet, vt nos seruos eius agnoscamus, & non gloriamur in nobis, quasi putemus gloriam nobis esse, quod ministramus, & hoc nostrum esse, sed gloriamur in eo, si gloriari voluerimus, id est laudamus ipsum, quod nos immeritis ad talem gradum in ecclesia sua exaltare dignatus est. Dominationem quoque non exerceamus, quasi maiores alijs existentes eos nobis subijciamus, & onere aliquo premamus in seruitutem nostram, sed conseruos nostros omnes homines cognoscamus, hoc solum ab eis distans, quod nobis necessitas imposta est diligendi eos, & salutis eorum curam habere. Sic enim Petrus instruxit prælatos Ecclesiæ primo Petri quinto capitulo. Sic etiam patet supra vigesimo capitulo, scilicet. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut autem non debet seruus vsurpare honorem, & exercitium potestatis, quæ ad dominum pertinent, ita neque debet ei seruire intentione corrupta, scilicet vt inde commoda temporalia capiat, nam cū sit spiritualis ministratio, contra conditionem rei facit, qui spiritualium finem ponit temporalia, sed debet seruus seruire, quia seruus est, & quia tali domino subditus est, cuius seruuum esse honor est. Qui autem, ideo seruit, vt temporalia luca capiat, infideliter agit, quia aliud vult pro administratione, quam dominus illi constituit, & iniuriam facit domino, quia eum cōtemnit, ipse enim seipsum constituit in precium, & seruus non vult illum, sed rem temporalem prælegit precium esse administrationis suæ, & ideo conquirebatur Deus Malac. primo capitulo, dicens: Quis est in vobis, qui claudat ostia mea, & intendat altare meum gratuito? quasi dicat nemo. Et hoc ad infidelem administratorem pertinet. Sic dicit Chryso. Rarus est fidelis seruus domino propter dominum seruies, oues Christi non ad lucrum, sed pro amore Christi pascens.

Aliter etiam bona domini infideles ministri vsurpant, vt sibi attribuunt spirituale potestatem, quasi ab eis sit efficacia sacrorum, & ab eis sit, qd populus suscipit. Falsum quidem, & periculosissimū istud est. Solus Chrs est, qui baptizat, nos vero nudum ministerium ei exhibemus: Christus est summus sacerdos, qui conficit, nos vero verba proferimus, & in omnibus alijs sacramentis Christi est tota virtus, nostrum autem est ministerium, quod tamen non est alienum ab omni peccato, sed aliqua faciunt ministri, quæ non possent facere, qui non sunt ministri. Veruntamen, qui principalem efficaciam sacramentorum sibi attribuit, vsurpat rem domini sui, & infideliter ministrat.

Etiam bona temporalia infideles ministri sibi vsurpant, quæ ad Christum pertinent, sicut cum prælati accipiunt bona ecclesiarum, quæ non sunt ad eos pertinentia, sed ad ecclesiam, vel ad alios ministros minores. Et ista magna infidelitas est, quia Christus constituit istos seruos, id est prælatos, vt debet cibum fa-

milie in tempore, vt dicitur in litera. Quod autem cibum familie subtrahant, & applicent sibi ipsi infideliter agere est.

Ex hoc apparet dispensatorem fidelem Christi a quatuor, aut quinque abstinere. Primum est, vt sibi honorem non vsurpet. Secundum, vt dominationem non exerceat. Tertium, vt recta intentione, & non propter temporalia ministret. Quartum, vt spirituale potestatem sibi non ascribat. Quintum, vt rem domini non negligat. Et istud est, quod conetur verbo, & exemplo, & opere, & correptione subdium sibi gregem ad bonum deducere, auertendo a malo. Hoc est enim pascere familiam domini. Si autem omiserit, aut negligenter egerit, infideliter agit, quia rem domini perire sinit. Omnia autem ista colliguntur ex intentione Beati Petri primo Petri quinto capitulo, cum ait: Seniores, qui in vobis sunt, obsecro, pascite, qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes nō coacte, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Vltimum enim, scilicet non negligere ostenditur, cum dicitur: Pascite gregem, qui in vobis est, prouidentes, id est adhibite prouidentiam circa gregem, vt non pereat, neque famescat, sed prouideat, prouidentia autem tollit negligentiam. In quantum dicitur non coacte, sed spontaneè potest notari conditio agentis, scilicet quod propter Deum agant, & non ex timore, aut necessitate aliqua. Cum vero dicitur non turpis lucri gratia innuitur tertium, id est vt non ministret propter temporalia bona, sed propter Deum, quia quodcunque lucrum hic intendatur, turpe esset cum rei tam excellenti, id est Christo, propter quem ministraturi sumus, præponimus temporalia luca. Cum vero dicitur secundum Deum significatur primum, scilicet vt non intendant sibi honorem in hac administratione acquirere, sed Deo, & in ipso gloriari. Cum autem dicitur, neque vt dominantes in clero, significatur secundum, id est quod non exerceant dominationem prementes alios. Propter quod Ecclesiastici prælati non vocantur domini, sed serui, & seruari serui. Sic enim illos Christus vocari voluit. Etiam quartum innuitur, scilicet vt non ascribant sibi spirituale potestatem, quæ Christo competit, & nulli nostrum communicatur. De his etiam Chryso. in homilia ait, scilicet. Duo autem expeut ab huiusmodi seruo, scilicet prudentiam, & fidem, fidelem enim eum dicit, quoniam nihil, quod domini sui est sibi proprium fecit, nihil etiam de rebus domini sui vanè, & inutiliter consumpsit.

Circa prudentiam dicendum, quod prudentem seruum exigit dominus, cum eius discretionem committat regimen totius familie, & non possint ei dari regulæ expressæ circa omnia agenda, & si darentur adhuc in applicatione earum ad particularia difficultas est, & ibi prudentia exigitur. Prudens vocatur, qui naturalem habet discretionem. Et præter hæc experimento didicit qualiter se in rebus habere debeat, & ideo, qui non habet experimentum ad regendum aliquid in temporalibus, non debet præfici. Sic dicitur primo Timothe. capitulo, tertio. Oportet episcopum esse domui suæ bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Siquis autem domui suæ præfesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit: Oportet etiam propter hoc episcopum esse in sacris literis eruditum, nam in illis magna pars prudentiæ atque sapientiæ prælatorum est, nam pascere debent familiam subditam verbo sacre Scripturæ, quod non poterunt ministrare, nisi sciuerint. Etiam ecclesiasticas regulas scire oportet, scilicet

et canones illos, quibus ecclesia regitur, nam & si...

Concurrere autem ista duo in prelato debent, scilicet fidelitas, & prudentia...

De applicatione ceterarum partium huius parabole, quomodo verificantur. Quest. CCLXVI.

Quæretur de applicatione ceterarum partium huius parabole.

Dicitur enim: Quem constituit dominus: Iste dominus Christus est, qui non solum, ut Deus...

Servitus secundum iura gentium ex bellis cepit.

Et hoc modo nos omnes servi sumus Christi, quia nos liberavit a morte, tenebamus enim nos subditi...

eramus servi demonis propter peccatum: Christus autem dato precio, emit nos, nam sanguinem in precium dedit, ideo nos sibi servos fecit.

Est autem familia ista, super quam constituuntur prelati, ecclesia uniuersalis, aut particularis, tota autem ecclesia est vna familia Christi...

Quid est dicere: Vt det illis cibum in tempore. Quest. CCLXVII.

Quæretur quid est, quod consequenter dicitur: Vt det illis cibum in tempore.

Dicendum, quod prelati debent dare cibum familie, super quam constituti sunt, id est subditis suis.

Cibus que prelati dare debent in multis est.

Secundo in distinguendo dubia circa fidem, id est questiones, circa quas aliqui querunt volentes informari...

cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omnium poscenti vos rationem de ea, que in nobis est, fide, & spe.

Tertio debent pascere subditos in exemplo vite, nam vitam presidentis alij imitatur, potissime in malo, quia per illius peccatum videtur, quasi excusabile peccatum subditorum.

Quarto debent eos pascere sacramentorum sustentatione, nam ad prelatos pertinet curam agere, ut subditi sacramenta omnia recipiant, & frequentent secundum ecclesie institutionem...

Quinto pertinet ad prelatos correctio, non enim sufficit bonum dicere, & exhortari, & dissuadere mala, sed etiam realiter corrigere delinquentes...

Ad prelatos attinet alere pauperes.

Sexto pertinet ad prelatos reficere subditos etiam cibo corporali, nam ad eos pertinet alere pauperes, & ministrare eis de substantia sua.

credat, quod si hoc non habet, vacuum nomen tenet, unde ad Episcopum pertinet viduis, pupillis, & peregrinis providere. Et tamen non debet hoc facere per seipsum, sed per archipresbyterum...

Quare dicitur: In tempore. Quest. CCLXVIII.

Quæretur quare dicitur: In tempore. Dicendum, quod cum, ut dictum est precedenti questione, nomine cibi intelligatur tota administratio...

In q. 254.

Aduertendum autem, quod non solum considerandum est tempus cibationis, ut dicit hic Matthæus, sed etiam mensura cibi, & qualitas eius...

in fide, sed plana, quæ capiant, sapientibus autem non sunt dicenda vulgata, & trita, quæ contemnant, & fastidiant. Sic dicitur primo Corint. secundo capitulo, sapientiam loquimur inter perfectos, paruulis autem ingenio parua dicenda sunt. De hoc dicit Origenes super Matthæum. Prudentes autem, ut prudenter intelligamus indigentium causas propter quas sunt indigentes, & vniuscuiusque dignitatem quomodo educatus est, & quantum necessarium habet. Multa enim sapientia opus est ei, qui bene vult dispensare Ecclesiasticos redditus. Sit etiam fidelis seruus, & prudens, & non effundat rationabilem, & spiritualem cibum, quoniam non oportet volens ostendere se esse prudentem illis, scilicet qui magis necessarium habet verbum, ut edificet eorum mores, id est vitam componat, quam quod illuminat scientiæ luce, aut ut ne eis, qui possunt acutius audire pigeat exponere altiora, ne exponentes vilia contemnantur ab his, qui naturaliter sunt ingeniosi, aut per exercitationem secularis sapientiæ acuti.

De tempore etiam dicendum est quantum ad doctrinam, nam nouis in fide non sunt dicenda subtilia propter paruitatem ætatis, sed prouentis. Sic pater primo Corint. tertio capitulo, ego fratres non potui loqui vobis, tamquam spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis potum non escam, nondum enim poteratis, sed neque nunc potestis. Et sicut prælatus, aut doctor non debet alicui dicere ultra ea, quæ capere potest, ita neque, qui docetur debet desiderare audire maiora, quam capiat, & audire expediat ad Roman. duodecimo capitulo, scilicet. Dico vobis omnibus per gratiam, quæ data est mihi, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique, sicut Deus donauit mensuram fidei, id est quisque velit intelligere tantum quantum capacitatis ei data est, sicut autem circa doctrinam consideratur tempus ex parte eius, qui docetur, ita & in omnibus alijs ministracionibus, interdum enim oportet prædicare, & aliquando tacere, interdum delinquentes corrigere, & aliquando cessare, & nihil est quantumcunque bonum, aut necessarium, quod si omni tempore indistincte ministratur non efficiatur nocuum. Sic dicit Iúdo. additum est in tempore, quia beneficium non suo tempore datum redditur cassum, & nomen beneficij perdit, idem enim panis esuriienti quidem appetibilis est, satiato autem non multum. Considerare autem tempus, mensuram, & huiusmodi pertinet ad prudentiam ministri, sine qua fidelitas parum præderit. Sic dicit Theoph. Sicut enim in dispensacionibus facultatum, siue aliquis incautus sit fidelis domino existens, siue etiam prudens sit, & infidelis disperseunt res domini, sic & in rebus diuinis opus est fidelitate, & prudentia. Noui enim multos Deum colentes, & fideles, quia vero non poterant prudenter Ecclesiastica tractare negocia, non solum possessiones, sed etiam animas destruebant viuentes in peccatores indiscreta virtute per immoderata penitentiæ mandata, vel importunam mansuetudinem,

Quomodo talis seruus dicitur Beatus.
Quæst. CCLXIX.

QVAERETVR consequenter ad id, quod dicitur: Beatus seruus ille, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem.

Dicendum, quod talis seruus Beatus est. Nam quando dominus eius venit, beatum eum facit. Est enim iste seruus prælatus bene administrans circa familiam sibi subditam. Venit autem dominus cum ad mortem

cuusque Christus venire dicitur, quia tunc iudicat quemque, ut dictum est supra quæstione 239. Et qui bonam rationem de administratis dederit, beatus efficietur, quia beati sunt omnes, qui Deum vident, tales autem non solum simpliciter erunt beati, sed etiam habebunt magnum beatitudinis gradum, ut sequenti quæstione dicitur.

Et dicitur inuenerit sic facientem, scilicet vigilantem, & fideliter, & prudenter ministrantem, nam finis vite attenditur, ideo qui in bonis vitam finit etiam si in eo mala præcesserint, non nocent ad beatitudinem, qui vero in malis finit, etiam si multa bona præcesserint, ad beatitudinem non proficiunt. Dicit autem Hilarius: Inuenerit sic facientem, id est præcepto domini sui obedientem, ut doctrinæ opportunitate verbuna vite in eternitatis cibum alendæ familiæ dispenseret.

Quomodo est verum, quod seruus fidelis, & prudens constituitur super omnia bona domini.
Quæst. CCLXX.

QVAERETVR quomodo est verum, quod sequitur, scilicet, amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Nam videtur, quod nemo potest constitui super omnia bona domini, nam quod filius accepit maius omnibus est: Ioan. decimo capitulo, si tamen bonus prælatus constitueretur super omnia bona, non esset maius id, quod filius accepit, quam quod boni prælati accipiunt, quia super omnia nihil manet, ergo non constituitur super omnia bona.

Secundo, quia istud dicitur de quolibet prælato bono, sed non potest quilibet constitui super omnia bona, nam cum vnus fuerit constitutus non potest alius constitui, ergo non constituitur super omnia bona.

Tertio, quia licet multi prælati boni sint, non sunt æquales, tamen boni sunt fideles dispensatores, & prudentes, & inueniuntur sic facientes in morte, quando dominus venit, & tamen secundum gradus meritorum sunt gradus præmiorum, ergo meliores maiora recipiant a Deo, sed ultra hoc, quod est constitui super omnia bona Dei, non potest esse aliquid maius, ergo non datur hoc cuilibet seruo bono, sed soli optimo. Et iste erit vnicus, vel nullus.

Dicendum putant quidam intelligi de operatione miraculorum, scilicet quod taliter ministrantibus datur potestas ad magna miracula faciendâ supra res præcipuas. Sic dicit Theop. super omnia bona sua constituet eum non solum super suam familiam, sed ut tam terrena, quam celestia ei obediant, qualis fuit Iesus naue, vel Iosue, & Elias, alter soli, alter nubibus mandans, & omnes sancti, quasi Dei amici rebus Dei vtuntur.

Sed dicendum, quod non stat. Primo, quia non est verum, quod aliquis prælatus quantumcunque vir sanctissimus habeat potestatem super celestia, & terrestria, & si aliquis miracula fieri impetrauit precibus, aut fide sua, non tamen est inuentus aliquis circa omne genus rei miracula faciens.

Secundo, & præcipue, quia miracula faciebant viri sancti viuentes, & tamen ista constitutio super omnia est post mortem, quia ad mortem venit dominus huius serui, ideo non est constitutio ista super operatione miraculorum.

Alij dicunt, quod præponitur omnibus bonis domini sui in quantum omnia intueri potest per intellectum speculatiuum. Et hoc ei conceditur. Sic dicit Theo. scilicet quicumque etiam vitam virtuose peragat, & seruos suos, id est iram, & concupiscentiam recte disposuit exhibens temporibus singulis mensuram

ram frumentis, quidem, ut afficiatur in habentes odio Deum, concupiscentiæ vero, ut necessaria vtatur carnis prouisione ordinans eam in Deum, talis inquam constituetur super omnia, quæ possidet dominus dignus omnia per speculatiuum intellectum intueri.

Sed dicendum, quod non stat, quia intelligere omnia entia creata per intellectum speculatiuum non est maximum bonum domini, ideo aliquid aliud est.

Dicendum, quod quicumque ad vitam eternam transfertur constituitur super omnia bona domini, quia participat visione essentiae diuinæ, quæ est omne bonum, & Deus non habet aliquid maius bonum, quod dare possit, neque cogitari maius potest, quam ipsa diuina essentia, & illam plene dat ad nutum videndam, & non manet aliud bonum, quod dari possit, ideo super omnia bona isti constituitur. Sic dicit Hilarius super Matthæum super omnia bona constituetur, id est in Dei gloria collocabitur, quia non est ultra bonum, quod melius sit.

Item dicuntur isti constitui super omnia bona Dei, quia reges efficiuntur, quia regnant cum Christo in eternum, & hoc planum est. Nam Deus filio suo dedit omnia bona, tanquam heredi, cum sit filius, nos autem coheredes illius efficit ad Roman. octauo capitulo, scilicet heredes autem Dei, coheredes autem Christi, sed heres habet vniuersalem successionem, ideo & eis, qui ad Deum pertinent datur vniuersalis successio in bonis Dei, & consequenter super omnia bona Dei instituitur. Sic dicit Origenes super Matthæum. Super omnia bona sua constituet eum, scilicet ut conregnet Christo, cui omnia bona sua tradidit pater, quod sicut boni patris filius super omnem substantiam suam constituitur participat huiusmodi dignitatem fidelibus, & prudentibus dispensatoribus suis, ut sint, & ipsi super omnem creaturam.

Sed dicendum, quod istud sit generaliter dictum: Omnibus, qui transferuntur ad beatitudinem conuenit, siue fuerint prælati, siue non, eo quod omnis beatus constituitur super omnia bona Dei, scilicet videri essentiam, quæ est omne bonum, & ibi sunt omnia bona eminenter. Sic enim Boetius diffiniuit beatitudinem esse omnium bonorum statum aggregatione perfectum tertio de Consola. prola secunda, & tamē Christus promisit prælati bonis aliquid supra id, quod omnibus alijs beatis non ministrantibus concessum est. Et istud est quidam excellens gradus gloriæ, & pertinet ad modum cuiusdam aureolæ, immo vere boni prælati aureolam habebunt, quia vna est aureola doctorum, sed omnis bonus prælatus est doctor, nam istud est præcipuum officium prælati. Tria enim sola facere prælatus iubetur, scilicet vacare lectioni, orationi, & doctrinæ, & ideo non debet habere curam rei familiaris per se, sed alijs commendare, immo & curam alendorum peregrinorum viduarum, & pupilulorum non per se, sed per archidiaconum, aut archiepiscopum agere iubetur 88. distin. capitulo Episcopus. Et sic prælati boni super alios habebunt specialem gloriam, nam etiam nunc maiori gloria, & honore digni sunt, sic dicitur prima Corint. quinto capitulo. Qui bene præsumt præbyteri duplici honore digni habeantur. Etiam præter aureolam habent aliquid aliud excellentius in premio essentiali, quod consistit in excellentiori gradu visionis, quia magis meruerunt, cum plura, & maiora opera charitatis faciat regulariter bonus prælatus, quam alius non prælatus, sed simpliciter subditus, qui beatificatur.

Est autem dicendum, quod hunc gradum, & differentiam gloriæ inter prælatos, & non prælatos Christus ostendere voluit, & ad hoc dixit constitui præla-

tos super omnia bona. Et licet, sicut declaratum est etiam alij omnes beati constituantur super omnia bona Dei, tamen Christus de his solis dixit, quia spirituale quid voluit per hoc designare, & hoc non potuit alio modo designari.

Primo, quia hoc per parabolam innuendum erat, quæ accipitur a rebus corporalibus, & in illis non est aliqua talis differentia bonorum, qualis est in gradibus vite eterne, ideo non fuit modus præcisus ad ostendendum in illis, & quia in rebus corporalibus nihil excellentius est, quam dicere simul omnia bona, nihil magis potuit conuenire ad innuendum gradum beatitudinis prælatorum, quam dicere, quod super omnia bona domini sui constituantur.

Secundo, quia dato, quod sine parabola diceretur, cum Christus loqueretur adhuc rudibus, oportebat, quod modo plano designaret illum gradum. Si autem vellet eum designare eo modo, quo vere se habet ad alios gradus, non intelligeretur, ideo sic conueniens fuit exprimi, scilicet quod super omnia bona constituitur talis seruus.

Considerandum tamen, quod adhuc Christus aliquam differentiam apertam designauit in gradu gloriæ beatorum, qui non sunt prælati, & eorum, qui prælati sunt, & vtranque designauit per seruos, sed dixit quosdam seruos nulli ministracioni præpositos, sed solum expectantes vigilanter dominum suum. Et isti sunt omnes priuati, qui per virtutes beatificantur, alios seruos dixit præpositos familiæ, & bene administrantes, vtrorumque ponit præmium adueniente domino Lucæ duc decimo capitulo. Præmiorum quidem, quod dominus veniens præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit ante eos. Secundo vero præmium est, quod super omnia bona domini constituantur, manifestum est autem magis esse, quod seruus maneat constitutus super omnia bona domini, quam quod semel dominus transeat, & ministrer seruis, quia hoc antiquitas in quibusdam diebus fieri solitum erat. Sic dicit Beda, quanta enim inter bonos doctores, & bonos auditores est meritorum distantia, tanta est, & præmiorum, hos enim, id est auditores veniens cum vigilantes inuenit faciet discumbere, illos autem, id est doctores cum fideliter, prudenterque dispensantes inuenit, supra omnia, quæ possidet constituet, id est super omnia celestis regni gaudia. Et idem dicit Remigius.

Ad primum in contrarium dicendum, quod potest constitui homo supra omnia bona Dei, proprie autem constitui supra bona aliqua est constitui supra bona, quæ sunt separata a domino cuius sunt, & ab eo, qui constituitur. Et sic vocantur bona Dei ea, quæ creata sunt, & tamen Deus non constituit beatos supra bona ab illo creata, quia per hæc non sunt beati, sed per contemplationem, & possessionem boni illius, quod ipse est, trahitur tamen modus iste ex parabola, quia dominus serui constituit fidelem dispensatorem supra omnia bona, quæ ipse dominus possidet.

Nunc autem dicendum, quod idem bonum est, quod pater filio tradidit, & per quod fideles sunt beati, & est illud essentia diuina, sed differenter nobis, & filio datur, nam filio datur, ut per illum, & in illa subsistat, nobis autem datur, ut illa fruamur, non autem, ut per illam subsistamus, & ideo filius per hoc, quod ei datur Deus est, & æqualis patri. Nos vero non dii, sed beati sumus, maius autem est Deum esse, quam beatum esse, ideo verum est, quod id, quod pater dedit filio maius omnibus est, & tamen id, quod filius de patre accepit, est quod nos accipimus, & est totum bonum Dei, ideo verum est, quod supra omnia bona Dei constituitur bonus seruus.

Ad secundum dicendum, quod licet vnus constituat super omnia bona Dei, potest alius, immo & quilibet supra illa constitui, & vnus constitutio non repugnat, neque admittit aliquid alteri, quia etiam in bonis nostris hoc inuenitur, vt Aristotel. innuit nono Ethicorum. Sola enim bona fortunę, quę vocat ipse bona circumpugnabilia, sunt huiusmodi, vt cũ quis illa habuerit, non possunt ad alterum peruenire, nisi ille deserit illa habere. Bona autem simpliciter, quę honesta dicimus, & etiam delectabilia, licet in quolibet perfecte sint, non minus sunt in alio. Et hoc, quia non sunt eadem numero, sed specie, scilicet alię virtutes specie eadē, & beatitudo eadem specie numero differens. Bona autem fortunę non gignuntur in nobis per operationem nostram, sicut virtus, & beatitudo, sed naturaliter in se habent esse, ideo cum apud vnum manserint non possunt esse apud alium, secus de bonis Dei, de quibus hic, est enim illud bonū Dei essentia Dei, quę per modum obiecti presentialiter beatificat animam, & quantumcunque videatur perfecte ab aliquo potest videri eque perfecte, aut perfectius ab altero, & ideo non magis perfecte habet quis beatitudinem si solus sit beatus, quam si omnes simul beati sint, propter quod possunt omnes constitui supra omnia bona Dei.

Ad tertium dicendum, quod non habent omnes prelati equalia premia, sicut neque equalia merita, quę in vita eterna sunt, & tamen quilibet eorum constituitur supra omnia bona Dei, quia quilibet est beatus per visionem, & plenam possessionē diuinę essentię, quę est totum bonum Dei, quia extra illam non habet Deus aliquid bonum, immo illa est eminenter omne bonum, & tamē licet illa tota habeatur, a quolibet beato, aliquis participat ea perfectius, quā alius, quia videtur ab eo clarius, vt declaratum est supra quinto capitulo, quęstione 43. Et sic stat esse maius premium cum hoc, quod quilibet sit supra omnia bona Dei.

Quid hoc sit, scilicet, si dixerit malus seruus in corde suo, moram facit dominus meus.
Quest. CCLXXI.

QUARETVR consequenter cum dicatur, si dixerit malus seruus in corde suo, moram facit dominus meus venire, quid hoc sit, dicendum, quod iste seruus est prelatas constitutus a domino super familiam, sed quia malus est, intelligitur prelatas male administrans. Et iste dicit, moram facit dominus meus venire, idest tarde venit Christus per mortem, vel ad iudicium, qui est dominus meus.

Sciendum autem, quod ista verba possunt intelligi in bono, & in malo sensu. In bono quidem, quod desideret seruus ille, quod Deus venire educens eum de hoc seculo erumoso, tale autem est desiderium virorum sanctorum, & perfectorum, quibus mundus iste crucifixus est, & ipsi mundo. Sic enim Paulus dixit ad Gala. sexto capitulo. Et nihil inueniunt hic, quod eos delectet, sed omnia despiciunt, & vilescunt. Quapropter totum desiderium eorum est ad celestia, ad quę quotidie suspirant iuxta illud Psal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem vitę, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Et quia istud non potest fieri sine resolutione corporis, cupiunt solui de hoc carnis vinculo, vt vniantur Deo, sicut dixit Paulus ad Philip. primo capitulo, cupio dissolui, & esse cũ Christo. Et iterum: Mihi mori lucrum est.

In malo autem potest accipi, quantum ad malos, quia mali vellēt, quod tardaret dominus venire, idest

tarda esset mors, immo si esset possibile, quod nunquam veniret, propter quod non solum vellēt, quod tarda esset, sed etiam affliguntur nimis, quando coguntur illius habere memoriam Ecclesia. 41. capitulo. O mors, quam amara est memoria nominis tui homini habenti pacem in substantijs suis, viro quieto, cuius directę sunt vię in omnibus, & adhuc valenti sumere cibum. Sed an seruus iste bono, an malo animo dixerit, idest an dolens propter tarditatē, an gaudens potest colligi ex moribus eius, dicitur enim, quod malus seruus erat, ideo gaudens dicebat, & malorum spem concipiens. Sic dicit Augustinus in epistola ad Hesychem. Ex moribus huius serui apparere animus eius, quos mores licet breuiter magister bonus curauit exprimere, idest superbiam, cum dicitur, cepit percutere conseruos suos, luxuriam, cum dicit, manducet autem, & bibat cum ebriosis, ne quod dicebat moram facit dominus meus venire desiderio domini sui dicere crederetur, quo ardebat ille, qui dicebat, sitiuit anima mea ad Deum vitę, quando veniam. Dicendo enim, quādo veniam, moras se perpeti moleste ostendit, quia etiam, quod tempore acceleratur, desiderio tardum videtur.

Sed propter hoc Augustinus mouet dubium, quid sit melius, an putare tardum esse aduentum Christi, & vigilare, an dicere esse breuiter accelerandum, & vigilandum, an dicere se nescire, quando erit, an cito, an tarde, & ob hoc vigilandum esse. Et approbat tertium, quia primi duo periculose dicunt, tertius non cum ait in epistola ad Hesychem. Hoc autem seruo malo remoto, qui proculdubio domini sui odit aduentum, constituamus ante oculos tres bonos seruos aduentum domini sui desiderantes, si vnus eorum citius, alter tardius dominum suum putet esse venturum, tertius de hac re suam ignorantiam confiteatur. Videamus tamē, quis magis euangelio consonet. Vnus dicit vigilemus, & oramus, quia citius venturus est dominus. Alter dicit vigilemus, quia breuis, & incerta est ista vita, quādiu tardius venturus est dominus. Tertius dicit vigilemus, quia breuis est ista vita, & incerta, & nescimus, quando venturus est dominus. omnes quidem pre desiderio domini regni de hoc volūt esse verum, quod putat primus, proinde si factum fuerit, gaudebit cum illo secundus, & tertius. Si autem factum non fuerit, metuendum est, ne inter ipsas moras perturbentur, qui crediderāt, quod dixerat primus, & incipiant domini aduentum non tardum putare, sed nullum. Qui autem credit, quod dicit secundus, tardius dominum esse venturum, si factum fuerit, nulli turbabuntur in fide, sed inopinato gaudio perfruentur, qui autem quid horum verum sit, ignorare se confitentur, illud operat, hoc tolerat, & in nullo eorum errat, quia nil eorum, aut affirmat, aut negat.

Ex hoc apparet, quod valde notandum est contra illos, qui dicunt instare dies antichristi, aut diem iudicij, nam si euenerit, quod illi dicunt, nemo turbabitur, si autem non acciderit non solum turbabuntur, immo putabunt aliqui, nunquam venturum esse antichristum, & fortassis nullum venturum diem iudicij. Et ita etiam Beda super illo verbo Luc. decimo septimo capitulo: si diceret vobis ecce hic, & ecce illic, nolite ire, neque sectemini, ait bonum ergo est diem domini desiderare, neque tamen magnitudine desiderij nobis somnia fingere debemus, quasi instet dies domini, & ideo melius est confiteri, quod nescimus, an cito, an tarde veniat dominus, immo & minus periculolum est dicere, quod tarde veniet, dum tamen credamus vitam esse breuem, & incertam, & vigilemus. Vnde nō modicum turbant fidem puillorum, qui annunciant breuitatem temporis, & accelerationem

nem antichristi designantes tempora quędam, vnde & parum ante tempora nostra visum est, quod annunciat publice aduentu antichristi in breui, cum ad tempora, quę putabat vulgus non venerit, multi ceperint de fide dubitare, & ad cętera, quę necessaria credenda sunt, pigriores efficiuntur.

Sed dicendum, quod aliud est de aduentu antichristi, & die iudicij, quam de morte nostra, quę etiam aduentus domini dicitur, vt ostensum est supra. Nam de antichristo, & iudicij die nulla nobis certitudo est, aut coniectura. De morte autem certitudo est considerata duratione gratis nostre, & multa coniectura est cuiuslibet attentis quotidianis periculis, ideo dicere quoniam mors instat, & ideo vigilandum esse assidue bonum est, seruus autem iste de aduentu domini, idest de morte loquitur, & dicit moram facere dominum, & ideo imputatur ei ad malum. Sic dicit Beda. Nota inter vitia serui mali ascriptum, quod tardum domini sui reditum putauerit, non autem inter boni virtutes annumeratum est, quod hunc cito sperauerit, sed quod fideliter ministrauerit. Nihil ergo melius est, quam vt patienter sustineamus ignorantem, quod sciri non potest, sed tantum laboremus, vt idonei inueniamur.

Quid cogitauit seruus iste malus ad male ministrandum ex tardo aduentu domini sui.
Quest. CCLXXII.

QUARETVR quid cogitauit seruus iste malus ad male ministrandum ex tardo aduentu domini sui.

Dicendum, quod cogitatio ista fuit sibi occasio mali, nam dixit, quod dixerit hoc in corde suo, & cepit percutere conseruos suos. Sed sciendū, quod non dixit iste seruus de aduentu ad iudicium, sed de aduentu ad mortem, nam primo modo non proderat ei, nam etiam si tardaret ad iudicium venire si ipse cito moriturus erat, nihil proderat.

Motiuum autem huius potest accipi, sicut accipiebatur in seruo secūdm sensum parabolicum, & ponebantur ad hoc quatuor capse supra, & tamē aliquę illarum premitur hic, & alię non. Et patet, quia non stat prima, scilicet quod propter magnam moram poterat credi, quod forte dominus nunquam veniret, sed moreretur in regione aliena, & ita nunquam peteretur ratio a seruo, vel posset ipse in bonis succedere. Secus hic, quia nemo de prelati potest ignorare se moriturum, quia ista est lex omnis carnis cum statutum sit vnumquemque hominem semel mori ad Hebręos nono, neque potest dubitari rationem esse petendam, quia Deus mori non potest.

Secunda causa poterat manere nūc, quia ibi seruus licet putaret a se rationem petendam, quia putabat dominum diutius moraturum credebatur, quod non exigeretur ab eo ratio vique post multa tempora, & malum, quod longe esse putaret, parum mouet, ita & nunc cum quis credat se diu victurum tractus delictijs vite, & temporis contemnit timorem Dei, & vacat voluptatibus.

Tertium etiam potest aliquo modo facere, scilicet quod quidam, ita male sentiunt de fide quantum ad statum animarum post mortem, quod damnatorum penas non putant esse magnas, & cum illas nō videāt, neque experiantur, iudicant melius esse gaudere voluptatibus huius seculi, si diu manendum sit in eis, & post mortem damnari apud inferos, quam abstinere a voluptatibus presentis temporis, vt euadant penas post mortem, si autem paruo tempore viuendū esset in delictijs potius vellēt abstinere ab eis, vt non inci-

derent in penas inferni post mortem, & ita diuturnitas cogitata vite mouet eos ad male ministrandum.

Quarta tamen causa magis mouet, quia sicut illi, licet aliquo tempore voluptuose viuant, & dissipent aliquid de substantia domini, si dominus diu absit, poterit in illo tempore restituere priora damna postea bñ administrando, ita vt nō appareat, an dilapidauerint, ita prelati confidentes de longa vita habent occasionem errandi, & male ministrandi, nam putant se habere tempus ad fruendum voluptatibus, & quod postea in senectute, aut in extremo temporis poterūt penitere de malis preteritis, & ita saluabuntur. Et ista est vera causa, & sensus huius literę. Et patet, quia redargutio Christi procedit directe contra hoc, cum dicit, veniet dominus serui illius die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, quasi dicat non est bona consideratio illa, quia cum ille putet longa tempora vite sibi superesse, forte in medio tempore dum voluptatibus vacat maxime seruus ille veniet subito dominus auferens animā eius, & petens rationem de administratione, & non poterit occultari tunc mala administratio, ideo vt non eueniat sic, semper est vigilandum in bona administratione.

Quare dicitur de seruo isto malo, et cepit percutere conseruos suos manducet autem, &c.
Quest. CCLXXIII.

QUARETVR quare dicitur consequenter de isto seruo malo, & cepit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis.

Dicendum, quod iste seruus malus, eo quod longa tempora vite sibi promittit defluit ad malam administrationem, in qua includitur omne peccatum. Posuit tamen hic Christus duo, quę sunt præcipua, idest superbiam, & luxuriam, ad quę cętera reducuntur, nam auaritia, qua congregamus thesauros indelibile, aut superbie, aut gulę seruit, aut luxurię.

Primum autem, idest superbiam per conseruorum percussione signauit. Sic dicit Augustinus in epistola a Hesychem, scilicet. Mores mali serui (licet breuiter) magister bonus curauit exprimere, idest superbiam, cum dicitur, & cepit percutere conseruos suos, luxuriam, cum dicit, manducet, & bibat cum ebriosis, sed quantum ad superbiam dixit percutere conseruos, quod proprie designatum est. Nam qui superbit infert alijs iniurias non contentus equalis esse equalibus, sed velut absolutus a vinculo legis ad votum viuere, seruus autem, qui constituitur super familiam non desinit esse seruus. Vnde dicitur, quis putas est fidelis seruus. Cum autem seruos percutit equales percutit, & velut dominus agit in seruos, cũ tamen non sint eius serui, sed ipse eorum conseruus sit. Et hoc signauit Christus dicens, cepit percutere conseruos suos.

Istud autem ad prelatos pertinet, quia licet constituantur a Christo super plebem non desinant esse serui Christi, & ipsi non sunt domini eorum, quibus preponuntur, sed conserui. Sic dicitur Ecclesia. 32. capitulo. Rectorem te constituerunt, noli extolli, esto in illis, sicut vnus ex illis. Et prima Petri quinto capitulo, dicitur ad seniores, idest prelatos. Non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Et dicitur. Cepit percutere, quod specialiter in Episcopis, & omnibus Ecclesiasticis viris verum est. Vnde dicitur prima ad Timo. tertio, & ad Titum primo capitulo, quod oportet Episcopum non esse percussorem, sed modestum: De hoc dicit Origenes super Matthæum peccat autē in Deum quicumque Episcopus, qui non, quasi conseruus ministrat, sed quati dominus,

minus, & frequenter, vt amarus dominus per vim dominatur.

Aliter potest accipi in sensu, quasi morali, quod percussit suos, id est conscientias eorum suo malo exemplo percussit. Est autem talis modus loquendi a apostoli, primo Corinthiorum quinto capitulo. Si autem peccantes in fratres, & percussiones conscientiam eorum in firmam in Christo peccatis, & maxime conuenit iste sensus, quia percussit conscientiam est respectu infirmorum, & pusillorum, qui scandalizantur, sed isti, qui nominantur pusilli sunt. Sic dicitur Lucæ duodecimo capitulo, capit percussit pueros, & ancillas. Pueri quidem infirmi sunt ex conditione ætatis, ancillæ autem ex conditione sexus. De hoc dicit Beda: In hoc seruo cunctorum præfatum malorum narratur damnatio, qui neglecto domini timore, non modo luxuriæ ipsi vacant, sed etiam subditos iniurijs stimulant, quamuis, & typice possit intelligere pueros, & ancillas percussit, infirmorum corda prauo exemplo vitare.

Dicitur autem bibere cum ebriosis, ipsa immoderatio, & voluptas non solum potum, & ciborum, sed etiam incontinentiæ carnis, hæc enim sibi ipsis conuenit sunt, quia venter mero estuans facile despumat in libidinem, & veter, & genitalia propinqua sunt, & prælati ita peccant in venereis, sicut in crapula, & ebrietate.

Dicitur autem manducare prælatos cum ebriosis dupliciter. Vno modo quantum ad ea, quæ ad ipsum pertinent. Alio modo quantum ad ea, quæ alijs tollit.

De primo, dato, quod prælatos legitimos redditus habeat, & de illis inebrietur, peccat non, quasi iniustus, sed quasi intemperatus. Et peccatum est in Deum non autem in proximum, nisi in quantum malo exemplo suo alios male edificat. Secundo quantum ad hoc peccat indirecte in Deum, quia dum crapula, & ebrietati vacat, non potest attendere ad curam gregis. Secundo quantum ad principale accipitur, quod manducet cum ebriosis quantum ad ea, quæ ab alijs accipit, scilicet si prælatos bona ecclesiarum aliorum ministrorum, aut quorumcunque diripit, vt largius delicijs vacet, tunc enim vtroque modo peccat, scilicet iniustus est, & intemperatus. Et isto modo accipiebatur in parabola, id est in quantum de bonis domini seruus ille copiose inebriebatur, & crapulabatur dissipans bona domini. Et ista erat mala administratio, & præter iniustitiam istam sunt illa duo mala, quæ dicta sunt.

Quare Christus non posuit hic vitium luxuriæ cum in hoc etiam ministri Ecclesiæ peccent.
Quæst. CCLXXXIII.

SED quaeritur cum Christus quantum ad malos prælatos posuerit hic vitium ebrietatis, & crapulæ, quare non posuit vitium luxuriæ, nam in hoc etiam ministri ecclesiæ peccant.

Aliqui dicunt, quod fuit, quia per ebrietatem, & crapulam sufficere illud intelligitur, cum vnum se quatur ex alio, vt dictum est præc. q.

Dicendum, quod non est ista causa, quia vnum vitium intelligitur per alterum, quando vnum est minus principale, quam aliud, & quasi appenditium ad illud, hic vero non est sic, quia luxuria præcipuum vitium per se est.

Secundo, quia etiam hoc teneret aliquo modo, si luxuria solum sequeretur ex crapula, & ebrietate, sed falsum est, quia quidam satis sobrii in cibo, & potu circa venerea dissoluantur, a quibus aliquo modo abstinent, vel parcius eis vtuntur, quidam, qui ebrietati, &

crapulæ inhiant. Est ergo dicendum, quod causa vera fuit, quia non potuit hic exprimi illud vitium, nam Christus dixit quædam vitia prælatorum per similitudinem malorum seruorum præpositorum familie: malum autem dispensatoris est in eo, quod dissipat substantiam domini.

Dissipatur autem illa vno modo percussio seruorum, quia sic illi fugiunt, & perdit dominus possessionem suam, nã seruus possessio dñi est, quinto Ethicorum, aut turbatur pax domestica, & sic pereunt multa opera, quæ a quietis impenderentur. Alio modo dissipatur substantia domini illam consumendo sine causa. Et hoc est cum seruus inebriatur, & crapulatur de illa, ideo ista duo posuit, scilicet quod ceperit percussit seruorum, & manducet cum ebriosis.

De luxuria autem circa venerea non dixit, quia illa nisi sit iuncta crapulæ, & ebrietati non dissipat substantiam domini, & quia non dissipat directe non tetigit illam, sed de prælati non posuit hic, nisi sub parabola dispensatorum, ideo non posuit de luxuria, tamen interdu est in ecclesiasticis viris, & maxime in prælati, quorum vita ab alijs trahitur in exemplum non solum crapulam, & ebrietatem, & superbiam detestabilem esse, sed etiam incontinentiam a venereis.

Quod autem dictum est manducet cum ebriosis signat graue crimen prælati, scilicet quia non solum ebriosis sit, sed etiam alios ebriosos faciat. Si enim prælatos de legitimis redditibus manducet cum ebriosis, multipliciter peccat. Primo, quia ipse inebriatur. Secundo, quia cessat a vacatione, & vigilia pastoralis curiæ cum ebrietati intendit. Tertio, quia alios male edificat suo exemplo. Quarto, quia redditus ecclesiasticos, qui in alios vsus expendendi erant, in malos vsus amplius effundit, quasi si solus ebrietati, & delicijs vacaret.

Si autem de alienis inebrietur, aggrauatur peccatum supra præcedentia, quia non solum rapit ecclesiastica bona, sed & alijs diripienda, aut diu epia tradit, & tanto necesse erit plura diripere, quanto prælatos plures ebriosos secum facit.

Quare dicitur: Veniet dominus serui illius die, qua nescit, & hora, quæ ignorat. Quæst. CCLXXV.

QUARE dicitur quare dicitur consequenter, veniet dominus serui illius die, qua nescit, & hora qua ignorat.

Dicendum, quod dicitur ad significandum frustratam cogitationem serui illius, malus enim prælatos, quasi securus de longa vita animum suum ad male administrandum dedit, quasi postquam diu vacauerit delicijs, poterit penitere aliquantulum ante mortem, sed errat, quia cum putauerit sibi esse tempus quietis, superueniet subito mors, & non erit tempus penitendi. Verum est enim, quod quacunq; hora quis de malis præteritis doluerit, accepta & fructuosa erit penitentia eius, & tamen incertum sibi promittit, qui credit, quod ante mortem poterit penitere, quia cum gratia penitendi nobis a Deo detur, si quis toto tempore vite illam spreuerit, & Deum pulsantem ad ostium non audierit, forte in extremo vite, illam a Deo non habebit, quem toties contempsit, & gratiam illam recusauit, aut forte tam subitanea erit mors, quod neque cogitandi locus erit, aut aliæ occupationes, & affectiones seculi tam efficaciter dominabuntur eo tempore animæ, quod ad alia diuelli non poterit, aut fortassis quis dormiendo moriatur, & tunc non erit locus de remissione cogitandi.

Et ob hoc dicitur, veniet dominus serui illius, scilicet ad mortem eius, quando ab ipso rationem exigere

gere vult, quia tunc venire dicitur Christus, vt dictum est supra quæstione 239. veniet autem die, qua non sperat, scilicet quia iste præsupposuerat longam sibi futuram vitam, & tamen accidit contrarium, vt breuis sit, & propter hoc non potest extunc dare conuenientem rationem. Veniet etiam hora, qua ignorat, quia si dies mortis est incertus, magis est incerta hora. Et specialiter fit hoc propter impedimenta, quæ sunt in quibusdam horis, quæ non sunt in alijs, vt si quis dormiendo moriatur, quia ibi non est locus penitendi, & tamen aliqui moriuntur, sicut in die iudicij superueniet enim punctus literæ, quibusdam dormientibus, vt dicitur supra in littera, & Lucæ, decimo septimo capitulo scilicet. Duo erunt in lecto vnus assumetur, & vnus relinquetur, id est erunt dormientes aliqui, & quidam illorum moriuntur in igne, & damnabuntur, & alij rapiuntur ad æthera, & moriuntur, & omnibus erit mors subitanea. Nã satis apparet, quod illi dormiendo moriuntur, quia si sentirent illum ignem subito aduenientem, non manerent in lecto, & tamen de lecto assumentur quidam, & alij relinquentur, ergo aliqui dormiendo moriuntur.

Aliqui autem fortassis moriuntur subito, cum fuerint in ipso actu peccati. Sicut Num. vigesimo quinto capitulo ponitur de Phinees filio Eleazari, qui occidit verum Iudæum coeuntem cum Madianitide, dum essent in ipso actu coitus. Vnde dicitur eodem capitulo, quod perdidit eos pugione eodem actu per loca genitalia vno ictu. necesse erat autem tunc esse in actu peccati, in quo non erat penitentis locus. Videtur enim repugnare simul peccare, & penitere, sed referuntur ad aliud, & aliud tempus: Et ita de similibus horis, & ideo valde timendum est, quia nescimus horam, in qua mors nos occupabit, propter, quod seruus iste non deberet sibi saltem vnicum diem ad vacandum crapulæ, & ebrietati concedere.

Quomodo est verum, quod dominus diuidet seruum. Quæst. CCLXXVI.

QUARE dicitur quomodo verum est quantum ad istum seruum, quod dominus eius diuidet eum.

Aliqui dicunt, quod diuidet eum, id est corpus eius in partes secabit, vt quædam pars tolleretur poenam, & alia non.

Sed falsum est, quia in resurrectione totus homo resurget, & ideo, aut totus patietur, aut totus gaudebit. Item, quia inconueniens esset, quod cum totum corpus fuerit instrumentum peccati, passio fieret in quadam parte, & non in alia.

Alij dicunt, quod diuidet eum, id est animam eius diuidet, vt quædam pars animæ sit ad poenas tolerandum, & alia non.

Sed non stat primo propter duas rationes. Secundo quia anima diuidi non potest, & ideo si anima erit in pena tota ibi esse necesse est, quia illa indiuisibilis est, cum sit simplex. de his dicit Basilius non quidem diuidetur corpus, vt hoc quidem exponatur tormentis, illud vero dimittatur. Nam fabulosum est hoc, neque iusti iudicij est, cum deliquerit totum, dimidium pati poenam, neque anima secatur tota conscientiam criminofam possidens, & cum corpore mala cooperans. Alij dicunt, quod accipitur pro separatione animæ a spiritu, id est dono spirituali, scilicet quod habuerunt isti prælati dona spiritualia dum viuerent, licet mali essent, in morte autem separantur ab anima, & sic dicit Origen, super Matthæum. Diuidetur, quando spiritus eius, id est spirituale donum reuertetur ad Deum, qui dedit eum, anima autem cum corpore suo

vadit in gehennam. Iustus autem non diuiditur, sed anima eius vadit cum spiritu, id est spirituali dono ad regna celestia, qui autem diuiduntur non habent partem in se partem spiritualis doni, quæ erat ad Deo, sed relinquetur pars ipsorum, id est anima, quæ cum corpore punietur. Sic etiam dicit Basilius, quod diuisio est perpetua alienatio animæ a spiritu. Nunc enim, & si non sit gratia spiritus in indignis, videtur tamen vtrunq; adesse conuersionem ad eorum salutem, tunc vero totaliter amputabitur ab eorum anima.

Sed dicendum, quod non stat. Primo quia dona data animæ nostre poterit quidem perire, sed auferri non possunt. Sunt enim quædam accidentia animæ, quæ licet a Deo accipiant esse, tamen illud in anima accipiunt, & non possunt eadem numero alibi esse, quam ibi, & ita in nobis per peccatū charitas deletur, & perit, sed non tollitur. Sic, & de singulis habitibus, aut de spiritualibus perfectionibus est.

Secundo, quia etiam in istis per mortem non solum non tolluntur, sed neque etiam pereunt dona. Nam aut accipitur de gratis datis, aut de gratis faciendis. Si secundo modo, non potest per mortem illorum aliquid tale tolli. Nam isti prælati ante mortem mali sunt, & tamē in malis non manet gratia gratum faciens, ideo non tollitur. De primo patet, quia si dona illa possunt manere in anima separata, vt habitus sapientiæ etiam si a Deo infusus fuerit, non solum manebit in bonis, sed etiam in damnatis. Neque est istud aliquid in eo ueniens. Si autem talia sunt, quæ non permanent in anima separata, sicut est perfectio aliqua phantasiæ, quæ facit ad bene intelligere, & ex dono prouenit, non dicitur diuidi, quia neque in bonis, neque in malis manebit post mortem, scilicet in animabus separatis.

Dicendum, ergo, quod dicitur diuidet eum, scilicet a consortio sanctorum. Nam malus prælatos dum viueret, erat præpositus vitis sanctis, & alijs, & ideo communicabat sanctis. Post mortem autem a bonis separatus erit, & non communicabit eis in gloria. Ista aut diuisio erit maxime poenalis. Sic dicit Beda. Diuidet eum a fidelium consortio segregando, & eis, qui nunquam ad fidem pertinuerunt sociando. Hieronimus quoque dicit: Diuidet eum. Non est intelligendum, quod gladio eum secet, sed quod a consortio sanctorum eum separet.

Quid est, quod dicitur: Partem eius ponet cum hypocritis. Quæst. CCLXXVII.

QUARE dicitur quid est, quod dicitur: Partem eius ponet cum hypocritis.

Dicendum præsupponendum esse, quod dicebatur supra quæstione 271. de seruo malo in sensu parabolico. Illi enim dabatur duplex pena. Vna, quod diuidebatur, id est priuabatur administratione, quam exercuerat. Alia, quod puniretur corporaliter, & ista erat, quod ponebatur pars eius cum hypocritis, ita nunc subintelligendum est de prælato malo. Nam eadem duas penas habet. Prima est, quod diuiditur. Et ultra sensum positum præcedenti quæstione potest adhuc intelligi, quod diuiditur, id est priuatur administratione. Et est conueniens sensus. Nam malus prælatos gaudebat valde in administratione, quam habebat, quia utebatur ea temporaliter, scilicet non, vt prodesset, sed vt præfesset, & ita in superbia dominationem conuertebat prælationem, & in vacationem deliciarum, vt dictum est, quia cepit percussit seruorum, & manducare cum ebriosis, priuari autem eo, in quo suam quis constituerat delectationem, amarum, & triste est, ideo in penam priuatur talis præla-

tus administratione ante tempus, de quo ipse cogitauerat, scilicet hora, qua non credebat, neque die qua cogitauerat.

Secunda pœna est, quæ infligitur, & pertinet ad sensum, & ista significatur, cum dicitur. Ponet partem eius cum hypocritis, id est tale præmium habebit ille malus prælatus, quale habet hypocrite. Sunt enim hypocritæ, qui aliud videntur esse, quàm sunt, ita iste malus prælatus videbatur bonus, & malus erat, quia ad hoc, quod eligeretur in prælatum fortassis se bonum simulauerat, postea vero non fuit bonus. Hypocritis autem F grauis pœna datur, eo quòd graue peccatum est hypocritis. Nam simulata sanctitas duplex est iniquitas, & prouenit hoc ex parabola. Nam seruus ille malus antequam ei Dominus committeret administrationem, bonus videbatur, quia aliàs non commisisset ei Dominus administrationem, postea vero malus fuit, & sic hypocrita erat, ideo pars eius cum hypocritis ponitur, sed Lucæ, decimo secundo capitulo, dicitur

cum infidelibus. Et tunc planius conuenit malo prælato. Nam vocantur infideles, qui infideliter ministraverunt, omnia autem malus prælatus infideliter ministrat, ut supra dictum est, ideo pars eius cum infidelibus erit, scilicet in inferno.

Et ad hoc pertinet id, quod sequitur, scilicet ibi erit fletus, & stridor dentium. Hoc enim apud inferos est, ubi mali prælati erunt, sed quomodo fletus, & stridor dentium sint ibi, dicitur sequenti capitulo ubi agitur de pœnis inferni.

Non sine magno labore hanc minorem Matthæi nostri particulam, id est super tria, scilicet vice-simum secundum, vice-simum tertium, & vice-simum-quartum capitula explicuimus. Oberat enim nobis vice-simiquinti sequentis mysteriorum lata, profunda que diffusio, ne intra eiusdem voluminis teneretur metas, ideo & si fronte minorem, non tamen fructu indigniorem hanc esse volumus.

Expositionis literalis Alphonsi Tostati in Sextam Partem Matthæi Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc

Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss.

Omnes sunt Quaterniones, præter Ss, qui sunt Sexterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.

M D X C V I.

